ESEGNI
BIBLICA
160
F
3-4.
B.NAZ.NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
160
F
3
NAPOLI

107
G
30

XIV. D. 9

VIA. B. 4

PROLEGOMENA,

ET

DISSERTATIONES

IN

SACRAM SCRIPTURAM.

109
H
22

PROLEGOMENA,

ET

DISSERTATIONES

IN OMNES, ET SINGULOS

SACRÆ SCRIPTURÆ LIBROS.

AUTHORE

R.P.D. AUGUSTINO CALMET

ORDINIS S. BENEDICTI,

Congregationis SS. VITONI, & HIDULPHI.

Opus Gallice primum ab Authore, nunc vero Latinis Literis traditum, & in duos Tomos distributum

A JOANNE DOMINICO MANSI

LUCENSI, CONGREGATIONIS MATRIS DEI.

TOMUS PRIMUS.

VENETIIS. MDCCXXXIV.

APUD CHRISTOPHORUM ZANE SUB SIGNO S. IGNATII.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

PRÆFATIO INTERPRETIS.

NEminem sane arbitror futurum, qui post traditum nostra potissimum opera Latinis litteris Viri doctissimi R. P. D. Augustini Calmet Biblicum Dictionarium, rationem ex me quærat, cur ad Dissertationes & Prolegomena in omnes & singulos Sacræ Scripturæ Libros viri ejusdem longe eruditissimi animum applicaverim. Semel enim inito consilio, nostros homines in eo studii genere juvandi, id erat nobis pariter committendum, ut post inditam rerum Biblicarum generalem quamdam ideam, quod in Dictionario egregie præstitum est, ad singula deinde expendenda dispositi jam animi traducerentur. Ea est enim studendi ratio absolutissima, si omnia prius generali quadam notione teneantur, tum ad singula deinde, synthetica, ut ajunt, methodo, exentienda descendamus. Hanc Tyronibus regulam in Historiæ studio præscribit vir doctus D. Langlet in sua Methodo ad Historiæ studium e Gallico Autoris Italice excusa Venetiis, to. 2. in 8. Hanc instruit viam ad studium Sacræ Scripturæ Vir eruditissimus, cujus modo Opus Latine traditum damus, in Præfatione ad Bibliothecam Sacram, quam Biblico Dictionario præfixit. Sunt autem Prolegomena & Dissertationes Biblicæ, quas Latinis auribus recitamus, aptissimæ, ut studiosos Lectores plenius instruant; cum & elaboratissimi Commentarii loco esse possint, & omnium instar ingentium illorum voluminum, quæ de singulis Scripturæ difficultatibus viri doctissimi omnis, sed maxime recentioris ætatis scripserunt. Periculum vei faciat, si quis velit, unam, quæ forte occurrerit, e Dissertationibus hisce expendendam suscipiens. In Dissertatione de Synedriis, de successionibus Sacerdotum, quid profecto eorum desideres [si morosas tantum digressiones, & prolixa Orientalium Librorum fragmenta Latina adjecta interpretatione excipias] quæ Seldenus tribus fpissis voluminibus complexus est? Quæ ille pariter singulari opere de Diis Syris collegit, hæc majoris momenti omnia in Dissertatione de Numinibus Phœnicum & Chananæorum noster exhibuit. Laudatissima illa Joannis Alberti Fabricii de Apocryphis utriusque Testamenti volumina, minus utique desiderantur postquam optima quæque, & suis dispositа locis, ac maxime in Dissertationibus de Apocryphis Evangeliis, & de Actis Pilati deducta ab Authore, ac selecta tenemus. Nec optima tantum excerpit vir doctissimus; sed meliori collocat in lumine, novis a se invectis confirmat, plurima addit, ad criticæ trutinam expendit omnia, certa ab incertis secernit. Possim hæc inter legendum offendas, ut nihil immorandum nobis censeamus in peculiaribus Dissertationibus indicandis. Nova tamen si quis desiderari a nobis aliqua voluerit, adeat Dissertationem de Gog & Magog, de Chronologia, & in Dissertatione de Numinibus Moabitarum quam affert de lucu super mortuo Hebræis interdicto eruditissimam expositionem.

Neque is ego sum, qui laudibus hisce meis detractum aliquid voluerim de æstimatione Operis multo quam voluminа hæc notitia amplioris, perpetuorum nempe in S. Scripturam Commentariorum. In illo enim æque omnia majoris minorisque indaginis excussa, ingenti sane ad eruditionem comparandam, commodo habemus; hic vero majoris tantum molimiais res tradumtur. Itineris veluti salebræ nostro hoc opere tolluntur, ut deinde veluti per stratam planamque viam in Commentariorum studium procedamus.

Erunt tamen, facile credimus, sui in Opere præclarissimo nævi; quorum aliquos, si forte offendimus, apposita ad marginem breviori nota vel in ipso Textu quibusdam adjectis deterfimus. In Dissertatione de Pascbate ea omnia de nostro adjecimus, quibus communis sententia de celebrato recipsæ a Jesu Christo novissimo Paschate firmatur: quam in rem authores incentoresque habuimus viros doctissimos, communem Ecclesiæ sententiam retineri oportere arbitrantes. Nostra vero hæc a ceteris Autoris vel signo aliquo adscripto, vel mutato characthere distinguere abs re esse censuimus, cum humanissimis datis ad nos litteris clarissimus Author significaverit, ea omnia probare se, & adoptare, quæ nobis addenda & reformanda viderentur. In Dissertatione de Septuaginta Septimanis vix admitteremus systema illud, quo periodi illius terminus in Machabæis constituitur; ipse enim Jesus Christus id nobis insinuasse videtur, ut abominationem desolationis, a Daniele prædictam, veluti hebdomadarum illarum complementum in satis esse adhuc doceret: quod ex illis ejus verbis intelligimus: Cum videritis abominationem desolationis, quæ prædicta est a Daniele Propheta, stantem in loco sancto &c. Novi equidem Authorem 1. Machabæorum 1. 17. aliquid designare de abominatione desolationis, tamquam sub Antiocho impleta; sed phrasis illa, abominationem desolationis, accommodatitio quodam, ut ajunt, sensu usus Author videtur, nec unquam significavit hanc a se indicatam abominationem, ipsissimam esse Danielis oraculo prædictam. Vicissim autem Christus & abominationem desolationis, & oraculi Danielis complementum verbis illis suis luculentissime exprimit.

In Prolegomeno ad Evangelium S. Marci breviori nota indicavimus, quæ de Codice illo Veneto S. Marci sedulo observavit vir Doctissimus D. Scipio Maffejus in sua Historia Diplomatica, nuper anno 1727. excusa Mantuæ apud Tumermanum in 4. pag. 79. Cum de Actis Pilati Author noster dissereret, Acta illa, quæ ex Lucensi Codice recitat Florentinus noster, primo ab ipso vulgata non obscure autumasse se demonstrat. Rem ipse accepit a Fabricio in Apocryphis N. T. Sed animadvertisse pariter opus erat, eumdem Fabricium errorem suum agnitum emendasse in Paralipomenis ad Pilati Epistolas, pag. 479. in tomo addito ad Codicem Apocryphum N. T. Testatur enim hanc eamdem Pilati Epistolam diu ante Florentinium vulgasse Bartholomæum Chassanæum in Catalogo Gloriæ mun-

mundi, excuſo primum Venetiis ann. 1571. in fol. Nec ſane decus ex eo monumento primum vulgato tantum eſt, ut privari illo in gratiam veritatis Conciverm noſtrum doctiſſimum feramus inviti. Ex quo autem de Actis Pilati ſermo incidit, hic obiter admotamus, Acta quædam Pilati, tamquam ſpuria, & falſo ſcripta ſuggillari a S. Luciano Martyre, verba coram Judice pro fide Chriſtiana faciente, apud Ruſinum Hiſtor. Eccleſ. l. 9. c. 6. Hunc locum, quod Autborem noſtrum, imo & oculatiſſimum Fabricium fugerit, notare optimum fuſtu cenſemus. Suſpicamur autem Sanctiſſimum illum Martyrem cenſura hac ſua inuſiſſe Acta illa Maximini Imperatoris authoritate vulgata. Alia occurrent legentibus ejus generis a nobis breviori aliqua ad marginem nota animadverſa.

Sunt iſta quidem leviora, quamquam ſummi, uti reor, momenti ad argumentum illud numquam ſatis inſinuatum inculcandum, homines feliciet, quamvis doctiſſimos, & in ſummo eruditionis culmine, velnti ſupra ceteros conſtituos, homines eſſe tamen ſemper, & numquam ab impoſita ceteris conditione ita eximi, ut errare non poſſint in multis, quin & errent aliquando. Ceterum Lucubrationes iſtas quanto in pretio Eruditi omnes habuerint, e repetitis ſæpius illarum Editionibus ſat intelligimus. Prodierunt primo in vaſto Commentariorum opere ad ſua ſingula loca diſtributa Pariſiis ab anno 1707. uſque ad 1712. tomis 26. in 4. Sed cum tanta Librorum ſtrues Eruditos, quorum ſane cenſus plerumque tenuior eſt, abſterreret, opportuno ſane conſilio Avenionenſis Typographus Collectionem dedit Diſſertationum & Prolegomenon 5. voluminibus in 8. ann. 1715. excuſam. Excepit hanc editionem nova altera Amſtelodamenſis in 12. iis qua novus Lucubrationibus illis ordo. Sed poſt priorem ejus Operis tomum jam vulgatum ſuccedentes omnes adhuc expectantur. Alteram poſt hæc curavit Author ipſe auctiorem accuratioremque, publici juris factam Pariſiis ann. 1720. in 4. tom. 3. apud Emery & Socios. Tandem ann. 1726. prodiit nova & luculenta Commentariorum omnium una cum Diſſertationibus in ſingulos Scripturæ Libros diſtributis editio, octo in folio tomos referens.

Inter has omnes editiones nos Avenionenſem adhibuimus, non quod ceteris præſtare arbitraremur, ſed quod alia in promptu non eſſet. Cum tamen poſt abſolutam jam verſionem ad manus ſero tandem noſtras veniſſent Commentarii Authoris in univerſam Scripturam recuſi Pariſiis, facta de noſtris hiſce cum excuſis ibi Lucubrationibus collatione, ſuccurrit tandem, quod alias etiam in lectione Gallicanarum Ephemeridum didiceramus, ſed neſcio quo fato exciderat, multum adhuc ſupereſſe nobis laborandum, quo totum opus ad ſecundas Authoris curas refingeretur. In ea temporum qua tunc verſabamur anguſtia, illud expeditiſſimum cenſuimus, ſi facta Latinarum Diſſertationum cum Gallicis illis collatione, pront ſingulæ reformabantur, ſeorſum excudendas Typographo committeremus, reſervatis ad calcem totius operis novis illis Diſſertationibus ab Authore adjectis, ſupplementi ibi loco tradendis. Excuſabunt profecto Lectores eruditi leve hoc in methodo erratum, quippe qui rem tenentes, adſcititia veluti ornamenta, ſi forte deſint, non vehementer queruntur. Non deſuturos ceteroqui arbitramur viros doctos, quibus ſervatus a nobis ordo ſecundum Librorum ſeriem præ illo arrideat, quo res ſingulæ in ſua veluti capita digeſtæ tractantur. Quamquam enim poſtrema iſta diſtributio ab Autbore ipſo ſelecta ſit in Pariſienſi Collectionis hujuſce editione, priorem tamen retinuit in Editione Commentariorum omnium poſtrema, de qua ſupra. Nec ſane minime conducit legentibus ſingulos S. Scripturæ Libros, ſi Diſſertationes habeant in promptu, quibus ardua quæque ejus Libri vel miteſcunt, vel penitus tolluntur.

Ut autem aliquid de verſione hac noſtra dicamus, illud iterum profitemur, quod olim pariter in Præfatione Dictionario præfixa expreſſimus, nimirum fidei in vertendo religioſiſſime inhæſiſſe. Quamquam res nobis feliciter plane in novo hoc Opere, quam in illo olim ceſſit. Cum enim in adornanda Dictionarii verſione inter maximas, quibus diſtinebamur, curas non modicum etiam negotium faceſſerent & præli quotidianæ flagitationes, & Eruditorum undique ſollicitationes, factum inde ut vix deſcripta ex ore dictantis ab Amanuenſi folia, excudenda ſtatim raperentur, ne dato quidem ſpatio referendi ad Gallicum exemplar extemporale illud Latinum ſcriptum, quo oſcitames ſive ſcripta, ſive lecta, ſive percepta, ſapientioribus curis reformarentur. E re quidem Eruditorum feciſſet Venetus Typographus, ſi editionem ſuam noſtri illius operis tantiſper morari ſuſtinuiſſet, quoadusque de conſilio ſuo certiores nos faciens, caſtigationes noſtras, quas libentiſſime communicaſſemus, opperiretur. Sed ille commodis ſuis omnia habens deteriora, reipſa tamen rebus ſuis minus ſervit, quod Eruditorum res omnes negligeret.

Defecatior eſt igitur noſtra hæc verſio præ illa, quod commodius temporis ſpatium nacti, abſolutum jam Opus ad Gallicum Exemplar ex integro recenſuimus. Qua in re operam nobis ſuam egregie præſtitit P. Joſephus Maria Priani, ſicus & ſymbolam contulit P. Septimius Bruni, Genuenſes ambo, ac Inſtituti, ſicut & ſtudiorum ſocietate mihi conjunctiſſimi, quorum poſtremo debent Eruditi Latinam verſionem omnium Diſſertationum ab Epiſtola 2. ad Corinthios adusque Apocalypſim; utrique autem eo nomine plurimum debere me, facta palam beneficii confeſſione, profiteor.

TABU-

TABULA GENERALIS
PROLEGOMENON
ET
DISSERTATIONUM
JUXTA SERIEM LIBRORUM
VETERIS TESTAMENTI.

TOMUS PRIMUS.

IN Pentateuchum, atque in Geneſim potiſſimum, Prolegomenon, pag. 1.
Diſſertatio de materia, & forma Veterum Librorum, ac varia ſcribendi ratione, pag. 5.
Diſſertatio in Regionem Ophir, pag. 10.
Diſſertatio de Origine & antiquitate Circumciſionis, pag. 14.
Diſſertatio de vetuſtate monetæ ſignatæ, pag. 18.
Diſquiſitiones in Chronologiam, annos, menſes, dies, horas Ægyptiorum, Græcorum, Romanorum, & Hebræorum, pag. 24.
De Lingua primitiva, & linguarum ad Turrim Babelicam confuſione, t. 2. p. 273. Appendicis.
De Gigantibus Diſſertatio, t. 2. pag. 279 Append.
De Turri Babelica Diſſertatio, t. 2. pag. 288. Append.
De Patriarcha Henoch filio Jared, & patre Mathuſalæ Diſſertatio Ibid. p. 364.
De Libro Henoch Diſſertatio. Ibid. p. 369.
In Exodum Prolegomenon, pag. 34.
Diſſertatio de veris fictiſque prodigiis, ac Dæmonum & Angelorum in corpora poteſtate, pag. 39.
Diſſertatio de transfretatione Erythræi per Hebræos, pag. 44.
Diſſertatio de Poeſi veterum Hebræorum, p. 50.
In Leviticum prolegomenon, pag. 55.
Diſquiſitiones de natura, cauſis, & effectibus lepræ, pag. 57.
Diſſertatio de Moloch Deo Ammonitarum, p. 63.
In Numeros Prolegomenon, pag. 67.
Diſſertatio de Politia ſive ratione juris dicundi apud Hebræos, & potiſſimum de Sanhedrio, pag. 69.
Diſſertatio de Beel-Phegor, Chamos, ceteriſque Moabitarum Diis, pag. 76.
In Deuteronomium Prolegomenon, p. 80.
Diſſertatio de divortiis, pag. 87.
Diſſertatio de ſuppliciis, quorum in Sacra Scriptura mentio, pag. 94.
In Librum Joſue Prolegomenon, p. 107.
Diſſertatio de mandato Joſue, quo Solem & Lunam remoratus eſt, pag. 110.
Diſſertatio de pluvia lapidum in Chananæos, ad Joſue 10. 11. pag. 116.
Diſſertatio de Regione, in quam Chananæi pulſi a Joſue ſese receperunt, pag. 119.
In Tabulam Geographicam Terræ Promiſſionis Animadverſiones, tom. 2. p. 293. Append.
In Librum Judicum Prolegomenon, p. 124.
Diſſertatio de priſcis Hebræorum ædibus, pag. 127.
Diſſertatio de voto Jephte, pag. 132.
In Librum Ruth Prolegomenon, pag. 135.
In duos priores Libros Regum Prolegomenon, pag. 136.
Diſſertatio de origine & Numeribus Philiſthæorum, pag. 138.
Diſſertatio de Samuele per viſum Sauli objecto, ad 1. Reg. 28. 11. 12. pag. 146.
In tertium & quartum Libros Regum Prolegomenon, pag. 150.
Diſſertatio de theſauris a Davide Salomoni relictis, pag. 152.
Diſſertatio, de Templis veterum, pag. 156.
In 4. Librum Regum Prolegomenon, pag. 164.
Diſſertatio quid Naaman concedi ſibi poſtulat ab Eliſeo, ut eorum Idolo Remmon ſeſe proſternere liceat? pag. 165.
Diſſertatio de retrogradatione Solis in horologio Achaz, pag. 168.
In duos Libros Paralipomenon Prolegomenon, pag. 173.
Diſſertatio de Præfectis Aulæ & militiæ Regum Hebræorum, pag. 176.
Diſſertatio de regionibus, in quas decem Tribus Iſrael traductæ ſunt; & quem potiſſimum locum noſtra ætate teneant, pag. 181.
In priorem Librum Eſdræ Prolegomenon, p. 186.
Diſſertatio in tertium Librum Eſdræ, pag. 188.
Diſſertatio in quartum Librum Eſdræ pag. 191.
Diſſertatio, an Eſdras ſcripſerit ſive reſtauraverit Libros Sacros, pag. 193.
Diſſertatio, an Eſdras veteribus characteribus Hebraicis Chaldæos ſubſtituerit, pag. 199.
De Verſione Septuaginta Interpretum, t. 2. p. 300. Append.
In Vulgatam Diſſertatio. Ibid. pag. 308.
In ſecundum Eſdræ Prolegomenon, pag. 202.
In Tobiam Prolegomenon, pag. 205.
Diſſertatio in Dæmonem Aſmodæum, pag. 208.
In Librum Judith Prolegomenon, p. 213.
Diſſertatio de ordine & ſucceſſione Summorum Sacerdotum apud Judæos, p. 218.
In Librum Eſther Prolegomenon, p. 227.
Diſſertatio de re militari veterum Hebræorum, pag. 230.
In Librum Job Prolegomenon, pag. 244.
Diſſertatio in morbum Job, pag. 251.
Diſſertatio in illud Jobi 29. 18. *Sicut palma multiplicabo dies*, p. 256.
In duos Libros Macchabæorum Prolegomenon, p. 259.
Diſſertatio de cognatione Judæorum & Lacedæmonum, pag. 263.

Diſ-

Tabula Generalis.

Diſſertatio, an Area fœderis Templo reſtituta ſit poſt captivitatem Babylonicam, p. 266.
In Tertium Librum Macchabæorum Prolegomenon, pag. 269.
In quartum Librum Macchabæorum Prolegomenon, pag. 270.
In univerſum Pſalmorum Librum Prolegomenon, pag. 272.
Diſſertatio in titulos Pſalmorum, p. 280.
Diſſertatio in geminas illas Hebraicas voces, Lamnaʒeach & Sela, pag. 283.
Diſſertatio in illud Pſalmi 21. 18. *Foderunt manus meas & pedes meos*, p. 287.
Diſſertatio de exeantatis ſerpentibus, ad Pſ. 57. 5. pag. 290.
Diſſertatio in Authores Pſalmorum, p. 293.
Diſſertatio in Textum & veteres Pſalmorum Verſiones, pag. 298.
Exercitatio in Poëſim univerſam, & Hebræorum potiſſimum, D. Abbatis Fleury, pag. 306.
Diſſertatio in Muſicam Veterum, & potiſſimum Hebræorum, pag. 310.
Diſſertatio in Muſica Inſtrumenta Hebræorum, pag. 316.
Diſſertatio in quindecim Pſalmos Graduales, pag. 323.
Series Chronologica Pſalmorum, pag. 326.
In Proverbia Salomonis Prolegomenon, pag. 329.
Diſſertatio, an Veteres Legislatores & Philoſophi e Scriptura leges ſuas & moralem ſcientiam hauſerint, pag. 331.
In Eccleſiaſtem Prolegomenon, pag. 336.
In Canticum Canticorum Prolegomenon, p. 338.
Diſſertatio de connubiis Hebræorum, pag. 342.
In Librum Sapientiæ Prolegomenon, pag. 346.
Diſſertatio de Authore Libri Sapientiæ, pag. 350.
Diſſertatio de origine Idololatriæ, p. 355.
De Natura Animæ & ejus poſt mortem ſtatu, ex ſententia veterum Hebræorum. Diſſertatio, t. 2. pag. 314. Append.
In Librum Eccleſiaſtici Prolegomenon, p. 360.
Diſſertatio de funeribus & ſepulturis Hebræorum, pag. 364.
Diſſertatio de re mediea Veterum Hebræorum, pag. 371.
Diſſertatio de re cibaria Hebræorum, pag. 377.
Diſſertatio de ſyſtemate Mundi ex veteri Hebræorum ſententia, pag. 382.
In Prophetas Prolegomena, pag. 389.
In Iſaiam Prolegomenon, pag. 399.
Conſpectus Hiſtoriæ Prophanæ Orientalis a Salomone ad capitivitatem Babilonicam, ad illuſtrandam hiſtoriam Hebraicam in Prophetis expreſſam, p. 403.
Diſſertatio in illud Iſaiæ: *Ecce Virgo concipiet & pariet Filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel*, Iſai. 7. 14. p. 410.
Diſſertatio de diſſipato exercitu Sennacherib, Iſai. 37. 36. pag. 416.
Diſſertatio de forma Jeſu Chriſti, eleganti nec ne? ad illud Iſaiæ 52. 2. *Vidimus eum, & non erat aſpectus neque decor*: p. 419.
In Jeremiam Prolegomenon, pag. 424.
Diſſertatio de characteribus Meſſiæ, juxta Hebræos Jeſu Chriſto recentiores, p. 429.
Diſſertatio de Reehabitis, pag. 437.
Diſſertatio de Scholis Hebræorum, p. 440.
Diſſertatio de re veſtiaria Hebræorum, p. 446.
In Lamentationes Jeremiæ Prolegomenon, p. 451.
In Baruch Prolegomenon, p. 452.
In Ezechielem Prolegomenon, pag. 454.
Diſſertatio, an decem Tribus e captivitate reduces Regionem Iſraelitricam repetierint? p. 455.
Diſſertatio de Gog & Magog, ad Ezechielis 38. p. 459.
In Danielem Prolegomenon, p. 463.
Diſſertatio de Septuaginta Septimanis Danielis, pag. 466.
Diſſertatio de Metamorphoſi Nabuchodonoſoris, pag. 473.
In duodecim Prophetas minores Prolegomenon, pag. 477.
Diſſertatio de ſtatu Religionis in ditionibus Juda & Iſrael poſt factam utrimque ſeceſſionem, p. 478.
Diſſertatio de Idololatria Iſraelitarum in deſerto, ac potiſſimum de Deo Rephan ſeu Rempha, ad Amos 5. 26. p. 484.
Diſſertatio de piſce Jonam vorante, p. 488.
Diſſertatio de Numinibus Phœnicum ſive Chananæorum, pag. 491.
Hiſtoria Gentium Judæis finitimarum, illuſtrandis Vaticiniis ad eas ſpectantibus, pag. 497.
In Oſee Prolegomenon, p. 504.
In Joelem Prolegomenon, p. 506.
In Amos Prolegomenon, p. 507.
In Abdiam Prolegomenon, p. 508.
In Jonam Prolegomenon, p. 509.
In Michæam Prolegomenon, p. 510.
In Nahum Prolegomenon, p. 512.
In Habaehuc Prolegomenon, p. 512.
In Sophoniam Prolegomenon, pag. 513.
In Aggæum Prolegomenon, p. 513.
In Zachariam Prolegomenon, p. 514.
In Malachiam Prolegomenon, p. 515.

IN PENTATEUCHUM ATQUE IN GENESIM POTISSIMUM PROLEGOMENON.

PENTATEUCHI Opus Moysi authori deputandum esse, post tot luculentas in idem argumentum scripras lucubrationes, frustra prorsus a nobis in præsentiarum demonstraretur. Post diuturnam sane ultra 3000. annorum possessionem, nemo in Moysen litigator admittitur, nisi juris sui non dubia tantum & ambigua, sed evidentia plane & perspicua documenta protulerit. Nec aliud quidem, quam apertæ veritatis vim contra vetustum adeo Moysis jus, cui Christi, Apostolorum & Universæ Ecclesiæ consensus suffragatur, prævaleret.

Quæ autem a recentioribus Ineredulis promuntur argumenta, multo illa a perspicuitate longissime absunt. Quædam, inquiunt illi, in Pentateucho occurrunt, quæ Moyses scripsis mandare non potuit. Ultro fatemur; iis enim, qui Operis recensendi sibi curam assumpserunt, nonnulla addere, expungere quædam visum est. Iisdem etiam Authoribus quædam in compendium redacta videntur; sicut & quandoque narrationum & orationum series intermittitur; quod quidem de industria potius factum, quam casu vel Amanuensium lapsu contigisse apparet. Historia Lamech alia videtur nostra ætate, ac a Moyse scripta prodierit; prius enim narrasse Sacer Historiens creditur ea, quorum occasione verba illa Lamechi ad uxores prolata sunt: *Dixitque Lamech uxoribus suis Ada, & Sella: Audite vocem meam uxores Lamech: auscultate sermonem meum, queniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in livorem meum. Septuplum ultio dabitur de Cain: de Lamech vero septuagies. Genes.* 4. 23.

Ita post Moysen adjecta videntur illa (1): *Chananæus autem tunc erat in terra*. Quædam etiam in Exodo sunt loca, ubi aliqua in textu Hebræo desiderari suspicamur. Ita Moyses (2) acephala oratione, uti quidem apparet, Pharaonem alloquitur; Samaritanus ibidem defectum Hebræi facile supplet. In eodem Samaritano non modicæ additiones in cap. 20. 17. 19. leguntur, frustra in Hebræo requirendæ; sicut & variæ etiam in sequentibus Libris, & in ipso Deuteronomio plures resultant. Ex hisce variantibus inter levis aliqua, quædam etiam majoris momenti exhibentur; adeo autem ille cum tota Textus serie plerumque colligantur, ut vix aliena manu in Textum irrepsisse persuadeamur. Fragmentum Libri bellorum Domini (3), alterius plane a Moyse Authoris, quemadmodum & initium Deuteronomii, videtur. Occurrunt etiam in eodem Deuteronomio parerga quædam ab aliena manu, quantum assequimur, Operi adjecta, uti dum crebro certus quorumdam locorum situs (4) *trans Jordanem* designatur; quæ nonnisi Auctor eis annem scribens animadvertisse. Quæ etiam de lecto Og referuntur, qui nempe etiam Scriptoris ætate adhuc in Ramatha monstrabatur; de urbibus *Sair* (5) quod illis nomen diu post Moysen inditum est, omnia sane hæc recentiori manu obstetricem agente in Textum irrepserunt. Sed hæc plane additamenta rara sunt, & levioris momenti, ab iis, qui Opus Mosaycum recensuerunt, appolita, non eo consilio, ut incautis Lectoribus fingula tamquam ab ipso Moyse scripta obtruderentur. Ita e. g. ad calcem Deuteronomii historia obitus Moysi recitatur, quam sane ipsum Moysen per se non adornasse satis constat (6). Porro si quis dolo aliquo malo Opus illud sub Moysis nomine obtrudere voluisset; illene consilio suo incautus adeo providisset, ut ea, quæ post Moysen contigerunt, operi inferens, fraudem suam proderet? Qui tantum valuisset, ingenio, ut Pentateuchum procuderet, ille sane errori tam crasso impar fuisset. Quid, quod integræ fidei vir, præter Moysen nemo, hæc atque ita scribere numquam in animum induxisset? Quare suos exhibet gemini Operis characteres Pentateuchus, cum nec impostorem aliquem, nec virum integræ fidei alium a Moyse ferat authorem. Fraus animium in aperto est, quam ut impostorem arguat: in viro autem integræ fidei fraudem suspicari non decet. Solus igitur Moyses, Divino Spiritu afflatus, certus hujus Operis scriptor habendus est.

Eo plane tempore natus est in Ægypto Moyses, cum in universam Regionem collatis a Patriarcha

(1) *Gen.*12.6. (2) *Exod.*11. 8. (3) *Num.* 21. 14. (4) *Deut.*1.& 3.8.& 11.30. (5) *Nu.*32.41. *Deut.*3.14. (6) *Josephus Antiq. l.* 4. c. 8. & *Philo de vit. Mos. lib.*3. *autumarunt, ipsum per se Moysen obitus sui historiam prophetice spiritu dictasse: sed foliti forme eo sententia stetit.*

Josepho beneficiis e Regum Ægypti memoria deleris, Israelitas in immensum pene auctos, metu ne quid novi molirentur, arctissimæ servitutis, atque durissimæ tyrannidis jugo ipsi Reges oppresserant. Lato enim edicto, Obstetrices omnes Israelitarum mares mox a partu exceptos perimere justæ sunt. Ut igitur Moyses a communi ceterorum infantium fato eximeretur, fedula parentum cautione aliquandiu celatus est; deinde viminea in cista conditus, & Nili fluctus expositus, curæ Providentiæ relictus est. Ibi Filia Regis Ægypti casu ipsum nacta, enutriendum sibi, atque omnibus Ægyptiorum literis instruendum curavit. Successu temporis, inrimo Dei instinctu deductus Moyses, fratribus suis ab Ægyptiis oppressis suppetias ferre conatus est; sed suis beneficiis pessime a populo repensis, coactus in Arabiam secedere, ibi cum filia Sacerdotis & Principis Madian conjugio copulatur. Per vitam autem a Deo in monte Sina monitus, ad populum suum ab Ægyptiaca servitute ultra 80. annorum liberandum proficiscitur.

In Ægyptum igitur Divina pollens virtute se conferens, prodigiorum vi populorum suorum animis in se inclinatis, simul Pharaonis perviceacem animum fregit. Quare factum est, ut ab Ægypto Judæos educeret, atque itineri obsistentes inaris undas prodigio difficiens, in aversam ripam pedestres deducere potuerit. Tum in desertum Sinai succedens, exceptas ibi a Deo Leges, deinde literis mandatas, ad nos usque tranmisit. Quod autem a Terræ Promissionis aditu populus excluderetur, ejusque filii nonnisi post 40. annos ab egressu ex Ægypto eo introducerentur, populi ejusdem obmurmurantis crimen in causa fuit. Toto eo quadraginta annorum spatio Moyses ab immorigero pervicacique populo multum & querelarum, & obloctutionum, & injuriarum sustinuit; quæ ipse vicissim & invicta patientia, atque mira injuriis condonandis facilitate rependit. Vixit omnis hypocrisis & ambitionis expers: obiit nullis dignitatis insignibus familiæ relictis,

Summo vir erat ingenio, qui proinde rudi populo facile pro suo arbitrio omnia imponere (1) præsertim, quæ ipsi præsentes asperarent & potuissent; in iis maxime, quæ cum ipso tantum, remotis arbitris, Deus communicabat. Ne ramen nisi vera doceret, fecit insitæ probitatis atque genuini candoris virtus, cujus in omnibus gestis suis minime fucata documenta monstravit. Si humani aliquid passus est, silentio plane rem non obvolvit; quod etiam in referendis Fratris sui atque Sororis erroribus observat. Prodigia supra captum hominum simplici stylo, ac veluti tranquillo vultu describit, ut homims habitum non plane imponentis, neque grandia, decipiendis incautis, jactitantis exhibeat. Ipse de se, tamquam de alieno in sua narratione locutus videtur, vel si aliquando se prodat, ideam tamen exhiber hominis, veluti latefcere volentis, atque de se tamquam de alieno loquentis; bonis scilicet, & malis æque productis, absque eo quod eas captet rationes, quas superbiæ, & hypocrisis amor suggerit, ut si quos habeat defectus, legentium obtutibus abscondat. Nihil turbidum, æquivocum nihil ejus orario præferet; procul ambages omnes, atque de industria appositæ parergæ narrationi digressiones, quibus subdoli scriptores aliquando Lectores suos longe a veritate abducunt, quo facilius falsa insinuare, atque mendacium, facile alioqui in simplici & aperta narratione prodendum, incautis supponere valeant. Porro Moyses recta ad scopum contendit, ut si quid esset in ejus narratione falsum, atque repugnans, statim sentiretur.

Ultro quidem fatemur, in ejus narratione, plura extra suum locum & temporum seriem vagari; fed hæc potissimum sunt genuini Operis atque Scriptoris certum indicium; quippe qui omnium oculis explorata ac comperta narrans, non eam sedulitatem rebus dirigendis affert, quam Author vel non sinchronus, vel aliud quam versatem præ oculis habens.

Pentateuchi Author eo tempore Operi suo laborabat, quo Dei nominis cognitio, præter Judæos, ceretos ferme latebat; reliquæ enim per Orbem gentes, glomerantibus ignorantiæ eorum, quæ ad Deum & veram Religionem pertinent, tenebris obvolvebantur. Ipfi etiam Judæi, quibus Moyses scribebat, homines erant rudes & indociles, prono in idololatriam ingenio ruentes. Accedebat diuturna in regione corruptissima, & idololatriæ dedita consuetudo animi tenor, purissimis quibusque toleratis, fractus: ac tandem longa servitute educati, serviles prorsus spiritus induerant. Durissimo quin etiam jugo oppressi, avitam fere religionem ex animo & mente excusserant, ut in dominantem superstitionem tandem, neque eorum genio neque moribus prorsus abhorrentem, descenderint. Hæc omnia præ oculis habuisse oporret, ut Moysis consilium in scribendo intelligatur; oportuit enim ut ad captum rudioris populi, ejusque præjudicia sese accommodaret, quidquid educationi illius deerat suppleret, revocaret in memoriam tum factas Patribus fuis promissiones, cum avitam pristinamque ingenuitatem, ac tandem aggerem se ruenti in vitia populo opponeret. Hæc plene præ oculis habuisse Moyses debuerat, dum Pentateuchum scriberet; huc rotum Opus collinar. In Genesi spirirum & cor populi ad Legem, mox tradendam, præparat; Legis enim veluti præfationem in eo libro instituit. Porro ea creationis historia narratur, quæ omnem pentus opinionem abolet æternitatis Mundi; atque Ægyptios, & Phœnices, cultum astris, elementis, atque vilioribus etiam exhibentes, ludibrio exponit. Patriarcharum res gestæ describuntur, selectæ familiæ Abrahami, veluti peculiaris & acceptæ Deo portionis historia deducetur. Totus est autem Scriptor sapientissimus, ut ideam ingerat unici Dei, Cœli Terræque Creatoris, ejuique amplitudinis, potentiæ, & justitiæ, quo Judæorum animos excipiendæ Legi cultum Divinum præscribenti compararet. Nec modica illi cura genealogis deducendis, ac maxime Selii ante diluvium, & Sem post diluvium hunc enim patrem Judæi habuerant, hunc Salvator, Judæorum expectationem expleturus, generis authorem sucrar habiturus. Post relatam hominum dispersionem, occasione rurris Babelicæ, in unam familiam Phaleg, & Heber historiam cogit; versoque ad Abrahamum patrem Hebræorum stylo, magnificas promissiones ipfi factas a Deo, de futuro Liberatore mirtendo, prosequitur, in quem sanc Liberatorem suum Judæorum vota omnia, Legisque latæ, ac tandem Religionis a Deo per Moysen ferendæ consilium, tamquam in unicum scopum & complementum collimabant. Quæ tanc nihil erat confirmandis, atque in spem erigendis animis, dirigendisque moribus aptius; nihilque potentius in fide Dei, & in obsequio Legis populum indocilem continuisset.

Potissima Legislatoris cura in eo versatur, ut occasionem innovandarum, vel constituendarum Legum aperiat, uti Legis, Sabbati, & Circumcisionis. Originem morum, qui apud Israelitas obtinent, sedulo indicat, uti abstinendi a nervo femoris in cibum adhibendo (1). Promissiones a Deo factas Abrahamo inculcat; quibus scilicet se familiam ipsius provecturum, & in Chananitidis possessionem inmissurum fidem suam obligavit. Sacrificiorum atque cæremoniarum occasiones, historias rituique omnes profequitur; sicut vicissim Patrum eorum in Chaldæa idololatriam silentio præterit. Vetera Oracula longa recepta a Patribus traditione servara, singula totidem plane verbis refert; uti ex historia oraculorum Jacobi ad obitum decumbentis intelligimus. Quo vero se omnibus exploratissima retulisse demonstret, ad vetera sæpe monumenta, vetera proverbia & cantica provocat.

Hic veterum inter se Gentium simultates, a sua

dedu-

(1) *Gen.* 32. 32.

deductæ origine, describuntur; hic legenda Noemi in Chanaam maledictio, quæ potior fuit ratio terram Israelitis tradendi. Moabitarum, Ammonitarum & Philistæorum, populi Dei numquam non hostium, crepundia; jura primoris natu Jacob asserta; cui ante & post ortum promissiones factæ, excluso Esau, narrantur.

Omnia hæc Eusebius, de Libris Moysis agens (1), late confirmat. Admirabilis, ait, Theologus atque Legislator Judæorum religionis populo sanciendæ politiam, planeque sanctam volens, non vulgari atque communi Præfatione utendum sibi esse censuit; sed pro excellentia, quam sibi præcipiebat, omnibus nominis absolutæ Legis condendæ idea, quam in suum succum converteret doctrinam, ex ipsis vetustissimis Theologiæ fontibus derivavit. Quare veluti Præfatione mox tradeodæ Legis in Genesi præstituta, ab Authore & Creatore rerum omnium visibilium & invisibilium Opus illud suum auspicatur. Hunc autem veluti Legislatorem & Moderatorem, hunc Arbitrum Regemque universi vivis coloribus pingens, potentia & suavitate temperata sapientia, veluti amplissima Urbi, Mundo jura dare atque universum qua latis, qua in alto pectore insculptis Legibus regere deferibit.

Hebræorum Theologia in ipso sui vestibulo (2) potentissimam virturem, vel Authorem rerum omnium exhibet; exhibet, inquam, non subtilibus atque artificiosis argumentis, sed dogmatica plane ratione, atque authoritate deductam. Divinitus enim afflatus Legislator, Deum esse Cœli terræque verbo tantum prolato, atque unico voluntatis potentissimæ nutu conditorem pronuncias. Nec ramen illud tale tantumque Numen, id unquam committere Moyses animadvertit, ut Creaturas deserat, veluti amantissimus Pater, qui obitu suo orbatos filios, superstite tamen providentia curat; ut ille quidem non Creatoris tantum & Artificis, sed deductoris etiam, moderatoris, Principis & Regis Universi rationem & munus gerat. Hæc non in Moysi tantum spectes, virum nempe Coryphæum & primum Theologiæ Hebraicæ authorem; sed & in cæteris post ipsum ombus, eodem Spiritus S. œstro afflatis, quin & in eximiis ante illum viris veluti Abraham, Melchisedech & Patriarchis, quos grandia de Deo ejusque Providentia sensisse ex lectione Geneseos intelligimus.

Porro si quis paulo diligentius consideret, nihil ad Moysis consilium contulisse magis animadvertet, quam ut sub oculis populi, cui ipse jura dare Legesque constituerat, grandia illa Patriarcharum gesta exhiberet. Quid enim conducibilius ad providentiam Creatoris aditruendam, quam Abrahami, Jacobi, & Josephi gesta? Quid potentiam Dei commendat magis, quam creationis historia? Dei ultio justissima in Diluvio, & eversione Sodomæ exeritor. Grandia vero grandioribus phrasibus exprimens, vividam rerum ideam exeitat. Deus modo prolatis verbis colloquia miscens, modo rebus agendis intentos, ad flagella modo, nunc ad præmia manum extendens, vigili semper oculo puniendæ injustitiæ, atque præmio donandæ æquitati excubans exhibetur. Justitiam Legis Judaicæ, Veterum ante eamdem Legem exemplis demonstrat; quippe qui maxima Legis præcepta ante rogatam Legem coluerant. Religionis vetustatem ita commendat, ut stultam simul noviratem ceteratum tacitus suggillet. Hoc plane coosilium æque per totum Opus regnans, atque felici plane calamo expressum, ipsissimum fuisse Moysis sub S. Spiritus ductu, & disciplina consilium ac scopum, nullus dubito.

Moysen cum ceteris Poetis, & Legislatoribus Gentilium conferens Origenes, ipsum præ Lino, Musæo, Orpheo, Pherecide, ac ceteris efferr (3). Quid enim, ait, scripta virorum, quorum adeo inpientiam demiramini, ad Moysis scripta comparata, historiæ ad historias, narrationes ad narrationes? Quantum illorum documenta præscriptis ab illo dirigendis moribus, regulis & præceptis concedunt, quanto istæ præ illis animis ad bonam frugem revocandis scriptores? Porro Scriptores illi, populi institutione fere neglecta, omnem vertunt curam, ut Sapienribus profint; quippe qui sub figurarum & allegoriarum involucris singularem abdiderint, his tanrum viris perviam, Philologhiam.

Verum Judaicus Legislator, disertissimi Oratoris more, orationem suam ita in quinque Pentareuchi Libris attemperat, ut doctis æque ac indoctis rerum, quæ dicuntur, ideam pro singulorum indole ingerat; eumque in præceptis tradeodis modum servavit, ut neque plura faneiret, quam rudioris populi imbecillitas ferret, ne scilicet transgressionem ingoorantia causarenrur; atque ea præseriberet, quæ doctorum virorum meditationes, in abditis figurarum seosibus scrutandis, detinerent. Jure ergo de illo usurparetur, quod de Catone a T. Livio dictum: *Cujus gloria neque profuit quisquam laudando, nec vituperando quisquam nocuit, cum utrinque summis proditi fecerint ingenii.* Fruitra in illum oblarrarunt Porphyrius, Appio, Julianus, quorum calumniæ viro in majus celebrando valuerunt; si enim laudandum illum suiceppissent, reponi merito laudantibus potuissent: Ut quid vos laudatis hominem, quem nemo reprehendit unquam?

Leges, uti jam innuimus, Mosayeorum operum majorem partem occupant; reliqua ad eumdem scopum referuntur. Primus omnium Decalogus occurrit, juris divini & naturalis summa: præcepta judicialia & cæremonialia succedunt, quæ scilicet imbecillioris populi indoli serviant. Cum enim regulis illis idem temper constantque tenor manere non deberet, sed pro rerum vicissitudine immutari atque variari: quinimo cum & tuum tandem locum veritati, quam tantum adumbrabant, essent facturæ; ideo plora Deus deteriora Israelitis indulsit, quæ tamen ipse abrogari penitus maluisset, uti Polygamiam & Divortium in Lege tolerata. Plurimarum cæremoniarum & rituum, ultrò nullaque peculiari ratione præscripta observantia videtur, nec alius fortasse Dei præcipientis scopus constituendus est, quam Judæorum pervicacia, atque removendi illos ab idololatria, & consuetudine Gentium consilium. Pravos etiam ritus, contraria invecta consuetudine, iis præscripris cæremonis correxit; vel si non contrarios invectis, saltem prioribus aliquanto immutatis, vel salvi illi ad Dei cultum translati, ut ex pravis in religiosas cæremonias deducerentur. Ira enim imbecillioris populi, atque sanctioris disciplinæ ineapaeis ratio habenda fuit. Dura siquidem cervix arduo horum præceptorum jugo edomari debuit, quo & elationes illorum spiritus reprimerentur, atque imbecillitatem suam experti, Liberatoris necessitatem sentirent.

Omnes ferme a Deo in veteri Lege factæ Judæis promissiones, intra bonorum temporalium limites continentur; sicut & pœnæ tantum temporariæ atque sensibiles in tranigressores indictæ. Præcepta nonoili fere in politia civili, vel exrerno Religionis cultu dirigendo verſantur; præcepto interim amoris Dei semel tantum in rota Lege expresso (4). Mysterium SS. Trinitatis apertis verbis dierte numquam, deductis tamen ex sententiis ibidem expressis consequentiis quandoque infertur: nullus perpicuus de pœnarum & præmiorum æternitate, sicut & de animarum immorralitate textus. Deus plerumque ore ad severitatem, minas, ultionem, atque ad zelum & authoritatem suam exerendam composito exhibetur. Intimas eordis dispositiones nullas Moyses exigit, in exrerioribus tantum corporis habitudinibus se coutinens, quod scilicet ea essent cordis menrisque habitudine Judæi, ut nihil perfectius vel sapere ipsi, vel affectare valuissent. Voluit nimirum Deus, ut Moyses primas rantum summorum futuræ Religionis præceptorum lineas, atque operis a Jesu Christo dein perficiendi crepundia duceret.

(1) *Prap. l. 7. c. 9. Vide etiam capp. 7. & 8.* (2) *Idem ibid. c. 11.* (3) *L. 1. cont. Celsum pag. 15.* (4) *Deut. 6. 5.*

ceret. Hinc nihil ab illo nisi imperfectum & irrita figurarum limites, nihil quod demum a Christo Jesu non perfectionem & complementum acciperet. Potissimum Legislatoris studium in eo versatur, ut de futuro Liberatoris adventu, quo sane Patriarcharum & populi vota collimabant, oracula etiam atque etiam ingerat. Quare stato tantum tempore perseverare Leges a Moyse sancitæ sunt, a Messia demum, una cum eordium mentiumque sensibus, reformandæ.

Provido vero Divinæ Sapientiæ consilio ita Leges illæ temperatæ sunt, ut rudiorum imbecillitatem viribus congruerent. Qui vero intelligentiæ acumine præstabant, illi literæ ductu ad penitiorem doctrinam serutandam pervadebant. Ex quo enim Deum talem se exhibuisse hominibus legerent, ut Deus prodiretur, illud etiam facile poterant intelligere, reipsa sibi alium finem præstitui, quam qui in Libro Legis rudibus ingeniis constitueretur. Deum insuper omni corporis admistione liberum, justum, bonum, æternum, non solo externo, & sensibili cultu, sed & interno, mente & spiritu impenso, delectari facile intellexissent. Tandem post tot amplissimas promissiones, a Deo Patriarchis exhibitas, quarum, dum illi viverent, fide numquam se liberasser, quis, rogo, alterius vitæ & felicitatis eertam sibi ipem non spopondisset?

Totus Pentateuchus unius ejusdemque Authoris opus, unum eumdemque finem spectat; quin & perpetua serie universa olim Biblia continuari Judæi retinatur. Quæ modo obtinet in 5. libros divisio (1) ad-arbitrium invecta est; cum rorus æque liber Genesis usque ad cap. 12. Exodi continuari potuisset. Tituli Græci singulis libris præfixi sunt. Genesis sonat Generatio, historia nempe genealogiæ & rerum a Patriarchis gestarum; Exodus redditur Egressus, ex Ægypto nempe; Leviticus Leges Sacrificiorum respicit; quæ scilicet Sacrificia a filiis Levi offerri debuerant; Numerorum liber ex censu familiarum, unde Opus institutum, nomen obtinuit: Deuteronomium Græca voce secundam legem significat; quippe quod omnes ferme Leges in eodem Libro reperantur. Apud Hebræos tamen singulis illis nomen inscribitur ex voce, quæ in capite Operis occurrit; ita cum prima vox Genesis in Hebræo legatur *Bereshith*, ex illa nomen Operi impositum; eademque methodo Exodus *Veele Schemos* vocitatur. Uno tamen eodemque conrextu quinque illos Libros a Moyse scriptos eredimus, ut proinde librorum & capitum divisio recentiori manu inventa videatur.

Opus illud omnes, quotquot ad nos pervenerint, Græcos libros vetustate superat. Quin & ficæ illæ earum Gentium historiæ ex faerorum Librorum fonte plerumque dedueuntur. Oprima etiam quæcumque e libris Moysis suffuratos veteres Philosophos & Legislatores, vulgo SS. Patres arguerunt. *Quis Poetarum* (2), *quis Sophistarum, qui non de Prophesarum* (nempe Aurhorum faerorum) *fonte petaverit? Inde igitur Philosophi fitim ingenii sui rigauerunt.*

Non Judæorum tantum? sed & Christianorum Religio originem suam ex Mosayeis Legibus refert. Dei Filius ideo veniße se in Mundum profiteur, non ut latas illas abrogaret, sed ut implerer perficeretque: quod quidem egregie illum præstitiße, abusibus, qui tractu temporis irrepserant, subiatis, congruis explicationibus adjectis, detortis &? consilio Divini Legislatoris alienis interpretationibus abolitis, ae tandem pedestri & earnali cultu Judæorum, in sublimem, & spiritualem reformato, omnibus ad certa & inconeussa Legis naturalis dogmata, & ad amorem Dei & proximorum redactis.

Samaritanis Palæstinam aliasque regiones incolentibus, suus est, non secus ac Judæis eeteris, Hebraice scriptus Pentateuchus, characteribus ille veteribus Phœniciis exararus, iis scilicet, quibus olim Moyses ipsum usum fuisse eraduut (*). Porro ea literarum ratio apud Hebræos ante captivitatem Babylonicam unice obtinebat. Demum ad propria restituti, sive priſtinis Phœnicibus, qui in nummis sub Simone Maechabæo cusis leguntur, sive novis Chaldæis, modo etiam apud Hebræos familiaribus, indifferiminatim utebantur. Interdum etiam, cum Græcorum lingua in Syria usurpari coepta est, Græcas literas Judæi non respuerunt; ut ex nummis Antigoni, characteribus Hebraieis, vel Phœnicibus & Græeis insculptis, intelligimus. Sub Herode Magno cusæ monetæ solos Græcos characteres præseferunt.

Textus Samaritanus latuit usque ad Origenem, & S. Hieronymum, a quibus interdum laudatur. Nostra tandem ætate exemplaria quædam ex Oriente deducta sunt, unde Pentateuchi Samaritani editionem P. Morinus anno 1631. curavit. Utriusque Textus Hebraici & Samaritani collatio in eam opinionem quoidam induxit (3), nimirum Samaritanum alteri præferendum. Alii corruptum credunt a Dositheo, apud Origenem noto. Loca omnia, in quibus Samaritanum Hebraico faniorem vel corruptiorem judicet, exactissime notavit D. Clerieus in Pentateueh. indice 2. Ita faniorem arbitrarur Gen. 2. 4. & 7. 2. & 19. 19. & 20. 2. & 23. 39. & 34. 14. & 49. 10. 21. & 50. 26. Exod. 12. & 42.

Analogiam fervat magis Genes. 31, 39. & 35. 26. & 37. 17. & 41. 34. 43. & 47. 3. Deuteron. 32. 5.

Glossis & additionibus inficetur Gen. 39. 15. & 30. 36. & 41. 16. Exod. 7. 18. & 8. 23. & 9. 5. & 21. 20. & 22. 5. & 23. 19. & 32. 9. Levit. 1. 10. & 17. 4. Deut. 5. 21.

Cririea quadam manu correctus videtur Gen. 2. 2. & 4. 10. & 9. 5. & 10. 19. & 11. 21. & 18. 3. & 19. 2. & 20. 16. & 24. 38. 55. & 35. 7. & 36. 6. & 41. 50. Exod. 2. 5. & 13. 6. & 15. 3. Num. 22. 32.

Plenior est Hebraico Gen. 4. 8. & 11. 31. & 19. 9. & 27. 34. & 39. 4. & 43. 25. Exod. 12. 40. & 40. 17. Num. 4. 14. Deut. 20. 16.

Mendosus est Gen. 20. 16. & 25. 14.

Cum Septuaginta eohæret Gen. 4. 8. & 19. 12. & 20. 16. & 23. 2. & 24. 5. 62. & 26. 18. & 29. 27. & 35. 29. & 39. 8. & 41. 16. 43. & 43. 26. Exod. 8. 3. & alibi sæpius.

Recedit interdum a Septuaginta, quod adversus Ussserium valet; quippe qui eorreptum a Dositheo ad Textum Septuaginta aurumavit. Genes. 1. 7. 5. 29. 8. 3. 7. 49. 22. Num. 22. 4.

Liber Genesis historiam complectitur a Mundi creati exordio usque ad obitum Josephi Patriarchæ, annorum fcilicet 2369. juxta Hebræum textum & Vulgaram. Scriptus creditur a Moyse in desertis Arabiæ, eum, post murmur populi in Cadesbarne, 40. annis in ea solitudine errare eogerentur. In eo vero

(1) *Vsque Philo in lib. de Mundo hanc divisionem ab ipso Operis Auctore Moyse repetit; sed dicti sui nullam affert rationem. Jesus Christus & Apostoli totum illud Opus numquam, nisi sub uno Moysi vel Legis Mosayca nomine, laudant; quod etiam apud Judæos nostra ætate obtinet. Non invitis eredimus, Esdra authori hanc divisionem in quinque libros tribuendam, quod maxime probat additamentum, prefationis loco, Deuteronomio prapositum. Septuaginta hanc divisionem jam antea inductam servarunt.* (2) *Tertul. cont. Gent. c. 47.*

* *Hieron. Prafat. in libb. Regum. Samaritani Pentateuchum Mosi totidem literis scriptitant, figuris tantum & apicibus discrepantes. Coreum est Esdram Scribam & Legis Doctorem, post captam Jerosolymam, & instaurationem Templi sub Zorobabel, alias literas reperisse, quibus nunc utimur; cum ad illud usque tempus iidem Samaritanorum & Hebraeorum eararteres fuerint.* Vide nostram Dissertationem in illud argumentum, an Esdras veterum characterum sotmam immutarit? (3) *Corruptum a Dositheo Textum Samaritanum animad Usserius; incorruptiorem Hebraice defendit P. Morinus.*

(4) *Orig. cons. Cels. l. 1. in Matth. tract. 27. in Jo. tom. 14.*

vero nomen *Jehovah* exprimit, quod a Deo in visione ad montem Sinai didicerat; animalium etiam purorum ab impuris discrimen, Noemi historiam deſcribens innuit; ex quo ſatis intelligimus, poſt rogatas eas Leges de animalium diſcrimine, ſicut & ceteras Leges ceteras, ac poſt eaſtrametationem ad Sinai, operi ſcribendo manum admoviſſe. Cum autem (1) fontem Judicii commemoret; quod ſane nomen primo poſt ſeditionem populi ibidem ad aquas contradictionis indicum loco. videtur (2), nonniſi poſtremo itineris per deſertum biennio eam provinciam ſuſcepiſſe (niſi forte hæc aliena manu in textum irrepſerint) deducitur.

Primorum capitum Geneſeos litteralis interpretatio ardua eſt adeo, in iis potiſſimum, quæ ad Protoparentum peccatum, ſicut & ad ſententiam in illos & in anguem dictam, ſpectant, ut eorum lectio nonniſi poſt annum ætatis 25. vel 30. Judæis permittatur.

Ut autem vera fateamur, accepta a Patribus orali traditione Moyſes ea omnia; quæ de creatione Mundi, diluvio, & Patriarcharum ætate narravit, didiciſſe potuerat. Noe etenim, qui filios & nepotes Adami ſuperſtites viderat, ad ortum ejus per Abrahami vitam produxit; & Abraham viciſſim eum Sem filio Noe ſua ætate nondum vita functo, conſuetudinem facile habuit. Ab Abraham vero utique ad Moyſen ſoli tantum tres viri interceſſerunt, Iſaac, Jacob, & Levi; quare ſervatas in familiis Judaicis earum rerum traditiones, & memorias facile Moyſes collegerat. Neque enim, niſi ex ſcriptis Familiarum commmentariis, Genealogias, rerum geſtarum tempus, hiſtoriarum eventus omnes; certumque annorum vitæ Patriarcharum tempus adeo exacte reſciſſe potuerat.

Liber Juſtorum, in Joſue (3), & in 2. Reg. 1. 18. laudatus, ipſiſſima videtur hiſtoria Veterum Patriarchiarum. Ita 1. Par. 7. 20. &c. præſtum legimus, cum Judæi in Ægypto eſſent, commiſſum de quo ne verbum quidem in libris Moyſis; quin & in nominibus, & Genealogiis in pluribus Scripturæ locis varietas, non aliunde fortaſſe, quam ex Scriptorum & Exemplarium varietate, & multiplicitate originem duxit. Fatemur quidem rariorem fuiſſe ante Moyſen ſcribendi uſum, nec deſunt Gentes quamplurimæ, a quibus ſcribendi ars diutius exulavit; ſunt etiam qui Homerum ipſum nihil ſcriptis mandaſſe contendant. Sed quænam eſt in hiſtoria illorum populorum obſcuritas, & tenebræ? Quot fabellas pro hiſtoriis ejus ætatis, nulla ſcriptorum monumentorum memoria notis, Græcia non obtruſit? Quot in religione & in Genealogiis indigna? Nihil tale apud Hebræos; ſingulis enim ſuus decor, unus & perpetuus narrationis ſolidæ & exactæ tenor; quæ ſane omnia ſcriptis rerum geſtarum Commentariis, a Moyſe conſultis, acceptæ referenda ſunt.

Sed quorſum hæc eam authoritatem Pentateucho aſſerendam, quam nos Operi tribuimus, niſi etiam Divino Spiritu afflatum Sacrum Scriptorem dixerimus? Divino, inquam, Spiritu, quibadita quæque ſcribenti pandebat, obſcura alioqui & incerta; certis vero aſſertiſque, aliorum relatione vel traditione cognitis, Divinum, atque infallibilem authoritatem aſſerebat. Hinc Iſaias cap. 44. 7. 8. &c. Dei Iſraelis ſupra ceteros aliarum gentium tum authoritatem, & mijſtatem exaggerans, populo ſuo ea pandiſſe ex veteribus hiſtoriis narrat, quæ fruſtra alii ab Idolis ſuis requiriſſent. *Quis ſimilis mei?* (ait Dominus) *ordinem expetat mihi, ex quo conſtitui populum antiquum: ventura, & quæ futura ſunt annuntient eis... Ex tunc audire te feci, & annunciavi: Vos eſtis teſtes mei, numquid eſt Deus abſque me, & formator quem ego non noverim?* Eidem apud Origenem legas (4). *Unde enim poterat Moyſes, vel quæ ab origine Mundi geſta ſunt, vel quæ in fine ejus gerenda erant, narrare, niſi per inſpirationem Spiritus Dei?*

DISSERTATIO
DE MATERIA ET FORMA
VETERUM LIBRORUM,
AC VARIA SCRIBENDI RATIONE.

VEteriſſima omnium ſcribendi ratio, quantum ſcimus, imaginibus quibuſdam vel literis, in lapide lignove inſculptis, conſtabat; cujus generis ſcripturam veteriſſima Ægyptiorum & Chaldæorum monumenta exhibent. Hinc ſcribendi morem ante diluvium obtinuiſſe Joſephus (5) teſtatur, cum filios Seth contra duplex diluvium, per aquam primum, deinde per ignem, quod Mundo imminere norant, geminas columnas, lapideam alteram, ut aquarum injuriis reſiſteret, alteram fictilem, ne igne corrumperetur, obſervationibus aſtronomicis, a ſe primum factis, inſcripſiſſe narret. Has columnas vidiſſe ſe idem Hiſtoricus ſibi perſuaſerat. Noſtras in hunc Joſephi locum conjecturas dedimus in Commentario ad cap. 6. Genel. verſ. 13. Veterum columnarum in Inſula Græcæ extantium, in quibus inſculptis characteribus ritus Sacrificiales Corybantium exhibentur, Porphyrius meminit (6). Euhemerus (7), Sanchoniato (8), Herodotus, Diodorus Siculus, aliique, eaſdem veteres inſcriptiones, hiſtorias ſuas adornaturi, conſuluerant; Characterum vulgarium & communium inventionem Phœnicibus authoribus Lucanus deputat; cum antea, ait, Ægyptiorum hieroglyphica lapidibus inſculta obtinuiſſent (9).

Phœnices primi, fame ſi creditur, auſi
Manſuram rudibus vocem ſignare figuris;
Nondum fluminea Memphis contexere Bibla
Noverat: & ſaxis tantum volucriſque ferisque,
Sculptaque ſervabant magicas animalia linguas.

Hæc ſcribendi ratio per inſculpras animalium figuras ſub ſecundo Rege Memphis primo excogitata fertur (10). Porro primus Rex Menes idem ac Cham filius Noe creditur; ſecundus, Thot; apud Græcos primus Mercurius dictus eſt. Alter Thoth, five ſecundus Mercurius, quæ hieroglyphicæ ſcripturæ a primo Thoth de medicina commiſſa invenit, ea vulgaribus characteribus tradidit. Undenam vero vulgares literas acceperit ſecundus Mercurius, nullibi

(1) *Gen.* 14. 7. (2) *Vide N.* 20. 8. *&c.* (3) *Joſu* 10. 13. (4) *Homil.* 26. *in Num.* (5) *Antiq. l.* 1. *c.* 3. (6) *de abſtin. l.* 2. (7) *Lactan. Inſtit. l.* 1. (8) *Theodoret. Ser.* 2. *ad Grac.* (9) *Lucan. l.* 3. (10) *Marſham. fac.* 1. *ex Syncello.*

Diſſert. Calmet. Tom. I.

apud Historicos legimus; nec alter sane in Ægypto ante illum usus hiice characteribus occurrit, nisi fortasse Moyses, qui sæculo ante hunc secundum Mercurium præcedenti, juxta Marshamum, florebat: (2) facilè autem nonnullis ante utrumque virum taculis, Phœnices eum scribendi morem invexerant; neque enim Moysis ætate primo obtinuisse videtur. Nostra etiam ætate translatæ ex Ægypto statuæ & columnæ perpetuis inscriptæ hieroglyphicis superstant; atque ea scribendi ratio, etiam post inventas literas in sacris & publicis monumentis diutius perseveravit. Antiquitati etiam notæ sunt scripturæ in tabulis æneis & plumbeis exaratæ, cujusmodi in tabulis Hesiodi carmina primo scripta, easdemque thesauri loco in Templo Musarum in Bœotia fecerunt narrant (3). Earum maxime usus in scribendis fœderum, pactorum, atque legum conditionibus fuit; quemadmodum non rara exempla, sicut & in Scriptura monumenta Romanorum, Lacedæmonum, & Judæorum exhibita demonstrant.

Observationes astronomicæ Chaldæorum 720. annorum tabulis lateritiis mandatæ erant, juxta Epigenem: *Epigenes apud Babylonios 720. annorum observationes siderum cœlitibus laterculis inscriptas docet, gravis Auctor in primis* (3). Leges a Solone in tabulis ligneis, authore Plutarcho, Aulo Gellio, & Diogene Laertio, datæ sunt (4); hinc, Suida teste, *Axones* illas appellari contigit. Supererant etiam Plutarchi ætate earum Legum fragmenta (5); quamquam nonnullas in lapidibus exaratas, extantibus adhuc sua ætate reliquiis, Harpocration narrat. Quæ igitur generales Leges erant, sive de Sacrificiis decernebant, illæ lapideis tabulis inscribebantur; quæ verò particulares, ligneis committæ. Lapideæ tabulæ triangulares, *Kyrbeis* appellabantur; ligneæ, quadrangulares *Axes*, vel *Axones*. Scripturæ genus in illis idem servatum est, quod *Boustrophedon* Græci appellant, nempe versibus a læva in dextram, & vicissim alternatim ductis ad instar sulcorum, quos boves arantes in agro imprimunt. Leges duodecim tabularum apud Romanos roboreis pariter tabulis commissas fuisse Scaliger autumavit; quamquam *eboreas* textus Pomponii J. C. præieferat (6).

Tabellæ, sive pugillares apud ipsum Homerum commemorantur: *Pugillarium usum fuisse etiam ante Trojana tempora invenimus apud Homerum* (7). Porrò pugillaria, in quibus ædia Judiciorum scribebantur, *Zanides*, Aristophanes appellat (8). Longobardi, cum primum in Italiam venissent, in pugillaribus tenuissimis, & teretibus scribebant, quorum aliqua vidisse se earum gentium characteribus exarata Pancirolus testatur. Solebant autem pugillaria cera liniri; atque ferreis stilis, sive æreis, aut osseis literæ in eadem cera insculpi; stili vero altera pars acuta ad literas exarandas, altera teres ad lituras inducendas; nec desunt, quorum caput ad instar cochearis rotundi exhibeatur, cui insistentes digiti teretem instrumenti partem supra ceram comprimebant: *Stilus ferreus alia parte, qua scribamus, alia, qua delemus, affabre factus est* (9). Et Horatius lib. 1. Sat. 10.

Sape stilum vertas, iterum, quæ digna legi sint, Scripturus.

Prudentius etiam *Hymn. 9. de S. Cassian.*

Inde alii stimulos, & acumina ferrea vibrant;
Qua parte aratis cera fulcis scribitur,
Et qua sulci apices abolentur, & aquoris hirti,
Rursus nitescens invenitur area.

Ex his tabulis fasciculus simul compactus librum constituebat, dictum etiam *Codicem*, vel *Candicem*, nempe fustum; quod scilicet refert fustum ligneum in tabulas dissectum: *Antiqui plures tabulas conjunctas, codices dicebant* (10); & Seneca (11); *Plurium tabularum connexus, caudex apud Antiquos dicebatur.* Hiice tabulis inscriptæ Epistolæ inter amicos mittebantur; linea tamen tela involutæ, atque terra quadam vel cera Asiatica obfiguratæ (12). Erant etiam buxeæ, & eburneæ tabellæ, sed non in usus familiares. Nec deinceps tabellæ, sed rariores, etiam postquam chartæ, & membranæ usus invaluit.

Post tabellas palmea folia succesferunt, ac deinde tenuiores & læviores arborum cortices: *In palmarum foliis primo scripitatum*, ait Plinius (13); *deinde quarumdam arborum libris*. Et Virgilius ita Sybillam describit:

Jejunam vatem aspicies, qua rupe sub ima
Fata canit, foliisque notas, & carmina mandat:
Quæcumque in foliis descripsit nomina Virgo,
Digerit in numerum.

S. Isidorus carmina quædam Cinnæ in foliis descripta laudat.

Levis in aridule malva descripta libello,
Prufaca vexi munera naviculæ.

Cum vero ea scribendi ratio ului incommoda deprehenderetur, intimus quarumdam arborum cortex familiarius obtinuit, veluti fraxini, ulmi, tiliæ, aceris, fagi, populi ulmi &c. Inde vero Libri nomen inditum: *Liber dicitur interior corticis pars, qua ligni cohæret* (14). Cum autem cortices illi, ut facilius transferrentur, in volumen complicari solerent; inde voluminis nomen (15), quod etiam ad volumina chartacea & membranacea postea translatum est.

Papyrus genus erat calami, ad Nili ripas crescentis, cujus fustum pluribus constabat foliis, simul compactis, quæ acu quodam separatæ supra tabulas aqua asperlas ad latitudinem folii extendebantur (16). Ita extensum folium fubtili quodam glutine, vel lutulenta Nili aqua tepefacta, & præparata liniebatur; ac deinde altero superinducto folio, solis ardori exficcandum totum opus exponebatur. Intima papyri folia delicatissima erant, ex quibus *Augusta papyrus* conflabat; quæ illis adjungebantur *papyrum Juliam*, minoris illam pretii, reddebant. *Papyrus Claudia* tertii erat generis, inter *papyrum Augustam* & *Juliam* media, quæ Imperatorem Claudium authorem habuit.

Ex his foliis plura simul convoluta, quem Latini *Scapum* appellant, componebant. *Scapus* 20. folia ætate Plinii continebat, deinde decem. Ad opera in ævum duratura, folia illa uno tantum latere scripta, in extrema ora simul glutine conjungebantur, ut volumen pro longitudine Operis extenderetur: ephemeridibus vero, aliisque domesticis usibus digerendis, utrumque latus scripturæ serviebat. Ejus papyri usus ante ipsam Alexandri ætatem invaluisse, quidquid Plinius refragetur, Guillandinus demonstrat; quamquam nonnisi post ejus Regis tempora evulgaretur. Servatorum in Bibliotheeis volumina baculo circumvoluta, cujus bacilli utraque extremitas pretiosi ligni, sive eboris ornamentis distinguitur. Porro baculus ille extremæ libri oræ adhærebat, ex quo illud: *ad umbiculum perducere*. Repositis vero in armariis Libris, una bacilli extremitas, cui operis titulus inscriptus esset, prodibat. Papyri Ægyptiæ usus usque ad decimum sæculum, rarus tamen, in Europa mansit (17).

Cum Ptolemæus Philadelphus Rex Ægypti instructissimam Bibliotheeam comparasset, ejus exemplum

(1) *Moyses vivebat Sec. 9. Thoth secundus* 10.
(2) *Utilité des Voyag. de M. Baudelet de d' Airval.*
(3) *Plin. l. 7. cap. 5. 6.* (4) *Plutarc. & Diogen. in Solon. Gell. in lib. 2. cap. 12.* (5) *Vide Menagii Not. in Solon. Diog. Laert.* (6) *De origin. Jurit l. 2.*
(7) *Plin. leg. 13. cap. 11.* (8) *In Vespis pag. 490.*
(9) *Aug. de vera Relig. cap. 20.* (10) *Varr. l. 3. de vita pop. Rom.* (11) *De brevit. vit. cap. 21.*
(12) *Plautus in Bacchid.... Asser cite.* Pist. *Quid?* Chrys. *Stilum, ceram, tabellas, & linum.* (13) *Lib. 13. cap. 11.* (14) *Servius.* (15) *Valla Elegant. l. 6.*
(16) *Salmas. not in Vopisc.* (17) *Mabillon. de re Diplom. l. 1, cap. 8. p. 38.*

plum Reges Pergami imitari ſtatuerant; ſed Reges Ægypti rem ferentes iniquius, lato edicto, ne papyrus extra Regnum efferretur, caverunt. Quare inita ratione Pergamæi, chartæ cujuſdam genus excogitarunt, quod ex Urbe Pergami, *Pergamenum*, ſive ex corio membra animalium contegente *Membrana* appellatum eſt.

Ex his chartis duplex Librorum genus conficiebatur; alterum, quod ex pluribus ſimul conjunctis in longum foliis pro Operis longitudine diſtendebatur; alterum, quod ex pluribus conſtabat, ſimul conſertis, & compactis foliis, quemadmodum & noſtra ætate in Libris ſolemus. Volumina, quæ nempe in volumen convolvebantur, eum ex uno tantum latere characteres exhiberent, ideo majoris erant molis, quam ceteri ex pluribus conſertis foliis Libri, utroque latere ſcripti. Univerſum Livii Opus in parvum quodcum volumen redactum, Martialis commemorat, quod ſi ad volumina redigeretur, integram Bibliothecam occupaſſet.

Pellibus exiguis arctatur Livius ingens,
Quem mea vix totum bibliotheca capit.

Latus illud voluminis, quod unice inſcribebatur, altero intacto, pagina dictum eſt; quod autem utrumque latus ſcripturæ præbebat, tabellæ, ſive tabulæ.

Chartæ, qualis nunc obtinet, ex lineis detritis fruſtulis, in pultis liquorum jugi contuſione, aqua affuſa, reſoluris, ortigo adhuc ulque ignotæ. Ante 500. annos invaluiſſe (1) ex teſtimonio Petri Venerabilis, ubi de *variis veterum pannorum* inſtructa charta memoratur, Intelligimus (2). Scripturæ lino commiſſæ apud Veteres innotuerunt (3); quin & fruſtula quædam veteris Ægyptiacæ ſcripturæ in charta noſtrati ſimili adhuc exhibentur. Parthi ætate Plinii (4), licet papyracea planta in ripis Euphratis jam innotuiſſet, veterem tamen morem in veſtibus ſuis ſcribendi retinere maluerunt. Eodem etiam Plinio teſte, ante inventam papyrum publica monumenta in tabulis plumbeis, privata vero in lineis exarari conſueverant. *Linteï libri*, in quibus Magiſtratuum Romanorum ſcripta nomina, & Reſpublicæ Commentarii digeſti, atque in Templo Dex *Monetæ* ſub Reipublicæ, crepundiis aſſervati a Livio memorantur (5). Hi plane libri in uſus ſacros tunc temporis familiares erant.

Poſt evulgatos Scaligeri, Bocharti, Voſſii, aliorumque plurium Commentarios, nemo fere amplius dubitat, quin primi, quibus Moyſes uſus eſt, characteres, Phœnicii fuerint: de illorum tamen origine inter Eruditos non ſatis convenit. Sunt qui illorum inventionem Chaldæis, vel Aſſyriis tribueutes, eorum tamen decus credant ſibi uſurpaſſe Phœnices, in quos quemadmodum & in alias gentes, uſus invaluit, primos ſe earum litterarum aurhores jactitantes. Alii viciſſim in Aſſyrios ipſos & Chaldæos, derivatas a Phœnicibus literas, malunt. Ex hoc ſententiarum diſſidio, quam modo diſcutiendam ſuſcepimus, controverſia emergit; de origine ſcilicet characterum, quibus Moyſes uſus eſt.

Arbitrarur quidem nonnulli, Abrahamum acceptas in Syria literas poſteris Chananæis tradidiſſe; ſed alii Patriarchas ipſos, quas ſemel didiecrant in Chananitide literas, in Ægypto una cum Chananæorum lingua ſervaſſe, atque in uſus familiares uſurpaſſe conrendunt. Verum abique eo quod huic implexæ queſtioni de literarum origine implicemur, ea nobis impræſentiarum ſtatuenda ſunt; nimirum eos, quibus Moyſes uſus eſt, characteres, ipſiſſimas eſſe Ægyptiorum literas, eaſque cum Phœniciis characteribus prorſus confundendas. In hac autem poſtrema hujus noſtræ aſſertionis parte, totam diſputationis vim conſtitui oportere ſatis intelligimus; Moyſen enim earum gentium characteribus uſum eſſe facile omnino crediderim; quibuſcum Hebræi longo jam commercio, atque ipſis etiam moribus quampluimis communicaverant; ne quid dicam de Ægyptiorum literatura, qua Moyſes, Regia educatione a filia Regis Ægypti filii loco enutritus, imbutus eſt.

Ægyptiorum characteres ipſiſſimos eſſe cum Pecenicis five Cadmæis, a Cadmo in Bœotiam translatis, P. Kircherius operoſe contendit; ſed ea profert opinionis ſuæ argumenta, quibus ſane non omnibus æque Eruditis periuaſit (6). Totus eſt Author in expendenda Cophticarum literarum, quas recentiores eſſe, & ex Græcis expteſſas defendit, cum Græcis ſimilitudine. Quidquid ſit; illud fateamur oportet, apud Ægyptios, præter Hieroglyphicos characteres, aliud in uſus vulgares ſcripturæ, & characterum genus obtinuiſſe; cujus licet formam neque Herodotus (7), neque S. Clemens Alexandrinus (8) expreſſerint; ex eorum tamen ſilentio facile colligimus, a ratione ſcribendi Gentium finitimarum, in quibus characteres Phœnicios obtinuiſſe non inepte conjicimus, non abluſiſſe. Narrat Herodotus, Ægyptiorum ſcripturam e dextera in lævam ductam; eamque nodoſis quibuſdam & tortuoſis in modum rotæ implexis apicibus (quod cum Phœniciis characteribus quadrat) expreſſam Apulejus deſcribit (9). Ante invectas Phœnicum literas, ait Lucanus (10), apud Ægyptios nulla erat parandæ papyri ars; inſculpta in lapidibus animalia, & magicæ quædam figuræ unice pro characteribus habebantur. Poetæ igitur ſententia Ægyptiorum veteres characteres cum Phœniciis confundit. Sub Ageſilao Rege in tumulo Alcmenæ Thebis in Bœotia, tabella quædam ænea inventa eſt, authore Plutarcho (11), veteribus perpetuis characteribus inſcripta, ignotis illis, etiam poſt inſpectas pleniori luce atque a firu repurgatas figuras; literæ tantum barbaræ Ægyptiis ſimillimæ deprehenſæ ſunt. Miſſa igitur in Ægyptum tabula rerum antiquarum peritiſſimus Chonuphis conſultus, poſt excuſſa ſeldo veterum librorum Ægypti monumenta, interpretatus, veteres in ea tabula literas Ægyptiacas, quales ſub Rege Proteo obtinebant, expreſſas eſſe. Veteres ergo illi Cadmæi characteres, a veteribus Ægyptiorum litteris non diſtinguebantur; nec proinde ab utriſque Phœniciæ litteræ abhorruiſſe debuerant, ſi verum ſit, uti ne ambigimus quidem, Cadmæas eaſdem fuiſſe ac Phœnicias literas. Voſſius pluribus, nec ſpernendis rationum monumentis firmat, ante Cadmi adventum characterum in Græcia uſum per Cecropem innotuiſſe. Porro Cecrops Ægyptius genere, non alias detuliſſe in Græciam literas videtur, quam Ægyptias; ex quo illud conſequitur, Græcas veteres ab origine literas eum Ægyptiis confundi oportere. Apollodorus, aliique ex Veteribus (12) Cadmum ipſum ex Ægypto repetentes, Thebas Ægypti reliquiſſe tradunt, antequam ad Thebas Bœotiæ condendas ſe contuliſſet.

Fatemur quidem, Origenem (13) characteres Hebræos ab Ægyptiis & Phœnicibus diſtinxiſſe; ſed opinionem iſte ſuam nullo rationum monumento fulcit, id tantum demonſtraſſe contentus, Hebræorum vernaculam linguam aliam eſſe ab Ægyptia; quin & in ea fuiſſe ſententia videtur, poſt longam in Ægypto deſuetudinem, tandem Hebræos in egreſſu ab Ægypto veteris linguæ uſum Divino prodigio receptiſſe, quam in rem Prophetam quemdam Hebræum, ſuppreſſo tamen nomine, ignotumque laudat. Sed una Origenis authoritas minus ſane, quam tot rationum monumenta, valet.

Nunc de materia, & forma veterum librorum apud Hebræos agendum. Quamquam de Libris frequens ſit apud Moyſen ſermo: nullum tamen

(1) *Vide Mabill. de re Diplom. lib. 1. cap. 8. pag. 38.* (2) *Contra Jud. in Biblior. Cluniac. pag. 1070.* (3) *Vide Liv. Dec. 1. l. 4. & Vopiſc. in Aurelian.* (4) *Plin. l. 13. c. 11.* (5) *Decad. 1. l. 4. & 10.* (6) *Vide apud Valcan. Prolog. 2. n. 18.* (7) *Lib. 2.* (8) *Strom. l. 5.* (9) *Metam. lib. 11. ad fin. De operris adyti profert quoſdam libros literis ignoratibus pranotatos, partim figuris bujuſcemodi animalium, concepti ſermonis compendioſa verba ſuggerentes: partim nodoſis & in modum rotæ torquoſis, compalatimque condenſis apicibus &c.* (10) *Pharſa l. 3.* (11) *De Dam. Socrat.* (12) *Euſ. Chron. l. 2. n. 562.* (13) *Comt. Celſ. l. 3.*

describit, præter duas illas tabulas, in quibus Dei opera Decalogus exaratus est : quas illæ læves & utroque latere inscriptas exhibet. Quorsum autem duo hæc sedulo idem Moyses adnotasset ; nisi ut plane intelligeremus, eas tabulas a ceteris libris in eo discrepare, qui scilicet ligneis tantum tabulis, & uno tantum latere inscriptis constabant ?

Porro quæ in cabellis ligneis & lapideis scribendi obtinebat consuetudo, omnium vetustissimam fuisse novimus ; nec sane quoties de libris apud Moysen agitur, aliquid occurrit, quod commode de hisce cabellis explicari non possit ; nihilque vicissim legimus, quod corticeorum, papyraceorum, atque membranaceorum voluminum ideam aliquam ingerat. Quare ut librorum nomine (1) apud Moysen ex his tabellis compactos libros intelligamus promptum est. *Voluminis* enim nomen in Vulgata Pentateuchi tantum, sed non in textu Hebræo, ne vel semel quidem, legitur. Exstat tamen in textu Jeremiæ, Ezechielis, Esdræ, Psalm. 39. & in Zacharia. Neque Rabbinorum sententiam moror voluminibus membranaceis, vel papyro Ægyptia utum Moysen autumantium ; cum membranas, atque papyrum Ægyptiam Moysis ætate longe posteriores fuisse, neminem lateat.

Cum igitur apud Moysen mentio inducitur de Libris Fœderis, Legis, Regnûi, de Libro in quo describere prius maledictiones, deinde in aqua, ad explorandam fœminæ de adulterio suspectæ cautam, eradebantur ; sicut & cum de reponendo Libro Legis ad latus Arcæ agitur, nonnisi ad tabellas & afferes hæc omnia deputamus. Hinc Septuaginta Hebræum *Sopher* constanter vertunt *Axones*, quo sane nomine appellantur tabulæ, in quibus Leges, uti supra diximus, exarabantur. Hunc ipsum scribendi in ligneis tabellis morem exprimit Author libri Job : *Quis mihi det, ut exarentur (sermones mei) in libro stilo ferreo, & plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice* (2) ? Hæc pro scriptura in ligno, plumbo, silice exarata, assertissima sunt : Nec etiam ambagibus Salomonis verba implicantur, cum misericordiam & veritatem in tabulis cordis sculpendas admonuit (3). Jeremias grandioribus verbis paria exprimens, Judæorum crimen in tabulis cordis eorum stylo ferreo, & ungue adamantino exaratum pronunciat (4). Quin & Deus minitatur, se, post eversam Jerosolymam, inviæ urbis memoriæ abolendæ ducturum, & reducturum *crebrius filium super faciem ejus* (5). Minas a se in Judæos pronunciatas Isaïæ scribendas Deus edicit (6) : *Super buxum, & in libro diligenter exara illud*. Ezechiel, acceptis ab Ephraimitis alisique Tribubus sibi faventibus, sicut & ex Juda tabellis, Librum compegit, (7) quem, sicut & singulas paginas, Librum lignetum appellat. Deus ad Abacuc (8) : *Scribe visum, & explana super tabulas, ut percurrat, qui legerit eum*. Scriptæ a Davide pro nece Uriæ Epistolæ 1 quemadmodum & Jezabelis, nomine Achabi, litteræ in Naboth datæ, *Sopher* in Scriptura nuncupantur (9), quæ quidem ipsissima est pugillarium Hebraica appellatio ; ut argumento sit, simillem viguisse scribendarum, atque obsignandarum epistolarum apud Hebræos morem, quem supra Græcis & Romanis tribuimus.

Principum edicta tabellis, non secus ac epistolæ, committa, Regio sigillo obsignata ad Provincias transmittebantur. *Ipsa epistola, nomine Regis scripta, annulo ipsius obsignata erant, & missa per veredarios* (10). In foro autem locisque publicis Urbium suspensa exponebantur : *Edictum Regis pependit in Susan &c.* (11). Publica instrumentorum forma, qualis in tebus vendendis servabatur, in historia empti a Jeremia (12) agri Hanameelis exhibetur ; ipse scilicet Propheta pacta conventa in tabella digessit, atque adhibitis testibus, instrumentum sigillo munivit ; dein pecunia ad libram perioluta est : *Scripsi in libro* (13), *& signavi, & adhibui testes, & appendi argentum in statera*. Testium nomina instrumento subjecta fuisse ex Hebræo, Septuaginta, & Arabico intelligimus ; *In conspectu testium, qui scripserant* (14). Ex alia tamen Hebraici textus punctuatione, testium nomina solum a tabellione inscripta erant instrumento, quam legendi rationem servant Chaldæus, Syriacus, & Vulgata : *Qui scripti erant in libro emptionis &c.* Quæ posterior lectio præferenda videtur, obtinente hodie usque in Oriente more, ut instrumenta non signentur quidem, sed proprio testiumque sigillo obsignentur. Porro scriptum illud originale ratumque sigillo ita muniebatur, ut nisi vel disrupto sigillo, confractove lino aut filo, quo totum obvolvebatur, nunquam legi potuisset ; eaque inita ratio est, ut omnia in litteris & subscriptionibus dolus malus præcaveretur.

Ut autem pro data occasione consuli instrumentum posset ; alterum ex autographo transcriptum, absque sigillo & obvolucris in testa tepositum servatum est, ut non obscure in versi. 14. exprimitur : *Sume libros istos*, ait ad Baruch Jeremias, *librum emptionis hunc signatum, & librum hunc qui apertus est*. Duo hic instrumenta memorantur ; quorum alterum ab alteto, sigillo tantum originali appolito, distinguebatur ; uti diserte Syriacus ; *accipe syngraphas istas ; syngrapham hanc emptionis obsignatam, & syngraphum hanc minime obsignatum*. Inter Commentatores quidem de numero horum instrumentorum non satis convenit. Arabicus enim unicum tenet : *accipe librum emptionis, qui lectus fuit, & obsignatum illum* ; Ludovicus de Dieu in versi. 11. tria distinguit ; nempe : *librum emptionis* (15), sigillo munitum ; alterum, cui in Hebræo nomen ineft *præceptum* (16) ; & tertium, quod *statutæ* appellatur (17). Verum nos textui inhærentes, duos tantum admittimus ; cum potissimum & tertium invehcee nulla necessitate cogamur.

Quo autem Syngrapha illa originalis sigillo munita est ? Sunt qui annulo Jeremiæ credant ; sunt qui Tabellionis ; ac tandem Grotius, & Prophetæ & testium sigillo obsignatam asserunt ; gratis omnes. Non defuerunt, qui ad nostros mores veteres consuetudines redigentes, appensam instrumento obsignationem bullam, publicum sigillum præferentem, autumaverint ; vel saltem eo sigilli genere clausam, quo apud nos litteræ obsignatæ & breviculi solent, in quibus sive arma, sive Regis ad pectus usque expressa imago cernitur. Sed omnia hæc, præterquamquod tecentiora sunt, quam cum veteribus quadrent, cum voce Hebræa *chatam* minime congruunt ; nihil enim sonat nisi obsignare, obvolutum, ut in epistolis fieri solet, aliquid habere.

Geminæ etiam a Deo traditæ Moysi tabulæ, divini cum populo fœderis jura contunentes, hujus consuetudinis, gemini scilicet conficiendi instrumenti, ut terum fides in judiciis atque posteritati constatet, argumento sunt apertissimo. His tabulis recondendis Arca quædam, quam nos Fœderis appellamus, fabricata fuit ; eaque in Tabernaculo reposita, ut scilicet commode, quoties de infidelitate atque violati fœderis crimine populus arguendus esset, tabulæ illæ consulerentur.

Moysis Liber, in quo Gentis historia, legum & cæremoniarum canones continebantur, ejusdem Legislatoris jussu, ad latus ejusdem Arcæ, quo facilius & consuli, & transferri potuisset, reconditus est (18). Regi enim peculiari lege injunctum a Moyse est, ut ex Legis præceptis singula, quæ ad ipsum spectarent, sollerti cura descripta apud se retinerent (19). Cum vero Samuel Regem Israelitis constituit, ejus rei instrumentum una cum juribus

novæ

(1) *Sopher*. (2) *Job* 19.24. (3) *Prov.* 3.3. (4) *Jer.* 17.1. (5) 4 *Reg.* 21.13. (6) *Isa.* 30.8. (7) *Ezech.* 37. 19. (8) *Abac.* 2. 2. (9) 2. *Reg.* 11. 14. & 3. *Reg.* 21.8. (10) *Esth.* 8 10.

(11) *Ibid. vers.* 14. (12) *Jerem.* 32. 9 10. (13) *Bespher vers.* 12. (14) *V.* 12. (15) *Sopher hammiqueh*. (16) *Hamitzveh*. (17) *Hukaqnim*. (18) *Deut.* 31.26. (19) *Deut.* 17.18.

novæ illius politiæ, in Tabernaculo coram Domino depositi (1).

Quod in Jeremia legimus, de reposita in vase fictili iyngragha, in Pisidiam Græcis receptum moribus obiervamus. Aristophanis Scholiastes, ad v. *Echinos* (2) vasi ærco sive fictili commissa tradit instrumenta, eaque omnia scripta, quibus publica in judiciis fides constare debuisset. Porro vasa illa nec obvium erat singulis recludere, nec nisi capitali crimine contringebantur. Est etiam de eodem *Echino* apud Demosthenem, & Aristotelem mentio. Ex eodem Aristophane factum icimus, ut tinpositis ostreis & squammis sigilla custodirentur, metu ne forte vel delerentur unquam, frangerentur, vel adulteraretur (3). In vase seu dolio fictili inventas legimus ab Origene Versiones Græcas Scripturæ, quæ sub quinctæ & textæ nomine innotescunt.

Mos epistolas obsignandi, quemadmodum & edicta, atque rabellas, quibus Prophetæ visiones suas committebant, tam notus est in Scriptura, quam quid aliud. Isaias ad Judæos (4): *Erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti litteras, dicent: lege istum; & respondebit, non possum; signatus est enim.* Deus ad eumdem Prophetam (5): *Liga testimonium* (nempe vel filo, vel lino obvolve rabellas, tuis oraculis inscriptas) *& signa* (obsigna) *legem in discipulis meis.* Deus ad Danielem (6): *Claude sermones, & signa librum usque ad tempus.* Propheterum sane oracula veluti epistolæ habebantur a Deo ad populum missæ, quas recludendi, Dei injussu, omnibus interdicta facultas (7): *Vade, Daniel, quia clausi sunt, signatique sermones.* Nec ab his abludebat Liber septem sigillis obsignatus, quem sibi in visione occurrisse S. Joannes in Apocalypsi testatur; ab utroque latere, eximo nempe & intimo, scriptus erat eodex; sed lineo panno obvolutus, septemque obsignatus sigillis lectores avertebat. Notat Plinius lib. 33. cap. 1. belli Trojani ævo rara adhuc fertri figilla, quorum loco epistolæ variis nexibus obstringebantur.

In moribus positum fuisse apud Romanos constat, ut (8) epistolæ rabellis cera oblitis committerentur; eaque panno obvolutas ac figillo munitas, dein ad amicos tranimittebant. Maluerim tamen, hanc scribendi rationem in pactionibus, testamentis, aliisque publicis instrumentis non fervatam asserere. Illa enim non raro in rabellis digerebantur; quas deinde rabellas panno obvolutas obsignabant, metu ne forte adulterari aliquid dolo malo, sive litteras quacumque demum ratione immutari contingeret; quod sane non operose fieri potuisset; nec, si ab aliquo præstaretur, facile dolus, nisi tantum ex varia characterum forma (quam tamen vix animadverras in scriptura a callido veteratore adulterata) deprehendi potuisset; cum alioquin ducto super characteres stili calce, litturarum ne vestigium quidem appareret. Cum tamen fallariorum calliditas has omnes artes fruttrasset, eo deventum est, ut sub Nerone nova lege huic malo occurrendum censeretur; quare *adversus falsarios tunc primum reperta, ne tabula, nisi pertusa, ac ter line per foramina trajecto, obsignaretur* (9). Porro si de præcavendis in figillo tantummodo fraudibus ea lege agebatur; frustra filum tertio usque per foramina rabellæ trajiciendum cavebatur; cum vero de sarta tecta habenda scriptura res fuerit, consulto cautum est, ut ducto reductoque filo pannus, quo tota obvolvebatur, strictius scripturæ adjungeretur. Porro in scriptura potissimum corrumpenda, fallariorum arte versatas versutas, ex eodem Svetonio intelligimus. De Tito enim hæc scribit (10): *Cum annuunciassitur suis per ludum jocumque certaniem, imitari chirographa quecumque vidisset; ac profiteri se maximum falsarium esse potuisse.* Cum vero in eum, quem diximus, modum instrumenta atque scripturæ panno obvoluta, atque figilo clausa custodirentur, nullus dubito quin ad omnem occasionem ex originali apographa suppeterent. *Pater natum* (hæc Apulejus in Apolog.) *fibi filiam mora ceterorum professus est. Tabula ejus partim tabularie publice, partim domo assernantur: porrige Æmiliane tabulas istas, linum considera, signa quæ impressa sunt, recognosce.* Iisdem motibus Græci & Romani quoad testamenta potissimum censebantur (11).

Volumina ex arborum cortice vetustissima consuetudine obtinebant, quantum ex libro Job colligimus (12): *Quis mihi tribuat, ut... librum scribat ipse, qui judicat, & in humore meo portem illum, & circumdem illum, quasi coronam mihi?* Epistolæ Sennacherib, per Rabsacem ad Ezechiam missæ, in hisce voluminibus deiciptæ videntur: (13) *Tulit Ezechias libros de manu nunciorum, & legit eos, & ascendit ad domum Domini, & expandit eos coram Domino.*

De his voluminibus apertior est in Ps. (14), in Jeremia (15) in Ezechiele (16), & Zacharia (17) termo. Psalmista quidem scribit: *in capite libri* (Hebr. *in volumine libri*) *scriptum est de me*: ac si Deo adeo addictum se profiteretur, veluti si per scripturam solemni more se totum illi devovisset. Jeremias (18) in vinculis detentus, cum populo verba facere prohiberetur, Baruch amanuensi filo quædam dictavit, coram populo in atrio Templi legenda. Rex certior ea de re factus, accito ad se Baruch, tres vel quatuor paginis illius scripturæ, vel, ut habet textus, tribus vel quatuor portis ejusdem voluminis coram se lectis, statim ipi ignem injici codicem imperavit. Jussa Regius Scriba, cultro prius dilacerato libello, executioni mandavit. Jeremiæ continuo præcepit Dominus, Liburnum ex integro reicriberet. In ea historia referenda, perpetuo Scriptura utitur voce *Megillath Sepher* (volumen sonat); & ea quæ de cultro Scribæ narrantur, receptum jam tunc morem, calamo & atramento scribendi, satis demonstrant. Manet adhuc idem mos in Oriente. Optimæ arundines circa Dauracum ad Sinum Perficum Menſe Martio leguntur. In fasciculos colligatæ in fimo per sex menses conduntur; ubi & obdurescunt, & pellucida illa superficie ex croceo atroque mixta imbuuntur. Ægyptias & Cnidias arundines, eaque quæ in lacu Anaide in Asia nascuntur, omnium optimas habitas fuisse Plinius *lib. 16. cap. 36.* est auctor.

In eo Jeremiæ textu atramento usus Baruch perhibetur: *Ego scribebam in volumine atramento.* S. Clemens Alexandrinus supplicationem quamdam Sacerdotum Ægypti deicribens *Strom. l. 6.* Sacerdotem inducit plumis in capite ornatum, libtum eum regula in manu tenentem, adjecto etiam ad scribendum atramento, & junco ad characteres formandos. Apud Græcos & Turcas nostra etiam ætate non penæ quidem, sed arundines ab scribendum obtinent; quemadmodum apud Romanos olim in usu fuisse scimus.

Inque manus charta, nodosaque venit arundo (19).

Quonam instrumento scriberentur volumina, nusquam in Scriptura apparet; frequens vero de stilis pro rabellis, de quibus nos supra egimus, mentio. Porro stili & tabellæ in vagina reconditæ, lateri appensæ deferebantur; vaginam Hebræi *Kesot*, Græci *Graphiarium* appellabant. De hoc more apud Hebræos, Græcos, & Latinos nos satis in *Comment. in Ezech. 9. a. 3.*

Volumina ista uno tantum latere scribi consueverant,

(1) *t. Reg. 10. 26.* (2) *In Vespis pag. 533.* (3) *Ibid. pag. 471.* (4) *Isai. 29. 11. 12.*
(5) *Isai. 8. 16.* (7) *Daniel 12. 4.* (8) *Ibidem vers. 9.* (9) *Vide Plaut. in Bacch. Cic. in Catil. Orat. 3. & in Ver. & pro L. Flac.* (10) *Svet. in Nerone.*
(11) *Svet. in Tito.* (12) *Vide Lacrt. l. 5. in Theophr. & Svet. Oc.* (13) *Job. 31. 35.* (13) *Isa. 37. 14. & 4. Reg. 19.* (14) *Psalm. 39. 11.* (15) *Jeremia 36.* (16) *Ezech. 2. 9.* (17) *Zach. 5. 1. 2.* (18) *Jerem. 36.* (19) *Persius.*

rant, quemadmodum & Critici omnes conveniunt, & apud Ezechielem satis indicatur (1), qui volumen scriptum intus & foris, tamquam singulare describit: *Ecce manus missa ad me, in qua erat involutum liber, & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus & foris.* Quam vero exhiberent figuram Priscotum volumina, Zacharias fere depingit: Obtatum est, ait, mihi per visum (2) volumen 20. cubitis longum, 10. latum. Non tamen omnia ejusdem amplitudinis volumina fuisse credimus; sed plane fuam extitisse oportet inter codicem istum, & vulgares proportionem. Ex cortice, sive papyro Ægyptia omnia hæc constitisse facile crediderim. Sunt qui morem scribendi in pellibus ex illo Psalmi deprehendisse sibi visi sunt: *Extendens Cœlum sicut pellem* (3); nempe extendens Cœlum, velut volumen pelliceum, sed Hebræa vox aperte sonat tentorium, vel pellem tentoriis conficiendis. In Tobia (4) & 4. Esdræ, (*) vox *charta* occurrit, quæ papyrum Ægyptiam designat. Sed eum in Græco Tobiæ nihil nisi vox *Biblion* pareat, quæ ex eo libro de figura atque materia eodieis laudantur testimonia incertissima sunt. Sub Maechabaeis volumina obtinuisse (5) phrasis illa satis indicat: *Et expandemus libros Legis.* Eumdem morem Judæi olim J. C. ætate, & hodie usque in Synagoga servant, ingentibus voluminibus scriptam Legem & Prophetas custodientes. Hæc apertissime *Luc.* 4. 17. 20. *Traditus est ei* (Jesu) *liber Isaiæ Prophetæ, & revolvit librum &c. & cum plicuisset librum, reddidit Ministro.* Quæ sane verba volumina fere depingunt; quemadmodum & illa Apocal. 6. 14. *Cœlum recessit sicut liber involutus.* De atramento & charta mentio occurrit 2. Jo. ℣. 13. & apud S. Paulum (6) volumina ex papyro Ægyptia, & ex membranis distinguuntur egregie: *Affer tecum & libros, maxime autem membranas.* Quamquam unicus iste textus est, in quo membranæ apertissime exprimuntur. Tabellarum etiam usus non obscure se prodit in tabella, quam Zacharias, pater S. Joannis Baptistæ, ad scribendum pueri nomen postulavit (7).

DISSERTATIO IN REGIONEM OPHIR.

NUllius ferme in toto Orbe regionis fitus obscurior, quique Eruditos exercuerit magis, quam Ophireticæ. Quamquam enim tapsus de illo Scriptura, nec obscuros ejus a cæteris distinguendæ characteres exhibeat; plura tamen in eamdem regionem congesta creduntur, quæ misere Geographos confundant. Insulam esse igitur autumant, vel saltem regionem maritimam, auro, argento & ebore fœtaceam; pavonibus, simiis, psittacis, lignis pretiosis, & aromaticis, gemmis non infrequentem, mari Rubro triennii itinere adeundam. Hæc plane omnia, dum Geographi in aliquam ex Regionibus maritimis, nostra ætate commercio & earumdem rerum affluentia divitibus conferre student, in varias abiere sententias, totamque rem implicare coacti sunt.

Veterum plerique Ophir apud Indos constituunt, quorum agmen Josephus duxit (8), perhibens vestigium nominis Ophir ad suam usque ætatem in Indiis mansisse, ubi regio aurea audiebatur. Eo nomine defigna se creditur historicus (9) Chersonesum, de qua Ptolemæus, regionem, quam nos Malacham peninsulam, e regione Sumatræ sitam, appellamus. Lucas Holstenius, post operosam ejus regionis disquisitionem, tandem Indias universas vel saltem urbem Supar in Regno cognomine in Insula Celebum, nomine Ophir designandam concludit (10). Alii in Regnis Malabar, & Zeilan confignant; Hippurim enim, cui nomen Oppir affine, portus est in Zeilan. Alii malunt in Insula Tapobrana, veteribus celebratissima, in quam omnes Ophir characteres quadrasse animadverterunt; sed cum ejus Insulæ situs, non minus quam Ophir, ignotus sit, nihilo ex ea sententia instructiores efficimur. Est apud aliquos Ophir idem ac Ormus in ostio Sinus Persici; est Eupolemo (11) in Insula *Urphe* ad Erythræum; est Maffæo in Pegu, cujus regni incolæ ex Judæis exulibus, a Salomone ad fodinas in eas regiones damnatis, originem reperunt; est Lipenio, in libro de eodem argumento, ultra Gangem ad Malacham, Javam, Sumatram, Siam, Bengalam, Pegu &c.

Non desunt, qui Ophir ad Americanum tractum deputarint (12). In Insula Hispana constituit Christophorus Columbus, ejusdem Insulæ primus inventor, qui invenisse in Ophir Salomonis passim jactitabat; testarus in ejus veritatis argumentum, plures deprehendisse cavernas subterraneas ultra 16. mille passus excurrentes, quas ab opificibus Salomonis eruendo auro effossas conjectabatur. Sed Postellus aliique nonnulli potius in regione Peruana sitam Ophir malunt; eaque illi confidentia rem asserunt, ut classium Salomonis, quasi ipsi deduxerint, iter totum deseribant. Nihil eorum systemate jucundius, nihil tamen futilius.

Alii vero, nec rari, Indias, & Americam nimis oblitisse, sicut & Arabiam nimis ad Africangaber, unde classis Salomonis solvebat, accessisse rati, Ophir in Africa quærunt. Eorum igitur alii, in Regno Melindæ, vel Sofalæ in plaga Orientali Æthiopiæ Africanæ sistunt (13), cujus Insulæ traditione, etiam in libris descripta, inquiunt, receptum est, Salomonis classem singulis triennii bus eo; ad aurum asportandum, cujus est regio ditissima, venisse. Joannes dos Sanctos narrat, in Monomotapa montem esse Furam auro optimo egregie divitem, ubi oppidi (Reginæ Sabæ ædes ferunt) vestigia supersunt; eamque regionem eum Ophir confundendam affirmat. Cornelio a Lapide est in *Angola* ad oram Occidentalem Africæ. Quid? nonne aliquibus regio Ophir ipsa est Carthago, Urbs 200. solidis annis Salomone recentior? Paraphrastes Jonathan eam regionem in Africa posuisse contentus, nihil ulterius determinat. Alii Ophir & Tharsis in Hispaniis collocant. Putat Grotius in 3. *Reg.* 9. 28. naves Salomonis, forte non ad Indias navigasse; sed ad portum ejus Urbis, quam Arrianus *Aphar*, Plinius *Saphar*, Ptolemæus *Saparam*, Stephanus *Saphirinam* ad Arabiæ litora posuere, quam Oceanus alluit, quo Indi merces suas deferebant.

D. Huetius in Dissertatione de Navigationibus Salomonis, ejus Regis classes nova via deduxit. Ratus enim ille duo maria Mediterraneum & Erythræum, ducto quodam canali ea ætate juncta fuisse, ut navigia ultro citroque mearent; hanc rationem init explicandi loci 2. *Par.* 8. 18. ubi Hiram Rex

(1) *Ezech.* 2. 9. (2) *Zach.* 5. 1. 2. (3) *Psal.* 103. 3. (4) *Tob.* 7. 16.
(*) 4. *Esdræ* 14. 24. (5) 1. *Macch.* 3. 48. (6) 2. *Timot.* 4. 13. (7) *Luc.* 1. 63.
(8) *Antiq. l.* 8. *c.* 2. (9) *Ribr. Torniel. Adricom. Marius Niger, Gaspar Vasr.* (10) *In not. ad Ortel.*
(11) *Apud Euſ. Prep. l.* 9. *c.* 30. (12) *Arias Montan. Genebr. Vatab.* (13) *Ortel. Thom. Lopes.*

Rex Tyri navigia nautasque misisse perhibetur ad Elath in Erythræo, ut Salomonis usibus servirent. Ecqua enim alia via, ait, trajicienda fuisset navigia, nisi per canale, de quo supra, deducerentur?

Neque de canali illo utrumque mare jungente, Veterum apertissima testimonia desiderantur: sed an illud ad Salomonis ætatem pertineret, sola superest difficultas. Huic rei probandæ, testimonia Arabum Scriptorum quædam affert Huetius, quibus Abrahami ætate Nilus cum Erythræo canali junctus asserirur; sed forte Arabum Authorum fides, in re vetustissima & ab eorum ætate remota, Eruditis in suspicionem revocabitur, cum potissimum aliorum Scriptorum authoritati adversetur; quippe qui canale illud recentiori opere sub Dario, vel etiam sub Ptolemæis absolutum perhibuerint. Strabo quidem Sesostridem operi manum admovisse tradit (1); sed teste Aristotele (2), & Plinio (3), cum postea maris aquas reliquo Ægypti solo eminere animadvertisset, rem totam infectam dimisit, metu ne forte superiores aquæ in imam Ægypti regionem defluentes, totam demergerent, simulque amnis, aquas, Ægyptiis ad potum necessarias, corrumperent. Herodotus & Diodorus scripserunt (4), a Neco filio Psammetici Rege Ægypti initum canale illud, quod a Dario Hystaspis filio absolutum tradit Herodotus.

Regionem Ophir Præsul ille doctissimus in plaga Occidentali Africæ, Arabibus *Zanguebar* constriuxit quamquam nomen illud, ait parvam regionem Sophala in eodem tractu designaret. Classes igitur Salomonis, trajecto capite Guadarfuy, Africanas oras abradebant. Porro omnia quæ de Ophir scribuntur, in eodem regionis tractu abundabant.

Goropius Becanus & Bivarius eam classem non e mari Rubro, sed e Mediterraneo solvisse autumarunt. Tyrius enim constabat navigia, testante Scriptura 3. Reg. 10. 11. Tharsis locum fuisse ad Mediterraneum alibi probatum est, quemadmodum & Asiongaber ad idem adjacebat fretum. Postremum hoc de Asiongaber, quod potissimum difficultatem facessit, hisce argumenris convincitur. Asiongaber locus erat Idumææ juxta Scripturam (5); eam vero regionem non mare Rubrum quidem, sed Mediterraneum, Ptolemæo teste, alluebat. Ad Mediterraneum etiam, addunt illi, loca sunt *Gaston Gaber* apud Strabonem, & *Beto-Gabris*, apud Ptolemæum. Nomen Suph non usquæ adeo peculiare est mari Rubro, quin reliquis etiam fretis conveniat. Suph enim limitem sonat; quare mare Suph fretum est limitum, quod ita mari rubro aptatur, ut Mediterranea etiam quadret. Navigatio in Tharsis, & Ophir una est & eadem juxta 4. Reg. 22. cum 2. Par. 20. 36. collatum; Tharsis vero locum esse ad Mediterraneum negaverit nemo. Horum conjecturæ, quamquam Hornio probatæ (6), quoad ea potissimum, quæ de situ Asiongaber & nomine Suph comminiscuntur, vanæ sunt & inanes; cum Asiongaber portum esse Erythræi, cui uni fretо nomen Suph adscribitur, ex Scriptura apertissime constet. Potuit equidem Idumæa Geographi Ægyptii ætate ad Mediterraneum usque protendi; quamquam in Scriptura semper inter angustiores fines continetur.

Mirari prorsus fuberit, dum nos procul a Mediterraneo & Oceano, in Montis Masii & Saspyrorum sive regionis Tapyrorum sinu, circa Mediam, Armeniam, & Assyriam, Ophiriticam regionem requiremus. Sed ipsa Noysis authoritas in eam nos sententiam pertraxit, cujus rei ea proferemus documenta, quæ systema nostrum in eum saltem veritatis gradum apud æquos Lectores constituent, quem cetera huc usque obtinuerunt.

Regionem Ophir ipsissimam esse, quam Ophir filius Jectan, vel ejus posteri frequentarunt, non est cur ambigamus. Solemne est enim in Scriptura, nomen loco ex primo incolarum authore tribuere. De Ophir vero, ejusque fratrum sede hæc Moyses (7): *De Mosa pergentibus usque Sephar montem orientalem*. Huc igitur nos conferamus oportet, simulque quæramus, num regio sit his rebus, quibus coemendis classis Salomonis adnavigabat, ferax; num crienni irinere adeunda; num ex Asiongaber per sinum Arabicum petenda.

Si ea quæ ad Genes. 10. 29. congessimus argumenta ut Mesopotamiæ, Armeniæ, & regionis ultra Tigrim partem, filiorum Jectan sedem vindicaremus, nullus sane roboris, si montes Mesa & Sephar ipsissimi sint montes Masius & Saspiri sive Tapyrorum; illud consequatur oportet, Ophriericam regionem non longe a fontibus Euphratis & Tigridis in eo, quem diximus, tractu constituendam fuisse. Plane qui regionem Ophir procul a mari constituerint, plures ante nos occurrunt. Eusebio, & S. Hieronymo (8) inter amnem Cophenem, Indias, & regionem Serum collocatur. Eustatio Antiocheno (9) in Armenia sita est, cujus opinio his conjecturis fulcitur. Justinianus Imperator Armeniam universam in quatuor partes distribuit; ex his uni nomen fuit *Zophara*; an eadem cum Sophene Strabonis, Sophane Trogi, Sophanene Procopii? Porro litera R in N facile barbarorum lingua transmutatur; nec raro R in fine dictionis quiescit; ita pro Cadir, Cadan tum est Gadis; pro Amilcar, Amilcas; pro Bochor, Bocchus; ex *pleres* factum est *plenus*; ex *doron*, donum; ita *Sopher*, vel *Sophir*, quod idem est, facile in *Sophene* conversum est. Scitum est autem, Septuaginta Græcosque pro Ophir legisse Sopheir; contigit enim sæpe, literam S in capite dictionis simplicis aspirationis loco poni. Strabo lib. 11. ad Phasim amnem Sarapenos collocat, eorumque Metropolim ad eam fluenti partem constituit, ubi navigationis impatiens esse incipit. Apud Strabonem mentio fit de maxima Armeniæ parte, quam veteres Sysipiretin appellabant, a Chalachena & Adiabena ad transmontana usque Armeniæ protensa. Sunt ibi, ait, puri fodinæ, atque divitiis regio abundat adeo, ut Alexander Magnus Memnonem cum copiis ad ejus fodinas miserit. Pingue est etiam solum, ait, alendis equis, vel ipsis Nitæis arvis in Media nihil concedens (10). Si quis Ithmum ad septemtrionem penetret, illi certe vestigia quædam reliqua nominis Ophir occurrent in flumine Ophero, & populis Ophiritis (11), Sarmatiam Asiaticam, Colchidi & Iberiæ finitimam, incolentibus. Noti sunt etiam ad Cyrum amnem *Ohareni*; de quibus Quadratus (12); eadem facile gens ac *Iberes* Strabonis, *apud quos torrentes dicuntur aurum deferre; quod barbari perforatis tabulis & villosis pellibus accipiunt; unde aurati velleris fabula confictа est; & fortasse Iberes eodem nomine vocantur, quo Occidentales, ab auro quod apud utrosque reperitur* (13). Facile etiam *Ohareni* illi apud Quadratum, ipsi sunt *Suarni* apud Plinium (14), inter fauces Caspias, montes Gordyæos, & Pontum Euxinum siti. Gens illa, ait, *Idumæa, auri tantum metalla fodiunt*. Nomina vero hæc *Ohareni*, *Suarni*, *Iberes*, nomini Ophir affinia sunt, maxime si litera B Græcorum more, veluti V consona ad *Phi* accedens, pronuncietur; redderetur enim *Opharени*, *Sapharni*, *Ipheri*; quod etiam ipsum sonare potest Ophir, juxta variam pronunciandi singulas ejus nominis literas rationem. Ita plane *aurum ebrisum* pro *aurum Ophirisum* usurpatum est.

In hanc autem sententiam, ut Ophir constituamus non procul a Phasi & regione Sephar vaitarum, quos ipsos credimus Sarapæas, incolas Saparorrenes, vel montium Saspirum, ultro etiam pertrahimur; quod in Scriptura aurum Ophir idem esse ac aurum Parvaim, animadvertamus. In 3. *Reg.* 9. 26. 27. 28. cui 2. *Par.* 8. 18. consonat, Salomon immensam auri Opheritici vim ad Templi ædificium comparasse perhibetur & 1. *Par.* 29. 4. pares ex auro Ophir

(1) *Lib.* 17. (2) *Meteorol. l.* 1. *c.* ult. (3) *Lib.* 6. *c.* 29. *Hared. l.* 1. *c.* 158. *Died. l.* 1. (4) *Hared. l.* 2. *c.* 158. *Died. l.* 1. (5) 3. *Reg.* 9. 16. (6) *De orig. Gent. Americ. l.* 2. *c.* 18. (7) *Gen.* 10. 30. (8) *De Loc. Hebr.* (9) *In hexaem.* (10) *Lib.* 11. *p.* 368. (11) *Plin. lib.* 6. *c.* 7. (12) *Lib.* 2. *Parthic. apud Steph. in Oxeus.* (13) *Strabo l.* 11 *p.* 350. (14) *Pl. l.* 6. *c.* 11.

Ophir divitias, in eumdem usum Davidem destinasse legimus. Cum autem ad opus ventum est, insumpsisse Salomonem narrat Scriptura, auri optimi, auri *Phervaim* thesauros; aurum igitur Phervaim ipsum est Ophireticum. Porro *Phervaim*, & *Sepharvaim* idem iunt nomen, adjecta littera S aspirationis loco; quemadmodum cum ex Ophir factum est Sophir. Sunt vero Sepharvaim, uti ad *Gen.* 2. 11. ostendimus, populi inter Colchidem & Mediam constituti; quo proinde in loco etiam Ophir ponatur oportet. Notum est etiam in Scriptura aurum *Phaz* (1), *Uphaz* (2) & *Ophaz* (3) i. quæ diversa nomina unum idemque aurum Phasidis, quem Moyses Phison appellat, designasse non invitus credederim. Colchidis enim divitias, & Phasidis aurum toti antiquitati celebratissima fuisse, alibi demonstravimus. Adde Ophireticum aurum e torrentibus erui consuevisse, juxta Authorem libri Job (*), quod ipsum tradunt Veteres de auro, ex ea regione, ubi nos Ophir constituimus, advecto. Idem Author 28. 6. 16 17. 19. sapientiam rebus quibuslibet pretiosissimis comparans ait: *Locus Sapphiri lapides ejus* (nempe loci cujusdam) *& gleba illius aurum.* Sed, prolequitur, sapientia his omnibus utique præstat: *non dabitur aurum obrizum pro ea.* (Hebr. aurum Ophir) *nec conferetur lapidi Sardonycho* (Hebr. *Sohem*) *vel Sapphiro. Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vasa auri.* (Hebr. *Phaz*) *Non adæquabitur ei Topazius de Æthiopia* (Hebr. *Pirdath de Cusch*) Facile Author, nomine regionis, aureis arenis, & gemmeis lapidibus divitis eamdem designavit regionem, quam postea subsequentibus verbibus, nomine suo regionem Ophir, Phaz, & Cusch, quæ auro, gemmisque infignes habebantur, prodidit. Hæc vero omnia, nulli melius regioni convenire credimus, quam Ophireticæ, juxta nostram hypothesim in Colchide, & adjacentibus regionibus constituræ. Aurum ibi, prum alim notissimum erat; neque Sohem, quod ipsissimum esse smaragdum alibi ostendimus, rarum habebatur. Sapphirus vulgaris est in Media, & Armenia minori; opinamus in Media, auctore Plinio, eruitur (4). Porro nomen Sapphirus affine est cum Saphar monte, quem Moyses orientalem terminum hæreditatis filiorum Jectan, quorum unus Ophir, constituit.

Non ea quidem sumus confidentia, ut certum Ophireticæ regioni situm, atque locum destinemus. Inea, qua laboramus, remotissimæ Antiquitatis obscuritate, regionem circum circa designasse satis fuerit.

At euim quomodo classis in Armeniam & Isthmum inter Mare Caspium, & Pontum Euxinum advigare potuerit? Nonne si ea loca ex Judæa adire voluissent, navigia breviori & faciliori itinere per Pontum Euxinum iter fecissent? Nonne Salomoni & Hiram conduxisset magis, si in aliquo ex Mediterranei portubus, diitionis eorumdem Regum; navigia instructa per Pontum Euxinum in Colchidem, atque inde per Phasim in Isthmum transmisissent; conduxisset, inquam, magis, quam ut longiori itinere per Erythræum, Oceanum, & Sinum Persicum deducerent? Ea vero Regio fuerit quidem auro, metallisque pretiosis ferax; sed numquid in illa simiæ etiam frequentes, pavones, aromata, gemmæ, ebur, quæ tamen omnia Salomonis classi in Ophir suppetebant (5)? Has difficultates ita eluimus. 1. Per Oceanum Indicum, & Pontum Euxinum navigatio tum temporis infrequens erat, atque nondum bene explorato freto difficilis. 2. Classis Salomonis non ad regionem usque Ophir perveniebat: sed in locis commercio eorumdem populorum frequentatis subsistens, mercibus onerabatur suis. 3. Neque regionis Ophireticæ tanium divitias Salomonis navigia comparabant; sed si quid rari in oris Africæ, & Æthiopiæ inter eundum offendissent, omnia simul deferebant. 4. Tandem eas, quas Plinius & Strabo pro commercio Orientali designant, vias, non multum illas ab itinere, unde navigia Salomonis deducimus, discrepasse paulo exactius demonstrandum suscipimus.

Quamquam navigationes vetustissimæ apud Phœnices habeantur, non tamen ante Salomonis ætatem, ultra mare Mediterraneum, negotiationis gratia videntur excurrisse; enm amplissima hujus freti litora, vastas licet, eorum cupiditates abunde explerent. Oceanus, & Pontus Euxinus nihil habebant, quod illis in vicinioribus Mediterranei oris non abunde suppeteret. Bocharius, qui Phœnicum vestigia quaqua versum conquirens, in litore meridionali Ponti Euxini posteros Gomer, & Alchenez constituit; Bocharus, inquam, post Iustebunin, unicum tantum Phœnicum iter in Byzantium notat; sed expeditio illa successione carnit. Oræ hujus freti septemtrionales nunquam a Phœnicibus frequentatæ leguntur. Aliquanto post bellum Trojanum primo auios fuisse Phœnices columnas Herculis pervadere, atque in oris Lybiæ urbes quasdam ædificare, Strabo testatur (7). Euxinum freum juxta, eumdem Strabonem, non secus ac Oceanum Veteres metuebant; ut proinde per Pontum adnavigare res perinde ardua haberetur, ac si ultra Herculis columnas navigio petendum fuisset. Cum autem, addit, mirær res & ignotæ in majora semper opinione augeantur, factum inde, ut fretum illud per excellentiam *Pontus* appellaretur; unde postea, ait, nomen illud facile ad Oceanum transit. Narrat etiam idem Scriptor tum loco laudato, cum libro 3. ab Homeri ætate prima commercia cum Cymmeriis Septemtrionalibus in Cherionelo Taurica initiuni cœpisse: Homerus Salomoni suppar erat. Norat quidem Author, quæ de expeditione Jasonis, ceterorumque pro vellere aureo, aliquanto ante bellum Trojanum, ferebantur; sed Argonautarum navigatio singularis fuit, successione carens; quique etiam Cymmerios exploratos habuerunt, non facile alios adducere potuerunt, ut longam, difficilem, nullusque commodi navigationem imret. Neque enim oras septentrionales Ponti Euxini incolentes populi, divitiis abundant adeo, ut lucro inhiantes mercatores ad se alliciant. Scythæ divitias contemnebant; & Asiæ minoris mercatores expeditis habebant vehendis mercibus suis iter, si terrestri, vel fluviali itinere in Judæam, Galilæam, vel Syriam, commercio florentissimas regiones, venirent. Hinc Eratosthenes apud Strabonem (8) observat, Pontum Euxinum dictum olim fuisse *Axenon*, quod commerciis prorsus vacaret; successu vero temporis rebus immutatis, negotioso mari inditum nomen *Euxinos*. Nolim ego de veritate hujus etymologiæ contentiolum funem trahere; sed nobis demonstrasse ex ea sufficiat, fretum illud, obscurum diu atque infrequens manifestum fuisse. A Mithridate Eupatore, ejusque Ductibus (9) primum illius tractus usque ad Paludem Mœotidem cognitio cœpit. Alexandri Magni ætate adhuc in obscuro manebat regio; usque primus gentes ad septentrionem Græciæ usque ad Danubium exploravit (10). Sub Trajano an Palus Mœotis Oceano juncta esset, in ambiguo adhuc res erat, quantum ex Plinio intelligimus (11). Colchis (12), & mons Caucasus in finibus Mundi constituti credebantur; atque ad Phasidem navigatio maritimi itineris summum habita est, Ciceronis ætate ostia Ponti Euxini vidisse Romanum; pro maximo habebatur. Non est igitur cur admiremur, si Salomonis, & Hirami classes, relicto expeditiori per Pontum, per fretum ignotum, itinere longiori Ophir adnavigarent. Exploremus modo quam potissimum viam classis tenuerit, quove in loco comparandis mercibus constiterit.

Classis

(1) *Jerem.* 10. 9. (2) *Dan.* 10. 5. (3) *Cant.* 5. 11.
(*) *Job.* 22. 24. (4) *L.* 37. *c.* 9. (5) *Vide* 3. *Reg.* 10. 22.
(6) *Strab. l.* 1. (7) *Strab. l.* 1. *pag.* 38. *& l.* 7. *pag.* 307.
(8) *Strab. l.* 1. *pag.* 11. (9) *Id. l.* 7. *pag.* 208. (10) *Plin. l.* 2. *c.* 62. (11) *Apollon. apud Casaub. in Theocr. Idyl. cap.* 9.

Classis igiturin portu Asiongaber in mari Rubro instructa, solvens inde, Arabiæ latera usque ad Mechæ five Babelmandel facile abrasit; inde secundum latera meridionalia ejusdem regionis, in sinum Persicum succedens per Euphratem vel Tigrim adverso amne deferebatur. Urbs est ad Tigrim nomine Opis, emporio celebris, quam e sinu Persico navigia, adverso amne per Tigrim delata, tenebant (4). Huic navigationi impediendæ, aggeribus in amne excitatis, Persæ nullum non moverunt lapidem; sed Alexander Magnus, his omnibus amotis, amnem liberavit. Commoda inde commercia cum omnibus Assyriæ, Mesopotamiæ, Armeniæ, ac finitimarum regionum populis præstabantur; singuli enim per Euphratem, & Tigrim merces ad Emporium transvehebant. Poterat etiam classis, ultra quam nostra ætate liceat ad Euphratis fontes propius accedere; neque enim tunc tot ex eo rivi deducebantur (5), quot fluvii illius gloriam ætate nostra minuunt. Populi ad fontes Tigris fluviali itinere Babylonem usque eo deducebantur, teste Strabone, nec Herodoto, & Diodoro Siculo refragantibus (6). Sunt quidem, qui rapidiorem esse amnem, quam ut navigia patiatur, asseruerint sed illos authoritate & experientia sua Petrus Della val refutat, qui & navigationem in eodem amne instituit, & leniatibus, quam Euphratem, aquis Tigrim æstate reflatus (7).

Navigia per Euphratem adverso cursu usque ad urbem Sipharam, sive Tapsacum deferri potuisse satis convenit inter omnes. Porro Siphara apud Ptolemæum ad amnem sita est, nondum aquarum in diversos canales divortio fluentem; est autem metropolis Sipparenorum, de quibus Abidenus apud Eusebium (5). Non deerunt, qui majori, quam nos, confidentia regionem Ophir eo loci constituant, nominis affinitate potissimum persuasi, atque auri, non quidem genuini regionis, sed adventitii e vicinis Provinciis, in quibus abundat, affluentia.

Scitum est apud Aristobolum, a Strabone laudatum, cives Gerræ (urbs est juxta sinum Arabicum,) merces suas navigio Babylonem usque transvexisse; inde vero per Euphratem Tapsacum usque ascendentes, pedestri itinere opportune in Meiopotamiam, Armeniam, & Assyriam perveniebant (6).

Potuit igitur classis Salomonis eamdem tenens viam, Babylonem usque, vel Opim, vel Sipharam, quin & Tapsacum usque advagasse; inde, advectis ex Judæa mercibus cum auro Ophir commutatis, onere facto rediisse.

Cum in amplissima regione Salomon jus diceret, nulla etiam in toto orbe regio solertius, quam Judæa colebatur; optimis propterea vinis, electo frumento, atque oleo eximio ferax erat. Quare ex Judæa, & Israele delata ad nundinas Tyrias, frumentum, balsamum, oleum & resinam, Ezechiel significat (7). Pannis etiam purpureis Phœnicia celebrabatur; sicut tenuissimis telis Ægyptus, & Judæa; Arabia, Montes Libani, & Galaad aromata sufficiebant. His mercibus onusta classis Salomonis, commercia cum populis Mesopotamiæ, Armeniæ, vel Assyriæ detinebat. Enuti autem in eas regiones, atque redeunti, qui in itinere occurrebant portus, & loca omnia, adutrumque litus sinus Persici, & maris Rubri pervia fuisse poterant. Æthiopia similis præ ceteris totius orbis regionibus frequentatur; quare litora occidentalia maris Rubri classis Salomonis advagans, similis comparabat. Quoad Pavones, apud Veteres aves Mediæ appellabantur, quod in ea regione, sicut & in Babylonia, frequentissimi essent. Belle autem id congruit cum nostra hypothesi, qui Salomonis classem ad Tapsacum, Opim, & Babylonem deduximus. Neque fusius nobis agendum est de mercibus, ad Asiongaber ab eadem classe relatis, cum satis superque de illis 3. *Reg.* 10. 22. egerimus. Unum superest, ut Veterum testimonio ostendamus, iter illud, unde classem deduximus, ipsissimum in navigationibus ejusdem & inferioris ætatis per mare Rubrum servatum fuisse.

Quæ de Gerræis supra indicavimus, ex finibus sinus Arabici Tapsacum usque per Euphratem ascendentibus, & merces suas transvehentibus, manifesto satis exemplo indicant, per sinum Arabicum navigationem tum temporis institui consueviile. Quin & eodem itinere ex Ægypto Erythræum, atque Indiæ ætate Plinii petebantur (8); per Nilum enim adverso amne delata navigia, Alexandria Juliopolim, seu potius Heliopolim tenebant; inde cursum ad Coptum, celebre Ægyptiorum & Æthiopum Emporium, dirigebatur. Ibi impositis super Camelos mercibus, nocturno itinere, æstuantibus calore diebus, duodecim itineribus Berenicem ad Erythræum perveniebant. Interim opportuno navigationis tempore, ad mediam nempe æstatem, ante vel statim post Caniculam, expectato, consensio navigio 30. navigationis diebus *Ocelim* vel *Canan*, vel *Muzam*, portus Arabiæ, tenebant; sed euntibus ad Indias *Ocelis* portus commodior. Institutus inde ad *Muzirim* cursus, 40. dierum itinere. Locus ille commercio Indiarum primus habebatur. Alii tamen, relicto Muziri, *Bacar*, alium statorem, & commodiorem Indiarum portum, adnavigabant. Solebant autem mercatores ineunte *Tybi*, mense Ægyptiorum, Decembri respondente, patriam repetere. Interdum-ejusdem anni spatio iter instituebatur simul & absolvebatur.

Minus sane expeditiorem Salomonis classi cursum fuisse, quam illis, quas Plinius describit, facile credimus; tum quod nautæ ea ætate essent imperitiores, cum quod in locis plurimis ad commercii opportunitatem, aliquando fuisset immorandum. Quare tot moris productum iter, non plane citius, quam spatio tantum 26. mensium ad minus confici poterat. Quamquam enim ad Indias usque classis non pertingeret, longissima tamen via Sinus Persicum circumeuntibus, atque non modicum Euphratis atque Tigris tractum dimetientibus decurrenda fuerat; quod tane duplo prolixiorem navigationem reddebat. Hinc factum est, ut iter, quod e Berenice ad Indias unius anni spatio peragebatur, totum triennium vel 25. aut 30. menses, usquequo portum, unde solverat, repeteret, Salomonis classem detinerent. Quid, quod hyemale tempus navigationi adversum, otiolum transigendum fuerat; quareter reeurrente hyeme, ac bis æstate, tota expeditio non prius, quam per triennium absolvi potuerat?

At enim difertis in Scriptura verbis Ophiriteam regionem petiisse navigia Salomonis exprimuntur? Quæ tane minus cum notitr systemate quadrant: nonenim nisi ad emporium Ophireorum, atque finitimarum illis gentium (quod Ophir nonnisi incongrue appellaretur) classem appulisse autumamus.

Ultro quidem fatemur; in ea, qua sumus, sententia Salomonis classes ab Ophir procul subfitisse; sed Scripturæ verba in sensu vulgari & communi intellexisse satis superque habendum est. Quare sicut Hollandiam petisse ille rediisse dicitur, qui ad ejus regionis extremas oras appellens, ab Hollandis negotiatoribus, illic versantibus, merces Hollandicas comparat; ita navigia Salomonis Ophireorum emporium tenentia, in Ophir ventitasse censebantur. Nonne plane onerarias naves Aegum negotiationis causa transmitti, quotidiano sermone dicimus, quæ tamen in porto ejusdem Urbis, trium dierum itinere distanti, subsistunt (9)? Classem in Æthiopiam duxisse Menelaum Homerus tradit (10); quem locum in examen revocans Strabo, narrat, pluribus quidem iter illud impossibile visum fuisse; alios prolixas adeo classi vias designasse ut fabellas somniasse crederentur; se vero difficultatem expeditius enodaturum, si classem illam adverso per Nilum cursu, usque

(1) *Strab. l. 16. Vide Herod. l. 1. cap. 139.* (2) *Plin. l. 6. cap. 26.* (3) *Strab. l. 16. Herod. l. 1. cap. 139. Died. l. 17.* (4) *Apud Cellar. Geograph. antiqu. l. 3.* (5) *Prap. l. 9. cap. 41. In eadem regione non ast. urbe Hipparinum apud Plin. l. 6. cap. 26.* (6) *Strab. l. 16. pag. 520.* (7) *Ezech. 27. 17.*

(8) *Plin. l. 6. c. 23.* (9) *Vide Gab. Sionit. Arabiam cap. 5.* (10) *Odyss. l. 4.*

usque ad extremas Æthiopiæ oras, & ad proximam usque Thebarum urbem deducat (1). Ita plane Ulyssis in regionem Cyclopum veniisse narratur, qui tamen in antro ad ultimas oras illius regionis subsistit. Quid? addit Strabo, nonne Troglodytæ etiam Æthiopes censentur? quos adiisse Menelaus eensebatur, si Nilum eo usque, dum populos illos e regione spectaret, ascendisset.

Hæc plane omnia etiam de expeditione Ophiretica usurpari rectissime possunt. Euphrates & Tigris, flumina in viciniis regionis illius nata, vehendis Assyriæ, Mesopotamiæ, Armeniæ, & Colchidis mercibus, famulis aquis serviebant. Inter eos negotiatores, Ophirerici, quod pretiosissimas auri & argenti merces adveherent, cereris præstabant. Quidni igitur in Ophir tetendisse classis diceretur, cum Ophim, Tapsacum, Babylonem, Urbes Ophireticæ finirimas, onerandis Ophireticis mercibus, atque commeritis cum Ophireticis negotiatoribus agendis veniret? Josephus venditus in Ægypto dicitur (2), quod a mercatoribus ejusdem regionis, in Ægypto iterum vendendus, emptus esset.

Sed cui bono maritimum in Armeniam & Mesopotamiam iter institutum est, solidi triennii spatio absolvendum; cum brevioris temporis & impensæ terrestre iter per camelos, ad eum usum aptissimos, suppeteret? Hæc sane in speeicm aptissime obscrvanrur; sed animadversione dignum est, iter illud non referendo rantummodo auro Ophir fuisse institutum, quin & lignis pretiosis, simiis, aliisque Arabiæ felicis & Æthiopiæ mercibus comparandis. Ea insuper de causa maxime, quippe quæ ceteris eriam populis promanare videntur, ut a Cerraeis, quibus alioquin, non secus ac Judæis, ad Euphratem terrestre iter per camelos expeditius fuisset.

DISSERTATIO
DE ORIGINE, ET ANTIQUITATE
CIRCUMCISIONIS.

Circumcisionem avitum esse ritum, in suo solo natum, Ægyptii olim jactitarunt. Herodotus, a Sacerdotibus ejusdem gentis instructus, idem Græcis pertuaserat: & Religionis Christianæ osores, de opprobrio Judæorum invidiam in illam creare conati, hanc initauraruntobjectionem: circumcisionem nempe, non ita peculiarem Judæorum fuisse ritum, quin & apud Ægyptios prius obrineter; cessarent proinde prærogativam illam, ramquam selecti a Deo populi, sibi divinitus datam jactitare. Hæc Celsus in Christianos ingerebar (3); cui Origenes respondet, Judæis panter, primos se circumcisionis authores afferentibus, falsum æquum esse eum Ægyptiis jus, ut affirmantibus credcretur: Judæorum Circumcisionem aliam plane esse ab Ægyptiorum, & limaelitarum, tum illius institutendæ fine, tum lege instituente, tum etiam initiandorum eo ritu mente spectata. Judæi enim unam tantum circumcisionem octava die probant; ceteras ramquam vanas, & superfluas abjiciunt. Præpostere igitur Celsus, air, varias haice cæremonias, & ritus confundit. Demonstrat tandem iniquum esse, relevatos per Jesum Christum, & Apoltolos a jugo Legis Fideles invidia Legis Judaicæ onerare. Julianus Imperator tradit, Abrahamum, cum e Chaldæa in Ægyptum venisset, circumcisionis ritum ibidem didicisse, quem sane Christiani, filios se genuinos Abrahami jactitantes, recipere tenerentur; cui S. Cyrillus, iis, quæ de Abrahamo ab Apostata dicebantur, ne refutatis quidem, respondet, cordis & spiritus circumcisionem unicam esse, quam Jesus Christus a Fidelibus exigit; carnalem vero ad salutem supervacaneam prorsus esse & inutilem (4).

Cum ad hoc usque temporis Eruditi quidam non desint (5), qui circumcisionis primo invectæ decus Abrahamo abjudicaneres, ab Ægyptiis, si non omnibus, saltem Sacerdotibus primitus usurpatum credant; ideo laborandum nobis est, ut in omnes illius populos ex Judæis derivatam circumcisionem ostendamus; ea omnia, quæ de vetustate hujus ritus apud Ægyptios, Æthiopes, & Colchos ab Herodoto aliisque Authoribus feruntur, vana esse & inania demonstrantes.

Ægyptios antiquitatem suam atque rerum inventionem jactitasse tam certum est, quam quid aliud. Hujus gloriæ adeo illos studiosos fuisse constat, ut ceteros populos prærogativis quibusdam, maxime in rebus Religionis supra se efferri nulla ratione paterentur. Cum autem persuasum sibi haberent, Deorum cultum, & Religionem ex Ægypto eœpisse, omnium se cæremoniarum, & rituum authores haberi volebant. Hine nata eum Judæis verus, & perpetua simultas; quam enim Judæi veram assertamque præseferebant antiquitatem, quemadmodum & solidam in cæremoniis majestatem, puritatem Religionis, & morum, legumque inter utrasque gentes diserepantiam, in odii, atque invidiæ fomitem Ægyptii convertebant.

Græcorum Historici de vetustate popularum atque origine rituum acturi, frustra se alibi, quam in Ægypto vera scrutaturos reputarunt. Doctissimi enim in toto orbe Ægyptii habebantur adeo, ut eorum virrutis fama omnes ferme vereres Scriptores e Græcia ad se acciverit; unde pariter Græci eas, quas in scriptis suis inseruerunt fabellas, una cum pluribus admixtis veritatibus, hauserunt.

Herodoti, si cujus unquam inter Historicos, fides in suspicionem revocatur. Manetho, scriptor Ægyptius, tamquam fabulosum authorem, atque antiquitatis Ægyptiacæ imperitum illum accusat. Diodorus Siculus, Græcus alioqui scriptor, paria in viro reprehendit (6); neque nos illum abiolvere possumus, vetustatem Circumcisionis Ægyptiis, Æthiopiæ, Colchidis, & Phœnicis populis tribuentem; eo maxime, quod illius authoritate ceteris deinde Historicis impositum est.

Ægyptii, ait idem Author, oppositos plane ceteris ferre omnibus mores habent; Circumcisionem admittunt, ritum omnibus ignotum, præter eos, ad quos ex Ægypto superstitio defeendit (7). Et alibi (8) primos, apud quos circumcisio obtineret, indicat Colchos, Ægyptios, & Æthiopes; namque, ait, quoad Phœnices, & Syros Palæstinam incolentes, ex Ægypto in ipios derivatum morem, ipsorum conscnin intelligimus: in ceteros vero Syros ad Thermodoontem, & Parthenium ipsis tatentibus ex Colchide superstitio propagata est. Verum quod ad Ægyptios,

(1) *Strab. l. 17. p. 29.* (2) *Gen. 45. 4.* (3) *Apud Orig. l. 1. & 5. contra Celsum.* (4) *Cyril. l. 10. contra Jul.* (5) *Marsh. Can. Ægypt. sec. 5. Joan. Cleric. in Genes.* (6) *Diod. l. 1.* (7) *l. 2. cap. 35. 36.* (8) *Ibidem cap. 104.*

ptios, & Æthiopes spectat, utri eorum Circumcisionis prius obtinentis palma deferenda sit, in medio relinquo; quamquam ex commercio Ægyptiorum & Æthiopum, ab Ægyptiis in illos devenisse ritus facile videtur. Hactenus Herodotus, cujus testimonium modo in examen revocandum est.

Sibi plane non cohæret Herodotus, dum asserit Ægyptios a ceteris populis circumcisione discerni, utpote cæteris omnibus incognito, præter iis, in quos ex Ægypto devenerit; cum tamen alibi primum illius admisse honorem Colchis, Ægyptiis, & Æthiopibus tribuat. Sibi etiam repugnat, cum ambigere se profitetur, utris potius, Ægyptiisne, an Æthiopibus circumcisionis inventio deputanda sit. Cum enim optime Æthiopes Afiaticos ab Africanis distinguat, ignorare profecto non potuit, Æthiopes Africanos ex India in Ægyptum venisse; qui proinde, utpote ex Æthiopibus Afiaticis (apud quos ignota circumcisio) derivati, numquam fieri potuisse, ut circumcisionem tamquam avitam cæremoniam haberent. Quare nullus ambigendi locus erat, an ex Ægyptiis in Æthiopes circumcisio irrepserit.

Falsus est enim Herodotus dum narrat, Phœnices, & Syros, Palæstinæ incolas, suamet confessione, ex Ægyptiis recepisse circumcisionem, professos fuisse; nullam enim gentem in Syria circumcisionem, obstignatam præter Phœnices, & Judæos novimus; neutra vero recepisse se circumcisionem ex Ægypto fatetur. Judæi ex Abrahamo, quin potius ex ipsomet Deo; Phœnices ex prisco gentis Rege Ilo, ut infra dicemus, repetunt. S. Barnabas in Epistola Syros omnes, Arabes & Sacerdotes Ægyptios circumcisione initiari consueviſſe perhibet: S. Epiphanius hæres. 30. idem asserit de Ismaelitis, alio nomine Saracenis, Samaritanis, Idumæis, Homeritis; addit, & Moabitas, atque Ammonitas S. Hieronymus in Jerem. 9. Tuetur S. Ambrosius annot. in Levit. ad Constantin. seu Epist. 72. num. 6. nov. edit. eo stigmate inustos fuisse non Ægyptios Sacerdotes tantum, sed & apud Æthiopes, Arabes, & Phœnices, nonnullos. Gemina legas in libro de Circumcisione inter Opera S. Cypriani.

Illud ergo ex mente horum Authorum exploratæ antiquitatis & authoritatis consequitur, morem illum per universum fere Orientem pervagatum fuisse. Nihil modo in Ismaelitis, Idumæis, Arabibus, Ammonitis & Moabitis immorandum; potuerunt enim omnes ex Abrahamo circumcisionem recepisse. Idumæos circumcisionis ritum a Joanne Hircano victore receptisse prodit Josephus Antiq. lib. 13. cap. 17. Eadem facile Moabitis & Ammonitis accidisse potuerunt; nec invitus suspicor, Phœnicum nomine Samaritanos a Scriptoribus illis designari, cum S. Epiphanius Samaritanos recensens de Phœnicibus sileat. Nullo autem negotio originem circumcisionis apud Samaritanos deprehendimus, cum illi Mosaicæ Legis cæremonias admitterent. Soli ergo manent Ægyptii atque Æthiopes; sed cum & posteriores isti suamet confessione decus inventæ circumcisionis a se abjudicantes, tenuisse illam ex Ægyptiis Hebræisve ultro profiteantur, ad unos Ægyptios controversia cogitur.

Igitur plurium Scriptorum testimonio colligitur, nulla apud Ægyptios lege præceptam esse circumcisionem, ejusque morem in universa gente non obtinuisse. Causas quare circumcisionem admiterent populi, plures enumerat Philo de Circumcis. pag. 810 Prima, ut eo remedio, peculiare morbi genus, carbunculum dicunt, quod circumcisione evitatur, præcaverent. Secunda, quo, sordis causa fublata, corpus elutum purumque fervetur; cujus rei gratia pilos omnes corporis, metu ne quid impurum detineant, eradunt. Tertia, quæ symbolica est, a nostro argumento aliena, ultro omittitur. Quarta tandem, ut fœcunditas, multum enim circumcisionem ad eam rem conducere arbitrantur, promoveatur.

S. Ambrosius Epist. 72. ad Constant. num. 5. in ea esse sententia videtur, Ægyptios perpetuum habere, sordis nescio quid Sacerdotibus illis ineſſe, qui circumcisione non eluerentur. Addit insuper: *Neque Magici carminis fapientiam, nec Geometriam, nec Aſtronomiam judicant vim ſuam obtinere ſine circumciſionis ſignaculo.* Veſtingius Syntag. anatomic. 6. Medicus celebratiſſimus, causa quadam naturali Arabes & Ægyptios, qua mares, qua fœminas ad circumcisionem propelli arbitratur; mares enim, ait, præputium plus nimio excrescens neceſſitate magis, quam Religione, qua nvis & Religione etiam aliqua, vel potius ſuperſtitione inducti, amputant. Fœminæ vero quid caulæ habuerint, cur ad circumcisionem adigerentur, vide Notam infra pag. 20. Certum est autem circumcisionis hujus admittendæ nullam fuisse apud eos populos legem, neque morem illum per totam provinciam obtinuisse. Ad arbitrium probabaut rejiciebantque omnes, ſi unos excipias mares Mahometicæ Legis ſectatores, quos legis ejuſdem præcriptum duræ illi neceſſitati ſubdebat.

S. Clemens Alexandrinus Strom. I. r. refert, Pythagoram, cum in Ægyptum auſcultandis Gentis illius Prophetis veniſſet, circumcisioni ſe ſubjeciſſe, quo & eorum myſteriis initiari, & ad intima philoſophiæ adyta admitti permitteretur. Origenes in Epiſt. ad Rom. 2. 2. & in Jer. hom. 5. exactum ducens catalogum eorum, qui circumciſione in Ægypto initiabantur, recenſet Geometras, Aſtronomos, Aſtronomos, Aſtrologos judiciarios, Genethliacos, Sacrificulos, extorum Inſpectores, Prophetas quos vocant, Hieroglyphicis ſtudentes, Divinos, Myſteſteria revelantes, & qui myſteriis initiari volunt. Obſervat Joſephus cont. Appion. l. 2. Sacerdotes Ægyptios omnes circumciſionem admittere, atque a ſuilla abſtinere. Paria de circumciſione Sacerdotum apud S. Epiphanium hær. 30. legas Qua omnia apere demonſtrant circumciſionem ritum fuiſſe ſolis Sacerdotibus peculiarem.

Eja vero quo potiſſimum tempore mos ille ad Ægyptios translatus eſt, inquiramus. Moyſe authore cæremoniam habuiſſe Ægyptios, & Æthiopes Sacerdotes, Artapanus apud Euſebium (1) teſtatur. In eamdem ſententiam deſcendiſſe Origenes vitus eſt (2), tradens cogendarum ad circumciſionem Gentium in cauſa fuiſſe gliſcentem apud illas metum de Angelo quodam Judæorum adverſario, qui parcere circumciſione ſignatis coactus, incircumciſos diræ animadverſioni ſubjicere ferebatur. Quæ in illos perſuaſio utique ex hiſtoria, in Exodo relata, de Angelo, Moyſi in Ægyptum reduci obviam facto, atque in necem Eliezer filii ipſius irruente, derivata eſt. Tunc enim Sephora, pueri mater, filio ſtatim circumciſione initiato, imminens periculum e capite illius avertit. Malunt alii Ægyptiorum circumciſionem ex Iſraelitis in Ægyptum cum Jacob deſcendentibus repetere. Quamquam enim ambo illi populi, Ægyptii, & Judæi, primo ſe alter ab altero obſervaſſent, ne cibos quidem ſimul capere, neque ambulare ſimul, fedeſque communes habere, ſuſtinentes; ſucceſſu tamen temporis de veteri utrinque jure receſſum eſt, ut cum ex Ægypto Iſraelitis remeandum fuit, non deeſſent ex populo, qui connubia cum Ægyptiis puellis inviſe deprehenderentur; ne quid dicam de translatis Hebræorum in Ægyptiorum Urbes ſedibus, eorumque moribus adoptatis. Quid, quod avita Religione deſerta, atque paſtoritia profeſſione abdicata, plures ex Hebræis ad Ægyptiorum ſacra atque conſuetudinem tranſierunt? Inter hæc tamen, ut avitum peculiaremque circumciſionis religionem abjicerent Judæi, numquam commiſſum eſt. Hujus ergo ritus adeo fuiſſe tenaces videntur, ut ne jungi quidem cum Ægyptiis facile ſe ſuſtinuerint, niſi ea tantum conditione, ut unicam hanc cæremoniam, quam Hebræi uſque adeo obſervaverant, probarent, atque reciperent.

Quamquam hæc plauſibilia videntur, non minus tamen aliis plauſibilibus conjecturis oppugnari poſſunt. Si Ægyptii circumciſionem admiſerant, ut ea conditione Iſraelitas in ſuas Urbes atque ſocietatem addu-

(1) *Præp. Ev. l. 9. c. 28.* (2) *Cont. Celſ. l. 5. pag. 263. edit. Cantabrig.*

adducerent ; & Israelitæ vicissim & avitum solum, & professionem simul cum Religione abjecerunt ; quid tandem prohibuit, ne spatio 209. annorum, quo simul cohabitarunt, in unam eamdemque gentem coalescerent? Alter tamen res habuit sese : pauci ex Israelitis cum Ægyptiis connubia misserunt, atque duæ illæ genres tuo singulæ jure censebantur ; quin & pro veteri inter ipsas simultate factum eredimus, ut Rex Ægypti de Israelitis exterminandis cogitaret. Circumcisionis indicio agnitus a filia Regis Ægypti Moyses creditur ; visum enim in ripa Nili filum, eo signo imitatum, statim non Ægyptium, sed ex Hebræis genus referre judicavit.

Cum Moyses leges præscribit, quibus jus Civitatis, & gentis Judaicæ exteris gentibus permitti poterat, circumcisio primo loco recenserur ; quæ generalis pro omnibus gentibus lex ne Ægyptios quidem excipiebat ; ut liquido intelligamus Circumcisionis cæremoniam nondum apud illos obtinuisse. Singulare tantum populis illis concessum est privilegium, in gratiam conceſſæ olim Israelitis in sua regione sedis, ut in tertia demum generatione eorum filii in coetus Domini introducerentur (1) ; utique tamen admissa prius ab illis circumcisione ceteramque legum observantia, uti Commentatores observant.

Egressi ex Ægypto Israelitæ, atque per deserta Arabiæ iter facientes, ab omni externarum gentium consortio segregati (2), cum in unam veluti Civitatem coaluissent, circumcisionis cæremoniam intermiserunt : cum enim eo signo seligere sibi populum suum a ceteris voluisset Deus, non erat utique, cur a ceteris segregati in deserto obsignarentur. Vix tamen in Chanaanitidem, atque inter medios Chananæos ventum est, iterum Divino præcepto pueri, in deserto nati, circumcisioni subjiciuntur. Divinis hisce justionibus a Josue executioni mandatis, Deus statim ad illum, *Hodie*, ait, *abstuli opprobrium Ægypti a vobis* (3) ; ac si diceret : quidquid vobis erat cum Ægyptiis commune, probrosum plane & detestabile, id modo penitus abstuli. Filii Jacob detineri se, ne cum Sichimitis connubia jungerent, significarunt, illud obtendentes : *Non possumus dare sororem nostram homini incircumciso, quod illicitum, & nefarium est apud nos* (4) ; id est, hominem incircumcisum nos probro ducimus & horrori. Chananæus igitur & Ægyptius æque opprobrio erant Hebræis ; quippe qui neutri circumcisionem recepissent.

Laudatum e Josue testimonium Marshamus in suæ sententiæ patrocinium converteus, ex eo probare conatur, Moysis ætate Circumcisionem apud Ægyptios obtinuisse ; quare Deus illud ulurpans : *Abstuli opprobrium Ægypti a vobis*, tantumdem effatus est, ac idem Scriptor (5), ac si dixisset : Abstuli quod vobis æque ac Ægyptiis horrori est, & opprobrio ; quasi scilicet apud Ægyptios lex illa late & indiscriminatim obtineret adeo, ut incircumcisum hominem horrori ducerent, atque ad eam cæremoniam admittendam latis legibus cogerentur. Opprobrium igitur Ægypti, non est cur de infito in ea gente horrore erga homines incircumcisos, quemadmodum Israelitis infitum est, interpretemur. Post hæc omnia, Moysis, & Josue ætate incircumcisos manssise Ægyptios, jure a nobis asserendum arbitramur. Modo succedentia illis tempora examinemus.

Opinio est apud Eruditos recepti ſſima, sub Salomone primum Ægyptios, & Æthiopes circumcisionis ritum admisisse. Ejus rei conjecturas ex commercio æque arctiſſima consuetudine utriusque gentis per ea tempora cum Hebræis ducunt ; verum si Hebræis in Ægypto commorantibus, adhuc tamen nulla facta est utriusque gentis in circumcisione communio ; qui nam fieri poterat, ut merum inter utramque gentem commercium sub Salomone eam haberet vim, quam concubernio, tot annorum spario continuato, denegamus? Quoad Æthiopes, in quos deveniſſe autumant circumcisionem, Reginæ eorum, quæ Salomonem Jerosolymam convenerat, ministerio : operæ pretium est animadvertamus, eam fœminam non in Æthiopia, de qua loquimur, regnasse, sed in Saba Arabiæ regioae ; quare iter illius ad Salomonem, atque ea, quam de Rege conceperat, opinio, conciliandæ apud Æthiopes circumcisioni nihil conferre potuerat.

Bochartus & Eruditorum nonnulli non ex Judæis invectam in Ægyptios circumcisionem, sed ex vicina Arabia derivatam maluerunt. Immanis est quidem inter Ægyptiorum, & Judæorum circumcisionem discrepantia ; ac vicissim inter Ægyptiorum, & Arabum plurima consonant. 1. Admittendæ circumcisionis Judæi arctiſſimo adiguntur præcepto, eamque veluti peculiare signum & characterem populi Dei, cujus conditione divina in se promiſſa impleretur, respiciunt ; Ægyptii vero ultronea in illam religione ita feruntur, ut non a populo universo, sed a certis tantum Saeerdotibus illam exegerint. 2. Apud Judæos solos mares circumcisione, octava semper a nativitate die, initiare mos est ; apud Ægyptios viri æque, ac fœminæ abſcinduntur (6) ; idque tantum ineunte 14. ætatis anno, juxta S. Ambroſium (7). Neque omnes Ægypti fœminas indiscriminatim Circumcisionis genio hoc admiſſe satis apud Iteinerantes convenit. In nonnullis tantum Arabiæ & Perſidis regionibus veluti ad Sinum Perſicum, & Mare Rubrum, ea lex obtinet ; ubique enim per eas Provincias mos æque pro maribus & fœminis servatur, eo tamen discrimine, quod abſcindendis maribus, quintus, sextus, vel nonus, vel tertiuſdecimus ætatis annus præscriptus sit ; cum interim fœminæ nonnisi post exactam juventutem circumcidantur ; nequaquam enim antea caro circumcisione abſcindenda in fœminis excreſcit. Vide *Chardin* Iter *Perſic. tom. 3. Cap. 107.*

3. Judæi in partem initi cum Abrahamo fœderis per Circumcisionem recipiuntur, cum Ægyptii nihilo, quam honeſtate, & forte peculiari regionis suæ incommodo corporis evitando, maxime in fœminis (8), ad eam rem impellantur. Jure proinde meritoque Origenes nihil esse inter Ægyptiorum & Hebræorum Circumcisionem commune ſustinuit. Quamquam, ut vera fatear, tanta ista non sunt, ut ex uno eodemque fonte utrumque morem profluxiſſe negemus. Esto enim ex Arabia in Ægyptum derivata sit, semper tamen ad Abrahamum patrem Isaac & Ismaelis referentur, idemque semper & inelucſtabile contra vetuſtatem Circumcisionis apud Ægyptios argumentum obtinebit.

Ætate Prophetarum Ezechielis & Jeremiæ, Ægyptii, non secus ac Babylonii, & Tyrii, inter gen-

(1) *Deut.* 23. 7. (2) *Theodoret. q.* 3. *in Jeſu Nave.* (3) *Joſue* 5. 9. (4) *Gen.* 33. 14. (5) *Canon Ægypt. facuſi* 5. (6) *Strab. l.* 17. (7) *De Abraham lib.* 2. *cap.* 11. *Ægyptii quartodecimo anno circumcidunt Mares, & fœminas eodem anno circumcidi ferunt, quod ab eo videlicet anno incipias ſtagrare paſſio virilis, & ſuminarum menſtrua ſumat initia.*

(8) *Huet. nor. ad Orig. par.* 5. *Circumciſo fœminarum ſit refectione des nymphes, quæ pars in Auſtralium præſertim mulieribus ita excreſcit, ut ferro coercenda ſit. Ita tradunt Medici inſignes Paulus Ægineta l.* 6. *cap.* 70. *Atius Tetrab.* 4. *ſer.* 4. *c.* 103. *quorum hic ita pergit : Quapropter Ægyptiis viſum eſt, ut antequam exuberet (pars illa corporis) amputetur, præcipue cum virgines nubiles ſunt elocandæ.... Quod igitur neceſſitate primum inveſtum eſt, Religioni poſtmodum uſurpatum fuit ; quod & aliqui de viris circumciſione opinati ſunt. Porro hanc conſuetudinem circumcidendarum mulierum ſodalique retinere Ægyptios forsan ſit, qui regiones illas luſtraverunt, ignemque ad compeſcendam partis hujus luxuriem adhiberi ſcribit Bellon l.* 3. *obſerv. c.* 28. *Mirum hunc ſervare fœminas in Perſia, & Cophtas etiam in Æthiopia Chriſti licet nomen profeſſas. Leo Africanus l.* 8. *narrat Mahammedi lege id præſcribi, quamvis in Ægypto tantum & Syria obtineat, munuſque id obire vetulas quaſdam, per vices Cairi miniſterium ſunm vendi tantes.*

tes incircumcisas recenſentur. Hinc Ezechiel Dei nomine ita Aſſyriorum Regem affatur (1): *Ecce deduſtus es ad terram ultimam, in medio incircumciſorum dormies, cum eis, qui interfecti ſunt gladio; ipſe eſt Pharao, & omnis multitudo ejus.* Idem Propheta Pharaonem alloquitur in hæc verba, juxta literam Hebraicam (2): *Vaticinabo ſuper omnem incircumciſum cum propatio: ſuper Ægyptum & ſuper Juda. Quia omnes gentes habent propatium; omnis autem domus Iſrael incircumciſi ſunt corde.* Negare tamen non auſim, receptam tunc temporis apud Ægyptios quoſdam circumciſionem; cum inter Sacerdotes eo ritu initiandi veteſtibimus apud illos habeatur; quamquam illud non minus conſtat, Ægyptias gentes inter incircumciſas tunc ceneri conſuevisſe.

Ut ſententiæ de invecta primum ab Ægyptiis circumciſione nervos proſus omnes ſuccidamus, ad hæc animum advertiſſe oportet. 1. Populum univerſum nulla inductum ratione ſponte ſe duræ circumciſionis legi ſubjeciſſe, vix poſſumus perſuaderi, Illiberalem cæremoniam, nihil habentem præcogitæ virtutis ſingularis, niſi durum corporis cruciatum, ſimulque novam, vix ex tota gente unus in animum induxiſſet; quid gens univeria? Facile quidem nobis perſuademus, primum, qui circumciſionem invexit, validioribus adductum rationibus eam tandem admiſiſſe; validioribus, inquam, quam de Ægyptiis excogitaverint contrariæ ſententiæ patroni; nempe affectata quadam honeſtate, vel ineptiori aliqua ſuperſtitione, Cynocephalum nempe imitandi, divinum animal, quod, inquiunt, circumciſum ex utero matris prodit. Deliramenta quidem hæc ſunt vana cogitantium, ne refutanda quidem. Nec meliora tamen afferunt Ægyptii, quibus inductos ſe ad circumciſionem perſuadeant; quare primam illis hujus ritus inventionem abjudicandam arbitramur.

2. Obiervare oportet, ritum illum, ſi per univerſam late Nationem ſemper obtinuiſſet, ejuſque maxima habita fuiſſet ratio, tamquam peculiaris ejus Gentis atque Religionis Cæremonia, apud omnes etiam gentes ex Ægypto deductas, atque Ægyptiacis ſacris initiatas, deprehendendum fuiſſe. Cur igitur apud Chananæos, Phœnices, & Philiſtæos, variaſque Africanas gentes, genus ex Ægypto referentes, non obtinet? Obtinet quidem apud Phœnices; ſed a Saturno recepta, ut infra dicemus. Præterea Ægyptiacas ſuperſtitiones per Syriam, Africam, Cyprum, & Græciam late evulgatas; quamquam nihil ſimile de circumciſione fertur. Quæ ad Colchos ſpectant, eamdem, uti ferunt, gentem ex *Ca*ſſ*aim*, poſteros Mizraim ſive Ægyptiorum, infra examinabimus.

Eſt igitur cur afferamus, circumciſionis ritum ab Ægyptiis authoribus non cœpiſſe; feriuſque apud illos obtinuiſſe, quam ut Abraham ab ea gente cæremoniam addiſcere poſſet. Reſtat ut Phœnicum conjecturas in medium afferamus, quibus inventæ circumciſionis ſibi honorem adſciscunt.

Sanchoniato apud Eulebium (3) tradit, Saturno, quem Phœnices Iſraelem nominant, unicum tantum ex Anobret Nympha filium Jeud fuiſſe, quo in victimam Cœlo patri ſuo oblato, ipſum ſe circumciſione initiaſſe, ſuumque exemplum milites ſequi voluiſſe. Mos inde apud Phœnices inolevit, in difficillimis Regni eventibus Regiorum filiorum victimas immolare; quemadmodum & circumciſionis ritus per totam late nationem inde facile obtinuit. Cum tamen inter ſubleſtæ fidei Authores Sanchoniato potiſſimum ſibi vendicet locum, ejuſdem authoritati refutandæ operam non perdimus.

Mos igitur receptæ apud Phœnices circumciſionis, Abrahamo, atque Iſraelitis authoribus deputandus eſt; quamquam non eum fuiſſe ritum credo, ut late apud omnes illos populos obtineret. Neque enim ſive lege ad eum cogi ſe Phœnices credebant, neque Joſue, quin neque Regum Juda & Iſraelis ætate (quantum conjicio) adhuc jugum illud ſubierant. Regi Tyri minitatus Ezechiel (4), ait: *Morte incircumciſorum morieris*; ſimili nempe cum ceteris incircumciſis morte, quibus ſpes omnis melioris poſt obitum vitæ præcluſa eſt (5). Ab ea tandem cæremonia defueviſſe Phœnices ex inſtituta cum Græcis conſuetudine, Herodotus obſervat (6); quam proinde, neque in deductis ab ea gente Colonius ad Mediterranei littora, nuſquam receptam videmus. Joſephus etiam luculenter aſſerit, ætate ſua Judæos, unicos ex univerſa Syria populos, circumciſionem terva ſſe; ex quibus intelligimus, adſcititium externumque morem in Phœnicum ſolo tamquam alieno, etiius exaruiſſe.

De Colchorum origine fuſius alibi differentes, ea, quæ apud Herodotum de Ægyptia ejus gentis origine afferuntur, dubiæ eſſe fidei oſtendimus; neque firmiora ſunt, quæ Scriptor de circumciſione apud illos recepta narrat: ſive enim genuinum avitumque eſſe gentis morem, ſive ex Ægypto receptum contendit, æque ſemper ſuſpectus eſt. Quare alium quærere tentem tum Colchorum, tum Syrorum, ſuperiora Thermodoontis, & Parthenii incolentium, circumciſionis oportet. Qua in re, obſcura quidem & implexa, ſi conjecturas propoſuiſſe pernittimur, ſuſpicari poſſumus, ex Iſraelitis in eas regiones exulantibus, morem increbuiſſe. Niſi malueris ipſos, qui Circumciſionem admittebant, Iſraelitas per Salmanaſarem, ſive Teglatpha laſarem in eas regiones fuiſſe translatos. Cum autem Iſraelitæ illi veterem circumciſionis morem retinuiſſent, atque e vicinis Ægypti deſcendiſſent, ſuſcum colorem, quæ ſuſpicamur comam, externam a Colchidis linguam, & cultum divinis auguriis, Ægyptiacæ Apidis religioni ſimillimum, referrent, facile e media Ægypto veniſſe crediti ſunt. Is error Græcis Authoribus ſæpius irrepſit, ut Hebræos, ex diuturna cum Ægyptiis mora, ab Ægypto originem retuliſſe crederent.

His de vetuſtate Circumciſionis apud veteres Paganis gentes deductis, modo aliqua ſuperſunt de circumciſione Hebræorum, ex Scriptura decerpenda. De origine, uni, & praxi hujus ritus explorata omnia; ejus enim invectæ hiſtoria differe apud Moyſen legitur, cujus poſteritas conſtanti ſemper utque hodie ſucceſſione circumciſionem ſervavit. Poſtquam Deus, ait Moyſes, de fide, atque obſequio Abrahami non ſemel periculum feciſſet, fœdus tandem cum illo, ejuſque poſteritate ſe inturum ſignificavit, innovatique promiſſionibus, atque benedictionibus ſuis, ita illum affatus eſt (7): *Hoc eſt pactum meum, quod obſervabitis inter me, & vos, & ſemen tuum poſt te; circumcidetur ex vobis omne maſculinum, ut* (circumciſio) *ſit in ſignum fœderis inter me, & vos.* Patrum, interpretum, quin & ipſius Scripturæ conſenſu illud potiſſimum conſilium inſtituendæ circumciſionis Deum habuiſſe conſtat, ut eo veluti ſigno Abrahami poſteri a ceteris gentibus diſcerneretentur. Quod autem in eam rem incertum, commune nempe vicinis gentibus, quibuſcum Hebræi diutius egerant, ſignum elegiſſe Deum, vix eſt quod credamus. Nonne enim eo accepto ſigno, populus electus atque prophanus, genus Abrahami cum gente Pharaonis, coniunctrentur miſcerentur que? Nonne contrariam plane ſcopo viam iniviſſet Deus? Fateamur igitur oportet, in ea, quam Moyſes de invecta circumciſione texerit, hiſtoria, liquido ſane indicaſſe novum eſſe ritum & ad id usque ceteris incognitum. Hinc recte Origenes (*) Abrahamum primum eſſe mortalium, qui circumciſionem admitteret, tamquam ex Moyſe relatum, afferit; nec ſane pronior eſt alius Moſaicæ relationis ſenſus.

Poſt hæc omnia, primo invectæ circumciſionis gloriam Abrahamo adhuc invidebimus? Abrahamo, inquam, cui omnium vetuſtiſſimus, atque certiſſimus Liber Moyſis ſuffragatur? Abrahamo, qui id ſibi de eus tranquilla 3600. annorum poſſeſſione præſcripſit? Juris ejuſdem viri certa ſunt argumenta, ſive Deum circumciſionem præcipientem, ſive Abrahamum Divinis juſſionibus obſequentem ſpectemus. Ejuſdem moris apud Hebræos origo, & ſucceſſio æque exploratæ ſunt. Nihil eſt, quo perſuaderi Abra-

(1) *Ezech.* 31. 18. (2) *Id.* c. 32. 19. 21. *&c.* (3) *Præp. l.* 1 (4) *Ezech.* 28. 10 *&c.* (5) *Vide Ezech.* 32. 19. 21. 22. *&c.* (6) *Herod. l.* 2. (7) *Gen.* 17. 10. 11.

(8) * *Contra Celſ. l.* 1. . . . . *Malens Ægyptiis, quam Moyſi credere, qui refert, primum mortalium circumciſum Abrahammm.*

hamus potuerit, ut in ea re Ægyptios & Phœnices, si forte apud illos ritus obtinuisset, imitaretur; semper enim ab eorum risu, & cultu abhorruit: fœdus eum illis numquam, nisi necessitate cogente, inivit. Ut quid igitur circumcisionem illorum admisisset; præsertim neque apud illos indispensabile lege, nec nisi pudoris cujusdam gratia, obtinentem?

DISQUISITIONES
DE VETUSTATE MONETÆ SIGNATÆ
Ad Gen. 20. 16.

VEtustissima commerciorum ratio, rerum permutatione fuisse creditur; olim enim in commerciis ea tradebat emptor, quæ sibi inutilia erant, & superflua, ut a venditore vicissim commoda sibi, vel necessaria reciperet. Cum vero acciderit non semel, ut ea, quæ sibi deerant, alteri pariter deessent, sive non deesserit quidem, sed alter alteri rerum permutatione tradere recusaret, factum inde, ut pretiosum aliquid certi & explorati valoris designaretur, cujus pretium emendarum mercium valorem determinaret, atque omnibus in rerum permutatione incommodis mederetur. Succurrit deinde, ut pretiosum illud publico aliquo sigillo obsignatum esset, quo certus rei valor, pondus, & usus in commereiis maneret. Porro ejus sigilli nulla olim alia inerat ratio, quam ut metalli pendendi, atque explorandi ineommodo occurreretur. Jus illud monetas obsignandi, certo illis valore atque usu affignato, Reges, atque Reipublicæ Principes sibi reservarunt. Hæc tamen omnia non simul quidem in universo Orbe, sed sensim obtinuisse, vix est quod dubitemus. Hinc enim monetæ origo apud varias Gentes variis atque difficilis temporibus legitur, uti apud Persas, Græcos, & Romanos; quin & diu post inventam monetam, veterem retinuisse morem, commereia nempe rerum permutatione instituendi, Gentes aliquas scimus.

Trojani belli ætate nullus apud Græcos monetæ usus obtinebat, Apud Homerum, & Hesiodum, qui post eam ætatem floruerunt, de aurea atque argentea moneta ne verbum quidem occurrit; sed rerum valorem ita exprimunt, ut tot bobus, vel arietibus res æstimari dicant, locupleris hominis censum gregum numero metiuntur: atque divitem dicunt regionem, pascuis & metallis copiosam.

De Glauco scribit Homerus, arma sua aurea pro æneis Diomedis dedisse, quæ scilicet arma eentum bobus valebant; cum Diomedis nonnisi novem æstimarentur (1). Idem Poeta commereia in castris præ Trojæ mœnibus describens (2), alius, ait, pro vinis Lemnios æs, alius ferrum, alius pelles erant, qui boves, & qui mancipia erogarent.

De primis Græcæ monetæ authoribus inter veteres recentioresque Scriptores non convenit: Ejus inventæ honorem Ithono Regi Theſſaliæ, filio Deucalionis, Lucanus vindicavit (3):

Primus Theſſalica ductor telluris Ithonus,
Io formam calido percuſſit pondera maſſæ.
Fudit & argentum flammis, aurumque moneta
Fregit, & immenſis coxit fornacibus æra.

Alii tamen Erichtonium malunt, qui inventæ usum Athenienſes, & Lyeios docuerit: Erichtonium, inquam, filium Vulcani, a filiabus Cecropis Regis Athenienſis innutritum; ex quo de ætate ejus viri conjectura capienda est. Aglosthenes apud Pollucem (4), incolas insulæ Naxi præfert; sed vulgaris sententia Phidoni Regi Argi, Lycurgo, & Iphito suppari, palmam tribuit, a quo, inquiunt, moneta Æginetis tradita est (5), ut eo commercio vitam tolerare, atque insulæ sterilitatem utcumque reparare possent. Extant nostra ætate quidam hujus Principis nummi, clypeo, qualem Latini *ancile* appellant, in antica exculpti, in postica vero lagena vel bothrus exprimitur, cum literis PHIDO (6). Lycurgus, oppoſito plane ab eo Rege conſilio, ut Lacedæmonios a commercio cum exteris averteret, cudi monetam ferream gravemque juſſit, eandemtem prius in aceto temperatam; ut omnibus exinde utilibus inepta penitus redderetur (7). Quin *emi ſingula non pecunia*, ait Trogus, *ſed compenſatione mercium juſſit* (8); quare aurum, argentumque omne Lacedæmone exulabant (9). Sub Polydoro Rege, 130. annis poſt Lycurgum, Vidnæ ejuſdem Regis, in pretium venditæ Regiæ domus, opimus bovum grex perſolutus eſt. Poſt captas a Lyſandro Athenas, aurea & argentea moneta Lacedæmonem irrupit; quamquam ad publicas neceſſitates tantum, ceteris omnibus ejus uſu capitali pœna interdicto. Apud Clazomenios, ſicut & Byſtones nulla niſi ferrea, moneta invaleſcebat. Britannis pariter ferrea nota erat? in cujus religionem ſacramento obſtringebantur (10).

De forma veteris Græcæ monetæ tradit Plutarchus (11), verules quoſdam ferreos, vel æneos reſtiſſes ex quo, ait ille, noſtra etiam ætate monetæ omnium minutiſſimæ oboli nomen manet; (obelos enim Græce veru ſonat) quemadmodum & drachma, ſive pugillus dicitur moneta, quæ ſex obolis, tot nempe verulis quot capere manus, valet. Fuerunt ex Antiquis, qui monetam in Lydia, ſive in Perſide, antequam in Græciam tranſiret, obtinuiſſe commenderent. Primos cuſæ monetæ aureæ & argenteæ, qua in commerciis utebantur, Lydios authores fuiſſe tradit Herodotus (12). Paria apud Xenophanem a Polluce laudatum (13) habes; nullibi tamen epocha ineeptæ apud Lydios monetæ deſignatur. Sub Cræſo nihil adue de pecuniis innotuiſſe ſuſpicamur, eum ejus Principis theſauri auro argentoque rudi, atque ejuidem metalli pulvere repleruntur, quod tane ex Herodoto liceat intelligere (14) in hiſtoria de Alemæone: permiſſus enim ille a Cræſo tantum auri ex Regis theſauris ſibi capere, quantum ſeeum deferre poſſet, aureo pulvere ſinum, veſtes, quas ampliſſimas de induſtria ſumpſerat, caleeamenta, quin & comam ipſam refeſſi. Veterum phraſi auri maſſa *aurum faſſum*; arena vero & pulvis, qualis ex fodinis ſive auriferis amnibus hauritur, *aurum infectum* appellabatur.

Perſis ante Darium Hyſtaſpem, ignota quidem moneta videtur (15); Rex enim ille argenti tributa ad pondus talenti Babyloniei redigenda præcipit; aurea vero ad talentum Euboicum. Aurum illud atque argentum Darius ſeorſum eliquanda in vaſis fictilibus tradebat, quibus in maſſam redactis, fracto vaſe, aurum in fruſta, quot ad uſum neceſſaria erant, redigebatur. Addit inſuper Hiſtoricus (16), Regem illum, ut nominis ſui memoriam poſteritati æternam commenderet, aureos quoidam nummos ex optimo defæcatoque auro cudi juſſiſſe, novo & nunquam apud alios Reges uſurpato more, qui deinde nummi Darici appellati ſunt.

In

(1) *Homer. Iliad. Z. Domina Dacerin ita reddit Homeri verba, ut Dei inſpiratione Glaucus ad imparem hanc armorum permutationem induceretur.* (2) *Iliad. N.* (3) *Pharſ. lib. 6.* (4) *l. 9. c. 6.* (5) *Strab. l. 8.* (6) *Sperling. de num. non cuſis.* (7) *Plutar. in Lycur.* (8) *Juſtin. l. 3.* (9) *Athen. l. 6. c. 4.* (10) *Ariſtoph. Nubes, act. 1. ſcen. 3.* (11) *Plut. in Lyſandr.* (12) *Herod. l. 1. c. 94.* (13) *Jul. Poll. l. 9 c 6.* (14) *Herod l. 6. c. 125.* (15) *Herod. l. 3. c. 89. &c.* (16) *Lib. 4. c. 166.*

In ea Herodoti hiſtoria nihil eſt, quod ceteri Scriptores reprehendant. Polycritus apud Strabonem (1) teſtatur, argentum omne ex tributis redactum, in Regiam & in arces Perſidis deportari conſueviſſe, ex quo moneta in uſus & ſumptus neceſſaria tantummodo cudebatur. Fiebat inde, ut auri Perſici maxima portio, rudis, ſignata vero modica haberetur. Paria apud Diodorum Siculum tradunt (2), qui ab Alexandro Magno auri non ſignati ultra 40000. talenta, ad urgentiſſimas Regni neceſſitates relicta vata, Suſis reperta tradit, Daricorum vero nonniſi 3000. auri talenta ea occaſione inventa, Q. Curtius ad 50000. talenta *argenti non ſignati forma, ſed rudi pondere* ſupputat. Hodie etiam conſuetudo apud Reges Perſidis obtinet, ut nulla cudatur moneta, niſi quam Regnum ineuntes congiario populis dando impendunt: quæ quidem moneta nullo certo pretio conſtantique determinatur. Tandem veteres Parthos in armorum tantum ornamentum auro argentoque, uti Juſtinus eſt author (3), utebantur.

Poſt Darii Hyſtaſpis Regnum, Daricorum frequens in Græcia uſus, quorum figuram jaculatorem in poſtica exhibuiſſe ex Plutarcho intelligimus (4). Ageſilaus enim Rex Lacedæmoniæ Aſiam deſerere, ut regioni ſuæ ſuccurreret, coactus, pelli ſe dicebat a 30000. ſpiculatoribus; quod ſcilicet Dimocrates 30000. Daricorum pretio Oratoribus Athenienſibus, & Thebanis corruptis, eas Gentes in Lacedæmonios armaverat. Xerxes, e Græcia faceſſens, Mardonium reliquit, *cum multi um auri, tum ſignati, tum non ſignati habereti* (4).

Quæ de Dario Hyſtaſpis tradidimus, quaſi omnium Regum primus Daricos fabricaverit, Scriptoribus quibuſdam non probantur; quibus non Darius Hyſtaſpis, ſed alter longe vetuſtior Darius; eamdem monetam cudiſſe viſus eſt. Laudatur in eam rem teſtimonium Scholiaſtis Ariſtophanis, & Suidæ, qui veteres Daricos, non Dario patri Xerſis, ſed alteri vetuſtiori tribuunt. Hunc dicunt eſſe aliqui Regem Darium Medum in Scriptura appellatum (5), & eodem nomine apud Æſchylum (6) notus. Ex eodem vetuſtiſſimo Dario referunt illi monetas illas r. *Eſd.2.6.9 & 1.Paral. c.29.7. Damonim & Aſareem* ſub initio Cyri regno appellatas, eaſque cum Daricis confundendas arbitrantur: Sunt etiam qui tradiderint, ſub ipſo Davidis regno *Adareonim* obtinuiſſe (7): ſed Authores alii ſuſtinent, hanc monetam ex rudi metallo conſtaſſe; nempe ex rudibus auri argentive fruſtulis, certi tamen ponderis; quorum nomen ex Græco *Drachma*, non ex voce *Daricus*, derivatur. Utcumque tamen res habet ſeſe, nilla vetus Lydiorum, & Periarum moneta noſtra ætate ſupereſt, cum vetuſtiſſimæ, quæ inter Cimelia ſerventur, Græcæ ſint; & inter Græcos omnium remotiſſimæ ætatis habeantur nummi Amynthæ patris Philippi Macedonis, & avi Alexandri Magni. In hiſtoria mentio occurrit de *Decadrait*, & *Hecatombis* ſub Theſeo; ſed an illa moneta eſſet rudis, vel ſignata, non conſtat: rudem credit Sperlingius (8), certi tamen ponderis, & unius, decem, vel centum boum valoris.

Cum igitur ſermo eſt de veteribus monetis Græcorum ante Amyntham, non ſtatim nummi aurei & argentei, inſtar noſtrorum, emblemate quodam vel figura inſculpti concipiendi ſunt: facile enim rudis erat moneta; vel ſi notam aliquam præſetulit, determinando tantum ponderi, ne ad libram ſemper in commerciis examinaretur, adjecta erat. Nec facile mihi perſuaſerim, nummos illos aureos Phidonis, de quibus ſupra, ejus ætate in Græcia cuſos fuiſſe: vix enim in animum induxerim auri argentique eulam monetam in Græcia antea obtinuiſſe, quam Perſidis moneta ſignata in eam regionem inferretur. Olim enim auri, & argenti metalla in ea Provincia ſupra fidem rariſſima erant. De Philippo Macedoniæ Rege narrat Athenæus, ſemper dum cubitum iret, aurum quemdam ſchyphum ſub cervicali repoſuiſſe; tanti fciſicet metallum illud faciebat, quod rariſſimum fuiſſet (19). Anaximenes Lampſacenus apud eumdem narrat, torquem aureum Eryphilis in tota Græcia ea tantum de cauſa celebratiſſimum fuiſſe, quod auri ſumma eſſet in eo Regno caritas; atque ſcyphum quemdam argenteum, tum temporis in Græciam delatum, tamquam rem novam omnes ſuſpexiſſe. Gyges Lydiæ Rex omnium primus auri & argenti munera Templo Delphico, obtulit, cum antea ærea tantum conſuevi ſſent; obtulit autem non ſtatuas, ſive alia ornamenta, ſed tripodas tantum, & ſcheteres. Cum Lacedæmones auro liniendi ſimulacri Apollinis votum conſilium inviſſent, conquiſitum per totam Græciam aurum, nuſpiam inventum eſt; quare conſulto Oraculo, ejus indicio, a Crœſo Lydiæ Rege metallum poſtularunt Hiero Syracuſarum Rex victoriæ ſimulacrum aureum, quæ tripodem Delphis oblaturus, totam Græciam excuſſit; tandem Corinthum veniens, immenſa auri vi apud Architelem, qui ſibi minutis emptionibus totam comparaverat, inventa, quantum ſibi ſatis eſſet poſtulavit. Architeles ultra conventum metalli pondus, tantum auri in munus Regi ſuperaddidit, quantum manu ſua contineret. Viri munificentia captus Hiero, navem frumento onuſtam, atque plura inſuper munera rependit. Poſt hæc omnis pecuniam aureum, atque argenteam vulgarem in Græcia, ſive in Inſulis fuiſſe, quis credat? Argentum autumque omnę e ſua Republica Lycurgus, & Plato (20) eliminantes, monetas ferreas, & æneas, eas tantum ſufficere perſuaſi, ſubſtituerunt. Veterem monetam, tamquam æneis & ferreis virgulis conſtantem Plutarcus deſcribit. In Regno Peruano antehac nonuſi (21) ferreas virgulas pro moneta expendebant; quin & plures recenſuimus, atque infra recenſebimus Gentes, apud quas nullus olim erat pecuniæ uſus.

Veterum nonnulli (22) aureæ monetæ in Ita inventorem Janum conſtituunt; quibus ſuffragari videntur nummi quidam veteres in Italia, Sicilia, & Urbibus quibuſdam Græcis cuſi, Dei figuram ex uno latere, ex altero vero navim præferentes. Sed hæc minus certa, cum nummos illos din poſt Jani ætatem poſteritas, ut adventus Dei in Italiam extaret memoria, percuſſerit.

Ac bona poſteritas puppim ſignavit in ære,
Hoſpitis adventum teſtificata Dei.

Quamquam autem ſolebant Romani metallis in commercio uti, in agris tamen & armentis provenus omnes ſuos potiſſimos conſtituebant (23). Vetus illius gentis moneta ad libram, non ad numeros, pendebatur (23); æreiſque fruſtulis rudibus & infectis conſtabat, *as rude*. Servius Rex, omnium primus, rudem monetam bove & pecude inſculpſit; unde monetæ nomen *pecunia* manſit: *Servius ovium bominumque effigie primus as ſignavit* (24). De eodem Rege hæc addit Varro (24): *Nummum argenteum conſtatum primum a Servio Tullio Romæ*. Plinius tamen, quinquennio tantum ante initum primum Carthaginienſe bellum, æs Romæ ſignari cœpiſſe tradit: *Populus Romanus ne argento quidem ſignato ante Pyrrhum Regem bevilium uſus eſt.* Quare argentea Servii moneta rudis fuiſſe facile creditur. Quin & eodem Plinio authore, nonniſi poſt 62. annos circiter, uſus cudendæ aureæ monetæ obtinuit.

Primi Carthaginienſis belli tempore ærea moneta duplex ferebatur; altera gravior (*as grave*) bicipiti Jano in antica, & roſtro navis in poſtica ſignata. In ſextante navigium cudebatur. Extant etiam monetæ quædam argenteæ bigatæ vel quadrigatæ, ex quo *bigati*, vel *quadrigati* appellatæ ſunt. Plinius, unde hæc omnia hauſimus, innuere videtur, aureos nummos domeſticum tantum animal quodcumque exhibuiſſe.

Cœpiſſe apud Ægyptios & Phœnices cuſi æris monetas ante Græcorum in Oriente imperium, nullo veteri monimento colligimus; neque enim monetæ ullæ, ſive nummi veterum Phœnicum, & Ægyptio-

(1) *Lib.4.c.166.* (2) *Strab.l.15. ad fin.* (3) *Diod.l.18.* (4) *Juſtin.l.41.* (5) *Agoſthreg. Laconic.* (6) *Hyrod. l.9.* (7) *Dan.5.31.* (8) *Æſchyl. in Perſis.* (9) *Vide Sperling. de numm. non cuſis.* (10) *De numm. non cuſis.* (11) *Athen. l.6.c.4.* (12) *Plut. in Lycurgo, Xenoph. de Rep. Lacedæm. Plato l. 5. de Legib.* (13) *Latius apud Hora. l.3. de orig. Gent. Americ. c.3.* (14) *Draco Corcyræus apud Athen. l. 15. cap.14.* (15) *Plin. l. 18. cap. 3.* (16) *Idem l. 33. cap.3.* (17) *Plin. l. 8. cap. 3. & 18.* (18) *Apud Charif. l. 1.*

ptiorum superiorum (1). Ante Romanorum in Gallos imperium usus monetæ apud eas Gentes nullus apparet. Quod Teloæ in Templo locisque sacris suorum erutum est, rude erat, *earum argentumque inelaboratum* (2), nempe massæ, vel rotulæ argenteæ malleo ductæ. Cum Julius Cæsar in Insulas Britanniæ ingressus esset, laminæ quædam metalli rudes totam regionis monetam reddebant. De illis Gentibus hæc Solinus (3): *Nundinas ac nummum vefutant; aunt res & accipiunt; mutant ibi necessaria petius, quam pretiis parant.* Antequam Phœnices Hispania potirentur, & diu etiam post, apud quasdam ejus Provinciæ Gentes nulla erant commercia, sed rerum permutatio, vel saltem aureæ vel argenteæ laminæ portionem pro valore mercium solvebant. *Strab. l.3.* De Scythis, & Sarmatis memoriæ proditum est (4): *Auri & argenti maximarum pestium ignari, vice rerum commercia exercent.* Albaniæ populi, quemadmodum & Genies ad Araxem, omnis monetæ, ponderum & mensurarum, quin & calculi ultra centum, rudes erant (5). Hodie pariter apud Circassos, & Avocafios moncia exulat omnis. In Æthiopia, & Bengala vilioris monetæ locum tenent testulæ sive concliæ, in litore maris Maldivarum collectæ, ait Brenier r.2. Commercia omnia in Mingrelia rerum permutatione constant; nullumque apud eas Gentes argenti pretium est certum; & si quid habent monetæ ab exteris advehitur. Bern. Epist. de situ Indost. pag.201. Apud Tartaros medius cortex mori, arte obduratus, atque sigillo armisque regiis obsignatus pro vulgari moneta expenditur; omnisque in universa Tartarorum ditione, vel advenis ipsis, externæ monetæ usus interdictus est (6). In Regno Cathai narrat Haitonius, papyrum sive crassiorem chartam in quadrum abscissam vulgarem haberi regionis monetam. Ejus loco frustula quædam sive ligulæ aureæ argenteæque apud Sinas obtinent. Ejus monetæ valorem pondere suppuraturi Sinenses, fateram semper lateri appensam deferre consueverunt: ex ære tamen nummulos quosdam, regionis insignibus insculptos, vel annulos, quos deserunt funiculo insertos, habent.

In Regno Mogolis ostrea & amigdalæ sylvestres loco inferioris monetæ expenduntur; in Regno Siam, & Japonia, æs grave tantummodo non signatum; in Mexico fructus Cacai, cujus in chocolata est usus. Laponibus moneta uno sæculo antiquior non est; in Æthiopiæ Regno aurum, & sal promoneta obtinent; aurum nempe in laminas redactum, sal in tabellas pedales tribus digitis latas, totidemque crassas. Moneta Regni Lar, Persarum armis 150. ab hinc annis occupati, filum erat argenteum rotundum, ad calami crassitudinem, duplatum, & transverso pollice longum. *Itiner. Taver. & Pauli Venet. lib.11. c.21.*

Post hæc omnia fusius deducta de origine æris signati apud Lydios, Græcos, Romanos, aliasque Gentes, aliquem fuisse monetæ signatæ apud Hebræos usum, antequam Gentibus illis innotesceret, inumquam persuaderemur. Si autem vera sint ea, quæ supra deduximus, Phœnices nempe, & Ægyptios, gentes Judææ finitimas, & commercio maxime junctas, non nisi post vulgatum ex Persida & Græcia æris signandi usum, monetam cudere cœpisse, patria de Judæis ne dubitantes quidem affirmamus. Ezechiel commercia & divitias Tyriorum fusius describens, unde usum apud illos cusæ monetæ deducamus, nihil habet. Totus est Prophera in exaggerandis auri, argenti, stamni, plumbi, æris, & ferri divitiis, quas merces gens illa comportabat (7).

Nec argumenta tantenim in eam rem negativa, ut ajunt, & conjecturæ suppetunt, cum in Scriptura de commerciis, & pecuniis veterum Hebræorum sermo frequens occurrat. An vero pecunia illa cusa fuerit, in examen revocare oportet.

Abrahami divitias Moyses exaggerans, greges ipsius, servos, aurum argentumque describit (8). Vir ille ipselucrum in sepulchrum Sarræ uxoris emporus, 400. argenti siclos vulgaris monetæ venditori solvit (9). Abimelechus 1000. argenti nummos, muneris loco Abrahamo dedit (10). Josephi fratres 20. nummis argenteis fratrem vendiderunt (11). Jacob filios suos, cum pecunia, emendo in Ægyptum frumento, misit (12); & Ægyptii fami tolerandæ argentum omne suum ad Josephum detulerunt (13). Hæc omnia pecuniam evidentissime ostendunt; quæ nam illa tamen, an signata, & ponderе uniformi, uti apud hosjvel tantum vulgaris, & certi ponderis, sed rudis & infecta?

Si in ea quæstione multitudinis suffragiis ageretur non pondere rationum, ex cusis Abrahami ætate obtinuisse, ne ambigeremus quidem; sed cum rationibus agendum sit, cur multorum suffragia quæramus, nihil est. Ex ipso Textu, atque appositis a Moyse phrasibus res est repetenda. Nihil autem apud illum nisi nomino tantum ari, argenti occurrunt; sicut & certæ monetæ pondera, finceritas, atque usus; quid tamen hæc ad cusam monetam, de qua ne verbum quidem apud Sacrum Historicum? Nomina illa Siclus, Talentum, Gera, & Beka ponderum sunt, non monearum; neque ftatim ac moneta aliqua vulgaris dicitur, signata continuo reputanda est; cum ærs grave ad id usque temporis, monetæ loco, apud varias Gentes obtineat. Fateamur ergo oportet textus ex Scriptura superius laudatos, monetæ Abrahami, & Patriarcharum ætate cusæ, ne minimum quidem, favisse. Cum etiam in Scriptura metallum ad libram appensum memoratur, vetus statim mos infinuatus apparet, argenti nempe ad libram solvendi; qui sane usus ante determinatum monetærum valorem obtinuit.

Abraham 400. siclos argenti in pretium Sepulchri Sarræ (14) appendit; inventum in oris facculorum argentum fratres Josephi, ad illum reduces, retulerant; argentum, inquam, ejusdem ac invenerant ponderis; *argentum in pondere suo* (15). Siclus & Talentum communia erant rebus omnibus pendendis ponderа. Quas Eliezer munus Rebeccæ obtulit, armillæ decem siclorum ponderis habebant; inaures vero duorum (16) jubet etiam Moyses, ex myrrhæ 500. siclis, pondere & cinamomi (17) 250. siclis, Sanctuarii, thymiama confici; atque oblata in usum Tabernaculi 72000. æris talenta alibi (18) narrat. Porro æris nullum in commerciis usum fuisse constat. Cum Abialom quotannis comam tonderet, detonsi crines 200. siclis pondere erant (19). Zacharias massam plumbi (20) plumbi talentum appellat; talenti enim vox generica habebatur, nec genus ullum monetæ vel pecuniæ certam summam necessario exprimebat.

In libris post Moysen scriptis, cum de pecuniis, aut solutionibus agitur, non absimiles phrases occurrunt. Impios Isaias describit argentum ad idolum conflandum in statera appendentes (21). Jeremias agit quodam emendo, 17. argenti nummos ad libram solvit (22); quam in rem appensam ad latera libram, quemadmodum & lapides certi ponderis, vel saltem pondera ærea vel plumbea, quæ Scriptura lapides appellat, delata credimus. Moyses cavet, ne *in eodem sacculo diversa pondera* (in Hebræo *lapidem & lapidem*) *major & minor* defesantur (23). Ipse insuper Legislator mandat, ut Israelitæ, naturæ necessaria præstituri, extra castra exeuntes, paxillum semper præter libram apud se habeant (24). Avari apud Amos (25) de nimia Festorum dierum frequentia querentes, sese insuper hortantur: *Imminuamus mensuram, augeamus siclum, suppanamus stateras dolosas.* Dolis evitandis ponderum & mensurarum typus in Templo asservabatur; unde ponderi exacto designando proverbii loco obtinuit in Sacra Scriptura: *Ad pondus Sanctuarii.* In 2.Reg.14.26. *pondus Regium*, sive publicum; quod scilicet monetarium, pon-

(1) *Inter cimelia D. Girardon spectavi solium quoddam aureum, veluti solium reſæ, ex ore, uti ferunt, Mummiæ Ægyptiacæ deductum. Consuevisse quidem Veteres in ore eadaverum nanlum Caronti, Inferna navis vectori, pendendum reponere Lucianus in Dialogg. mortuorum testatur.* (2) *Strab. l.4.p.251.* (3) *Solin. c.35.* (4) *Mela l.2.c.1. Vide & Strab. lib.7.p.208.* (5) *Strab.l.11.p.352.* (6) *Chardin. Voyage de Perse to.2. p.92.* (7) *Ezech.27.12.* 22. (8) *Gen.13.2.* (9) *Ibid.23.26.* (10) *Ibid.20.16.* (11) *Ibid.* 27.18. (12) *Gen.42.* & 43.(13) *Ib.47.14.* (14) *Gen.23.*(15) *Ge.* 43.21. (16) *Gen.24.22.* (17) *Exod.30.23.24.* (18) *Exod.* 38.29. (19) *2.Reg.14.26.* (20) *Zach.5.7.* (21) *Isai.46.6.* (22) *Jer.32.10.* (23) *Solin. c.35.* (24) *Mela l.2.c.1. Vide & Strab. lib.7.p.208.* (25) *Deut. 25. 13.* (24) *Ibid. 23.13.* (25) *Amos 8.5.*

ponderum & menſuratum, totiuſque in commerciis politiæ atque publicæ ſecuritatis cura, Regis prouidentiæ incumbebat. Duo hæc pondera Sanctuarii, & Regis aliud quid plane oppoſitum ponderi extranearum gentium, Phœniceum, Ægyptiorum, & Chananæorum deſignare in Scriptura Sperlingius autumauit; ſiclus ſcilicet Hebraicus ceteris vicinarum gentium, quibuſcum Judæi aſſueuerant, pondere præſtitiſſe creditur. Vulgo pariter Commentatores, duo, inter Hebræos, ponderum genera diſtinguunt, ſacrum nempe & vulgare; illud Templi & Sanctuarii dictum, quod duplo alteri præſtabat; alterum in uſum commerciis deſtinatum. Hæc tamen nutare ſententia, ſuttibus innixa conjecturis, facile creditur. D. le Pelletier in Diſſert. de pondere comæ Abſalonis, *pondus Regis* de Babyloníco pondere interpretatur; quo ſcilicet in captiuitate Babylonica, & poſt illam, in commerciis Hebræi uterentur. Scriptor enim, qui Regum libros digeſſit, huic captiuitati ſive ſuppar, ſive paulo inferior vixit.

Olim apud Judæos, argenti tantum & auri in commerciis uſus obtinebat; qui enim nummi ejus Gentis ænei ſuperſunt, vel adulterini ſunt, vel ſub Simone Macchabæo cuſi. Neque Tuicæ, Arabes Ægyptii, & Orientales plerique aliam monetam hodie uſque norunt (*).

Porro metalla illa ſive in virgas, ſive in lamínas, ſive in maſſam, ut de Simeonium monetis ſupra innuimus, redigi conueniebat, ſi credimus. Similes enim phraſes in Pſalmis leguntur: *fragmenta argenti* (1), quæ potentes viri conculcant, quod facile de virgulis argenteis dictum explicari poteſt. *Lugamon argenti* legitur Gen. 42. 35. (2), quod de virgulis ſeu verubus argenteis, initar obeloriim Plutarchi, quorum pugillus drachmam redderet, in faſciculum colligatis facile aſſumptum eſt. Non tamen negaverim phraſim illam *ligare argentum* (4) tantumdem ſonare in Scriptura, ac in panno quodam, five in marſupio argentum claudere; quod ſane noſtræ hypotheſi non repugnat. Acham ſpolia Jericho excutiens, in *regulam auream* (Hebr. *linguam auream*) 50. ſiclorum auri, & inſuper in argentum pondere 200. ſiclorum incidit. Crimina ſua Deum recondidiſſe, veluti virgulas argenteas in marſupio, Jobus inſinuat. David codices auri argenti & æris in virgas, & in maſſam thelauros filio reliquit; quemadmodum illud, quod Moyſi in opus Tabernaculi, Aaroni aureo Vitulo conflando, Joſiæ ad ſarta tecta Templi collatum eſt, in monetam certe cuſum non fuiſſe conſtat.

Poſt inductum in commerciis Hebræorum argentum, adhuc tamen vetus quandoque mos rerum permutandarum ſervatus eſt; ita emiſſe Jacob a filiis Hemor partem agri 100. agnorum pretio in Septuag. Vulgata, Chaldæo, & plerisque Commentatoribus legimus (3). In Hebræo eſt 100. *Keſitah*, cujus vocis ſignificatio obſcuriſſima eſt. Si quis tamen eam vocem de moneta aliqua agni figura ſignata interpretari malucrit, eamque Abrahami ætate obtinuiſſe contenderit, ſuæ illum opinioni inhæſiſſe per me liceat. Jacob præſtitæ Labano ſervitutis non aliam mercedem, quam gregis portionem poſtulavit (4); nec ipſe vicißim alterius generis munuſculis Etau fratrem delinivit (5). Quæ rerum permutatione inſtituebantur commercia, in libro Job inſinuantur, cum de homine ſermo eſt, qui *fellem pro pelle, & cuncta quæ habet, dabit pro anima ſua* (7). Eadem ſpectans Eccleſiaſticus (9), pretioſum adeo nihil eſſe dixit, quod pro lapiente dari poſſit. Verumque commercii genus, argenti nempe ſoluto pretio, & rerum permutatione, exactiſſime deſcribit Iaias: *Venite, ait, emite abſque argento, & abſque ulla permutatione vinum & lac. Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem veſtrum non in ſaturitate* (10)? Gregis ſui hœdum Judas ad Thamar detulit (11); Salomon acceptis ab Hiram lignis, frumentum & oleum in pretium rependit (12); Oleas uxorem ſibi pretio 15. argenteorum, & unius cori cum dimidio, hordei emit (13).

Obſolevit jam inter Eruditos recepta illa perſuaſio de ſiclis quibuſdam, quos in Judæa cuſos ſub Davide & Salomone jactitabant. Licet enim cum Moyſis ætate comparati, recentiſſimi nummi illi reputari potuiſſent; tantam nihilominus præferebant vetuſtatem, quanta cuſis Græcorum & Perſarum monetis numquam tribui potuiſſet. Cum enim Samaritanis characteribus inſcribantur, ſpeciem, quaſi ante captivitatem cuſi eſſent, præſeferunt; hæc enim ſcribendi apud Hebræos ratio poſt captivitatem obſoleviſſe fertur. Cum demum in uno latere inſculptum legeretur *Jeruſalem Sancta*, in altero *Sielus Iſrael*, certa ſtatim ætas numiſmatum intelligebatur, nempe ante divium ſub Jeroboamo Regnum; poſt ſeceſſionem enim factam inter Iſraelem, ſiccem nempe Tribus, & Judam, id eſt Tribum Juda, & Beniamin, Jeruſalem, Iſraelitarum ſeu 10. Tribuum opinione, de veteri religione excidit. Numiſmatum igitur ætatem conſtitui oportebat ante Jeroboami ſchiſma; cum Hebræi omnes uno Iſraelis nomine cenſerentur, unico parerent e domo David Regi, atque Jeruſalem totius Judaicæ religionis ſedes haberetur.

Sed tam bellæ ratiocinationis fundamenta omnia patant, ut proinde horum numiſmatum vetuſtas ſpectatior ſit, quam ſolidior. Veterem ſcribendi rationem poſt captivitatem apud Judæos prorſus obſoleviſſe, obtinentibus pro Samariticis Chaldaicis characteribus, qualis hodie in Bibliis ſuis adhibent Judæi, tamquam certum conſtituitur. Sed contra receptam illam perſuaſionem faciunt numismata ſub Simone Machabæo cuſa, Samaritanis characteribus, quos potius Phœnicios & Hebræos veteres dixeris, inſculpta. Quin & veteres omnes Chaldæo, vel Hebraico recentiori characteres inſcripti, Antiquariorum omnium aſſenſu ſuppoſititii pronunciantur. Parem feramus ſententiam oportet in numiſmata, quæ Davidis & Salomonis ætatem mentiuntur, cum falſitatis characteres non obſcuros præſeferant: tum quod recenti cuſa metallo cum puerilibus inſculpta ſæpe emblematibus deprehendantur. Nonnulla ex ære confiata ſunt, quo metalli genere numquam in commerciis usus veteres Hebræos ſupra oſtendimus. Uno vel altero ærculo vetuſtiora non elle afferit Sperlingius, atque in virum le, illa fabricantem, in Holiatia incidiſſe fatetur. Inter quamplurimos ſiclos, quos in variis Muſæis Patinus inſpexit, nullum ſibi, qui antiquior eſſet, occurriſſe ſcribit. Veros quidem ſiclos extare, ſed omnes ſub Simone Machabæo cuſos, fentit Morellus; quæ ſane Eruditorum omnium, a nobis conſultorum, eſt una ſententia. Quare inter apocrypha ſunt numiſmata Abrahami, ſenc in antiqua, & vitulo in poſtica, inſculpta; Moyſis, cum virii imagine cornuta, (quemadmodum imago Alexandri, & quorumdam ex Succeſſoribus exhiberi ſolet) inſcripta ex altero latere illa ſententia: *Non habebitis Dos alienos coram me*; Joſuæ, taurum hinc, inde monocerotem exhibentia; David, cum regiæ ſedis, & turris figura; Mardochæi, cum facco & cinere ex uno latere, corona vero ex altero. Nec meliora auguramur ſiclis, inter veterum Eccleſiarum cimmelia aſſervatis; quos ipſiſſimos a Juda ſolutos in pretium venditi Servatoris jurant. Nummi ſiquidem illi, caput inſignis Coloſſi, Soſidicari, præferentes, inde vero roſa inſculpti, vetera Rhodiorum numiſmata ſunt.

Quod ad genuinos ſiclos, ſub Simone Machabæo cuſos, attinet; Sumino illi Sacerdoti cudendæ monetæ poteſtas ab Antiocho (14) Sidete Syriæ Rege poteſtas facta eſt: *Permittimus tibi facere percuſſuram proprii numiſmatis in regione tua*. Cum tamen icones omnes & imagines lege Judæorum interdicerentur, emblematibus quibuſ-

(*) *Bellon. Obſerv. l. 2. c. 103.* (1) *Pſ. 68. 31.* (2) *Vide & Prov. 7. Vulg. Sycelum argenti. Oſe. 3. 2.* (3) *Exod. 32. 4 Job. 14. 17.* (4) *Geſ. 2. 6.* (5) *Gen. 33. 19.* (6) *Gen. 30. 33.* (7) *Gen. 32. 18.* (8) *Job 2. 4.* (9) *Eccli. 26. 18.* (10) *Iſai 55. 2. 2.* (11) *Gen. 38. 17.* (12) *3. Reg. 5. 10.* (13) *Oſe. 3. 2.* (14) *1. Macch. 15.*

dam, sive vase aliquo Templi monetas suas Simon inculpsit; e.g. vase, scypho, vel lyra ex uno latere; ex altero vero palmite vitis cum fructu, pampino, manipulo, spicis, vel simili; inscriptio addita erat in uno tantum latere, *ficlus* vel *homiscelus* (pro monetæ pretio) *Israel*; in postica legebatur anni noti 1. 2. 3. 4. sive 5. adjectis verbis, *Libertatis Sion*. Nullæ extant monetæ, in quibus ultetior quam annorum quinque nota exhibeatur, quamquam ultra 8. solidos annos Simon regnavit; atque nullæ circumferuntur Joannis Hircani, qui post illum rerum potitus est, quamquam 20. annis jus dixerit. Quamobrem aliqui suspicantur, Judæos Simoni luggessisse, hæc cusa in monetis emblemata, non minus quam animantium, hominumque figuras Legi repugnare; qua inductus pertinatione, facile Sacerdos concesso sibi privilegio renunciaverit. Non desunt etiam, qui cusas credant a Simone monetas non in Judæa, sed in Urbibus quibusdam Samaritanis ditionis suæ; quod scilicet Samaritanis characteribus, jam apud Judæos obsoletis, inscriptæ sint; neque figuram aliquam in monetis insculpi; in regione sua Judæi sustinuissent. Verum, ratiocinantur illi, cum inita a Simone ratio, eudendæ scilicet in Urbe Samaritana monetæ, quod in Judæa numquam ausus fuisset, cum in vetu Lege semper repugnasse deprehenderetur; tandem vir ille religiosus suscepum opus dimisit. Conjecturæ quidem sunt istæ, sed non temere prorsus excogitatæ.

Quid enim moverint Judæi, cum Pilatus Imperatoris imaginem in Urbem invehere tentaret (1), satis scimus. Cum Vitellius exercitum in Arabes ducens, per Judæam iter habere dispotuisset, Judæi opeimates, suscepta ad illum legatione, rogarunt, ne vexilla Romanorum Imperatorum imagines exhibentia, in Judæa explicaret.

Cum Herodes Magnus (2) in ornamentum theatri, Jerosolymæa fe ecerexit, trophea erexissel, murmurare populus, quod trophea illa armatas statuas crederet, nec antea quiescere, quam sublatis armis nuda ligna apparerent. Ornatas figuris ædes Herodes Terrarcha sibi Tiberiade constituxerat, quas ut Cives ejus Urbis abolerent, Josephus Historicus, legatione pro Optimatibus Judæorum functus, etiam atque etiam rogavit (3). Salomonem violatæ Legis reum agit ipse Josephus, eo nomine, quod bonum simulacris vas, mare dictum, & in Templo constitutum ornasset (4). Rumorem etiam Jerosolymis excitatum occasione Aquilæ aureæ, super Templi januam ab Herode magno constitutæ, idem Historicus alibi narrat (5). De hac Judæorum religione ita etiam Tacitus (6): *Nulla simulacra Urbibus suis, nedum Templi sunt, non Regibus hæc adulatio, non Cæsaribus honor.* Nulli quin etiam apud Judæos erant imaginum artifices, non sculptores, non pictores juxta Origenis testimonium (7).

Quamquam autem inter ipsos Hebræos Doctores de sensu Legis, figuras, & imagines interdicentis, non constat; atque inter ipsos nonnulli emblemata omnia, & hieroglica, quorum nulla in rerum natura similitudo, permitti in Lege contendunt; plerique tamen imagines omnes, vel astrorum, etiam ad merum ornatum, interdictas defendunt (7). Nullæ etiam hodie in domibus Hebræorum, & Synagogis extant imagines. Leone Modena testante (9); quamquam pecuniis vulgaribus utuntur, quin & imaginibus ab aliis factis, non in commercium tantum, sed etiam in ornamentum; & Jesu Christi ætate monetæ Romanæ, Cæsarum effigie cusæ, in Judæa vulgaris habebatur (10).

Hinc conjecturam capere licet, quare Simon ab incepto cudendæ monetæ desisterit. Reges tamen Asmonæi, qui filio ipsius Simonis Joanni Hircano successerunt, ab hac avi religione recedentes, monetas cum imagine sua, adjecto in postica emblemate, fertilitatem Judææ significante, cudebant, qui deinde mos usque ad excidium Judææ sub Vespasiano obtinuit.

Varia monetarum genera in Scriptura occurrunt; e.g. Talenti, Sicli, Hemisicli. Hebraice *kikar*, Oboli, Hebraice *Gerah*. Alia sunt etiam minus nota, ut *Kesita*, *Alarcenim*, sive *Darcemonim*, *Mina*, vel *Mina*, *Denarius*, *Stater*, quæ nomina sunt extraneæ Hebræis monetæ. Qui de valore & pondere monetarum Hebraicarum disseruerunt Authores, adeo inter se varii sunt & discrepantes, ut quæ potissimum sententia in ea re sequatur, discerni vix possit. Siclos sub Simone Macchabæo vulgares non idem servare pondus, pertissimorum virorum relatione, qui plures ad libram examinarunt, didici. Cum tamen certam sibi determinari sententiam Lectores plurimi exposcant, neque inamenæ hujus quæstionis intima penetrandi sibi negotium velint assumere; hinc calculum D. le Pelletier Rothomagensis, viri exactissimi, & eruditissimi, præferendum duximus.

Dabimus, etiam, supplementi loco, mensuram, & ponderum Hebraicorum ad Gallicana supputationem.

In conferendis autem veteribus, cum nostris monetis maxime habenda est ratio, ut certum monetarum pondus, atque ponderum valor determinetur. Libra Gallicana refert 16. uncias, vel 4. marchas, vel 128. grossos, vel 304. denarios, vel 9216. grana.

Marchum 8. uncias continet.

Uncia 8. grossos; grossus 3. denarios; denarius 24. grana.

Scutum aureum 63. grana.

Ludovisium aureum 126.; & Hemiludovisium 63. grana.

Ludovisium argenteum sive scutum 21. denarios, 8. grana, sive 512. grana.

Dimidium Ludovisium argenteum, sive dimidium scuti, pondere est 10. denariorum, 16. granorum, vel 256. gran.

Aureus Hispanus 126. granorum, atque aurei dimidium 63 granorum.

Regale Hispanicum 2. denar. 16. gran. sive 649. gran.

Aureum regale 5. denar. 8. gran. sive 128. gran.

Auri valor ad argentum relatus, pondere collato, est veluti 1. ad 14.

Valor monetarum Hebraicarum ad Gallicanas.

Siclus argenteus pondere erat hemiunciæ, vel 4. drachmarum Romanarum, vel 266. & $\frac{34}{35}$. granì; quare medium Ludovisium 11. granis excedebat. Valebat autem 32. solidis, 5. denariis, & $\frac{3}{8}$. denarii pecuniæ nostratis.

Hemisicius argenteus, vel Beka, pondere erat 133 granorum, & $\frac{1}{2}$. valebat 16. solidis, 2. denariis, & $\frac{11}{16}$. denarii monetæ nostratis.

Tertia sicli pars, quam Judæi post captivitatem Templo capitationem solvebant, pondere erat 89. gran. valebat 10. solidis, 9. denar. & $\frac{19}{24}$. denarii.

Ge-

(1) *Vide Joseph. Antiq. l. 18. c. 4.*, & *de bello l. 2. c. 8.* (2) *Antiq. l. 18. c. 7.* (3) *De vita sua.* (4) *Joseph. antiqu. qu. l. 8. cap. 2.* (5) *Antiq. l. 17. c. 8.* (6) *Hist. l. 5.* (7) *Contra Celf. l. 4.* (8) *Vide Selden. de Jure Naturæ, & Gent. l. 2. c. 6.* (9) *Leo Moden. par. 2. c. 2.* (10) *Matth. 22. 17.*

Gerah, ſive obulus Hebraicus, vigeſimam ſicli argentei partem æquabat; nempe pondere erat 13. gran. & $\frac{7.}{20.}$ grani, valebat 1. ſolido, 7. denar. & $\frac{15.}{32.}$

Keſitah, moneta erat aurea 12. circiter librarum & 10. ſolid. monetæ noſtratis, juxta ac D. Le Pelletier opinatur.

Sicli aurei pondus æquabat hemiſſilium argenteum, adeoque 2. drachmas Romanas, vel 133. grana, & $\frac{1.}{2.}$ nempe Ludoviſium aurcum 7. granis, & amplius aliquanto excedebat; valebat autem 11. libris, totidem ſolidis, & 9. denariis, ac $\frac{1.}{4.}$ monetæ noſtratis.

Daremonim, vel Adarconim, Darici erant; pondere, & valore ſiclum æquabant. Porro monetas illas, quoties in Paralipomenis, & in Eſdra occurrunt, Septuaginta verterunt drachmas; cum Alexandrinorum drachmæ, quas illi ſupputabant, duas continerent Romanorum drachmas.

Minæ argenteæ ſumma ad 60. argenti ſiclos aſcendebat; atque valoris erat 97. librarum, 6. ſolidorum, 10. denariorum, & $\frac{1.}{2.}$ monetæ noſtratis.

Mina aurea 60. ſiclorum auri, valebat 695. libris, 6. ſolidis, 3. denariis monetæ noſtratis.

Talentum argenteum 50. minarum argenti, ſive 3000. ſiclorum argenti, pondere erat 1500. unciarum Romanarum, ſive 125. librarum Romanarum, & ſuppuratum ad noſtrum pondus Marchi 86. librarum, 14. unciarum, & 5. groſſorum, valebat 4867. libris, 3. ſolidis, 9. denariis monetæ noſtratis.

Talentum aureum 100. minarum auri, ſive 6000. ſiclorum auri, pondere erat 2. drachmarum Romanarum, adeoque 1500. unciarum, ſive 125. librarum Romanarum, & 86. librarum, 14. unciarum, 5. groſſorum noſtri ponderis marchi, valore erat 69531. librarum, 5. ſolid. monetæ noſtratis.

Menſuræ longitudinum Hebræorum.

Menſuras longitudinis Gallicanæ, ad quas deinde Hebraicas reducamus, primo determinare oportet.

Pes Gallicus 12. pollices, pollex 12. lineas æquat.

Pertica 6. habet pedes; leuca 2000. perticas.

Cubitus Hebraicus 20. pollices $\frac{44.}{89.}$ ſcilicet 20. pollices, & $\frac{1.}{2.}$ circiter.

Zeret, ſive hemicubitus 10. pollices, $\frac{22.}{89.}$ pollicis.

Tophac ſive palmus Hebraicus 3. pollicibus $\frac{37.}{89.}$ reſpondet.

Eſbah, vel digitus $\frac{76.}{89.}$ pollicis.

Iter, quod Sabbato confici poterat, 2000. cubitos Hebraicos habebat; nempe 569. perticas, pedem 1. 8. pollices $\frac{68.}{89.}$ pollicis menſuræ Pariſienſis.

Stadium Hebraicum, authore Joſepho, habebat 400. cubitos Hebraicos nempe 683. pedes, 1. pollicem, $\frac{67.}{89.}$ menſuræ noſtratis.

Menſuræ cavæ liquidorum Hebraicæ ad Pariſienſes relatæ.

Dolium Pariſienſe capit 8. pedes cubicos, & dolium alterum (*tonneau*) 24.

Pes cubicus habet 1728. pollices, vel 36. pintas; pinta vero 48. pollices.

Hemipinta capit 24. pollices; medius ſextarius 12. pollices; & quarta pintæ pars 6. pollices cubicos. Quare dolium minus liquidorum Pariſienſe (*le muid*) habet 288. pintas; & dolium 864. pintas.

Dolium idem (*muid*) aridorum Pariſienſe continet 48. pedes cubicos, vel 12. ſextarios.

Sextarius habet 4. pedes cubicos, vel 2. minas.

Mina 2. minas minores, vel 2. pedes cubicos.

Mina parva habet pedem cubicum, vel 3. ſtaria. (*boiſſeaux*).

Starium (*boiſſeau*) 16. quadrantes, (*litrons*) 576. pedes cubicos.

Quadrans (*litron*) 36. pedes cubicos.

Bathus ſive *epha* Hebraicum, ad noſtras menſuras relatum, habet 1434. pollices cubicos, $\frac{475158.}{704969.}$; adeoque capit 29. pintas, mediamque pintæ partem, hemiſextarium, & octavam pintæ partem, atque inſuper $\frac{475158.}{704969.}$

Chorus, ſive *chomer* Hebraicus habet 10. bathos, nempe 14340. pollices cubicos $\frac{3107201.}{704969.}$; vel 298. pintas, ac mediam pintæ, ſextariique partem, & $\frac{3107201.}{704969.}$ pollicis cubici.

Letech, dimidium erat chomer, adcoque habebat 7170. pollices cubicos, & $\frac{155360.}{704959.}$ pollicis, vel 149. pintas cum medio ſextario, octava pintæ parte, & $\frac{155360.}{704959.}$ pollicis.

Seah tertiam bathi partem referebat, adeoque habebat 478. pollices cubicos $\frac{158386.}{704969.}$; ſive 9. pintas cum dimidio pintæ & ſextarii, octava pintæ parte, ac 4. pollices, & $\frac{158386.}{704969.}$

Tria ſata, de quibus Gen. 18. 6. ipſiſſimum ſunt epha. Porro alia eſt hæc menſura a trientali in Pſ. 79. 6. & Iſa. 40. 12.

Gomor, vel aſſaron, decimam ephæ partem habuit, nempe 145. pollices cubicos $\frac{1647517.}{3524845.}$, vel 3. pintas detracto $\frac{1877328.}{3524845.}$ pollicis.

Cabus ſexta pars *ſeah* ſive *ſaï*, vel octava pars ephæ, habebat 79. pollices cubicos & $\frac{496375.}{704969.}$ pollicis, ſive pintam, mediamque & octavam pintæ partem, cum pollice cubico, ac $\frac{496377.}{704969.}$

Quadrans cabi habebat 19. pollices cubicos $\frac{652821.}{704969.}$, vel medium ſextarium, octavam pintæ partem, pollicem cubicum, & $\frac{652821.}{704969.}$ pollicis cubici.

bici. Huic mensuræ alterum est nomen *rebah* vel *log*, aut sextarius *Rabbinicus*. Vide 4. Reg. 6. 25.

Nebel 3. bathos capiebat; quare habuit 4304. pollices, & $\frac{15536.}{704969.}$ vel 87. pintas cum semipinta, semisextario, 2. pollicibus cubicis, ac $\frac{15536.}{704969.}$ pollicis.

Hinc, sive tarcabus perinde habebatur ac medium ſtarium, vel semi-seah Hebraicum, sive sexta pars bathi; habebat 239. pollices $\frac{79193.}{704969.}$, vel 4. pintas, semipintam, semisextarium, octavam pintæ partem, 3. digitos cubicos, & $\frac{79193.}{704969.}$

Dimidium hin habebat 119. pollices $\frac{392081.}{704969.}$, vel 2. pintas, semisextarium, octavam pintæ partem, 5. pollices cubicos, & $\frac{392081.}{704969.}$.

Tertia pars hin cabum æquabat.

Quadrans hin habebat 59. pollices cubicos $\frac{548525.}{704969.}$ vel pintam cum $\frac{1.}{8.}$, 5. pollices $\frac{548525.}{704969.}$

Sextarius hin, nempe sexta pars ejus mensuræ 39. pollices cubicos, & $\frac{600673.}{704969.}$ Vide Ezech. 4. 11.

Pondion sive dipondion Rabbinicum, mensura, de qua in Miſna, habebat 2. logos, adeoque sextarium hinc æquabat.

Betza vel ovum Rabbinicum habebat, juxta illos, sextarium log, nempe 3. polliees cubicos, & $\frac{678895.}{2114907.}$

Cos, vel cyphus paschalis, vas benedictionis, agendis post cibum gratiis destinatus, habebat 4. polices cubicos $\frac{691932.}{704969.}$

Rebiith, vel quarta pars log, tantumdem ac crater paschalis capiebat.

Mikue, vas toto homini lavando destinatum, cum Judæi e foro redibant. Marc. 7. Capiebat 40. seah, nempe 400. pintarum minus aliquanto.

Semper ae in Septuaginta & Vulgata occurrit metreto, eadus, ceramium, cous, vel chus, vel congius, atque pro mensura ususpantur, semper pro batho, vel epha positas esse voces reputandum est.

DISQUISITIONES IN CHRONOLOGIAM,

Annos, Menses, dies, horas Ægyptiorum, Græcorum, Romanorum, & Hebræorum.

CHronologiæ studium, omnium consensu longe utilissimum, summeque necessarium reputatur: ejus enim præsidio destituta historia, incondita rerum strue mentem onerat potius, confundit, atque corrumpit, quam ut instruere, moresque & prudentiam dirigere, (quæ singularis est Historiæ indoles) valeat. Cum tamen scribendæ Historiæ provinciam serius, quam par est, veteres inierint, atque in designandis certis rerum gestarum epochis priorum Scriptorum diligentia desideretur; factum inde, ut in studio temporum salebrosa & ardua via decurrenda sit; tunc maxime cum Historia Sancta V. T. eum Authoribus prophanis, veteres Paganorum historias narrantibus, conciliauda suscipitur.

Quo autem Lectores ipsi per se, plenius in rebus Chronologicis instructi, quem singulæ certitudinis gradum attingant, æqua sententia dijudicent, quidquid certi ineertive continetur in Chronologiis Chaldæorum, Ægyptiorum, Græcorum, Romanorum, quibus cum maxima fuit Hebræis consuetudo, in medium proferemus; ad Hebræos deinde deseendentes, de forma annorum apud singulas eas gentes, de temporis distribuendi ratione disseremus. Hinc variis Scripturæ textibus, quorum singuli seorsim sufiorem quam pro nostro instituto exigerent Commentarium, lux afferetur.

Magni nominis Scriptores quidam, post navatam sedulam atque laboriosam rebus Chronologicis operam, vix profeeisse quidquam intelligentes, reitandem desperatione victi, certam, exactam atque perpetuam ex Historia Sacra Chronologiam (1) deducere, rem esse deploratam, ultro pronunciarunt. Quid de Historia prophana, in qua exactitudinis ut plurimum & authoritatis semper est minus? Ex variis Josephi locis colligimus, annos Judieum & eaptivitatum, quæ sub Judicibus contigerunt, non continuata quidem succeſſione jungi, sed intercedentibus ante captivitates anarehiis interpolari. Paria apud Julium Africanum in Chronologia legas. Porro in Sacra Historia, ait Ilaaeus Vossius (2), *captivitates, & anarchia, veluti sparsa membra & infausta, in consum temporis politici non veniunt*. Obiervat deinde: *Josephus non capitivitates, sed solas amisit anarchias*. Nec a Vossio in Chronologia dissentit Simonius (3); cum enim, ait, Libri Scripturæ ex variis rerum gestarum narrationibus, sufioribuique monumentis per compendium deducti sint, neque semper in illis immediatæ genealogiæ retexantur, conflantem ex illis Chronologiam derivare frustra conaremur. Detruncatæ genealogiæ exempla plurima suppetunt. 1. Esd. 7. 3. generationes sex desiderantur; totidemque desunt in genealogia J. C. apud S. Matthæum. Hinc S. Hieronymus de Chronologiæ Regum Juda & Jerusalem discrepantia agens, *hujusmodi*, ait, *errore quæstionibus, non tam studiosi, quam otiosi hominis esse videntur*; atque in eam rem laudat illud 1. Tim. 1. 4. *Neque intenderent fabulis, & ge-*

(1) *Isaac. Vos. Can. Chronol. pag. 236. Pro firmo itaque habeatur, sacras literas continere tantum mensuram temporis politici, nec posse ex illis colligi mensuram temporis physici.*

(2) *Ibid. pag. 235.* (3) *Histoir. Critiq. du V. T. l. 1. c. 1.*

& genealogiis interminatis, qua quæstiones præstant magis, quam ædificationem Dei. Annos ab ortu Mundi usque ad Æram Christianam numquam, nisi per conjecturas, deficiente in annis designandis Scriptura, unico hujus historiæ fonte, P. Petavius (1) deduci tantum posse testatur.

Neque per Historiam prophanam, quam per Sacram, iter est planius; cum in prophanis etiam detruncatæ genealogiæ, atque supputationes suis numeris minus absolutæ non desint. Ex 23. Macedoniæ Regibus Solinus, ductu catalogo 8. vel 9. tantum recenset (2). Justinus Assyriæ Reges hoc ordine diducit: Belus, Ninus, & Semiramis; ætatimque ad Sardanapalum transit. In Chronicis Persarum totum temporis spatium, post obitum Alexandri Magni usque ad Arsacem, silentio præteritur; atque de Arsace ipso ita agitur, quasi non de Partho, sed de Persa, Dario sive Artaxerxi sanguine juncto (3). De singulis autem Chronologiarum Chaldaicarum, Ægyptiarum, Græcarum, atque Romanarum difficultatibus, ex iis, quæ infra deducemus, Lectores instruuntur. Nihil plane esse in historia prophana certi, donec exactior in scribendo methodus, atque supputandarum Olympiadum ratio obtineret, una est Eruditorum sententia.

Quod scientiæ hujusce parum Historicis prophanis inesset, ex eo veluti fonte, ut plurimum, errores, vel saltem in rebus Chronologicis ambiguitates profluxerunt, ut in decernendis temporibus perspicuitas, vel in exactissimis inter illos aliquando desideretur. Interdum numeri rotundi gratia, ea, quæ intra aliquod temporis spatium, incertum tamen quo potissimum anno, contigerunt, appositio rotundo numero certo tempori assignata sunt. Hinc pro 304. sive 298. annis, annus rotundus 300. descriptus est. Princeps qui 19. annis & 6. mens. regnavit, 20. annis rerum potitus scribitur. Accidit inde non raro, ut 50. annorum spatio idem annus ter in supputatione recurrat; ut cum Princeps regnasse fertur 20. annis, cum tamen 19. tantum ac 4. mensibus Regnum habuerit; item ut successoris anni 10. numerantur, cum aliquoin 9. ac 6. mensibus regnaverit; e quibus etiam decem illius annis 8. menses de vigesimo decessoris anno accipiendi essent. Ducta interim omnium simul annorum utriusque Principis summa, stetim 30. anni supputantur, cum tamen 29. annorum spatium non excesserint. Numerus fractus, vel anni dimidium in Scriptura, & prophana Historia numquam fere expetiminur; ex quo conjecturam capere licet, accidere potuisse non raro, ut plures anni in supputationibus omitterentur, adderenturve; quibus negligis universam Chronologiæ œconomiam turbatam esse, jure possumus suspicari.

Alteram errandi occasionem præbuit varia apud varias Gentes dividendi temporis ratio. In Libris quibusdam apocryphis traditum est, ab ortu Mundi usque ad 160. Henochi annos non per mensium periodos, sed per hebdomadas numerari consuevisse; quem calculum Henochus, ab Angelo Urielo instructus de anni temporibus, astrorum atque anni revolutionibus, reformarit (4). Apud aliquas Gentes anni computati sunt in menses; apud alias in singulos quadrimestres; nonnullas in semestres; erant qui æstatem & hyemem in duos annos computarent; item qui annum in singulos 10. menses, qui tandem in singulos duodecim. Fuerunt qui annum in quatuor tempora, alii in tria, alii in duo dividerent; his lunares menses sunt & anni; illis solares. Neque idem apud omnes exordium anni; quem enim plures ab autumno, non pauci a vere, ficut & alii ab hyemis medietate exordiebantur. Dies quoque civilis varius apud varias gentes, illis vesperæ, his media nox, aliis mane; aliquibus tandem meridies diei caput constituitur.

Noctis vero & diei quam multiplex dividendæ ratio; nox enim sæpe in tres, quandoque in quatuor vigilias distincta est; diei partes elevatus supra horizontem nostrum Sol pro mensura sui cursus dimetiebatur. Cum vero per horas tempus supputarii cœptum est, in horis diffidium fuit. Minus cauti atque instructi Scriptores, omnes eos annos confundentes, atque variam apud varias gentes annorum rationem ad unam constantemque regionis suæ consuetudinem reducentes, incertis annorum notis tempora determinarunt, totamque inde Chronologiam & Historiam miscentes turbarunt. Ex eo fonte, ait Plinius, portentosa Ægyptiorum vetustas, quam jactant, prosluxit, singulis bimestribus in annum computatis, ut infra observabimus.

Cum Olympiades obtinerent, errores tamen incautis Historicis obrepserunt; infignes enim historias Olympiadum numero designantes, quo tamen potissimum Olympiadis anno contigerint, silentio præterierunt. Sæpe etiam rei gestæ tempus ad celebre aliquod factum retulerunt, quantum scilicet inter hæc duo absuisset annorum, supputantes; cum interim postremæ hujus historiæ tempus, Scriptorum illorum ætate notissimum, nostra ætate lateat; ex quo inextricabiles Lectori ambages. Ita Ezechiel Prophetiam suam ad annum 30 confignat; ex quo autem supputandi hujus calculi exordium capiat, prorsus obscurum.

Chronologia Ægyptiorum.

Postquam de universa Chronologia observationes nostras in medium protulimus; modo de singulis variarum gentium singillatim agendum. Sacerdotibus Ægypti olim scribendorum Gentis Annalium provincia unice demandata erat, qui tanta apud se cautione Commentarios illos servabant, ut Externis nonnisi Regis expresso præcepto communicarent. Annales illos iecum detulit Artaxerxes Rex Persarum; mox vero Eunuchus Bagoas, ingenti pretio accepto, Sacerdotibus illis restituit (5).

Quibus ita constitutis, non immerito quis suspicaretur nihil esse certius, tanctusque servatum hac Ægyptiorum Historia & Chronologia; quippe quod ejus rei cura doctissimorum virorum studio & diligentiæ ita commissa esset, ut ab omni corruptione depositum illud servaretur immune. Vix tamen prius ad id studium accedimus, consula omnia, & præ ceteris etiam aliis corrupta offenduntur. Vetustatem suam e remotissimis adeo fontibus derivant Ægyptii, ut vana commenta sua Chronologis omnibus ridenda exponant. Horum alii, ut P. Petavius (6), Dynastias omnes ad meras fabellas amandant; alii immuratas, atque intra angustiores limites contractas recipiunt, uti Eusebius, Africanus, Syncellus, Scaliger; alii tandem partim rejectas, partim recipiunt, uti Marshamus, qui ex 36525. annis, quorum periodo 30. Ægyptiorum Dynastiæ apud Manethonem, & Chronicon Ægyptium, a Syncello laudatum, continentur, 140. annos admittit, cæteros rejicit.

Quod autem Chronologiæ Ægyptiorum singulare est, cum cæteratum gentium vetustas brevior sit ea, quæ in Mosaicis libris continetur, Ægyptiorum longe Mosaicam illam excedit, ut proinde supputationem Scripturæ cum Ægyptiaca conciliaturi Septuaginta Interpretes, juxta quorumdam Scriptorum opinionem, singulorum Patriarcharum ætatem prorogarint; quæ tane virorum indulgentia, Chronologiam saeram mire deinde miscuit, atque turbavit. Josephus Scaliger cum Africani dispositioni in periodo Dynastiarum Ægypti, quas ille pro libito obtruncat, inhæsisset (7), fatetur tandem alteram sibi periodum Julianam fabricandam esse, ut tres in ea Dynastias Ægyptias collocaret; cum illæ simul junctæ 1336. annis vulgarem periodum excederent.

Euse-

(1) *Ration. temp. par. 2. l. 2. c. 1.* (2) *Solin. c. 14.*
(3) *Pezron. Antiq. des tems retab. c. 8. pag. 68.*
(4) *Vide Salmas. de ann. Climacter.*
(5) *Diod. Sicul. lib. 15.*
(6) *De Doctr. temp. l. 9. c. 15. & l. 5. c. 17.*
(7) *Canon. Isagog. l. 2. pag. 122.*

Eusebius, quem Recentiores ducem sequuntur, nihilo majori, quam Africanus, quem exiertibit, fide, ex Dynastiis, quæ sibi commoda essent, adjecit, retraxitque. De Eusebii audacia aede conqueritur Syncellus, quamquam ipse ejus exemplum non imitatus tantum, sed etiam excessisse videtur; quippe qui & annos, & Regum ad libitum exeogitata nomina adjecerit, cum interim plura rettaxiffet; quare in Chronologia Ægyptiorum turbata omnia, & confusa.

Veterum nonnulli, ut ab ea Ægyptiorum antiquitate sese extricarent, Ægyptios annos intra angustiores, quam nostrorum, terminos reducunt. Obtinuisse ab exordio ut Regum tempora per dies apud Ægyptios supputarentur, tradit Palæphatus in fragmen. ex Chron. Alex. Ait e.g. post obitum Vulcani ejus filius *Helios* regnasse notatur 4477. diebus. nempe 12. annis 3. mens. 4. diebus. Annis apud ipsos tune primo sua 12. mensium periodus data est, eum in alias gentes Ægyptiorum imperium propagaretur. Plinius lib. 7. cap. 48. *Quidam Luna fenie, (annum terminant) ut Ægyptii; itaque apud eos aliqui & singula millia annorum vixisse produntur.* Hos annos reformasse Pisonem Regem, ait Censorinus: *In Ægypte quidem antiquissimum ferunt, annum bimestrem fuisse; post deinde a Pisone Rege quadrimestrem factum, novissime annum ad 12. menses & dies 5. productisse.*

Sed annum adeo brevem, atque imperfectum, qualem Scriptores illi tettantur, apud Ægyptios obtinuisse vix in animum induxerim; eum Moyies, qui in tota Ægyptiorum scientia institutissimus fuit, ipso fortasse Pitone Rege, de quo Censorinus, vetustior, annum semper 12. mensium, & menses 30. dierum periodo claudat, sive eum Historias ante diluvium, sive post illud, sive cum res in Ægypto actas, sive alibi describit. 2. (1) *Ægyptiis principium anni non Aquarius, ut apud Romanos, sed Cancer; nam prope Cancrum oft Sothis, quam Graci canis sydus dicunt. Neomenia autem eft ipsius Sothidis ortus, qua generationis mundi ducit initium.* Perfectus itaque annus apud Ægyptios jam inde constabat, cujus primi mensis nomen erat Sothis, antequam huic mensi alterum nomen Thoth, sive Mercurius inderetur; idem autem mensis & anni, & mundi exordium apud eas gentes constituebatur. Porro non a Mercurio ea obtinuit traditio, sed pene genti eoævа habita est; quare semper apud Ægyptios ea anni conluetudo manfit, ut & præcedentis anni finis, & lubiequentis exordium circa tempus deerementi Soli constituerent; ad exortum scilicet canis, syderis, juxta Plutarchum, fulgentissimi. *Ifr apud eos sydus eft, quod Ægyptiace Sothis, Grace aftrokum dicitur, quod in religna etiam lydera regnare videtur* (2). Itaque si Thoth sive Mercurius Ægyptius Moysis ætate recentior est, juxta ac nonnullis Chronologis visum, auctorem illum anni 365. dierum non est quod habeamus, cum ejusdem anni ratio in Ægypto ante Moyien ipium obtineret.

Non est igitur cur magnopere fidei Sacerdotum Thebarum deferamus, qui vetustatem gentis sum fuprа Ægyptiacam efferentes, asserebant, Mercurium sive Thoth annum civilem ad solis revolutionem reformasse, atque inde ejusdem anni primum menfem de viri illius nomine appellatum (3). Facile tamen Mercurius Ægyptiacum annum ad aliquos sacros usus accommodavit; singulos scilicet duodecim menses totidem Deorum patrocinio attribuens; sicut & magni anni 36525. periodum exeogitavit. Hujus periodi Mercurium autorem fuisse Jamblicus (4) ex Manethone testatur. Ad Numina singulis mensibus præpolita quod spectat, refert Strabo lib. 17. Sacerdotes Thebanos omnem direct pto sacris usibus anni honorem ad Thoth retulisse.

Hanc a Mercurio invectam (5) rationem adeo religiose Sacerdotes deinde observarunt, ut intercalarem diem singulis quadriennitis adjici, quamquam opposttunum videretur, non sustinerent: quare annus facer a civili exorbitabat, numquam certa Festis eorum sede manente. Tandem ut ambo illi anni inter se ad idem punctum redigerentur, 1461. annorum civilium spatium decurrendum erat, intra quod 1460. anni sacri absolverentur; cum in 1461. annis civilibus 365. dies intercalares recurrant. Porro periodus illa magnus annus Ægyptiacus appellatur; isque annus per 25. multiplicatus, juxta lunarem cyclum, alteram confiet periodum 36525. annorum, de qua supra.

Ad quinque illos dies, posttemo menfi apud Ægyptios adjectos quod spectat, ejus rei authorem determinare difficile arbitramur. Thebani Sacerdotes ejus rei gloriam Thoth vindicant; Censorinus Regi Pisoni; Eusebius *Afteb* Isaaco suppari, juxta eumdem, vel Jolue coævo, juxta Marshamum. Hæc Scriptorum diserepantia frustra aliter conciliaretur, nisi si ex *Pifon*, & *Afteb* unus idemque vir constituatur; simulque dicatur Mercurius redigendi annis civilis tantum, ad certum quemdam religionis & exremoniarum usum, author fuisse. Marshamus demonstrat, primum (6) menfem Thoth, juxta Censorini supputationem, cum anno 3392. periodi Julianæ concurrere, quod, juxta Usseri calculum, Judicum imperio labenti respondet. His semel admissis, illud continuo sequitur, Moysis ætate diem intercalarem singulis quadriennitis, & facile etiam quinque dies posttemo menfi adjectos nondum obtinuisse; quamquam & menses eo tempore 30. diebus constitisse, & annos ad cursum Solis ordinatos, vix est quod dubitemus.

Annus apud Ægyptios ab autumno exordiebatur; ita enim Horus Ægyptius a Maerobio loquens inducitur: *Explicitis duodecim menfibus, id eft 360. diebus, reliquos quinque diet inter Augustum atque Septembrem anno fne redunt* (7). Quæ veteri gentis persuasioni de exordio Mundi ab autumno consentanea fuisse facile constat: *Quod tempus Sacerdotes natalem Mundi judicaverunt, id eft tertium decimum Calend. Aug.* (8) Singulis Zodiaci signis eumdem, quem prius ab ipsis Mundi erepundiis habuerant, peculiarem Deum afferebant. Soli Leo assignatus est (9), Mercurio Virgo, Veneri Libra, Marti Scorpius, Jovi Sagittarius, Saturno Caper; *sic fallum eft ut singuli eorum signorum Domini esse dicantur, in quibus, cum Mundus nascretur, fuisse credantur.* Legendus Cicero de Nat. Deor. l. 2. Lactan. Divin. Institt. l. 1. c. 4. Josephus Antiq. l. 1. c. 4. qui posttemus Scriptor, de diluvio agens, eam opinionem insinuat.

Tria anni tempora Ægypti distinguunt; nempe hyemem, ver, & æstatem, quibus præsidens Pallas ab illis *Tritogenia* appellabatur. Vide Commentarium nostrum ad *Gen.* 8. 22.

Ab omnibus Orientis populis ab ultima antiquitate usitatum eft, ut per septimanas dierum, sua facerent commercia, quæ Scaligeri verba sunt; Eodem more homines hodie utique eenientur, cum tamen septimanæ exordium varium sit apud varios; Judæis Sabbatum est, Christianis Dominica dies, Gentilibus feria tertia, Mahometanis sexta. Mos autem iste ab Ægyptiis in Græcos, Romanos, exteraique orbis gentes derivatus est; qua de re Dio Cassius *lib.* 38. *Ii inftitutum ab Ægyptiis, haud ita dudum ad omnes homines dimanavit.* Originem vero ad septem Deos refert, quibus singulis Ægyptiorum superstitio singulos septimanæ dies contecravit; sunt autem Saturnus, Sol, Mars, Jupiter, Venus, Mercurius, Luna. Sed hujus rei eertiora sunt apud Hebræos, in Historia conditi Mundi, monumenta; quare Dionis, recentius in Orbem invectam consuetudinem affirmanti, nihil est quod credamus. Septimanarum vetustatem fusius ostendit Seldenus de *Jur. Nat. & Gent. l. 3. c. 19. &c.*

Quem

(1) *Porphyr. de Nymph. antrop.* 123. *edit. Holl. Vide etiam Solin. Polyhift. c. 35. & Macrob. l. 1. c. 21.*
(2) *De Ifid. atfregon.* (3) *Diod. Sicul. Bibl. l. 1. Strab. l. 17.* (4) *De Myft. Ægypt. de Diis.* (5) *Geminius.*
(6) *Sac. 11. pag. 310.* (7) *Macre. Satur. l. 1. fol. 228. Edit. Aldi. Vide Cenfor. de die nat. c. 18.*
(8) *Solin. Polyh. c. 35.*
(9) *Macrob. Som. Scip. l. 1. c. 31.*

Quem potissimum morem in diebus deducendis Ægyptii sequuti sint, varia est variorum sententia. *Ægyptii & Hipparchus*, ait Plinius, *a media nocte in mediam nostrem* ducunt (1). Alii Chaldæorum tationem ab exorto scilicet Sole, secutos malunt; alii meridiem caput diei constituisse ex eo colligunt, quod Ptolemæus Ægyptius, insignis eorum Astronomus, tantumdem sæpe præciterit; alii tandem a vesperam vesperam ductum ab Ægyptiis diem sustinet (2). Hasce variorum Scriptorum opiniones Salmasius conciliandas assumens (3), autumavit, Ægyptiorum annum, sibi ceteroquin constantem, nempe 365. dierum & 6. horarum, non ab eodem semper diei naturalis articulo exordium duxisse; modo enim in meridiam noctem cadebat, succedenti vero anno sex horis post mediam noctem rettahebatur; quæ autem anni caput, eadem & reliquorum anni dierum prima hora habita est.

Maluerim ego, variatæ succesu temporis apud Ægyptios conluetidini totam rem adscribere; facile enim, antequam Persæ & Chaldæi regionem haberent, dies suos Ægyptii ad duas vesperas ducebant, pro more finitimarum gentium, uti Arabum, Lybicorum, & Judæorum. Sed inducto genti jugo, primo a Chaldæis sub Nabuchodonosore, dein a Persis sub Cambyse, victorum moribus, ad Babyloniorum rationes dies suos reformantes, assueverunt. Tandem sub Alexandro Magno, & Ptolemæis, iterum avita temporis dirigendi conluetudo postliminii jure rediit. Fuit tamen Plinii ætate, ducendi a media nocte diei morem a Romanis acceperant; Ptolemæus vero diem a meridie exorditur, qua in re non morem regionis sed Astronomorum, & Mathematicorum sequutus est.

Diei per horas divino in Ægypto prius, quam in reliquis orbis regionibus obtinuisse, vel ex ipso horarum nomine dilcimus; *hora* enim est ab *Horo*, quod Solis nomen est apud Ægyptios, Victorinus ex Cicerone narrat (4), Mercurium Trismegistum ex Cynocephalo duodecies in die æquis temporis intervallis mingente, pariterque certis diei arcuatis ululante, horarum divisionem didicisse. Hæc quidem historia, fabellam licet olere videatur, nec aliter forte de Cynocephalo statui oporteat, vetustatem tamen præsefert majorem, quam quæ apud alias gentes occurrat; & Trismegistus ille, cui inventæ rei honor tribuitur, paulo est Moyse recentior, si Eusebio, & Marshamo supputantibus stemus.

Chronologia Chaldæorum.

De Chaldæorum Chronologia, nisi juncto simul de Assyriorum, Medorum, & Persarum Chronologiis sermone, vix est quod agamus: quare de tribus amplissimis Imperiis, eorum origine, & periodo, uno sermonis contextu nobis loquendum est. In hoc vero argumento incerta esse omnia, atque Græcorum Historicorum errores Cl. Bossuetus in sua Historia universali demonstravit (5). Ita ille: " Quidquid " de primis tribus Imperiis Authorum Græcorum " turba scripsit mandaverat, ea plane sapientissimis " Græcorum, veluti dubia & incerta, minus probantur. Sacerdotes Ægyptios de rebus vetustis " Græcorum ignorantiam relevantes Plato inducit " (6); & Aristoteles omnia, quæ de Assyriis narrantur, ad fabellas amandat.

" Quod enim serius Græci ad scribendum sese " contulissent, vellentque ingenio populi in res " novas arrepti blandiri, factum inde est, ut accurata conjulere monumenta negligentes, ea tantum avide arripernt, quæ jucundam magis, " quam veram efficerent narrationem.

" Ordo plane, quo tria illa Imperia distribuuntur, apertæ falsitatis notam præsefert; post fublatum enim Sardanapalum, ejusque lapiu Imperium Assyrium evertum, Medi in scenam indiucuntur, quibus Persæ succedunt; quasi scilicet totius Assyriæ Monarchiæ hæreditas ad Medos devenisset, atque in ipsis Medorum ruinis Imperii sui trophæum erexerint Persæ.

" Contra tamen accidit, cum Arbaces, inductis ad defectionem Medis, Assyriorum & Sardanapali tantummodo jugum excusserit, intacto interim Imperio Assyriæ relicto. Primus Medorum Rex Dejoces, 50. solidis post eam defectionem annis, apud Herodotum, quem pertitissimi Chronologi sequuntur (7), apparet; simulque clarissimi illius Scriptoris, & Xenophontis, aliorumque testimonio scitum est, florentis Imperii Medorum tempore, potentissimos in Assyria Reges per totum fere Orientem nominis sui terrore regnasse, quorum Cyrus, capta Babylone, Imperium evertit (8).

" Itaque si vulgo apud Græcos, & Latinos Græcorum fidem sequutos, altum sit de his Regibus Babyloniæ silentium; si amplissimi illius Imperii nulla habeatur ratio in Monarchiis, constanti successione apud Historias continuatis; si ne nomina quidem apud illos florentissimorum Regum Teglatphalasaris, Salmanasaris, Sennacheribi, Nabuchodonosoris, de quibus mira in S. Scriptura, & in Orientalibus Historiis, ejus rei sive Græcorum ignorantiam in causa fuisse oportet, sive accuratissima Historiarum Græcarum pars nostra ætate exciderit.

" Profecto Herodotus peculiarem de Assyriis historiam promittit, quæ sive temporum injuria, intercidit, sive scribendæ tempus Historico defuit. Nec sane de Scriptore illo sapientissimo aliter censendum est; vix enim aliquam fieri potuisset, ut Reges secundi Imperii Assyrorum omitteret; cum maxime de Sennacheribo, ex illis uno, tamquam de Rege Assyriorum, & Arabum, non fileat.

" Strabo, qui sub Augusto florebat, narrat Megasthenem veterem Scriptorem, Alexandro fere jupparem, de expeditionibus Nabuchodonosoris Regis Chaldæorum scripsisse, quem transgressum Euphratem, in Hispaniam, & ad Herculis columnas transcurrisse perhiberet. Apud Ælianum occurrit Tilganus, Rex Assyriæ, quem ipsum esse Tilgath, vel Teglath Historiæ Sanctæ nullus dubito; & apud Ptolemæum inter catalogos Principum, quibus amplissima Imperia paruerunt, ordine recensentur quidam Assyriæ Reges, Græcis plane incogniti, & cum Sacra Historia facile conciliandi.

" Nimius essem, si ea producerem in medium, quæ in Annalibus Syriæ, Berosi, Abideno, Nicolao Damasceno leguntur. Horum Authorum fragmenta, auto contra pentanda, Josephus & Eusebius Cæsariensis servarunt, quod etiam de pluribus aliis ab ipsis præstitum est, quorum omnium testimonio Scripturæ authoritas de antiquitatibus Orientalibus, & Historiis Assyrius, potissimum confirmatur.

" Medorum vero Monarchiam, quam vulgo Historici cum priori continuant, atque a Persica distinguunt, Scriptura simul cum illis jungit... Quæ quidem vera esse, ex ipso rerum gestarum ordine intelligimus. Medorum ante Cyrum gloria, quamquam aliquot gentis potentissimæ, florentibus Regum Babyloniorum rebus obscurabatur; donec Cyrus, junctis simul Medorum & Persarum viribus, quos ille populos jure legitimæ successionis, uti ex Xenophonte constat, regebat, Babylonios sub jugum misit. Ex his plane novæ Monarchiæ, a Cyro erectæ, nomen non a Medis tantum, sed etiam a Persis imponendum constat." Quare Medorum & Persarum Imperium unum erat idemque; quamquam Cyri gloria Persarum nomen prævaluit.

" Ac-

(1) *Plin. l. 2. c. 77.* (2) *Alex. ab Alex. l. 4. c. 20. Genial. dier.* (3) *Exercit. Plin. pag. 552.* (4) *Macrob. l. 1. cap. 21. & Pausan.* (5) *Par. 1. pag. 47.* (6) *In Tim.* (7) *Herod. l. 1. c. 26. 27.* (8) *Item. l. 1. Xenoph. Cyrop 5. 6. &c.*

„ Accidisse etiam facile potuit, Medorum Reges, susceptis versus Colonias Græcas Asiæ minoris expeditionibus, nominis sui gloriam longe lateque apud Græcos provexisse; ex quo per totam Asiam soli imperium obtinuisse, quippe qui soli noti erant, crediti sunt. Reapse tamen, licet Græcis eorumque Historicis incogniti, Reges Ninive & Babylonis florentius, quam Medi, imperium habebant. Factum inde ut totum a Sardanapalo usque ad Cyrum spatium, unum Medorum imperium tenuisse vulgaretur.

„ Non est itaque, cur Historiæ prophanæ ac Sacræ conciliandis tantopere laboremus; ad primum enim Assyriorum Imperium quod spectat, de illo obiter tantum unum vel alterum verbum in Scriptura, nihilque in ea de Nino Monarchiæ authore, neque de aliis post ipsum Regibus, uno excepto Phul, occurrit; quod eorum Historia nihil habet cum populo Dei commune. Secundi Imperii Assyriorum res a Græcis Scriptoribus sive prorsus ignorate, sive non satis exploratæ, cum prioris Imperii historiis misceantur.

„ Post hæc, si Græcorum quorumdam authoritate opposita, tres illas Monarchias ordine sibi successisse quispiam contendat, huic Græcorum in ea historiæ parte ignorantiam teponimus; qui fecilicet non Scripturæ tantum repugnantes, sed etiam sapientissimis gentis suæ Scriptoribus deprehenduntur.

„ Quod autem uno verbo scrupulos omnes evellet, illud est, nimirum Authoris Sacros & temporæ & loco ad Monarchias illas Orientis præ aliis accessisse. Historiam nimirum scribebant populi, cujus res cum amplissimis illis Imperiis conjunctissimæ essent; ex quo fieri poterat, ut ea certa defuissent, ut illis præ Latinis, & Græcis Historicis fides addiceretur.

„ Postrema etiam superest de obscuritate veterum Historicorum causa dispicienda; cum enim Reges Orientis plura sibi nomina, vel, si mavis, titulos, nominis loco usurpatos, induxerit solerentque, ac populus nomina illa varie redderet, & pro vernacula singulorum dialecto pronunciaret; factum inde, ut vetustissimarum Historiarum res, quarum nonnisi confusa supererant monumenta, porterentosa caligine obvolverentur. Ex nominum enim confusione, res ipsas atque homines turbari, facillime contigit; uti ex difficultate tum locum assignandi in historia Græca tot illis Assueris, colligimus; quorum tempora, quanto Orientalibus magis, tanto Græcis minus erant explorata. Quis profecto Cyaxarem ipsum esse Assuerum crederet, cujus tamen nomen ex *Ki* Dominus & *Axare* compositum, statim ad Assuerum reducendum constat?

Quæcumque tandem fuerit digerendi Monatchias illas ratio, semper tamen Chronologia nutabit, quippe quæ ex his tantummodo fontibus deducenda est, sive ex Scriptura nimirum, sive ab Orientalibus, vel a Græcis, & Latinis. Ad Scripturam quod attinet, parcior in illa sermo, quam ut perpetuæ Chronologiæ ducendæ seviat; de Orientalibus nonnisi fragmenta quædam, dubiæ, ut plurimum fidei, superiunt. Græci, omnium confessimne, minus eas historias callent; seriusque ad scribendum se conferentes, adeo inter se dilceptantes supputationes & historias tequuntur, ut eorum testimonio fidere nequaquam audeamus. Tandem Latini, Græcos secuti, nihilo majorem præ illis obtinent authoritatem.

Quid enim Scriptura de Assyriorum Imperio? De Nembrod, virum fuisse venationi deditum & violentum narrat, nominis sui terrore universum Orientem compleviste; & liberis antea hominibus sub jugum missis, Imperii sui sedem constituisse Babelem, sive Babylonem, & in urbes Arach, Achad, & Calanne in terra Sennaar imperasse. Addit deinde virum illum Imperii sui fines, armis in Assyrios illatis, prorogasse, Ninivé, Rohobot, Chale, & Reten tubactis. Has urbes vulgo interpretes ab Assur conditas arbitrantur; sed & omnium confessione confitæ, illas non diu post sive Nembrod, sive alium, post illum, Regem jure armorum occupasse, duobus Regnis in unum Regem conciliatis. Hinc Ctesias, & Diodorus Siculus uni eidemque domino urbes Ninive & Babylonis ab initio paruisse tetantur. Ex inde de Regibus Assyriæ (1) altum est in Scriptura, usque ad Ezechiæ tempora, silentium. (2) Sub Ezechia igitur Merodach filius Baladan, Rex Babel, missis ad Regem nunciis, de prodigio, quo Ezechiæ valerudo cœlitus fuit demonstrata, quæsivit. Dein potentissimi Assyriæ Reges, labentibus Regni Israelitici annis, in Scriptura inducuntur, uti Phul, Teglatphalasar, Salmanasar, Sennacherib, & Assaradon. Ex quibus satis intelligimus, potentissimos regnasse Babylone principes Ezechiæ ætate; quibus etiam recentior est Nabuchodonosor, in Libris Sacris notissimus. Ad Reges Medos quod attinet, ne verbum quidem de illis, quamquam alioqui florentissimum ea ætate habuisse illos Imperium oportet, si prophanis Authoribus fides sit, penes quos vicissim altum de Assyriis, & Babylonis silentium. Quamquam, ut vera fatear, apud Authores nonnullos casu aliquid excidit de posteris illis Regibus, obscurius tamen, nec magnæ de illis ideæ ingerendæ apium.

Conferantur itaque modo ea, quæ in historia prophana memoriæ prodita sunt, de ortu & progressu, amplitudine & fortunis Imperii Assyriorum; conferantur, inquam, cum iis, quæ de eodem argumento in Scriptura traduntur; flatimque vel prophani illi fabulosa narrasse convincentur; vel saltem de alio Imperio, seu alio ejusdem Imperii exordio, quam cujus Gen. 10. 20. 11. termo fuerit, loquutos dicemus; ex quo concilandi duas illas historias provinciam arduam, & humanas excedentem vires nemo prudens dubitaverit. Nec feliciori ennatu Historia prophana secum ipsa constaret; si enim Ctesiæ testimonio stemus (3), statim Herodotum rejiciamus oportet (4): admisso vero Herodoto, reliquos Historicos diuturniorem Assyriis Monarchiam, quam Herodotus, constituentes, habebimus adversarios; neque enim nisi post Chaldæorum, & Arabum Imperium, de quibus ne verbum quidem apud alios, Assyrios collocat Herodotus.

Maneat igitur fixum certumque, Assyrios altius repetisse Imperium, quam quod Herodotus concedit; nempe 200. a diluvio anni excurrerant, cum Nembrod ejusdem Monarchiæ fundamenta jecit, uti ex Scriptura intelligimus. Ejus tamen Imperii primordia angustiora fuerant, quam ut ab Historicis memoriæ proditum sit. Hujus rei monumenta ex Scriptura ipsa producimus; quamquam enim de Assyriorum Regno ex professo non agit, quæ tamen de Regibus in vicinis Babylonia narrat, renuiores fuisse Imperii illius res, satis indicant. Abrahami ætate (5), Amraphel Babylonis Rex, Codorlahomorem Regem Elam in expeditione Sodomæ una cum ceteris fœderatis Regibus secutus est, quem sane Regem Elam potentiorem præ Amraphel fuisse, facile credimus; quippe qui Reges haberet usque in Palæstina vectigales. Sub Judicibus, Cusan Rex Mesopotamiæ Israelitas sub jugum misit (6); dein succedente tempore iterum relevatos, Eglon Rex Moab oppressit (7); quod etiam factum deinde sub Jabin Rege Chanaan (8). Madianitis, Moabitis, & Philisthæis variis temporibus, & eventibus populus terviit. David bellum intulit in Hadarezer, Regem Soba, cujus Regnum in Orientali plaga ad Euphratem, in occidentali ad Damascum usque porrigebatur. In omnibus illis historiis Reges Assyriæ nunquam prodeunt, nihil his bellis tanguntur, nihil rebus suis prosperium, quamquam alioqui in ipsis eorum

(1) *Vide Gen.* 14. 1. *Ubi de Rege Babylonis nomine Amraphel.* (2) *Reg.* 20. 12. 12. (3) *Imperium Assyriorum* 1300. *annis stetit, juxta Ctesiam.* (4) *Herodotus inter a* 520. *annorum periodum illud concludit. Cretse Diodorus & Justinus inhærent.* (5) *Gen.* 14. (6) *Judic.* 3. 8 (7) *Judic* 2. 12. 13. (8) *Judic* 4. 1. *&c.*

forum finibus bellum ſit geſtum: non ea Igitur potentia florebant, quam Græci Scriptores commiſcuntur.

Poſt hæc omnia, apertè ſatis conſtare arbitror, ſyſtema illud Chronologicum, quod ex Hiſtoricorum fide hucuſque fancitum eſt, nihil habere certi, in iis maxime, quæ Hiſtoriam Aſſyriorum, & Medorum tangunt. Quemadmodum in iis, quæ ad Cyri crepundia, & Monarchiam Perſarum pertinent, omnia a noſtris miſcerj, atque oppoſita plane multa Danielis Prophetiæ aſſerj, dum conciliare Danielem cum Xenophonte conantur, in Præfatione ad Danielem demonſtrabimus. Quare hæc de re nihil peculiarius impræſentiarum attingam.

Cum Aſtronomicæ ſcientiæ fama Chaldæi ſemper claruerint, loco Magiſtrorum in ſcientia temporum a Græcis habiti ſunt. Aſtronomicæ eorum obſervationes vetuſtatis nomine, dum Alexander Aſiam ſubigeret, celebrabantur, quas tamen, ut fere fit, in majus fama provexerat. Annorum 472000. vetuſtatem jactitaſſe illos Diodorus lib. 2. teſtatur; ad 470000. redigit Cicero de Divin. lib. 1. ad 720000. redigit Cicero de Divin. lib. 2. ad 720000. Epigenes apud Plinium (1); ſed & hæc multo veritatem exeedunt, & Cicero vanitatem atque jactitantiam Chaldæorum multis exaggerat. Ariſtoteles, veritatem comperturus, Callifthenem cogavit, ut quæ ceteroqui hac de re inveſtigare poſſet Babylone, ea ad ſe tranſmitteret; renunciavit aut Calliſthenes (2) ab exordio Monarchiæ uſque ad Alexandrum Magnum 1903. annorum obſervationes.

Hæc annorum ſumma, ſi cum Scriptura conferatur, ad tempus conſtructæ Babelicæ turris atque initi Regni a Nembrod, Monarchiæ Aſſyriorum authore, deducimur; ex quo illud aſſequimur, jam inde ab ea ætate Chaldæorum annos 12. menſibus, ſeu 365. diebus conſtitiſſe: nec aliam facile extiiſſe ab ipſo Mundi exordio ejuſdem menſis digerendi rationem; vix enim fieri potuiſſe, credimus, morem illum Nembrod Babylonici Imperii authorem ab alio, quam a primo homine, ejus regionis incola, didiciſſe. Hinc conſtans ſemper Chaldæi anni ratio fuit, cum alioqui apud reliquas Gentes omnes numquam non variaret.

Apud Chaldæos, Babylonios, Perſas, Syros diei caput Sol exoriens (quem etiam divino honore colebant) conſtituebatur. Horarum conſuetudinem, omnium conſenſu apud illos vetuſtiſſimam, an Chaldei ante Ægyptios acceperint, incertum. Sane quam Ægyptii aſſignant, hujus inventi moris cauſa fabellam ſubolet, atque a Babyloniis non ab Ægyptiis inveſtas in Græciam horas conſtat. Græci, ait Herodotus (3), polum, horologia ſolaria, & 12. diei partes a Babyloniis acceperunt. In Chaldæo Danielis occurrit vox *ſeach*, quam Vulgata reddit *hora* (4): *Cœpit cogitare quaſi una hora &c.* ex quo horarum apud Chaldæos vetuſtatem intelligimus. Horarum etiam meminit Vulgata in Tobia, qui ſub Chaldæorum Imperio & in eorum ditione ſcribebat (5). *Sufficiunt quaſi dimidiam ſive horam*; & cap. 12. 22. *proſtrati per horas tres*; ſed nihil ſimile in Græco legitur.

Chronologia Græcorum.

Quamquam vetuſtatis, eruditionis, atque ſtudii Hiſtoriarum gloria cæteris per Orbem gentibus Græci præſtiterunt, ſpiſſis tamen illis, ſi alli unquam, tenebris de veris gentis ſuæ antiquitatibus tenentur. Quæ ad genteis originem ſpectant, ea in lucem producere ad Gen. 10. conati ſumus; modo de Chronologia & tempore hiſtorico extricandis panca. Quæ de rebus ante diluvium Ogigis geſta feruntur, ea tamquam meras putaſque fabellas, vel ſubleſtæ fidei hiſtorias, ipſimet Græci rejiciunt. Quare patriam Hiſtoriam ſive infra tempus Trojani belli, ut Diodorus Siculus, ſive reducum Heraclidorum e Peloponneſo, ut Ephorus Cumanus Socratis auditor in ſuo de Lacedæmoniis Regibus Commentario, deduxerunt. Hellanicus Lesbius hiſtoriæ ſuæ Chronologiam digeſſit ad ſeriem fœminarum, quæ Junonis ſacra operabantur; quarum prima ſæculo circiter ante Cecropem initiata eſt, Julius Africanus Chronologiæ Archienſis epocham determinavit in diluvio Ogigis, quod ſub Phoronæo Rege Argeos, 1020. annis ante primam Olympiadem, contingit. Varro tandem tempus hiſtoricum Græcorum ab Olympiadibus exordiitur.

Cave tamen credas, poſt Olympiades ſaltem, omnem temporibus determinandis diligentiam Græcos contuliſſe. Qui enim ſuperſunt vetuſtiſſimi eorum Hiſtorici, in Scriptis ſuis nihil magis, quam Chronologiam negligentes, five certas rerum epochas ſive certas annorum ſucceſſiones omittunt. In eorum eenſum, Marſhamo judice, referendi Herodotus, Thucydides, Xenophon, qui Hiſtoricos quidem, non Chronologos, Olympiadum ſucceſſione nondum determinata Chronologia, referunt. Eſt quidem apud illos brevis de Olympiadibus mentio, ſed vaga quadam ratione, atque coro earum anno præmiſſo.

Nomina vero eorum, qui in Olympiacis certaminibus palmam retulerant, ſerius recenſeri cœpta ſunt (6); idque non dirigendæ Chronologiæ gratia, ſed ut æternam nomini gloriam comparaſſent, in certamen juvenes accenderentur. Evanoridas quidam, Olympiade 50. plane non vetuſtior, omnium primus victores Olympicos in catalogum digeſſit (7). Catalogum certaminum ſerius ordinavit (8) Hippias Eleus, qui tamen opus ſuum nullo exhibito monumento probavit. De Hippia quodam ſermo eſt apud Platonem (9); cum Socrate illum colloquentem, atque Olympieis adeſſe conſuetum, inducit; ejus tamen authoritas in Olympiadum catalogo docendo, cum Socrates nonnili poſt 95. Olympiadem a Corœbo obierit, magni eſſe momenti non poteſt.

Corœbus, omnium primus in catalogo victorum Olympicorum apparet; neque de aliis ante illum inveſtigari aliquem contigit; vicit autem Corœbus Olympiade 27. & exinde Olympiadum epocha, 108. annis circiter ab inſtituris per Iphitum ludis, ducitur. Corœbi illius nomen tumulo ejus inſcriptum apud poſteros manſit; quare de ille quidem conſtat: de cæteris vero poſt ipſum res dubitatione non vacat; cum Daieles, qui ſextus poſt Corœbum ponitur, poſt Iphitum, a quo Olympiade ſeptima coronam victoris accepit, recenſendus ſit.

Olympiadum vero ſucceſſionis, ut hiſtoriæ ſerviret, Timæus primus author perhibetur; florebat ſub Ptolemæo Philadelpho. Poſt ipſum, Eratoſthenem, & Polybium Græcorum Scriptorum, qui Olympiades in chronologia adhiberent, vetuſtiſſimum, eamdem methodum ſecuros ſcimus; Polybius autem Hiſtoriam Timæi continuavit.

Poſt hæc omnia, ſi Græcorum Chronologia & Hiſtoria dubiæ ſit fidei, quis jure miretur, cum tempus primarum Olympiadum, quæ totius Chronologiæ robur habentur, obſcura caligine obvolvatur? Porro Olympiadum tres epochæ diſtingui poſſunt; prima ab inſtitutis per Atreum, filium Pelopis, ludis in funere Patris ſui; in his vero victor renunciatus eſt Hercules (10) an. 346. juxta Velleji ſupputationem (11), ante reſtitutos eoſdem ludos ab Iphito, Lycurgo, & Cleoſthene; ſecunda, in reſtitutis illis authoribus ludis, ex quibus uſque ad primam Chronologiſtarum Olympiadem, victoria Corœbi inſignem, ſpatium 180. ann. intercedit. Quare vera Olympiadum epocha ultra 400. annis vulgarem præcedit.

(1) *Plin. lib. 7. cap. 5. 6. In impreſſis legitur tantum 720. ſed contextus ſermonis legendum demonſtrat* 720000.
(2) *Apud Simplic. l. 3. de Cœlo.* (3) *Herod. l. 2. cap. 109.*
(4) *Dan. 4. 16.* (5) *Tob. 11. 14.* (6) *Pauſan. Eliac. 1. pag. 354.* (7) *Idem Eliac. 1. pag. 538. apud Marſham, ſec. 16.* (8) *Plut. in Num.* (9) *In Hippia.*
(10) An Hercules filius Jovis & Alcmenæ, vel alter Hercules inter Dactylos Idæos? (11) *Velleius Paterc. lib. 1.*

cedit. S. Clemens Alexandrinus 427. Eusebius 430. Syncellus 600. annos inter eas numerat.

Condita etiam duo Regna Argi, & Sycionis in Peloponneso geminæ sunt epochæ in Historia Græcorum celebratissimæ; in quibus tamen fabellas quamplures & incerta omnia Marshamus ostendit. Primus Argivorum Rex Phoroneus, filius Inachi, a Pausania (1) constituitur; Inachum vero non viri nomen, sed amnis esse tradit. Auticlides de eodem Phoroneo testatur, Regum Græcorum vetustissimum illum fuisse (2); quin & omnium hominum primum Phoroneum Argivum Acusilas appellat; hic tandem moralium patrens a Phoroneide Poeta dictus est (3). Phoroneus etiam, & Niobe in tota Græcia vetustissimi Platonis ætate habebantur (4); quare nihil supra Inachum ejusque filium Phoroneum, Reges Argivorum, in Historia Græca referri Synecllus est author.

Quæ cum ita sint, Regum Sycioniorum in urbe Telchinia, dein Sycione dicta, regnantium catalogus fidei est subsellæ; si enim nullum in Græcia Regnum vetustate Argivum superat, Sycionis Reges omnes 200. ann. successione deducti, Argivis vetustiores, fabulosa sunt nomina. In Homero Adrastus primus Rex Sycionis occurrit (5).

Adrasti nomen legitur in marmore Arundeliano ad annum Atticum 335. Exinde tantum Regum Sycionis vetustas repeti potest; qui plane Reges, belli Trojani tempore, Argivorum Regibus parebant (6). Dionysius Halycarnassæus (7) numerum determinat generationum, quarum spatio Pelasgi Peloponnesum, & Thessaliam habuerint; sed earum generationum tempus incertum, & indeterminatum, incertum etiam relinquit, quanto temporis spatio Pelasgi eas regiones tenuerint.

Qui autem fieri posset, ut Historia, & Chronologia Græca certum aliquid haberent, quam imparesinæqualesque anni dirigunt? Erant quibus singuli quadrimestres annum constituerent (8); anni apud Arcades in menses unicum, deinde in trimestrem, nempe in singula anni tempora durabant; apud Insolas Cariæ, & Acarnaniæ interdum annus mensi determinabatur, semestri interdum; quamquam Homeri ætate Græcorum annus ad mensuram 12. mensium lunarium facile redactus videtur.

Solon, referente Plutarcho (9), lunarium mensium inæqualitate animadversa, simulque lunam cum sole non semper in idem Cœli punctum convenire intelligens, illam diei partem, quæ solis ac lunæ congressum præcedit, elapso menst, reliquam vero incunti tribuendam censuit; quare post eam conjunctionem succedens dies Neomenia, sive prima dies mensis, appellabatur. Factum inde, ut singulis mensibus 30. solidi dies, anno vero 360. assignarentur. Porro hæc in verbis Solonis ad Cræsum apud Herodotum (10), & in ænigmate anni authore Cleobulo, viro inter septem Sapientes, apparent: hoc autem ænigma: uni parenti duodecim sunt filii, quibus singulis 30. infantes, colore, & forma varii, nati sunt, alii nempe albentes, nigricantes alii; immortales singuli, quotidie licet decedant.

Athenienstum annus neque lunaris maxime, neque solaris erat; cum enim Solaris 365. diebus, & 5. horis constet, Athenienses 360. claudebantur: quare lunarem 354. dierum excedebat. Itaque cum Macrobius & Solinus Græcorum annum lunarem dicunt, ita intelligendi sunt, quasi scilicet in dirigendis mensibus, & annis, lunæ potius, quam solis ratio a Græcis haberetur. Solonis ætate singulis biennis intercalaris mensis recutrebat, annumque intercalarem *triseteridem* appellabant (11); quasi scilicet singulis trienniis mensis ille adderetur: sed quantum ego conjicio, intercalatio illa post reformationem anni, ab eodem Legislatore instituram, abrogata est; cum enim annus 360. dierum periodo clauderetur, singulis biennis 10. tantum dies, nonsinteger mensis fuisse posset. Ea anni dispositio apud Athenienses diutius obtinuit. Quamquam enim Eudoxius & Plato veram anni rediguidi ad certum solis doctrinam, juxta ac Scrabo insinuat, ab Ægyptiis didicissent (12); attamen aviza coniunctudo diurnis prævaluit, cum Demetrii Phalerei ætate annus 360. diebus constaret. Huic enim viro *trecentas sexaginta* (statuas) *statuere, quadam anno hunc numerum excedente* (13). Quamquam sub idem temporis Callipus annum 365. diebus, & 6. horis dimetitur (14); facile tunc Ægyptiaca in Græciam methodo subrepente. Anno 365. diebus constanti, dies intercalaris post quadriennium addebatur; unde *Penteteris* illi nomen inditum, quasi scilicet singulis quinquennilis recurreret. Temporis interstitium, intercalaris diei methodus non satis difficultatibus omnibus interessisse vita, cum temporis adhuc aliquis spatium extra anni regulas vagaretur, huic incommodo magni anni Græcorum invecti sunt, uti Methonis 19. annorum; Philolai 59. Calliopi 76. Hipparchi 304.

Apud Achæos exotientes Plejades, ætate ineunte, anni exordium ducebant; Athenienstbus vernum æquinoctium anni caput habebatur (15); dies vero apud illos a vespera in vesperam ducti; annus in quatuor anni tempora distributus, ver, æstatem, autumnum, & hyemem. Horarum diei ratio Homeri ætate nulla erat (16), cum noctem ille, diemque in tres partes distribuat, æque in die auroræ tantum sive mane, meridiei, & vesperaram meminerit (17).

Diem per horas dimetiendi morem e Babyloniis didiciste Anaximenem, & Anaximandrum supra innuimus: *Anaximander primus gnomonem invenit, & Lacedæmone statuis in loco captando umbra idoneo, qui & solis conversiones & æquinoctia notaret* (18). Mentio est quidem apud Homerum de horis, quas ille præ foribus Cœli adsitere dicit; sed eo nomine, pro more apud Græcos veteres recepto, anni tempora appellantur. Apud Latinos Hora inter Deas cenletur, cui vir adjectus est Quirinus. Ovidius.

Horamque vocat, qua nunc Dea junctia Quirino.

Huic mnnus foribus Cœli assistendi cum Jano tribuitur.

Præsidet foribus Cœli, cum mitibus horis.

Hora sive *Horsflia* unica prius erat, & singularis Dea; nomen deinde tribus communicatum est, quamquam & peculiare tribus illis horis nomen esset, videlicet Eunomia, Dice, Irene (19).

Et Jovis, & Themidos Horæ de semine natæ.

Eunomia, atque Dice, atque Irene dives.

Porro tres ille Divæ, tres annis partes designant; ver, æstatem, & hyemem: dein temporis successu, eum diem etiam in quinque partes distinguit constiffet, Numina Horarum ad quinque creverunt: eademque occasione annus in quinque tempora secatus est. Tandem duodecim horæ totum diei spatium diviserunt, pro quorum numero & religio est aucta. Porro ea superstitio multo vetustior apud Græcos, quam apud Latinos fuit. Porphyrius, apud Eusebium (20), duo horarum genera distinguit, Cœlestium nempe, & terrestrium; illas Jovis servi-

(1) *Pausan. l.2. pag. 112.* (2) *Plin. l. 7. c. 56.* (3) *Clem. Alex. Strom. 1. & In Timæo.* (5) *Iliad. B. v. 572.*
(6) *Vide Marshamu.* (7) *Dyon. lex.* (8) *Censor. de die natal.* (9) *Plutar. In Solone.* (10) *Herod. l. 1. c. 32.*
(11) *Censor. de die natal. c. 18. Hered. l. 1. c. 32. & l. 2. c. 4.*
(12) *Strab. l. 17. Ignorabatur annus eo tempore apud Græcos, quemadmodum & alia permulta; quonsque juniores Astrologi ab iis ea acceperunt; qui Sacerdotum monumenta in Græcam linguam transtulerunt.* (13) *Plin. l. 34. c. 6.*
(14) *Censor. cap. 19.* (15) *Atticus occasum spectat, Babylonius ortum, Nox media Ausonii, media at hæc perplacet Umbris.* (16) *Iliad. K.* (17) *Iliad. Φ.* (18) *Laertius ex Theophrasto.* (19) *Hesiod. Theogon.*
(20) *Præp. l. 3. c. 11.*

tiis, atque Cœli oſtiariis; has vero in ſatellitium Cereris collocat, caniſtros illi alios floribus plenos, veris emblema, alios ſpicis, ætatis indicium exhibentes conſtituit. Poſt invecta horologia veteri nomine horarum abolito, ſigna appellata ſunt; quæ ſcilicet ſtatis intervallis in horologiis ſolariibus diſtributa, horas deſignabant.

Chronologia Latinorum.

Veterum Italiæ incolarum hiſtoria adeo ſpiſſa caligine obvolvitur, ut veterum, atque recentiorum Scriptorum ſedulas inquiſitiones prorſus fugerit. Ipſa urbis Romæ origo, & primorum illius Urbis Regum chronologia adeo in incerto verſatur, ut quam potiſſimum incamus viam, ancipites hæreamus. Si Agatocles Cyzicenum, Strabonem, & Cluverium audiamus, Æneam in Italia nemo vidit unquam; nulli *Numiterin* nepotes, Romulus, & Remus appellati; ac veri Urbis Romæ conditores Arcades illi habendi ſunt, qui in Italiam ab Evandro adducti, ad ripas Tiberis ſubſtiterunt. Conditæ etiam Urbis tempus, non minus quam Conditor ipſe, latet; cujus rei in cauſa fuiſſe conſtat, quod nullus apud Romanos Scriptor veruſtus unquam, ſive hiſtoriam, ſive fabulam ſcripſit, uti Dionyſius Halycarnaſſeus, ſedulus præ omnibus antiquitatum Romanarum indagator, animadvertit (1). Conditæ Urbis hiſtoria indagari diligentius cœpta eſt ſub M. Porcio Catone, qui ſub an. 559. U. C. Conſulatum geſſit. Cato vero epocham illam in anno 432. poſt Trojam captam conſtituit. Cum tamen ejus expeditionis tempus, ad primam Olympiadem relatum, non uſque adeo exploratum ſit, nihilo proinde doctiores ex ejus labore circa tempus conditæ Urbis efficimur. Hanc igitur alii 384. annis poſt eversam Trojam conſtituunt, nempe 38. annis ante primam Olympiadem, vel quarto anno primæ Olympiadis, vel tertio, ſive quarto ſeeundæ, ſive tertio ſextæ, aut primo, vel ſecundo ſeptimæ, & citius etiam ſeriuſve; nihil enim in ea re certi.

Redigendi anni regula una eademque apud omnes æque Italiæ populos non obtinebat (2); apud Lavinos annus 374. dierum; apud Umbros 14. menſium erat. Romulus intra 10. menſium periodum annum clauſit (3); eumdemque morem Albani ſecuti ſunt. Ita annus 300. diebus conſtabat; cui initium in Martio, exitus in Decembri. Numa Pompilius ad 12. menſes, nempe 355. dies prorogavit; quamquam Junius, apud Cenſorinum, hujus reformationis honorem (in qua duo menſes Januarius, & Februarius ceteris adjecti ſunt) Tarquinio Regi vindicat. Viſum eſt etiam intercalarem diem ſingulis biennibus Februario adjicere, ut ſcilicet civilis annus ad naturalem reduceretur. Ea ratione incommodo nequicquam occurſum eſt; quare injunctum Sacerdotibus, ut quos opportunos judicarent, intercalares dies aſſignarent. Incuria tamen & inſcitia Sacerdotum factum eſt, ut anni ratione male ſuccellum temporis turbata, Julius Cæſar ipſe per ſe novi anni reformatione ſuſcepta, annum ad 365. dies; & 6. horas reduceret, aſſignata ſingulis quadrienniis die intercalari; hinc anno ad regulas Ægyptias conformato, nomen inditum, annus Julianus.

Olim apud Romanos anni caput in Martio, dein in Januario conſtitutus (4). Quod autem in Januario Sol ad nos regrediatur, ideo Ovidius.

Principium capiunt Phœbus, & annus idem.

Novi Magiſtratus Provinciam a Januario non ſemper iniverunt. Coſſ. P. Ebatio, & Q. Servilio, Reipublicæ ſervitiis addicti, Calendis Auguſti; ſub Decemviris, Idibus Maji; dein uſque ad ſecundum bellum Punicum, Idibus Decembris inaugurabantur; exinde dies deſtinata Magiſtratibus Idibus Martii. Quamquam cum Præfectis ſubinde conſuetudo variavit, modo provinciam incuntibus Calendis Julii, modo Octobris; tandem ſub Auguſto Calendæ Januarii in eam rem deſtinatæ ſunt. Sub Nerone, Imperatori illiberaliter aſſenrante Senatu, novi Magiſtratus ad Decembrem remiſſi ſunt, quo ſcilicet Principis natalis dies honoris acceſſione celebraretur. In rebus Religionis diſciplina ſtabilior manſit, cum prima ſemper Martii dies, anni Romulei exordium, innovandis laureis corollis ad faſces Conſulis, & ante fores Regis Sacrificuli, Sacerdotum Jovis, & Veſtalium celebris haberetur. Ea etiam dies Veſtalibus perpetuo ſacroque igni incendendo, quem illę ignem curabant, ſacra fuit.

Inconſtans etiam apud Italos menſium ratio; Albani enim 36. dies Martio aſſignabant, 12. Majo, 28. Auguſto, 16. Septembri; Tuſculani 36. Julio, 32. Octobri; Aricii 29. Octobri.

Martius, olim anni ineuntis caput, poſt reformationem Numæ tertius anni menſis: ut apud Albanos, eſt. ctus eſt. Apud Sabinos & Pelignos (Aprutii citeriores populos) idem menſis quartus erat in anno; apud Laurentes, & Phalicos quintus; apud Hernicos ſextus; apud Æquiculos decimus (5). Ut menſium nomina ſæpe immutarentur aſſentatio non raro fuit in cauſa; ita *Quintili & Sextili* menſibus nomen Julii, & Auguſti factum eſt; ex Aprili reditus Nero; ex Majo Claudius; ex Octobri Domitianus: ac tandem Tacitus e Septembri. Commodi nomen ab aſſentatoribus quibuidam menſi Auguſto inditum; tum & Herculem de Septembri, Invincibilem de Octobri fecerunt; ita & Novembrem Exuperatorium appellari, Decembri Amaſonium contigit. Brevi tamen priſcum ſingulis nomen, Julio & Auguſto exceptis, reddium eſt. Anni tempora Romanis quinque fuerunt, ver, æſtas, autumnus, hyems, & ſolſtitium hyemale, five cum dies breviſſimi ſunt: *Bruma*.

Septimanæ apud illos ignotæ, ſolitos in tres partes menſes dimetiri; Kalendas, Nonas, & Idus.

Kalendæ in primam ſingulorum menſium diem recurrebant. Menſium Martii, Maji, Julii, Octobris ſex priores dies, ad Nonas pertinebant, cum menſes reliqui quatuor tantum dies Nonis permitterent. Inter Nonas & Idus conſtans 8. dierum ſpatium erat; poſt Idus, omnia ad Kaleudas ſuccedentis menſis referebantur.

Mos erat Auſoniis, veruſtis Italiæ populis a quibus in Romanos derivatus, ut diei terminos duas medias noctes conſtituerent; meridies in eum uſum ab Umbris & Etruſcis aſſignata. Serius horę invaluerunt, cum nulla de illis mentio in Lege 12. tabularum, juxta Cenſorinum, occurrat; quare 300. annorum ſpatio horæ a Romano ſolo abſente ſunt. Dies itaque apud illos, ſicut & noctes in quatuor diſtributæ partes, horarum defectum ſupplebant; quin & horis demum, clepſydris, atque horologiis introductis, vetus tamen noctis in quatuor vigilias diviſio in caſtris manſit. Neque incognita Romanis conſuetudo, horis ſcilicet 12. inæqualibus diem ab aurora in veſperas, & noctem a veſperis in mane dimetiendi.

Pro varia enim diei noctiumque ratione, modo dies exeedentibus noctibus, modo noctes diebus, diurnæ præ nocturnis horis, & viciſſim prorogabantur. Ita vero elaborata veterum horologia ferunt (6), ut horarum varietatem conſtanti ſemper fide monſtrarent, adeo ut ſexta ſemper hora in horologiis

(1) *Dionyſ. l. 1.* (2) *Cenſorinus.* (3) *Ovid.*
Annus erat, decimum cum Luna recuperat orbum.
Hic numerus magno tunc in honore fuit. (4) *Alex. ab Alex. Genial. dier. cap. 24.* (5) *Ovid. Faſt. l. 3. Quod ſi ſors vacat, peregrines inſpice faſtos. Menſis in his etiam nomine martis erit. Tertius Albanis, quintus fuit ille Phalifcis. Sextus apud populos Hernica terra tuos. Inter Aricinos Albanaque tempora conſtat, Faſtaque Telegoni mania cæſa manu. Quintum Laurentes, bis quintum Æquiculus acer.*
A tribus hunc primum turba forenſis habet.
(6) *Alex. ab Alex. Gen. dier. l. 4. c. 20.*

giis meridiano Soli respondere. Hujus inventionis honor Anaximeni Milesio, juxta ac supra innuimus, tribuitur.

Horologia Solaria ex quo potissimum Romæ cœperint, incertum; illud tamen constat, publica ex Sicilia translata M. Valerium primum constituisse; cum autem, pro Sicilia fabricata, Romano polo male congruere deprehenderentur, L. Philippus alterum ponendum curavit. P. Corn. Nasica clepsydram constituit, qua dilabentes ad mensuram aquæ, cum potissimum nocte subeunte, sive deficiente Sole horologia solaria deessent, horas monstrarent. Exinde clepsydræ, rudes primum, exactiores in dies constructæ sunt.

Chronologia Hebræorum.

Cum ad Hebræorum Chronologiam illustrandam nostra potissimum studia ferantur, ea quæ in antecessum digessimus, omnia tamquam ad illam præludia reputanda sunt. Porro de Chronologiis Chaldæorum, Ægyptiorum, Græcorum, & Romanorum nihil ad nos, nisi si quid illis cum S. Scriptura.

Hebræorum populus, seorsim a cæteris per Orbem Gentibus spectatus, vetustate originis suæ certa documentorum fide asserta plurimum præstat. Primos enim Gentis Scriptores (ut nihil de superno afflatu dicamus) in ea vixisse regione constat, in qua rerum ab exordio Mundi gestarum traditio, quam alibi usquam, incorruptior manserat. Chaldæi scilicet vetustatum suarum & Astronomiæ studiosissimi habiti sunt; nec parum illis instruendis primorum totius Orbis hominum consuetudo, quorum apud illos fere dies, contulerat.

Abraham 75. annis ibidem immoratus est; qui sane vir Patriarchas ante diluvium, quibus cum primis illis hominibus consuetudo, auscultasse potuit. Isaac filius Abrahami. Rebeccam fœminam religiosam, in eadem natam regione duxit; natusque ex ea Jacob in Mesopotamiam veniens, omnia, quæ a patre suo didicerat, regionis traditione altius impressit. Inde in Ægyptum Jacob descendens, ipse una & familia universa ab incolis diuturnos semper & sedibus & consuetudine sese continuerunt, factam sibi a Josepho spem visitationis, & liberationis populi mente (1) versantes: *Post mortem meam Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista ad terram, quam juravit Abraham, Isaac, & Jacob.* In hanc autem spem erecti, Israelitæ, nihil habebant antiquius, quam ut filios suos de rebus a Patriarchis gestis, eorum ætate, & genealogiis instruerent.

Eodem temporis intervallo Deus sibi virum comparavit, cujus ministerio populum asseruit, & singularium veritatum ad posteros traditio ab inexorsu ptione, & oblivione, jam inter Hebræos glitcente, simplex & integra transmitti posset. Moyses, omni Ægyptiorum sapientia instructus, in traditione gentis tuæ satis versatus, ad hæc superno afflatus Spiritu, Patriarchatum omnium ante & post Diluvium ætatem describit, singulari fide & diligentia profequutus historiam omnium, quæ sive ad Religionem, sive ad Rempubliceam Judæorum, ab exordio Mundi ad suam usque ætatem, pertinerent.

Post Moysen historiæ series, minus quidem constans, facis tamen ad dirigendam chronologiam & historiam usque ad Cyrum, perseverat. A Cyro usque ad Darium, & a Dario usque ad Machabæos, Sacra Historia quiescit. Huic autem Chronologiæ illud potissimum eommodi accedit, quod Divino testimonio confirmata omnem ab epochis suis, in Scriptura expressis, suspicionem removeat; quare fixæ in illa epochæ & certæ plutes occurrunt: vix autem quidquam in historia prophana legitur, quod validis iu contrarium argumentis non impugnetur.

Historiæ tamen Sacræ & prophanæ consensus, res est in Historiæ Sacræ studio operosissima; simulque arduum monumenta se ligere, ad quorum fidem Chronologia Scripturæ duratur. Cum enim Hebraica veritas, Versio Septuaginta, ac Textus Samaritanus seeum ipsi repugnent, quinam potissimum inter illos seligendus sit, ægre admodum discernitur.

Quod tamen ad conciliationem utriusque historiæ Sacræ, & prophanæ pertinet, non est cur res illa magni momenti habeatur; quamquam enim utramque inter se in omnibus, sive in multis convenire, e re Christiana habetur: si tamen ejus difficultatis pondere pressi deficiamus, totius rei invidia in historiam prophanam recidet, cui de Divinæ Scripturæ authoritate præjudicatum est. Studio tamen nostrorum Chronologorum eo res adducta est, ut de fœdere illo tandem conciliando non desperemus.

Illud etiam fateamur oportet, in re historica, & Chronologica ardua, & repugnantia non semel occurrere, cum ipsæ inter se prophanæ historiæ repugnent. Quis plane inter se conciliet varios de veteribus Imperiis Scriptores, sieut & de bello Trojano, de expeditione Argonautarum, de primis Græciæ Regnis, de vita Cyri &c.? Ut autem data proportione pares in Libris Sacris difficultates occurrere, Deo fie permittente, contigit, ita plures in illis in speciem repugnantes textus occurrunt, quibus conciliandis omnes ingenii, & scientiæ suæ nervos Commentatores intendunt. Cave tamen eredas, de conciliatione utriusque historiæ negotium actum plane esse, atque rei difficultatem conatus omnes & studium eludere. Ineonsulta sane utuntur religione, qui historiam prophanam eliminandam prorsus, nullumque illi eum Saera commereium permittendum edicunt: *Actum esset de Chronologia Sacra*, ait Scaliger, *si ubique exstitit monumentis fere. Quod cum Dionysius Petavius, pientissimi Scriptores Tatianus, Clemens Alexandrinus, Tertullianus, Africanus, Eusebius, aliique animadvertissent (omnino sine exetica historia intervalla Sacra deprehendi posse desperarunt. Dicatur igitur tumidis buccis & elato supercilio, atrocem injuriam Spiritui S. irrogari, si Historia Sacra ab exotica subsidium petat. Quasi illa magna ignominia sit, si historia exotica Sacræ ancilletur.*

Restat ut de eligendo Textu ad dirigendam Chronologiam agatur; in qua tamen controversia, post asseritam a Concilio Tridentino Vulgatæ authoritatem, maximè eum ab Hebræo textu, quo Judæi utuntur, illa non discrepet, nihil est quod ambigamus. Neque nos latet, quantum olim versioni Septuaginta delatum sit, cui veteres Patres fere omnes, & Historici Ecclesiastici aceedunt; sed ejus obsequii in causa fuisse eredimus, quod eorum ætate Hebraici textus cognitio rarissima esset, atque Versio Græca, originalis loco apud illos haberetur.

Pauca modo de anno Judæorum; in quam rem, ut sine ambagibus procedamus, tempora distinguantur oportet. Ante Legem eadem anni ratio apud Hebræos, & Ægyptios obtinebat: in Ægypto enim nutritis, vix aliam annorum formam, quam Ægyptiam, nosse potuerat. Moyses in suppuratione temporis, quo Diluvium duravit (2), anni Hebraici formam ad 365. dies tedigendam demonstrat; annum vero 12. Menses, menses 30. dies dimetiebantur; postremus mensis 35. diebus constabat. Nullus apud illos intercalatis mensis, nisi eum post 120. annorum periodum annus 30. solidis diebus exorbitaret (3); in Scriptura tamen nihil de intercalari, sive decimo tertio mense.

Post egressum ex Ægypto, eodem manente anno civili, alter in usu religionis, ad solares partim partimque ad lunares regulas digestus, annus invectus est. Ejus caput in vere; atque primi mensis dies decimaquarta (qui nempe mensis leprimus erat anni civilis) Paschali solemnitati sacra habebatur. Quæ tamen anni lunaris forma apud Hebræos, in usum religionis introducta, nonnisi post Alexandrum Magnum productis argumentis demonstrari potest. Ex

Eccle-

(1) *Gen.* 50. 23. (2) *Gen.* 7.

(3) *Vide Scalig. de emendat. temp. l.* 3.

Ecclesiastico (1) enim, Macchabæis, Josepho, Philone intelligimus, Græcorum apud Hebræos annum obtinuisse, solarem nempe lunaribus mensibus constantem (2): *Universi Graci annos juxta solam, menses vero, & dies juxta lunam agebant*. Paria apud Maimonidem legas: *Menses anni, menses lunæ; annus autem, quo nec computamus, sunt anni solis*. S. Joannes in Apocalypsi 11. 2. 3. & 12. 6. 14. & 13. 5. annos & ipse ex lunaribus mensibus 30. dierum supputat: tres enim annos & dimidium reddere dicit 1260. dies, quot plane reddunt 42. lunares menses.

Nonnisi post invectum Talmudem, anni lunares tantum, ope intercalarium mensium singulis triennis ad solares redacti, apud Hebræos obtinuerunt. Menses illos intercalares *ve-Adar*, vel secundos *Adar* appellant. Ad eam normam rediguda sunt, quæ de annis Hebræorum hodie usque apud Rabbinos feruntur. Constat autem annus ille 12. mensibus cavis & plenis, nempe 29. & 30. dierum alternatim. Porro menses illi lunares, juxta Rabbinos, non congressu solis cum luna, sed ab ipsa lunæ phasi ducebantur. Certi enim viri, inquiunt, mercede conducebantur, ut e montium vertice ejusdem phasis punctum observarent; metu verò ne quid de præcepto festi incunte mense celebrandi negligeretur, gemini, uti quidem ferunt, dies festi celebrabantur, quorum alterum dies *futuræ Lunæ*, alter dies *apparentis Lunæ* appellatus est. Scite admodum observat D. Toinardus Harmon Evang. not. pag. 154. hæc tantum servari consuevisse in Provinciis loeisque ab urbe Jerosolyma remotis; quæ enim ad Urbem & loca adjacentia spectabant, præscripto Domus judicii dirigebantur. Opinionem illam suam Rabbini fulciunt textu 1. Reg. 20. 5. alibi a nobis examinando. De viris, quibus certum assignabatur pretium, ut phasim astrorum specularentur, scriptum creditur illud 1. Par. 12. 32. *De filiis Issachar viri eruditi, qui noverant singula tempora ad præcipiendum, quid facere deberet Israel, Principes ducenti: omnis autem reliqua Tribus eorum judicium sequebatur*.

Anni civilis Hebræi, & Ægyptii ab autumno periodum auspicabantur; ex quo labentis ætatis, atque collectorum fructuum rempus, exitus sive revolutio anni a Moyse appellatur (3). Apud Ezechielem (*) sermo est de ineunte anno civili, quod anni tempus Judæi usque hodie *koseh hashana* appellant; ducit autem exordium annus a Tizri, qui Septembri respondet. Diluvium cœpisse dicit Josephus secundo mense anni civilis (4); quem Macedones Dios, Hebræi Mareshvan appellant (Octobri fere respondet). Post constitutum a Moyse anni Sacri in mense Nisan caput, pristina ratio civilis anni ab autumno ducendi mansit, Festum Expiationis, quod in diem 10. Tizri incidebat, (Tizri Septembri, & Octobri respondet) institutum creditur in memoriam lapsus Adami; quæ si vera sint, mundus ab autumno cœperat.

Septimanarum tria sunt apud Hebræos genera: 1. quæ 7. annorum periodo constat, anno Sabbatico dein succedente, quo scilicet a terræ cultura feriaretur: 2. annus Jubilæi, 7. annorum septimanas, nempe quadraginta novem annos complectens; 3. tandem septimanæ dierum. Porro Jubilæi annus tantumdem fere apud Hebræos habebatur, ac magnus annus apud Ægyptios; æque autem civilis erat, & sacer. Dies a vesperâ in vesperam agebantur. Moyses civilem diem, binis commemoratis terminis, describit: *vesperè & manè*; dies enim a vesperis ortus, cum mane, nempe cum die desinebat. Inter sacros civilesque dies distinctio apud Moysen nulla; quare Festis diebus *a vesperâ in vesperam* ductis, *a vesperâ in vesperam celebrabitis sabbata vestra*; eosdem diebus civilibus terminos constituisse oportet. Festa igitur *differri, Calmet. Tom. I.* *inter duas vesperas* inibant, sole scilicet in vesperas declinante. Nec Festis tantum indicandis voces illæ a Moyse usurpantur; quin & paribus pro vulgaribus rebus utitur; ita Deum immissurum coturnices *inter duas vesperas* prænunciat (5); quas ipsas aves *vespere* advolaturas paulo inferius repetit; hæc igitur phrases unum idemque tempus designant. Primam septimanæ diem a vesperis init *S. Matth. 28. 1. Vespere autem Sabbati, qua lucescit in primâ Sabbati*.

Mos iste in sacris Judæorum cæremoniis numquam abolitus, ad Christianam Ecclesiam, in qua statum Officio tempus inter duas vesperas constituitur, transivit. Veteres quin etiam populi plures, exordiendi a vesperis diem consuetudinem servarunt, uti Athenienses, juxta Gellium (6), Galli, Germani, Numidæ, Lybiæ incolæ (7). De Gallis enim hæc Cæsar: *Spatia omnit temporis non numero dierum, sed noctium finiunt; & dies natales, & mensium, & annorum initia sic observant, ut noctem dies subsequatur* (8). De Germanis Tacitus: *nam agendis rebus*, ait, *hoc* (nempe occasum Solis) *auspicatissimum initium credunt, nec dierum numerum, ut nos, sed noctium computant; sic constituunt, sic conducunt; nox ducere diem videtur*. Hujus moris vestigia in nonnullis veterum Germanorum monumentis iuperstant, in quibus tres noctes pro diebus totidem numerantur. Hodie etiam apud Anglos est in moribus positum, ut septimanam nomine *Sennight*, ad litteram *septem noctes*, designent (9). In Bohemia finitimisque regionibus, qua Poloniam respiciunt, hodie utique dies & horæ 24. a vespera in vesperam ducuntur. Veteres Poetæ semper noctem diei præferunt, quod & Moyses in Genesi observat, & Hesiodus in Theogonia, diem e nocte matre genitum canens, designat.

Requisitus olim Thales Milesius, (10), dicsne, an nox, prior emerserit, noctem diei præcessisse respondit. In carminibus Orphei, nox hominum & Deorum matris elogio celebratur.

Thaleti plane oppositam sententiam repositi Gymnosophista quidam, ab Alexandro Magno pari quæstione pulsatus. Responsum vero admiranti Regi ait Philosophus: Ambigua quærenti, ambigua reponimus (11).

Post Judæam a Romanis subactam, tres apud Hebræos obtinuisse dierum rationes ferunt. 1. Diebus Festis pristinus a vespera in vesperam mos servatus est. 2. Civiles dies, a media nocte ducti parem habebant exitum. 3. Alios invectos dies a mane in mane contendunt; hi vero dies, inquiunt, in 12. inæquales horas pro temporum diversitate distributi, eademque in noctibus dividendis servata consuetudo. Hæc a Judæis pro more Græcorum & Romanorum servata sunt, quorum sicut jugum, ita & mores subierunt.

Horologia & horarum ratio apud veteres Hebræos nulla apparent. In Mosis tamen tantummodo, meridies, vespera, & nihil ultra occurrit. Solis declinantis tempus hæc phrasi designat: *inter duas vesperas*; post occasum Solis: *vespere*. Alia dividendæ diei ratio in Libris ejus frustra requiritur; noctis spatium in tres partes distinctum legitur, *vesperas*, mediam noctem, & *custodiam matutinam* (12).

Sub Ezechia prima horarum mentio occurrit, cum scilicet de Regio solari horologio agitur, in quo styli umbra per gradus quosdam discurrens, horas indicabat (13). Si quid aliud ante ea tempora de horis apud Septuaginta legatur, nomen illud non diei partibus, sed anni temporibus designandis, eodem quo apud Homerum, & Hesiodum sensu, usurpatum est.

In N. T. vigiliæ quatuor totum noctis spatium di-

C stin-

(1) *Eccli. 43. 6. Luna ostendit tempora, & signum ævi; a Luna signum diei Festi.* (2) *Gemin. Isagoge. cap. 6.* (3) *Exod. 23. 16. & 34. 22.* (*) *Ezech. 40. 1.* (4) *Antiq. lib. 1.* (5) *Exod. 16. 12.* (6) *A Gel. lib. 3. cap. 2.* (7) *Apud Nic. Damasc.* (8) *De Bel. Gall. lib. 6.* (9) *Strauch. Brev. Chronol.* (10) *apud Laert. in Thale.* (11) *Plut. in Alex.* (12) *Exod. 14. 24. Judic. 7. 19. Thre. 2. 16. Vide & & Psal. 89. & 118. & 148.* (13) *Vide nostrum Comment. in 4. Reg. 20. 11.*

ſtinguunt (1); quod ita Romanis moribus acceptum eſt, ut apud Græcos aliquando obtinuerit. Quamquam non raro pro quatuor tres tantum noctis vigilias Græci obſervabant. Hanc dividendæ noctis rationem omnium vetuſtiſſimam eſſe, ſupra obſervavimus. De horis diei 12. ſermo eſt Joan. 11. 9. & Matth. 20. 34. 5. ut proinde inæquales diei horas, quales vulgo apud Romanos & Græcos obtinebant, in Judæam quoque invectas intelligamus. Vide noſtrum Comment. in Matt. 17. 45.

IN EXODUM
PROLEGOMENON.

Liber, quem Græca voce Exodum, egreſſum ſcilicet, appellamus, ex hiſtoria exitus Iſraelitarum ab Ægypto, nomen obtinuit. Apud Hebræos *Veelle Schemoth* inſcribitur; quod ſcilicet voces illæ primæ in Hebræo Libri textu leguntur. Hiſtoriam complectitur 145. annorum; quot ſcilicet ab obitu Joſeph ad erectionem uſque Tabernaculi ad radices Sinai decurrerunt. In ipſo hiſtoriæ limine, Moyſes motæ in Iſraelitas a Regibus Ægypti perſecutionis cauſas & occaſionem edifſerit (2); dein lata in gentem edicta, maribus eorum a partu exſtinguendis (quamquam obſtetricum pietas impiis Ægyptiorum conatibus interceſſerit) perſequitur. Poſt hæc omnia, nupriæ Jacobeo cum Amram ſequuntur, quibus parentibus ortus Moyſes in amnis ripa expoſitus, & a Filia Pharaonis inventus, matrem ſuam habuit nutricem. Ab ea in ſpem regiæ domus educatus, relicta tandem Aula, atque ipe omni Principatus abjecta, ad fratres ſuos inviſendos, injuriaſque ab illis depellendas ſe contulit; quare de vira pericliatus, præſentiſſimum declinaturus periculum, in Arabiam receſſit. Ibi in domo Jethronis manens, filiam ipſius ſibi deſpondit. Cum autem paſceudis ovibus ſoccri ſui occuparetur (3), a Deo per viſionem ſollicitatus, ad relevandum a populo ſuo Ægyptiacæ tyrannidis jugum, divini nominis cognitione, atque patrandorum miraculorum virtute auctus, miſſus eſt. Secedens igitur Moyſes, Sephoram uxorem ſuam, duoſque filios ſecum adducebat; quos tamen deinde, Angeli in necem Eliezer irruentis viſione territus, ad ſocerum remiſit. Occurrerat venienti Aaron; & cum ambo fratres ad montem Sinai veniſſent, legationc pro ſe fungi iterum a Deo juſſi ſunt. In Ægyptum igitur ſeie contulerunt (4), ibique expoſita Iſraelitis Dei voluntate, dein coram Pharaone ſe ſiſtentes, dimiſſionem pro populo requiſierunt. Rex detrectare primum, deinde & populum novis oncribus opprimere; Moyſes viciſſim iterum in Aulam, atque Divinæ virtutis, cujus nomine dimiſſionem Hebræorum petebat, potentiam oſtenſurus, ſtatim projectam virgam in anguem tranſmutavit (5). Verum prodigium non abſimili præſtigio Ægyptiorum Magis eludentibus, factum eſt, ut pervicax Regis animus Hebræorum petitionibus non acquieſceret. Ad plagas igitur ventum eſt, novarumque novis acceſſione nihil tamen a Rege potuit impetrari. Ita aquæ Nili in ſanguinem tranſmutatæ ſunt; ranis primum, deinde muſcis parvis, atque vulgaribus tota late regio ebullit, ut homines, & jumenta omnia ac pecudes deſolarentur (*). Tot malis urenia ulcera in pecudibus, & jumentis ſucceſſerunt (6); fata omnia ruens grando depaſta eſt; undique vero diſcurrentia fulmina, atque rebeantia tonitrua terrorem inferebant. Sub hæc, locuſtis infeſta omnia (7), denſiſque tenebris horrida. Nihil tamen de priſtina obſtinatione recedente Regis animo, Divinæ ultionis gladius tandem in necem omnium primogenitorum Ægypti diſcurrit; cum interim apud Hebræos, atque in terra Geſſen, ubi populi ſedes, ſalva eſſent omnia.

Ante hæc omnia, ſegregare ſibi agnum, ut, qua nocte ſereſſio facienda erat, cibus ſuppeteret populo, Moyſes juſſerat. Quibus autem cæremoniis victima immolanda atque in cibum adhibenda eſſet omnibus deinde ſucceedentibus generationibus, cap. 12. perſequitur. Poſt illatam ab Angelo Dei in omnes Ægyptiorum primogenitos necem, divina juſſione ſacros Domino offerre omnes Primogenitos, tam hominum, quam brutorum, Hebræis injunctum eſt (8). Poſt hæc diſceſſione facta ab Ægypto, populus Rameſſen primum, deinde Soccoth, ac tandem Etham venerunt. Exinde iter proſequentibus ignea columna, noctis tenebras ſua luce depellens, ſolis vero calorem umbra ſua temperans, viam monſtravit.

Sub hæc, Pharao indulgentiæ ſuæ in populum pœnitens, tumultuario exercitu coacto, abeuntium viam inſiſtens, caſtramentes in Beelſephon ad Mare rubrum aſſecutus eſt (9). Actum fuiſſet de populo, niſi Moyſes, elata virga prodigioſa, in medio pelagi ſinu viam Iſraelitis ſugientibus in averſam ripam aperuiſſet. Ægyptii ſtatim abeuntes urgere, audaciter & ipſi patentem in mari viam ingredi; vix tamen ingreſſos, recurrentes undæ, omnes, ne uno quidem excepto, abiorbuerunt.

Moyſes e præſentiſſimo periculo liberatus, ſolemnes gratiarum actiones, novo adornato cantico, Domino perſolvit (10). Poſt emenſum tridui itinere deſertum Sur, populo in Mara caſtramentanti, amaricantes loci aquas Moyſes miraculo potabiles exhibuit. Hinc motis caſtris, Elim primum, deinde in deſertum Sin ventum eſt (11); qui ſane locus & mannæ pluentis, & coturnicum in eicam populi volitantium prodigio celebratur. Altera ſtatio ad Raphidim ſuccedit (12), ubi Moyſes aquas e ſilice eduxit, atque inſignem de Amalecitis victoriam Joſue reportavit. De adventu Jethro in caſtra Iſraelitarum, atque præcipita ab illo politiæ diſciplina hiſtoriam legimus in cap. 18. quamquam ſerius contigiſſe, poſt erectum ſcilicet Tabernaculum, facile intelligimus. Succedens tandem ad Sinai populus, in ſpem ineundi cum Domino fœderis, ipſo Domino invitante, erectus (13), poſt tridui expectationem, inſedentem montis vertici Dei Majeſtatem ſpectavit. Quare Moyſes, conſenſo Monte, Decalogum, nempe totius Legis ſummam, ipſo Deo tradente, accepit (14). Alia etiam nonnulla, quæ capp. 21. & 22. & 23. referuntur, ea occaſione præcepta ſunt; quæ Moyſes ad populum deinde referens, incundi fœderis, immolatarum in eam rem victimarum ſanguine, author fuit. His peractis iterum Moyſes ad Deum, a quo totius Tabernaculi mox fabricandi ideam, quali late capp. 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. deſcribitur, accepit. Cum tamen vir ſanctus longiorem in Sinai moram traheret (15), populus ejus rei faſtidio, tandem

(1) *Matth.* 14. 25. *Marci* 6. 38. & 13. 35. (2) *Cap.* 1. 3) *Capit.* 3. 4. (4) *Capit.* 5. 6. (5) *Capit.* 7. (*) *Capit.* 8. (6) *Capit* 9. (7) *Capit.* 10. (8) *Capit.* 13. (9) *Capit.* 14. (10) *Capit.* 15. (11) *Capit.* 16. (12) *Capit.* 17. (13) *Cap.* 19. (14) *Capit.* 20. (15) *Capit.* 32.

dem in idololatriam, aureo vitulo erecto, prolapsus est.

Quod cum Moyses, relicto tandem monte, intelexisset, rei dolore tabulas lapideas, quas deferebat, in terram allisit, statimque ad vitulum convolans, dejecit, comminuitque: in prævaricatores vero stricto gladio, adjuvantibus inter Levitas qui in side permanserant, impium scelus 23000. cæsorum sanguine expiavit. Succedens deinde in montem, veniam, pristinamque in Hebræos Dei providentiam (1) impetrat. Jussus vero novas parare lapideas Tabulas, atque solitarius iterum ascendere montem, omnibus actutum executioni mandatis, post diviuum 40. dierum alloquium, tandem novas Legis Tabulas ad populum contulit. Sed cum nova coruscans luce intuentium oculos præstringeret, haud alacri animo occurrentem populum adhortatione primum confirmat, dein ad opus Tabernaculi spontaneam oblationem offerant singulos hortatur (2). Duos interea Opifices *Seleel* & *Hooliab* peritissimos, nova divinitus sapientia instructos Deus operi moliendo pares comparaverat (4), quibus ulus Moyses perfectum tandem Tabernaculum prima die primi mensis anno ab egressu Ægypti secundo (5) erexit. Hæc historiæ hujus Summa.

Quod in hoc Opere Lectores intentos potissimum detinet, fœdus est a Deo cum Israelitis initum, & politiæ genus in Republica Hebræorum constitutum. Sapientissimis legibus sancitis, tota Reipublicæ, & Religionis administratio directa est. Deus Legislatoris sibi, Patroni, Regis, Patris, Dei tandem Hebræorum munus vindicat; vix autem in Regem agnitus, atque fœderis instrumentum solemni cæremonia firmatum est, statim Deus dignitatem hanc suam exercens, toto majestatis apparatu edicta rogat, atque exemplo Regum Orientalium insigne sibi Tabernaculum in medio populi constituit. Ibi numeroso, regioque satellitio stipatus, e penetralibus Tabernaculi commissa Moysi famulo suo jussa populo edici præcipiebat. Nec alibi oracula de futuris eventibus rebusque occultis reddebantur, quam e media veluti ejus loci caligine, quæ Numen occultans, majestatem, & terrorem augebat. Hanc Numinis tremendam majestatem in medio castrorum Israelis Balaam respiciens, ait, (6): *Non est augurium in Jacob, nec divinatio in Israel. Dominus Deus ejus cum eo est, & clanger victoriæ Regis cum illo.*

Ea vero constituta est a Deo populo regendo politia, ut a Deo ejusque jussionibus omnia penderentur. Ille bellum indicit: ille castra metari jubet in deserto; movendaque jussu clangentis buccinæ imperat. Hebræorum Reipublicæ, quam Scriptor quidam jure *Theocratiam* sive divinam politiam appellavit (7), Hebræorum, inquam, Reipublicæ subjecti omnes tribus per annum vicibus coram Rege Deoque suo sistere jubebantur, ut scilicet (ponte se illi subjectos, munerum oblatione (vacuum enim coram Deo apparere nefas) profiterentur. Omnes primores natu tam hominum, quam brutorum, sicut & primitiæ, ac decimæ non fructuum tantum atque messium, sed & decimæ pariter temporis, indictis in eam rem Festis solemnibusque diebus, de jure Regis Deique censebantur. Quod scilicet exemplo Regum Orientalium, paria in sua ditione exigentium, sanctum est (8); annonas enim & necessaria omnia usibus domesticis atque exercitui, subjecti quilibet populi suis singuli Regibus sufficiebant. Ita pariter Deus omnia hæc deferri jussit ad Templum, ut in usum Altaris, Sacerdotum, & Levitarum, quibus tamquam domesticis & aulicis utebatur, impenderentur. Scite quidem observat Philo, Sacerdotes in Lege Regibus & Principibus comparari, si honor illis præscriptus spectetur: deferri enim ad illos sancivit ab universa gente tributa, decimas nempe, & primitias tam fructuum omnium, quam gregum. Studio autem atque voluntati, qua populus singula conferebat, nihil erat relictum; cum oblationes illas inter solemnes gratiarum actiones, saultaique acclamationes ita offerret, ut quæ Ministri Dei ab illis acciperent, ipsi recipere sibi viderentur.

Commissa in Legem crimina præ Tabernaculi foribus victimarum mactatione expiabantur; quo scilicet cruoris indicio reos se capitalis criminis atque subeundæ mortis Deo, vitæ authori, profitebantur (9). Mactatas ea occasione victimas vel degustare quidem nefas, sed partim Altaris igne conlumptæ partim in esum Sacerdoti sacrificium offerenti cedebant; quasi scilicet reus indignum se, qui de mensa Dei sui participaret, agnosceret. In sacrificiis pacificis, & eucharistticis hostiæ portio coram Domino degustanda, sacrificium procuranti cedebat; altera vero portio Sacerdotibus reservabatur, ut nempe signum esset Dei cum populo fœderis, pro recepto apud populos varios more, ut scilicet post inita fœdera uni simul omnes mensæ, pacis, & conjunctionis argumentum, assiderent. Ita Iiaac cum Abimelecho (10), Jacob cum Labano (11), Josue cum Gabaonitis (13) cibus degustarunt; sicut vicissim, morem illum spectans S. Paulus, ab idolotitis fideles abstinere præcepit (12).

Summum Sacerdotem in domo sua Principem Dominus constituit, cui in Sanctuarium aditus uni patebat; nonnisi tamen solemnibus adhibitis cæremoniis, aliisque observatis religionibus, quibus obsequium & religio loco sancto conciliaretur. Solemnes hujus Ministri vestes, a Domino præscriptæ, tantæ dignitatis argumentum sunt & emblema. Super humeros & pectus nomina 12. Tribuum Israel inscalpta deferebat; quippe quod cura omnis, & administratio populi ad Sacerdotem pertineret; agendumque illi esset cum Deo de universi populi rebus, a quo vulgaris populus majestatis timore abiterrebatur. Laminam auream fronti impositam gestabat, in qua inscalptis literis legebatur: *Sanctum Domino*, quod scilicet, ait Moyses (13), commissa a populo in sanctitatem loci, in oblationibus, & sacrificiis crimina expiare ad Sacerdotem pertineat. In rebus arduis Summum Sacerdotem consulendum Dominus edicit, jussum proinde in Rationali *Urim*, & *Tummim*, nempe doctrinam, & veritatem, seu, ut illa Moyses appellat, *judicium filiorum Israel* (14) gestare, quod est supremi populi Dei Judicis insigne. Porro ex Urim virtus reddendi oraculi petebatur, ita disponente Deo, ut in judiciis Summi Sacerdotis tententias pronunciantis pondus oraculi agnosceretur. Deformes viros a Sacerdotio abhorret (15); quæ re vitio aliquo corporis infirmos, five contemptibiles homunciones rejicit. Patrem etiam apud Reges Persarum consuetudinem obtinuisse in historia Danielis legimus (16).

Subjectis sibi populis imperio dispotico uti, atque unice in illos regnare Principum est. Deus itaque, populi sui libertati studens, alienis perpetuo mancipio servire neminem patitur (17); quare mancipia omnia Hebræa Sabbatico sive Jubilæi anno manumitti præcipit; avitas hæreditates distrahere vetat, quippe qui nec vitæ suæ, neque bonorum, quorum usum tantum a Deo haberent, domini essent. Operum, & quietis tempus dirigens Deus, anni incuntis atque mensis exordium, quo scilicet ad nutum ejus penderent omnia, determinat. Sacerdotes, & Levitæ, veluti domus Dei servitiis addicti, peculiares deferre vestes jussi sunt; de mensa Domini participant, de victimis scilicet, quorum

(1) *Cap.* 33. (2) *Cap.* 35. (3) *Capit.* 36. 39. (4) *Cap.* 40. (5) *Num.* 23. 21. (6) *Joseph. lib.* 2. *contr. Appion.* (7) *Reg.* 15. 16. (8) *Vide Euseb. Demonstrat. lib.* 1. *cap.* 10. *Theodoret. qu.* 61. *in Exod.* (9) *Gen.* 26. 28. (10) *Gen.* 32. 46. (11) *Josue* 9. 14. (12) 1. *Cor.* 10. 20. (13) *Exod.* 28. 36. 38. (14) *Exod.* 28. 30. (15) *Levit.* 21. 17. 18. (16) *Dan.* 1. 4. (17) *Exod.* 21. & *Levit.* 25.

tantum adepta, & sanguis Domino libantur, & de pane in Altari ipsius apposito. Ita legimus in historiis, apud Reges Persarum obtinuisse, ut omnia, quæ ministris deinde regiæ domus distribuerentur, mensæ prius regiæ imposita essent; nemo enim, qui Regi serviret, nisi de cibo Regi apposito alebatur (1). Peculiaris erat pariter mensa Genio Regis, dapibus aliisque necessariis, instar regiæ mensæ, instructa. Ita & Deus in parata sibi mensa panes propositionis perpetuos apponi, vino adjecto, præcepit: quemadmodum & holocausta matutina, & vespertina, quotidie in limine Tabernaculi offerenda.

Quo autem altam de Sanctitate sua, rerumque sacrarum religione Hebræis inderet existimationem; vel ipsas, quæ invitis obreperent, maculas statis sacrificiis & precibus eluendas præcibit. His vero legalibus maculis si quis pollueretur, continuo a sacris tractandis arcebatur, atque si quis prudens Tabernaculi religionem legali aliqua macula violasset, huic capitali supplicio crimen eluendum erat. Populus universus ea disciplina in castris Tabernaculo circumtusis distinebatur; quod scilicet in aula sui Principis, vel ipsius Regis oculis positus esset. Nec sane ejus disciplinæ aliam assignat causam Deus, quam quod ipsius Dei oculis subjaceretur: *Sanctè age*, ait, (2) *quia ego Sanctus sum: nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quidquam eorum, ne immundi sitis. Docebitis filios Israel*, ait Deus ad Moysen, *ut caveant immunditiam, & non moriantur in sordibus suis, cum polluerint Tabernaculum meum, quod est inter eos*. Jubet etiam, singulis annis, die solemnis Expiationis expiari *Sanctuarium ab immunditiis filiorum Israel* (3). Hæc itaque plurium legalium cæremoniarum unica ratio occurrit, quarum alioquin plurimæ futiles essent, & vanæ, nisi grandioribus hisce divinis ideis servirent. Quid enim aliud tanto rerum terrore, & apparatu infinuavit Legislator, quam ut per externas significationes intimam puræ mentis sanctitatem magis magisque commendaret?

Illud etiam animadversione dignum est, eumdem, qui legem ad populum tulit, Dominum, æque se Deum ac Regem exhibuisse. Cum enim absolutissimas & æquissimas morales leges statueret; cum legis naturalis præcepta evolveret, atque mortalium in Deum officia explicaret omnia; cum latentium criminum ultionem in se reciperet; cum impune apud homines peccantes sibi pœnas daruros profiteretur, quid nisi Divinam exerit authoritatem? Regia vero potestate politiam universam dirigit, Leges ad Reipublicæ administrationem aptas ita præscribit, ut ne minima quidem, ad subditorum captum & imbecillitatem sese accommodans, negligat. Cave tamen eas leges nihil ad perfectionem reliqui habuisse credas; non enim omnem quæ Deum decebat, perfectionem, sed omnem pro imbecilli populo discretionem præseferunt. Plura sane tamquam Princeps & Rex Hebræorum tolerat, quæ Deus & Judex reprobat atque condemnat; uti usuras in alienigenas, polygamiam, divortium, quæ scilicet omnia naturali lege interdicuntur. Nonnumquam etiam pro data occasione, prava quædam insinuasse videtur, uti cum Hebræos commodato sibi Ægyptiorum res poscere, easque abducere præcipit. Qua tamen in re, juxta ac Vir summus observat (4), jus Dei, mortalium omnium Regis, quod aliquando jus per homines exercet, a jure hominum inter se distinguamus oportet. Quare si populus, proprio usus jure, Ægyptiorum res subripuisset, merito quidem violatæ justitiæ reus haberetur; ab omni autem crimine jure est absolvendus, quod scilicet nonnisi Dei præcipientis justa exequutioni mandarit. Deo enim præcipiente, furti crimen nullum est. Paria de præcepto Divino in Chananæorum exterminio philosophari licet, quamquam enim nulla ab iis gentibus accepta injuria Hebræi in bellum provocarentur, Deus tamen pro suo in Orbem universum jure illos ad Chananæorum exterminium, quorum staturat exitium, ultionis suæ illos ministros armavit.

Interdum majestatem suam Deus ad Leges quasdam demittit, quas seorsim spectatas, vix dignas, ut unum corpus cum ceteris Dei legibus constituant, judicaremus; eas tamen, si una cum ceteris conjunctas inspiciamus, integrum quoddam, & constans juris systema constituunt, præ ceteris eo usque ab hominibus latis absolutissimum. Plures etiam ex iis legibus alio quam litterali atque obvio sensu explicandæ sunt, cum abditam atque allegoricam significationem sub eo verborum involuero Legislator occultaverit, quo vitia quædam cautius redarguerentur, atque vetarentur. In hunc sensum mulierbre indumentum viris, & vicissim virile fœminis interdicitur; vetitum etiam agrum serere diverso semine, atque contextam lino lanaque simul vestem gestare &c. Paria in præceptis quibusdam tradendis observasse Philosophos quosdam, ambagibus aliquando atque mysteriis sententias suas obvolventes, scimus.

Quod autem latas a Deo leges, & Legislatorem ipsum ceteris præfert, illud est, nimirum Legislatores ceteros politiam tantum, atque Rempublicam spectasse; de Religione nihil curantes, nisi fi quid paci, atque felicitati Reipublicæ conferre animadverterissent. Accidit etiam non raro, ut populos in rebus omnibus Religionis rudes omnino reliquerint, evellere avitos de natura Divina ejusque cultu errores, consulto negligentes; quasi scilicet error & superstitio continendis in fidem populis quam veri Dei cognitio & veritatum ipsius exercitium, plus contulissent. Plato Dei occulta mysteria populo detegere e re esse non censuit (5). Opposita plane ratione latæ a Deo leges nihil habent antiquius, quam ut de Religione decernant, cetera habent accessoria; in unum Deum omnia referunt. In eo populi totiusque Reipublicæ felicitas, in eo universi Regni robur constituitur, si ea, quæ ad veram Religionem pertinent, salva sint omnia.

Alterum, in quo plane Legislatores prophani & Hebraicus dissentiunt, illud est, nimirum Legislatores humanos leges tradidisse, quibus ad perfectionem reliqui esset plurimum; ut proinde ab implendo Legislatoris nomine plurimum abfuerint. Moyses vero, sive Deus Moysis ministerio, omnes Legislatoris numeros explet; quippe qui absolutissimum legum corpus tradiderit.

Docendi morum scientiam, atque præscribendarum disciplinæ regularum duplex est ratio; per præcepta scilicet, & per exercitationem, qua ad normam traditæ legis subditi exercentur. Alterutrum ex his docendi genus ceteri Legislatores selegerunt; nemo utrumque junxit, ait Josephus (6). Lacedæmones, & Cretenses moralem doctrinam exercitatione docentes, præcepta negligebant; Athenienses, & Græci omnia ad præcepta, nihil ad exercitationem deferebant. Moyses utrumque junxit; legibus namque, & præceptis ita mores direxit, ut generales leges ad singulorum etiam mores aderemperarit, quæ cuique peculiaria essent, nulla re eorum arbitrio relicta, decernens. Suæ de ciborum qualitate leges; suæ de quiete, & labore, suæ tandem de omnibus, ut materna quadam charitate de minimis quibusque filiorum, & domesticorum indigentiis lex providisse videatur. Ne quis autem ignorantiam caufetur, cautum est, ut singulis septimanis una falsem die ad studium se legis,

(1) *Athen. l. 6. c. 14.* (2) *Levit. 11. 43. 44. & 19. 31.* (3) *Levit. 16. 16.* (4) *Grot. Proleg. lib. de jure belli & pac. Distinguamus accurate jus Dei, quod Deus per homines aliquando exequitur, & jus hominum inter se. Idem lib. 1. cap. 1. Si Deus res alicui auferri præcipiat, non licitum fiet furtum; qua vox vitium involvit; sed non erit furtum, quod rerum supreme Domino authore fit.* (5) *Apud Joseph. Antiq. lib. 2. contr. Appion.*
(6) *Contr. Appion. lib. 2.*

legis, & ad ejus lectionem in coetibus Religiosis auicultandam se conferant. Factum inde, ait idem Scriptor, ut alta illa de legibus, officiisque suis oblivio, quæ universas late gentes tenet, nulla sit apud Judæos; una apud illos, & constans de Divinitate sententia, qua in re cæteræ inter se gentes commiuentur. Hinc etiam constans illa morum observantia, de qua nobis apud eæteros invidia creatur. Cum enim latam a nobis Deo authore legem teneri persuasum habeamus, ne lato quidem ungue ab ea recedere patimur. Quid equidem melius, quid sanctius, quid æquius decerni potuisset? In eo tota Religionis, Legumque nostrarum ratio versatur, ut Deum agnoscat summe perfectum, beatissimum, omnia continentem, sibi sufficientem, qui principium sit, medium, omniumque rerum finis; bonorum item fons, atque prodigiorum author. Is porro Deus, quamquam aliioqui in operibus suis non obscure agnitus, hominum tamen capeum nimis excedit, quippe qui natura, & Majestate sua inscrutabilis habeatur. Hujus autem imaginem nihil, quod sensibus subjiciatur, exprimere, nulla cogitantis idea exhibere valet. Huic, cui nihil sanctitate & bonitate par, inhærendum, committendumque, ut virtutum exercicio oculis ipsius placeamus. Hæc puissima, hæc unice vera Religio. Cultus exterior, de sacrificia in Lege præscripta, pura sunt omnia, nihilque cum sceleribus Paganorum sacris habent commune. Vora Deo nuncupari non bonorum postulandorum necessitas jubet, Deus est enim natura munificus; sed ne illis fortasse abutamur, votorum nuncupatione postulamus. Nihil est, quod ad legum Mosaicarum æquitatem defideremus in iis, quæ de nuptiis præscribit; sicut & de mutuis parentum cum liberis, Conjugum, Dominorum cum Famulis, subditorum tum inter se cum etiam in Principem officiis; quæ plane omnia Deum legis authorem declarant.

Quanto vero Lex Mosaica prophanis ceteris præest, tanto nove per Jesum Christum & Apostolos Jatæ concedit. Licet enim plura sint in utraque Legesonsona, neque altera alteri repugnare, sive cum aliquid præcipiunt, sive cum interdicunt, convincantur; fateamur ramen oportet, Jesu Christi Legem id perfectionis attingere, ut ei plurimum Lex Mosaica concedat: quæ scilicet Moyses levi tantum brachio molitus fuerat, hæc Jesus numeris omnibus absolvit. Hinc plurima in Lege permissa, in Evangelio prohibentur; plura etiam, quæ sive Moyses evellere non valuit, sive Hebræorum Doctores detortis Legis verbis plantaverant, una Evangelii Lege præciduntur; vana etiam nonnulla, melioribus substitutis, loco cedere justa sunt. Sacerdotium, Sacrificia, & cæremoniæ legales abrogantur, quo scilicet & augustius Sacerdotium, & præstantiora Sacramenta, & cæremoniæ sanctiores, & efficacius Sacrificium constituerentur. Figuras tandem, & umbras veritati concedisse par erat. Mosaitæ Lex, ad Jesum Christum veluti pædagogus deducens (1), in illo sistebat. Quidquid justum, bonum, perfectum in Lege Mosaica sanctum est, illud in Evangelica perficitur, atque explicatur; quidquid etiam mali, charitati & rationi repugnans per Moysen interdictum est, illud etiam per Jesum Christum gravioribus verbis, pœnis, strictiorique præcepto prohibetur; quidquid tandem in illa mali, necessitatis obtentu, vel saltem quidquid minus boni toleratur, in hac plane succiditur. Quare nullum in lege Christi divortium, nulla polygamia, lex talionis, atque in alienigenas usura nulla. Frigida illa distinctio domestici, & alienigenæ exulare jubetur. Nec ultra Deus benignitatis atque misericordiæ suæ largitatem ceteris denegans, in unam tantum gentem atque Regnum profundit; omnes æque gentes eodem simul fœdere eademque Ecclesia consentur. Idem amicitiæ, atque fraternæ charitatis vinculum mortales omnes colligat; quippe qui ad eamdem omnes familiam sub uno patre, eodemque communi fratre Jesu Christo, cujus sanguine redempti sunt, cujus morte gratiæ & salutis capaces effecti sunt, pertineant.

Tantarum veritatum veluti semina jecerat olim Moyses; sed literæ cortice obvoluta latebant. Lumina erant sub modio, & in obscuro quodam loco ardentes faces. Crassum quoddam velum super Mosaicos libros oppansum, literalitas carnales arcebat, veluti litera quædam mortua: proinde Legem habebant Judæi, veluti Lex imperfecta, importabile jugum, præcepta non bona, imbecillitora mandata, & fructuanea, ideo tandem rejecta, quod in crimium mortem prolapsis opem virtumque conferre non possent (2). Is Mosaycæ Legis status, Jesum Christum respiciens; is etiam dum Hebræos spectat; Hebræos, inquam, qui ad novum fœdus, neque eordis habitudine, neque fidei & spei vividioris affinitate pertinebant.

In examen modo revocanda est agitata jam inter multos quæstio; an scilicet Lex Judæorum ad Ægyptiarum imitationem expiesta sit; seu potius Ægyptiorum ad Judaicam.

Fixum itaque tatumque habendum est, apud uteuisque Gentis populos, plures olim fuisse leges & cæremonias mutua affinitate conjunctissima; nec defuerunt inter Veteres, qui ex Hebræis Ægyptiisque unum eumdemque populum confiicerent; rati Hebræos origine, non secus ac moribus Ægyptios esse. Ita Pagani Judaicam & Ægyptiam superstitionem numquam non jungunt. Cum superstitiones omnes externas Roma pellere visum est, eodem simul decreto Judæi atque Ægyptii obvolvuntur: *Cæremonias externas Ægyptios, judaicosque vitat* (3). Tacitus pariter Annal. 2. *Deos, sacra Ægyptia, Judaicasque Urbe pellendit.* Viri plures, literaquitatum Ægyptiacarum peritissimi, nihil magis affine in tebus spectasse se unquam professi sunt, quam utriusque hujus populi disciplinam: *Tantam habent ad ritus, sacrificia, ceremonias, sacraque disciplinas Ægyptiorum affinitatem*, ait Kirchenus in Propyl. c. 2. *ut vel Ægyptios Hebraisantes, vel Hebræos Ægyptisantes fuisse dicas.* Marshamus Can. Ægypt. sæc. 9. & Spencerus de legib. Hebr. ritual: aliam plane contrariam, & forte etiam aliquanto exorbitantem a recto, tenentes viam, defendentur, Judaicarum cæremoniarum plerasque ex Ægyptiis elle repetendas.

Nemo plane dixerit, tantam inter insensas aliquin gentes affinitatem fortuito casui deberi; quamquam fateamur oportet, in ea de moribus utriusque gentis disquisitione, hanc utriusque populi simulratem pariter, & in legibus cæremoniisque affinitatem, negotii plurimum facessere. Profitetur non semel Deus, deductarum se electum populum suum a moribus & superstitionibus Ægyptiorum; sive imitatione (4), sive commercio, & lucdere (6) cum illis conjungi vetat; præcipit insuper, ne a, quibus Ægyptii cultum impendunt; sibi immolent in sacrificium (7). His ergo consiliis suis repugnafset Deus, si paria invexisset inter Judæos, quæ jam apud Ægyptios servarentur.

Nec minor erat Ægyptiorum a Judæis aversio, in tantum ut ne mensa quidem, Josephi Patriarchæ ætate, illos dignarentur (8); cieverirque deinde in dies odium, ex quo potissimum Moyles Israelem, tanto Ægyptiorum dispendio, e captivitate reduxit. Infestos inter se utrosque populos disfidere Josephus Historicus lib. 1. cont. Appion. non dissitetur; nec ab ea re abludit Herodotus lib. 2. capit. 78. restatus, legibus suis Ægyptios ita inhærere, ut alias aliarum gentium admittere non paterentur;

(1) *Galat.* 3. 25. (2) *Hebr.* 7. 19. *Nihil ad perfectum adduxit lex. Exech.* 20. 25. *Dedi eis præcepta non bona, & judicia in quibus non vivent. Hebr.* 7. 18. *Reprobatio fit precedentis mandati, propter infirmitatem ejus, & inutilitatem.* (3) *Sueton. in Tibar. c.* 36. (4) *Levit.* 18. 2. 3. (5) *Deut.* 12. 30. 31. (6) *Exod.* 8. 26. (7) *Gen.* 43. 32.

quiu & commercium illos cum exteris omnibus respuere, ne quid alienæ superstitionis recipere cogantur, testatur Chæremo apud Porphyr. de abstin. l. 4. Quis ergo fieri potuisse crediderit, ut Religionis & superstitionis à se invenitæ, itemque exsitimationis suæ tenax adeo populus, aliena facile, & maxime Hebraica, quæ nonnisi odio & contemptu prosequebatur, admitteret?

Israelitarum veto erga alias gentes habitudo alia plane erat, ac Ægyptiorum; quainquam enim odio & contemptu ceteros averiarentur, iusisse inhærerent moribus; infita tamen voluntatis propensioni in idololatriam, & finitimarum sibi gentium superstitiones ferebantur. Nihil ea re frequentius in S. Scriptura, cujus Libri, & maxime Prophetici, crebras exhibent in Idololatras Judæos invectivas. Sed, quod mirum est, ipsos, quos imitabantur Judæi, populos, incircumcisorum nomine per summum contemptum traducebant. Judæos tamquam infociabilem, & a ceterorum commerciis alienam gentem describunt Historici. Hæc de illis Tacitus lib. 5. hist. *Moses, quo sibi in posterum gentem firmaret, novos ritus contrariosque ceteris mortalibus indidit. Prophana illis omnia, quæ nos sacra: rursum concessa apud illos, quæ nobis incesta.... Hi ritus, quocumque modo indicti, antiquitate defenduntur.* Hæc sententiarum consiliorumque repugnantia, ritus plane diversos repugnantesque, Baal pariter & veri Dei in Hebræos invexit; coegitque invitos pariter & volentes, superstitionis communione cum insensis alioqui, & despectis a se gentibus conjungi. Quibus ita se habentibus, ex Ægyptiis potius expressæ Judaicæ cæremoniæ reputari potuissent; quippe quæ, semel in populum invectæ, cum excindi non possent, in sacros usus traduccrentur.

Si quis tamen has inter utrumque populum affinitatem pariter & similitatem alia plane ratione spectare voluerit, viam facile inibit, ut repugnantes in speciem difficultates conciliet. Vera itaque secernantur a falsis, certa ab incertis, quæ jactabunda Ægyptiorum vanitas, five fluita Græcorum credulitas in Historias Ægyptiorum, & Hebræorum invexit commenta, ab iis, quæ in Historia Sacra Deo authore referuntur; statimque, versa controversiæ facie, Judæos quidem pauca ab Ægyptiis, Ægyptios vero a Judæis plura derivasse intelligemus. Factum etiam deprehendemus non raro, ut leges utrimque repugnantes de industria, & æmulationis zelo rogarentur; quin & accidisse aliquando, ut moribus & sententiis fortuito casu convenirent. Quæ quidem omnia ut planius assequamur, utriusque gentis affines inter se leges percurrendæ sunt; simulque curandum, ut sedulo tempora & momenta omnia, quæ utriusque Reipublicæ statum & politiam immutarunt, distinguantur.

Latæ a Moyse leges omnes five morales sunt, five judiciales, five cæremoniales. Moralibus sanciendis unicè spectatum rationis dictamen, secut & inita illa boni malique, de Dei, ac sui ipsius generalis notio. Populo autem inter se moribus & genio licet infestissimos, in communibus tamen ergæ Deum & proximum officiis convenisse, quis jure mireturr?

Leges judiciales ex ratione derivatæ, ad Reipublicæ politiam, atque universi populi felicitatem collimant. Quare nullo negotio fieri potuisse credimus, ut duo Legislatores eumdem sibi finem boni publici præstituentes, five contraria inter se, five affinia duabus distitis gentibus pro variis condendarum legum circumstantiis, edixerint; quamquam alioqui, neque de similibus, neque de repugnantibus legibus præscribendis vel semel quidem cogitaverint. Sive agitur judiciales Hebræorum leges ad Ægyptias accesserint, five longo recesserint intervallo; Moysen tamen ad illas five imitandas, five aversandas respexisse (nisi fi quando contrariam plane sanctionem pravis quibuidam corruptisque Ægyptiorum moribus opponit) immerito deduceremus.

Cæremoniales denique Leges circa Religionem versantes, ita reputandæ sunt, quasi ex arbitrio & voluntate Legislatoris unice dependeant, Legislatoris, inquam, non temere illas quidem, sed ad præstitutum generalem finem omnes dirigentis (1); singulas vero ita præscribentis, ut rationem cur hæc potius, quam illa præscripserit, nemini reddere teneatur.

Itaque si Moyses novæ constituendæ Religionis consilio cœtus indixit, & solemnitates; si cæremonias item, & sacrificia sicut & Sanctuarium ad cultum Domini præscripsit; si tandem Sacerdotes statuit & Altare; sique in rebus omnibus cum ceteris Legislatoribus paria molientibus, sine quibus homines in unum Religionis corpus vix coirent, convenisse deprehendatur, quis rogo inter prodigia deputaverit? Ex quibus plane nemo jure deduxit, omnes illos Legislatores, dum politiam quisque suam moliretur, alterum alterius imitationem affectasse: siqua tamen non in Religione universa constituenda, sed in singulis cæremoniis & ritibus peculiaribus affinitas & oppositio deprehendatur; aliter tunc fane de illis philologhandum, atque ita constituendum, ut de industria plane, non fortuito casu ita factum esse judicetur. Si affectata igitur quædam similitudo vel oppositio in Hebræorum & Ægyptiorum singulis cæremoniis appareat, uti cum de Sacrificiis agitur, de vestibus Sacerdotum, de sexu, vellere, ætate, ceterisque victimarum conditionibus; sicut & de forma ac structura Altaris aliisque, ab unico Legislatoris arbitrio dependentibus; hæc plane omnia data opera atque consilio invecta censenda sunt. Cum enim legibus illis sola fletteat pro ratione Legislatoris voluntas, cur illæ potius, quam aliæ sancitæ fuerint, non alia fane ratio, quam in Legislatoris voluntate quærenda est. Si quid igitur ejusmodi aliquando occurrat, atque inter duas gentes varietas five affinitas cæremoniarum obiervetur, id totum five ex Legislatoris, five ex populi electione repetendum est. Tota modo difficultatis vis in eo vertitur, uter ex his populis in his cæremoniis servandis jure veustatis alteri præscripserit. Scitum ex Scriptura (2), Judæos, in Ægypto ad Idola declinasse, quam decem neque ab Ægypto secedentes, neque iter per deiertum facientes abjecerant (3). Porrò fictam hanc Numinum religionem jam inde ante Israelitas in ea provincia obtinuisse (4), ubi omnibus succedentibus sæculis regnavit, atque ab iis superstitionibus populum suum Dominum removere voluisse (5) nullus dubito. Quæ cum ita sint, continuo fateamur oportet, cæremonias illas & ritus inter utrosque populos diametro oppositas, non alio apud Israelitas consilio invectas fuisse, quam ut Ægyptiacis moribus adversarentur.

Quod ad ritus apud utramque gentem affines attinet, una Patres conveniunt (6) Diabolo illos author, quem Divinitatis simiam appellant, in Paganos ex Hebræis derivatos fuisse. Sed quo bono Satanas tacras Dei cæremonias in Ægyptum invexerit, quo insuper consilio Ægyptii infenix sibi gentis mores adoptassent? Quid quod Ægyptiorum Religio vetustate Hebræam superat? Nonne insuper Hebræi ante egressum ex Ægypto ad Ægyptias superstitiones declinaverant, quas etiam ab ea provincia remoti nondum penitus abjecerunt? Hebræi itaque Ægyptiorum potius quam Ægyptii Hebræorum plagiarii accusantur. Excipiamus tamen tres nonnullos oportet, quos Hebræi secum in Ægyptum invexerunt, ut circumcisionem, quam ex Hebræis in eas gentes derivatam supra demonstravimus (7).

DIS-

(1) *Vide S. Thom.* 1. 2. *qu.* 102. *a cap.* 2. *usque ad* 3. *& Rab. Maim. par.* 3. (2) *Josu.* 24. 14. *Auferte Deos, quibus servierunt Patres vestri in Mesopotamia, & in Ægypto.*
(3) *Amos* 5. 26. *Ezech.* 22. (4) *Exod.* 32. (5) *Vide ad Gen.* 43. 16.
(6) *Tertull. de Præscr. A Diabolo scilicet, cujus sunt partes interpretandi veritatem, qui ipsas quoque res divinorum Sacramentorum, in Idolorum mysteriis æmulator. Vide & S. Aug. Epist.* 102. *nov. Edit. qu.* 3. *num.* 18. 20.
(7) *Dissert. de vetustate Circumcis.*

DISSERTATIO

De veris fictiſque Prodigiis, ac Dæmonum & Angelorum in corpora poteſtate.

Nihil in vulgari ſermone frequentius, quam de prodigiis, atque bonorum malorumque Spirituum per corpus operationibus; nihil eſt etiam, cujus minus ſciare, atque fictæ omnino ideæ, quam de his omnibus rebus ſuppetunt. Viri quidam acri, ut ipſi quidem cenſent, ingenio, ac minime trepido, omnia quæ de Angelorum poteſtate, & apparitionibus feruntur, ſient & de præſtigiis, quibus ſenſus hominum fallunt, Dæmonum in corpora infeſtationibus, ſubitiſque tandem per illos aeris, cæterarumque rerum immutationibus; ea, inquam, omnia tamquam vana muliercularum terriculamenta reputantes, qui credulam hiſce rebus mentem addixerint, eos pietate & miſeratione proſequuntur. Alii contrariis plane ſtudiis exorbitantes, omnes Dæmonum, Magorum, Venefi earum fabellas probant. Nihil illis in prodigiis, hiſtoriis de apparitionibus Spirituum, atque Dæmonum corpora obſidentium ſuſpectum. Alii tandem, prava ſane & noxia ſpiritus habitudine, quæ de prodigiis, Angelis, Spiritibus &c. feruntur, omnia eo argumento rejeiunt, quod ſcilicet plura vulgata ſint prodigia vel ficta omnino, vel naturalibus quibuſdam inſuetiſque cauſis, ſed latentibus, tribuenda.

Hanc itaque quæſtionem occaſione eorum, quæ de prodigiis Magorum Pharaonis, de Spiritus Samuelis Sauli exhibito legimus, nos examinandam aſſumimus. Quæ ut ordine procedant, dicendum prius a nobis de natura, poteſtate atque charactere prodigiorum; dein de Angelorum bonorum malorumque ad prodigia patranda facultate.

Verum prodigium, juxta inſitam nobis ideam, res eſt regulas naturæ conjuctas tranſcendens. Vir ſuper aquas gradiens, in aera ſuſpenſus, ignotas linguas ſubito eallens, virgæ in anguem ſubito transformatæ verum prodigium referunt. Fictum autem prodigium illud conſpimus, quod naturæ leges in ſpeciem tantummodo ſuperat; uti coma ſubito concepto igne deflagrans, quod pingui aliquo humore forte delibuta eſſet, (uti de coma Julii aliorumque ferunt) ignem illum intactos relinquere crines &c.; nullo hæc prodigio fieri potuiſſe conſtat; cum in lineo panno vini ſpiritu imbuto, quotidie obſervemus, ignem, abſumpto liquore, linum relinquere. Plura ſane hiſce ſimilia occurrunt, quibus latens & occulta cauſa prodigii apud nos famam conciliat.

Scite etiam obſervat S. Auguſtinus ea, quæ nobis prodigia jure meritoque ereduntur, naturalia ſimul eſſe, & ſupra naturam; naturalia quidem, cum eamdem Dei voluntatem, in qua tota naturæ ratio, habeant authorem; ſupra naturam vero, quod a conſuetis naturæ legibus exorbitent. Addit inſuper: *Nec* (1) *enim ipſa cum fiunt, contra naturam fiunt, niſi nobis, quibus aliter natura curſus innotuit, non autem Deo, cui hoc eſt natura, quod fecerit.* Et alibi (2). *Quemodo eſt contra naturam, quod Dei ſit voluntate, cum voluntas tanti utique Conditoris, conditæ cujuſque rei natura ſit? Portentum ergo ſit, non contra naturam, ſed contra quam eſt nota natura.* Satis profecto conſtat hoc Auguſtini dictum: *Voluntas Dei eſt cujuſque rei natura*, de rebus tantum naturalibus intelligendum eſſe; cum alioqui alia ſit moralium ratio; quamquam in moralibus æque ac in phyſicis omnia poſſit Deus. Sed in moralibus agenti gratiæ non inerti quodam modo obſequitur voluntas hominis, ſicuti materia anima & libertate deſtituta, Creatori.

Spinoſa numquam prodigia fieri poſſe demonſtraturus, naturæ curſum præverti unquam poſſe, hoc argumento negat: Naturæ leges ipſiſſima ſunt Dei voluntis decreta, quæ ſi immutari unquam contingeret, ipſe immutabilis Deus mutaretur. Stent ergo, ait, ab immoto Deo immotæ naturæ leges; & prodigia, quæ naturæ præverrunt leges, faceſſant (4).

Hujus Scriptoris de ſummo Deo ſententia eo tendit, ut eodem ſemper tenore, abſoluto, neceſſario, atque generali agere illum conſtituat; ex quo illud conſequitur, naturæ curſus & effectus, qui a Deo diſponente unice pendent, invariabiles eſſe & immotos; nec fieri unquam poſſe, ut illis vel minimo exorbitantibus, de ratione ſummæ illius Providentiæ, ſapientiſſimæ, immobilis, ſibique ſemper conſtantis aliquid non deceſſerit.

Hoc Authoris ſyſtema, magnificum primo aſpectu, & Dei, ſibi ſemper conſtantis, ideam omnem implens; re tamen æquam ſummi illius liberi, ſapientiſſimi atque potentiſſimi ideam penitus deſtruit. Ejus enim voluntas, quæ ſœcunditatem potentia meritur, neque ab eventibus pendere, vel rebus ab ipſa productis ſervire unquam cogitur; ſemper quin potius libera, & ſemper ſibi conſtans, decreta ſua ſolo regit arbitrio. Tempus omne, eventus, rerumque circumſtantiæ, motus quin etiam creatæ voluntatis quicumque Divinis ab æva obtutibus exhibentur, ut eorum quæ prius, quæ modo, quæque in futurum æcidere unquam contigerit, nihil ipſi fuerit impervium, nihil occultum. Nihil inſuper præter Deum authorem in Mundo, nullus in corpore motus agitur; quamquam ita rebus omnibus manum admovet, ut in agentibus ſingulis eorum foveat libertatem. Cum autem novi aliquid in Mundo æciderit, non ita conſtituendum de ipſo, quaſi rem aliquam antehac oceul tam tunc primo cognoſceens, novum de illa deceretum rogaverit. Semel ille omnia ab æterno ita ſtatuit, ut ipſa rerum mutatio ab immutabili illo conſilio ab æva decreta, æternum manſerit. *Opera mutat, conſilia non mutat* (4). De ſingulis creaturis pro arbitrio eitra diſpendium naturæ diſponit, cum non alia ſit rerum natura, quam ipſa Dei diſponentis voluntas (5). Cauſarum ſecundarum connexio, earum ad generales motuum leges ſubordinatio, partium Univerſi inter ſe diſpoſitio, ſingula hæc ſibi certe adeo fixa & conſtantia ſunt, ut ab uno tamen ſumme libero, cui inexploratum nihil, diriganteur; ab uno illo corpora omnia pendent, & motus, & eum maxime a conſuetis atque præſcriptis ſibi in rerum gubernatione legibus recedit, tunc potiſſimum libera illa ſuæ voluntatis decreta fixa ab æterno & rata exequitur. Maneat ergo, prodigia Dei providentis alto conſilio diſponi, ipſamque rerum œconomiam fovere potius, quam pervertere.

Anguſtam prorſus Spinoſa Divinæ voluntatis ideam ſibi præſcripſit, dum conſtantiæ illius ita conſuluit, ut libertatem negarit. Ludit profecto de nomine *Legis naturæ*, quaſi ſcilicet aliud quam Dei voluntatem deſignaret, vel prodigia naturæ leges deſtruerent; cum tamen Dei voluntatem ipſiſſimam eſſe rerum naturam, jam oſtenderimus. Prodigia vero liberæ quidem Dei voluntatis ſunt opus; non voluntatis quidem, generales atque conſuetas naturæ leges dirigentis, ſed peculiaris, quæ ſibi pro ſua libertate agenda quædam inſueta reſervavit. Hæc vera prodigii notio.

Ex his plane colligi poſſe arbitror, prodigiorum facultatem ſoli Deo reſervari, ut in ejus privilegii communionem neque Angeli, neque Dæmones, neque animæ a corpore ſecretæ, venire unquam poſſint.

(1) *De Gen. ad lit. lib. 6. cap. 13.* (2) *De Civ. Dei l. 29. c. 8.* (3) *Spin. Tract. Theol. polit. c. 6.*

(4) *Aug. Conf. l. 1.*

(5) *Cent. Fauſt. l. 25. c. 5.*

Digitized by Google

fiat. Quamquam eorum precibus aliquando, sicut & eorum ministerio atque instrumento factum est, ut Deus prodigia patraverit; sicuti de Angelis, & Prophetis in V. T. de Apostolis in Novo legimus.

Verum de malis Spiritibus non ita facile intelligimus, qui tantum valuerint, ut prodigia patrarent; neque enim sive vi sua illa operari, sive a Deo precibus impetrare potuerunt. Quare Deum illis ultionis suæ administris usum in prodigiis exhibendis credimus; nisi forte nullum a Dæmonibus verum prodigium factum unquam, sed omnia ad præstigia & ad occultam aliquam, sed naturalem causam deputare malueremus. De hoc igitur in præsentiarum agendum.

Magi Pharaonis, narrante Scriptura, virgas in angues, aquas in sanguinem, Moïsaica prodigia æmulaturi, transmutarunt (1). Ab his Magorum prodigiis ita Moïses cavendum monet, ut simul a Dæmone patrari illa non ambigue suadeat (2). *Si surrexerit in medio tui Prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum atque portentum; & evenerit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus & sequamur Deos alienos . . . non audies verba Prophetæ illius, aut somniatoris, quia tentavit vos Dominus Deus vester.* Dæmonis Beelzebub potestate in pellendis malis Spiritibus usum Jesum Christum exprobrantibus Pharisæis, objectam calumniam ipse Christus diluens, hanc quidem in prodigiis patrandis potestatem Dæmoniis non negat; sed vix fieri potuisse dicit, ut Satan Christo adversario suo obsequens, secum ipse pugnaret (3). Alibi etiam cavendum nos monet a prodigiis Pseudoprophetarum (4). Anti-christi signa & portenta omnia Apostolus perlequitur (5); docet insuper, Satan in Angelum lucis aliquando se transformare. Plures tandem ex Patribus Magos Pharaonis virgas suas in angues vere transmutasse censuerunt; quod quidem sine vero prodigio fieri potuisse, vix in animum inducimus.

Origenes pari fere prodigio utrimque contigisse, ut Moysis nimirum & Magorum virgæ in angues transmutarentur, luculenter asseruit (6); quamquam angues in virgas restituere Dæmon frustra tentavit; quippe quod: *Contraria virtus male quidem facere aliquid potest, sed restituere in integrum non potest.* Theodoretus calumnias eorum diluens, qui Moysis prodigia Magiæ accusabant (7), nihil habet in promptu nisi Magorum Pharaonis de prodigiis illis genuinam confessionem: *Digitus Dei est hic.* Tandem, ait, si Moysis præstigiis tantum intuentes fefellissent, Magi, aliis objectis præstigiis, impostorem arguere potuissent.

S. Augustinus hæc sibi proposita quæstione (8), an scilicet virgæ Magorum nomen tantum & inanes anguium figuræ, seu veri essent colubri; respondet, ex ipsa Scripturæ phrasi par utrinque, & in Moyse, & in Magis, prodigium satis designasi. Quid ergo, ait, Dæmones pari cum Deo creandi virtute pollent? Neque enim aliter tam prompta rerum mutatio fieri unquam potuit. Minime illi quidem, sequitur Augustinus, sed fementinum aliquod rerum corporearum principium per omnia late elementa diffunditur, quod apta offendens agentia, res singulas producit. Si quæ autem ea occasione res novæ producantur, non creari quidem; non enim e nihilo prodeunt; sed proiciari tantum, & e materno causarum suarum sinu educi censendæ sunt.

Ita fieri potuisse censet S. Augustinus, ut projectæ a Magis virgæ momento in angues transmutarentur; dicto enim citius Dæmones solutæ virgarum materiæ aptas causas angubus procreandis applicarunt. Qui vero causas & principium illud e nihilo produxerit, solum Deum idem Vir Sanctus agnoscit. Patria repetit in suis Libris de Trinitate (9); sicut & de Civitate Dei (10), ubi probat Dæmones sine peculiari Dei auxilio vim suam exercere non posse; omnem insuper potestatem novas producendi creaturas illis abjudicans, solam immutandi creatas a Deo species virtutem permittit; quare, ait, non tantum immutare animarum naturas frustra conarentur; sed nec in corpus hominis valent adeo, ut in belluam redigere possint. Tandem in Epistola ad Deogratias (11), *Quamvis, ait, & Dæmones nonnulla faciant Angelis sanctis similia, non veritate sed specie; non sapientia, sed plane fallacia.* Quæ facile de prodigiis Paganorum ab Augustino dicta sunt, non de iis, de quibus S. Scriptura tamquam de veris ac minime fucatis prodigiis narrat.

S. Thomas Augustini argumenta & sententiam adoptans (12), omnes a Dæmonibus inductas rerum immutationes naturæ legibus consonas ostendit: novis enim, ait, motibus, vel nova forma certæ substantiæ indita, novas stare res Dæmones jubent; quæ vero, pergit, aliquando Dæmonum prodigia supra naturam apparent, hæc sane præstigia censenda sunt.

Plerique ex Commentatoribus in eamdem sententiam abierunt, cujus tota difficultas in eo versatur, an sola causæ naturalis applicatione fieri potuerit, ut ex virgarum materia nova substantia prompte compingeretur. Tostatus rem esse impossibilem judicans, fieri potuisse censet ut Dæmon, pro ea, qua plurimum valet, agendi dexteritate, subductis clam virgis, veros angues substituerit (13). Alii malum Dæmonem, cui Moysis consilium, jam ab ipso Moyse populo revelatum, innotuerat, virgas antea paulatim præparasse malunt, ut opportuno tempore in angues tranimutarentur (14).

Utcumque tamen res contigerit, Patres, & Interpretes nullum intercessisse in ea re prodigium fatis convenunt. Miram illi quidem & singularem metamorphosim, naturæ tamen legibus consonam, fatentur; sed neque in Scriptura unquam Dæmonum & Pseudoprophetarum prodigia, veri prodigii elogio donata animadvertunt. Nunquam etiam malos Spiritus libera & independenti potestate usos, ex eadem Scriptura novimus. Apostolus quin etiam Antichristi signa ita describit (15): *Cujus est adventus secundum operationem Satanæ in omni virtute, & signis, & prodigiis mendaciis, & in omni seductione iniquitatis in iis, qui pereunt.* Si quando in S. Scriptura Dæmonis prodigia aliqua referuntur, ftatim a Deo ita permittente, atque malis Spiritibus ultionis suæ ministris usofacta dicuntur. In narratione plagarum Ægypti legimus, Deum Magorum virgas in angues, Nili aquas, insdem Magis authoribus, in sanguinem transmutari fivisse; cumiphes vero, Deo renuente, producere illos nequicquam tentasse (16). Quid, quod eodem cum exteris Ægyptiis fato isidem plagis Magi illi affecti sunt? Deo ita disponente, ut pro ejus arbitrio & virtutem illi fuam exeri, & in ordine contineri fateretur.

S. Augustinus veros quidem angues e virgis Magorum prodiisse consentit; sed, ait, *non fuerunt tamen creatores Draconum nec Magi, nec Angeli mali, quibus ministris illa operabantur* (17). Satanæ quidem datum est, ut occasionem & causas insfruat rerum productioni aptas; at nova creare uni Deo, a quo singulis naturalibus agentibus aceepta virtus, reicrvatur.

Alibi vero docet (18), totam malorum Spirituum potestatem in eo sitam esse, ut malos Deo permittente punant; bonos exercent: *Nec sibi*, sequitur, *pretandum est ibis transgredientibus Angelis ad nutum servire hanc visibilium rerum materiam, sed soli Deo.*

(1) *Exod.* 7. &c. (2) *Deut.* 13. 1. (3) *Matth.* 9. 34. & 12. 24. (4) *Matth.* 24. 24. (5) 2. *Thessal.* 2. 9. (6) *Orig. hom.* 13. *in Num. Efficit similiter contraria virtus virgam se reponens, sicut fecerat virtus Dei* &c. (7) *Theod.* q. 18. (8) *Quæst.* 21. *in Exod. Deus vero solus verus Creator ejus, qui causas ipsas & rationes seminarias rebus insevit.* (9) *De Trinit. l.* 3. *c.* 8. (10) *De Civ. Dei, l.* 18. *c.* 18. (11) *Ep.* 102. *nov. Edit. q.* 16. *n.* 32. (12) 1. *par. q.* 104. *art.* 4. (13) *Tostat. in Exod. q.* 20. (14) *Cajet. & Barrad. & Jans. in Exod.* (15) 2. *Thessal.* 2. 9. 10. (16) *Exod.* 8. 18. & 9. 10. (17) *In Exod. q.* 21. (18) *De Trin. l.* 3.

Deo. Faria de virgis in colubros transmutatis docens S. Thomas (1), addit deinde: *Non vere habent rationem miraculi, quæ fiunt virtute aliquarum naturalium causarum*. Si ergo SS. Augustino, & Thomæ fides habeanur, veri patrandi miraculi potestas nulli prorsus creaturæ, sed Deo tantum conceditur.

Reliqui ex Patribus in iis, quæ ad prodigia spectant, malis Spiritibus minus concedunt; quippe qui virgas Magorum mero præstigio angues spectantium oculis exhibuisse sustineant. Tradit Philo, Magos illos omnibus artis suæ conatibus eludendis veris Moysis prodigiis laborasse; quamquam, ait, alios decipere moliri, suis ipsi artibus decepti sunt; id agente Numine, ut virga Aaronis Magorum angues voraret (2). Licet vero alibi idem Scriptor veros angues ex Magorum virgis productos pro certo constituere videatur; addit tamen, virgam Moysi serpentes a Magis productos, & denuo in priſtinam virgæ naturam restitutos vorasse; quo Deus prodigio, ait, iniquos rei æstimatores docuit, ea, quæ a Moyse portenta patrata sunt, non callidi alicujus veteratoris dolos æstimari debere, sed Divinæ operationis, cui nihil impossibile, vera & genuina miracula (3). Quo sane dicto satis Author insinuat, Magorum virgas artis tantum præstigio, serpentis speciem, non rem exhibuisse.

Josephus loquentem inducit Moysen ad Pharaonem in eam sententiam; transmutare scilicet se virgam suam in anguem, non mero tantum præstigio, simplicioribus fallendis, ut a Magis factum fuerat, sed vero prodigio Divina virtute patrato (4). Pseudo-Justinus totum hoc Magorum opus malo Spiritui imputat, qui spectatorum oculos præstigio fallens, anguium & ranarum speciem inanem & vacuam exhibuit (5). S. Justinus ea Magorum miracula in eodem censu habet cum prodigiis Paganorum, quibus Dæmon simplicioribus imponit (6). Quid autem hæc sunt, nisi præstigia? Tertullianus de hoc argumento ita disserit: *Corpora videbantur Pharaonis & Ægyptii magicarum virgarum dracones; sed Moysi veritas mendatium devoravit* (7).

Hæc Tertulliani verba præ oculis habuisse Hieronymus videtur, de Antichristi miraculis in hanc sententiam locutus (8). *Quemodo enim signis Dei, quæ operabatur per Moysen, Magi suis restitere mendaciis, & virga Moysi devorabit virgas eorum; ita mendacium Antichristi veritas devorabit*. S. Gregorius Nyssenus (9), S. Prosper (10), Ambrosiaster (11), Rupertus Abbas (12), aliique ficta omnia, & mera præstigia in prodigiis Magorum agnoscunt.

At enim sine prodigio fieri non potuit, ut Magorum virgæ sive occulto & subtili Dæmonum artificio novam induerent anguium figuram, sive adstantium oculis indusile viderentur, quamvis alioqui virgarum naturam in se retinerent. 2. Si Deus fallentes iis dolis Dæmones, suæ voluntatis arbitrio dirigit, commissi cum illis criminis reus habendus esset; quippe qui mali hominibus irrogandi adjutorem sese præbuisset. 3. Si genuina illa prodigia cenienda sunt, quæ & certas naturæ leges, & agentis naturales vires excedunt, vera ea fictis miraculis discernendi ratio difficilis hominum plerisque contingeret; quare fatis certum a miraculis argumentum vix erit quod deducatur; quis enim naturæ leges omnes discusserit?

Hisce ergo difficultatibus singulis ista reponemus. 1. Quæ singulis Angelis, Dæmonibus, animabus a corpore secretis, naturalis vis inſit, quidque proinde in corpora valeant, ut naturalia a supernaturalibus discernantur, vix est quod a nobis determinetur. Subtili quadam corporis materia, ultra tenuioris, Angelos, Dæmones, & animas constare Veterum nonnulli autumarunt (13); quare, inquiunt, Dæmones sacrificiorum nidoribus (14), cantilenis, sanguine victimarum, muliebri coitu delectantur; sicut & certis adstringuntur temporibus, locis, & æditiciis. Quod autem bonos a malis Angelis apud illos distinguebat, prorsum erat & obstinatum in deteriora studium, quo mali Angeli, ejusdem aliquin cum bonis naturæ, deterrentur. Ita plane duos oculos vel sub aures ex vitio alterutrius distinctos diceremus (15). Subtilium itaque corporum dotem esse immortalitatem rati, crassiori reliquo corpore, tenue illud, quo anima constat & instar corporis crassionis efformatum erat, manere cenſebant. Hoc autem animæ corpus, ab altero crassiori secretum, Veteribus nonnullis *aëreo simile* (16), *fulgori simile* dicebatur; atque ex luce nonnumquam circa sepulchra micante, argumentum de animæ immortalitate, de figuræ illius cum corpore affinitate, isdemque servatis, quas olim in corpore habebant, inclinationibus trahebant. Laudatur etiam in eam rem historia divitis improbi, & Lazari; tum illud S. Thomæ: *Nisi videro in pedibus ejus & manibus fixuram clavorum, non credam*. Pertinaſum enim habebat Apostolus, ait Origenes, fieri potuisse, ut animæ Jesu Christi ea esset cum corpore similitudo, qua Apostoli facile decipierentur.

Cum tamen alia jam obtinuerit de Angelis sententia, aliter proinde nobis de Spirituum in corpora operationibus philosophandum. Si Veterum illa opinio admitteretur, facile proiecto intelligeremus, qui fieri potuerit, ut tenue illud Angelorum corpus immutandis organis animalium & elementis valeret. Cum enim corporum noſtrorum ſtructuram, atque cætera naturæ arcana perſpecta haberent, quæ potiſſimum commoveant organa, quæve impellant causas fecundas, occulta quadam & subtili vi, corpore tenuiſſimo inſtructi agentes, quibus nec ingenium deeſſet nec ſapientia, noſſe equidem poterant. Quare mira licet & præter fidem agere viderentur; nihil tamen præter naturæ leges factum intelligeremus. Quid ni enim corpus ſibi non abſimile corpus aliud moverit? Quod autem tenue ſit & ſubtile, in corpora facile irrepens, penitiora omnia pervadit; cum interim craſſum aliud corpus in ipſo veluti limine ſubſiſtere cogatur.

Alia eſt igitur nobis via diſputationis tenenda. Spiritus, cui, præter intelligendi & volendi facultatem, omnia deſint, tur in corpora naturaliter agat, nihil eſt; nihilque illi cum materia commune, nec ei diſponendæ per ſe veluti manus poſſit admovere. Quare vel Dæmon aptam ad anguem compingendum materiam in virgis Magorum per ſe diſpoſuiſſe dicatur; vel intuentium oculos præſtigio aliquo ita falcinaviſſe, ut intueri ſe anguem credererent (quod vel ipſos aſpicientium oculos præſtringendo, vel inane ſpectrum ante obtutum offerendo præſtari potuiſſet): hæc tamen omnia naturæ pure puteque intellectualis vim omnem ſuperant. Hæc tantum de Spiritibus ratione magiſtra dicimus; cum vero plura illos in corpora valuiſſe Divina revelatione noverimus, incunda nobis eſt ratio, cur ſine prodigio fieri illa potuiſſe exponamus.

Hiſtoriæ non infrequentes in S. Scriptura leguntur, Dæmoni tantummodo authori imputandæ; uti inſiſta Jobo mala, energumeni quimpliures in Evangelio; tentatio Jeſu Chriſti per Diabolum, quo vehente ipſe Jeſus primo in verticem excelſi montis, dein in pinnaculum Templi transtlatus eſt. In his plane conceſſam Dæmoni patrandorum prodigiorum facultatem ab ipſo Deo malis illius conſiliis opem præſtante, quis non impius & blaſphemus crediderit? Nonne doli tunc & impietatis, quam Satanas meditabatur, reus Numen ageretur, ſi fallere ea ratione homines, atque perdere volenti prodigiis ſuis ſervi-

(1) 3. 2. qu. 178. *ar.* 1. *ad* 2. (2) *De Migrat. Abraham*.
(3) *Phil. l.* 1. *de vita Mof.* (4) *Antiq. l.* 2. *c.* 5.
(5) *Quæſt. ad Orthod. q.* 22. (6) *In Dialog. cum Tryphon.*
(7) *De Anim. c.* 57. (8) *Hieron. Algaſie c.* 2. *ad fin.*
(9) *De Vita Moyſis*.
(10) *De promiſſ. part.* 1. *cap.* 5.
(11) *In* 2. *Timoth. cap.* 3. (12) *in Exod*
(13) *Vide Orig. in proem. l.* 1. *de princ.* (14) *Idem cont. Celſ. l.* 7. *& l.* 8. *Vide Spenter. not. in hunc libr.*
(15) *Orig. c.* 23. *in Jo.* (16) *Orig. con. Celſ. Iren. l.* 2. *c.* 62. *& c.* 63. *Vide Terph. de æſtim. animal. l.* 2, *pag.* 212. 213. *edit. Lugd.* 1620.

ſerviret? Ne igitur malorum author dicatur Deus, inſitam ſibi vim ea occaſione, Deo permittente, exeruiſſe Dæmonem fateamur oportet, quam ſcilicet Numinis permiſſionem obtinuiſſe cum Jobum affligeret, cum malorum Spirituum legio hominem in Evangelio infeſtaret, liquido conſtat.

Quæ vero bonis Angelis authoribus in Scriptura geſta leguntur, ſicut & animarum extra corpus per viſum oblatæ ſpecies, ea quoque citra prodigium facta eſſe non raro ſuſpicamur; quod & in corpora agendi, & elementa ſubigendi infita ſit ſpiritibus virtus. Profecto ſi quid erit in ea re prodigii, id plane reputandum eſt, quod Deus raro ea præſtare Angelos permittat; eum interim familiarem & aſſiduam illam, quam Angeli, & Dæmones in corpora, ſenſus, phantaſiam, atque in cetera, quæ nos circumſtant, pareſtatem exercent, (quamvis nobis alio intenti & imprudentibus) vix aliquis fuerit, qui inter miracula adſcribat. Cum iraque Angeli deducere nos, atque pericula omnia a nobis ſubducere curaverint; eum pias imagines phantaſiæ ſubjecerint; quemadmodum impiæ a Dæmonibus exhibentur; cum motus ab iiſdem Dæmonibus pravi in corpore excitantur; cum, inquam, hæc omnia facta novimus, nonniſi naturalem Spirituum vim agnoſcimus. Difficiliora plane iſta non ſunt iis, quæ de tentatione Chriſti in Scriptura narrantur. Nos quidem ſtenti ſeductore tentamur; Chriſtus ſenſibili ſpecie coram ſe Dæmonem vidit: res exteroquin congruit: neque enim quod nobis inviſibilis Dæmon inſidietur, minus in noſtro corpore humores & phantaſiam concitabit.

Explicandum modo, quo fieri poſſit artificio, ut ſpiritus a corpore ſecretus in corpus agat. Cum Dei voluntatem omnium eſſe rerum naturam ſupra conſtituerimus; ſi quando de mutione ſcorporum a Spiritibus, in Scriptura legerimus, Deum id voluiſſe, ut ſcilicet Spiritus corpora moverent, inferamus oportet. At enim Spiritum in corpora acturum ad corpora ſeſe applicare neceſſe eſt: quod ſane de rebus nulla proportione conjunctis vix concipimus. Nihil plane in ea re novi, nonne corpori movendo anima adjungitur? Porro anima ſanguinem, ſpiritus animales, totum denique corpus commovere poteſt; quemadmodum viciſſim ſanguinis totiuſque corporis, atque objectorum ſenſibilium excitationibus certæ quædam reſpondent in anima percepciones & affectus; doloris videlicet, lætitiæ &c. Quid igitur animæ corpus movere pronum erit; Angelis vero, & Dæmonibus non erit?

Ipſa quidem experientia doceri nos fateor, de mutuo quo Deus animam & corpus vinculo alligari voluit; ut ſcilicet animæ & corporis affectiones affinitate quadam jungerentur: quam ſane experientiam de Angelis & Dæmonibus nullam habemus. Sed eam, quæ corpus animæ jungit, dependentiam, ipſa Dei voluntate inductam fuiſſe, hac nobis ratiocinatione innotuit: Nullum corpus & animam naturale vinculum inter ſe alligare poſſet, niſi Divinæ voluntati id totum tribuatur; hanc igitur voluntatem interceſſiſſe oportuit. Paria ergo de Angelis, & Dæmonibus philoſophari planum eſt; ſolo nimirum illa Divinæ voluntatis glutine conjungi potuiſſe. Conjunguntur autem ipſa? volunt ergo Deus ut jungerentur; ita ſcilicet ut ad ſpirituum voluntatem variam variis corpora motionibus agitarentur. Ea eſt igitur ſpirituum natura, ſeu potius hæc eſt Dei voluntas, quæ totam actionem ſpirituum in corpora ita conſtituit, ut naturalis aliquando ſit, nec ſemper prodigium referat.

Quod huic noſtræ ſententiæ difficultatem aliquam faciat, illud eſt; nimirum Deum malorum & tentationum, quæ probos viros exercent, authorem futurum: ſiquidem ille voluntate ſua volenti Dæmoni aſſequatur. Hanc plane difficultatem antieipatione quadam jam occupavimus; quemadmodum enim Deus malis improborum conſiliis pravas in corpore motiones ſuccedere, ipſo quidem Deo reapſe movente, citra ſanctitatis ſuæ diſpendium ſinit; ita plane de concurſu Dei oceaſione ſpirituum philoſophamur. Deus itaque impium aliquod factum ita cauſat, ut non in crimine, ſed in actione ipſa participet; voluntate etenim crimen concipiente, Deus ejus occaſione materiam movet, quemadmodum occaſione probi cujuſdam conſilii, quod voluntas juſtorum ſtatuit; apium ad id motum in corpore excitat; omnia juxta leges firmati inter corpus & animam fœderis. Non eſt igitur, ut Deus malorum author propteresa aceuſetur.

Majoris momenti aliud contra eamdem noſtram ſententiam objicunt; nempe inter verum & falſum prodigium ægre prorſus diſcrimen aliquod, rudioribus ſatis exploratum, conſtitui poſſe. Fateor quidem ultra vulgarium captum rem eſſe; nec inde tamen ſequitur, quod ex prodigiis deducitur argumentum, futile eſſe & inane; ſed illud potius, noſcendorum prodigiorum judicium non omnibus vulgo permitti. Facile enim in ea re decipi populum compertum eſt; ut ſpeciem tantummodo prodigii pro re incauius uſurpet.

Prodigia tamen nonnulla ſuppetunt adeo aperta & explorata, ut imperitiſſimi quique de populo tuto de illis judicare permitteantur. Ita plane eum Moyſes elata virga pelagum pro arbitrio diſſidit; reſtituitque; cum e ſilice percuſſa aquarum vena exſuxit, terramque jubito hiſcere abſobendis ſeditioſis præcepit; cum Jeſus Chriſtus Lazarum defunctum quatriduanum, vivum ſtare juſſit, ipſumque ſe tandem reſuſcitavit; nemo ſane in his omnibus miraculum diffitebitur. Nec Philoſophum ſane, nec doctum aliquem virum conſuluiſſe oportet, in hæc in prodigiorum cenſum referamus. Si vero Moyſes & Jeſus Chriſtus uno ſaltem vero prodigio, quod nulla poſſit pervicacia labefactari, claruerunt; ex illo ſane ceteris omnibus eorum prodigiis minus aperris & exploratis, ab iiſdem authoritobria relatis, & confirmandis iiſdem veritatibus præjudicatum eſt.

Profecto ſi vir litterarum rudis certos Angelicæ, Dæmoniacæ, & Magicæ virtutis limites ignoret, ſi quouſque valeant circulatoriis artibus fallaces quidam homines, non ſaris aſſequatur; habet tamen perſuaſum fieri numquam poſſe, ut naturalis quicumque ageus ipſe te revocet ad vitam, ſolem currentem virtute ſua remoretur, procellas compeſcat. Quando enim cetera omnia ſpirituum ignorarem, hæc tamen facultatem eorum ſuperare plane non dubito; ut enim corpora materiam ſubigant, ut rerum non leves mutationes inducant, tempore opus & apparatu; certæ motus leges obſervandæ, eaque omnia negligere ſolius eſt agentis ſummi, cui prodigia dicto citius obiequuntur. Duo hæc ſedulo diſtinguenda ſunt: Rudiores æque ac litterati viri leges naturæ omnes non callent; Simplices pariter ac doctirem aliquam naturæ vires tranſcendere plane ignorare non poſſunt. Quid ego non vellem, novi equidem, quouſque tuppeditare queant, ignoro; non enim ſum adeo hebes craſſuſque, quin noverim ſagittam, valido excuſſam nervo, numquam poſſe me currendo pertingere; quamquam quid valeam in curſu, numquam habuerim exploratum.

Eſt etiam, cum de prodigiis agitur, inter varios hominum gradus ſedulo diſtinguendum. Vir enim a Religione Chriſtiana alienus, propoſitæ ſibi doctrinæ, quam prodigia confirmant, acquieſcere tunc cogitur, ſi nihil ſit in doctrina lumini naturæ repugnans, & in prodigiis fictum ac ſuſpiciouſum offenderit. Cui ſi forte jam credenti, ſeeundus alius miraculorum patrator ſupervenient, priorem illam doctrinam nova altera & oppoſita convellat, judicium ille ſuſpendens, in examen utramque revocabit. Hæc Paganus; Chriſtianus vero, jam inſtructus, ſi forte prodigia parrantes duos inter ſe oppoſitos offenderit, ſedulo conſert 1. uter ab Eccleſia probetur; 2. uter majoribus ſignis commendetur; 3. uter ſaniora & ſinceriora præferat; ſtatimque eo rejecto, cui Eccleſia & Jeſu Chriſti doctrina repugnat, alteri ſibi adhærendum judicabit.

At enim

At enim ratiocinationis quodam circulo ea in re utimur. Dum enim certa aliqua nota veris fictæque prodigiis diſtinguendis exigitur, ſtatim ea eſſe ſincera ſtatuimus, quæ veram ſinceramque doctrinam confirmant. Si quis autem momenta queſierit veræ doctrinæ inter duos illos Religionum oppoſitarum aſſertores, ſtatim miracula proponuntur, quorum indicio alter alteri præferendus ſit; ſi vero ſignis claruerit uterque, Eccleſiæ judicio ſtandum eſt; & ſi viciſſim inter duas oppoſitas Eccleſias ambigamus, facto iterum ad prodigia recurſu, ea dicitur præferenda, quam doctrina & prodigia commendant. In circulus.

Verum hiſce reponimus, totius noſtræ ratiocinationis fundamentum in eo poſitum eſſe, quod Deus, ſumma illa & inconcuſſa veritas, neque fallere unquam, neque deceptores & mendacia, prodigiorum ſuorum auctoritate confirmare, ſicut neque promiſſam ſemel Eccleſiæ ſuæ infallibilitatem negare vel ſemel poteſt. His certo poſitis, quippe quæ in ipſa Divinæ naturæ idea continentur, illud ſtatim recta conſecutione deducitur, inter varia & oppoſita prodigia ſive ad examen doctrinæ, ſive ad Eccleſiæ auctoritatem recurrendum eſſe, cum vel Deus fallere unquam non poſſit; vel Eccleſiæ judicium aliter habendum non ſit, quam S. Spiritus judicantis oraculum. Eccleſia igitur promiſſionibus Jeſu Chriſti unice nititur, unde & prodigia patitur & doctrina probantur; ex quo neceſſe quidam & catena argumentorum ſibi innexorum, & invicti roboris deducitur.

Magos, Pſeudo-Prophetas, Antichriſtum miris quibuſdam & in ſpeciem prodigiis Jeſu Chriſti & Apoſtolorum referentibus ſignis clarere poſſe, nullus dubito; Magos vero, alioique ſimilis farinæ, tantam miraculorum frequentiam, longa ſerie continuatam, totque circumſtantiis diſtinctam jactaſſe unquam, non credimus. Fruſtra apud illos parem quæras in prodigiis authoritatem, & celeritatem; fruſtra patrandorum miraculorum prædictiones. An illi cœpta prodigia pro arbitrio abruperunt unquam? an ſigna in adjumentum doctrinæ, Divinitus datæ, atque veritatis, ad everſionem idololatriæ, ſuperſtitionis, mendacii, ad gloriam Dei promovendam vocarunt?

Numinum Paganorum miracula veris Jeſu Chriſti prodigiis olim Celſus opponebat (1); cui reponens Origenes, quid inter Chriſti moralem ſolidamque doctrinam, & impias atque abſurdas Numinum ſuperſtitiones interſit, plane deſpingit. Quis, inquit, morum correctionem præſtigiis accepto retulerit? Cui bono prodigia ſua Dæmon, moribus hominum corrigendis, impendiſſet? Arnobius Paganos provocat, ut paria Deorum prodigia proferant, qualia a Jeſu Chriſto, ſolo prolato verbo, vel nutu patrata conſtanti fama ferebantur. Longa atque perenni miraculorum ſerie ne mortales fallantur unquam, Divina Providentia intercedet; quæ quidem de morralibus bonæ fidei maxime valent, non de illis, quibus veritatis contemptus & errandi ſtudioſa voluntas tenebras offundunt.

Magi Pharaonis virgas quidem in angues transmutarunt, quod ſane prodigii ſpeciem aliquam præferebat; ſed ſtatim Deus immiſſa in angues Moſaica virga & vorari illos, & fraudem indicari voluit. Cum vero Moſaicum prodigium æmulaturi Magi illi ſciniphes educere conarentur, re fruſtra tentata, tandem Divina virtute valere Moyſen profeſſi ſunt. Quid quod ulcerum plaga in Ægyptios ſæviens, nec Magis pepercit? Quod nihil illi incommodi Iſraelitis inferre unquam valuerunt, qui etiam inter tot mala, per Ægyptum graſſantia, alta ſemper pace fruebantur?

Conferat plane, ſi quis velit, Jeſu Chriſti, Moyſis, & Apoſtolorum, cum prodigiis Magorum Pharaonis, Apollonii Thyanei, & Numinum Paganorum; immane quantum diſcrepent inter ſe illa omnia intelliget. Factum ne unquam a Dæmone legimus, ut amnium curſum ſuſpenderet, pelagum diffinderet, amaricantes corrigeret aquas, potabileſque educeret e ſilice, futura e plurium cauſarum concurſu pendentia diu antea prædiceret, defunctos, poſt plures ſepulturæ dies revocaret ad vitam? An de Magis vulgatum eſt unquam, quod ſtratis in undis graderentur, cæcos illuminarent, gibbos, mutoſque a primis crepundiis ſolo nutu reſtituerent? Ea vero, quæcumque fuerint, Magorum atque Idolorum prodigia quis retulit? Integra ne fide viri, coævi, teſtes oculati, qui earum rerum veritatem ſanguine & vita teſtati ſuut?

Tota Dæmonis vis in obſidendis divexandisque corporibus, morbis incutiendis, probis viris tentandis impenditur. Chriſto videndum ſe præbuit, quo ſcilicet ab illo impudente & ineauto cultum extorqueret. Poteſtatem ſuam ad modum tantummodo injuriamque inferendam habet expeditam; numquam non mendacii, ſuperſtitionis, & impietatis patrem ſe probans. Sermones cum Eva miſcet; cui bono, niſi ut dictis illa Dei pervicacius obſiſtat? Vim omnem ſuam in Jobum exerit; quo ſcilicet de firmiſſima patientiæ arce in barathrum deſperationis miſerum detorbet. In impietatem tandem atque calamitatem redigendis hominibus, potentiæ ſuæ nervos omnes Dæmon ejuique miniſtri intendunt.

Angeli citatque tenebrarum pro libito in Angelos ſeſe lucis transforment; Beelzebub malis depellendis ſpiritibus interdum laboret; Pſeudo-prophetæ ſub doloſis prodigiorum muſcipulis vel efectis ipſis moliantur inſidias; ſemper tamen veritatis a mendacio diſcernendæ ratio erit exploranda: geſta ipſa filiorum mundi & tenebrarum, dogmata, doctrina, fides facem præferent, ne errare contingat. Rudiores quique ex Fidelibus, judicio atque ſanctionibus Eccleſiæ, ut par eſt, inhærentes, a fictorum prodigiorum dolis imnime ſibi timebunt. Eccleſiæ eſt enim de miſſione atque bonorum malorumque Apoſtolorum meritis judicium. Chimæram damnat? prodigiis licet ſupra fidem coruſcanti, Cœli alter parenti, anathema continuo dicimus. Miracula doctrinam, & doctrinam miracula fulcit; mutuo illa ſibi juncta atque compacta in unum coaleſcunt. Quare populo judicium, quemadmodum de doctrina, ita de prodigiis interdicitur; utrumque enim amplexa eorum fides, & doctrinæ, quam miracula fulciunt, & miraculis, quibus ſubnexa doctrina, cæco illos obſequio colla ſubmittere jubet. Deductum a miraculis, Eccleſiæ judicium probatis, argumentum, ſitmum ſemper qua rodioribus, qua doctis Fidelibus ratumque manet; utrique enim in prodigiis Divinæ potentiæ, atque authoritatis Eccleſiæ, miracula probantis, non obſcurum characterem agnoſcimus, atque ſuſpicimus.

Veri itaque miraculi characteres ſunt. 1. Vires agentis omnes naturales notas (2), ignoratſque excedat. 2. ad Deum & Jeſum Chriſtum dirigat. 3. ne quid in veram doctrinam, pietatem, & Eccleſiam, labis admittat. Rectam hanc miraculorum ideam habuiſſe Phariſæi, Jeſu Chriſti ætate, videntur; ex qua ſcilicet illi argumentum in eumdem Jeſum Chriſtum prætendentes, omnes ab illo & doctrinæ & morum characteres abeſſe contendebant. Legem illi ea occaſione proferentes in medium, cantum Judæis dicebant, ne prodigiorum fulgore perſtricti, doctrinam contra Legem aliquam ſubrepere paterentur; omnia quin potius Sacerdotum judicio, de Prophetis decernentium, fore reſervanda. Singula autem hæc in Chriſtum urgebant; cum Legis prævaricatorem, damnatam jam Sacerdotum judicio doctrinam ſpargentem arguebant. Quid igitur Jeſu Chriſto abſolvendo apud populum ſuperetur? Quis e populo jure meritoque ab ejus conſuetudine non ſe continuiſſet? Nec tamen Jeſus immunes a culpa Judæos, doctrinam ſuam non recipientes, pronunciat: ait enim: *Si opera non feciſſem in eis*,

(1) *Orig. con. Celſ. lib. 1. circa fin. l. 2. pag. 89. &c. & l. 3. pag. 126. &c.*

(2) *Vide Penſees de Paſcal, artic. des Miracles.*

eit, qua nemo alius fecit, peccatum non haberent (1). Erat igitur cur ex miraculis doctrinæ argumentum caperent; nec Judæi immunes erant a culpa, si tanta miraculorum gloria coruscantem Christum non agnoscerent. Recta plane Nicodemus philosophatus est, illis ad Christum verbis (*): *Scimus quod a Deo venisti Magister; nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis; nisi fuerit Deus cum eo.*

Nec plane aliud quærendum est nobis argumentum, ut aliquis a Deo missus demonstretur, si certis miraculorum signis claruerit; ipsis enim impressis a Deo & veritate characteribus distinguitur adeo, ut quamvis suspectam doctrinam serere videatur, (quam de Christo suspicionem facile Nicodemus admittere poterat, quippe qui Pharisæorum traditiones credebatur evertere) omnes tamen dubitationum tenebras, nitens miraculorum fulgor depellit; neque enim Deus in errorem unquam inducere credendus est. Induxisse autem in errorem oporteret, si corruptæ doctrinæ dissemination obrigia servirent; nisi tamen ea esset doctrina, quæ ipsa se falsitatis apertissime argueret; vel saltem ab alio, clarioribus patratis prodigiis, non argueretur. Quid enim alioqui in Ecclesia constaret? Si nimirum Ariani, Scripturas prætendentes, dogmatum suorum stipendiaria haberent prodigia; eaque usu fissim prodigia nulla fuissent apud Catholicos, isdem alioqui Scripturis inhærentes; tum sane prodigiis inspectis ad pravam Arianorum doctrinam vel invisi perstraheremur. Hanc igitur invidiam, deducendi scilicet in errorem mortales, subiisset Deus (quod plane ab illo, sanctitatis & justitiæ norma, alienum est) si id unquam committeret, ut in ancipiti atque obscura quæstione miracula in deteriorem partem judicii lancem inclinarent. Si vero utrimque miracula pugnent; tunc ad regulas supra a nobis præscriptas foret recurrendum; nempe ad examen doctrinæ, ad miraculorum characterem; spectandi mores illius, qui prodigiis claret: consulenda Ecclesiæ authoritas, & preces in primis adhibendæ, ut ab omni præsumptione, atque immodico votorum æstu libera mens, errorem facile a veritate discernat.

Singulare etiam aliquid in hoc argumento observat Tertullianus (2). Deductum a prodigiis argumentum, ait, extenuasse Dei Filius visus est, eum illam veritatis dotem etiam mendacio, & Pseudo-Prophetis communem fieri permiserit; *Temerarium signorum fidem offendit, ut etiam apud Pseudo-Christos facillimorum.* Quæ cum ita sint, addit Tertullianus, undenam Christus authoritatem prodigio vindicat, ejusque recipiendum præcipit testimonium, ab eodem interim privilegio patrata a Pseudo-Prophetis miracula excludens? undenam, inquam, nisi quod cum primus ipse veniffet, verique miraculi characteres omnes explicasset, ipse sibi fidem conciliavit, atque sibi eordium dominum asseruit? Quemadmodum, enim primus a balneo ingrediens, vacuum tenens sedem, occlusis foribus, locum occupare solus; ita pariter Jesus Christus *fidem occupavit, posterit quibusque præripuit*; puta venturos Pseudo-Christos prædicendo, atque depingendo, fidem illis omnem abrogavit.

Donatistis Pontii cujusdam miraculum jactitantibus, factamque divinius vocem Donato, dum preces funderet, narrantibus, S. Augustinus hæc exponit (3); 1. hæreticos fœmetipsos decepisse, fabellis fidem addicentes; quibus sin minus ipsi crederent, illud saltem commisisse, ut nos eadem imponendo deciperent. 2. Esto, ait, miraculata penes Donatistas fuerint; charitas tamen hæreticis deest, sine qua fides vel ipsos mortes transferens, nihil est. Charitas autem nulla est, ubi unitas scinditur. 3. *Contra ipsos mirabiliores tantum me fecit Deus meus, dicent: In novissimis diebus exurgent Pseudo-Prophetæ, facientes signa, & portenta, ut in errorem inducant, si fieri potest, etiam electos.* Miles, qui castra deseruit, rudioribus agricolis terrorem potest indueere: qui vero agere fidentius volunt, obtervant diligenter, num castra & socios miles ille lequatur, num militari ille privilegio fruatur adhuc. Si enim a reliquo militum ordine exorbitare avullus, nihil sibi de sociis promittere possit, minas in easdem intorquet. Eamdem comparationem in medium adducit alibi etiam Augustinus (4), eum Magorum, & Sanctorum miracula ex fine ab utrisque inieuto, & patrandorum miraculorum authoritate distinguit. Magi enim gloriam sibi, Sancti vero Deo tantummodo procurant; illi certa quadam angustis limitibus præscripta virtute utuntur; Sanctis vero publica collata facultas ex Cæli terræque Domino derivata conceditur.

Latius hucusque de veris, falsisque prodigiis deducta in summam redigentes, asserimus, 1. Patrandorum miraculorum authoritatem penes Deum unice manere; quippe qui contra præscriptas, atque vulgares naturæ regulas manum suam, qua euncta dirigit, pro arbitrio retrahere unus possit. 2. Hominibus, Angelis, malisque spiritibus idem aliquando permitti, Deo ita disponente, ut creaturis suis justitiæ ac misericordiæ lux ministris utatur. 3. Spiritus a corpore liberos, in corpora naturaliter agere posse. 4. Prodigia illa de Magis Pharaonis relata, mera Dæmonis præstigia reputanda. 5. Veris miraculis authoritatem externam conciliari tum a populo, tum a doctrina, moribusque illius oui referuntur acceptæ, ac tandem ab Ecclesiæ approbantis authoritate.

(1) *Jo: 15. 24.* (*) *Jo. 3. 2.* (2) *Contra Marcion. l. 3. 3) In Joann. tract. 13°.*

(4) *Lib. 83. qq. q. 79. art. 4. Item. serm. 90. & Chrysost. in Matth. 7. 22. & alios PP. in eundem locum.*

DISSERTATIO

DE TRANSFRETATIONE ERYTHRÆI
Per Hebræos.

INter ea quæ in Sacris Scripturis referuntur prodigia, plura sunt, quorum magnum adeo ad Religionem momentum est, ut illis a licentioribus cavillis, falsis imperitorum hypothesibus, vanisque ratiocinationibus incredulorum liberandis, numquam satis laborarentur. In horum plane censum trajectus maris Rubri habendus est; cujus Scriptores Saeri memoriam non semel Hebræis refricandam censuerunt; quippe quod pro veritate Religionis, atque potentiæ Numinis monumentum esset inconcussum. Nullum sane lapidem non movit Spiritus mendacii, ut omni ætate tenebras apertissimæ luci offunderet; sive insinuans, ut miracuii vis ad naturæ leges reducta, ab impiis eluderetur; sive fabellis aliquibus anilibus veritati admixtis, eo superstitioso quidam adducerentur, ut ipsie Religionis prodigii authoritatem & veritatem imminuerent. Utrique plane veritati opponuntur; quæ scilicet veritas ingenuo nitore contenta a fucis omnibus abhorret, tenebrasque depellit. Nos igitur, nudam prodigii veritatem aperiemus, dicta in adversum omnia simul refutare conati.

Trans-

Transfretati Erythræi memoria non apud Hebræos Sacrosque eorum Libros tantum, sed apud prophanos quoque, ipsoque Pupuli adversarios mansit. Diodorus Siculus (1) de Ichtyophagis circa extremam occidentalemque oram Maris Rubri incolentibus, refert receptum apud illos ferri, pelagum immodici cujusdam æstus impetu in duas partes diseissum, imum fundum arentem herbisque vestitum exhibuisse; refluentes tandem aquas hiatum æquasse; quæ scilicet aliud, quam in Hebræorum transitu prodigium, spectare vix credimus. Sacerdotum Heliopolis in Ægypto ea de re traditio ad Mosaicam narrationem prorius accedit (2). Moyses, ait Trogus, pulsis ex Ægypto Hebræis Ducem se præbens, ejus Regionis Idola una secum abstulit; *quos reputantes armis Ægyptii, donum redire tempestatibus compulsa sunt* (3): quin potius improviso maris refluxu omnes una cum Rege oppressos, ex S. Historiæ testimonio diximus.

Inter eos, qui de prodigii hujus fide minus aliquantu meriti sunt, Josephus haberi inter primos potest; postquam enim divisum pelagum vix elata Moysis virga, simulque incolumem trajeciste populum, duce itineris Moyle, periisse vero recurrentibus aquis Ægyptios narravit, addit deinde (4): *Hæc ego, ne in Sacris eedisibus inveni, ita singula conscripsi. Nemo autem mirari debet tamquam incredibilia, si scripseris hominibus, ad mitistam etiam tum rudibus, de simulate periclitantibus, via per mare potuit, sive Dei voluntate, sive naturæ sponte; quandoquidem heri, & nudiustertius, Alexandri ducu, Macedonibus Pamphilium mare cesserit; id quod omnes testantur, qui res gestas illius Regis scripto prodiderunt.* Hactenus Josephus, qui ad eam de transitu Erythræi historiam perinde esse confuit, sive quis Divinæ Providentiæ consilio, sive naturæ sponte contigisse crediderit. Hoc autem in Historico, veritatis, & religioni unice studente, indignissimum esse quis neget?

Quæ vero ille de transitu Alexandri per mare Pamphylium narrat, aliter prorsus contigisse ex Strabone intelligimus (5). Narrat enim Regem illum Pamphyliæ oras intempestivo tempore tenentem, cum arduum per montes transitum offendisset, secundum regionis latera, captata æstus maris opportunitate, exercitum deduxisse; quamquam, inquit, milites per aquam ad pectus usque iter habere integra die cogerentur. Eandem rem paulo aliter apud Curtium relatam legimus (6). Cum, inquit, Alexander e Phaselide movisset, partem exercitus per montes ad Urbem Pergen penetrare, breviori quidem, sed difficillimo itinere justit: reliquam vero copiarum partem ipse secundum litus ducere per viam, si quando auster flaret impervium, constituit. Illud autem commodi accidit, quod, averso vento insperato quiescente, secundior aler succederet, non sine Numinum consilio, facile iter Macedonibus parantium.

Porro longe aliud est, partem exercitus, qui plane universus 50000. virorum non excederet, secundum maris litus, captata fluentis pelagi, flaminis secundi, fluctuum & aquarum refluentium impetum remorantis opportunitate, per viam plane pacatam plena die deducere, quod ab Alexandro factum legimus; aliud autem per dissectum pelagi sinum coram ipsis hostibus a tergo instantibus, noctisque terrorem augentibus ultra 1000000. hominum traducere, quibus & impedimenta universi populi alio migrantis cum familia universa & gregibus, adjicienda sunt; quod de Moysi in Sacra Historia refertur.

Inter Veteres nonnulli apud Gregorium Turonensem (7), S. Thomas (8), Tostatus (9), Paulus Burgensis (10), Genebrardus (11), Grotius (12), Vatablus (13) Abenezra, alique ex Rabbinis apud Fagium, in ea fuerunt opinione, Hebræos non quidem in adversam maris ripam evasisse; sed deserpto veluti in alveo semicirculo, ad superiora ejusdem litoris contendisse. Prodigium illi quidem non negant, nec in aliam a communi sententia deduci se passi sunt, nisi difficultatibus evitandis, quas vulgari opinioni plures apponunt.

Primo enim notant, Hebræos vix pelago egressos Deserta Etham, unde præcedenti die moverant, excepisse a iis vero tridui itinere transgressis, Maram venerunt (14). Porro Desertum illud secundum latus occidentale Erythrei prorenium numquam decurrere potuissent Hebræi, nisi citra Erythræum se continentes, ad superiora tantum ejusdem litoris contendissent.

Verum urbis Etham certo situ designato, difficultas tota dissolvitur. Eam igitur Urbem, (*Buchum* ipse appellat, quemadmodum & Septuaginta Buthan) Herodotus in Asia (15) constituit, ad locum scilicet ubi montes Arabiæ facto divortio vastam ad latera Ægypti planitiem mediam excipiunt. Fuit proinde Etham urbs Arabiæ ad extremam maris Rubri oram, viæ inter Rameſſe & Sinai adjacens. Eo Moyses cum venisset, nihil sibi a Pharaone imminere prævidens, iter suum prosequi cogitabat, cum subito viam relegere *Phihahiroth* contendere a Deo justus est. Ibi transfretato cum exercitu Erythræo, in desertam Arabiæ, quod 7. vel 8. leucis infra Etham jacens repetebat ex Urbe nomen, evasit. Nec sane novum videri debet, si in regione deserta, ubi Urbes raræ, loca inculta & squallentia, nomina ex Urbibus ibidem sitis derivarentur. Quare Israelitas litus tantum rasisse, seque in latere occidentali Erythræi continuisse fateri non cogimur, cum Desertum Etham secundum orientalem plagam potius quam occidentalem protenderetur. Quid, quod e Phihahiroth, sive Beelsephon ad Sinai, transfretato Erythræo, via ultra 10. leucas expeditior erat, quam si per extremam freti oram exercitus circumduceretur.

Addunt insuper ad eam, quam oppugnamus, sententiam afferendam, Israelitas ex alveo reductos cadaveribus a fluctibus rejectis disseminatum litus spectasse; quod nonnisi in latere Ægypto proximo stantibus pronum fuisset, fluctibus semper ad propinquum litus cadavera rejicientibus. Sed utri propinquiores litori demersi fuerint Ægyptii quis facile divinaverit? At, inquiunt, in caput Ægyptiorum recentes aquæ, atque inter ipsos & Israelitas iter includentes, tuo delatæ cursu in adversam ab Israelitis ripam (si Israelitæ mare fuisset transgressi) cadavera protrusissent.

Verum hanc illorum objectionem Moyses antea occupavit, prodens (16): *Cum extendisset Moyses manum contra mare, reversum est primo diluculo ad priorem locum, fugientibus Ægyptiis occurrerunt aquæ.* Recentibus igitur super Ægyptios aquis, atque e latere Ægyptum versus primum refluere incipientibus, demersa virorum cadavera ante ipsos Hebræos projicienda potius, quam in adversum ipsis litus excutienda fuerant.

Hæc igitur sententia, quæ Erythræum transfretasse Hebræos negat, nullo satis firmo innixa fundamento, ideo potissimum obtinuit, quod desertum Etham ad occidentem ejusdem freti male constituerentur. Ceterum vetustissimis Hebræorum Josepho, Philoni aliisque, quemadmodum & omnibus veteribus Ecclesiæ Patribus, non alia sedit opinio, quam quæ Hebræos per medium fretum in adversum litus deducit.

Iidem Rabbini, quibus Patrum nonnulli, uti Origenes, Eusebius, & S. Epiphanius (17) suffragantur, & Recentiores quidam, ut Tostatus, & Genebrardus (18) non diffentiunt, duodecim in mari vias pro numero Tribuum patuisse ex illo Psalmi conjiciunt: *Qui divisit mare rubrum in divisiones* (19). Verum hæc commode de bifida aquarum divisione explican-

(1) *Bibl. l. 3. c. 3.* (2) *Artapan. apud Euſ. Prap. l. 4. c. 27* (3) *Juſt. l. 36.* (4) *Antiq. l. 2. c. ult.* (5) *Strab. l. 14.* (6) *Expedit. Alexand. lib. 1.* (7) *Hiſt. l. 1. c. 10.* (8) *In 1. Cor. cap. 1.* (9) *In Exod. 14. quæſt. 19.* (10) *In Exod. 14.* (11) *In Chron. ad an. 2239.* (12) *In Exod. 15. 19.* (13) *In Exod. 14.* (14) *Num. 33. 8. transierunt per medium maris in ſolitudinem, & ambulaverunt tribus diebus per deſertum Etham.* (15) *lib. 2. c. 75.* (16) *Exod. 14 27.* (17) *Orig. hom. 5. in Exod. Euſeb. in Pſal. 135. Epiphan. hær. 64.* (18) *Toſt. in Exod. Geneb. in Pſ. 135.* (19) *Pſ. 135 13.*

plicantur, quemadmodum & S. Hieronymo, Theodoreto, Euthymio ac plerique Recentiorum visum est (1). Porro hi omnes Patres atque Interpretes hanc in duodecim vias Rabbinicam divisionem appellant. Abraham divinas victimas altari impositurat, cum subito ignis de Cœlo lapsus *transiit inter divisiones illas* (2). Quid inde? an ne plures inter eas victimas divisiones statuimus? His omnibus silentium Moysis addidisse juvat, qui sane hanc circumstantiam posteritati commendasset.

R. Samuel (3) in ea fuit opinione, aquas fecisse tranieuntibus Hebræis subsistatas solidum obsequium præbuisse; in quam rem Pseudo-Tertullianus continens cecinit:

Calcavit fluctus, hostes demersit in undis.

Sed hæc narrationi Mosaycæ plane opposita seriam nullam refutationem merentur.

Fatemur quidem in Judith 5. 12. nescio quid de aquis in murum utrimque solidatis legi: *Ita ut aqua hinc inde quasi murus solidarentur*. Quod cum Versione Septuaginta contineat ad Exodi 15. 8. *Divisa est aqua, compacta sunt tamquam murus aquæ*; sive juxta antiquam interpretationem: *Coagulata sunt unda in medio mari*. Chaldæus legit: *In verbo oris tui sapienter congregata sunt aquæ; fluentus fluentes sicuti murus, coagulata sunt abyssi in corde maris*. Textus Originalis ad litteram reddi potest: *Coacervata sunt aquæ, fluentus sicut acervi fluenta, condensata*, seu coagulatæ *sunt* (4) *abyssi in corde maris*.

Erunt, qui eas phrases figurato & poetico sensu usurpatas contendant, ut re quidem nil significent aliud, quam quod aquæ utrimque veluti glacie concretæ subsisterint: sed nihil obstat quominus ad litteram sumantur; constat enim voces illas Hebræas pro lacte coagulato, & aqua glacie concreta utiurpari consueviſſe (5). Quare doctissimi Interpretes subtilitisse aquas, in glaciem concretas, ad utrumque Hebræorum pertransseuntium latus arbitrati sunt, quorum sane opinio plurimum ab altera de itinere Hebræorum super solidas subsistatasque pelagi undas discrepat. Sacerdotes Mempheos, referente Artapano (6), in transitu Hebræorum per Erythræum prodigium intercessisse negabant; quamquam, ajebant, rudi & imperito populo prodigio simile videretur pelagus pedestre iter habentibus pervius. Moyses itaque, dicebant, cum diutina ejusdem maris observatione certum fluentium, & refluentium aquarum articulum, & naturam explorasset, captata recedentium aquarum opportunitate, vadum transeuntibus ita monstravit, ut deinde eamdem viam tentantes Ægyptios aquæ refluentes demergerent.

Hæc Sacerdotum Ægyptiorum commenta vehementer quibuidam artificum, quibus omnis prodigiorum authoritas, utpote omni vulgari credulitate superioribus, gravissime accidit. Sæpe illi quidem ejus sententiæ patrocinium resumentes, quæ pro illa afferuntur rationum monumenta validius inculcarunt. Nostra etiam ætate non desunt, qui de prodigio quidem dubii, maturius rem totam examinari pollulant; quo tandem appareat, inquiunt, an Divino prodigio vel tantum solerti in observando maris æstu Moysis providentiæ tota ea res tribuatur.

D. Clericus, qui de hoc argumento disseruit (7), utramque sententiam, uti credimus, conciliaturus, eorum nempe, qui æstum a Moyse observatum, & eorum, qui prodigio Divino rem totam adscribunt; verum quidem prodigium ea occasione factum agnoscit. Sed quale illud? Deum scilicet opportunum iubitumque ventum excitasse, qui & æstum augeret, & imum maris fundum latius reclueret, simulque aquas, ne diffluerent, diutius contineret. Eo vento flante, facilis Hebræis in adversum litus trajectio parata est, quibus tamen in extremo maris Rubri angulo versantibus, brevior erat per fretum via decurrenda.

Verum si Textum Mosaicum paulo diligentius consideremus, atque cetera Scripturæ loca ejusdem argumenti conferantur, simulque systema illud de trajectione Erythræi, fluentium aquarum opportunitate captata, inspectetur; facile inde intelligemus, insigne in ea trajectione, si usquam alibi, prodigium contigisse, cujus veritati tota de æstu maris hypotheſis apertissime repugnat.

Vix in conspectum maris venerunt Hebræi, obsideri te hinc Pharaonis castris e regione locatis, inde vero inaccessis montibus saxisque præruptis, ac tandem quem in fronte habebant pelagum animadvertentes, deficere animis, atque omnem de salute spem abjicere cœperunt (*). Sublato proinde in Ducem murmure, atque Duce ipso ad Dominum confugiente (8), Deus, facta ipe promptæ liberationis, bono esse animo jussit; addens insuper, numquam exinde commissurum, ut in conspectum populi venirent Ægyptii, se enim cum illis pugnaturum, Hebræis interim quiescentibus.

Nec mora; jussu Dei elata a Moyse virga pelagus in duas partes divitus est, (9) stratisque hinc inde aquis, trajicientibus Israelitis via per alveum patuit: *Erat enim aqua quasi murus a dextra eorum, & lava*. Trajecit itaque populus, ait Moyses, per viam fluctibus, utrumque latus munientibus, septam, quod quidem ab illo semel, atque iterum in historia descriptum est, quasi de re magni momenti, olim in controversiam revocanda, egeretur. In Cantico vero, quod post illud memorabile factum cecinit, rem totam vividius depingit (10): *Steriti unda fluens, congregatæ sunt abyssi in medio mari*. Totam igitur Moysis historiam negemus, vel prodigium illud, nulli inter cetera Veteris Testamenti fecundum habeamus opottet.

Ceteri Sacri Scriptores, cum ea de re agendum esset, numquam nisi similes phrases usurpant, quemadmodum & in Textu Judith supra obiervavimus, & in Psalmis non raro occurrit: *Inserruptis mare, & perduxit eos, & stetuit aquas quasi in ure* (11). Alibi etiam canit, recessisse mare ante conspectum Dei (12); Deum sibi viam in pelago aperuisse, super aquas obambulasse, ne gradientis vestigia ulla superessent. Nec humiliori stilo utitur Isaias (13). *Ubi est, qui eduxit eos de mari, cum pastoribus gregis sui? Scidit aquas ante eos, ut faceret sibi nomen sempiternum? Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem*. Habaeuc ea de re obstupescens, ita loquitur (14). *Numquid in fluminibus iratus es Domine, vel in mari indignatio tua? ... Viderunt te & doluerunt montes, gurges aquarum transit, dedit abyssus vocem suam.... viam fecisti in mari equis tuis in luto aquarum multarum*. Heene, rogo, ideam ingruunt æstus obstevari, atque captatæ fluentium aquarum occasionis? At enim poetica funt hæc, & per exaggerationem dicta. Esto; vera sunt tamen, nec nisi exprimendæ Mosaicæ narrationi, quæ certe nec poetica est, nec mendicatis phrasibus expressa, conducunt. Porro hæc Moysis narratione nihil planius, nihil magis cohærens; nihil præsefert ad genium viri, populi iui decora efferentis, nihil ad exaggerationem expressum; ut ejus fluus historicum vera prodentem non obscure demonstret. Quando, rogo, epitheton ullum sive laudis, sive vituperationis adjecit unquam? quando augendæ, sive imminuendæ virorum, sive rerum, de quibus agit, ideæ aliquid subjicit? Author tandem Libri Sapientiæ contrariam de æstu maris captato sententiam penitus evertit, cum & in partes subito recessisse aquas, & utrinque stetisse perhibeat; non enim in æstu maris omnia momento peraguntur. Ait igitur Author (15) *Deduxit illos in via mira-*

(1) *Hier. in Ose.* 11. 12. *Theod. in Exod. quæst.* 2. & *in Es.* 135. *Euthym. in Ps.* 135. (2) *Gen.* 15. 10. (3) *Lib. de advent. Messiæ.* (4) *Ita Junius, Vistat. Vatab.* (5) *Job.* 20. 10. (6) *Apud Euſ. præp. l.* 4. *cap.* 17. (7) *In dissert. de transitu maris Lhmæi.* (*) *Exod.* 14. 10. 11. (8) *V.* 15. *Quid clamas ad me?* (9) *Exod.* 14. 16. *Eleva virgam tuam, & extende manum tuam super mare, & divide illud. Vide & V.* 22. (10) *Exod.* 15. 8. (11) *Psal.* 77. 13. (12) *Ps.* 113. 3. 5. *Mare vidit, & fugit &c.* (13) *Is.* 63. 11. (14) *Habacuc.* 3. 8. 15. (15) *Sapient.* 10. 17. 18.

mirabili, & transſtulit illos per mare Rubrum, & transvexit illos per aquam nimiam; ait inſuper: *Ex aqua, quæ ante erat, terra arida apparuit, & in mari Rubro via ſine impedimento, & campus germinans de profundo nimio* (1).

Hæ ſane phraſes ubique apud Authores Sacros conſtantes, cum eorum opinione, qui a trajectione maris Idumæi omne abeſſe prodigium volunt, prorſus non quadrant. Apertiora S. Spiritus ipſe per ſe prodit, vim totam prodigii nimis roborat, magique tandem noſtram ea de re admirationem extorquet, quam ut quicquam de prodigio ſuſpicemur. Quis enim ſibi in animum induxerit unquam, in noſtram deceptionem, atque fictum prodigium perſuadendum Scripturas omnes ita conſpiraſſe? Si vero prodigium fateamur oportet, quinam fieri poteſt, ut, levibus innixi conjecturis, ejus gloriam imminuamus? quis Deo plenam ejus rei gloriam; relatione Moſaica ad litteram accepta, inviderit?

Ejs vero hanc hypotheſim de æſtu maris obſervato contra prodigii veritatem funditus, ſi fieri unquam poſſit, everſamus. Neque in eam rem Erythræi æſtum omnem, quemadmodum a nonnullis factum eſt (2), negabimus; neque cum Diodoro Siculo (3) ejuſdem æſtus ſtatam ſingulis diebus periodum, tertia nempe, & nona hora, (ſcilicet nona matutina hora, & tertia poſt meridiem in æquinoctio) aſſeremus. Quæ ſi vera eſſent, porro æſtus opportunitatem, cum noctu fretum trajecerit, captare Moyſes non potuit. Ultro igitur fateamur, iidem, quibus maria cetera Oceano junctæ, Erythræum æſtibus agitari: quemadmodum & veterum Geographorum, atque Hiſtoricorum, tum & recentiorum Itinerantium conſenſu certum eſt; quare in examen revocandum ſupereſt; an fluentium aquarum opportunitate capta Moyſes exercitum trajecerit.

Intumeſcere ſenſim in æſtu pelagum, atque litori toto ſpatio ſex horarum minacem imminere neminem arbitror ignorare. Dein per quartam horæ partem quieſcit; averſoque deinde eurſu & detumeſcere ſenſim, & a litore recedere pari horarum ſpatio vel ipſis oculis cernitur. Huic, quem refluxum appellant, quies per quartam horæ partem ſuccedit; poſt quietem novus iterum fluxus & refluxus, ut ſingulis diebus, eodem ſemper tenore, quamquam non eodem temporis articulo (ſerius ſemper tribus horæ quadrantibus ac minutis quibuſdam) bis aquæ tumeſcant, detumeſcantque. Hæc de maris æſtu animadverſiſſe juvat.

Quod ad Erythræi æſtum ſpectat, qui rem ſedulo examinarunt, Viri eruditi produnt (4), ejus aquas eum maxime in æſtu refluunt, 250. vel 300. circiter paſſibus a litore recedere, ita ut imus fundus appareat; atque in extrema freti ora Suez verſus, deficiente ea occaſione aqua, naves in portu ſubſidunt, & peditibus vadari facilis eſt tractus, uti a pluribus, qui ea loca petierunt, factum legimus (5). Ceterum medius alvei ſinus, aquis vel maxime refluentibus, areſcit numquam, ut Julius Scaliger (6) obſervat. Ex quo, inquit idem Scaliger, vir oppido neque facilis neque credulus, colligimus ſacrarum Litterarum adverſarios captam a Moyſe æſtus occaſionem in trajectione ejuſdem freti per ſummam prorſus impudentiam aſſeruiſſe.

At enim Moyſes, ubi in anguſtum fretum agitur, ad portum Suez, transfretare potuit, ejus enim oræ alveus commodi amnis latitudinem non excedit (7). Diodorus Siculus (8) ad 17. ſtadia prorogat; Petrus della Valle (9) tantam eſſe inter duo litora intercapedinem aſſerit, quanta inter pilas Neapolitani portus & Puſillipum; Bellonio vero non amplior alveus, quam Sequanæ inter Harfleur, & Honfleur fluentis (10). Eja igitur, num captata æſtus occaſione hunc freti tractum tranſvadare exercitus Iſraelitarum unius noctis ſpatio potuerit, examinemus.

Ne quid autem pro contraria ſententia diſſimulaſſe videamur, adnotare operæ pretium fuerit, Hebræis iter ſuum circa vernum æquinoctium inſtituentibus, atque poſt triduum mare tranſvadantibus, æſtum maris ea tempeſtate maximum facile contigiſſe. Neque prætereundum, ex Ægypto die decimaquinta menſis primi egreſſis, facile nocturnum iter, luna micante, in medio freti alveo patuiſſe; ſi tamen menſes eo tempore ad lunæ normam dirigebantur. Quamquam, ſi Moyſi fides, columna lucis iter habentibus præeunte, fruſtra lunæ juvat exquiratur.

Pro univerſa freti hujus latitudine, qua maxime alveus cogitur, 300. tantummodo paſſus aſſignemus; neque tamen brevem hunc tractum tranſvadare exercitum potuiſſe credimus eo temporis ſpatio, quod inter fluentes, refluentesque undas intercedit. Neque hic mihi iterum commemorandum cenſeo, quantum adverſiorum illud de æſtu maris ſyſtema relationi Moſaicæ, ipſique planæ rationi repugnet, quæ quidem melius infra examinanda recurret. Animadvertendum potius diligenter, totum hunc 300. paſſuum tractum, quem in æſtu maris pervium iter habentibus conceſſimus, vix per quartam horæ partem vadum exhibere potuiſſe: ſex enim ſubſequentibus horis ſenſim aquæ ad litus ſuccedunt. Porro cum primo aquæ receſſerint, in ipſa arena iter habere arduum eſt, tunc maxime cum arena ſubſidens greſſum fallit, quod de alveo Erythræi, qua in extrema ora in arctum cogitur, Diodorus Siculus aſſeruiſſe videtur. Quare 200. vel ſi quis maluerit 250. paſſibus in maximo aquarum, receſſu pervios 6. vel 8. horarum ſpatio aſſignatis, nullum credo anguſtiorem tractum jure quis a nobis exegerit, ut eorum ſit rotundum calculum, argumentationibus omnibus, & immutationibus detractis, quæ in ea ſupputatione occurrunt frequentes, habeamus.

His ita conſtitutis, turba, ut minimum, 2000000. & facile etiam 4000000. hominum, adjectis impedimentis, gregibus, totaque gentis, alio migrantis, ſupellectili, divitiis omnes Ægypti juxta Scripturæ plaſſim aſſertantis; turba, inquam, hominum immenſa, quinam fieri poſſit credimus, ut ſex horarum ſpatio alveum 200. paſſibus, ut minimum, patentem tranſvaderit? Neque ſi tractus ille media ſui longitudine contraheretur, ac tempus, quo totum iter confici deberet, duplo prorogaretur, facile tanta hominum multitudo traduceretur.

Quo vero de Iſraelitarum numero juſtam concipimus ideam, illud animadvertiſſe operæ pretium duximus, in cenſu populi poſt exactum a trajectione Erythræi annum ad 603550. militum capita cenſita fuiſſe (11); quibus omnibus adjiciendi ſunt 22000. Levitarum unius menſis ætate majorum (12), ſœminæ omnes, pueri, ſenes grandævi, mancipia, & calonum immenſa turba, tum & Ægyptii cum Hebræis egreſſi (13). Conſtat autem, ipſa docente experientia, ſingulis virorum chiliadibus ſupra vigeſimum ætatis annum (quæ hominum ætas ferendis armis idonea habebatur (14), ſœminarum, puerorum, & ſenum duplo majorem turbam reſpondere; ex quo, calculo exacte deducto, 600000. viri ad arma idonei, 12000000. imbellium turbam inſerebant; quin & auctior multo is numerus reddebatur, tum ex polygamia, & connubiis, a quibus apud Hebræos nemo abſtinebat, cum ex Levitis, alienigenis, & mancipiis; ut facile quiſque per ſe inita ratione intelligere poſſit, annos 2000000. virorum recenſentes, exaggeratione aliqua uſi, populi numerum plus nimio provexerimus. Animum modo quis advertat, quam latum agri tractum exercitus 20000. vel 50000. ſeu 100000. virorum occupet, eamque deinde ideam ad exercitum vigeſies majorem transferat; ſuum quin etiam

(1) *Sap.* 19. 7. (2) *Genebr. Chron. ad an.* 2239. (3) *Diod. l.* 1. *c.* 3. *init.* (4) *Bernier lettre a M. de Chaumont Eveque d' Acqs & Moriz. Voyage du Mont Sinai lib.* 1. *cap.* 4. (5) *Thevenot Voyage du Levant ch.* 25. *pag.* 311. *reſtatur ſicco pede ſe extremam illam maris oram tranjeiſſe.* (6) *Apud Druſ. in Exod.* 15. 4. (7) *Vide Strab. lib.* 16. (8) *Diod. lib.* 3. *cap.* 3. (9) *Epiſt.* 11. (10) *Bellon. Obſer. lib.* 2. *c.* 58. (11) *Numer.* 1. 46. (12) *Numer.* 3. 39. (13) *Exod.* 12. 38. (14) *Exod.* 30. 14.

etiam locum gregibus, carris, & impedimentis assignet; tantum reputet festinationis, tumultus, & horroris, quantum subitus & inopinatus casus meticuloso, & assueto servituti populo ingesserat: tum demum sterne unquam potuerit recogitet, ut instabilis & arenosi soli 200. circiter passus tanta populi turba 6 vel 8 horarum spatio transeriri.

Hæc plane omnia contra opinionem de capta æstus maris occasione fusius deducta, iis etiam repugnant, qui non transfretasse quidem Moysen putant, sed litus tantummodo rasisse, ut ex inferiori loco ad superiora ejusdem plagæ contenderet. Porro tantum spatii ea temporis periodo, quæ inter fluentes refluentesque undas intercedit, confecisse populum crediderit nemo. Quare frustra ad rei fidem adstruendam æstus maris adducitur.

Quod autem penitus systema evertit, illud est, nimirum maris Erythræi æstum notiorem Israelitis, & Egyptiis fuisse, quam ut transitus, ea occasione capta a Moyse, prodigii loco à Judæis haberi potuisset. Neque Ægyptii commissent unquam, ut in alveum sese insinuantes, refluentibus aquis opprimendos se traderent. Poterant autem cum primum refluentes eosdem aquas animadvertisse (facile enim aquarum motus prope litus deprehenditur) ab imminenti periculo se subducere. Quid, quod juxta hanc hypothesim, Hebræis noctis silentio alveum subeuntibus, cum scilicet aquæ recessissent, Egyptii adversariis insistentes, nonnisi subeunte mane, aquis ferme redactis, in viam dare se debuissent? Quis, rogo, crediderit unquam, sive Ægypti Regem, sive alium quempiam ex Ducibus, vel militibus ad maris regionem suam abluentis æstum numquam animum advertisse? Isto autem ignoraverint; cum tamen absorptam jam exercitus partem animadvertissent, quid cereri morabantur, neque cauta secessione salutis suæ consulebant?

Adhæc, transfretandi Israelitis consilium pro data subito occasione, non præmeditato animo, acceptum fuit. Moyses enim exercitum ex Gessen ad montem Sinai deduxerat, per litus ad extremam oram Maris Rubri, & ad eum ferme montem deducens, viam plane tritam, iter facere statuerat. Hanc ipse viam tenuerat, cum ex Ægypto recessisset; hanc Aaron decurrit, cum regredienti fratri obviam ad montem Domini venit. Eo consilio ad Æthamusque, urbem in finibus Arabiæ, processerat; neque in animum induccre unquam poterat, Ægyptios, quibus urgentibus ad secessionem compulsi fuerant Israelitæ, & plura Hebræorum occasione mala subierant, recedentes illos reductum venturos. Deus tamen, cui consilia Pharaonis omnia exploratissima fuerant, flectere subito iter ad meridiem jussit, atque secundum maris litus Beelsephon, & Phihahirot versus procederent, ne indicata quidem viæ mutandæ ratione, præcepit. Vix autem Beelsephon venerunt, in locum nempe mondus ad latera, & Mari in fronte clausum, neque regrediendi ispiam, neque procedendi potestatem ullam sibi reliquam esse senserunt.

Quod vero Hebræis maxime fuerat ea occasione timendum, id illis inopinato contigit, populo nempe in angustiis clauso Pharaonem cum exercitu superventurum. Eo vix conspecto, subitus Israelitarum animos terror invasit (1). Pharao datam sibi occasionem & delendi populi, & relatis ex eo spoliis Ægyptios ditandi secum tacitus reputabat (2). Quis porro crediderit, in eas angustias populum consulto sese immisisse? Quis ducem ipsorum eo deduxisse exercitum sibi perfusarit, sponte nullaque inductum necessitate? eo, inquam, deduxisse, unde, nisi transvadato mari, evadere unquam potuisset? Si Pharao in turbatum subito populum copias immisisset, quid tota Moysis solertia valuisset, ejus consilia, captatæ scilicet æstus maris, traducendo populo, opportunitatis, valuissent? Nec sane spondere sibi quispiam potuisset futurum, ut Ægyptii ab armis se se ea sibi data occasione continuissent. Quid? Sub ipsum ne incuntis noctis momentum, ut suo nempe consilio faverent; recessuras aquas Moyses spondere potuit, Ægyptios vero tempus permissuros, sive ut noctis favore eastra moverent Hebræi, sive ut impune recederent, absque eo quod abeuntibus graves instarent? Si enim aliter res contigisset, in quas, rogo, angustias incaute Moysis consilia populum redegissent? Si audacter a Moyse factum id, & nonnisi cogente necessitate, contendamus, cui prosper eventus fortuito casu responderit; qua demum ille fronte sibi de totius rei successu spondere, atque populo suam ea de re fidem vadari ausus esset (3)? Pollicitus est enim Deum populo suo in Ægyptios suppetias laturum, decretaturum pro illis præsentissimis miraculis, quin & adjecit mox Ægyptios omnes ex eorum oculis in perpetuum fore subducendos. Porro quicumque historicum aliquod systema invehere, atque Sacrorum Scriptorum narrationem carpere audent, id saltem committere debent, ut juxta prudentiæ regulas egisse hominem solertissimum, atque gubernandi arte instructissimum demonstrent.

Neque hic demonstrare immoror, eam, quam huc usque refutavi opinionem, cum tota Moysis narratione pugnare. Vix enim crediderim fuisse, ut ejus assertores five Mosaicæ narrationi, five Veteum fidei ea in re deferre aliquid velint. Illi plane Mosaico præcepto, atque prodigiosæ virgæ auctui morigeras aquas, facto statim inter se divortio, patentem in alveo viam populo reliquisse negabunt. Sed in animum induxisse quis poterit, ingenuum hominem, & plane non rudem, qualem fuisse Moysen novimus, fabellam populo, veritatem non ignoranti, persuadere voluisse? An ne oculatis rei testibus prodigium Divinum ea occasione obtrudere potuisset unquam, vel ausus fuisset? Et si autem maris æstum ignorasse populum dixerimus; nonne postea secundum litus iter habentes, & rem totam poterant deprehendere, & Moysen malæ fidei hominem arguere; quippe qui naturalem eventum veluti prodigium ingessere voluisset? Quomodo etiam 200000. virorum in animum induxissent unquam, recedentium aquarum pigrum lentumque motum & subito & prompte jussu ac precibus viri contigisse? Hæc sane ex eo systemate sponte deducta absurda qui serio defenderc aggrediatur, neminem fore arbitror.

Post refutatas eas opiniones, quas relationi Mosaicæ contrarias censuimus, modo ad explicationem obviam, & litteralem textus Mosaici animum adjicere, atque Hebræos post mota a Rameste castra usque ad locum transfretationis deducere optimum factu credimus.

Gessen, populo sedes, regio erat inferioris Ægypti Bersabee inter & Thanim, uti ex itinere Jacob colligimus, qui Bersabee Urbe Palæstinæ relicta, in regionem Gessen venit, unde adventus sui nuntios ad Josephum, facile Tani inferioris Ægypti Metropoli, commorantem misit. Regi Ægypti parebat, cujus assensu Jacob, ejusque familiæ pro collatis a Josepho in Regnum officiis, sedes assignata est. Nomen *Gessen*, quod pluviam sonat, facile regioni collatum est, quod a mediterraneo non longe abesset; hæc enim loca pluviis interdum irrigantur: cum meridionaliores cetere Ægypti Urbes numquam imbribus madeant. Apud Septuaginta eo nomine regio quædam Arabica censeatur.

Rameses Urbs est Israelitarum laboribus five condita vel saltem novis accessionibus aucta (4): eo autem omnes Hebræorum copiæ ante secessionem ex Ægypto reductæ sunt. Porro Urbs illa cereris facile Urbibus regionis Gessen meridionalior fuerat; quamquam certus ejus situs, silentibus omnibus vetustis monumentis, ignoretur. Non longe tamen a Nilo constituram, cui præcipuæ ejusdem Regionis Urbes omnes proxime accedebant, facile credimus. Bidui igitur itinere illam ab Erythræo removemus.

E Rameste moventes Hebræi, regia via ex Ægypto inferiori ad Sinai deducente in *Socoth*, venerunt. Porro nomen illud *Socoth* Hebraice sonat tentoria; quare

(1) *Exod.* 4. 10. (2) *Exod.* 15. 19. & 14. 3. (3) *Exod.* 14. 13. 14. (4) *Exod.* 1. 11.

quare non longe constitutum locum censemus sub urbe *Stena Veteranorum* apud Geographos.

Socoth relicta, Etham ascenderunt *in extremis finibus solitudinis* (1), in extrema scilicet ora deserti, Arabiam Petream, & Ægyptum interjacentis, quam sane vastissimam esse solitudinem Geographi omnes conveniunt. Hanc Urbem ipsissimam esse *Bethsum* Herodoti (2) nullus dubito, ejus autem situm idem Historicus oculatus relatis descripsit, quippe qui exuviis alatorum anguium inspiciendis eo se contulerat. Septuaginta *Buthon* appellare consueverunt. Nos ade illa supra. Vicus est ad latus Arabiæ apud Diodorum Siculum, Antea nomine, facile cum Etham confundendus. Ibi autem castra habentibus Israelitis, Moyses iter relegere, atque Phihahirot tendere a Deo jussus est (3). Id vero eo consilio præceperat Deus, quod Pharaonem, ejusque clientes utile sibi Israelitarum contubernium sentientes, concesse illis abeundi veniæ pœnituerat; quare recedentes pestequi viribus omnibus constituerant. Nihil tamen ea de re Deus Moysi prodidit, cum fidei ipsius & Israelitarum omnium, sicut & obedientiæ specimen exhiberi sibi constituisset.

Ventum est igitur Phihahirôt, *qua est inter Magdalum, & Mare contra Beelsephon*. Castra tamen eo loci non Israelitas quidem, sed Pharaonem habuisse legimus (*): *Currus Pharaonis, & omnis exercitus erant in Phihahirot, contra Beelsephon*. Alium Israelitæ locum tenebant ad Beelsephon, contra Hirot, e regione Magdoli, sive Magdali, quemadmodum ex illo intelligimus (†): *Et Etham egressi venerunt contra Phihahirot, quæ respicit Beelsephon, & castrametati sunt Magdalum; profectique de Phihahirot transierunt per medium maro*. Quare Pharaonis castra ad Hirot, Israelitarum vero ad Beelsephon constituimus; quemadmodum & Migdol ad Septentrionem Hirot & Beelsephon collocamus: ut proinde Urbs Beelsephon hinc haberet mare ad orientem, Hirot ad occidentalem plagam, & Magdalum ad septentrionalem. Quibus ita constitutis, unius tantum ex istis locis certus situs quærendus est, ut aliorum colligamus.

Phihahirot, sive tantum Hirot, ut in Libro Numerorum, & apud Eusebium, & S. Hieronymum appellatur, situm haber varius diversorum conjecturis incertum. In Commentario nostro sententiam quorumdam adduximus, qui confundendam censent cum urbe Heroum, ad extremam oram sinus Arabici, apud veteres Geographos notissima: quemadmodum & aliorum sententiam laudavimus, qui ipsissimam esse censent cum *Phagroriopoli*, Metropoli regionis ejusdem nominis, & in eadem, ac superior urbs, plaga sita (4). Septuaginta vertunt: (5) *Et castrametati sunt ad os vici*; Syriacus *Ad ostia fossæ*; alii *Ad ostia faucium*. Hanc vectionem confirmant verba Pharaonis (6): *Coarctati sunt in terra, concluſit eos desertum*. Arabs vertit; *Porta Bebelab*, quod facile de Babylone Ægypti, five Magna Cairo dictum est; e regione etenim ejus Urbis vasta porrigitur via ad mare Rubrum. Ex pluribus autem Itinerariis constat, ab extrema maris ora usque ad eum locum nullam patere viam exercitui deducendo, ut proinde Israelitæ facile eo loci mare transisse credendi sint.

Magdalum, e cujus Urbis regione posita Judæorum castra memoramur, nomen est loci non longe a Phihahirot. Nomen illud Hebraice sonat, *turris*. Urbs Magdolum, five Magdalum in Ægypto celebratissima, sæpius in Sacra Scriptura memoratur; cum tamen inferioris Ægypti fuisse Urbem constet (6), aliam quæramus Urbem cognominem oportet, non longe ab Etythræe, & in extrema ejusdem maris ora ad meridiem sitam. In Itinerario Antonini urbs Magdolum 12. milliar. a Peluſio constituitur; sed nihil hæc ad nostram, quæ 7. vel 8. leucis ab Æ-

Differ. Calmet. Tom. I.

tham, ad meridiem ascendentibus occurrere debuerat. Facile turris erat, juxta ac nominis significatione denotatur, ut proinde nulla Urbis eo loci vestigia superſint.

Beelsephon sola Moysis relatione nota Urbs, nihil habet sive in Scriptura, sive apud Authores prophanos, quo de ejus situ quidquam innotescat. Grotius, Rabbinorum fidem sequutus, Idolum in finibus Ægypti tutandæ regionis gratia constitutum desingnari eo nomine censet. Addunt Hebræi eo loci Tasmannum, five Magicam quamdam imaginem confectam fuisse, canem ex ære conflatum referentem; hujus autem canis latratu, inquiunt, Israelitarum fuga prodita fuit. Sed quæ fides Hebræorum fabellis? Numen Beelsephon reddi potest, *Deus adstans, Deus vigilans, Deus Septentrionis, Deus Oraculi?* Porro *Beel, & Baal* nomina sunt æque Dis omnibus utriusque sexus communia; & *Zephon*, five *Zaphon* omnia illa, quæ jam innuimus, commode significant. Hinc Pharao nomen Jolepho imposuit ex *Zaphonat, & Pajanah* conflatum, ionans virum abdita quæque revelantem (7). Potuit igitur urbi Beelsephon oraculum ibidem constitutum nomen indidisse.

Plura fuisse in Ægypto Oracula Herodoti relatione discimus (8), uti Herculis; Apollinis, Minervæ, Dianæ, Martis, Jovis, ac potissimum Latonæ, Nomen autem Beelsephon plurimum ad Persephonem, five Proserpinam accedit; quam sane Deam sub Dianæ nomine ab Ægyptiis cultam quemadmodum & sub Isidis nomine Cererem, Herodotus testatur. Huic Ceteri Dianam filiam tribuebant, ut proinde facile hujus Dianæ, five Persephones oraculo urbs Beelsephon dedicari potuerit. Id examen nos conjecturæ loco dicimus, maturius rei examen aliis relinquentes. Nec est cur nomen Beel sive Baal fœminæ tributum, negotium in ea re lacessat, cum in Paganorum Theologia frequentissime nomen Dei omnibus æque Numinibus utriusque sexus, ac potissimum Lunæ, & Dianæ tribui consueverit. Quod ad nomen *Persephones* attinet, alterius est a Græca originis; quin & omnia ferme Deorum Græcorum nomina ex Ægypto derivari Herodotus animadvertit (9).

Sed quid hæc ad certum urbis Beelsephon situm investigandum? Urbs alia sita est ad Clysma apud Eusebium (9); in versione tua S. Hieronymus nomen Clysma omittit. Eam vocem in Textu Eusebii redundare autumat Bonfrerius, nec illam plane assentiuntur Operum S. Hieronymi recentiſſimi Editores. Cum tamen Græcis apud Antiquos tradita fuerit, Hebræos ad Clysma Erythræum transfretalle, certum ejusdem loci situm operæ pretium erit investigare. Eusebius ad Erythræum collocat, ubi vero potissimum, silet; S. Athanasius in Arabia (10), in plaga scilicet Erythræi occidentali, quam Vereres non raro Arabiæ nomine appellant, ut R. P. D. Bernardus Montfaucon ejusdem S. Doctoris mentem scite interpretatus demonstrat. Rubrum mare, ita describit Philostorgius *lib. 3. cap. 6. in duos sinus dividitur, quorum nous desinit in Clysma, unde & nomen sortitur. Altera vero pars in mare Elan. Ad Clysma Israelita suscepto aquas transiit*. S. Gregorio Turonensi Clysma urbs est ad eumdem locum, nempe ad extremam oram sinus Sucz (12). Cosmas Ægyptius Monachus, cujus Opera non ita pridem edita sunt, transfretasse Hebræos ad Clysma testatur, cujus rei fidem, ait, veiligia curruum & rotarum intra alveum longius excurrentia, quæ adhuc manent, apertissime confirmant; porro locus iste, addit, euntibus ad Sinai dexter occurrit (13). Exacte ille quidem, sed exactior in designanda plaga ejusdem maris ulteriori sive citeriori defiderare tur. In Tabulis Peuringeri ad litus occidentale Sinus illius pertinet; sed apud Ptolemæum, itinerarium Antonini,

D & opti-

(1) *Exod.* 13. 20. (2) *Herod. l. 2. c. 75.* (3) *Exod.* 14. 2. *Reuerſi castramentetur e regione Phihahirot.* (*) *Exod.* 14. 9. (†) *Num.* 33. 7. 8. (4) *Strab. l.* 17. (4) *Facile legerunt* Hirot, *Urbes*, *pro* hirot, *fossæ*. (5) *Exod.* 14. 3. (6) *Vide Jerem.* 44. 2. 14. *Ezec.* 29. 10. (7) *Gen.* 41. 45.

(8) *Herod. l. 2. cap.* 83. (9) *Herod. l. 2. cap.* 50. (10) *In locis.* (11) *Hist. Arian. ad Monach. c. 1. p.* 385. (12) *Greg. Tur. l. 5. cap.* 10. *in hujus flagni* (*seu brachii*) *capite Clysma civitas ædificata est.* (13) *Cosm. l. 5. pag.* 149. *Vide Prefat. in numb. 1. 5. §. 2.*

optimas Tabulas Geographicas, plagam occidentalem sinus Arabici inter *Suez & Crondel* tenet. Ipsissima esse creditur cum *Columna*, ex qua orae occidentali maris Rubri nomen inditum; quin & mare ipsum hodie *Bahar el Calsum* appellatur (1). Junior Thevenot Itiner. p. 2. c. 33. ad extremam oram borealis Erythraei sinus Clysma collocat; addit insuper se quindecim solidis diebus per litus ejus fieri iter habentem ad montem Sinai, numquam tamen ampliorem alvei finum, quam 8. vel 9. milliarium observasse, Monasterium S. Antonii hodie usque ad Clysma visitur. Transfretarunt igitur Hebraei una vel dimidia leuca infra extremam Erythraei oram, multo supra Tor ad vadum Crondel, quem locum alii Israelitis mare trajicientibus assignant (2).

Porro vita olim ad Clysma vestigia curvum & rotarum fragmenta Paulus Orosius, Gregorius Turonensis, & Cosmas Monachus supra laudatus testatur. Sua etiam aetate manssisse rotarum vestigia non in litore tantum, sed in imo quoque pelagi fundo, quantum oculus pertequi posset, scribit Otosius l. 1. c. 10. si quis autem, ait, sive curiositate aliqua, sive alia quacumque de causa arenam turbassit, vestigia tamen illa continuo ventis, fluctibusque reparabantur. Paria, certissimorum testium fide, Gregorius Turonensis refert (3). Quare eos fidem imperare res illa videatur, post tales tamen tantosque Scriptores ac testes, temere prorsus rejiceretur. Eam opinionem confirmat quod ex plurium oculatorum testium relatione compertum est (4), solum nimirum ejus orae facile corporibus quibuscumque crustam lapideam inducere, ut non rari occurrant arbores, cymbae, angues, fructus, cadavera, in lapidem rigescentia. An forte idem accidisse contigit ruderibus currum Pharaonis, quae scilicet in lapidem solidata utique ad quintum, & sextum saeculum rei gestae monumenta servare potuerint? Sed ad Israelitas regrediamur.

Vix illi, subeunte vespere, Beelsephon ad Erythraeum pervenerant, cum Pharaonis castra in conspectu posita ad Hirot, non conspex erunt tantum, sed etiam in praelium mane alterius diei parata exhorruerunt. Eo aspectu rigere subito horrore Hebraei, mox in murmur, & querelas contra Moysen conversi sunt. Nihil tamen ille his omnibus permotus, fidem suam obstrinxit futurum, ut quantocius a praesentissimo periculo liberarentur, simulque precibus intimo tantum, uti quidem credimus, mentis affectu Deo oblatis, Deum ipsum adtutum jubentem audivit, porrigere manum, atque per medium pelagi alveum, divisis utrimque aquis populum traduecre. Sub haec nubes, quae in fronte exercitus hucusque iter monstraverat, inter castra Aegyptiorum, & Israelitarum mediam se collocans, diem Israelitis, Aegyptiis vero noctem obscuram adeo reddebat, ut ab Hebraeorum exercitu Pharao prorsus abterreretur. Tum Moyses elata virga, factoque aquarum divortio patentem sane viam inter medium pelagum, aperuit. Quo vero iter per illam facile Hebraeis pararetur, validus a Deo immissus ventus imum maris fundum dicto citius siccavit. Ea occasione aquas utrinque veluti in glaciem concreviste ex pluribus Sacrorum Librorum phrasibus supra significavimus. In Libro Sapientiae legimus (5); *In mari Rubro via sine impedimento, & campus germinans in profundo, per quem omnis natio transivit..... Tamquam enim equi depavuerunt ofcam, & tamquam agni saltaverunt, magnificantes te Domine.*

Fatemur quidem, haec Sacrae Scripturae verba ad sensum allegoricum facile detorqueri potuisse, quasi scilicet illis exultantis ad prodigium populi gaudium explicaretur (6). Sed nullam interpretes metaphoram agnoscentes, subite quidem germinasse Divino prodigio in imo maris fundo herbas defendunt; alii (7) vero, pluribus Authoribus prophanis laudatis (8), demonstrant, Erythraei alveum, qua maxime ad litus accedit, herbis, & juncis virescere, unde pelago illi ab Hebraeis nomen inditum *mare Suph*, seu mare Juncorum: quin & apud Plinium imus ejus pelagi fundus virentibus arboribus, lauris, olivis fructibus onustis, tribus saltem cubitis proceris consitus est (9). Tandem Interpretum alii (10) volunt lapideam crustam arenae per eam occasionem inditam fuisse, quo Israelitarum gressus paterentur.

Sicca peregrinas suspenuere marmora plantas (11).

Quid? Eo pervenerunt alii, ut transisse viam Deum credideriint submotis arbustis, dejectis scopulis, atque foveis aequatis. Sed prodigia ne gratis coaeerventur, & cum unum hoc satis admirari homines; non possint, quid nova quaerantur in Scriptura prorsus incognita?

Castra deterentes Israelitas & pelagum subeuntes; nubes contequebatur, ut exercitu transfretante, & illa tandem transfretarit. Interim Aegyptii sub vigiliam matutinam circiter (12), trajeciste Hebraeos tunc primo sentientes, & ipsi confestim fugientibus instare, ne animadverso quidem itineris periculo, coeperunt. Vix aliquanto processerant, cum subito terrore affecti turbare ordines, & se invicem confundere. Tum Deus immissis in illos fulminibus, atque subitis fragoribus intonans horrendum, turbatus antea adeo periculi, ut mutuo se in fugam urgentes verba illa ingeminarent: *Fugiamus Israelem, Dominus enim pugnat pro eis contra nos.* Hujus fugae tumultus terrorem auxit, & desperationem, nihilque ad ultimas angustias redactis supererat, quam ut in adversam ripam evaderent. Sed fruftra illis; nam resolutae jam aquae, opplere primum viam, litus quo tendebant respicientem; deinde vero super eorum capita reeidentes, omnes oppresserunt. Haec Scriptura, quae diversam plane ideam ingerunt, ac recentiores quidam Critici ea de re obtrudant.

DISSERTATIO

De Poesi Veterum Hebraeorum.

EA, quae ad Poesim Librorum Sacrorum pertinent, inexplorata hucusque Scriptoribus, atque impervia fuisse variae diversorum hac una de re opiniones, quin & errores satis ostendunt. Omnium vetustissimi peritissimique Scriptores argumentum illud tractantes, occurrunt Josephus, Origenes, Eusebius, S. Hieronymus, viri oppido doctissimi, quorum authoritas plerosque fere subsequentes Scriptores in suam sententiam pertraxit. His ergo viris doctissimis authoribus, Moysis Canti-

(1) *Vide Golium in not. ad Alfarg. pag.* 144. (2) *Joan. de Barros apud Tarnicl. ad an. M.* 3544. *art.* 25. (3) *Lect. vit.* (4) *Albas Rousseau, Morison, Voyage leg.* 2. *capit.* 24. (5) *Sap.* 19. 7. (6) *Ita Hugo Card. Lyr. Dion. Carth. alii.* (7) *Leonar. Mar. hic art.* 67. (8) *Diodor. leg.* 3. *cap.* 3. (9) *Plin. leg.* 13. *cap.* 23. (10) *Phil. de vit. Mos. lib.* 2. (11) *Sedulius.* (12) *Nempe sub orum aurora, circa quartam horae matutinam.*

Cantica carmine exarata esse constat, & carmine heroico, uti Josephus non raro testatur (1). Paria apud Origenem, & Eusebium legas (2), quibus illud adjiciendum censuit Hieronymus (3), nimirum carminibus jambicis, alcaicis, & sapphicis, instar Pindaricorum, & Horatianorum, totum Psalterium digestum esse. Cantica vero, ait, Deuteronomii (4), & Isaiæ, quemadmodum & liber Job & Salomonis, hexametris, pentametrisque versibus instruuntur. Alibi tamen sentit Cantica Deuteronomii (5) jambis tetrametris adornari; quemadmodum & Pss. 118. & 144., trimetris vero constare Psalmos 110. & 111.; Sapphicis tandem aliisque earminibus trimetris Jeremiæ lamentationes. Tandem ea, quæ de libro Job alibi scripserat, iterum in præfatione ad eumdem librum reperens, sanctæ testatur, post illa verba, *Pereat dies in qua natus sum*; omnia hexametris, dactylis & spondeis constantibus, digeri, quamquam interdum, ait, *propter linguæ Idiema crebro recipiunt zales pedes, non eorumdem syllabarum, sed eorumdem temperum. Interdum quoque rythmus ipse dulcis & sinuosus fertur, numeris pedum solutis; quod Metrici magis, quam simplex Lector, intelligunt*. De libro etiam Psalmorum lyricis carminibus concinnato, instar Pindari, Alcæi, Horatii, Catulli, & Sereni, pluries testimonium repetit (6).

Sancti Viri eruditionem, quem velut Ecclesiæ Doctorem venerari par est, merito quidem omnes suspicimus; fateamur tamen oportet, plures esse Hebraicæ linguæ peritissimos viros, qui neque in Psalmis nostra ætate, neque in aliis Hebræorum poeticis scriptis quidquam subodorantur de metris & numeris, quales olim S. Hieronymus sibi comperisse visus est. Quare S. Doctoris studiosissimi viri, ejus in ea re mentem explicantes, contendunt, non illum quidem vera hexametra & pentametra carmina in libro Job deprehendisse, sed, inquiunt, *similitudinem quamdam horiorum versuum intelligere debet, & sic in ceteris nostrorum generibus*. (7)

Philo de Essenis agens, servata apud illos tradit veterum Poetarum sectæ ipsorum carmina, (nempe Authorum Sacrorum poetica scripta) hæc autem carmina, inquit, variis metris, & numeris constant; alia sunt enim (*) trimetra, in religiosis Templi visitationibus inter eundum canenda. Alia hymnos referunt; ante Aram in ipsis Sacrificiorum, & libationum oblationibus recitanda; alia tandem quietum exigunt, & immotum cantorem; alia choreis, & choris apta.

Scaliger nullam numeri legem in hisce veterum Hebræorum earminibus agnoscit: *Nam*, ait, *ut in Hebraice, Syriace, Arabice, & Abyssino idiomate ulla unquam species concipi possit, nemo effecere potest; quia id naturæ sermonis non patitur* (8). Addit autem de Psalterio, aliisque: *De Psalterio magis miror, cum neque in eo, neque in Threnis ullum Canticum sit metricis legibus adstrictum, sed more soluto oratio characterem poeticæ animatæ*.

Eadem Augustini Eugubino visa sunt: *Carmen Hebraicum*, ait, *non idem est, atque Græcorum, & Latinorum. Hebraicum nulla tempora, sed numerum dumtaxat observat*. Itaque neque heroicum carmen apud Hebræos extat, neque jambicum, aliaque genera; sed simile quiddam, quale Barbari diversis ritibus canunt. Hoc poscos genus maxime simplex, maxime ad naturam accedens, majestatis plus habet, & dignitatis, quam poesis eertis legibus veluti compedibus revincta, vix lensis, a Deo hominibus inspiratis, exprimendis apta; dum enim meri legibus servire Poetæ student, vix fieri poterit, quin aliquid de grandioribus sensis idesique detrahant.

Dissert. Calmet. Tom. I.

Sealigerum peritissimi Critici secuti sunt, uti Augustinus Eugubinus, Ludovicus Capella, Martinius, Samuel Bohlius, Vasmuth, Pfeiffericus &c. Addendus & Grotius (9), addendus, inquam, iis qui Poesim Hebræorum nec rythmicam, nec numeris adstrictam arbitrantur; neque ab ea recessuros Lectores nostros arbitramur, post lectam Disquisitionem D. Abbatis Fleury & nostram hanc Dissertationem. Est igitur nobis in præsentia res eum Authoribus illis, qui in Hebræorum poesi simile quid cum Græcis, sive Latinis, aliisque lingnis hodie obtinentibus, deprehendisse sibi visi sunt; eamque opinionem non ex aliorum authoritate, sed productis de suo argumentis sustinuerunt. Omittendos autem eos duximus, qui nihil se ea de re affecutos, vel asequi unquam posse scripserunt. Referendi tamen quibus novum aliquod in eo systema visum fuit proponendum.

Mercerus in cap. 3. Job ex aliorum relatione audiviste se tradit, Franciscum Vatablum veram methodum carminum libri Job, & Psalterii non invenisse tantum, sed etiam digestis regulis aliis perviam fecisse. Vatabli quidem eruditionem neminem arbitror ignorare; ac Mercerus spersare se dixit futurum tandem, ut eximii illius viri scripta de eodem argumento publicæ expectationi traderentur, sed ea de re actum est jam, nec spes tantum Vatabli scripta unquam videndi intereidit; ambigitur quin etiam num Vatablus vel scripserit unquam in idem argumentum, vel saltem absolutum aliquid reliquerit.

Theodorus Herbertus reperisse se tandem blandiebatur in Sacris libris carmina nostris simillima, metris nempe, & cæsuris, nonnullis, quas ipse præscribit, regulis abstricta. Ex his carminibus quædam, ait, occurrunt in Psl. 6. 2. & 8. 3. & 105. 20. & 106. 1. & 116. 7. & 118. 25. & 119. 30. & 146. 7. & Job. 21. 4. Prov. 25. 19. Sed quorsum hæc? An ne Poesim artificialem apud Hebræos sub Josue, Job, & David innotuisse, jure ex eo inferremus? Facile profecto vel prosa scripta oratio rara quædam carmina exhibere potest.

Doctores quidam Hebræi contendunt rythmicum illud Poesis genus, hodie Hebræis familiare, vetustissimum esse, utpote ætate Patrum suorum in Palæstina obtinens; quam in rem epitaphium quoddam Hebraicum & rythmicum laudant, olim in tumulo Præfecti cujusdam Amasiæ Regis Juda in Regno Valentiæ legendum (10); sed hæc fabulosa, nec digna, ut veritatis studiosos viros detineant.

Meibomius, ætatis nostræ scriptor, se unum jactitat, qui post 2000. annos secretum Poesis Hebraicæ tenuerit, eoque instructus ipse totum originalem Scripturæ Textum corrigere ausus est. Ego, ait ipse in sua ad Reges omnes, & Principes Christianos totius Europæ epistola, novam adornavi Librorum Sacrorum verbionem, cum explicatione difficillimorum locorum, cujus ego laboris vobis in præsentiarum specimen exhibeo. Quod si pro meritis agnoscetis, reliquum Veteris Testamenti spetare vos jubeo, quemadmodum, & carminum legem, quibus opus contextum est.

In Præfatione gloriatur se in Sacro Textu ultra 3000. errores correxisse, qui sensum corrupterant; deprehendisse autem se illos profitetur infuso divinitus lumine sicut & ope regularum Hebraicæ Poesis, quæ sane regulæ post Jeremiæ, & Danielis ætatem occultæ, Aggæum, & Esdram latuerant.

Addit insuper, ipsos veteres Judæorum Doctores, si rediire in mundum contingeret, grande illud donum, sibi divinitus collatum, admiraturos; Septuaginta vero Seniores frustra se operam suam collocasse professuros ingenue, sicut & Origenem, relictis Hexaplis,

(1) *Antiq. l. 2. c. 4. p. ult. & l. 4. c. ult. & l. 7. c. 12.* (2) *Euseb. Præp. l. 2. c. 4. p. 3.* (3) *Præf. in Chron. Eus.* (4) *Deut. 32.* (5) *Epist. ad Paulam Urbicam.* (6) *Epist. ad Paulin. l. 9. Comment. in cap. 30. Ezech. Ferrandus in Præfat. Psl. cap. 11. p. 9. autumat nec da Styles, nec fundari in Psalmis de esse, quemadmodum sunt etiam in Homero. Spondaicis etiam carminibus constitisse forsan Epitaphium R. Isaac Alpheli, qui sæculo undecimo floruhat.* (7) *Vide Prolog. in Divin. Biblior. S. Hieron. nov. edit. art. 5.* (*) *Philo de vit. contempl. ad fin.* (8) *Scalig. in Chron. Eusseb.* (9) *Grot. in Luc. cap. 46. Erant enim rythmi sua nuncr Hebræorum non emmotri, sed lege soluti, cujusmodi etiam erant, & nunc quoque sunt eorum salutationes* (10) *R. Moses Ben Chasif. Darkenoam.*

una cum S. Hieronymo, totos se in ejus laudibus occupaturos, qui reliquos omnes Latinos Sacræ Scripturæ Interpretes superasset, pro ea, qua præditabat, Poesis Hebraicæ ac Linguæ Sanctæ peritia.

Scriptor iste novo suo de Poesi Hebræorum arcano totam turbat Scripturam; quin parte tantum minima totius systematis revelata, clavem ipsam nobis invidit. Facile vulgatum illud specimen Publico non arrisit, cum Meibomius huc usque fidem suam liberare dissulerit.

Franciscus Gomarus, scripto Libro, cui titulum fecit *Davidis Lyra*, carmina Librorum sacrorum partibus adstringi legibus cum Græcis, & Latinis demonstrare conatur; nihilque author ille non molitur, ut regulas, pedes ac carminum genera omnia in Sacro Textu edisseret. Bipertitus est Liber, cujus pars prior regulas pro syllabis Hebraicis dimetiendis affignat; tum varia profequitur Hebræorum carminia pro Græcorum, & Latinorum diversitate, altera vero, constitutis jam regulis, carmina Scripturæ diducit, analysim formas, profert exempla, quæ regulis suis, & principiis quadrent. Opus illud summorum Virorum laudes primo assecutum est, veluti Buxtorfii, Ludovici de Dieu, Constantini l' Empereur, Heinsii, Hottingeri; mox vero Ludovici Capellii eruditionem in se concitavit. Observat igitur Cappellius duo ab Authore principia constitutæ esse, quæ vix, ac nc vix quidem probaret; primo Hebraica puncta non recens esse Hebræorum inventum, sed ex ipsis Sacris Authoribus derivata; alterum, Sacros Scripturæ Libros nullam prorsus passos fuisse, sive occitantia Amanuensium, sive temporis diuturnitate corruptionem.

Solemne Gomari principium illud est: *Scheva non vocalis est, sed illius sub consonante mobili absentia nota*. Hoc Authoris axioma refutaturus Capellius authoritatem plurium Grammaticorum adducit, quibus Scheva vocalis brevis loco habetur. 2. Gomari regula semel admissa, ait Capellius, plures Hebraicæ voces, vel ab ipsis Barbaris, ne pronunciari quidem possent, e. g. *Jerbakm* i quin & pluriman voces vere trisyllabæ in dissyllabas migrare cogerentur.

3. Gomari principium alteri Hebraicæ Syntaxis repugnat: *Scheva sub litera, cui adjectum Dages, pronunciatur*. Ita ex voce *Pakkedm* sive Dages subducendum est, sive ratio ineunda, ut quiescente Scheva in pronunciatione exprimatur.

4. Tandem juxta ac Capellius animadvertit, quo loco nos Scheva legimus, veteres, veluti Septuaginta, & S. Hieronymus, modo unam, modo alteram vocalem legebant; quare non est, uti quidem Gomarus contendit, quod huic puncto vocali tantopere serviamus; quin & sæpius contingit, ut in pronunciatione exprimatur.

Alterum Gomari principium est: In Hebræo Syllabas omnes longas esse, vel breves, ancipitem nullam; neque fieri unquam posse, ut breves in longas per positionem transmutentur, quemadmodum Syllabis Græcorum, & Latinorum frequenter accidere satis constat. Egregie ille quidem, si lingua Hebræorum eadem cum Gallica, atque vernacula omnium ferme Europæ gentium indole, nullam in suis carminibus syllabarum dimensionis haberet rationem; cum vero, juxta Authoris mentem, linguæ Hebraicæ genius idem fere sit ac Latinæ & Græcæ, ac plurima inter carmina omnium illarum gentium insit similitudo, qui rogo, fieri potest, ut iisdem ac gentes illæ regulis non serviat? Neque constituit a se regulis Gomarius feliciſſime semper utitur; sæpe enim barbarismi eriminationem, & objectam in se, toties difficultatem pronunciandi instaurat. Vix etiam fieri posse ostendit Capellius, ut certa Hebraicarum Syllabarum mensura determinetur, quandiu de vera earum pronunciatione non constabit; neque faciliori negotio, ait, versus Hebraici legerentur, si regulas pronunciationis ab Authore traditas servemus. Ipso enim Gomaro fatente, constitutæ ab illo regulæ vix ultra tres versus ordine succedentes patiuntur. Ex quo illud consequi animadvertit Capellius, certas de Poesi Hebræorum regulas frustra assignari; quemadmodum & frustraneo labore torqueremur in regulis poeticos Græcæ, & Latinæ assignandis, nisi eamdem regulam, & methodum servantes plures apud illos carmine scriptos Libros haberemus. Nonne ridenda plane esset viri illius confidentia, qui vagis quibuldam & irregularibus carminibus sparsim in Libris Sophoclis & Pindari animadversis regulas illorum certas præscribendas susciperet.

Quare dum Gomarus ultro fatetur, *varia* esse inter le Hebræorum carmina, *promiscua*, & *anomala*, ideſt nullo ſibi invicem ordine ſuccedentia, neque ejuſdem metri plura ſimul continuari, ipſe ſibi imprudens ſui Operis fundamenta ſuffodit, cum incertæ adeo & vagantis poeſeos certa & conſtantia principia nulla eſſe potuerint. Scite etiam animadvertit Capellius, adverſarium ſuum, tantam carminum farraginem irregularium, & regularium in uno eodemque Scripturæ Cantico inferre debuiſſe, ut nullo negotio ſimiles versus in tota pariter Scriptura invenire potuiſſent, eodemque labore, quo in Pſalterio carmina rimatus fuit, eodem & in univerſa Scriptura inveſtigaſſet. Neque in Scriptura tantum, ſed orationes omnes Ciceronis, & Demoſthenis, T. Livii, & Thucydidis Hiſtorias, non proſa oratione, ſed carmine ſcriptas fuiſſe ex Gomari methodo probaremus. Pfeifferius ejuſdem Gomari carmina vel in ipſo *Pater noſter* ſe adinventurum confidit, nec fruſtra: ille namque ne immutata quidem Sacræ orationis verba variis ejuſdem Scriptoris carminibus ſervire facto ipſo offendit (1).

Aliud ejuſdem Poeſis ſyſtema Author Bibliothecæ univerſalis invexit, rythmo ſcilicet adſtricta fuiſſe carmina his potiſſimum argumentis demonſtrans. 1. Ea eſt Hebraicæ linguæ, quemadmodum & Gallicæ, indoles, ut verborum contextum inverti numquam patiatur; quam ſane verborum inverſionem Græcis & Latinis tam proſa oratione quam carmine ſcribentibus familiarem eſſe novimus. 2. Hebræorum voces eamdem ſervant in omnibus caſibus utriuſque numeri terminationem; maſculinæ nempe in plurali habent *im*, fœminæ *oth*; ex quo illud conſequitur, tam pronum eſſe rythmicis verſibus ſermonem, quam metricis Græcorum & Latinorum more ineptum. 3. Pro numero longarum ſyllabarum rariſſimæ ſunt breves apud Hebræos, ut vix in numeros iisdem, quibus Græcæ ac Latinæ, legibus adſtringi potuerint; quod autem inter ſcribendum rythmi evitentur, vix unquam contingit. 4. Fruſtra tamen ſatis limatum exactumque carmen aliquod apud veteres Hebræos quæri Author animadvertit, cum in artem nondum apud illos redactam fuiſſe Poeſim faeile ſuſpicetur. Quare nec rythmis ſemper felicibus uti illos animadvertit, negligere tamen ſæpe ſola enim copiosa modulatione contenti, vix cetera curaſſe videntur. 5. Rythmorum numerus vagus eſt & incertus, ut non plures ordine ſuccedentes rythmos unius generis, pauci interdum alterius ordinis excipiant; variat etiam ordo & carminum ſtructura; ut ea omnia negleXiſſe Hebræi videantur. 6. Potior apud illos ratio conſonantiæ, atque modulationis verborum, quam literarum, & ſyllabarum æquitatis. 7. Neque apud Hebræos deeſt, quemadmodum nec apud Græcos, & Latinos, extra præcipitas poeſis leges divagandi licentia; affinium quin etiam linguarum Chaldaicæ ſcilicet, & Arabicæ opem admirtunt, ſi forte Hebræorum voces rythmis impares, externæ vero pares fuerint. 8. Quod maxime rythmicæ poeſis ſyſtema confirmat, illud eſt, nimirum nullo negotio fieri poſſe, ut Cantica, ac cetera Scripturæ Opera carmine ſcripta, rythmis adſtringantur.

Potro Author totum Moyſis Canticum rythmicis verſibus tradidit; nec minori ſucceſſu parem in Pſalterio impendiſſe operam profiteetur; rythmos etiam in Poenulo Plauti, ubi prolixum Punicum fragmentum extat, deprehendit. Hoc ſane poſtremum opti-

(1) *Diſſert. de Poeſi Hebr.*

optimum est argumentum, quod in patrocinium ejus controversiæ adducatur. Si enim in Operibus Hebræorum carmine scriptis rythmi regnasse deprehenderentur, nihil esset, cur rythmicæ poesis reges innotuisse Hebræis negaremus. Cum tamen ad rythmos exprimendos in Psalmis & Canticis Scripturæ, Textum Sacrum mire Author distorqueat, modo sententias producens, modo fœde detruncans nulla sibi proposita methodo, sive regula, non est sane cur eadem arte rythmos ex ipsis Ciceronis Orationibus non eliceremus.

Negare tamen non ausim, rythmos interdum, & dedita opera conquisitos in Psalmis, & Libris Scripturæ carmine scriptis, recurrere; ex quibus tamen præpolitere sane colligeremus, veteres illos Hebræos rythmica poesi uti consuevisse. Porro ut de rythmis judicium ferretur, versus notæ terminationis produci oporteret, ne detruncare, sive producere ad libitum sententias, rythmi quærendi gratia, accuraremur. Appolite igitur ad eam rem Psalmus 118. succurit, qui acrostice concinnatus, ubi potissimum definant, unde exordiantur versus, designat. Psalmus iste prolixus est adeo, ut versuum indolem facile demonstret, si quis maxime illos inter se comparaverit. Plures igitur in illo rythmi occurrunt, quos tamen data opera conquisitos fuisse affirmare auderet nemo; neque enim certa methodo, & lege sibi invicem succedunt. Interdum 4. vel 5. ordine sequuntur; dein 2. five 3. quos 3. vel 4. versus soluti omnes excipiunt; vel saltem, si non omnes, unus tantum. rythmum habet. Quis, rogo, Psalmum illum rythmicæ poeseos lege contextum fuisse affirmaret? Lamentationes Jeremiæ, acrostichis & ipse versibus digestæ, nullos habent uniformes & constanti lege succedentes rythmos, quibus artificium aliquod satis probaretur. Quare si forte contingat, ut duo rythmi sibi respondeant id casu evenisse, non dedita opera credendum est.

Ejus rei veritas, si unquam alibi, certe in cap. 3. Lamentationum, cujus singuli versus per singulas alphabeti literas elementario ordine exordiuntur, maxime apparet. Prima enim duo ejus Operis capita, sicut & quartum versuum terminationem non ita habent exploratam, quod plus quam duobus simul verbibus ab una & eadem litera incipientibus, litera tamen nonnisi in capite prioris adscribitur. Recurrunt etiam quandoque in Cantico Canticorum rythmi & concinna quædam verborum harmonia, dedita facile opera procuratæ, sed non certa methodo continuatæ, neque uniformes, sicut neque in toto opere regnantes. Porro Hebraice scribentibus rythmi, etiam non dedita opera conquisiti, vix evitarentur. Periculum loquendi faciat, si quis maxime voluerit, & licet evitare rythmos de industria studuerit, numquam tamen, nisi forte affectata verborum circumlocutione utatur, committet ut invito etiam quandoque rythmi non excidant, sive ex articulorum copia, sive ex affinium vocum affluentia subrepentes. Idem pro nobis argumentum instaurant Pss. 110. & 111. acrostice quidem scripti, sed incertis & vagantibus sine lege rythmis. Quarum etiam lucubrationum collatione illud appolite ad rem observandum contingit, variam esse versuum Hebræorum mensuram; carmina enim Psalmi 118. & Lamentationum cap. 3. duplo longiora sunt, quam posteriorum Psalmorum; fieri quin etiam potuit, ut genus quoddam acrostic orum versuum apud Hebræos obtineret, quorum prior pars usque ad cæsuram ab una alphabeti litera, secunda vero ab altera proxime succedente exordiretur.

Postrema hæc sententia ad rem magis congruere videtur; cum sensus usque ad cæsuram pendens, nonnisi cum altera versus parte claudatur. Quæcumque tamen versuum terminatio statuatur, numquam certum rythmum fixumque exhibebit, ex quo aliquid pro rythmica Hebræorum poesi jure deducatur.

Post late discussas variorum de hoc argumento opiniones, nostra tandem promenda est. Nobis igitur tota poesis Hebraicæ ratio in eo constituta videtur, si loquendi genere utantur vividiori, fervido, pathetico, audaciotibus, & longe repetitis figuris ornato. Neque enim sola earminum struendorum scientia Poetas facit, quemadmodum nec numeris addicta oratio poesim. Ex veterum testimonio Plato, Florus, aliique nonnulli prosa oratione poesim scripserunt; atque ipso de se fatente Horatio, ejus lucubrationes, carmine licet scriptæ, ad prosam tamen accedebant: *Sermoni propiora*; & Quintiliani judicio Lucanus *magis est Oratoribus, quam Poetis annumerandus*.

Duo sunt poesis genera, artificialis nempe, & naturalis, quarum sane postrema parem cum hominibus natalem sortita fuisse credenda est. Tranquillus, & rationabilis sermo simplex est, nec circumlocutionem affectat; jactatus passionibus animus vivido, & & ferventi sermone proditur. Quam igitur poesim naturalem appello, cui artificialis & methodica ortum debet ignei sermonis vis, orationis figuræ, & pro argumenti modo sublimiores conceptus efficiunt. Hæc vero duplex poesis, naturalis scilicet, & artificialis, passiones, & intimos animi sensus ad vivum, & pathetica oratione depingit; illa quidem, naturalis scilicet, lubrico, & tumultuario sermone usa; hæc vero, artificialis nempe, selectis ac data opera conquisitis vocibus, numero etiam atque concinna modulatione adstrictis. Quare methodica poesis ars est exprimendarum passionum, studio & industria elaborata; naturalis vero tantundem sine arte ficio, tumultuario opere præstat.

Est sane singulis gentibus, regionibus, & climatibus, sicut passiones suæ, sic sua quoque rethorica, & naturalis poesis; numquam enim iræ, furoris, gaudii, tristitiæ, odii, amoris passiones nisi fervore quodam & energia exprimuntur: secundum enim furis ars & regulæ succelleruni. Natura siquidem prima semper ducit lineamenta eorum, quæ arte, & industria perficiuntur. Cum vero poesis numquam apud Veteres a musica disjungeretur, isque Musicus esset, qui & Poeta, quin & cantare idem esset ac pangere versus, sicut & versus ipsi cantilenæ dicerentur; hinc facile paria de musica, ac de poesi statuamus oportet. Natura magistra musica primieus inventa est, quam artificialis, naturalem imitata, excepit; ambæ vero illæ eumdem sibi finem præstituentes, intimos animi sensus ea voce, & sententiis exprimere satagunt, quæ ejusdem animæ passiones, & quos illa in auditoribus excitare intendit, sensus veluti sub oculis exhibeant intimos.

Veteris hujus naturalis poesis ante ipsam Moysis ætatem, specimen exhibetur in verbis Lamech ad uxores suas (1); quemadmodum & in benedictionibus Noe in Semum, & Japhetum; cum diris Chananæ (2) devoveret; eum Jacob ab mortem decumbens, filios suos affatus est (3) ac tandem in libro Job, si ante Moysen scriptus credatur. Hæc, scilicet, omnia stilum referunt poeticum, & veteris hujus naturalis poesis æternum monumentum manent. Hæc inquam naturalis poesis stilo solum, non pedum numero, efficitur, unice in illa ratio habebatur figurati, sublimis, & sententiis gravis seriomnis, quo eadem plerumque, varia tamen verborum circumlocutione, repetentur; nec raro in geminis ejusdem sententiæ membris rythmi quoddam & harmoniæ genus, naturaliter tamen fluens, nec invita minerva expressum, sentiebatur.

Hæc est Veterum naturalis poesis, artificiali & methodicæ præludens; cujus apud Græcos, Hesiodi & Homeri ætate inferiores, saporaliquis mansit. Demosthenes (4) aperto satis discrimine distinguit Poetas, regulas artis sequutos, a reliquis *ademenas* cantilenas scribentibus. Eo vero nomine Diogenes Laertius appellare maluit (5) veteres illas primorum Græciæ Sapientum sententias, quas proinde Casaubonus reliquias esse vetustissimæ ante

(1) *Gen.* 4. 23. (2) *Gen.* 9. 25. 26. 27. (3) *Gen.* 49.

(4) *Apud Casaub. in Laert. l. 1.* (5) *In Vit. Sept. Sapient.*

Hæmerum poeseos non incongrue arbitratur. S. Clemens Alexandrinus (1) Psalmos Hebræorum, quantum ad stilum & numeros attinet, eum iis Græcorum cantilenis comparat, quas *Scolia* appellare, & in conviviis cantitare conuenerunt. Porro versus erant nulla metri, sive numerorum lege adstricti; quibus vivida & concisa verborum periodo intimi animi sensus exprimebantur. Hujus solutæ, & liberæ poesis fragmenta quædam apud Athenæum servantur. (2) Si sed temporis successu certis & illa legibus servire coacta est.

Hæc igitur, mea quidem sententia, vetus apud Hebræos poesis ratio obtinebat, libera scilicet, & nullis artis regulis serviens, sed unius naturæ magisterio intimos animi sensus & passiones exprimere edocta, eo res vividius pingebat, quo verborum exquisito studio averti animus minus cogebatur. In omni orationum genere, poematibus, narrationibus, invectivis, adhortationibus, cantilenis, nihil apud illos affectatum atque emendicatum apparet; nihil vivo semper, naturali atque ingenuo sermone animum afficiunt.

His moribus nihil temporum successione detractum fuisse ex eo apparet, cum idem semper poesis gustus sub Davide, Isaia, Jeremia, Daniele, qui olim sub Moyse, regnasse videatur. Quis in animum induxerit unquam fieri potuisse, ut eædem semper methodicæ poesis regulæ, idem scribendi artificium & gustus mille annorum spatio inviolata maneret?

Quo tempore Moyses scribebat, nulla tane fuit, quantum scimus, ullibi gentium poeticæ artis tradita. Chaldæi, & Ægyptii, qui litteras omnium primi excoluerunt, ne noviſſe quidem unquam illud poesis genus videntur, quod certæ syllabarum dimensioni, sive certis rythmis & harmoniæ servire Poetas jubet.

Ex Orientalium carminibus omnium vetustissima, quæ ad nos usque pervenerint, Arabes habent Authores. Illa tane, quorum nonnulla ipsam Mahumedis ætatem superant, ad nostros quidem rythmos accedunt; de syllabarum vero dimensione nihil. Memoriæ proditum legimus, Harmonium filium Bardesanis, secundo Ecclesiæ sæculo, musicas quasdam cantilenas, & carmina Syriaca ad Græcas leges adornasse. Sed quid hæc ad Moysis ætatem? Antiquius apud Græcos Poema Homeri, & Hesiodi carminibus nullum est; quæ sane 600. annis Mosaicis scriptis recentiora sunt. Quis, rogo, post hæc, Hebræorum Legislatorem, Jobum, & Davidem methodicam, & artificialem poesim sequutes fuisse affirmaverit? Quis poeticas regulas pluribus apud Hebræos sæculis in ipso perfectionis culmine obtinuisse, antequam apud ceteras nationes innotuissent, satis confidenter asseruerit?

Porro si quid in pangendis carminibus artis apud veteres Hebræos fuisset, id tane post excultum adeo diligenter studium linguarum Orientalium nostra ætate tandem innotuisset. Heroica fi quæ carmina manerent in Moyse, Jobo, & Psalterio, eur nobis, æque ac Authoribus, qui illa se deprehendisse arbitrati sunt, non se produnt? Versusne eamdem servantes methodum, leges, numerum, harmoniam, rythmum, tot alioquin oculatissimos viros fugerunt? An voces hujus artis peculiares nullę numquam Authoribus Sacris excidissent; vel saltem in fronte Psalmi, seu Cantici, carminis genus & mensuram numquam adnotare sueuerunt ait, qui vel Musici, & instrumenti nomen tam sæpe adscripserunt?

Occasio etiam pangendorum Canticorum argumento est apertissimo, quo ars omnis & methodus ex Hebræorum poesi absuisse demonstretur. Subitaria enim carmina sunt, quæ pro re nata subito æstro abrepti Sacri Scriptores effuderant; ut vix ad regulas & artem advertere valuissent.

Poetas quidem vivæ quædam in phantasia excitatæ imagines, (æstrum appellant) ad carmina impellunt; sed igneus ille, quo feruntur, motus solam carminum materiam, & conceptus instruit, arte vero & otio opus est, quo apto verba ordine digerantur. Omne illud otium & studium Sacris Scriptoribus, extemporaria carmina in ipso populorum tumultu fundentibus, deerant. Moyses vix transfretato Erytræo Canticum illud ereavit, cujus occasione hanc nos Dissertationem scripsimus, David in ipso rerum suarum discrimine, in ipsa negotiorum agitatione, eum scilicet vix, ac ne vix quidem, colligere se tantum numquam valuisset, quantum poesis artificiosæ occupatio exigeret, plures Psalmos effudit.

Cantica etiam illa fœminas non raro, vel saltem viros nullo excultos studio habent authores, quorum lingua Divini tantummodo Spiritus organum fuit. An illi forte subito Poetæ evasisse, atque exacta ad rythmos & numeros carmina statim procudisse eredendi sunt? Anna mater Samuelis, Debora, Judith, Tobias, SS. Virgo, Zacharias, Simeon extemporanea carmina sine studio plane & arte effuderunt; sola enim naturali poesi instructos illos eredi par est; quamquam si ad S. Spiritum eorum carminum authorem attendimus, genus illud essee poesis supernaturalis, ipsaque adeo artis humanæ regulas transceudentis. Demonstrent plane mihi, quicumque potuerint, quid Cantica ista ab illiteratis Authoribus adornata ab iis differant, quæ Moyien, Davidem, Isaiam, viros artis præceptis, si aliqua fuissent, excultissimos, habent Scriptores. Quæ si frustra diverfitas exquiratur, fateamur necesse est, omnem Hebræorum poesim natura tantum magistra fluxisse, quam scilicet naturam S. Spiritus in homines illapsus servare semper consuevit. Semper enim S. Spiritus in homines illabens peculiare fingulorum ingenium servat, velut in eloquentibus eloquentiam, in illiteratis primigeniam omnino ruditem, ut nihil in illis artis, ejusdem Spiritus magisterio refulset.

Cum vero de stilo emphatico, figuris institucto grandioribus agitur, nihil est a viris nullo quidem studio atque arte excultis, Divino tamen cestro agitatis alienum. Cum enim stilus ille valde Orientalibus arrideat, atque naturæ ipsius inclinatione eo propendeat; nihil est, quominus ad ejus leges verba fundere extemplo, totumque demum Opus scribere potuerint.

Metrica etiam poesis coacta est, nec sponte fluens, ea enim, qua tenetur, legibus sua servicndi necessitate, frequenter adigitur, ut voces transponat, epitheta invita etiam accumulet, loquendi phrases, & voces quotidiano sermone minus usitatas usurpet, periodos inflet tunc maxime, cum otio atque meditatione destituta ad opus accedit. Hanc autem voeum transpositionem, nec volverunt unquam Hebræi, neque, si voluissent, eorum lingua pateretur; epitheta rariora sunt, quam ut turgentia carmina inferciant; phrases etiam ampulloso verborum ambitu, quas apud Græcos & Latinos poeticarum regularum necessitas invexit, abesse apud illos jubentur. Si quæ rara & minus usitata vox interdum offendatur, servire illa reputanda est vivido, sublimi, & pathetico Psalmorum & Canticorum stilo ad pompam simul, & sententiarum gravitatem. Facile etiam in ea re non quidem Carminis numerus sed harmoniæ & musicæ leges spectatæ sunt.

Si Hebræorum poesis Græcam imitaretur, non esset eur ars ejus, & præcepta a Scriptoribus subtiererentur. Vix enim credimus, quin ars non minimi certe momenti, Scriptorem aliquem nacta fuisset, qui curiositate aliqua, utilitate, vel saltem genio ad idem argumentum illustrandum, regulasque tradendas animum non adjecisset. Verum ne verbum quidem ullum sive in sermone, sive in historia Hebræorum occurrit, quo poeticæ professores aliquos apud illos fuisse insinuetur. Non desuerunt quidem apud illos Cantica etiam post invectam apud Græcos artem poeticam scripta, sed illa ejusdem omnino artificii videntur, ac Moysis, & Davidis carmina. Utraque musicæ serviunt, quemadmodum & omnis apud veteres Græcos & Latinos poesis eo tamen discrimine, quod Græcorum carmina pro varto metro harmoniam

(1) *Pædagog. l.* 2. (2) *Dipnosoph. l.* 10. *c.* 14.

niam determinabant: Hebræorum vero Cantica ad modos quoscumque accommodari poterant; quemadmodum in cantu Ecclesiastico variis pro libito tonis idem Psalmus effertur. Quæ vero apud Judæos obtinet cantilenæ ratio, dum Sacrum Textum in Synagogis recitant, vetustissimam esse ex eo credimus, quod notæ in Textu adscriptæ, tollendam vocem sive deprimendam designantes, remotissimæ antiquitatis indicium sunt apertissimum. Idem etiam innuunt Hebræorum in ritibus suis maximæ paratu facilioribus tenacitas. Cum autem musica illa, non versibus tantummodo numerosis, sed etiam sine methodo, & regula scriptis, ipsique adeo solutæ orationi convenire possit, nihil sane ex illa pro contraria opinione de carminibus Hebraicis, numero adstrictis, deducitur.

Est igitur cur credamus stili, atque concepti um granditatem tantummodo in causa fuisse, cur apud Veteres Hebræos Poetæ ab Oratoribus distinguerentur. Accedebant audaciores phrases, vivus & patheticus, interciis vero & brevis, floridus & fervens stilus, qui rem veluti sub oculis vividius, quam in vulgari sermone, ponneret. Quare eorum poemata felicis cujusdam ingenii fœtus sunt, quod Dei Spiritus animabat, atque pro eo, quo agitabatur æstro, conceptus suos poetico & sublimiori stilo, numquam tamen legibus, & regulis ceadto, effundebat. Hebræis sane numquam non invisa novitas, neque adeo delicato, ut Græci & Romani, gustu præditerunt; quare accepta ab Antiquis poesi gravi, seria, pathetica, jucunda, cujus nonnisi ferme in rebus Religionis usus, contenti, omne methodicæ poesis, & musicæ studium neglexerunt.

IN LEVITICUM PROLEGOMENON.

LEVITICI nomen ex Legibus ad Sacrificia spectantibus, muneribusque Sacerdotum & Levitarum, Libro inditum est. Quare alterum ejus apud Rabbinos nomen *Lex Sacerdotum*. In Hebræo ex prima voce in exordio Operis occurrente *Vajicra* appellatur.

Post erectum a Moyse Tabernaculum, Deus tanto majestatis apparatu in sacrum illud tentorium descendit, ut ad illud accedere ne Moyses quidem ipse auderet, quemadmodum in posterno Exodi capite relatum est. Sed venire renuentem appellans Deus leges illas docuit, quæ septem prioribus Levitici capitibus continentur. Omnium primum holocausti ritus, & cæremonias, tum eas quæ victimas offetendas; tum eas quæ Sacerdotes immolantes spectant, præscribit (1). Succedunt panis, vini, placentarum, ipsarumque virefrentium oblationes (2); easque demum sacrificia pacifica, vel eucharistica excipiunt. Omnes deinde sacrorum cæremoniæ, & victimæ partes, quænam adolendæ potissimum diriguntur (3). Hostiæ pro expiatione criminis a Summo Sacerdote commissi, sicut & pro crimibus quæ sive imprudenti populo universo, sive etiam aliquibus ex populo obrepserint, suos singulæ habent ritus, in cap. 4. diductos. Duo succedentia capita tum eidem argumento, tum percurrendis variis criminum generibus, sacrificia expiandis, impenduntur. Ibi etiam quæ victimarum partes igne adolendæ, quæ vero Sacerdotibus immolantibus cedant (4).

Erecto jam Tabernaculo, Aaron ejusque filii in Sacerdotes, initiante Moyse, cui Deus Exod. 29. ejus rei dederat mandatum, consecrantur. Ea occasione sacra Moyses operatus est, factæ ab illo unctiones, atque sanguinis ex ritu aspersiones (5); tum & novorum Sacerdotum, quos ante Aram sistere jussit, oblatarum in eorum consecrationc victimarum parte manibus impositæ, ac demum justo Aarone ejusque filiis totos octo dies in Tabernaculo se continere, cæremonia peracta est. Aaron statim a consecratione sacrum pro suis ac filiorum criminibus operatus est; & cum alterum pararet in holocaustum, & in hostiam pacificam, ignis subito e Tabernaculo egressus, victimas, spectante populo, absumpsit (6).

Nadab & Abiu, filios Aaron, prophano igni aliunde, quam ex Altari, accepto, thure impositoin Sanctuarium ingredi audentes, erumpens subito e loco Sancto flamma corripuit. Eorum funus ne pater lugeret, edita Moyses lege cavit, addituin etiam, ut Sacerdotes a vino abstineant in Tabernaculo (7). Excipit hæc omnia animalium parorum ab impuris discretio (8); purificationis mulierum, statim a puerperio, cæremonia (9); lepræ hominum, ædium, & vestium indicia (10); sacrificia pro valetudine a lepra (11); præscriptæ ad eluendos viros qui gonorrhœa laborarent, & fœminas post menstrua cæremoniæ (12). Sequuntur ritus pro festo Expiationis solemnis, quo scilicet apparatu Summus Sacerdos in Sanctuarium ingrediatur, quo hircus emittatur (13) Cautum est Israelitis ne alibi quam in limine Tabernaculi sacrificia offerant; vetitus sanguis & morticina (14); latæ pro nuptiis leges, quanto nempe cognationis gradu interdicantur. Cum Exteris & Chananæis connubia (15) interdicta.

Has leges decori, & sanctitati Tabernaculi providentes, (quę scilicet Sancti loci veneratio tanta erat, ut pollutis omnis ad illum aditus præcluderetur (Deus, facto veluti omnium præcedentium legum epilogo, claudit. Repetit e.g. de Sabbati observatione, de præstanda parentibus reverentia præceptum; vetat iterum Idololatriam, furtum, perjurium, calumniam, odium in proximos &c. Monet ne excidentes messoribus inter metendum spicæ colligantur; sicut & messoribus injunctum, ut de industria aliquid relinquant, quod egenis, spicilegium facientibus, cedat. Satæ arboris fructus quinque prioribus annis in cibum ne adhibeantur. Cautum Israelitis, ne prostitutioni unquam & divinationi, quæcumque demum ea sit, dedere se audeant. Tondendæ comæ, & barbæ superstitiosus Paganorum usus populo interdictus. Observent senes, comiter habeant Advenas (16). Moloc filios ne offerant; alioquin Dei vindicis ultioni subjectos se norint. Maledicta in parentes, adulterium, nuptiæ incestæ, crimina nefanda (17), ac tandem magiæ & divinationis professio capitalia sunto. Israelitæ omnes, ne Sacerdotibus quidem exceptis, legali aliqua macula polluti a sacris Deo epulis abstineant. Sub hæc Moyses victimarum vitia, quibus ad sacrificium inepte efficiuntur, fingillatim recensct (18).

Tum constituitæ certę per annum Solemnitates, atque præscriptę in singulas cæremonię (19). Sunt autem Pascha, Pentecostes, Festum buccinarum, Expiationis, & Tabernaculorum. De ritu parandi lampades Candelabri aurei, sicut & imponendorum panum in Mensa aurea plura, quæ ante portam ad Sinai castra erectumque Tabernaculum præscripta

(1) *Cap.* 1. (2) *Cap.* 2. (3) *Cap.* 3. (4) *Cap.* 4. 5. 6. 7. (5) *Cap.* 8. (6) *Cap.* 9. (7) *Cap.* 10. (8) *Cap.* 11. (9) *Cap.* 12. (10) *Cap.* 13. (11) *Cap.* 14. (12) *Cap.* 15. (13) *Cap.* 16. (14) *Cap.* 17. (15) *Cap.* 18. (16) *Cap.* 19. (17) *Cap.* 20. (18) *Cap.* 22. (19) *Cap.* 23.

fuisse facile suspicamur. Dum his sanciendis Moyses occupabatur, vir quidam in judicium adductus est, utpote qui impiè Dei nominis reus. Hunc Deus extra castra raptum lapidibus confici præcepit: lata simul lege ut eo supplicii genere in blasphemos exinde animadverteretur. Decreta post hæc pœna talionis in eos, qui proximo suo, vulnere aliquo inflicto, injuriam irrogaverint (1). Succedunt leges in monte a Deo Moysi datæ de septimo quoque anno, utempe anno Sabbatico, observando; sicut & quilibet quadragesimus nonus annus in Jubilæum deliniatur; eo vero recurrente decreta liberitas Hebræi generis mancipiis, atque avitæ hæreditates ad priores dominos reducuntur. Latæ sunt in fœneratores leges; additumque ut singulis Israelitis redimendi fratres suos, mancipii lege captivos, facultas permitteretur (2). Hæc omnia excipiunt minæ, quibus earumdem sanctionum prævaricatores terrentur; ac vicissim præmia servantibus Legem promissa (3). Denique totum Librum claudunt regulæ quædam circa ea Deo per votum oblata, ac decimæ Tabernaculo offerendæ (4).

Porro si rituum illorum solus veluti cortex, & quid potissimum ad cultum Tabernacoli conferant, spectetur, nihil de illis magnum concipiamus oportet, ut vix in animum possimus inducere, Dominum Sacris, Sanguine, & adipe victimarum constantibus delectari voluisse. Quantum enim victimas augeamus in Altari, concipiamus licet Sacerdotes jugi obsequio Tabernaculo destinatos; Tabernaculum ipsum omnibus vel minima legali labe infectis prohibitum; pompam etiam, & magnificentiam Sancti Loci majorem, quam ætas illa ferret; hæc sane omnia ideam, quam recti rerum æstimatores de cultu Domino ferendo habent, prorsus non explent. Veris criminibus expiandis majori sane piaculo, quam victimarum languine, atque externis purificationibus est opus. Porro verum Sacrificium corde contrito, & humiliato, voluntate recta, & malo affectu vacua, juxta Scripturæ phrasim, perficitur (5). Oblatis ab impiis Sacrificiis, nedum Deus non delectatur; sed sepulta jam longa oblivione eorum crimina, iterum veluti Divinis oculis subjiciuntur. Oblationes Justorum numquam non Deo jucundæ; quippe quibus justitia, & pietas litarunt. Uno verbo verus Dei cultus probo animi sensu, atque religioso in Deum affectu perficitur (6)

Idcirco Prophetæ, quos veluti Divinos veteris Legis Interpretes habeamus oportet, unoomnes ore fatentur, Deum externo Judæorum cultu, quem terrenis rebus adhærentes in Tabernaculo, & Templo impendunt, minus tangi: *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? dicit Dominus?* (Isai. 1. 11. 12. 13.) *Plenus sum. Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Cum venietis ante conspectum meum, quis quæsivit hæc de manibus vestris?* Et alibi idem Deus per Amos 5. 21. 22. *Odi, & projeci Festivitates vestras, & non capiam odorem cœtuum vestrorum. Quod si obtuleritis mihi, holocaustomata & munera vestra non suscipiam, & vota pinguium vestrorum non respiciam.* Et Jerem. 7. 21. *Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes, quia non fum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Ægypti.* Ac si diceret Deus, non ita se victimas exegisse, quasi scilicet illis sive indigeret, sive pluribus delectaretur; sed, inquiunt Patres, crassioris populi captui Deus se ita in illis præscribendis attemperans, gravioris mali metu Sacrificia permisit, Ne Dæmoni victimas mactarent, inquit S. Chrysostomus. Deus victimas sibi mactari permisit (7). Pronos in malum populos, sive corde obduratos, Sacrificiis sive detinendos, sive flectendos censuisse Deum S. Justinus in Dialogo cum Tryphone autumavit. Eo, veluti pondere leviores animos, inquit S. Irenæus, firmavit, simulque eam luere pœnam voluit pro cultu aurei vituli, & affectato in Ægypteum regressu (8). Paria apud Origenem legas; qui addit (9) horum Sacrorum aliam fortè latentem, & mysticam rationem habere Deum potuisse, ut scilicet eo veluti aggere oppositò Judæos in Sacrificiis illis remoraretur, ne in pernicioſa & superstitiosa Dæmonum provolverentur: eodem scilicet artificio, quo aliqui ex venenis antidota parant. In sententiam Origenis inclinant S. Chrysostomus (10), ait, Deum Sacrificiorum multitudine detinere Hebræos voluisse, ne scilicet superstitionibus vacarent, quemadmodum sapiens Medicus frigidam permittit ægroto febri laboranti, ne scilicet fitis desperatione ad interitum adigatur S. Cyrillus Alexandrinus autumat, sacrificiis illis percipiendis nullam quidem necessitatem in causa fuisse; quod ex Jeremiæ testimonio supra a nobis allato demonstrat (11). His omnibus Patribus consonant Theodoretus (12), S. Hieronymus, (13) & S. Thomas (14).

Non est tamen cur ex allata Patrum doctrina male esse omnia simul hæc Sacrificia & Deo tantum tolerante, quemadmodum & malum tolerare aliquando, permissa. Deum enim habent non permittentem tantummodo, sed & authorem, qui nempe illa consilio & authoritate suaderit; imo & Deo jubente ad sacrificia quandoque populus cogebatur. Nonne enim Deo sanciente holocausta perpetua vesperæ & mane constituta sunt? Nonne sua pro singulis recurrentibus Sabbatis, Neomeniis, Solemnitatibus Paschatis, Pentecostes, Expiationis, & Tabernaculorum? Quis, rogo, sacra pro eluendis maculis, atque expiandis ea quæ imprudentibus accidissent, criminibus invexit? Ipse Deus oblatas victimas in actionem gratiarum pro acceptis ab eo beneficiis, sive novis impetrandis excipit. Cæremoniæ plerumque a Lege præceptæ sunt, nec nisi Deo invito, atque ulcisente omittebantur; quemadmodum & præmia ad illas præstandas populus alliciebatur.

Sacrificiorum usus jam inde a Mundi exordio obtinuit. Sanctissimi quique viri, qui & ante Legem, & sub Lege vixerunt, nihil antiquius habuerunt unquam, quam ut illa observantiæ hæc & reverentiæ tributa Deo exhiberent. Celebrantur in Scriptura Sacrificia Abelis, Noe, Abrahami, Melchisedech, Jobi, Jacob, & Isaæ, quæ sane tantummodo Deum tolerasse vix credimus, cum & præcepto injunxerit non raro, atque recipere ie illa non obscuris indiciis, veluti missò de Cœlo victimis absumendis igne, demonstraverit. Neque Prophetæ in Sacrificia quidquam, sed in eorum abusum invecti sunt, Judæorum persuasionem reprehendentes, qui solis externis cæremoniis fidentes, Legis interim maxima præcepta, amorem nempe Dei, & proximi, sicut majora hominis in Deum officia, negligerent. *Si voluisset Sacrificium*, ait David, *dedissem utique; holocaustis non delectaberis* (15). *Sacrificium Deo Spiritus contribulatus; cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet.* Et alibi (16): *Sacrificium, & oblationem noluisti, aures autem* (ad te auscultandum) *perfecisti mihi. Holocaustum pro peccato non postulasti; tunc dixi: Ecce venio*; nempe cum me invitares. Et alibi Deus in hæc verba loquitur. *Non accipiam de domo tua vitulos* (17), *neque de gregibus tuis hircos; quoniam mea sunt omnes ferarum.* Hæc igitur, ait Deus, ex te quæro: *Immola Deo Sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua.*

Vetus quidam Author apud S. Augustinum, duo esse Sacrorum genera in V. T. observat; alterum nempe in Lege præceptum; alterum quod singulorum religioni implendum pro arbitrio relinquitur (18). Deus igitur, inquit, libera Sacrificia numquam ab Israelitis exegit; quare integrum illis erat, si nulla

(1) *Cap.* 24. (2) *Cap.* 25. (3) *Cap.* 26. (4) *Cap.* 28. (5) *Psalm.* 50. 19. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. Vide Jerem.* 33. 15. *Osee* 14. 3. *Joel.* 2. 12. *&c.* (6) *Philo l.* 3 *de Vit. Mos.* (7) *In Psal.* 49. (8) *Iren. l.* 4. *cap.* 28. (9) *Hom.* 7. *in Num.* (10) *Adversus Judæos.* (11) *Cyrill. Alex. l.* 5. *cont. Julian.* (12) *De curand. Græc. affect.* (13) *In Ezech.* 20. (14) *S. Tho.* 1. 2. *q.* 102. *art.* 3. (15) *Ps.* 50. 18. (16) *Ps.* 39. 7. 8. (17) *Ps.* 49. 9. (18) *Apud Aug. quæst. ex Utroq. Testam. quæst.* 103.

nulla offerre voluiſſent. Si vero aliqua offerre mallent, ratio ab illis erat habenda Dei, cui litatum accedebant; neque committendum, ut Victimas, quæ ad manum veniſſent, nulla facta diſcretione offerrent. Sacra enim illa non litando quidem Deo, ſed in ultionem inſtigando valebant; quare apud Malachiam queritur (1): *Si offeratis cæcum ad immolandum; nonne malum eſt? Et ſi offeratis claudum, & languidum; nonne malum eſt? Offer illud Ducinæ, ſi placeneris ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit Dominus.*

Cur autem poſtiſſimum a Sacris illis Judæorum Deus abhorreret, cordis non recti habitudo in cauſa fuit. Omnes enim externo cultui, atque ſenſibilibus cæremoniis impendendis intenti, ſaſi juſtitiæ ſuæ fidebant; quibus interim Deo potiſſimum litarent, Sacrificia negligentes, puri nempe cordis, & innocentis ſpiritualeſ victimas. Quod eortex erat & extimum Religionis, id maxime Judæi curabant; umbram & figuram veritati ipſi & archetypo præferentes. Vetera Sacrificia Meſſiæ Sacrificio præludebant (2). *Celebrabant figuras futuri rei multi ſcientes, ſed plures ignorantes.* Quot vero erant, qui hoc figurarum arcanum noſſent? Ad tempus præſcripta Sacrificia illa ad alteram hoſtiam & Sacrificium dedicebant, tamquam via eſſent, præparatio ad illud, a quo ſane dignitate, & præſtantia vincerentur. Scite S. Irenæus (3): *Lex & diſciplina erat illis, & prophetia futurorum.*

Quemadmodum igitur litteræ, figuræ, & umbræ plus nimio adhærere, neglecta interim veritate, rationi abſonum fuiſſet; ita jure meritoque Scriptura, & Patres eum ſibi de ritibus Judaicis agendum proponerent, carnalium Hebræorum cæremonias, non contempſiſſe tantum, veluti inutiles, ſed reprehendiſſe, tamquam noxias viſi ſunt: illud interim addentes, Deum nonniſi invitum, & pervicaciæ Judæorum aliquid indulgere volentem, ea Sacrificia toleraſſe. Si quis vero alio aſpectu conſiderandam ſibi legem proponat, eum ſane ſummo illam honore dignam habiturum credimus. Legem duplici aſpectu conſiderandam proponit, poſt veteres nonnullos, Origenes (4), juxta litteram nempe, & ſecundum Spiritum. De Lege ad literam ſpectata illud Prophetarum intelligendum eſt: *Præcepta non bona* (5); ſicut & illud Pauli (*) *Lex mandati carnalis*. De lege vero ſecundum ſpiritum pronunciatum eſt: *Scimus, quia Lex Spiritualis eſt* (6) Hinc Apoſtolus docet: *Littera occidit; Spiritus autem vivificat* (7)

Quamvis itaque ritus, & Sacra Judæorum, juxta eorticem ſpectata, neque Deo placere unquam, neque Judæis ſervili præcepta ita animo obeuntibus juſtitiam promereri potuiſſent; quamvis majeſtate, & ſanctitate Dei inferiora eſſent adeo, ut neque ipſe præcipere, ſive voluptate ab illis aliqua affici potuiſſet; in ea tamen, quam ſibi ſtatuerat, idea, ſyſtema ſcilicet Religionis apud craſſiorem, & carnalem populum ſtatuendi, ſicut & viam perfectiori ac ſanctiori Religioni præſtruendi, nihil ejus conſiliis conduxerat magis, quam ut externas illas cæremonias, & ritus invecheret, quorum indicio Religionis illius (quod unice cordi habebat Deus) in cognitionem mortales venirent. Sicut enim ſemper Deus, & Filii ſui ſacrificium & Legis novæ veritatem ſibi ante oculos præſtituit, ita plane & Legis veteris præcepta, & ſacra ritufque omnes injunxiſſe par eras, quibus ad finem intentum via inſtrueretur. Externæ illæ Moſaicæ cæremoniæ futuris indipenſabili neceſſitate præludebant: quam quidem figuram non animadvertentes Judæi, in eo potiſſimum erraunt; pro ſolida nimirum veritate acceſſorium & umbram ſequuti, atque Legis fine neglecto ipſam tantum Legem ſectati: *Umbram habent lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum... nunquam poteſt accedentes perfectos facere* (8)

DISQUISITIONES

De Natura, Cauſis, & Effectibus Lepræ.

PRælectis, nec incuriose, iis quæ de Lepra, cujus eſt apud Moyſen ſermo, Interpretes diſſeruerunt, nihil, quod expectationem ea de re noſtram impleat, deprehendiſſe mihi viſi ſunt. Peritiſſimi inter illos ea deduxiſſe contenti, quæ apud Medicos & Philoſophos traduntur, facta eorum cum Moſaicis collatione, quæ potiſſimum differant, & in quo maxime ambæ narrationes conveniant, legentibus exhibent. Reliqui verbis Textus Moſaici tantum inhærentes, de alia plane quam vulgari lepra ſermonem eſſe in S. Scriptura autumarunt. Nec deſunt ex Rabbinis quidam, qui ſaltem lepram veſtium & ædium a Deo vindice in Iſraelitas, infidelitatis & murmuris reos, prodigio immiſſam ſuſpicantur (9): quorum ſententiam Patres nonnulli (10) & Commentatores probaſſe ſuffragio ſuo viſi ſunt.

D. Clericus in Diſſertatione de hoc argumento reputaſſe viſus eſt, lepræ morbum inter eos habendum, quos ſtatis quibuſdam temporibus, vel in certa quædam Regna, Dei Providentia immittit. Satis enim ſuperque ſcitum eſt, genera eſſe quædam morborum noſtra ætate, quorum nulla fuit apud veteres cognitio, nec poteſt variantis interdum naturæ ratio ulla aſſignari. Hippocratis authoritas (11), qui lepram non morbum quidem, ſed corporis vitium eſſe aſſeruerat, pleroique poſt illum Scriptores longe multos in eam ſententiam pertraxit, ut lepram, de qua in utroque Teſtamento, *vitiligines* quamdam, non tractandam ut morbum, ſed repurgandam ut ſordes, fuiſſe ſuſpicaretur; Quod item prodans Arnobius de Chriſto Leproſum mundante dixit (12): *Novas albugines vitiligionem manu admota deterſit.* Eo etiam ſpectans Turnebus (13), leproſos Evangelii maculis quibuſdam vitiatam habuiſſe cutem autumavit. Theodorus Beza (14) aliam fuiſſe lepram cenſet, quam Græcorum *Elephantiaſim*, morbum plane pervicacem, de quo apud Scriptores frequenter.

Alii vero (15) ipſiſſimam *Elephantiaſim*, quæ lepræ genus eſt pernicioſiſſimum, in S. Scriptura deſignatam malunt. Alii noſtræ ætatis Scriptores in lepra veterum, ipſum, quem nos Gallicum morbum, inveteratum agnoſcunt: quod D. Tournefortio, leproſorum in ſuis itineribus oculato teſte, viſum eſt. Ex eo morbo vulgaribus remediis rari quidem convaleſcunt; tabeſcunt plerique, quod humores peccantes corporis harmoniam prorſus corrumpunt. Sane lepram mor-

(1) *Malach.* 1. 8. (2) *Aug. cont. Fauſt.* l. 20. *cap.* 18. *In viſibilibus peccorum, quæ offerebant Deo, ſicuti res canta dignum erat, Prophetiam celebrabant futura victima, quam Chriſtus obtulit. Idem in Pſ.* 39. 7. (3) L. 4. *cap.* 28. (4) *Contra Celſ.* l. 7. (5) *Ezech.* 20. 25. (*) *Hebr.* 7. 16. (6) *Rom.* 7. 14. (7) 2. *Cor.* 3. 6. (8) *Hebr.* 10. 1. (9) *Maimon. Gerund. Recanati, Sepharadi apud Munſter.* (10) *Theodoret.* q. 18. (11) *Lib. de affection.* (12) *Arnob.* l. 1. (13) *Turnob.* l. 15. c. 21. (14) *In Matth.* 8. (15) *Gloſſ. Cyrilli.*

motibus esse, a quo sibi omnes summopere semper caverunt, ambiguit nemo: ut ne commune quidem leprosorum cum ceteris fuisse sepulchrum ex S. Scriptura intelligamus (1).

Hanc opinionum discrepantiam ex eo facile invehi potuisse credimus, quod nec textus Mosaicus sedulo examini subjectus fuerit, nec satis cum Græcorum Authorum ea de re sententiis collatus. Quemadmodum enim Moysen non unius tantum lepræ genus complexum fuisse constat, ita quoque nullum ejus morbi remedium indicavit, regulas tantum constituisse contentus, quibus virulenta atque contagiosa lepra ab alia pura, cui virulentum & contagiosum nihil, distingueretur. Hac data occasione, corporis etiam alia vitia perscribit, quæ lepræ quidem speciem, sed non virus referunt. Nec prætetire oportet, in Scriptura, ac in Vulgata potissimum, frequenter contingere, ut lepræ nomine non morbus ipse, sed morbi præludia & dispositiones, vel saltem indicia morbi, quibus suspicio ingeritur, designentur. Scitum est tandem, apud Moysen lepram quamdam zdium, & vestium occurrere, de qua alium apud Authores cereros silentium. Ex quibus omnibus pronum est colligamus, vocem illam Hebraam *Zaraat* latius multo quam Græcum, & Latinum *Lepra* patere: quare e re fore censemus, si exactam de variis significationibus hujus Hebraæ vocis ideam antea exhibeamus, quam quidquam de lepra, cujus in Scriptura sermo, disseratur.

Moyses Levit. 13. varia percurrit incommoda, quæ ad lepram referri aliqua saltem ratione videntur. Primo igitur indicia nonnulla, quibus suspicio morbi ingeritur, designat. Omnium primum tumor eximius (2); alterum pustula (3) vel ulcus; succedit albens & candens vel etiam rubescens macula; nam rubescens macula, quandoque lucens & candens appellatur (4). Omnia hæc indicia sunt, quibus justa lepræ suspicio induitur. Ut autem rei veritas attingeretur, leprosus coram Sacerdotibus se sistens, certo quodam in loco 7. vel 14. diebus clausus detinebatur; quo scilicet eo temporis spatio morbus explicare se, atque certis indiciis deprehendi potuisset. Hæc indicia 1. albens, rubescens, & lucens in pelle macula; 2. pili eo loco pallentes, & rufi; 3. locus pro reliqua cute humilior.

Albescens macula, si nihil haberet reliqui, minor erat quam ut lepram indicaret; si crevisset, statim leprosum prodebat. Maculæ illæ interdum *scabies* erant (5); interdum rubor quidam pellem vitians. Cum totum corpus albo quodam nitore a capite usque ad pedes candesceret, *lepra erat mundissima*, ait Moyses (6).

Cum vero eorum pellis faciem pustulæ albentes fœdarent (7), atque pustulis viva caro subesset, itemque pili circa illas nativum colorem in album eranmutassent, *lepra vetustissima* indicium erant apertissimum.

Si forte cicatrix ex vulnere seu combustione, albo quodam tumore, sive macula albescenti, lucida sive rubescenti obdueretur, tum vero reliqua cute loeius esset depressior, atque pili pallescentes flavescerent, lepram hæc omnia certissimam indicabant (8).

Tandem si quis in capite viri vel fœminæ locus depressior occurreret, ibique crines colorem immutassent, lepræ statim indicium pronunciabatur (9). Si vero de lepra suspicio tantum haberetur, statim pili omnes novacula radebantur, excepto morbi loco; tum septem dierum experimentum capiebatur. Eo temporis spatio aucta in majus macula certum lepræ foboriendis indicium præbebat, nihil de colore comæ habita ratione (10).

Maculæ albentes, seu rubescentes, atque reliqua cute lucidiores, si quæ in calvo capite deprehenderentur, lepræ non obscurum dabant indicium (11).

Hæc de lepra hominum Moysis, ex quibus certa lepræ indicia quinque colliguntur: 1. albens in cute macula, cui & locus depressior & pili in flavum sive rufum mutati antecedebant.

2. Pustulæ in cute asperæ rubescentes in basi, atque ex viva carne suborientes; quod vetustissimæ lepræ indicium erat.

3. Tumor albus lucens, sive rufus in cicatrice, reliquo corpore humiliori, cui in album mutati pili accederent.

4 In capite locus depressior, atque crines in flavum, mutati.

5. In calvo capite alba five rufa macula.

Tria lepræ, *viriliginis*, genera Celsus distinguit (12) Harum prima albam appellat, Græce *alphon*, album nempe, quod alba macula in cute hominum efficiatur; five potius albescentibus guttis constet, quibus tota pellis non continua reddatur, & aspera. Interdum non una est macula, sed plures; interdum latius serpunt, atque augentur. Alterum lepræ genus *nigrum* appellat, colore tantum a priori diverium. Tertium tandem *leucon*, seu album; priori alcius imprimitur, atque difficilius curatur. Pilos in locis corporis lepra affectis albo efficit, tenues, & lanugini similes. Nec difficile tantum, sed fere numquam totum curatur; atque pellis eo morbo semel infecta, nativo colori numquam restituitur. Porro maculæ illæ albescentes, quas supra ex Moyle adduximus (13) ad primum lepræ a Celso deteripiæ genus referri possunt. Pustulæ vivæ (14) carni inhærentes ad tertium Celsiæ lepræ genus, quo etiam specitat & lepra cicatrices afficiens; vers. 19. 20. 24.

Quod autem ad lepram illam Mosaicam specitat, tumore constantem albo, in basi rubro, & ad basim viva carne ad *Elephantiasim*, lepræ genus pernicioisissimum, referri posse credimus. Ejus morbi veneno caro asperatur, inæqualis veluti corium elephantis efficitur; cutem abrodens, puricu est molestissimo. Squammis tota caro obducitur instar piscis, scaber ulceribus, vetemosis illis atque pluribus in unum concuntibus. Is vero stupor carni inducitur, ut ubi maxime sensuum vis explicatur compuncta caro, nullo doloris sensu afficiatur. Pili totius corporis breviores essicuntur, tenues, rigentes, qui si avellantur, una secum trahunt carnem corruptam, cujus aluntur sanie; a vulsos vero si iterum suboriri contigerit, in eapite & mento flavi nascuntur.

Lepræ adultæ jam, sicut etiam inveteratæ, indicia hæc potissimum a Medicis assignata; si vox asperetur, velut canis post diutinam latrationem, e naribus potius quam e labiis expressa; si pulsus debilis, gravis, lentus fuerit & intricatus; si sanguis prodierit grauis quibusdam veluti milliaceis albentibus, & lucidis admixtus; ad hæc scabiosa quadam serositate viscidus, nativo vero humore ita destitutus, ut nec sal impositum dissolvat; insuper arescit adeo, ut cum aceto ebulliat; sicut & exeis quibusdam filamentis tota ejusdem massa firmissime constringitur, ne calcinato plumbo permeabilis; si urina apparet cruda, tenuis, lineres, & turbida, quæ subsidentem in imo fundo furfuraceam farinam demittat. Leprosi vultus instar languescentis carbonis unctuoso quodam lucore nitens inflatusque rigentibus quibusdam tumoribus virescenti base, & albescenti acumine disseminatur. Fronte est amplis rugis ad utraque tempora protensis sulcata. Oculi prominentes, rigentesque, rubrum quemdam nitorem, ac fulgorem instar felis emittunt. Aures tumentes, & rubræ, ulceribus ad basim depascuntur; ulcera vero glandulæ ambiunt. Nasus abrosa vel purescenti cartilagine simus efficitur; nares hiantes, meatus vero obducti, & in imo fundo ulcerosi. Linguæ aresecns, inflata, ulcerosa, hiulca, contracta, albentibus licet granulis disseminata, nigrescit. Pellem tegitur inæqualis, ruvida, & stupida, quæ si pungatur absseindaturque, pro sanguine saniem quandam reddit, nec raro aqua licet perfusa ne madescit quidem.

Eo morbo affectos vehementi adeo calore æstuare ferunt, ut recens pomum per horam in manu tenentes, rugosum & arens velut octo solidis diebus ad Solem

(1) 2. *Par.* 26. 23. (2) *Schoet.* (3) *Sophar* (4) *Levanah adamdamet.* (5) *Levit.* 13. 6. (6) *Ibid. Vers.* 12. 13. (7) *Ibid. Vers.* 10. 15. (8) *Levit.* 13. 19. 20. 24. (9) *Vers.* 29 30. (10) *Vers.* 34. 35. 36. (11) *Ibid. Vers.* 42. 43. (12) *Cel. l. 5. cap.* 28. §. 17. (13) *Levit. c.* 13. (14) *Vers.* 10. 15.

lem expoſitum reddant. Tandem naſus, digiti manuum & pedum, & reliqua membra a reliquo corpore ulcere avulſa morte ſua morti totius hominis præludunt. Quem morbus iſte peſſimus cauſat, pruritus adeo violentus eſt, ut leproſus non leniter tantum carnem ſcalpere, ſed ulceribus etiam ſulcare eorpus, non citra vulnerum perniciolas inflammationes, cogatur.

Fernut etiam lepram illam diu ante interiora depaſcere, quam in externum prodear; eamque Avicennas morbum ſeu cancrum univerſalem appellat. Sunt qui varios in puſtulis leproſorum colores ad variam temperamenti & humorum cum ſanguine harmoniam referant. Rubentes ſanguinei. Citrinitur melancholico & viſcido, albentes ex admixtione pituitæ viſcidæ, ſalſæ, nitroſæ, acris, cum ſanguine melancholico. Reliquæ pejores ſunt ex acrimonia, & ignita humorum qualitate; ex his vermes & contagioſum quoddam virus facile in adſtantes transfundendum inducitur. Parentum morbus cum ſanguine in filios transfunditur. Ejus inducendi morbi cauſam ferunt meſtruorum ſive hemmorroidum ceſſationem, ſicut & minorem in cibis delectum. Ex his omnibus, quantum arbitror, ſatis intelligimus, lepram adultam non malam tantummodo corporis habitudinem, led reapſe incommodum noxiumque morbum haberi oportere.

Notiſſimus eſt autem in Oriente morbus, cujus nomen *Elephantiaſis*. Ægyptiis peculiarem eſſe Lucretius affirmat (1):

Eſt Elephas morbus, qui prater flumina Nili
Gignitur, Ægypto in media neque prater ea uſquam.

Et Plinius (2): *Ægypti peculiare hoc malum*; tum addit contagioſas quaſdam vitiligines Romæ apud optimates graſſantes, nonniſi a Medicis Ægyptiis, qua in regione frequens eſt morbus, curatas fuiſſe. Quod ad lepram *Elephantiaſim* attinet, ignotus erat ante Pompeii ætatem morbus, nec diutius ſerpſit, neuteis ejus ægritudinis crepundia primo in vultu conſpiciuntur, ubi lenticula quædam ſubito in naribus oborta, ac paulatim ſeſe per totum corpus explicans, variis aſperſam maculis, inæqualem, aſperam, craſſiorem hinc inde pellem efficit; tandem caro nigteſcit; ac tantum oſſium nuda protegit. Digiti interim pedum manuumque tumeſcunt. Eo morbo ſi quando Ægypti Reges corripi contigiſſet, balnea ex recenti cælorum Infantum ſanguine adhibebant.

Proiper Alpinus (3) obſervat, Elephantiaſim, quo morbi genere potiſſimum pedes afficiuntur, vulgarem eſſe in Ægypto luem. Peculiarem quemdam Phœnicium morbum (lepræ genus eſt) Hippocrates (4) & Galenus (5) notaverunt, & quantum ex deſcriptione Hippocratis aſſequimur, albeſcentis lepræ morbus ab illis deſignatus eſt. Apud recentiores quoſdam Medicos mentio occurrit lepræ cujuſdam Tyriæ (6). Leproſos quoidam vidiſſe in Paleſtina Maundrellus teſtatur (7). Eo morbo affectis pedes veluti elephantis reddiuntur, vel quorum, quorum pedes vermes abroſerint: tumeſcunt coxæ, & lenſu licet doloris deſtituræ, pedibus tamen gradiendi officium præſtare negant.

Veteres quidam (8) narrant Hebræos eo morbo correptos, ex Ægypto extorres actos fuiſſe. Tacito & Juſtino impoſitum eſt, ut fabellis hiſce ab invidis Ægyptiis in Judæos (parſis credulitatem ſuam addicentes; ſed a Joſepho ſolide calumnia refutatur, ſcitetque admodum obſervat, numquam commiſſurum fuiſſe Moyſen, ut Leges contra leproſos conderet, ſi leproſum ipſe populum & exercitum habuiſſet Jeſu Chriſti ætate frequentes erant in Judæa leproſi; nec raros in Arabia fuiſſe Avicennas eſt author (9). Perſæ, juxta Herodotum, & Cteſiam (10), leproſos omnes gentis ſuæ ab omni cum civibus commercio, quin & ab Urbium ſuarum ingreſſu interdicebant. Induci morbum autumabant in pœnam violati, quem Numinis loco habebant, Solis. Advenæ hoſpitio apud leproſum recepti ſolum vertere cogebantur.

Sæculo undecimo, duodecimo, ceteriſque ſubſequentibus, frequens habebatur in Europa morbus, quem ex Judæorum frequentia & conſortio inductum aliqui ſuſpicantur. Alii vero malam mercem ex variis expeditionibus Cruce ſignatorum in Syriam comportatam contendunt. Porro Leproſos appellabant ladros, iiſque curandis magno numero excitata Xenodochia, Ladreriæ dicta. Ex hiſce pio uſui conſtructis ædibus ad 19000. per Europam numerat Matthæus Pariſius. Ne autem virus contagione diffunderetur, appoſito ſigno Leproſi a ceteris diſtinguebantur; quin & a communi conſortio diſcreti degere, nec raro ſive crepitaculis monere populum, ſive cado quodam in humeris delato morbi lui indicium exhibere juſſi ſunt.

Porrigo lepræ genus eſt, caput afficiens; nam ſquammis, & cruſtis cinereis, flaveſcentibus quandoque totum obducitur, odorem ſimul fœtidum & cadaverioſum exhalans. Hanc facile lepram Moyſes infinuavit nomine lepræ comæ, barbæ, tum & morbi illius, quo canum caput corripitur.

Pauca quidem ex lepræ incommodis Moyſes recenſet; quin & ea tantum attingit; quæ dicere inendo huic morbo a ceteris, indicium certiſſimum Sacerdotibus, quibus ea demandata cura, præbebant. Porro lepræ morbum indicat tumor quidam albeſcens, qui & paulatim augetur, & carnem ſimul eo loco depreſſiorem reddit. Nec obſeurum ejus ſignum exhibet color albeſcens, & pallidus quo pili, ubi vitiatum eſt corpus, inficiuntur.

Impetigines quaſi imminentem lepram præcurrere, primumque morti agmen ducere videntur. Primo lola pellis inæqualitas, atque lenis quidam pruritus corpus afficit, deinde aucta omnia pellis tota albedine quadam inſtar farinæ inficitur; nec mora ſtatim lepra ſuccedit, cum ſcilicet albedo in cruſtas, ac ſquammas, piſcium ſquammas referentes, degenerat. Noxium quoddam impetiginum genus apud Romanos innotuit, quod *mentagram* appellarunt. Ignotum fuiſſe morbum illum ante Tiberium Plinius affirmat; veneno autem erat adeo pernicioſo, ut ſolo oculo, vel tactu contraheretur. Prima ſuborientis morbi ſigna in vultu, deinde in collo, pectore, & manibus; tandem tota corporis facies furfuraceo quodam colore inficiebatur. Quare Moyſen, alborem quemdam in corpore ſubito exortum ledulo obſervari, an ſcilicet morbus augeatur, ipſius ægroti recluſione præcipientem, impetiginem incommodum præ oculis habuiſſe ne ambigimus quidem.

Decurſis lepræ indiciis & effectibus, modo ad cauſas ejus morbi animum adjiciamus oportet. Igitur ex Medicorum doctrina impetigines, ſcabies, lepra ex lite & dilcordia contrariorum humorum, accedente ſanguine melancholico, viſcido, copioſo, pingui, acri, prorumpunt; hiſce enim peecantibus humoribus abroſa pellis, pruritum cauſat moleſtiſſimum, nullius, fricationibus leniendum. Facile vero, iiſdem Medicis authoribus, de patre in filium cum ſanguine ipſo transfunditur; nec modice morbo contrahendo conducit ſive minor in cibis delectus, ſive minor in ratione utendorum ciborum cautio, ſive tandem corporis, humorum, aeris, cubilium, veſtium mala qualitas & habitudo.

Sed ut vera fatear, hæ de lepræ cauſis Medicorum obſervationes, impares ad conceptam de illa ideam explicandam videntur; vix enim in animum induco, qui fieri poſſit, ut mera atque interna humorum corruptio morbum efficiat, cujus tam prompta & facili contagione virus communicetur; ſimulque prima ejus & apertiſſima indicia in extrema corporis parte conſpiciantur. Quæ ſane proportio & analogia inter hominum lepram his derivatam fontibus, & lepram veſtium ac domorum, ut idem utrique nomen, & paria ferme indicia quadrent? Novum igitur ejus rei ſyſtema proponam, quo rationem me initurum confido phyſicam & mechanicam, omnia a Moyſe tradita de lepra hominum, veſtium, & domorum, per generales & communes rerum notiones explicandi.

De

(1) *Lucret. l. 6.* (2) *Plin. l. 26. c. 1.* (3) *De Medic. Ægypt. lib. 1. c. 13.* (4) *Hippoc. l. 2. Porrheti.* (5) *Glaſs Galeni.* (6) *Guido Cauliat.* (7) *Maundrel Voyage d'Alep. a Jeruſalem.* (8) *Appio apud Joſeph. l. 1. cont. Apion.* (9) *Avicen. l. 3. can. 7. Tract. 2. c. 9.* (10) *In Eſaiam in excerpt. Photii apud Henric. Steph. & Hered. l.*

De lepra igitur iisque omnibus, quæ ad lepram aliqua ratione referri videntur, ut *psora*, *alopecia*, *porrigine*, *elephantiasi*, *mentagra*, *lichene* &c. quin & de omnibus morbis, quibus animalium cutis affecta abtoditur, venenoque contagioso, pturitu violento, pilis arro colore infectis, corpus deglabratur, ac tandem stupor in membris inducitur; de his, inquam, omnibus id constituo, vermiculos scilicet, aipectum fugientes, inter carnem & pellem primo sese insinuantes, epidermem & cuticulam, & tum nervorum filamenta, ac tandem carnem depascere: ex quibus effectus omnis ineuntis, adulti, & inveterati jam morbi facile induuntur.

Porro rari occurrunt homines sive constantis, sive affectæ sanitatis, a vermium contagione immunes; singula enim hominum & brutorum corpora, per habitum & alimenta admissa vermiculorum semina nativo calore foveut. Namque aer, quem haliu trahimus, fructus pletique, quibus innutrimur, insectis scatent, qui calore corporum animalium foti carni adhærent, innutriuntur, ac propagatione tandem creicunt. Res etiam omnes, quæ nos ambiunt, quorum ministerio utimur, vermium sæpe fcatebræ sunt & nidus, quibus veluti latunculis incauros nos adorientibus, miscre fœdeque depopulamur.

Novis Medicorum observationibus, quibus ope microscopii novus tenuissimorum insectorum aspectum fugentium, mundus inotuit, instruimur, sua singulis corporibus esse, ab aliis diversa, insectorum genera, in variis varia corporibus veluti in sua quæque patria regnantia. Hisce incolis aer, terra, pisces, arbores, lapides, panni mortaria, vitrum ac solidissima quæque colunsur. Homines frequentantur præ ceteris, quorum nulla fermc corporis pars a vermibus vacat, non intestina, non cerebrum, non jecur, cor, sanguis, vesica, umbilicus, ulcera, pellis; quin & totum denique corpus post obitum in vermes abire, sicut & vermiculari morbo interire plures infantes & adultos constat.

Adolescentibus, atque infantibus potissimum lumbriculi familiates sunt; est autem vermium genus rotundum, albens, e variis pellis partibus, & e manibus potissimum fcatena. Potro vermes illi inter carnem & pellem insinuantes sese, & carnem depascentes, pruritum causant molestissimum. Alii sunt etiam infantibus vermes, *Crines* Galli appellant, qui pellem fussodientes eo pueros incommodo afficiunt, ut cibo quidem & somno refici, proficere vero quidquam non sinant. Horum figura oculorum judicio brevem rudemque crinem vel fetam fuillam exhibet, cum scilicet loci calor & mellis afflictus vermes illos in lucem extuiserint. Oculis microscopio instructis cetnuntur: colore sunt cinereo, longioribus cornibus, amplis oculis & rotundis, cauda oblonga, & in extremitate villosa. Plerumque musculosas dorsi, scapularum, suarum partes infestant, pruritumque fixum in epidermi, clamores, vigilias, agitationem in pueris inducunt. Huic incommodo infirmiores & delicatuli infantes potissimum obnoxii sunt. Figuram autem utriusque, de quibus egimus, insecti, qualis per microscopium cernitur, videsis ære incisam in Actis Eruditorum Lipsiensibus.

Febres, quas putridas vocant, ex vermibus, & ea, quam appellant putrefactione animata plures accersunt; ex putri enim massa, inquiunt, ebulliens vermium turba totum excuntur corpus, aculeis suis carnem transfodientes, easque omnia inducentes incommoda, quæ in febribus cernimus. Vermibus fcatere variolorum pustulas ope microscopii Berillus deprehendit; sicut & Perrus a Castro in lue Neapolitana bubones contagiosos vermium fuisse scatebras oculatus testis affirmavit.

Quid cancer morbus? nonne vermes sunt, qui e morticino uleere ebullientes, novos ex se fœtus emittere, novas corumpere partes numquam desiunt? Quid pestis? nisi venenum seu insecta quædam, juxta nonnullorum Medicorum doctrinam, per aera diffusa, quæ per canalem respirationis in animalia sese insinuare, totumque corpus, sanguinem, nervos, partes solidas turbare noverunt? Hanc inniverunt rationem Physici recentiores, ut epidemicorum morbotum contagionem explicarent; rari nimitum ex bubonibus contagiosis intecta quædam alis instructa in circumfusum aerem erumpere, quæ addantes dum invadunt, invecto simul morbo occidunt. Hæc exactissimis experimentis competisse se sancte affirmant.

Prosper Alpinus (1), qui Ægypsios morbos sedula examine discussit, autumat lepram, quo morbi genere plures e fœce homines afficiuntur, ex eo potissimum inductam, quod putrescentibus & corruptis aquis in potum utantur, victitient vero carnibus boum, cameli, sicut & pisciun sale maceratis jam computtescentibus, quos lacunosæ quædam aquæ sufficiunt; nec modice conferre ad luem illam alendam censet corruptum quemdam & sale maceratum cascum, cujus vilissimum pretium egenos quosque homines invitat.

Quæ cum ita sint, validum pro veritate nostri systematis argumentum deducitur; quemadmodum enim varia hæc morbotum genera ad unam eamdemque vermium causam referenda sunt, ita plane lepram a vermibus repetere non incongruum arbitramur. Sed ut rem in apertam veritatis lucem ponamus, ejus morbi effectus omnes ex eadem causa commode derivari posse demonstrandum suscipimus.

Lepræ morbus, ex Medicorum doctrina, non totum simul hominem corripit, sed pedetentim glisceus, ad eum morbi statum evadit, cujus indolem virulentam late supra descripsimus. Primo leniter affecta pellis ægrotum vellicat, hinc scalpendi pruritus, ex quo ulcera, unguibus namque dificilla cato procacem ad interiora manum invitat. Inductæ inde vulneribus cruſtæ, & squammæ totam corporis faciem obducunt. His autem squammis alendis fluens purulenti humotis vena aperitur, quæ veteribus non fine dolore e corpore decidentibus, in novas cruſtas concrescit. Antequam morbus ad ultimam desperationem deveniens medicas manus recusset, pustulas refert albentes, inæquales, lucidas, & alba cuspide, rubenti five albenti basi, quibus totum corpus disseminatur. Omnia sane hæc nostro systemati quadrant.

Namque subtiles illi vermiculi in epidermem irrepentes, facta sibi per illam via ad cuticulam penetrant, eamque, quæ tactus sedes est, aculeis appetentes, pruritum causant molestissimum. Hinc aperto sibi ad interiora aditu, glandulas papillates sub cuticula delitescentes aggrediuntur; ex quo fervescere humores atque in pustulas illas albenti cacumine, rubraque basi ebullire contingit. Hisce alendis pustulis humor e glandibus stillat perpetuus, & pro vario ægroti temperamento five biliolo, sive sanguineo, sive melancholico, varius inde etiam pustularum color, sicut & lepræ geneta a Medicis distincta. Affectæ carnis color immutatur, pili renuiores, & flavi reddunter; superficies, quæ lepræ subest, deprimitur; ac tandem contagiosius eo morbo nihil est. Hæc omnia prona sunt; carnem enim depascentes vermiculi, id efficiunt, ne sanguine ultra & humoribus vegetetur: quare depasci illa facilis, reparari difficilis: hinc pili ex glandulis corruptis & abrosis difficile humorem trahentes colore efficiuntur pallenti, & languescunt, veluti planiæ in arido, & petroso solo.

Cum autem vermes motu sint, aviditate & numero ultra fidem, hine facile ex uno in aliud corpus transmeant; quare validum vegetumque virum adorti, pruritum statim excitant, salvis interea omnibus manentibus, ac sanguinis & humorum œconomia ne minimum quidem turbata. Sed brevis hæc rerum tranquillitas; namque insecta illa cum primum ad glandulas penetraverint, omnia turbant, caro statim squammis, & crustis obducitur, sanies

sa

(1) *lib. 1. cap. 14. de Medic. Ægypt.*

undique fluat. Hujus puruleńti humoris materiam fuppeditant capillares quædam venæ, quarum abrofa a vermibus ora jugem ſtillant ſerum, in ſaniem & ſquammas concrefcens.

Porro ſanguinem melancholicum pigrum, aerem, viſceidum &c. lepræ causam, & originem eſſe vix mihi perſuaderim; cur enim aliquin non eadem ſanguinis, & humorum diſpoſitiones in omnibus, in quibus prima ſuboriantis morbi præluđia deprehenderentur? Paria etiam animadverterentur in iis, qui morbum contagione contrahunt; niſi id maluerimus, noxias ſanguinis qualitates una cum morbo tranſmitti. Hæc autem omnia neque in animum inducere poſſumus, atque ne inducamus experientia ipſa eogimur, quippe quæ conragione quidem contrahi morbum demonſtrat, quamquam nihil primo de tota ſanguinis œconomia immutatum appareat. Fateor quidem non deſuiſſe Medicos, qui interiora prius depaſcere morbum, quam in externum prodeat, ſuſpicantur; ſed malſem opinionis ſuæ certiora ab illis argumenta afferri.

Tantum profecto abeſt, ut ſanguis ille viſceidus &c. lepram inducat, ut potius a lepra ipſe induci videatur. Sanguinem enim melancholicum vitiatus, indigeſtus, ac male excoctus chymus efficit; indigeſtum ehymum reddit tenuis ſtomachi, & ſanguinis calor; quæ plane omnia ex defectu ſpirituum vitalium & admixtione humoris viſcidi, craſſioris, lenti, terreſtris denique ſeminis. Porro hæc omnia in noſtra hypotheſi plana ſunt, & ultro ſequuntur. Morbum hunc cancrum eſſe univerſalem ex Aviccena ſupra animadvertimus; quare ſieut in cancro totius morbi origo ex corruptione glandulæ, cujus turbari œconomiam contingit, reperitur; corrupta enim in glandula diutius retenti humores, & fermentari inter ſe, acreſcere, ſimulque corrumpi coguntur, ex quo in venenum mordax tranſmutati, virus in partes ulceri proximas inferunt. Cum autem humor iſte acer ope circumlationis in vaſa reduentur, primo quidem tenuem efficit alterationem; ſed brevi vim ſuam exercens, totam ſanguinis maſſam corrumpit; ut ab eo pernicioſo morbo convaleſcendi vix alterum ſuppetat remedium, quam, ut reſectis morbo affectis partibus noxia ſanguinis, & humorum qualitas corrigatur.

In lepra tamen ſicuti vis morbi major, ita latior corruptio; omnes enim corporis partes lepra affectæ, vermibus ſeatent, eamdemque referunt aeris humoris maligniratem, quam ſupra in cancro animadvertimus. Semel autem turbata œconomia glandularum, quæ per totam corporis faciem infra cutem dilſeminantur; ſicut & arteriis, nervis, venis, vaſis lymphaticis, ex quibus conſtituræ glandulæ, corruptis, ſive loco ſubmotis, facile humores acefcere, atque fermentari contingit. Cum autem humores illi ita affecti ad cor & ad ſanguinis maſſam per circumlationem delati fuerint, nihil imperturbatum relinquunt; nec modicum ad eam confuſionem augendam conferre poteſt chymus male excoctus, & digeſtus defectu caloris, qui parentibus totius corporis poris, unde vitalis humor effluit, vel totus evaporat, vel alimento carens extinguitur.

Ad hæc ſanguinis, inter fluendum, contractæ ſeroſitates, & falſi illi humores, qui per ſudorem diſflantur, ſimulque fuligines, cum per apertos a natura meatus emitti non poſſint, ſanguinem ipſum aeriorem, craſſiorem, ſegnioremque efficiunt. Accidere etiam poteſt, ut ſanguinis calor, contrariis plane cauſis, veluti inſueta & violenta fermentatione, ſeu tranſpiratione plus nimio actus, in toto corpore vehementem illam humorum conturbationem, qualem lepræ adſcripſimus, inducat.

Ex his omnibus facile intelligimus, primam lepræ originem ad vitiatam quidem corporis, & ſanguinis habitudinem ita referri potuiſſe, ut propior, & immediata cauſa ex vermiculis epidermim, pellem, glandulas, & earnem depaſcentibus deducatur. His enim accepta referuntur totius ſanguinis corruptio, calor vitioſus, omnia tandem lepræ ſymptomata, ac tanta morbi pervicacia, quæ vix ac ne vix quidem morbo jam veteraſcente medicaminum vi retundatur.

Morbus iſte in noſtris regionibus ſicut & in ſeptentrionalibus rarior, ſub eſtimatibus ſervidioribus, & in Oriente frequentior eſt, ubi inſecta illa ſive copia, ſeu vividiori ad nocendum virtute magis pollent. Mala veſtium, cubilium, domorum habitudo plurimum alendo morbo confert, ſicut & leproſorum multitudo morbi contagione lepram propagat. Hinc cautiones illæ a Moyſe præſcriptæ, ut a communi convictu leproſi arcerentur, ut ſordes omnes uſu balneorum detergerentur; ſordibus enim, uti jam innuimus, morbus gaudet.

Veſtium lepram, de qua Moyſes, multo difficilius affequeremus, variantibus maxime ea de re variorum ſententiis. Rabbinis nonnullis (Moſi Bar-Naehman) placuit, Divino tantum prodigio lepram veſtium, & in Chanaanitidem tantummodo immiſſam, quo ultionis genere delicſeentes a fide Judæi punirentur. Maluerunt alii per tranſpirarionem, veluti canali quodam, corporum lepram ad veſtes tranſmitti; (Abarbanel) quæ cauſa eſt, inquiunt, ear rubentes, virideique maculæ in leproſorum veſtibus non raro appareant. Nec tane vitium illud veſtium lepra appellaretur, niſi analogia quadam ad lepram corporum referretur; veluti quia veſtium colorem immutet, contagione inter veſtes morbus communicetur, pannos abrodat, ac tandem ſenſim augeatur; hanc enim nobis ejus rei ideam Moyſes ingeſſit (1). Si quis, inquit ille, in panno, ſive in tela, ſive in pelle quaeumque maculas aliquas ſubvirides, vel ſubrubras animadverterit, ſtatim ſuſpicionem aliquam de lepra concipiat. Quare delatus ad Saeerdotem pannus, ejus juſſu ſeptem diebus clauſus aſſervetur; quo temporis ſpatio ſi maeula creviſſe deprehendatur, ſtatim igni resilla veluti lepra infecta addiearur.

Si vero, inquit Moyſes, idem in maculis ſtatus manſerit, totus pannus ad alios ſeptem dies cuſtodiatur; ſi poſt id temporis maculæ non auctæ quidem, permanſiſſe tamen deprehendantur, igni nihilominus res illa tamquam impura tradenda; eertum enim lepræ indieium eſt, vel ſaltem maeula ipſi ſtaminis inhærens, quam feiliept igne expiari oportet. Si vero maeula alla, vei locus, qui lepræ ſuſpieionem induxit, eumdem exhibeat colorem, eamdemque ſervet habitudipem quam pannus ille igne crematus habeeret (2), nempe locus effet reliqua ſuperficie depreſſior; ſtatim fruſtulum a reliquo panno avellatur. Tandem ſi poſt hæc omnia, indieia lepræ in veſtes gliſcentis deprehendantur, ubi ſcilicet nulla antea obſervata fuerant; tunc veſtis igne damnetur; immunis vero pronuncietur, ſi nulla extent ejus rei indieia; tune enim ſemel prius, iterumque loca puta eſto. Hæc de lepra veſtium Moyſes; en noſtræ ea de re conjecturæ.

Hanc igitur lepram ex eadem vermium pannos vitiantium cauſa derivandam cenſeo.

Tineas, quibus panni diutius incluſi corrumpuntur, vermes eſſe, res eſt apud omnes exploratiſſima. Scitum eſt etiam male paratas pelles huic incommodo præ ceteris exponi, quemadmodum & tineis frequenter ſeatent aulæa Arvernię pinguioribus lanis contexta. Huic malo repoſitis inter panni plicas candelis occurritur; vermes illi pronam ceram nacti, relicto panno, candelam abrodunt. In Regionibus ſoli expoſitis, & ea potiſſimum ætate eum parandi pelles & lanas ars minus erat explorata majus certe incommodum pannis omnibus, & veſtibus ex tineis rimebatur. Cum autem nec veſtes per eam ætatem frequenter immutari conſueviſſent, nec id facile potuiſſent; ſtraehitæ in deſerto, iter agentes, ſicut & per eam oeeaſionem nullus eſſet balneorum uſus; hinc facile eorum veſtes contrahere ſordes, adeoque & vermes potuerant. Carbaſinis quidem telis præ aliis omnibus tineæ parcere conſueverunt; pannis

(1) *Levit.* 13. 49. *&c.* (2) *Levit.* 13. 26. *Hinneh chehah.*

pannis vero ceteris, ac telæ ex retorto pluribus filamentis ftamine contextis, plus ab his vermibus, nec minus fane quam ceteris aliis pannis, timendum fuerat. Facile etiam frequentes erant apud Judæos veſtes illæ, quarum deinde uſum Moyſes inhibuit; ex lino nempe, & lana contextæ, quod certe panni genus contrahendis tineis aptiſſimum eſt.

Ea hypotheſi ſemel conſtituta, ut in lepra veſtium a Moyſe ſignificata vermes, veſtes illas & pannos abrodentes, planum eſt conciplamus. Coloris in panno mutatio, macularum vitium auctum, depreſſior ſuperficies, veluti ſi igne afflata fuiſſet; hæc, inquam, omnia commode explicantur, ſi vermes inducamus veſtimenta inſeſtantes; dum potiſſimum morbidiorem aliquam panni partem nacti fuerint. Facile inſecta illa ex uno in alterum locum tranſmigrant, & dum ſedem immutant, priorem regionem adeo vaſtatam relinquunt, quaſi ſi flamma afflatus eſſet locus. Craſſiora enim, & ſolida filamenta, ipſaque panni textura manet: eum interim tenuior ſuperficies, ac lanæ villus depaſti ſint.

Jubet igitur Moyſes, veſtes illas, ut primum certum lepræ indicium exhibuerint, igne abſumi; neque enim fieri poſſe credidit, ut a vermibus, quibus ſeatent, repurgarentur; ſicut eam adhibendam cautionem cenſuit, ne lues in reliquas veſtes propagaretur.

Quin & id conſilium habuiſſe Moyſes potuit, ne ſcilicet lues ex veſtibus in homines tranſiret; quamquam enim in noſtro climate & veſtiendi conſuetudine vix contingat veſtium vermes ad homines tranſire, non eſt tamen cur paria de eorum climate arbitremur. In ferventibus enim regionibus inſecta abundant magis, quam in ſeptentrionalibus; neque Moyſis ætate humanis commodis adeo ars & inventa hominum ſervirent, quemadmodum noſtra, qua & cetera omnia, & artes ipſæ mechaniæ in parandis telis, pannis, & pellibus ad ultimam perfectionem devenerunt.

Quicumque Sinicas regiones excurrerunt, quarum Sinenſes illi adhibeant diligentiam eurandis veſtibus & pellibus, ne quid vermium per æſtatis ferverem contrahant nobis retulerunt. Porro pelles & pelliceæ veſtes frequentes apud Hebræos obtinuiſſe Sacra Scriptura ipſa referente diteimus. Earum uſus in velamentis Tabernaculi, in tentoriis militum, in vulgaribus Prophetarum veſtibus occurrit. Moyſes ea de re ſermonem habet Levit. capp. 11. 32. & 13. 48. 59. & 15. 17. veluti de re in veſtibus, & culeitris uſtatiſſima. Quid Veteres Heroes? Nonne exuviis urſorum, tigridum, leonum aliarumque beluarum induti pinguntur? veluti, ait Feſtus, ſi eo indicio priorum hominum veſtes nobis deſignarentur. Arabes, Turcæ, Scythæ, Pannones, Moſchi noſtra etiam ætate pelle in veſtibus, culeitris, tentoriis, menſis adhibent. Pelles ſane omnes, & vellera, niſi ſedulo arte parentur, vermes faeile, eamque, quam Moyſes vocat lepram veſtium, contrahunt.

Porro de vermibus, veſtimenta corrumpentibus frequens eſt in Sacra Scriptura ſermo, veluti ſi res eſſet ea ætate exploratiſſima. Job. e. g. ait (1). *Quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum quod comeditur a tinea.* Salomon in Prov. 25. 20. *Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno; ita triſtitia viri nocet cordi.* Iſai. 51. 8. *Sicut veſtimentum, ſic comedet eos vermis, & ſicut lanam, ſic devorabit eos tinea* (2).

Ædium Lepra, de qua Levit. 14. &c. Hraelitis, cum potiſſimum in Ægypto verſarentur, notiſſima creditur; nec ſane in Chanaanitide, quo ipſi tranſmigrabant, lues erat extranea, quod enim indefeto ea de re Moyſes ſaneivit, id ſane ad futuras gentis ſedes referendum fuerat; cum nullæ tunc eſſent populo ædes, quibus a lepra caveret. Ita vero Moyſes de lepra domorum. Cum in parietibus domus inæqualis ſuperficies non fine ſuſpiritii, vel ſubrubro colore infecta apparuerit; ſtatim ea de re monitus Sacerdos aſportari omnia e domo, atque vacuam ſeptem diebus claufam euſtodiri præcipiet. Eo temporis ſpatio evoluto, ſi indicia morbi creviſſe, atque lues intimius penetraſſe deprehendatur, avulſi e parietes lapides in locum extra Urbem immundum projiciantur, tum & parietes abradi, & eraſum pulverem extra Urbem ſpargi præcipiet. Demum nova calee oblita interiora domus, atque puris lapidibus in locum impuerorum ſubſtitutis, oblato prius pro ejus expiatione duorum paſſerum ſacrificio, ſalva erunt omnia. Si quid tamen deinde veteris lepræ occurrerit; tunc inveterati, & pervicacis morbi indicium eſto; quare everſæ ſtatim domus rudera omnia extra Urbem in locum impurum projiciantur. Hæc Moyſes; hæ vero ea de re noſtræ conjecturæ.

Ope mieroſcopii (3) vermiculi quidam lapides abrodentes detecti ſunt, quos colore nigricantes, duabus lineis circiter oblongos, tribus lineæ quadrantibus latos, ſeſta ſubnigra munitos, deſcribunt. Addunt etiam tribus illos pedibus capiti proximioribus ex utroque latere inſtructos eſſe, pedieuli inſtar, ſicut & caput habere pro reliquo corpore craſſius: gulam ferunt quatuor mandibulis in crucis modum conformatis paratam; has autem mandibulas ſemper habent expeditas, atque inſtar cirieini quadripartiti lateris removent; oculos tandem gerunt rotundos nigricanteſque. Mortaria pariter vermiculorum, tineis caſei nihilo minorum, exercitus rodit: ſubnigri illi, & quatuor longioribus pedibus ex utroque latere inſtructi. Neque eſt cur eadem re vehementer miremur, cum nihil frequentius occurrat, quam corallii ramuſculi, atque conehæ pulcherrimæ vermibus perviæ, quin & viti vermiculari fruſtulum memorant, e cujus plures etiam foraminibus educti vermes. Hæc igitur inſectorum genera, a quibus nec lapides, nec parietes immunes ſunt, cavenda Moyſes edixit. Solent autem vermes illi humidis ædibus, facile ſuis aculeis perviis, delectari; hinc color ſubviridis vel ſubruber inductus hinc etiam ſitus quidam, & maculæ ex humoris affluentia reſultantes. Lapides emarcefcentes, quin & in gratia reſolvuntur, poſtquam tenuiores compagines vermes abroſerunt; ita contigit non raro, ut mortaria ipſa ultro diſſoluta in ſabulum abeant, poſtquam feliceet tenue illud, & imperceptibile gluten vermes devorarunt.

Sunt igitur facile vermes illi lapidum, & mortariorum, quos Moyſes lepræ domorum nomine deſignatos voluit; quemadmodum & mala ab illis cauſata omnia ipſiſſima ſunt, quæ Moyſes eidem lepræ attribuit. Nec ſane abs re ſunt cautiones illæ in Lege præſcriptæ, cum noſtra hypotheſi apprime quadrantes. Primo igitur ſedulo obſervandum præcipit, an maculæ illæ ſubvirides, ſeu ſubrubræ ſpatio ſeptem dierum increverint; nempe an vermes opus ſuum vehementer promoverint. Detecto hoc argumento, ſtatim avulſi lapides, & eraſi parietis pulvis in locum extra Urbem remotum projiciuntur; ne quid ſcilicet ab infectis illis mali Urbi immineat. Tandem ſi omnes illæ cautiones non ſatis malo occurriſſe deprehendantur, nec peſtis gliſcere deſierit; tunc domus dejicienda; neque enim fieri potuiſſe credidit Moyſes, ut vermium pervicaciæ mitiori remedio occurreretur; quare dejiciendam ædem cenſuit, ne omnes contagione corrumperentur.

Conſule noſtram Diſſertationem in morbum Jobi, ubi eam in rem plura congeſtimus, demonſtrare conati, venereos morbos & lepræ genus eſſe, & apud Veteres non ignotos.

DIS-

(1) *Job.* 13. 28. (2) *Vide etiam Oſe.* 5. 12. *Iſai.* 50. 9. *Pſ.* 38. 12. *Eccli.* 42. 13. (3) *Vide Journal. des Scavans an.* 1668.

DISSERTATIO DE MOLOCH DEO AMMONITARUM.

CUM tria sint Deorum nomina, quorum in scriptis Mosaicis mentio recurrit, nempe Moloch, Phegor, & Chamos; singulis dissertationibus agendum de illis seorsum constituimus. Par est enim ut de vetustissimis, quæ ubique occurrant, Numinibus, quorum aliquoties frequens est in Sacra Scriptura mentio, atque Israelitis sæpissime fuerunt offendiculo, exactius aliquid afferatur in medium. Primus igitur prodeat, qui primus etiam in Scriptura legitur, Moloch; de cujus figura, genio, cultu, cultoribus, quemadmodum & de affinitate cum ceteris Paganorum Numinibus, disquiramus. Qua in re non parvo nobis erunt adjumento doctissimorum Virorum (1) de hoc argumento Lucubrationes, quibus novi aliquid de nostro adjungendum suscipiemus.

Cautum est Israelitis (2), ne filios suos per ignem traducere ullquam in cultum Moloch audeant; quod etiam præceptum Moysis iterum validius inculcans (3), lapidum ab universo populo injiciendorum supplicium in transgressores edicit; tum Dei nostri hæc addit: *Ego ponam faciem meam contra illum, succidamque illum de medio populi sui, eo quod dederit de semine suo Moloch, & contaminaverit Sanctuarium meum, & polluerit nomen sanctum meum. Quod si negligens populus terra & quasi parvipendens imperium meum dissimulet hominem, qui dederit de semine suo Moloch, nec voluerit eum occidere, ponam faciem meam super hominem illum & organismem ejus; succidamque & ipsum & omnes, qui consentiunt ei, ut fornicentur cum Moloch de medio populi sui.* Hujus Numinis cultum adeo passim potissimam Hebræorum partem, antequam ex Ægypto facesserent, facile credimus; cum Amos (4), & post illum Sanctus Stephanus (5), delatum desertum in Tabernaculum Moloch Idoli sui Judæis exprobraverint; de Moyse ita de Numine illo loquatur, quasi gliscentem jam abusum corrigere, atque pristinæ bonæ naturam & possibile tantum, malum avertere conaretur.

Porro si ea fuit Judæorum in Moloch pervicacia, ut authoritati atque studio Moysis, simulque Deo minitanti dira in deserto resisteret; nec desisse pariter credendum est eo temporis intervallo, quod ita *Judic.* 21. 14. describitur: *Non erat Rex in Israel, sed unusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.* Salomon hoc sibi decus ereminè quæsivit, ut scilicet Templum supra montem Jerosolymæ imminentem Moloch excitaret (*); qua in re æmulatorem habuit Manassem: *Erexit* (Manasses) *aras Baal, & fecit lucos; & traduxit filium suum per ignem* (6). Licet enim hic de Baal sermo habeatur, ritus tamen filios per ignem traducendi inter potiores cæremonias Moloch recensetur; quæ duo sane nomina interdum alterum pro altero usurpari infra demonstrabimus.

Neque in Prophetis obscura apparent vestigia hujus non gliscentis tantum, sed & regnantis in populo abusus, Jeremias vitio vertit Tribui Juda, civibus Jerusalem, (7) ædificasse illos *excelsa Baal, ad comburendos filios suos igni in holocaustum Baal .... Propterea, ait Dominus, ecce dies veniunt, & non vocabitur amplius locus iste Topheth, & vallis filiorum Ennom, sed vallis occisionis.* Ambæ scilicet valles illæ cultu Moloch prophanissimæ erant. Eadem apud Sophoniam legas, qui Dei verbis hæc pronuncIat (8): *Extendam manum meam super Judam, & super omnes habitantes Jerusalem; & disperdam de loco hoc reliquias Baal ..... & qui adorant super tecta militiam cæli, & adorant, & jurant in Domine, & jurant in Melchom.*

Ex omnium horum testimoniorum collatione Baal pro Moloch usurpatum esse facile intelligimus; quod etiam ex historia Josiæ, in Scriptura relata, apertissime confirmatur; is enim Rex (9) *contaminavit Topheth, quod est in convalle filii Ennom, ut nemo consecraret filium suum, aut filiam per ignem Moloch.* Cum igitur eadem vallis cultui Baal consecrata ex testimonio Jeremiæ supra laudato appareat, eidemque Numini oblatos constet in holocaustum filios; hæc nomina Baal, & Moloch unum idemque Numen designare satis superque intelligimus.

Porro Moloch Numen fuisse peculiare, quin & unicum, quod sciamus, Ammonitarum, ex pluribus Scripturæ testimoniis constat. Cum David Hanonem Regem ejusdem gentis debellasset, *tulit*, ait Scriptura, *diadema Regis eorum de capite ejus, pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas, & imposuit est super caput David* (10). Eo Scripturæ testimonio, cum alio ejusdem rei in Paralipomenis collato, intelligimus diadema illud e capite Moloch Numinis Ammonitarum, non e capite Regis ejusdem detractum gentis fuisse (11): *Tulit David coronam Melchom de capite ejus.* Cum autem Melchom idem fit nomen ac Moloch, utrumque autem Regem significet; hinc æquivocationi locus factus est. Ea vero circumstantia, detracti scilicet diadematis e capite Moloch Numinis Ammonitarum, formam in idolo humanam regiamque similitudinem, satis demonstrat; nec proceritatis ipsius obscurum est argumentum, quod de pondere ejus coronæ, si tamen capiti imposita erat, memoriæ proditum est. Quantum enim caput, coronam sustinens 86. librarum, 14. unciarum & 5. grossuum nostri ponderis marcha? Illud sane ut in suos sinos David transferret, detracto auro tolerabilius efficere debuit; nisi forte ponderosum hoc diadema supra thronum suum suspendit, quo sensu facile etiam detulisse coronam Moloch perhibetur.

Ammonitarum verbis, & sensu locuti sunt Prophetæ, cum eum nobis ingerunt hujus Numinis iidem, veluti Regis, Domini, totiusque gentis & Regionis arbitri. Futuram earum gentium captivitatem Jeremias, & Amos prædicentes, oraculo sua ita pronuntiant (12): *Cur hæreditate possedit Melchom, Gad? ..... Melchom in transmigratione ducetur, Sacerdotes ejus, & Principes ejus simul.* Hæc porro erat misera eorum Numinum condirio, ut fortunam cultorum suorum sequuta, eodem, quo illi, fato traherentur.

Hæc in Scriptura de Moloch; modo de cultu illi impenso agendum est. Ex pluribus Sacrorum Librorum testimoniis oblatos hinc Numini infantes, & per ignem in ejus honorem traductos intelligimus. Sed quibusnam cæremoniis superstitio illa parabatur?

(1) *Selden. Syntag. de Diis Syris. Spencer. de legib. Hebr. ritual. l. 2. c. 10. Vossius de origin & progr. Idolol. l. 2. c. 5.* (2) *Levit. 17. 21. De semine suo non dabis ut consecretur Moloch.* (3) *Levit. 20. 2. &c.* (4) *Amos 5. 26. Portastis tabernaculum Moloch vestro, & imaginem Idolorum vestrorum, sidus Dei vestri.* (5) *Act. 7. 43.* (*) *3. Reg. 11. 7.* (6) *4. Reg. 21. 3. 4.* (7) *Jerem. 19. 5. 6.* (8) *Soph. 1. 4. 5.* (9) *4. Reg. 23. 10.* (10) *1 Reg. 12. 30.* (11) *1. Par. 20. 2.* (12) *Jerem. 49. 1. 3. Amos 1. 14. 15.*

batur? Altum ea de re silentium in Scriptura: Scriptorum conjecturæ variæ. Alii flammam ante Numen, excitatam salvu transfisse pogros credunt; alii per medios ignes e regione positos, trâdictos; qua, inquiunt, cæremonia pueri initiati, non igne perempti confecrabantur. Alii flammis ambustos contendunt; qua in re variæ etiam sunt variorum opiniones. Au enim igne posito ante aram Numinis cremarentur victimæ illæ, an scilicet in ulnis simulacri repositæ, an in armario, in eodem Simulacro excavato, in ejus manibus, vel sinu, an tandem in manibus Numinis ita depositæ, ut inde in subjectum simulacro ignem deciderent, ambigitur. His variis Authorum sententiis occasionem præbuit variæ Rabbinorum ejusdem Numinis descriptiones; quas, ut vera fatear etsi cum veritate congruere non statim pronunciarem, non tamen rejicere continuo auderem, cum ab externorum Numinum figuris, a probatissimis Authoribus deductis, non abludant.

Tradunt igitur Rabbini, simulacrum Moloch ex ære fuso constatum; Numen vero referre æreo throno assidens, regissque indutum insignibus. Capite erat, inquiunt, vitulino, porrectisque brachiis, veluti si ad amplexus invitaret: cum autem pueri ad Sacrificium deducerentur, subjecto intimis simulacri penetralibus igne, totum excandebat, quo pueri inter ulnas ejusdem simulacri repositi, dicto ei eius cremarentur. Ne quid vero de miserorum infantium clamore ab adstantibus exaudiretur, Sacerdotes magno tympanorum, aliorumque Musicorum instrumentorum strepitu prohibebant. Alteram plane diversam ejusdem Numinis descriptionem Paulus Fagius ex iisdem Rabbinis acceptam refert, Moloch, ait ille, simulacrum erat, quod interne cavum, in plura armaria distribebatur; alterum prolibationibus farinæ; alterum pro turturum victimis; tertium pro ove, quartum pro ariete; quintum pro vitulo; sextum pro bove: posteremum pro infante, qui excitato in intimis Simulacri penetralibus igne calore ambustus oremabatur. Numinis facies vitulina, manus veluti excipiendo alicui porrectæ.

Septem istæ cellulæ satis cum iis quadrant, quæ de Mitra ex veterum relatione diximus, Mitra Persarum erat Numen, cui cruentis victimis, adeoque & humanis litabatur: quod etiam cum sacrificio infantium, Molochi solatio, congruit. Celebrantur septem ostia Mitræ, quibus septem planetarum nomina imposita sunt; unde facile Hebræi desumpserunt historiam septem armariorum Moloch (1). Nemo, authore Suida, Sacris Mitræ initiabatur, nisi prius dura, & ardua specimina & puritatis, & *apathiæ*, vel stupiditatis suæ exhibuisset. Hæc vero specimina ab aliis duodecim (2), ab aliis (3) 80. enumerantur; inter hæc tolerandæ fames, sitis, ignis, frigus, verbera; nec rara erant humanarum victimarum Sacrificia in artis illis & diris mysteriis, quibus obscuræ cavernæ terror horrorem crudelitatis augebat.

Saturnus Carthaginiensium plurimum etiam ad Moloch accedebat. Ejus figuram Diodorus Siculus ita describit (4): Simulacrum erat æneum, manibus terram versus porrectis, ut impositus in illis puer suo pondere labens in subjectum simulacro ignem, qui perpetuus in fossa ad pedes Numinis excavata ardebat, decideret. Porro hunc ipsissimum esse credimus Deum, quem gentes illæ *Hamilcam* appellabant; quod scilicet nomen ab Athenagora (5), relatum, ad Moloch satis accedit. Quamquam autem Saturnum Carthaginiensium ex Saturno Phœnicum derivatum vix dubitamus; forma tamen erant inter se prorsus absimili. Phœnices duo oculorum paria Numini suo imponebant (6), ante nempe, & retro; par alterum apertum, alterum clausum; quatuor alas, par extentum, par reductum; addebant & tertium alarum par in capite. Cæterum victimis humanis tam apud Carthaginienses, quam apud Phœnices Numini litabatur. Infantes Saturno cædi in pluribus Africæ regionibus Minutius Felix testatur (7); sicut & apud Tertullianum legimus humanæ victimæ sacrificia in iis regionibus Saturno; cognomento Crudeli, offerri solita, sub Tiberio primum desisse (8). De Saturno veto Phœnicum perhibent, victimis humanis litandi morem ab ipso primum authore cœpisse, quippe qui Jeud filium suum mactaverit; quæ deinde consuetudo per ordem universum longe lateque obtinuit. Ejus rei exempla frequentissima apud Phœnices in historia Sanchoniatonis occurrere Porphyrius (9) testatur.

Ejusdem cultus Saturno, sive Moloch impensi vestigia quædam apud Indos, & Japones deprehendi, ex relatione Numinis ejusdem gentis intelligimus (10). Meaci enim in Japonia Idolum extat cavum, æneum, auro superinductu fulgens, quod in genua licet assideat, 24. pedibus tamen assurgit. Hoc autem Simulacrum certis per annum solemnitatibus subjecto igne accensum positum inter ulnas infantem diris ignei que amplexibus stringens suffocat.

Ex his, quantum arbitror, satis intelligimus Moloch ipsissimum esse Phœnicum & Carthaginiensium Saturnum, quemadmodum ante nos etiam viri doctissimi Seldenus, Grotius, Bonfrerius, aliique senserunt (11). Sed quid ista ad Mitram Persarum, & Baal Phœnicum, quos pariter cum Moloch confundendos supra autumavimus? Hæc fiquidem Numina, non ad Saturnum eudem, sed ad Solem referri plurium est. Huic objectioni tripartitus, Solem & Saturnum juxta quorumdam opinionem, sub eodem nomine & forma olim apud Orientales cultum obtinuisse, Assyrii, ait Servius (12), Saturno, quem Solem putant, cultum impendunt; colebant & Junonem, quæ simul omnia Numina in Africam transferunt; factum inde ut Punico sermone *Baal* Deum significet, & apud Assyrios Sol & Saturnus sub eodem *Bael* nomine censeantur: *Apud Assyrios autem Bel dicitur quadam Assyrorum ratione Saturnus, & Bel*. Parit etiam Macrobio vita (13), qui Saturnum Græcorum, & Latinorum eumdem esse cum Sole demonstraturus, observat, eadem plane ratione, qua Sol elementa moderatur, temporum vices accessione & recessione sua ordinat; ita tanæ tempus, quod Saturni nomine appellatum Veteres maluerunt, temporum est arbiter, isque certum præscribit terminum, ubilique, quod Soli tribuitur, a se habet alienum. Humanis autem victimis Saturno litatum fuisse apud Latinos Græcosque ignorare neminem credo (14). Hoc impii sacrificii genus ab Hercule ex Hispania reduce in Italia abolitum ferunt. Nomina Mitra, Baal, Hamilcas, Moloch, Melchom singula æque Regem, Dominum, Herum sonant, Græcorum Solis nomen, nempe Helios, ex *Hel*, quod Deum significat, Phœnicum apertissime derivatur. Ita Servius ea de re. *Omnes in illis partibus Solem colunt, qui ipsorum lingua Hel dicitur, unde & Helios.* Tradit etiam Eusebius (15), in Theologia Phœnicum Saturno inditum esse nomen *Ilus*, quod idem est ac *El* Hebræorum, nempe Deus. Cyrillus Alexandrinus autumavit, Ammonitas (Moabitas habet memoria lapis) Planetam Veneris in Moloch suo coluisse; ejusque Numinis supremam frontem gemma quadam pellucida inserta micuisse (16) refert.

(1) *Vid. Orig. contra Celf. l. 5. & Selden. de Diis Syr. Syntag. 1. pagin. 169. 170. 171.* (2) *Nicetas in Greg. Nazian. Orat. in Sanctæ Lum.* (3) *Vide Nonn. in Greg. Nazian. & Eli. Cret. in ejusd. 3. invectiv. cons. Julia.* (4) *Apud Euf. Prep. lib. 4. capit. 16.* (5) *Legat. pro Christian.* (6) *Euf. l. 1. Præpar. cap. ultim.* (7) *In Octav.* (8) *Apolog. 2.* (9) *De abstin. l. 2.* (10) *Vide Horn. de orig. gent. Americ. l. 2. cap. 13. Chevreau Hist. du Monde, tom. 5. l. 8. capit. 4. pag. 144.* (11) *Vide Selden. de Diis Syris Syntag. 1. cap. 6. Grot. in Deut. 18. 10. Bonfrer. hic, Var. Mariana, & plerosque apud Toftat.* (12) *Serv. in 1. Æneid.* (13) *Macrob. l. 1. cap. 23.* (14) *Vide Tzetz. l. 1. de fabl. Relig. cap. 21.* (15) *Ex Sanchoniat. l. 1. Præp. cap. ult.* (16) *In Amos 5. 25. & ex eo Oecum. & Theophylact. in Actu.*

refert. Hanc S. Patris ſententiam, quam Græci quidam adoptarunt, conjecturæ quædam ſuleiunt, ſtatim a nobis promendæ, ut demonſtremus Moloch Lunam aliquando deſignare, quam ſane Lunam non raro Veneris Numen apud Veteres exhibet (1).

Arias Montanus Moloch reſaturus ad Mercurium, nomen illud ex Hebræo Malae, nnneium, ſeu legatum agere, derivat; quod ſcilicet Mercurio apprime quadrat. Verum alia eſt ſcribendi nominis Moloch in lingua originali ratio, quam quæ Ariæ explicationem patiatur; potius enim quam Legatum Regem exprimit. Neque ſane uoquam victimis humanis litatum Mercurio legimus. Nec æquior eſt Kircheri (2) conjectura, autumantis Moloch ipſiſſimum eſſe Martem, & aliquando etiam cum Typhone, & Mitra confuſum. Epis conjectura ex eo tantum dueitur, quod in Commentario Cophtico ad Act. 7. 43. nomen Moloch pro ſydere Martis poſitum ſit. Non unum tantum, ſed æque omnes Ammooitarum Deos nomine Moloch deſignari Spencerus contendit (3); quare, inquit, & Sol & clariſſimi quique Heroes ea ſimul appellatione cenſentur, ut proinde fruſtra quis certam Nominis Moloch figuram determinaverit. Obſervat in eam rem nomeo illud indiſcriminatim pro Baal uſurpari; ſicut & Baal nomen eſſe æque omnibus Orientalibus Numinibus commune, ex illo Iſaiæ demonſtrandum ſuſcipit (4): *Dii gentium Gezam, & Haran &c., quos ſubverterunt patres mei, numquid eruerunt eos? Ubi eſt Rex Emath, Rex Arphad, & Rex Sepharuaim.* Quo loco hic Reges Emath, & Arphad ſcribitur, alibi ita ſcriptum legitur (5): *Ubi eſt Deus Emath, & Arphad?* Adjeciſſe poterat Spencerus, quod ſupra nos animadvertimus, Deum Melchom perinde ac Regem Ammonitarum habitum fuiſſe, cujus captivitatem, ſicut & Sacerdotum ipſius omnium ſervitutem, Propheta præmunciarunt.

Gerardus Joannes Voſſius non vagam adeo, ut Spencerus; ſed certiorem ejus Numinis ideam exhibet; namque nomine Moloch deſignatum eredit Apollinem vel Solem, Cœlum, Jovem, Saturnum, ſive Naturam; quamquam potiſſimum Soli ejus ſimulacrum confeeratum ſuſpicatur (6). His autem rationibus nititur. 1. Nomen Moloch idem ſonat, ac Baal, quo poſtremo Sol ipſe apertiſſime denotatur. 2. In Simulacro Moloch ſeptem erant cellulæ, ſi Hebræis fides; quinque ſcilicet pro ſingulis planetis, duæ reliquæ pro Luna, & Sole, Soli autem infans immolabatur.

Poſt adductas haſce doctiſſimorum virorum opiniones una cum ratiooibus, quibus ſuleiuntur, ad noſtram tandem proferendam ſententiam lectorum expectatione invitamur. Nobis igitur ea ſeder ſententia, quæ Moloch cum Sole, ſive eum Luoa, vel cum utroque ſimul confundit. Paradoxum aſſerere videmur; ſed hujus noſtræ opinioois eas proferemus conjecturas (neque enim in re ambigua demonſtratio expetenda eſt) quas apud æquos Lectores fidem obtenturas confidimus.

Sol & Luna, vetuſtiſſima ſimul ac notiſſima ſunt Paganorum Numina, in quorum cultu, quamquam variis nominibus repræſentarentur, tota Orientalium ſuperſtitio verſabatur. Alterom ex illis Aſtris Regis titulo & nomine, alterum Reginæ Cœli deſignatum eſt. Nec alia ſunt Ægyptiorum Numina, ſub Oſiridis, & Iſidis nomine (7), ſicut etiam Ammonis notiſſima. Alexander Magnus, ejuſdem Ammonis Oraculum in Lybia celebratiſſimum eooſulturus, Numioi ſub titulo *Regis* ſive *Domini* oblatis ſacris litavit (8). Olim apud Phœnices oulla erant alia quæ colerentur Numina, quam Sol, Luna, Aſtra, & Elementa; Solem autem Baal; Lunam Aſtarrem appellabant. Gemini erant Arabibus Dii, Baechus, & Alilat ſeu Venus Cœleſtis (9); in Baecho Solem, in Alilat Lunam agnoſce. Primi Græciæ ineolæ nullum norant Numen, ait Plato, quam quod hodie uſque Barbari noverunt, Solem, Lunam, Terram, Aſtra, Cœlum (10).

Veterem hanc religionem Barbari nondum exuerant, cum Græci ſub Alexandro Magno ſuſcepta in illos expeditione totum Orientale Imperium invaſerunt, Ægyptus exeipiatur oportet, ubi vel brutis ipſis decreta ſunt thura & Altaria; ſed & his exceptis Numinibus, etiam apud Ægyptios varia quidem erant Deorum nomina, re tamen Solem & Lunam unicee ab illis cultos non temere ſuſpicaremur. Cum tamen Græcorum faſtus religionis ſuæ veſtigia in ipſa Orientalium Theologia rimari voluiſſet, factum inde, ut omnia turbarer, Barbariſque Numinibus nomina inderentur Deorum, qui in Græcia colebantur. Ita e. g. neſcio quid ſimilitudinis nacti inter Baal Phœnicum, & Saturnum ſive *Cronos* Græcorum, contnouo duo hæc Numina in unum conſtantes, Baal Deum Phœnicum ipſiſſimum eſſe Saturnum pronuoetaruoth idem Saturno Carthaginenſium aceidit. Poſtribula, & teortationes in honorem Numinis cujuſdam frequentari apud Orientales animadvertentes, ſtatim ea ſuperſtitione Venerem coli dixerunt; ſed reelamantibus Orientalibus, æque colere ſe eo ſuperſtitionis ritu Lunam affirmantibus, ideo Veorem Cœleſtem invehere viſum eſt.

Quod autem maxime nos in hane ſenteotiam inclinat, or ſeilicet Moloch cum Sole confundamus, illud eſt, nempe Arabes, inter quos Ammonitæ cenſebantur, Solem, & Lunam pro omnibus Numinibus coluiſſe. Arabes, ait Herodotus (11). Dionyſium tanrum, & Deam Cœleſtem colunt; hunc *Ourotalt*, illam *Alilat* appellant. Scitum eſt apud Græcos ipſos Baechum, Liberum, Dionyſium varia eſſe ejuidem Numinis, nempe Solis, ſynonima; quod apertiſſimis rationibus Macrobio demonſtratum eſt (12). Apud Ægyptios, Herodoto author, Dionyſius pro Oſiride uſurpatur (13); Oſiridis autem nomine Solem deſignari quis neſciat? Quadrat nomen Ourotalt, quo Arabes Dionyſium appellant; ſonat enim eorum lingua Deum luminis; quadrat & cultus Baccho, ſive Dionyſio impenſus, apprime ſævus, & immanis; victimis enim humanis pluribus in loeis ejus Numini litabatur; ita in Inſula Chio ante Aram Numinis in fruſta miſeri homines diverpebantur. Cives Duma in Idumæa Ammonitis conterminis, quemadmodum eſt a nobis ad Levit. 18. demonſtratum, infantem quotannis immolabant; macſtatum autem coodebant tub lapide, quo pro Altare ſimul; & Simulacro utebantur. Nec olim apud veteres quamplures alia erant Idola, quam lapides rudes, vel in columnas redacti: ita Baechum Thebarum, & Deum Elagabal (Solis erat imago) deſeribuot; ita de Arabum Numinibus ſerunt, apud quos quadrata pyramis Lunam exhibebat. Apud recentiores Arabes tamen ſtatuas obtinuiſſe infra demonſtrabimus. Non abs re igitur credimus, Moloch Ammonitarum, & Dionyſium ſive Ouroralt Arabum pro uoo eodemque Numine uſurpaodos.

Præterea undum hic ducimus, quod ſupra jam demonſtratum eſt; nempe Mitram Perſarum, & Belum Aſſyriorum ipſum eſſe Solem, & Moloch; addeodum tamen eum Herodoto eeoſeo, invectam in Perſidem ab Aſſyriis, & Arabibus authoribus religionem (14); quare Perſarum Mitra ipſa eſt Alilat, nempe Luna; qua de re iofra ſermo redibit, cum Moloch, & Lunam facile confundendos demonſtrabimus.

Potiſſima Phœnicum Numina celebrabantur Baal; & Aſtarte, quorum primus Solem, altera Lunam deſignat. Id cum per ſe apertiſſimum eſt, tum adductis ratioobus extra omnem controverſiam ponemus. Sanchoniato, ab Euſebio relatus, tradit, Solem unicum eſſe apud eas gentes Cœli Dominum,

Diſſert. Calmet. Tom. I. E eui

(1) *Macrob. Saturn. l. 3. cap. 8.* (2) *Oedip. Ægypt. Syntag. 4. capit. 15.* (3) *De Leg. Hebr. Ritual l. 2. cap. 10. ſect. 12.* (4) *Iſai. 37. 12. 13.* (5) *Iſai. 36. 19.* (6) *De orig. & progreſſ. Idololat. l. 2. cap. 5.* (7) *Vide Euſeb. l. 1. Prap. cap. 10.* (8) *Arrian. de Exped. Alex. lib. 3.* (9) *Herod. lib. 1. cap. 131.* (10) *Plato in Cratylo.* (11) *Lib. 3. cap. 8.* (12) *Orpheus apud Macrob. lib. 1. capit. 18.* (13) *Lib. 2. capit. 44.* (14) *Herod. libr. 1. capit. 131.*

cui proinde nomen ab illis inditum est *Baal-Schemen*, nempe Deus Cœli (1). In Scriptura appellatur *Baal-Schemes*, nempe Deus Sol, sic autem habet (2): *Et præcepit, ut projicerent de Templo Domini omnia vasa, quæ facta fuerant Baal, & in luco* (Hebr. *Aſera*, nempe Aſtarte) *& universa militia Cœli,... & delevit qui adolebant incenſum Baal, & Soli*, (Hebr. Baal. ſchemes) *& Lunæ, & duodecim ſignis*. His tanc verbis Baal, & Baaliſmes, ſicut Aſtarte & Luna non obſcure confunduntur. Porro Aſtartem cornigeram pingebant, teſte Sanchoniatone: nec alius fuiſſe creditur Baalis habitus, ſi unus idemque cum Sole, Baccho, & Oſiride reputandus eſt. Quæ in Regno Iſraelis ad cultum erecta erant Numinum ſimulacra, ad ſimilitudinem Baalis, Aſtartes, Oſiridis, & Iſidis expreſſa, hæc ſane in Scriptura Vaccæ ſeu Vituli autei appellantur (3); quod ſcilicet vel bovino effemo capite, vel ſaltem radiis, veluti cornibus, frontem haberent inſtructam. Quod ad Phœnices attinet, fruſtra humanis victimis illos ſuis Numinibus litaſſe oſtenderemus, cum hujus criminis & primi authores, & fautores potiſſimi tum in ſuis Urbibus, cum in ductis a ſe Coloniis habeantur.

Nec Syri reliquis finitimis gentibus in cultu Solis quidquam conceedebant: cui nomen *Adad*, i. e. unus, ſolus, ab illis inditum credimus: quo pariter nomine pleroſque ex eorum Regibus appellatos legimus in Scriptura. Eodem nomine *Adad* maximum gentis Numen ab Aſſyriis appellatum, cui ſocium in ſuprema rerum omnium poteſtate jungeret Deam *Atargatim*, Macrobius (4) eſt author, Coronam Numini imponebant radiis inclinatis nitentem; Deæ vero radiis in ſublime erectis. Porro in ea hiſtoria Aſſyrios pro Syris uſurpatos, errore apud Veteres, non ſatis inter duas haſce gentes diſtinguentes, frequentiſſimo, ne ambigimus quidem. Alterum Solis ſimulacrum, habitu plane a Numine Macrobii diverſo, Edeſſæ in Syria dedicatum Herodianus deſcribit (5). Dei nomen *Elagabal*; figura vero lapis *ab imo rotundus & ſenſim faſtigiatus*. Antoninus Imperator, cui idem cum Numine erat cognomen, communem utrique ſedem voluit; quare Romam transferri, liſdemque, quibus antea Edeſſæ, coli honotibus curavit. Qui nam illi? ærſorum puerorum victimis Numini illi ab Imperatore litatum ex Xiphilino habemus. Quare idem facile Numen fuit *Elagabalus* ac Moloch.

Alia occurrunt in Scriptura Numina, facile cum Deo Ammonitarum confundenda; ſcilicet *Anamelec* & *Adramelec*, Dii Sepharvaitarum (populi erant in Samaritidem a Regibus Aſſyriæ loco veterum incolarum translati). Conjecturam capimus ex mote in ea gente recepto, de quo 4. Reg. 17. 31. *Qui erant de Sepharvaim combarebant filios ſuos igni Adramelec, & Anamelec Diis Sepharvaim*. Porro has gentes veterum Medorum regionem, vel circa incolere potuiſſe in Commentario in Genes. 2. 12. oſtendimus. Nomina *Anamelec*, & *Adramelec* juxta Hebraicam etymologiam reddi poſſunt, illud *Rex Magnificus*, alterum vero *Rex mitis*. Autumat Voſſius, Anamelec deſignare etiam poſſe Deum oraculà fundentem, ex *Ana*, quod Hebræis eſt reſpondere (6). Poteſt etiam ex Arabico *gani*, dives, vel *gina*, *divitiæ*, reddi, *Rex dives*, ſive *Rex divitiarum*. *Adramelec* eſt Rex, vel Deus magnificus. Ego non invitus crediderim. Anamelec ipſam denotare Deam *Anaim*, in regionibus Aſſyriæ finitimis, ut ex Strabone (7) patet, celebratiſſimam, quæ quidem Dea cum Diana, & Luna confundenda eſt. Quoad *Adramelec* vero, nonniſi Solem deſignaſſe cenſeo; quod ſane nominis ſignificationi, Dei ſcilicet magnifici, apprime quadrat.

At enim, ſi Anamelec ipſa eſt Dea Anais, quomodo Regis titulus Anamelec, fœminæ nempe, in Sacra Scriptura tribuitur? Quod difficultatem faciat in ea re nihil eſt, ſolemne enim erat Antiquis, ut nullum in Diis ſexum diſtinguerent, quemadmodum neque ſatis diſerimen illud obſervat S. Scriptura, quæ de Aſtarte, & Dagone agens, Deos utroſque, nullo facto diſcrimine, appellat (8); cum ramen Dagon facile ipſa eſſet Dea Dereeto, ſive Aergatis; Aſtarte vero Dea eſſet Sydoniorum. Uſitatiſſima etiam erat formula Paganorum inter orandum *ſive is Deus eſt, ſive Dea* (9); quemadmodum etiam conſtat ex relata apud Macrobium prece pro imperranda ope Deorum, quorum patrocinio obſeſſa Urbs ſubdebatur (10). Iſtud autem capitale Paganæ Religionis dogma, ſi unquam alias, potiſſimum in Luna obſervabatur, quæ utrumque ſexum in ſe conjungere credebatur, air Plutarchus (12). Non ignota ſunt nomina Deus Lunus, & Dea Luna: quin & Apollo ipſe ſub utriuſque ſexus habitu, quemadmodum & Mitra, colebatur. In ſuperioribus obſervavimus ex Herodoti teſtimonio, eamdem Deam, quam Aſſyrii Mitram appellabant, hanc ſub nomine Alilat Arabes coluiſſe. Luna apud Syros, Armenos, & in Meſopotamia virile erat Numen. Virilibus veſtibus induta pingebatur, quemadmodum & in Numinis quibuſdam Græeis hodie uſque apparet, ubi virili etiam titulo, atque Armeno capitis integumento exhibetur. Narrat Spartianus veteres Chartaium in Meſopotamia incolas in ea fuiſſe perſuaſione, ut quicumque Lunam pro Dea haberent, ipſi numquam uxori ſuæ non ſubderentur; qui vero pro Deo, numquam noa uxores ſuas ſibi morigeras habituros (13). Addit conſueviſſe quidem Græcos, & Ægyptios muliebri nomine Lunam appellare quandoque; numquam tamen niſi tamquam Numen virilis ſexus in myſteriis ſuis babuiſſe: *Myſtice tamen Deum dicunt*. Bacchus quamquam ipſe Sol eſſet, uti ſupra oſtendimus, cornibus tamen inſtructus, atque muliebri amictu, uti ex Porphyrio conſtat, (13) pingebatur.

Eſt igitur ambigendi locus, an Moloch nomen ſit Lunæ potius an Solis, cum Dei ſive Deæ titulus indiſcriminatim uſurpari conſueviſſet. Ex quo etiam illud conſequitur, nihil eſſe eur Lectores mirentur, ſi Amalee, Numen Regis titulo inſignitum pro Dea habeamus.

Sed agedum, demonſtremus humanis victimis non Soli tantum, ſed Lunæ etiam Itari frequenter conſueviſſe. In regionibus ad Araxem ſitis (ubi Sepharvaitarum patriam conſtituimus) authore Strabone, Luna colebatur, cujus erat Templum inſigne ad Ibetum (14). Hujus Fani Sacerdos ſecundam obtinebat poſt Regem dignitatem, frequentem maneipiorum turbam Numini confecratam in obſequiis habebat. Accidebat autem quotannis, ut ex tanta maneipiorum turba aliquis Divino, uti ferebatur, inſtinctu in Jucum ſe ſe ſubduceret, ubi randiu errabundus vagabatur donec a Sacerdote capus, eatenis oneratus, toto anno laute in carcere detineretur. Eo anno ſacrificio una cum aliis victimis Numini immolandus adducebatur. Nec alterius erant generis Sacrificia Deæ Syriæ, (quam facile Lunam credimus ut ex Luciano conſtat. Narrat enim clauſos in faccis pueros delatos a parentibus in Templi pinnaculum, unde præcipites in forum agerentur; ingentes autem caſum ſuum pueros, ita ſolazi conſueviſſe parentes, ut dicerent, non a fe eos genitos fuiſſe, ſed a bobus. Cruenta Dianæ ſacrificia, quibus in Tauries Numen colebatur, notiora ſunt, quam ut impræſentiarum a nobis commemorentur; jejus autem cultum, & ritus in Cappadoeiam. & Arabiam invectos Strabo teſtatur (15).

Duo ſuperſunt Romæ ſimulacra, in eodem marmore inſculpta, quæ noſtro argumento ſervire poſſunt; extant

(1) *Apud Euſ. prepar. l.* 1. (2) 4. *Reg.* 23. 4. (3) *Vide* 3. *Reg.* 12. & 19. 18. *Jerem.* 2. 28. & 7. 9. & 11. 13. 17. & 19. 5. & 32. 35. *Oſee* 2. 8. *Sophon.* 2. 4. *Tob.* 1. 5. *In Hebreo quoque Vacca interdum appellantur*; *Vaccæ* (Hebr. *egelot*) *Bethaven colurunt habitatores Samariæ. Oſee* 10. (4) *Saturn. l.* 1. *cap.* 23. (5) *Herod. l.* 5. (6) *Voſſ. de Orig. & progr. Idolol. l.* 2. *cap.* 5. (7) *Strab. l.* 11. *pag.* 347. & *l.* 15. 485. (8) 1. *Reg.* 3. 7. *Dura eſt manus ejus ſuper nos*, & *ſuper Dagon noſtrum* 3. *Reg.* 11. 5. 33. *Adoraverunt Aſtarten Deam Sydoniorum*. (9) *Arnob. contra Gentes.* (10) *Macrob. Saturn. l.* 3. *cap.* 9. (11) *De Iſide*, & *Oſiride*. (12) *Spartianus in Caracalli.* (13) *Apud Euſ. Prep. l.* 3. *cap.* 11. (14) *Strab. l.* 11. (15) *Strab. l.* 12. & *l.* 16.

extant autem in hortis Farneſianis, & ipſiſſima eſſe Numina credit Seldenus, quæ, referente Zozymo, Palmyra Romam ab Aureliano delata ſunt. Inſcripta marmori legitur hæc Græca epigraphe: *Ajilobolo, & Malachelo Diis patriis*. Credit autem idem Seldenus, Agilobolum eumdem eſſe ac Elagabalum Deum Palmyrenorum, quem Antoninus cognomento Heliogabalus Romam transferendum curavit: derivat autem nomen illud ex Hebræo *Hagli*, rotundus, & *Baal* Dominus: Porro Helagabalus lapis erat rotundus, uti jam ſupra innuimus, & Solem deſignabat. Malachelum vero ita interpretatur, ac Deum Belum; ego tamen maluerim Malabelum Lunam reddere. Fateor quidem nomen illud virile eſſe; ſed non ſemper muliebri nomine appellatam Lunam ſupra oſtendimus; quin & Malachelus plerumque eornus habet Lunæ in dorſo expreſſa, quod Lunæ unice convenit. Nomen Malabelus ad litteram ſonans Deus Rex, ſummam ejus Numinis venerationem demonſtrat, ſimulque probat, quod ſupra a nobis infinuatum eſt, nempe Moloch, cum Deo Luno confundi.

Tandem in promptu habemus Autorem, qui ſingulare aliquid de Ammonitarum Numine affert. Is eſt celeberrimus Itineratior Benjamin, qui veniſſe ſe Gebai Urbem Ammonitarum referens, vetus inviſit Templum, & in Templo vetus, quod ſupererat, ejuſdem gentis Numen. An mulierem, ſive marem referret, ſilet omnino; ceterum, ait, ſimulacrum erat lapideum, auro ſuperinductio nitens, quod throno aſſidens, duas utrinque fœminas, totidem throno aſſidentes, habebat; ante fœminas Ara poſita in uſum ſacrificiorum, & aromatum. Ex Authoris ſilentio colligimus, nihil novi in Numinis ſimulacro ſpectatum fuiſſe; ex quo adductis ſupra ex Rabbinis deſcriptionibus ſuſpicio non levis. Nec eſt cur diverſa ab eo Numine eredamus alia finitimarum gentium; quamquam enim in remotiſſima antiquitate rudes colluiſſe lapides, ſive columnas populos illos conſtat; ſucceſſu tamen temporis hominum ſimulacra rudes illi lapides ad deeus Religionis induerunt. Si autem in medium iterum adducere licet *Helagabalum*, poſſumus non inepte ejus nomen ex *El* & *Gabal* derivare, ut ſit Deus Gabal, nempe Sol in Urbe Gabal cultus, vel Deus terminorum; has enim omnes ſignificationes comnode reddit Hebræum Gabal. Poſſet etiam non incongrue derivari ex *Hevi-Haggabal*, nempe Deus creator, vel Sol creator, quem ſæpe titulum apud Paganos Sol obtinebat. Porro *Gabal* Syriace & *Gabil* Arabice ſonant creare.

Antequam Diſſertationem claudamus, objectionem occupare oportet, ex eo ſcilicet deductam, quod negotium facere videantur varia illa nomina uni eidemque Deo juxta noſtram ſententiam indita in regionibus inter ſe finitimis, nec ſæpenone, neque religione plurimum inter ſe diſcrepantibus.

Sed his facile reponimus, varia fuiſſe ejuſdem Dei nomina, nedum apud varias gentes, ſed in una etiam eademque regione. Sed & inter Numina cetera facile in ea re ſuperant Sol & Luna, quemadmodum & latior illis præ cæteris cultus & religio. Vetus Poeta Græcus (1) refert, Bacchum apud populos ſupra Euphratem Belum appellari, apud Lybes Ammonem, apud Ægyptios Apim, apud Aſſyrios Jovem. Sol apud Auſonium ita loquens inducitur: Ogygia me Bacchum vocat, Oſirin Ægyptus putat, Arabica gens Adoneum. Nimii eſſemus, ſi omnia Solis nomina a Macrobio recenſita referri hic (2) pateremur.

Neque quidquam in ea re Luna Soli concedebat. Diana in Hymno apud Callimacum Jovem rogat, ut ſibi hanc prærogativam, multorum ſcilicet nomium, ratam habere ſemper velit. Luna apud Apulejum (3) ita de ſe jactitat: Primigenii Phryges Peſſinuntieam nominant Deum matrem. Hinc autochthones Attici Cecropiam, Minervam: illine fluctuantes Cyprii Paphiam Venerem: Cretes ſagittiferi Dictinnam Dianam: Sicuti trilingues Stygiam Proſerpinam. Nam Eleuſini vetuſtam Deam Cererem. Alii Bellonam, alii Hecaten, Rhamnuſiam alii: & qui naſcentis Dei Solis inchoantibus illuſtrantur radiis Æthiopes, Ariique, priſcaque doctrina pollentes Ægypti, cæremonis me propriis percolentes, appellant vero nomine Reginam Iſidem.

Poſt hæc omnia non eſt cur Lectores mirentur, ſi Moloch Deum Ammonitarum cum Sole vel Luna confundendum aſſeruerimus; ſi unum etiam eumdemque habuerimus cum Baaliemes, & Aſtarte Phœnicum, Oſiride, & Iſide Ægyptiorum, cum Dionyſio & Alidat ſeu Venere Cœleſti Arabum, Mitra Perſarum, Belo Aſſyriorum, Anameleeh & Adrameleeh Sepharvaitarum, anai populorum ad Araxem, Saturno Phœnicæ, Amilea Carthaginienſium, Adad & Atergati Syrorum, Elagabalo Palmyrenorum, Dea Syria Icraplæ, Agilobolo & Malachelo Palmyrenorum, tandem cum Apolline, Baccho, Adonide, Diana, Venere, Luna, & Luno. Variis hiſce nominibus uni deſignantur Sol & Luna.

IN NUMEROS PROLEGOMENON.

HEbræum hujus Libri nomen ex primis verbis in Textu forte occurrentibus repetitum eſt; *Vajedabber*. Alii inter Judæos ex quinto ejuidem Textus verbo appellant *Bemiddebar*, facile quod hiſtoriam rerum geſtarum in itinere per deſertum ſpatio 39. annorum contineat. Apud Græcos (*) & Latinos inſcribitur *Numeri*; quod ſcilicet priora Libri capita cenſum populi & Levitarum referant.

Perfecto jam & conſecrato Tabernaculo, Moyſes juſſus a Deo cenſum populi habuit (4); ſingulæ Tribus ſingillatim cenſitæ ſunt; omnium poſtrema & ſeorſum Tribus Levi. Cum autem propediem iter in Chanaanitidem maturandum eſſet, Moyſes regulas in caſtrametationibus, & in itinere inter ſingulas Tribus ſervandas, ſicut etiam eujuſque familiæ Leviticæ munera, direxit. Succedunt in quinto, ſexto, octavo & nono capite peculiares leges quamplurimæ, uti de iis, quos contracta aliqua legalis macula exera caſtra amandabat; de aquis Zelotypiæ, de Nazareis. Deſcripta ſimul leguntur munera a ſingulis Tribuum Principibus Tabernaculo poſt ejus erectionem oblata: ſicut etiam nulla repetuntur de partitis Tabernaculi, Sacerdotum conſecratione, & Feſto Paſchatis. Quod tandem ſigmum movenda atque figenda caſtra ediceret, in iisdem capitibus præſcribitur. Caſtra igitur e Sinai mota ſunt (5) die vigeſima ſecundi menſis anni ſecundi poſt egreſſum ex Ægypto. Ea occaſione Jethro, qui paulo ante ſupervenerat in caſtra, fruſtra rogasi ſe a Moyſe paſſus; patriam repetit, filio tamen Hobab cum ſocero relicto. Tridui itinere in Pharan exercitus venerat, cum & viæ tædio (6) & mannæ faſtidio, feſſæ in murmur abire turbæ cœperunt. Brevi tamen excitato Divinitus incendio, quo pars caſtrorum abſumpta, repreſſa ſeditio eſt. Tum Deus coturnices cupientibus carnes

(1) *Belo ex Euphrete ao, Libys eailemenos Ammon.* (2) *Macrob. l. 1. cap. 18.* (3) *Apul. Metamorph. l.*

(*) *Arithmi.* (4) *Num. 1. & 2. & 3. & 4.* (5) *Cap. 10. 11.* (11) *Cap. 11.*

nes ſuppeditavit ; vixque optatis eſcis paſtos immiſſa ſubito plaga quamplures exterminavit. Hinc nomen Loco inditum *Sepulchra conſpiſcentiæ* ; Hæc occaſione Deus 70. Seniores ex univerſo populo , Spiritus ſui illapſu ſelectos , adjutores Moyſi in regimine Iſraelitarum dedit.

Redierat paulo ante ad vitum Sephora Moyſis uxor (1), quam non rectis oculis aſpicientes Aaron & Maria , neſcio quid adverſus Moyſen obloquuti ſunt. Deus rem tulit indigne ; quate immiſſa in Mariam lepra ſeptem dierum ſpatio e caſtris exulare coegit.

Motis tandem caſtris e Sepulchris concupiſcentiæ populus venit in Cadesbarne ; unde miſſi a Moyſe in Chanaanitidem exploratores (2). Illi ad caſtra regreſſi expeditionis difcrimen & difficultatem adeo exaggeratunt, ut territus populus in ſeditionem abiret. Hunc motum compeſcere , æquiora narrantes, fruſtra Joſue & Caleb , ambo e numero exploratorum , conati ſunt. Quate Deus reſumpto iterum flagello , ſeditioſos diſperſuros omnes videbatur , niſi Moyſes precibus ſuis interceſſiſſet. Audita hac Dei indignatione populus, ſeditione pacata , Dominum rogare , petere inuper ut in hoſtes duceretur . Sero tamen preces ; prolata enim jam a Deo ſententia omnes oppetenda in deſerto morte ſpatio 40. annorum , quo etrabundi per ſolitudinem deducendi erant , damnati ſunt. Audaciores quidem aliqui per anguſtias aditum tentarunt in Chanaanitidem ſed ab incolis, loca ſuperiora occupantibus , pulſi iter vettere coacti ſunt . Spe igitur fruſtratus populus diuturnam in Cadesbarne moram traxit ; ubi ſumptum credimus lapidationis ſupplicium de viro violatæ religionis Sabboti , in lignis colligendis , reo (3).

Erratum eſt diutius a populo in montibus Seir , variatumque in eo itinere manſionum nomina a Moyſe accurate recenſentur (4). Namque e Cadesbarne ventum eſt in Hazerot ; ſuceeduut deinde ordine Rechma , Remnon-Pharez , Lebna , Reſſa , Ceelatha , mons Sepher , Adar vel Arad , Macelot , Tahat , Thare , Mereca , Hefmona , Moſerot , Bene-jaean , Gadad , Jetebata , Hebrona , Elat , Aſiongaber , Cadesbarne iterum , Moſera , Salmona , Phunon , Obot , Jebarim , Torrens , Zared , Mathana , Nahaliel , Bamoth-Arnon in finibus Moab , & ditionis Sehon. Dum caſtra haberentur ad Jetebata , uti facile credimus , Core , Dathan & Abiron collatas Moyſi & Aaroni ſupremas Reipublicæ dignitates gravius ferentes, populi ſeditionem concitarunt, quam ſtatim ſumpta de authoribus graviſſima pœna excepit . Hiſcens enim ſubito terra Core ejuſque ſocios abſorbuit ; tum & delapſo Cœlitus igne ad 14700. virorum abſorti ſunt . Neque hic prodigiorum finis, ſed Deus , quo Aaronis Sacerdotium ratum etiam atque etiam maneret (5) , juſſit virgam ejus in Tabernaculo una cum ceteris Principum ſingularum Tribuum depoſit , quam deinde mane alterius dici ſolant virentem & floribus ornatam exhibuit . Hæc 39. annorum ſpatio , quo Iſraelitæ per deſertum erraruut. Traditis antea legibus, ad Religionem , Sacerdotes , & Politiam ſpectantes nonnullæ adjectæ ſunt, de quibus in capp. 18.& 19.

In ſecunda caſtrametatione ad Cades Maria ſoror Moyſis deceſſit (6). Ibi etiam penuria aquarum laborans populus murmur in Ducem excitavit ; quare Deus juſſit Moyſen ſilicem percutere , e qua ſtatim aquæ eruppiſſent . Ille indignatione in populum tam ingratum infidelem communus , de fide prodigii aliquanto ſubdubitare ſilicem percutiens , viſus eſt . Culpam pœna ſequuta eſt ; namque & extra Terram Promiſſionis obeundum ipſi , & extra illam ſepulchrum ferendum eo uno de crimine fuit. Mox Aaron in caſtrametatione ad Mozera in monte Hor, in finibus Idumææ diem clauſit.

Sub hæc Moyſes Regem Idumææ per nuncios rogaverat , ut liberum per regionem ſuam tranſitum in Chanaanitidem Hebræis faeeret . Eo recuſante , circumduci exercitum , ut ab altero latere aditus tentaretur , oportuit . Eunibus Arad Rex Chanaanæus hoſtis occurrit , commiſſoque prælio , inclinare primum Iſraelitæ, deinde reſumptis viribus plenam de hoſtibus victoriam retulerunt ; redactaque in poteſtatem regio , anathemati ſubjecta eſt (7).

Hujus victoriæ lætitiam luctus excepit ; nam pro infita gentis indole ad murmur reverſi Iſraelitæ, immiſſis iubito in caſtra ſerpentibus immedieabili morſu afflicti ſunt. Salutare fuit ; æneum anguis ſimulacrum , quod in haſta juſſu Moyſi erectum ſanitatem reipicientibus reſtituebat. Hæc in caſtris ad Salmona contigiſſe creduntur.

Cum ad torrentem Arnon pervenſſent , rurſus tentando in Chanaanitidem tranſitu per regionem Amorrhæorum , nuntii ad Schon Regem ejuidem gentis miſſi ſunt. Ille non recuſavit tantum , ſed exercitum in Hebræos duxit. Victoria Iſraelitis ſtetit , atque victoriæ pretium Regnum fuit . Commiſſum eſt etiam alterum prælium cum Og Rege Baſan , eodem ſucceſſu. Interim Rex Moab , ne quid ſimile ſibi contingeret metuens, / quod & ipſe tranſitum Iſraelitis negaverat / Balaam celebratiſſimum Præſtigiatorem e Meſopotamia accivit (*). Sed ille veniens pro maledictis fauſta omnia in populum appreeari coactus eſt.

Magus hæc ſibi invito aceidiſſe , ſimulque & itineris labore , & expectatione præmiorum , quæ ſibi a Rege Moab iperare poterat , fruſtratum ſe dolens , permicioſum in Iſraelitas , quin & Regem ipſum , atque in ſe tandem malum authorem edoſſiſtum eidem Regi ſuggeſſit. Fertuſit enim , ut nuſſis ex Madian & Moab in caſtra hoſtium puellis , ad idololatriam illos & teortationem pellieeret. Res pro voto ſucceſſiſſet , niſi gliieens jam inter Hebræos malum , Levitarum zelus in eædem ſcortantium iruens repreſſiſſet. Ea oceaſione ad 24000. virorum trucidata ſunt . (8) Juſſit deinde Deus bellum inferri Madianitis , quod tamen uſque poſt peractum non diu poſt populi cenium (9) , dilatum eſt . Conſtituta etiam a Moyſe leges pro dirigenda hareditate puellarum , quæ patre ſine matibus decedente , in bona paterna ſucceſſiſſent , quemadmodum & puellis Salphaad tunc accidiſſe conſtabat. Conſtituta quadam pro Feſtis, Sacris , Votis &c.

Tandem ad prælium cum Madianitis , quod poſtremum fuit omnium ſub Moyſe geſtorum , proceſſum eſt . Ex hoſtibus nemo , qui in poteſtatem Hebræorum veniret , ſervatus eſt , exceptis puellis innuptis ; eodemque cum ceteris fato Balaam ſublatus . Tota regio inter Tribus Ruben , Gad , & dimidiam Manaſſe diſtributa ; ea tamen conditione ut fratribus ſuis in expeditione Chanaanitidis ſuppetias laturi venirent (*).

Cum Moyſes denegari ſibi a Deo Jordanis tranſitum comperto noviſſet , divifioni Chanaanitidis, latis edictis , antea providit ; addito ſimul mandato , tum ut nemini Chananæorum parceretur , cum ut ſors de ſingulis portionibus diſtribuendæ regionis decerueret . Juſſit inſuper ſeparari Urbes in Levitarum ſedem , ex quibus aliquæ jure aiyli pro iis qui imprudentes hominem interemiſſent , iaeræ haberentur . Interdicta tandem connubia illa , quibus diſtributiones agrorum per ſingulas Tribus turbarentur . Hæc Libri Numerorum ſumma .

Hunc Librum digeſtum a Moyſe credunt ſub vitæ ſuæ exitum , ex Ephemeridibus a ſe antea pro data occaſione ſcriptis .

DIS-

(1) *Cap.* 12. (2) *Cap.* 13. & 14. 3 / *Cap.* 25. 21. / (*) *Capp.* 22. 23. (8) *Cap.* 25. (9) *Cap.* 26.
(4) *Num.* 33. (5) *Cap.* 17. (6) *Cap.* 20. (7) *Cap.* (*) *cap.* 31.

DISSERTATIO

DE POLITIA, SIVE RATIONE JURIS dicundi apud Hebræos, & potiſſimum de Sanhedrio.

REipublicæ Hebræorum conſtituæ crepundia ex Iata a Deo in Monte Sinai Lege, ſuſceptoque a Moyſe populi regimine, ac tandem invecta ad normam Divinarum Legum politia reperienda ſunt. Fruſtra enim in populo, dum in Ægypto verſabatur, certam politiam, certoque Judices Iſraelitas pleno jure regnantes exquiramus: quos enim operibus fratrum præpoſitos (1), five quos Seniores appellatos (2) in Scriptura novimus, iis ſponte quidem populum paruiſſe, nullam tamen eos cogendi habuiſſe authoritatem, planum eſt. Moyſes omnium primus plenum in populum ſuum jus ſupremamque authoritatem obtinuit. Solus omnia Reipublicæ onera ſuſtinuit, donec monente Jethro ſocero ſuo, in partem laboris Selectos ex fratribus accivit. Conſultiſſimus enim ille Senex animadvertens unicum virum juris dicundi inter populum majus ferre pondus quam ſuſtinere poſſet, ſelectos ſibi viros ut adiciret Moyſi author fuit (3). Ejus igitur conſilia ſequutus Moyſes (4): *Electis viris ſtrennis de cuncto Iſrael, conſtituit eos Principes populi, Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios & Decanos, qui judicabant plebem omni tempore.* Quidquid autem gravius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo judicantes.

Hæc politia parum manſit; ab adventu ſcilicet Jethro in caſtra Iſraelitarum, paulo ante quam Iſraelitæ e Cadesbarne moverent, uſque ad caſtrametationem ad Sepulchra concupiſcentiæ, quo tridui itinere e monte Sinai populus venit. Ibi enim Deus Senatum ſeptuaginta virorum ſelegit, quos Divini Spiritus illapſu inſtructos Moyſi aſſignavit adjutores. Ibi Sanhedrii Defenſores prima conſtituti. illius celebratiſſimi Senatus, de quo nos infra fuſius, fundamenta collocant. En igitur Senatus 70. Senioribus conſtitutus, cui Moyſes præeſſet, omneſque ſimul pro eo, quem a Deo habuerant, prophetiæ ſpiritu jura populo dabant. Maoſit tamen ſimul conſtituta authore Jethro antea politia; quibus Judicibus collatam credimus authoritatem dirigendi res civiles, ad politiam & militiam pertinentes; quemadmodum & judicia omnia ad Senatum ſeptuaginta deferebantur; exceptis tamen cauſis gravioribus, de quibus Moyſes ipſe cognoſcebat. Malunt tamen Rabbini, nec injuria forſaſſe, hoſce ſeptuaginta Seniores ex ipſo Judicum ſub Jethro conſtituto numero fuiſſe.

Ita conſtitæ res toto itineris per deſertum ſpatio ſcilicet 39. annis circiter obtinuerunt. Nec ſane aptior alia politia invehi potuiſſet, imo vix aliter deducendus videbatur populus, qui in unum veluti cœtum coaleſcens, ambulantis Civitatis ſpeciem referebat. Cœtus faciles erant & communes, litium pars maxima, quod agrorum & latifundiorum diviſio nulla eſſet, ſuccisa; quare parvus Judicum numerus totam Rempublicam facile adminiſtrabat.

Verum caute reputans Legislator futurum, ut in Terra Promiſſionis ea politiæ ratio haberatur incommoda, juſſit conſtitui in ſingulis Urbibus Judices & Magiſtratus (5) pro cauſis civium cognoſcendis, ita tamen, ut ſi quid gravius emerſiſſet, illud ad locum a Domino ſelectum deferretur, Sacerdoti de familia Aaron, penès quem tunc temporis ſuprema eſſet authoritas, judicandum: hujus autem judicio non acquieviſſe capitale decrevit (6). Alibi etiam cavet, ſi homicidium aliquod, cujus author lateat, commiſſum deprehendatur, acciri ſtatim Sacerdotes, ad quos attinet (*Deut.* 21. 5.) *omne negotium & quidquid mundum vel immundum eſt* (*Heb. omnis cauſa, & omnis plaga:*) ab illis vero, adhibitis etiam Senioribus vicinioris Urbis, crimen expiandum, tum & ira Dei a populo avertenda. Eadem Sacerdotum judicialis authoritas aſſeritur etiam *Deut.* 19. 16. *Si ſteterit teſtis mendax contra hominem, accuſant eum prævaricationis, ſtabunt ambo, quorum cauſa eſt, ante Dominum in conſpectu Sacerdotum & Judicum qui fuerint in diebus illis; eumque diligentiſſimo perſcrutantes invenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum, mendacium reddent ei, ſicut fratri ſue facere cogitavit.* Paraphraſtes Onkelos, cujus interpretationes maximi ſunt inter Rabbinos ponderis, verba illa *Deut.* 33. 9. 10. *Qui dixit patri ſuo, matri ſuæ: Neſcio vos*, explicat de Sacerdotibus, qui in cauſis judicandis rectam judicii lancem tenent, ut ſolam reſpiciant veritatem, & æquitatem, nihilque in carnem & ſanguinem inclinent; quæ ſane interpretatio ex ſubſequenti verſiculo confirmatur, cum de filiis Levi ſermo eſt, qui ſervaverunt, ait Moyſes, *judicia tua o Jacob, & legem tuam o Iſrael.* In eamdem ideam loquitur Ezechiel 44. 24. *Cum fuerit controverſia, ſtabunt in judiciis meis, & judicabunt. Leges meas & præcepta mea in omnibus ſolemnitatibus meis cuſtodient.* Samaritani in ſua ad Scaligerum Epiſtola teſtantur ſummam apud ſe authoritatem eſſe penes Summum Sacerdotem, ad cujus judicium undique ex Urbibus convenirent. Ita porro ille populum judicat, ut vel in ipſas cogitationes ferat ſententiam: omnia ad ejus nutum terminantur: felicem profectò qui Sacerdotis illius dicto audiens eſt; infelicem, qui jubentem contemnit. Is igitur rerum Judaicarum ſtatus fuit, eum pax & Religio in tranquillo manſerunt.

Nec ſane aliter Legislatoris mentem Joſephus interpretatus eſt, tradens conſtitutos ab illo in ſingulis Urbibus ſeptem Judices qui adhibitis duobus Levitis jus civibus dicerent. Majoris tamen indaginis cauſæ, ait, ad Urbem a Domino ſelectam, Summo Sacerdoti, Prophetæ, & Senatui cognoſcendæ deferebantur (7). Ipſi pariter Regi inconſultis Summo Sacerdote & Senatu nihil agère fas erat. Atque in Opere contra Appionem, de politia Hebræorum agens (8), nullam conſtitui unquam poſſe ait Politiam neque æquiorem neque ſanctiorem, quam quæ Deum autorem habet ſupremum rerum arbitrum. Deus autem iſte magnus omnibus ſimul Sacerdotibus rerum ſacrarum majoris momenti adminiſtrationem reliquit; authoritatem in reliquas res omnes penès Summum Sacerdotem eſſe diſpoſuit. Horum igitur curæ datur, addit Joſephus, ut Legis ſanctiones & diſciplinæ ratio ſalvæ perſeverent & integræ: de controverſiis ita judicant, ut & animadvertendi in fontes jus habeant.

(1) *Exod.* 5. 6. (2) *Exod.* 3. 16. (3) *Num.* 11. 16. (4) *Exod.* 18. 25. 26. (5) *Deut.* 16. 18. *Judices & Magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis.* (6) *Deut.* 17. 8. 9. *Si difficile & ambiguum apud te Judicium eſſe perſpexeris... & Judicum intra portas tuas videris verba variari; ſurge, & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniſque ad Sacerdotes Levitici generis, & ad Judicem, qui fuerit eo tempore, quæreſque ab eo, qui judicabunt tibi judicii veritatem... Qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, & decreto Judicis, morietur homo ille.*

(7) *Antiq. l.* 10. *c. ult. cont.* (8) *Cont. Appion. l.* 2. *c.* 6.

Quid igitur sanctius, quam Hebræorum politia? Itaque ex Josephi sententia (1) Judæorum Respublica neque ad Monarchiam, neque ad Democratiam referebatur, sed genus quoddam politiæ constituebat, quod Deum habens supremum arbitrum, Theocratia jure recteque appellaretur. Nec sane Sacerdotes aliique primores Judices aliter de causis cognoscebant, quam delegata sibi a Deo authoritate; ejusque veluti Tribunali assidentes, coram Area & in loco a Deo selecto judicia ferebant. In causis discutiendis Legum oracula consulebantur; nec raro Judices Divinitus inspirati sententias, tamquam extrinsecus proferebant: quin & in causis gravioribus Summus Sacerdos non prius judicabat, quam Urim & Tummim ferens, a Deo edoceretur. Porro, ait Josephus (2), Summo Sacerdoti potissimum incumbebat Leges sartas tectas servare, dijudicare de controversiis, atque reos sententia damnatos punire; quicumque Sacerdoti parere recusasset, in eum tamquam læsæ majestatis Divinæ ultimo supplicio animadvertebatur.

Ad hanc politiæ normam Hebræorum Rempublicam numquam non reformandam curarunt viri illi religiosi, qui hanc provinciam identidem susceperunt. Quare si non adeo constans ejus successio in Historia populi appareat, in causa fuisse credendum est, quod nec Judices neque Principes recti semper tenaces apud illos regnarunt, ac tenior quandoque populus Religionis suæ exercitium negligeret, ac tandem bellis non raro regio turbaretur. Qui enim e.g. fieret, ut Leges & judicia ordine a Legislatore præscripto servarentur inter perfectiones & captivitates, quæ Judicibus regnantibus malorum successione quadam populum opprimebant? Satisne religionis ad Leges servandas in populo fuisse crederetur, dum eumque irreligionis proceederet, ut in scelera omnia & idololatriam prolaberetur? Frustra quis in ea rerum turbatione Legum tranquillum constantemque statum requirat; satisque erit ad internum, si pro vario populi in religionem studio, exactior modo, remissior aliquando ejus politiæ ratio obtinuisse videatur.

Post obitum Moysis, Josue rerum potitus constituram a Decessore Reipublicæ formam in Chanaanitide statim invehere non potuit. Prius enim sub jugum mittenda regio fuerat, deino. in Tribus dividenda. Nec post eam inductam divisionem, pactamque provinciam diutius Josue supervixit. Sub eo Duce, cui ad sapientiam ac religionis studium nihil fuit reliqui, leges & politia Hebræorum floruerunt. Antequam is rerum status constitui potuisset, ipse Josue cum Summo Sacerdote, & Senioribus Israel Rempublicam administrabant. Hinc populus universus, quemadmodum olim in verba Moysis, ita post ejus obitum in verba Josue juravit, (3) ejusque imperium detrectasse capitale fuisse scribit. Seniores populi una cum Josue fœdus cum Gabaonitis fecerunt (4). Ipse Josue una cum Eleazaro Summo Sacerdote divisioni Chanaanitidis per selectos singularum Tribuum viros factæ præerant (5); ac tandem ætate jam affecta Josue *omnem Israelem, majoresque natu, & Principes, ac Duces, & Magistros* in concionem vocavit (6); i. c. Judices & Magistratus ex Moysis præscripto in regione constitutos accersens, fœdus inter Dominum & Israelem innovavit.

Ordinatæ a Josue Reipublicæ politia tandiu mansit, donec Israelitæ omni jugo Principatus excusso in funestam illam anarchiam devenissent, quæ & aliam Divinarum Legum oblivionem induxit, & variis captivitatibus, sub variis identidem populis, miserrimam gentem oppressit. Lætis tristia vicissim successerunt pro modo criminum, & respicientiæ, quibus Deus sive ad veniam, sive ad ultionem excitabatur. In tanta rerum vicissitudine vix fieri posset, ut exacta quædam politiæ ratio apud Hebræos spectaretur. Injuriæ in uxorem Leviræ irrogatæ historia, quemadmodum & belli per eamdem occasionem cum Tribu Benjamin gesti, ideam ingerit populi, qui nullo quasi voluntatis singuli suæ arbitrio regerentur. Ejusdem etiam rei argumentum est historia Michæ, & Danitarum transmigratio; cujus occasione monet Scriptura, ea ætate singulos suæ voluntatis arbitrium sectatos, ac neminem in Israelem Regem constituisse fuisse.

Judices a Deo pro data occasione identidem excitati, non ita populum moderabantur, ut dispotican five in judiciis, five in populum universum authoritatem obtinerent. In ea tantum regionis parte, quam a jugo servitutis releverarant, principatum gerebant; cum interim ceteri five aliis servirent, five suo regerentur arbitrio. Fateamur etiam oportet, totam regiminis eorum rationem latere nos, nihilque habere exploratum eorum, quæ ad Judicum authoritatem & judicandi Israelis politiam pertinerent. Major politicæ gubernationis, & constantior ratio sub Samuele animadvertitur. Judicavit vir ille populum universum 20. annis; quotannis totam discurrebat provinciam, atque tribunali in Bethel, Galgalis, & Masphar erecto, de causis cognoscebat (7). Porro in judiciis præcipuus a Moyse ordo tunc servabatur. Seniores, & Judices populi in causis majoris momenti Samuelem convenisse legunur (8); Prophetæ in nomine Domini sententias pronunciabat. Cum affecta jam ætatis fuisset, filios suos judices constituit in Berlabee; sed recti minus tenaces juvenes adeo Seniorum Israelis animum offenderunt, ut de constituendo sibi Rege cogitare cœptum sit (9). Rei gestæ historia explorata est.

Tunc constituta a Moyse politia omnis eversa est. Norat tamen providus ille Legislator, Hebræorum animos tandem in Regem inclinaturos, nonnullique etiam leges Regi scripserat. Verum five ille leges ad politiam constituendam fruftra crederet futuras, cum Reges pro arbitrio omnia disponant, five Deus præcepia ea de re sua daturum sibi reservarit, quod sane in electione Saulis ore Samuelis præstitit; five tandem Moyses politiam a se constitutam cum authoritate & dispotico Regum imperio constare posse crederet, nihil sane in eam rem peculiare sanxit. Saul vero ad Regnum evectus nihil nisi res bellicas curasse videtur, cetera Judicibus & Sacerdotibus, quemadmodum & ante Regem constitutum fieri solebat, reservata sunt. Samuel quo tempore in vivis manfit, tum a populo universo, cum a Rege ipso temper observatus est, summoque in honore habitus, tamquam Prophetæ Domini, & consiliorum ipsius interpres; quæ vero authoritas usque ad inunctum Davidem manfit.

David vix rerum potitus, pacatoque a bellis Regno, nihil antiquius habuit, quam ut per scripsum de causis populi cognoscereet. Ipsa narrante Scriptura (10) scimus, Abialomum ejus filium Regnum affectantem (11) præ aulæ januis quotidie consedisse, ubi singulos ad Regis tribunal veniente alloquens, de eorum negotiis scisciterabatur, tum æqua eos postulare dicebat; *sed*, addebat, (12) *non est, qui te audias constitutus a Rege. Quis me constituat judicem super terram, ut ad me veniant omnes qui habent negotium, & juste judicem?* Joab, adhibita fœmina Thecuite, veniam pro Abialomo, occisi fratris reo, a Davide postulavit; mulier autem illa aliquid se a Rege pro filio suo, quem subita oborta altercatione fratrem occisisse dicebat, impetratura simulans, coram illo stetit.

Salomon patris exemplum secutus, præ foribus aulæ jus dicebat. Exiat in Libris Sacris constructi ab ipso throni descriptio (13); tum narratur sagacitas in judicio ferendo in nota illa duarum fœminarum altercatione, mutuo sese de occiso alteruttius filio accusantium (14). Legimus etiam Regem ipsum Gabaon le contulisse. (*), comitantibus Principibus, Centurionibus, aliisque Ducibus populi, adeoque & omnibus,

(1) *Idem vod. Lib.* (2) *Ibid.* (3) *Josu.* c. 10. 16. 17. (4) *Josu.* 9. 15. (5) *Josu.* 14. 1. 2. (6) *Jos.* 23. 2. & 24. 1. (7) 1. *Reg.* 7. 15. 16. (8) *Reg.* 8. 1. 4. (9) 2. *Reg.* 15. 2. 3. 4. (10) *Ibid.* (11) *Reg.* 14. 7. (12) 2. *Reg.* 15. 3. (13) 3. *Reg.* 10. 18. 19. (14) *Reg.* 3. 16. &c. (*) *Par.* 1. 2.

bus, qui juxta Moysis leges in singulis Urbibus constituti fuerant. Erant apud Salomonem a consiliis Seniores & sapientissimi quamplures viri, qui post ejus obitum prudens Roboamo consilium suggesserunt, quod præpostere ab ipso neglectum (1) est.

Divilo Tribuum Principatu, decem ex Tribubus Jeroboami partes secutis, sicuti res omnes, ita & politiam Israelis vehementer turbari contigit. Impius ille Rex tunc demum rebus suis consuluerum, se ratus, si omnem Religionem subvertcret, nihil etiam integrum reservavit eorum, quæ Moyses constituerat. Quare traditionem & constantem veræ disciplinæ & politiæ successionem nonnisi in Regno Juda deinceps scrutari oportet.

Cum Josaphat ditionem suam reformare statuisset, non aliam sibi proposuit normam, quam politiam a Moyse præscriptam (2): *Constituit Judices terræ in cunctis Civitatibus Juda ..... & præcipiens Judicibus: Sic vimor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite; non est enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum. In Jerusalem quoque constituit Levitas, & Sacerdotes, & Principes familiarum* (duo scilicet tribunalia, alterum ex Sacerdotibus, alterum ex Laicis.) *ut judicium, & causas Domini judicarent* (nempe Sacerdotes) *ubicumque quæstio est de Lege, de Mandato, de cæremoniis, de justificationibus. Amarias autem*, ait, *Sacerdos, & Pontifex vester in his quæ ad Deum pertinent, præsidebit*. Alterius Tribunalis Princeps erat Zabadias *Dux in domo Juda, super opera, quæ ad Regis officium pertinent*: idest, præerat Zabadias causis politicis, quæ ad Rempublicam, & cives pertinerent.

Eadem, quæ sub Josaphat constituta legimus tribunalia, Jeremias, sub Joakim Rege Juda scribens, designat (*). Cum enim Prophetam illum Sacerdotes, & Pseudo-Prophetæ judicio damnassent, quod scilicet sinistra aliqua in Templum prænunciasset oracula, populus universus in Templum ad eam rem convenit. Tunc Principes Juda, certiores de omnibus factis, ex aula Regis, ubi Senatum habere consueverant, in Templum se conferentes a Sacerdotibus, Scribis, & populis cognitam causam ad se evocarunt. Sacerdotes & Prophetæ reum mortis Jeremiam postulabant; sed Principes eorum sententias abrogarunt; tum Seniores populi iniquitatem prioris judicii in Prophetam lati pro concione expoiuerunt, aliorum Prophetarum exempla proferentes in medium, qui in Urbem, & Templum impune oracula pronunciarunt. Ex his omnibus de authoritate Senatorum & Principum aulæ argumentum capimus; tum & fabellam argumuti eorum, qui de authoritate Sanhedrii mira venditarunt.

Ea porro vatebant authoritate Principes Juda, ut vel a Regibus timerentur, ea potissimum ætate, cum politiæ rebus prostratis, eorum Principum potentiæ neque resistere Reges vellent, nec possent. Cum Jeremias expugnandæ a Chaldæis urbis Jerusalem oraculum pronunciasset (3), Principes tradi sibi Prophetam nova ispargentem in vulgus, a Rege postularunt, eumque veluti Reipublicæ hostem punlendum dicebant; quibus Sedecias: *Ecce in manibus vestris est*, inquit, *nec enim fas est Regem vobis quicquam negare*.

Cursim etiam spectanda est hac occasione Summi Sacerdotis authoritas. Semeias, datis Babylone ad Sacerdotem Sephoniam litteris, ita scribit: *Dominus dedit te Sacerdotem pro Joiada Sacerdote, ut sis Dux in Dome Domini, super omnem virum arreptitium, & prophetantem, ut mittas eum in nervum, & in carcerem. Et nunc quare non increpasti Jeremiam, qui prophetat vobis?* (4). Et Phasfur Princeps Domus Domini, & Sacerdos, tristia in Urbem prophetantem Jeremiam percutiens in carcerem simul detrusit (5).

Facile credimus illos *Septuaginta Viros Seniores* domus Israel (6), quos Ezechiel thura adolentes coram Idolo per visum spectavit, sicut & alios 25. Viros, quos inter Templum & Altare holocaustorum terga vertentes Templo, & pronos orientem Solem adorare vidit; facile, inquam, credimus Viros illos spectatæ dignitatis ipsiflimos esse Judices Templi & Aulæ, de quibus supra. Cum autem viri illi clarissimi essent, atque potentissimi in tota regione, ideo translati in captivitatem, una cum Joachim in Scriptura memorantur (7): *Transtulit Joakim in Babylonem ..... & Judicet terra duxit in captivitatem &c.*

Historia judicii in Susannam lati argumento est apertissimo, in eaufis cognoscendis apud Judæos leges aliquas observari in captivitate contieviste, sicut & suos fuisse vernaculos gentis Judices. Sed quæ nam leges illæ? quis Judicum numerus, authoritas, & ordo? Eldras in Palæstinam redux (8) plenam ab Artaxerse obtinuit authoritatem Judices in regione constituendi, qui de causis cognoscentes, parere reos vel ipso ultimi supplicii metu cogerent. Josephus de hac politia (9) post captivitatem ageus, ait, Aristocraticam quamdam Oligarchia mixtam Rempublicam constitutam fuisse, in qua potissimæ essent Sacerdotum partes; stetisse autem ait usque ad Aimonæos, quo primum tempore ad Monarchiam Judæi regressi sunt. Hæc omnia quadrant cum historia Jaddi Summi Sacerdotis, qui Principis Judæorum authoritate & nomine Alexandrum Magnum Jerosolymam venientem excepit (10); quemadmodum & cum litteris Arii Regis Spartarum, ad Oniam Summum Sacerdotem, & Ducem gentis Judæorum datis (11). Exrant etiam ejusdem ætatis reseripta Regum Ægypti, & Syriæ pro Judæis utrique Regi fuecedente tempore servientibus, quibus jure suas Leges vivere permissum esset, ea tamen conditione, ut tributa Regibus debita solverent. Verum in Republica, cujus prostratæ penitus erant res, certam recteque dispositam politiam quod exigamus nihil est.

Quæcumque tamen tunc temporis esset Reipublicæ Judaicæ œconomia, hanc totam Antiochus Epiphanes, mota in illos persecutione, subvertit. Afflictis tamen rebus Mathathias egregie alii, comparato fidelis populi exercitu, ita succurrerunt, ut certam simul Reipublicæ formam redderent. Judas Machabæus in solemni populi concione ad Masphan Duces populi constituit, Tribunos, Centuriones, quemadmodum & Præfectos super quinquaginta, & super decem (12). Jonathas, qui fratri Judæ in imperio successit, utraqueim se conciliata Sacerdotali scilicet, & Regia dignitate, ita populum moderatus est, ut una cum Senatu, quin & adhibito etiam populo, de rebus deliberaret. Ita sane litteras ex litteris Judæorum nomine ad Romanos & Lacedæmones missis. Hebræorum tum temporis politia vera & Rempublicam referebat Aristocratia & Democratia mixtam. Ea occasione Sanhedrin omnium ore celebratissimum cœpit.

Aristobulus, filius Joannis Hircani, Regis nomine & insignibus assumptis, pristinum ferme ordinem in politia integrum manere passus est. Magna semper steriit Senatus authoritas, quamvis a suffragiis ferendis populus tandem excluderetur; sed & temporis successu Regum ea cura fuit, ut authoritatem suam etiam atque etiam promoventes, Senatum etiam atque etiam in arctum concluderent. Ita labentes quotidie pristinæ politiæ res Pompejus tandem, redacta in ditionem & in Provinciam Romanorum Judæa, penitus dejecit. Superveniens aliquanto post Pompejum Gabinius (13), quinque Tribunalia, singula in singulis fiorentissimis Provinciæ Urbibus constituit hoc ordine: Jerusalem, Gadaræ, Amath, Jericho, Sephoræ. Sua singulis hisce Tribunalibus attributa in Provincia

(1) 3. *Reg.* 12. 6. *&c.* (2) 2. *Par.* 19. 5. (*) *Jerem.* 26. 8. 10. (3) *Jerem.* 33. 5. (4) *Jerem.* 29. 26. (5) *Jerem.* 20. 2. (6) *Ezech.* 8. 11. 16. 17. (7) 4. *Reg.* 24. 15. (8) 1. *Esdr.* 7. 20. (9) *Antiq. lib.* 11. *cap.* 4. (10) *Antiq. lib.* 11. *cap.* 1. (11) 1. *Mach.* 12. 20. & *Joseph. Antiq. lib.* 12. *cap.* 5. (12) 1. *Mach.* 3. 55. (13) *Vide Joseph. lib.* 14. *Antiq. cap.* 8. 9. 10. & *de bel. l.* 1. *c.* 5.

dixio, e qua ad assignatam sibi Urbem incolæ concursum facerent.

Julius Cæsar restituto in Summum Sacerdotem Hircano jus supremum cognoscendi de causis ad Judaicam Legem pertinentibus asseruit (12). Herodes, privata adhuc authoritatis vir, in jus coram Judicibus Jerusalem accitus, acceptam ab illis injuriam post adeptum Regnum ultus est. Omnes ille Judices, excepto Sammea viro inclito, ultimo supplicio damnavit. Jus sanguinis ademptum Judæis 40. annis ante eversionem Templi vel ipsi Rabbini fatentur; quin & de causis pecuniariis 150. annis antea cognoici desitum esse traditur in Gemarra (2). Defuncto Herode, Archelaus ejus filius a Regno & Patria extorris actus, per Romanos Viennam relegatus est; tum & jus gladii omne Judæis ademptum. Legitur etiam Albinus Judææ Procurator gravius habuisse Ananum Summum Sacerdotem, quod inscio Procuratore Senatum coegisset; idque ut sibi deinceps permitteretur Judæi, missis clam legatis, Agrippæ authoritatem imploraruut.

In Libris N. T. Summus Sacerdos Senatui, vel Concilio numquam non præest. Caiphas Concilii Princeps capitalem sententiam in Jesum pronunciat: *Expedit ut unus moriatur homo pro populo* (3). Summus Sacerdos silentium indicit Apostolis in jus coram se vel Concilio vocatis (14): datis ad Principes Synagogarum litteris persequendi Fideles Saulo jus asseruit (5). Idem Saulus, e persecutore in vas electionis transformatus, coram Summo Sacerdote Anania deductus, Pontificis jussu colapho cæsus fuit. Ananum Pontificem in obsidione Jerosolymitana, belli curas in se suscepisse ex Josepho intelligimus (6). Ex hitce historiæ monumentis politiæ Judaicæ status & vices eo tempore tractu, quod inter constitutam a Moyse Rempublicam & eversionem usque Jerusalem intercidit, satis colligitur.

Post eversum Templum, & Urbem, nulla certæ Reipublicæ forma apud Hebræos ulpiam fuit. Quare Rabbini manstse Sanhedrium in Judæa usque ad sæculum post Christum quartum, nonnisi per summam Impudentiam asseruerunt. Si quod etenim ejus vestigium toto illo tractu, qui inter Vespasianum & Adrianum interescsit, forte deprehendatur; nullus certe judicialis in Judæa cœtus Hebræis manst, e quo Adrianus ipse omnem populo aditum in earn regionem interdixit. Id sane probat Seldenus, Sanhedrii in primis fautor, adductisque Scriptorum exoticorum & Judæorum testimoniis ita rem demonstrat, ut extra controversiam ponat (17).

Huic de politia Judæorum ideæ ex S. Scriptura & Josepho conceptæ, vix ac ne vix quidem congruunt ea, quæ a Rabbinis venditantur; quibus proinde fallsi non levis suspicio ea de causa creatur. Cum enim nullus Rabbinis alius fons illimis præter Scripturam supperat, unde traditiones suas derivent; si quid Scripturæ absonum asseruisse convincantur, statim præjudicio damnati sunt. Si varia Hebraicæ Reipublicæ tempora inter se conferantur, variasse etiam apud illos politiam, nec eam quæ a Moyse sancita est, constanti traditione ad Judices & Reges transisse statim intelligemus. Moyses Monarchicum ferme imperium exercuit, cui Senatus 70. Judicum, de quibus in Numeris legimus, accedebat. Sub Judicibus varius Reipublicæ status fuit; modo sine Principe unusquisque suo ducebatur arbitrio, modo Judicibus, modo hostibus coacti parebant. Veteres Reges Juda per femetipsos jus populo dicebant; cujus rei exempla in Davide, Salomone, Jonathan filio Azariæ (18) supperunt. Labente Reipublicæ statu penes Principes populi summa ferme authoritas manst. Post captivitatem usque ad Asmonæos Summi Sacerdotes rerum potiebantur, Aristocraticum Democratico mixtum imperium exercentes. Tandem sub Asmonæis Regibus in Monarchiam Reipublicæ status recidit; donec Romanorum armis & natio, & Respublica universa deleta est.

Hæc simul omnia contemplantes, consilium habuisse Moysen credimus, ut is Reipublicæ status constitueretur, in quo Sacerdotes una cum Principibus, sive Judicibus a Deo suscitatis, nec non inferioribus alius Judicibus in singulis Urbibus præpositis res gubernarentur; ita tamen ut Sacerdotes, majori quippe scientia instructi atque minus rebus gerendis occupati, de causis Legis & Religionis cognoscerent. *Non peribit Lex a Sacerdote*, dicebant apud Jeremiam Judæi (9). Voluit insuper ut Judicum Summus Princeps, atque supremus Judex Summus Sacerdos agnosceretur, ad quem arduas omnes & majoris momenti causas deferri justit. Principem occupatum esse volvit rebus belli & pacis tractandis, politia Legibusque asserendis; ac tandem exerto gladio Legum Divinarum violationem ulciscerctur, etiam atque etiam præcepit. Ita contemperata Republica, *Regale Sacerdotium*, sui mixtum Sacerdote & Rege imperium invexit. Is autem politiæ status maxime congruebat populo, qui ex Ægypto recens egressus, Sacerdotes in altissima dignitatis culmine constitutos norat. Ipsi enim apud Ægyptios leges præscribere nedum ceteris, sed & Regibus consueverunt; ipsi Reges constituere, necnon semel constitutos proscribere. Sacerdotium hereditario jure possidebatur, Regnum electione. Juri dicundo Sacerdotes præerant; quin e Sacerdotio ad Regnum non semel aditus patuit. Si vero aliunde quam e Sacerdotum numero Rex assumeretur, statim sanctis erat initiandus. Parem Moyses disciplinam apud Hebræos invehere cogitabat; quamquam ejus consilio vix quidquam delatum fuisse sequiori ævo, ex iis quæ supra animadvertimus, satis intelligitur.

Si ea tantum quæ in S. Scriptura traduntur de hac argumento, Scriptores prosequi voluissent, hic finem Dissertationi tandem imponeremus; eum vero plura addere Rabbinis in mentem venerit, iisque plus nimio fidem habucrint Interpretes plurimi nec infimi subsellii, eos ab errore revocando negotium nobis capessendum duximus. Qua in re Lectorem rogamus, ut non Viros inspiciant, qui audacia ab illis argumenta sedulo perpendant; neque enim in hoc argumenti genere viri authoritas quidquam, sed dictorum ratio momenti aliquid confert. Rabbinis igitur, quos recentiorum Scriptorum turba magistros sequitur, visum est, prima Instituti Sanhedrii cunabula in electione 70. Seniorum Israel constituere. Porro cœtum istum semper apud Hebræos manssse ferunt, non ad eversionem Urbis sub Vespasiano tantum, sed inde usque ad Adrianum, & diu etiam ultra. Huic autem Senatui dispositam tributim authoritatem, tum in genetim universam ac Tribus, cum in Regem, Picudo-Prophetas, Summum Sacerdotem, ac tandem in arduis quibuscumque tam civilibus quam Ecclesiasticis causis. Constabat 71. Judicibus, si una Moyses, totius Senatus Princeps, recenseretur. Quibuidam tamen Christianis Authoribus visum est 72. Judices, sex pro singulis Tribubus adnumerate. Verum Doctores Hebræi tantum 70. recensent, quibus addunt totius Sanhedrii Principem (10). Nomen *Sanhedrin* ex Græco *Synedrion*, nempe Senatus seu viri assidentes, corrupto derivatur. Apud Macedones adlecti in Senatum Patres *Synedri* appellantur (11).

Præerat Sanhedrio *Nasi*, seu Princeps, cui secundus in dignitate ad dextram Principis assidens, succedebat Pater. Sequebantur ceteri Patres in hemicyclum ad levam Principis assidentes, juxta Maimonidem, seu potius hinc inde ad utrumque Principis latus.

Lo-

(1) *Antig. l. 14. c. 17.* (2) *Selden. de Synedr. l. 2. cap. 14. art. 11.* (3) Joh. 18. 13. 14. (4) *Act. 4. 6. 18.* (5) *Act. 9. 1. 2.* (6) *De bell. 2.* (7) *De Syned. l. 2. c. 7. art. 6. & in addend. pag. 729, & lib. 2. cap. 16.* (8) *4. Reg. 25. 25.* (9) *Jerem. 18. 18.*

(10) *Selden. de Synedr. lib. 2. cap. 4. art. 8. 9. 10.* (11) *Liv. l. 45. c. 29. Pronunciarunt, quod ad Senatum Macedonia pertinebat, Senatores, quos Synedros vocant, legendos esse, quorum consilio Respublica administraretur.*

Locus habendi Senatus consuetus erat Aula Templi dicta *Aula lapidibus strata*; cum tamen die Sabbati, seu feriata cogendus esset, tunc loeus destinatus erat Aula in antemurali sita, in ipso montis, ubi Templum constituum, ingressu. Verum sive iis diebus, sive die Solemnitatis vel Sabbatum præcedenti, siceut eclam nocte, nullus judicialis actus fieri permissus erat. Quamquam si ante noctem aliquid incepissent, nocte subeunte absolvere fas erat. Stante adhuc priori Templo, nempe ante captivitatem Babylonicam nulla dies erat a Sanhedrio feriata, si festa excipiantur, quemadmodum & Sabbata, ac dies Solemnitatibus præcedentes. Verum post Esdram habendo Senatui dies constituti sunt secunda, & quinta feria. Porro Patres primo mane sub tempus matutini Sacrificii cogebantur, nec nisi ad vesperam sub tempus Sacrificii vespertini, sciliect sole occidente, ad propria remeabant. Judicia alia inferiora, ut Consilium trium, & viginti trium, sub meridiem solvebantur.

Patres in Sanhedrium adlecti ex Judicibus inferioribus, nempe ex cœtu 23. Judicum eligebantur (*). Initiabantur autem manuum impositione, qua potestas largiendi Spiritum Sanctum conferebatur. Adduntque post Moysen numquam commissum fuisse, ut Spiritus Sanctus charum filii Sanhedrium desereret. Adlegebantur autem ii quorum origo pura & sine crimine; frequenter e genere Sacerdotum sive Levitarum; nulla ramen lege præceptum erat, ut e Tribu Levi assumerentur. Israelitæ omnes eligi poterant, quin & ii qui ex matre tantum genus traherent ab Israelitis; filii enim jure Hebraico maternam conditionem sequuntur.

Porro Judices illi in scientia Legis scriptæ & non scriptæ consultissimi esse debuerant, nec leviter aspersi in magia, divinatione, variisque sortilegiorum generibus, quo de omnibus hisce æqua judicare potuissent. Nec etiam alienum erat illis studium Medicinæ, Astrologiæ, Arithmeticæ, & Linguarum; ut traditione certum teneant Judæi, calluisse illos 70. idiomata, nempe quotquot in Orbe nota sunt, cum Judæi 70. tantummodo Linguarum genera distinguant. Si quis deformis esset corpore; si quis Eunuchus, quorum ut plurimum animus efferatus; si quis ætate esset grandævus; si quis aleator, fœnerator, seu fœnus accipiens, hos omnes in Sanhedrium adlegere nefas. Idem jus esto in eos, qui columbas ad volarum instituerent, qui fructus septimi anni negotiationi exponerent; tandem in Reggem, cui in faciem resistere ardnum fuisset. Sunt qui crediderint, sed remere prorsus, vel ipsum Summum Sacerdotem a Sanhedrio excludum fuisse. Legimus apud Ecclesiasticum (1), opifices omnes, veluti fabros ligarios, ferrarios, atque figulos, *super sellam Judicii non sedere*. Quare Judicum dotes erant divitiæ, corporis & oris venustas, ac tandem ætas provectior.

Quantas in omnibus fabellas vendiderint Rabbini, frustra nos ob oculos Lectorum poneremus; e. g. ea quæ de studio Magiæ & Sortilegiorum jactitant; quasi sciliect Judices illis instructos fuisse oporteret. Ejusdem saporis est scientia 70. Linguarum, quam singulos Judices callnisse volunt; præterquam quod enim vix est, ut tantum Linguarum numerum unius viri memoria complectatur, Josepho etiam asserente novimus, id studii genus Judæos prorsus neglexisse (2); & in Libro quodam Hebræorum legimus anathematis formulam in eos, qui filios suos scientiis Græcorum instruunt (3). Novimus etiam quo tempore bellum Romanorum in Judæos sub Vespasiano ardebat, caviste Judæos lato decreto, ne filii Hebræorum unquam Græcum sermonem docerentur. Relatione Evangelistarum notum est, Jesum Christum captum fuisse, accusatum, & damnatum per Sacerdotes Judæos, cum nox processisset, quin & die Festa, & ea Sabbatum præcedenti; quod sane juri Hebræorum, & Rabinis fidem habeamus, repugnat.

Constanti Judicum Sanhedrii successioni a Moyse usque ad Christum natum & ultra etiam demonstrandæ, viri quidam scientia & eruditione præstantes, argumentis ex Scriptura congestis sedulo laborarunt. Grotius in suis Commentariis nullam labi occasionem patitur, quam Sanhedrio ingerendo aptam reputaverit; cujus ipse Sanhedrii veritatem in primo Libro de Jure Belli, & Pacis pluribus firmare conatur (4). Seldenus tribus illis de Synedriis voluminibus, quorum posterenum ne ablolveret mors ihrecessit, nullum fibi alium potiorem finem præscribit. Sane post institutum Sanhedrium, uti illi quidem autumant, anno ab egressu ex Ægypto secundo, ad Josiæ usque constans, & non interrupta successio facile demonstratur. Post obitum Josiæ censet Bonferrius (5), cœtum illum Virorum loco Principis, quorum nullus in populo constitutus erat, stetisse. Post hæc Judices commemorantur; dein Prophetarum, Principum Sanhedrii, successio ab Heli Summo Sacerdote per Samuelem, & Davidem deducta, ad captivitatem usque Babylonicam excurrit. Sunt qui Saulem Principem Sanhedrii, & Jonatham ejus filium, *Patrem* (quæ secunda dignitas est) constituant. Non desunt, qui huic successioni asserendæ perpetuo Sanhedrii Principes, Reges Juda fuisse arbitrentur. Rabbini Sanhedrii Patres agnoscunt in cœtu *Cerethi* & *Pheleti*, qui sub Davide noti fuerunt; sicut & in illis 200. viris, qui partes Absalomi, consiliorum ipsius ignari, secuti sunt (6). In ipso Cantico Canticorum Salomonis Sanhedrium exploraste Paraphrastes Chaldæus sibi visus est (7). Sancte affirmant, post divisas decem Tribus a reliquis, adlectos in Sanhedrium Patres ex reliquis duabus Juda, & Beniamin tantum, quod, inquiunt illi, usque post captivitatem Babylonicam servatum est. Grotius Sanhedrium agnoscit in Senatu Jerusalem, de quo in Judith (8), in Judicibus a Josaphat constituris (9), in Principibus a Joram occisis (10), in Principibus Juda, qui damnatum Jeremiam absolverunt (11), in 70. Senioribus, quos Ezechiel per visum spectavit (12). Ad eum cœtum pertinebant viri illi 69. numero, quos Nabuzardan captivos in Babyloniam duxit (13); ex quibus, si fides illis Scriptoribus, successio Judicum in captivitate manst. Sed qui Judices illi damnatæ Sulannæ (14) rei? Eos certe in numero Sanhedrinorum habeeant, si historia esset apud illos canonicæ authoritatis. Contendunt Talmudistæ, Scribas illos, qui olim in Jabes Galaad (15) sedem habebant, Patres fuisse Sanhedrinos. Quid? eo usque confidentiæ devenium est, ut 70. viri Bethsamitæ percussi a Deo in pœnam visæ sine integumentis Arcæ, ad Sanhedrium spectasse affirmentur (16)? Hæc sane omnia miseratione digna sunt, atque lententiam, cui, meliorum defectu, patrocinium ex levioribus hisce quæritur, deserendam suadent.

Rebus Judaicis in captivitate Babyloniea plane prostratis, nihil tamen in successionem Sanhedrii gravius inrentatum fuisse Hebræi asseruerunt. Barue, inquiunt illi, ad cœtum illum ante captivitatem pertinens, in Babyloniam deductus successorem Esdram reliquit. Esdras in Chanaanitidem restitutus, impetrata a Rege Artaxerse facultate, & veterem politiam, & ordinem Judiciorum reddidit (17). Sunt qui crediderint, Judicum numerum usque ad 120. sub Esdra prorogatum fuisse, qua de re plures Hebræorum Doctores (18). Voces *Principes* & *Senatus*, quæ in Libris Machabæorum legnntur (19), apertissime Sanhedrium exprimere Grotius autumavit. Porro cœtus iste usque ad Simonem Justum, qui Principem in eo locum tenuit, sub Alexandro Magno

(*) De Sanhedrio 23. diximus ad Deut. 23. 18.

(1) *Eccli.* 38. 38. (2) *Antiq. lib.* 20. *capit. ult.* (3) *Vide Seldeni. Synedr. l. 2. cap. 9. ars. 2.* (4) *Lib. 1. de Jure Belli & Pac. capit. 3. ars. 20.* (5) *In Josu. 1.* (6) *In Author Tradit. Hebr. in Paralip. Petr. Damian. Lyr. Grot. &c.* (7) *Vide Cant. 7, 2.* (8) *Judith 15. 8.* (9) 2. *Par. 19. 8.* (10) 2. *Par. 21. 4.* (11) *Jerem. 26. 10. 16.* (12) *Ezech. 8. 11.* (13) 4. *Reg. 25. 18.* (14) *Dan. 13.* (15) 1. *Par. 2. 54.* (16) 1. *Reg. 6. 19.* (17) 1. *Esdr. 7. 9.* (18) *Seld. de Synod. l. 2. c. 16. ar. 6.* (19) 2. *Machab. 10. & 11. 27.*

gno perseveravit. Vacuam obitu Simonis dignitatem Antigonus Socaus non obtinuit tantum, sed & novam Principum seriem instituit. Antigonum enim excepit Josue filius Josuæ: hunc Josue filius Perachia, quem virum Rabbini impudentissime asserunt Christum habuisse Discipulum, sociumque in Ægypcum comitasse: scilicet vir 150. annis Jesu Christo senior, hæc præstare facile potuit. Dein Principatus ad Judam filium Tabai transivit; ex quo ad Samaiam; hinc ad Hillel: atque ordine demum ad Rabban Jochanan filium Zachai. Alius tamen placet Simonem filium Hillel post patrem Sanhedrio præfecere; cui Gamaliel filius successit. Porro Gamaliel, & Rabbinis fides, ipsissimus est, quem S. Paulus Præceptorem audivit. Gamaliele vita functo, locus factus est Simoni ejus filio, qui eodem cum Jerusalem fato intercidit. Post Simonem sequitur alter Gamaliel filius Simonis, qui dignitatem Simoni filio Simonis II. reliquit; dein ordine Judas Sanctus filius Simonis, Gamaliel filius Judæ, Judas filius Gamalielis, Hillel secundus filius Judæ, Judas filius Hillel, dein alter Hillel filius Judæ (1), ac tandem Gamaliel filius Hillel, de quo sermonem esse credunt in *Cod.* Theodos. *lib.* 16. *t.* 22.

Per hos gradus Sanhedrium constanti successione a Moyse usque ad initium Christianæ æræ sæculum quintum deducunt. Quamquam inter Sanhedrii patronos non satis etiam hac in re convenit: sunt enim qui (2) exitum hujusce Senatus constituant in cæde Judicum, qua Herodes initio Regni gaudia funestavit (3); simulque variis fortunæ vicibus factum esse credunt, ut constans illa Sanhedrii successio aliquoties interrumperetur. Sed nihil vicissitudinibus Rabbini permittunt, integrum successionis filum usque ad tempus jam designatum ita ducentes, ut in varia politiæ & Reipublicæ fortuna, Idem semper manssile Sanhedrium, loco solummodo & forma quandoque variatum, adstruant.

Moysis enim ætate, inquiunt illi, locus habendo Senatui ante fores Tabernaculi Testimonii destinatus erat. Post constitutas in Chanaanitide sedes, idem erat & Sanhedrii & Tabernaculi Domini locus; quare prius in Silo, dein ordine in Masipha, Galgalis, Nobe, Gabaon, in domo Obededom, ac tandem in Jerusalem Sanhedrium Patres coacti sunt. Porro in Jerusalem, ubi tandem constitit, sedes Concilio assignata est in *Aula lapidibus strata*, extra quem locum capitalem sententiam dicere (quod unice Supremo huic Tribunali ceteris inferioribus denegatum jus relinquebatur) nefas erat, inquiunt Talmudistæ. Hinc factum esse addunt, ut variata tandem Sanhedrii sede, nullam Patres capitalem sententiam amplius pronunciarint. Contigit ea transmigratio 40. annis circiter ante postremam Templi eversionem, scilicet anno Jesu Christi circiter 30. Quod sane cum Evangelio quadrat; cum in passione Christi Judæi apertis verbis nullum sibi esse jus hominem ultimo supplicio damnandi professi sint (4). Quamvis id etiam contendant Rabbini, (ea est eorum fides & sinceritas) nimirum in Aulam rediisse ea occasione Patres, ut Christum damnarent (5). Ex Aula igitur Templi migrarunt Patres Sanhedrini in Hanot, locum in monte, cui Templum insidet; dein intra Urbem Jerusalem, postea Jamniam, tum Jerico, atque ordine in Usam, Sepharvaim, Bersamin, Sephoris, ac tandem Tiberiadem translati sunt. Harum vicissitudinum causam affingunt Rabbini, non vim aliquam seu auctoritatem quæ Sanhedrium cogeret, omnia enim eo Tribunali inferiora, sed totam mali rationem criminibus atque plus nimio frequentibus Judæorum sceleribus impurandam dicunt; ac si Judices & Medicos ideo potissimum destituisse Urbem par esset, quod illa eorum ope maxime indigeret.

Sed Rabbinorum fastus atque inanis jactantia tunc maxime apparet intolerabilis, cum authoritatem Sanhedrii in immensum exaggerant. Huic enim, si Rabbinos audias, subjicitur non universa tantum Gens, sed & Reges, Summi Sacerdotes, & Prophetæ, subjiciuntur, inquam, eo servitutis genere, ut pro levibus quandoque culpis ipsi Reges flagrorum supplicio damnarentur. Illud tamen commodi accedebat, quod flagrorum illud supplicium non ita, quemadmodum apud nos, servile apud Judæos haberetur, uti Sanhedrii patronis visum est. Si Rex contra Legem deliquisse quidquam convinceretur, statim coram Sanhedrio vestibus exutus flagrorum ictibus crimen expiabat. Si Rex uxores ultra 18. duxisset, si equos immutisset plures quam quos currus ab eo possessi exigerent; si auri & argenti plus aliquid comparasset, quam quod in Ministros impendendum esset, statim ad flagra. Genus id erat exomologesis, cui Principes ea occasione subdebantur, suosque ipsi rectores eligebant. Statim a flagris Regiam dignitatem repetebant.

Sed Tribunalis hujus venerabilis maxime forma spectabatur; cogebantur enim Patres in Aulam ita constructam, ut media extra Templi claustra, media vero intra atrium contineretur: cum autem in atrio Templi assidere nefas esset, quæ Aulæ pars atrio reponebatur, hæ oratoribus, qui stantes perorabant, destinabatur; reliqua interim locus extra ambitum Templi Judicibus reservatus: quare Judicibus assidere permissum.

Nunc quid in Sanhedrio juris servaretur, exponendum superest, quamquam plura ejus rei in Commentario nostro super Leges Moisacas congessimus: en tamen aliquid memorabile, quod de Lege immorigerum in parentes filium (6) puniente latum est. Porro eam Legem maximi sane momenti ad politiam reclumque Reipublicæ ordinem servandum, ea qua ceteras omnes odiosæ Leges audacia, mire deformatunt Hebræi; tot enim illa limitationibus, exceptionibus, cavillis restringunt, ut ne violari quidem unquam possit. Ita ergo tanciunt Rabbini: Si quis filius in Parentes immorigerus eo de crimine unice damnandus est, hunc oportet decimum tertium ætatis annum excessisse; ea enim ætate minores Legi illi non subjiciuntur; ita vero ætatem hanc attigisse oportet, ut pancis tantum mensibus: Legis imperio parere cogantur, scilicet usque ad plenæ pubertatis annos. Præcendum ex jure ab ipsis dicto, indiciis recensendis, quibus pubertatem assequuntur; decori enim & verecundiæ renunciandum esset illi, a quo scintilla ista in medium afferrentur. Puella, addunt illi, huic Legi non subditur, ait enim Moyses: *Si filius*. Oportet insuper filium hunc lege puniendum, sicuo subripuisse Patri tantum, non ceteris; & eo consilio aliquid subripuisse ut crapularetur. Neque id tantum, sed ea aviditate potum cibumque deglutisse, ut totam simul bucellam 5. denariorum ponderc, & dimidium log vini (7) unico haustu absorberit. Si furtum in alterum quam in Patrem commisserit, nihil a Legibus grave patiebatur; sicut impune crimen committebatur, si non carnem sed alitia vorasset, nec vinum sed aliud quodcumque hausisset. Si vero filius in judicium adductus, ante pronunciatam sententiam fuga se subtraxisset, atque interim pubertatis ipsius indicia pareret, actum erat de judicio. Si ex parentibus alterutter crimen remisisset, nullum alteri permittebatur jus Legis severitatem in filium implorandi; scripcum est enim: *Pater, & Mater apprehendent eum*. Hinc neque manci parentes, neque muti, neque tandem surdi, neque etiam cæci admittebantur; quod scilicet nec filium apprehendere, nec accusare, nec filium indicare coram Judice, nec accusare possent, quod filii vocem numquam audiscltarent. Sexcenta alia hujus saporis libens præterco, quibus sane omnibus nihil excogitari potest absurdius, atque majestate Divina indignius. Quid autem de Tribunali, cujus tales erant judiciorum canones, opinemur? Vix est ut in affinium induceamus, so potuisse homines ratione instru-

(1) Seldenus putat de hoc Hillel sermonem esse in Epist. 25. Juliani Imp. (2) *Grot. ad* 1. *Par.* 21. 4. *Postel. de orbis concor. lib.* 4. *Galatin. de arcan. lib.* 4. *cap.* 6.

(3) *Joseph. Antiq. l.* 14. *c.* 18. (4) *Jo.* 18. 31. (5) *Tosiph. ad Gemar. Babyl. tit. Sanhed. c.* 4. (6) *Deut.* 21. 18. 19.

(7) *Log. mensura est communis hemisextarium*.

ctos, nedum Legum Mosaicarum scientia consultissimos, dementiæ pervenire, ut his jurisprudentiæ sanctionibus deduci sese permitterent. Quis tandem Scriptores adeo nugaces, veritatis magistros habuerit unquam?

Post hæc omnia quid de Sanhedriis credamus pronum est. Nullum tunc elusimus ex iis argumentis, quæ ad illud adstruendum afferuntur. Plane Senatus ille juxta describitam a Rabbinis formam, numquam in Republica Hebræorum fuit; merum est enim Hebræorum somniantium commentum. Hinc nihil de illo satis apertum verbum in Scriptura; nihil in Josepho, Philone, Origene, Eusebio, S. Hieronymo, viris oppido rerum Judaicarum institutissimis. Quin & in Scriptura æque Historia Judæorum plura sunt plane huic fabellæ contraria. Quis unquam, quæso, ex Regibus Juda, five Saul, five David, Salomon &c. ad Sanhedrium unquam reus adductus fuit? Vel unus ejus rei actus judicialis, five certum proferatur exemplum. Reges Juda, nemine prorsus repugnante, Summos Pontifices exauctorabant; bellum pro arbitrio, nemine consulto, suscipiebant; Judæos constituebant, removebantque: uno verbo, Reges agebant, numquam in negotiorum partem Sanhedrio aceito: numquam ejus Senatus authoritate implorata, de Republica pro arbitrio disponebant; sui eorum authoritati, alioquin immodicæ, coercendæ numquam Sanhedrium legimus restitisse. An forte Patres Sanhedrini tandiu turpi otio elanguerunt, donec concessa sibi a Rabbinis authoritate valentes, influerant aliquin vim exteruerint?

Quod autem rem pene novam Sanhedrium fuisse plane demonstrat, varietas est opinionum, quibus ejus assertores, vel saltem ipsius veritatem penitus non reprobantes, inter se committuntur. P. Petavius (1), aliique nonnulli ex ætate Gabinii Judææ Præfecti, quo authore Tribunalia in quinque Judææ Urbibus constituta sunt, Senatum illum repetunt, Grotius, aliique (2) solutum credunt sub exordium regni Herodiani. Rabbinos cum Scriptura conciliaturus Sigonius, aliam (3) sibi de Sanhedrio ideam format, quam quæ Judæis placuerit. Tostatus neque eum Judæis, neque cum Christianis, de Republica Judæorum scribentibus, satis convenit (4); qui enim Moysis ætate 70. Judices constituti sunt, hos putat disposticam, ne Moysi quidem subjectam, exercuisse authoritatem, ut ab eorum sententia ad superiorem alium provocare negaretur; supremam authoritatem penes Sacerdotes fuisse; penes Summum Sacerdotem residisse jus Sanhedrio præsidendi: addit tandem inferiores Judices sive damnandis, sive absolvendis reis nihil potuisse, illud tantum agentes, ut reum ipsum sententiæ Summi Sacerdotis parere cogerent; quod etiam artiste nonnullis Commentatoribus, quo minus in Rabbinorum lectione, eo magis in Recentiorum opinionis luæ tenacium scriptis, exercitatis,

D. Basnagius qui paucis ab hinc annis historiam Judæorum vulgavit, in Sanhedrii origine hæret ambiguus (5): cum enim primo in sententiam P. Petavii eam sub Gabinio statuentis, concessisset (6), mutata demum sententia sub Juda vel Jenocha Machabæis constituit; quamquam sub Jonatha potius inclinet. Profecto sub Machabæis legimus Senatum una cum Summo Sacerdote epistolam ad Lacedæmones dantem (7). Vetus Author Paraphrastium Chaldaicarum, pro more ætatis suæ loquitus, liminatibus Sanhedrii sistentem se Booz inducit. Legimus apud Rabbinos (8), Alexandrum Jannæum Regem e genere Asmonæorum, cum in Senatum veniffet, affidere eum eeteris, prohibente licet Simone filio Scherah e Patrum numero, voluisse. Herodi etiam tunc temporis Galilææ Præfecto eotam eo Tribunali dies dicta est. Interdictum etat etiam (11), Josepho teste, ne Reges quidquam inconsulto Senatu moverent. Vox *Synedrion*, quæ Sanhedrio æquivalet, in Evangelio nec semel quidem occurrit. Jesus Christus apud S. Matthæum (10): *Qui dixerit fratri suo*, ait, *raka, reus eris Concilio*, nempe Synedrio. Ejusdem cœtus meminit S. Mateus (11), sicut & S. Lucas idem designat modo sub nomine *Seniores populi*, (12) modo *Synedrii* (13), quod etiam postremum recurrit Joan. 11. 47. Tandem S. Hilarius agnoscit Senatum quemdam ex 70. Patribus, quibus & versam ex Hebræo in Græcum Scripturam tribuit, & depositum sensus, spiritus, & doctrinæ Mosaicæ committit. Hisce rationibus deducti Sanhedrium sub exitum Republicæ admittete cogimur; ne vero ejus originem ante captivitatem Babylonicam prævertamus, tum alia multa, cum maxime silentium Scriptorum suadent.

His etiam plane demonstratum arbitror, vetustam illam Sanhedrii originem, qualem Rabbini commentati sunt, inter eeteras Rabbinicas fabellas referri oportere; sicut & dubiæ sunt fidei ea ferme omnia, quæ de prærogativis, & Jurisprudentia ejusdem Tribunalis venditarunt. Tandem illud constituendum est, politiam Hebræorum varias subiisse pro temporum varietate vices, atque agitatissimæ, si alia uspiam, Reipublicæ toleratæ fortunam. Sub Machabæis autem cœptum Sanhedrium, vires suas in dies sub Regibus Asmonæis explicavit, ex imbecillioribus erepundiis in tantam adolescens authoritatem, ut vel ipsis Regibus metum incuteret. Tandem gloriæ suæ spondere satisicere coactum est; suæ enim dignitati timentes Principes, nullam ejus deprimendi occasionem prætermittebant. Eo consilio Romani singulare ad id usque Tribunal in quinque divisernnt; stantemque adhuc post tot ruinas, vel emergentem iterum Senatum Jerosolymitanum singularibus prætogativis expoliarum eo redegerunt, ut jure gladii adempto, de legalibus tantum cognoscere & extra mortem tantummodo punire reos permitteretur. Ita sane diu ante ultimam eversionem, ejus exeidio præludum est; eodem etenim fato cum Urbe, Templo & Judæorum dispersione, Sanhedrium quoque obvolutum penius interiit. Hine post illum memorabilem gentis Judaicæ casum nullibi locorum auditum est Tribunal five Senatus, qui dispoticam plenamque authoritatem super gentem universam exerceret: quare frustra Sanhedrii vestigia exquirunter in cœtibus quibusdam ex reliquiis Judæorum collectis, qui precario acceptæ authoritatis umbram exercebant. Hæc visa sunt majoris momenti & fidei, quæ de Sanhedrio Judaico, omnium ore celebratissimo, referrentur.

DIS-

(1) *De doctr. tem. l. 2. cap. 26.* (2) *Grot. ad 1. Par. 23. 4.* (3) *De Rep. Hebr l. 6. 7.* (4) *In Num. 11. qu. 31. 32.* (5) *Hist. des Juifs l. 11. cap. 24.* (6) *lib. 5. c. 1. art. 12.* (7) *1. Machab. 12. 6.* (8) *Vide Gemar. tit. Sanhedr. c. 11.* (9) *Joseph. de bel. l. 1. c. 6.* (10) *Matth 5. 2.* (11) *Mar. 13. 9. & 14. 55. & 15. 1.* (12) *Luc. 7. 3. & 22. 52. 66.* (13) *Act. 4. 15. & 5. 21.*

DISSERTATIO

DE BEEL-PHEGOR, CHAMOS, ceteriſque Moabitarum Diis.

UTriuſque ſimul Numinis Beel-Phegor, & Chamos hunc locum eſſe cenſuimus, quod ambo inter Moabitarum Deos a Moyſe adoptentur. Nota ſunt eriam in S. Scriptura ejuidem gentis, uti credimus, Numina *Nebo*, *Baal-Meon*, & *Baal Dibon*. Hæc ſimul omnia expendere impræſentiarum conſtituimus, ne moleſta ſatis repetitione eadem ſæpe oggerere cogeremur; ideo maxime quod variis hiſce nominibus unum eumdemque Solem, Adonidem, Oſiridem deſignari non incongrue autumamus. Eſt autem nobis propoſitum aſſerendi primum ea, quæ de hoc argumento Scriptura ſuppeditat, tum conjecturas noſtras ea de re ſubjiciemus.

Nomen Chamos ex Arabica radice derivatum accelerare ſignificat: eodemque apud Moabitas Numen deſignabarur, quod velut univerſæ gentis ſupremum Regem & Dominum colebant. Hinc ſæpe in Scriptura Moabitæ appellantur *populi Chamos* (1), & Prophetæ imminentem in Chamos ejuſque populum capriviratem & mala minitantur (2). Tandem Moabitis regionem Amorrhæorum, ab Hebræis ſub Moyſe occupatam, repetentibus (3), quod ſcilicet veteri jure ad ſe pertinuiſſe dicerent, Judæi hæc reponunt: *Nonne ea quæ poſſedit Chamos Deus tuus, tibi jure debentur? Quæ autem Dominus Deus noſter victor obtinuit, in noſtram eadem poſſeſſionem.* Scirum eſt eriam, Salomone curante, Templum Diis Moabitarum in monte e regione Jeruſalem (4) exciratum fuiſſe, quem locum Iſraelitæ frequentaſſe ſæpe, atque cultum Chamos impendiſſe legimus. Quæ vero hujus Numinis eſſet figura, quis ritus, nullibi ſatis expreſſum in S. Scriptura invenitur. Hactenus S. Scriptura de Chamos.

Ex affinitate duorum nominum Ammon ſcilicet & Chamos, unum eumdemque Deum utroque appellari vocabulo, illo apud Ægyptios, hoc apud Moabitas, aliqui ſuſpicari ſunt. Macrobius Ammonem & Solem confundendos cenſet (5); illius enim cornua, ait, hujus radios deſignant. Porro Ammonis cultus longe lateque obtinebat per Lybiam, Æthiopiam, Indias, Arabiam, ubi & Moabitæ ſedes habebant (6).

Quamvis Æthiopum populis, Arabumque beatis
Gentibus, atque Indis unus ſit Jupiter Ammon.

Nomen Chamos celeritatem, expeditumque aliquid ſonans, cum Solis rapido circa terram motu quadrat.

Apud Authores Prophanos nota ſunt finonyma Solis, Deus *Homanus*, & *Appollo Chomeus*; cujus poſterioris Numinis ſimulacrum e Templo ſuo in Templum Palarinum, Romæ excitatum, translatum fuiſſe Ammianus teſtatur (7). Deo Homano æternum ignem ſervaſſe Orientales, maxime Perſas, & Cappadoces, Strabone auctore proditum eſt (8). Porro ignes Soli arſiſſe ignotar nemo, ſervarofque credo intra ſepta, ſeu in Templis illis ſubdivalibus, de quibus Moyſes ſub nomine Chamanim (1), & Strabo voce *Pyreja*, vel *Pyrathoja*. Urbes eriam Comanæ in Ponto, Piſidia, & Cappadocia facile ex Chamos vel Chamanim, nomen derivaſſe ſuum crediderim. In his Urbibus celebre habebatur Templum *Bellonæ*, ejuſdem, quantum conjicio, Numinis ac *Bel Anæ*, ſeu *Anais*, Luna, vel Diana (10). Hic autem opportune recolenda ſunt, quæ in Diſſertatione de Moloch fuſe demonſtravimus; de cultu nempe Solis & Lunæ, quemadmodum & de nominibus utriuique aſtri varie confuſis permixtiſque apud Orientales.

Templa Chamos editis potiſſimum locis inſidebant, quemadmodum de Templo a Salomone ædificato in ſuperioribus obſervavimus. Ex Templo in ejus honorem ſupra montem Nebo erecto, facile Numini inditum eſt nomen *Nebo*; & cum Moyſes refert deductum a Rege Moab Balaamum (11) ad *excelſa Baal*, faeile pro *excelſa Chamos* poſitum eſt; cum nomen Baal æque de omnibus uſurpari conſueverit, & Moyſes nonnifi de Chamos ad id uſque habuiſſet ſermonem.

Nec abs re eriam ſuſpicatus fuerim, quæ mea eſt conjectura, Idolum *Chiun*, cujus ſecum detuliſſe per deſertum ædiculas Amos vitio vertit Judæis, idem eſſe Numen ac Chamos, cui apud eumdem Amos ſocius jungitur Moloch Deus Ammonitarum. (12). Moyles enim numquam Hebræis exprobrat cultum Moloch, ſed tantum Myſteriis Phegor Dei Moabitarum initiatos reprehendit. Nomen *Chium* cum Chamos congruit; Septuaginta, & S. Lucas Actuum 7. 43. pro *Chium* legunt *Rephan*, vel *Kemphan*. Facile, quantum conjicio, Interpreres illi nomen genericum Idoli pro Chamos ſubſtituerunt. *Rephan* ex eadem radice ac Teraphim deducitur, ablato enim *t*, quod faeile loco articuli poſitum eſt, remanet Rephan, nomen facile Idoli.

Sunt inter Interpretes, qui Chamos, cum *Chomeo* confundant, quæ ſane vox Græce ſonat Deus crapulæ; ſicur Phegor reddirur Deus ſalaciraris. Porro nomen *Chomos* Baceho five Dionyſio tribuitur, & Phegor Deo Priapo; uterque autem Deus ad Solem referrur. Ira Gerardus Joannes Voſſius l. 2. cap. 8. de Origine, & progreſſu Idololatriæ. Sed has conjecturas ex harmonia quadam vocis Græcæ cum Hebræo nomine deductas, futiles eſſe neminem latere arbitror.

S. Hieronymus, & Interpretum plerique in ea ſunt opione, ut Chamos & Phegor confundant; quod ſane nobis veriſſime dictum creditur. Peſcla referente ſcimus Idolum Chamos, ex nigra petra conſtans, muliebrem figuram retuliſſe. Niczetas Venerem eſſe arbitratur; omnia fidei ſubleſtæ.

Qui putant Chamos veterem fuiſſe Ammonitarum Principem, ab illis poſt obitum conſecratum, illi ſane Numini & humanam figuram & Regis inſignia tribuunt. Sed unde nam illi opinionem ſuam derivarunt? Ammonitæ & Moabitæ recentiores ſunt populi, cum Ammon & Moab filii Loth, coævi fuerint Iſaac filio Abrahami; quare eorum poſteritas non prius in unam gentem adoleviſſe potuit, quam cum Iſraelitæ ipſi adoleverunt, nempe 100. annis ante

(1) *Num.* 21. 29. *Jerem.* 48. 46. *Periiſti populo Chamos.* (2) *Jerem.* 48. 7. *Hii Chamor in captivitatem, Sacerdotes ejus & Principes ejus ſimul.* (3) *Judic.* 11. 14. (4) 3. *Reg.* 11. 7. & 4. *Reg.* 23. 13. (5) *Macrob. Saturn. lib.* 1. *cap.* 21. (6) *Lucan. Pharſal. lib.* 9. (7) *Amm. lib.* 23. *Avuiſum ſedibus ſimulacrum Chomei Apollinis, perlatum Romam in æde Apollin. Palatini Deorum Auriſpes collocarunt.* (8) *Strab. lib.* 15. (9) *Lexic. in Ponto, Piſidia, & Cappadocia.* (10) *Strab. lib.* 20. *Cic. de leg. Manil. Hirt. de bell. Alex. c.* 66. *Cæſar venit Comanæ, venuſtiſſimum & ſanctiſſimum in Cappadocia Bellonæ Templum, quod tanta religione colitur, ut Sacerdos ejus Deæ majeſtate, imperio & potentia ſecundus a Rege conſenſu gentis illius habeatur. Vid. Cellar. Geogr. lib.* 3. *cap.* 8. *pag.* 198. (11) *Numer.* 22. 41.
(12) *Amos* 5. 26.

ante obitum Moysis circiter. Qui igitur fieri potuisse credimus, ut ejusdem Legislatoris ætate Principem suum jam consecraverint? Hæ sunt quæ de Chamos afferuntur conjecturæ; restat modo, ut certius aliquid de *Beelphegor*, si quid potuerimus, afferatur.

Beel-phegor, sive Deus Phegor eumdem esse cum Phegor nullus dubito; quod tam Origeni & S. Hieronymo prius visum, omnibus deinde Recentioribus Interpretibus probatum est. Porro Beel-phegor juxta Origenis interpretationem est *Idolum turpitudinis*, (1) quam sane turpitudinem, verecundiæ parcens, Moyses apertioribus verbis exprimere noluit. Addit idem Origenes, cultui Numinis mulieres præ ceteris addictas fuisse. Et S. Hieronymus post illum (2): *Celentius maxime fuminea*, ait, *Beel-phegor ab obscenis magnitudinem*, *quem nos Priapum possumus appellare*. Censet autem viros illos effœminatos, & mulieres in cultum Idolorum prostitutas, de quibus sæpe in Scriptura, (3), mysteriis Beel-phegor, sive Priapi initiatas fuisse. Hinc cæremoniis præsidebat Maacha, mater Regis Asa, coacta tandem pii filii authoritate Sacerdotium deponere. Tandem Iesuitur idem Hieron. in Ose. 9. *Interpretatur Beel-phegor Idolum remiginis*, *hoc est in summitate*, *pilum*, *ut turpitudinem membri virilis ostenderet*. Probabilius hîc cultus Beel-phegor cæremoniis probrosissimis alteram addentes Rabbini censent cum Maimonide, obscœnorum membrorum revelatione cultum Numini impendi consuevisse (4); & cum Jarchi, oblata fuisse Deo excrementa, quod vix credimus. Quod autem maxime confirmat opinionem Phegor cum Priapo confundentem, illud est, quod Ose. 9. 10. pudendi Beel-phegor cultus deferibantur; *Ipsi autem abalienati sunt in confusionem*, *& facti sunt abominabiles*, *sicut ea quæ dilexerunt*. Scitum est, quanta impudentia filiæ Moab Israelitas ad crimen provocarint (5); nec fane ignotum, sive Priapi Numen, sive cultus ei Numini impensus.

Sunt qui Beel-phegor ad Saturnum referunt, (7) cujus postremi Numinis cultui Arabia, in qua Moabitæ, devovebatur. Nomen Beel pariter Phegor & Saturno commune erat, & Saturni Sacerdotes nudos se coram Numine fœde plane fistebant. Hîce conjecturis opinionem fulciunt, quæ tamen nutat.

Alii ex nominis etymologia naturam Phegor deprehendere tentantes, observant vocem illam ex Chaldæo deductam, sonare ventris relaxationem; ex quo conjecturæ locus, Phegor ipsissimum esse Deum Crepitum ventris, quem apud Ægyptios, una cum Deo Ructu confecratum narrant Origenes (7), & S. Hieronymus (8), sicut & ante illos Minucius Felix. (*) Nec fane indigna erant ea Numina, quibus ab Ægyptiis divini honores deferrentur, cum apud eas gentes vel ipsi porri, cepæ, crocodili, lupi, fœbris, procellæ, fulmina, mala fortuna consecrarentur. Sed frustra hîsce conjectutis futilibus arguendis immoraremur.

Aliis inter Eruditos (9) visum est, nomen Beelphegor nonisi per Judibrium Deo Moabitarum tribui; quem enim Moabitæ facile appellarint *Baalrem*, Deum tonitrui, hunc ab Hebræis per contemptum Deum crepitus ventris audisse autumant. Ita plane Deum Accaron Judæi appellatum voluerunt *Beelsebub* Deum Muscarum; & Bethel, Urbem Idolo aureo Jeroboami consecratam, immutato nomine, *Bethaven*, domum iniquitatis, nuncuparunt.

Vossius tandem (10) nomine Beelphegor designatum credit Solem, & Priapum, quo posteriori nomine Solem eumdem sæpius denotari in Theologia Paganorum constat. Porro etymon Priapi accersit ex Hebræo *Ab* Pater, & *Peor* vel *Pégor*; ac si diceretur *Deus* vel *Pater Peor*, quomodo usurpari solet apud Paganos Pater Jupiter, Pater Neptunus &c.

Rei gestæ in agris Moabitarum, cum nempe Israelitæ in superstitionem Beelphegor irruperunt describens Psalmista negotium Interpretibus facit (11). *Initiati sunt Beelphegor*, *& comederunt sacrificia mortuorum*. Quinam, rogo, mortuorum nomine designantur?

Sunt qui indicata ipsa Beelphegor sacrificia crediderint; quippe qui Deis mortuorum appellaretur, Deo Israelitarum, Deo scilicet viventi plane opposius; quare Psalmistæ verba tantundem sonare censent ac Moysis illa: *Quia vocaverunt* (filiæ Moab Israelitas) *ad sacrificia sua*. *Ac illi comederunt & adoraverunt Deos earum* (12). Favet huic opinioni S. Augustinus, aliique nonnulli (13), explicantes illud de sacrificiis mortuorum, pro victimis mortuorum hominum Numinibus oblatis. Hinc Israelitæ Divinis honoribus mortuos homines coluerunt; neque enim præter homines vita functos Paganorum Deos fuisse reputandum est.

Malnerunt alii, Hebræos ceteris criminibus hanc etiam fecisse accusationem, quod Moabitarum funeribus sese pollu isserint, tum funebribus eorum cæremoniis, cum funereis epulis communicantes; scitum est enim Paganos oblationes suas mortuis rite solvisse (14); uti cum in media via testam relinquebant, corollis ornatam, & vivis asperiam, in qua fruges, sal, & panis vino mollitus, spatii violis. Verum eas superstitiones apud Moabitas etiam obtinuisse, & ad Hebræos vel minimum pertinuisse, affirmare quis ausit?

Seldenus in suo Opere de Diis Syris confuodendum autumat Beelphegor eum Plutone, sive Deo mortuorum, id autem in causa fuisse, cur Psalmista Numen illud mortuum, sive Mortem appellaret; sicut & oblata Manibus sacrificia, *sacrificia mortuorum* dicta fuisse censet (15). Laudat in eam rem Paraphrasim Apollinaris, in qua Hebræi fe pollusse sacrificiis Beelphegor indicuntur, hecatombes mortuis immolatas degustantes. Apud Sanchoniatonem (16) legimus a Patre Saturno consecratum fuisse *Moth*, ex uxore Rhea natum, hoc autem habuisse Numen Phœniees, modo sub Mortis nomine, modo Plutonis invocatum. Hem Moth tamquam ex primis rerum authoribus, juxta Theologiam Paganorum, apud eumdem deiicibitur. Solebat etiam apud Ægyptios Isis eodem nomine Moth, nempe Mater, authore Plutarcho (17), appellari; eodemque referente ex testimonio Archenaci Euboici, & Horaclidis Pontici fcimus, *Serapidem* ipsissimum esse Plutonem, sicut *Isidem* Proserpinam. Ex quibus omnibus pronum est inferamus, pro eodem ulurpari apud Paganos Jovem, Plutonem, Bacchum, & Solem.

Ut certum quid in tanta opinionum varietate statuamus, atque inter futiles & multiplices conjecturas satis optimam eligamus, vix fieri posse credimus. Ea tamen præ ceteris placet, quæ Chamos, Phegor, & Moloch in unum accenset, eumdemque omnes Solem defignasse credit; quamquam & illud fateamur oportet, cultum Phegor & Chamos alium fuisse abeo, qui Moloch impendebatur. Huic enim humanis hostiis litabatur; mitiori autem, uti quidem credimus, sacrificia Phegor & Chamos gaudebant. Porro sacrificia Phegor *sacrificia mortuorum* appellat Pro-

(1) *In Num. cap. 25. Hom. 20. Beelphegor*, *quod est Idolum turpitudinis. Et infra: Idoli nomen est*, *quòd apud Madianitas*, *præsipue a mulieribus*, *colebatur*.

(2) *Hieron. in Ose cap. 4.* (3) *Vide 3. Reg. 15. 13. & 2. Par. 9. 16.* (4) *Vide Maimon. More Nebuch. p. 3. cap. 46. & Jarchi in Num. 25. 3.* (5) *Num. 25.* (6) *Theodoret. in Pss. Apollin. in Caten. in Pss. Suidas Masf. in Josue. Oringer. Hist. Orient. cap. 7.* (7) *Contra Celf. pag. 255.* (8) *In Isai. lib. 13. Ut taceam de formidoloso & horribili cepe*, *& crepitu ventris inflati*, *quæ Pelusiaca religio est.*

(*) *Minuc. in Octav. Nec Serapidem magis Ægyptii*, *quam strepitus pet pudenda exeperit expressor censormsicus.*

(9) *Scalig. Bucer. in Pss.* (10) *De Orig. & progr. Idolol. l. 2. c. 7.* (11) *Ps. 105. 28.* (12) *Num. 25. 2.* (13) *Aug. in Ps. 105. item Cassiod. Remig. alii.* (14) *Ovid. Fast. 2. Tegula pervia, satis est velata coronis, Et sparsa fruges, parvaque mica salis. Iaque mercmullius Ceres, violaque solute. Hic habeat media tasta relicta via.*

(15) *De Diis Syr. Syntag. 1. c. 5.* (16) *Apud. Euseb. Præp. l. 1. c. 10.* (17) *De Isid. & Osir.*

pheta, unde facilis conjectura dueitur, eo nomine Adonidem, sive Osirim designari, cui funebres cæremoniæ celebrabantur adhibitis lamentationibus, ploratibus, alioque apparatu lugubri. Sed hæc intacta hucusque apud alios Scriptores, maturius impræsentiarum examinanda sunt.

Phegor Numen erat notissimum in Arabia, & Palæstina, cujus Numinis mysteriis Hebræi & initiati ac, & pollui una cum filiabus Moab passi sunt. Factum inde, ut Dei illius religionem alte adeo imbiberent Hebræi, ut sapius deinde in ejus cultum viros & mulieres initiarent. Hæc de Phegor, ejusque cultu in Scripturis.

Hæc autem cum cæremoniis & cultu Adonidis adeo congruunt, ut vix alterum ab illo Deum fuisse Phegor credamus.

Porro Adonidem ab Ægyptiis, quemadmodum & reliquas fere omnes Paganorum superstitiones, derivatum fuisse, neminem ignorare credo. Ifis feu Venus amissi conjugis, Osiridis nempe sive Adonidis ab apro occisi desiderio, Festum in ejus honorem instituit, quo funera amissi lugerentur. Post luctum tripudia veluti conjuge invento. Ab Ægypto in Judæam superstitio irrepsit; quare Ezechiel mulieres lugentes Adonidem in Templo per visum spectavit (1). Lucianus eadem sacrificia, qualia Bybli urbis Phœniciæ spectavit, describens, narrat (2) magno luctuum & clamorum per totam viam apparatu funera Adonidis celebrata fuisse. Mane alterius diei murata omnia; sparso enim inter populos rumore de vita Numinis, ejus simulacrum in aera elatum fuccedit, crines abscindunt, uti in mortibus poscrum est apud Ægyptios pro morte Apidis. Tantundem ae viri, mulieres quoque observant, quarum si forte aliqua renuerit, illa in honorem Deæ prostituere se, tum & pretium prostitutionis conferrare cogitur. Hujus Festi sacrum tempus Vere, cum scilicet amnis Adonis liquatis Libani nivibus tumens, atque alvei sui arenis rubescens in mare præceps devolvitur.

Facile etiam credimus, gliscentes apud Babylonios easdem superstitiones designasse Barue, cum Sacerdotes ejus gentis in his solemnitatibus ita describit (3): *In dominæ earum* (Deorum) *Sacerdotes scidunt, habentes tunicas scissas, & capita, & barbam rasam; quorum capita nuda sunt. Ringunt autem clamantes contra Deos suos, sicuti in cœna mortui.* Eadem apud Assyrios obtinuisse, apud quos etiam lamentationes Proterpinæ frequentes, Maerobius commemorat; quin & ab eisdem gentibus in Phœnicium derivatam superstitionem significasse videtur (4). Addit bis in singulis annis Festum illud recurrisse, quo scilicet menie dies decrescunt, & quo augentur; sive diurnum æquinoctium, autumnalis, & vernum tempore, nempe Junio uti fertunt, decima septima: Eodem verno tempore Adonidis Festa Athenis celebrari Plutarchus testatur, (5) narrans imposita mortuorum simulacra in feretris, veluti trophæa in via statui consuevisse, qua funebris pompa Adonidis circumferebatur, tota interim vicinia luctibus, & ploratibus amaris oppido insonante. Alexandrinorum luctum ea occasione celebratum, duodecimo mense, nempe anni Ægyptiaci ab æquinoctio autumnali exordientis posremo, Theocritus deserbit. Tandem, cum Ezechiel per visum spectavit fœminas plorantes Adonidem, tunc sextus mensis anni sancti a Paschate initium ducentis agebatur (6). An eodem simul tempore solerent Israelitæ sacris Beelphegor initiari, modo disquirendum est.

Rex Moabitarum pessimo consultore Balaamo prophetæ usus, missis in castra Israelitarum puellis hostes ad sacra superstitionesque suas pellexit. Quo id potissimum anni tempore contigerit, quamquam nihil Moyses expresserit, factum tamen quinto ante obitum ipsius mense, nempe ante incuntem mensem duodecimum anni sancti, Februario nostro respondentem, facile credimus. Aaron frater Moysis diem clausit mense quinto anni sancti, anno Mundi 2552. ejusque obitus Mosaicum præcessit 6. vel 7. mensibus; quare decessisse Aaron debuit labente Julio, sive Augusto ineunte. Secundum hæc, bellum in Regem Arad susceptum est, brevi confectum. Tum Israelitæ seeus montem Hor recta ad torrentem Arnon processerunt. Porro a monte ubi Aaron diem clausit, usque ad torrentem illum in finibus ditionis Sehon fluentem, octo tantum mansiones Moyses enumerat; isique emensis bellum narrat cum Sehon, abseumque eum Og gestum. Duobus secundis prœliis ambo Reges a populo edomiti sunt: quare non diu expeditio duravit. His auditis, Balac Rex Moabitarum accitum Balaam mali illius consilii, de quo nuper diximus, authorem habuit. Hæc sane omnia eo temporis spatio contigisse potuerunt, quod inter labentem Julium, & diem 17. sive 18. Septembris, Adonidis festo sacrum, interecdit.

Occasione igitur festi Phegor sive Adonidis accepta, puellæ ejus superstitionis ministræ, in castra Israelitarum ad Settim in agro Moab venientes, populum ad sua sacra inviterunt. Videbantur ex amica gente venisse, cum Moabitas amicos haberent Judæi, ab armis in eos inferendis a Deo prohibiti: videbantur etiam oris lascivientis aspectu juniorem ac victoriis tripudiantem populum plus allexisse quam verbis. Quare facile seducti Judæi, in sacra atque convivia, post luctum Adonidis celebrari solita, tum & in eas, quæ superstitionibus hisce appendices sunt, obscœnas religiones proruerunt.

Vix dubito Mosaicas illas leges, cavemres ne *in rotundum attondeant comam, ne radant barbam, nec se super mortuo* (vel pro mortuo) *incidant carnem*, (7) alio quam ad Phegor, Osiridem, & Adonidem (quæ tria sunt ejusdem Idoli nomina) spectasse. Cujus rei has in promptu habemus conjecturas. Scirum est, in festo Adonidis eumdem servari luctum consuevisse, qui lugendis charissimorum funeribus, ploratus, ejulatus, lamentationes, tunsiones pectoris, vestium scissiones &c. Solebant viri comas tondere, quas fœminæ passas negligebant, quamquam & aliquando avellere crines solebant. Apud Bionem in Epitaphio Adonidis Amores inducuntur, Dii & sumus lugentes, capite abraso, arcum & spicula proculeantes. Symbola Numinis per nemus oberrans, nudo pede, passisque crinibus, largo fletu sylvam irrigat. Fœminæ Alexandrinæ apud Theocritum sparsis crinibus, aperto sinu, & vestibus discissis parent. Apud Aristophanem mulieres tecta domorum ascendunt, quo luctus sui sciant spectaculum. Porro in lugendis privatis funeribus paria tum apud Paganos, cum apud Hebræos servabantur (8): quare dum Moyses cæremonias hasce *super mortuo* interdicit, ea sanctione superstitiones tantummodo Phegor vel Adonidis interdicte censendus est; nulla enim lege prohiberi sibi morem fiuitimarum gentium, in lugendis parentum funeribus, Israelitæ unquam persuasum habuerunt.

Nec alio spectare crediderim hortos illos superstitiosos, quos Prophetæ Judæis, nec raro quidem, exprobrant (9). Quis enim hortos Adonidis apud Prophanos non legerit?

In edicto, quo Deus cavet ne Sacerdotes sunus necessariorum, nisi intra certum gradum necessitudinis, lugeant, hæc mandat (10): *Non radent caput, nec barbam, nec in carnibus suis facient incisuras: sanctiet erunt Deo suo, & non polluent nomen ejus.* Quæ igitur Sacerdotibus tantum interdicuntur, hæc sane continuo ceteris permissa esse eonstat. Alibi etiam Moyses verba facit ad Aaronem ejusque filios occasione Nadab & Abiu igne correptorum (11): *Capita vestra*, ait, *nolite nudare* (id est radere), *& vestimenta nolite scindere.* (scilicet lugentes sunus Nadab & Abiu) *Fratres vestri, & omnis domus Israel plangant incendium, quod Dominus suscitavit.* Licebat ergo Israelitis & Levitis, quod Sacerdotibus interdictum erat. Tandem jubetur a Domino Jeremias (12) renunciare Israelitis suis verbis: *Auferli a populo isto misericordiam*

(1) *Ezech.* 8. 14. (2) *Dea Syr.* (3) *Baruc.* 6. 30. 31. (4) *Saturn. lib.* 1. *cap.* 21. (5) *Plutarch. in Alcib.* (6) *Vide Ezech.* 8. 1. (7) *Levit.* 19. 27. 28. (8) *Vide qua diximus ad Gen.* 1. 3. (9) *Isai.* 1. 29. & 65. 3. *Amos* 4. 9. (10) *Levit.* 21. 5. 6. (11) *Levit.* 10. 6. (12) *Jerem.* 16. 6. 7.

diam & miserationes; & morientur grandes & parvi; in terra ista non sepelientur, neque plangentur, & non se incident, neque calvitium fiet pro eis. Cur, rogo, hisce minis terrerentur Israelitæ, si ne lugerent eo ritu funera cautum fuisset a Lege? An minuitur Deus commissurum se, ne fiat quod jam abrogatum est? Deus etiam ad Ezechielem (1): *Esto ego*, inquit, *vallo a te desiderabile oculorum in plaga, & non planges, neque plorabis, neque fluent lacryma tua. Ingemisce tacens, mortuorum luctum non facies; corona tua circumligata sit tibi, & calceamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes.* Omnia porro hæc fecisset Propheta, nisi Dei præceptum obstitisset.

In veterum Legum interpretatione, habenda est ratio diligenter de recepta Legis observandæ consuetudine apud illos, quibus indicta est. Illud enim reputandum est, religiosos saltem viros numquam sibi a spiritu & observatione ejusdem recedendi licentiam permisisse. Quod sane, si de aliquibus unquam, certe de Judæorum viris religiosis præsumendum credimus, legis studiosissimis, apud quos a Legis sanctionibus vel lato unguæ recedere religiosum fuerat. Quare cum religiosissimorum etiam Judæorum in moribus positum noverimus, ut domesticorum funus comæ & barbæ abrasione, scissione vestium & luctu lugerent; non est cur hæc a Moysis interdicta suspicemur; aliusque proinde Legum saltem in specie ea interdictentium tensus requirendus est.

Si quis plane mentem adhibeat Legi in Levitico latæ, qua luctus super mortuo populo interdicitur, is facile intelliget, Paganam aliquam superstitionem, apud finitimas gentes obtinentem, Legislatorem spectasse (2): *Non augurabimini, neque observabitis somnia, neque in rotundum attendebitis comam, nec radetis barbam, & super mortuo non incidetis carnem vestram, neque figuras aliquas aut stigmata facietis in vobis &c.* Porro attonsio comæ apud Arabes religiosa erat Baccho; barbam radere, carnes incidere, apparatus erant luctus, quo Adonidis adeoque & Phegor, uti facile credimus, funus lugebatur. Stigmata inurere carnibus, frequentissima erat per Orientem superstitio, authore Luciano (3).

Sed juvat in nostram sententiam verba Legislatoris recitare, quibus paulo ante obitum eadem Leges confirmat (4): *Filii estis Domini Dei vestri; non vos incidetis, nec facietis calvitium super mentum, quoniam populus Sanctus es Domino Deo tuo.* Ita Moyses ad populum qui cultu Phegor impensio, religioni suæ crimen irrogaverat. Fas superioribus autem latis constat, Adonidis cultoribus & comam abradere, & carnes incidere familiarem superstitionem fuisse. Alter etiam Deut. 26. 14. locus in hanc rem pictereundus non est. Israelitæ primitias suas Domino oblaturi venientes, hæc profitentur: *Non comedi ex eis in luctu meo, nec separavi ea in qualibet immunditia, nec expendi ex eis quidquam in re funebri.* Hebr. *nec dedi quidquam mortuo.* Quid hoc est, rogo, nisi aperta Israelitarum professio omneq; se primitias suas Domino obtulisse, nulla reservata portione pro Isidæ Dea, ferendi arbores colendique agros inventrice, juxta Ægyptios, cujus Dea luctus pro amisso Osiride verna messe ineunte recurrebat? Quam in rem nihil se expendisse Hebræi sive in usum sacrificiorum, sive epularum ad cultum mortui, hac solemni formula profitentur.

Quibus ita se habentibus, facile in eam sententiam deicendimus, quæ Beelphegor cum Adonide confundit; eumque quem Moabitæ Phegor, ipsum eumdem credit ac Osiridem Ægyptiorum, Adonidem Phœnicum, Athynam Phrygum, Atym Syrorum, & Thammus Hebræorum. Quo enim loco habet Vulgata: *plangentes Adonidem*, in Hebræo est: *plangentes Thammus.* Quibus enim Phryges Athynam colebant cæremoniis (5), iisdem & Syri fuum Atym (6), Ægyptii Osiridem, Phœnices Adonidem. Ita varia hæc nomina juxta Paganorum Theologiam ad unum Solem referuntur.

Facile etiam deprehendere nobis videmur nominis Phegor, sive Pe-or vestigia in Deo Oro, ex veteri Ægyptiorum Rege in censum Numinum translato, filio Deæ Isidis, cui etiam indirum cognomen Apollo, sive Sol (7). Deus ille, authore Diodoro Siculo (8), matrem habuit Isidem, quæ post occisum a Titanibus filium, extincti cadaver in aqua inventum ad vitam revocavit, tum & donavit immortalitate. Ferunt hunc Orum Regum Deorum in Ægypto seriem claudisse. Ex Dea parente artem vaticinandi, tum & curandi morbos didicit; ex quo Ori nomen longe lateque per universum orbem propagatum est. De tanto filio sibi plaudens mater, in inscriptione ab eodem Diodoro relata, ita decora fua prædicat: *Ego sum uxor Osiridis; ego sum prima frugum inventrix; ego sum Ori Regis mater.*

En Pe-or Dei Moabitarum origo. *Pe*, sive *Pi* Ægyptii articuli loco posirum est; *Or* nomen est Dei, cujus funus tum & post funus in vitam revocatio celebratur. Extat etiam ejusdem nominis vestigium in nomine religiosi illius Abbatis *Pior*, & in nomine *Origenis*, quod ex Ægyptiorum consuetudine, nominasibi Deorum imponentium, reperendum est. Nomine *Thammus* noti sunt Ægypti quidam in Hellenis (9); Thammus autem Adonidem refert. Animadversione dignum est, apud Herodotum nihil quidem legi de Thammus, sed tantum de *Ammo* (10); ex quo facile suspicamur T sive C in Chammus & Thammus a radice nominis extraneum esse.

Adoni Hebræis est *Dominus*, quo sane titulo uxores viros suos compellant; ut Sara Abrahamum (11). Potest ergo Ammus seu Thammus peculiare viri Isidis nomen designare, Adonis vero genericum fuisse nomen; quemadmodum Beel-phegor, sive *Baal-Peor*, ut est in Hebræo vero Dei nomine, adjunctum habet *Pe* loco articuli, & *Baal* qui dignitatis titulus est, sonans *Deus*. Ipse autem per contemptum *mortuus* appellatus est ab Hebræis.

Ad complementum Dissertationis addendum aliquid est de ceteris Moabitarum Numinibus, quo omnia ad ejus gentis religionem spectantia uno eodemque lucubrationis contextu collecta habeamus. Mentio est apud Moysen de *Baal-moon* (12) urbe in veteri Moabitarum ditione, quam ex vetusto aliquo gentilis Idolo nomen derivasse fuum creditus non invito. Cum vero alterius quam Chamos & Phegor vel Pe-or Numinis apud eas gentes mentio nulla occurrat; hinc facile credimus alterutri ex iis Numinibus urbis nomen accepto referendum fuisse. Porro nomen illud sonat: *Commoratio Baal.*

Nabo, alius Moabitarum Deus apud Isaiam 46. 1. *confractus est Bel, contritus est Nabo, facta sunt simulacra eorum bestiis, & jumentis.* Septuaginta pro Nabo legunt *Dagon*. In urbe Nabo, Dei Chamos alio nomine Beelphegor, simulacrum constitutum S. Hieronymus autumavit (13); ex qua facile conigisse potuerat, ut de Urbis nomine Deus appellaretur. Sed ut ingenue fateamur, Sancti Viri sententia nullis satis validis fulcitur argumentis; atque Prophetæ oracula de casu Regni Babylonici lata, de Numine quodam horum populorum ultro explicanda se offerunt. Porro nomen Nebo, vel Nabo, aut Nab, recurrit in Nabuchedonosor, Nabu-zardan, Semgar Nabu, & Nabu-zesban (14). Principibus Babylonicis; deductum vero ex Hebræa etymologia fonat Prophetam, Vatem. Hinc facile Oraculum quoddam indicat; an idem ac Nabchaz (15). Idolum Hevæorum, quum gentem Sennacherib e regione Transeuphratæa in Samaritidem transtulit. Suspicatur Vossius, in loco illo Isiæ Bel & Nabo duo diversa Numina designare, illum nempe Solem, hunc Lunam (16). Sed commode etiam duo illa confundi possunt, ut *Bel* titulus sit æque illi ceteriique Dijs communis, & *Nebo*, quod Oraculum sonat, nomen sit Numini peculiare.

IN

(1) *Ezech.* 24. 16. 17. (2) *Levit.* 19. 26. 27. 28. (3) *De Dea Syra.* (4) *Deut.* 14. 1. (5) *Vide Macrob. Satur. l.* 1. *c.* 21. (6) *Vide Lucia. de Dea Syr. & alios.* (7) *Vide Macrob. loc. cit.* (8) *Bibl. l.* 1. *c.* 2. (9) *Plato in Phædr. Plutar. de def. Orac.* (10) *L.* 2. *c.* 43. (11) *Gen* 18. 12. *Postquam consenui & Dominus meus (Hebr. Adoni) vetulus est.* (12) *Num.* 32. 38. *Vide etiam Jos.* 13. 17. *Ezec.* 25. 9. (13) *In Is.* 15. *l.* 5. *pag.* 118. *nov. edit.* (14) *Jer.* 39. 13. (15) 4. *Reg.* 17. 31. (16) *De Orig. Idolol. l.* 2. *c.*

IN DEUTERONOMIUM PROLEGOMENON.

JUDÆIS inscribitur *Elle Haddeburim*, nullo alio mysterio quam quod in contextu Hebraico Operis prima illa verba occurrant. Inscribitur etiam a Rabbinis quandoque *Misna*, quod scilicet repetitionem continet & innovationem Legis. Tandem *Liber Reprehensionum* (1) ab aliis appellatus est, eum reprehensiones a Moyse factas in Israelitas referat. Apud Græcos & Latinos *Deuteronomium* dicitur, ex eo scilicet, quod Legis antea latæ summam complectens, veluti secundam Legem exhibeat. Porro Leges istæ pluribus accessionibus & interpretationibus in hoc Opere referuntur, in gratiam eorum potissimum, qui, cum primum Leges rogatæ fuerunt, sive nondum nati, sive nondum ea fuerant ætate, ut rationis compotes esse potuerint, Res a Deo & a se gestas in populum Moyses enarrat; quibus accedit historia quinque vel sex hebdomadum, nempe ab ineunte undecimo mense anni quadragesimi ex egressu ab Ægypto, usque ad diem septimam duodecimi mensis ejusdem anni.

An Moysi Opus tribuendum esset, dubitarunt nonnulli (2), quod scilicet Moysis obitum describerent in eo legerint (3); tum & scriptum videatur ab Authore, dum in occidente Jordanis verfaretur; ita enim res gestas in castris Israelitarum describit, quasi in aversa fluvii ripa contigerint (4) *Trans Jordanem*. Hinc aliqui Josue sive Eldræi ejus Libri Authorem voluerunt.

Sed luculenti occurrunt in Opere Mosaicæ lucubrationis characteres, ut æquum Lectorem vix de altero cogitare permittant. Ipse de se Moyses testatur scriptis mandasse Canticum (5), quod Libri partem constituit; additque insuper scripto itidem redegisse omnes a se propositas Leges (6), quarum Legum contextus adeo eum reliquis totius Libri partibus conjungitur, ut divelli possit, distingui non possit. Quod autem *trans Jordanem* res in eo descriptæ contigisse scribantur, optimi quique Interpretes satis conveniunt, Hebraam vocem (7) in originali occurrentem æque reddi posse *trans* & *ex*; quare sensui determinando sermonis contextus spectandus est. Quod tandem subditur de obitu Moysis, hæc ab alio Authore suppleta & ultro credimus, & in nostro Commentario (8) demonstrabimus.

Hæc autem Operis summa. Moyses in solemni populi concione, die prima undecimi mensis anni ab incepto itinere 40. totam historiam, ab egressu ex Ægypto, usque ad stativa in agro Moabitico, post relatas de Rege Balan, Amorrhæis & Madianitis victorias, pertexuit. Huic orationi prior a Libri capita usque ad capit. 4. inclusive, impenduntur; exinde totum quod superest ejusdem capitis, historicum est. Narrat ibi Moyses domitæ regionis a se factam divisionem, tum & tres refugii Urbes constitutas; quare supplementum videtur ex Libro Numerorum deductum, vel ad Mosaicæ orationis complementum. Hoc autem sive Moyses ipse per se, sive alius ejus opus recensens, adjecerit; nos tamen alteri deputandum arguimus, quod non ab Authore inferatur videatur, qui exploratæ scribat, sive res paucis antea mensibus gestas, quas ipse antea fusius in eodem Opere exposuerit. Eadem observes in capitis 10. versibus 4. 5. 6. 7. 8. 9. quos aliena manu adjectos suspicamur.

Ad caput 5. Moyses, coacto iterum populo, res ad Sinai gestas fusius pro concione exponit, latifque ea occasione Legibus plura simul adjicit. Sequitur in capit. 27. oratio Seniorum populi, qui una cum Moyse Hebræos hortantur, ut Divinis justionibus legibusque per Moysen a Deo latis, morigeros se præbentes, voluntatis in illum suæ perpetuum monumentum Altare in Chanaanitide trans Jordanem erigant, in quo victimis oblatis fœdus cum Deo innovent (9), fœderisque innovati leges in ejusdem Altaris lapidibus insculpant. Monet insuper, ut bipertito exercitu sex Tribus utrimque in montibus Hebal & Garizim stantes, maledictiones illæ, hæ benedictiones Sacerdotum ore pronuncient, respondente ad singulas populo universo.

His ita constitutis, Moyses ad obedientiam Deo præstandam iterum atque iterum populum hortatur (10), præmiorum spe venales animos alliciens, pœnarumque timore contumaces terrens; quæ omnia stilo præter morem pathetico & gravi prolequitur.

Fine orationi imposito, Moyses cœtu populi coacto (11) vel saltem nondum priori cœtu soluto, fœdus quatuor ante annis in Horeb inter Deum & Israelem ictum, iterum innovavit. Post hæc jad priorem orationem regressus (12), eadem inculcat, nec minis parcens, nec promissiones præmiorum negligens; iisque omnibus beneficiorum a Deo acceptorum, grati animi excitamenta adjecit. Demum orationem claudens, exposuit se 120. annorum ætate grandævum; ferendo Reipublicæ & exercitui ponderi jam imparem esse; addens insuper Divinæ Providentiæ consilio ingressu in Chanaanitidem prohiberi se; quare illud reputasse, ut a Principatu sese abdicans, Josue, sibi a Deo datum successorem statueret; quod actutum exequutioni mandatum est. Post hæc dimisso populo (13), Moyses omnia quæ pro concione populo expoluerat, scripto redegit, quem deinde codicem in manu Levitarum & Seniorum populi depositum, justit singulis septennis in Festo Tabernaculorum in solemni populo concione legi.

Paucis ante obitum diebus, justus a Domino una cum Josue ad Tabernaculum venit (14), eorum quæ Deus ipsi Josue ediceret, testis futurus. Cum igitur in conspectum venissent, Deus discessurum populum a fide prædixit; justit deinde Canticum scribere, quo ante in mente Israelitarum insidente, constans beneficiorum Dei, atque vicissim debiti in illum Hebræorum officii monumentum testaret. His executioni mandatis, tum & Cantico eorum populo a Moyse recitato (15), eadem die Moyses ascendere montem Nebo, ubi diem claudereat supremum, a Domino jubetur. Ascensurus jam supremam benedictionem pius pater mœstissimis filiis impertitus est, benedictionem, inquam, singulis Tribubus peculiarem, in quibus de futuris eventibus singularum plurima (16). Pio illo officio perfoluto, montis caeumen ascendit, ubi vita defunctus est (17). Hæc Deuteronomii summa.

Additiones in hoc Libro, quibus nonnulla locorum sensa implexa efficiuntur frequentiores, quam in ceteris Libris Moysis, Exemplarium exscriptionibus accepto referendas credimus. Non enim Principes tantummodo (18), sed privatorum etiam singuli illi Dei jussu, hi vero sponte sibi Exemplar describebant. Inter scribendum autem Amanuenses notas voces pro obsoletis substituebant interdum, uti & obscurum quando-

(1) *Sepher thochhoot*. (2) *Vide Jansen. Pref. & Comment. mosi. in c.* 3. (3) *Deut.* 34 5. (4) *Vide Jos.* 1. 2. (5) *Deut.* 31. 22. (6) *Ibid.* 9. 24. (7) *Hebr.* (8) *Ad Deut.* 34. 1. (9) *Cap.* 27. 15. 26. (10) *Cap.* 28. (11) *Cap.* 29. (12) *Cap.* 30. (13) *Cap.* 31. 8. 9.... 14. &c. (14) *Cap.* 31. 14. &c. (15) *Cap.* 32. (16) *Capit.* 33. (17) *Capit.* 34. (18) *Deut.* 17. 18.

quandoque Textum nichi, opportunas voces & senten-
tias perspicuitatis gratia addidcrunt. Porro earum ad-
ditionum, alia Davidis seu proximam illi ætatem refer-
re creduntur, quo potissimum tempore, ut fere fit in
Regno tranquillo, florenti, & pacato, studium Le-
gis & Scripturæ vigusse inter Hebræos non immerito
conjectamur.

Legis repositio eo pacto est a Moyse die prima undeci-
mi mensis, nonnihil intra Itinere per Deserum quadra-
gesimi. Obiit autem Legislator prima die mensis duo-
decimi ejusdem anni, ætatem agens 120. annorum,
A. M. 2553.

Opportunum fuisse visum est exhibuisse hic sub unum
veluti conspectum totam legum Hebraicarum naturali
ordine deductam summam. Cum enim frequentius in-
cutrupete, nec rarius seposite in Libris Sacris defer-
bantur, Lectorem nimis distrahire, quominus justam
de illis ideam concipere, atque in unum veluti corpus
redigere cogitando possit.

Deus Cœli, terræque Creator [1], ex universo ho-
minum genere Abrahamo ejusque familia selectis in
suum populum [2], fœdus cum illis in monte Sinai ini-
vit, Legemque tradidit, in qua de Deum unicum [3],
solum proinde amandum atque colendum declarat [4].
Neque amorem utcumque, sed cui nihil sit reliquum
exigit: gloriæ vero sue atque justitiæ adeo studiosus af-
fertor est, ut quanquam in suos misericors, atque præsta-
dis promissis fidelis, tantundem in animadvertionibus
severus, parentes perdiculis usque ad tertium & quar-
tum generationem punitæ, & vicissim pro patris fidelita-
te beneficia in mille generationes rependat [5]. Juramenta per rei alterius cujuscumque nomen, nisi tantum
Divinum, emitti vetat [6]. Quare neque cultu ullo,
neque ipso nomine [7], Deos alienos invocare, nedum
imagines ipsorum, sive aliorum quorumcumque, etiam
brutorum & sydereum effornare fas est [8]. Blasphemia in
Deum morti obnoxia adjudicatur [9]; neque mitior est
sententia in juramenta inania, mendacia, calumnias,
aspere quibus erimen in veritatem, & sanctitatem no-
minis Dei infertur [10]. Vota vel nulla feri jubet, vel
si fiant, statim implenda, dilationem non indram se pas-
surum professus [11]. Si quis temere de summa Dei au-
thoritate sive periculum faceret, sive illum in dubium
revocare ausus fuerit [12]; nec non qui Magos, Ario-
los, Pseudoprophetas de rerum futurarum eventibus
consulant, sive se superstitionibus immiteant; illos
reos criminis pronuneiat [13] Jubet igitur parum, fu-
cerum cultum exhiberi, nullam omnino fidem [14]; nul-
lum cum ritibus eorum, qui comam condent, commer-
cium; proculesse jubet incisiones, & stigmata [15]; Ma-
gi, Pythones & Pseudo-Prophetæ a populo exterminan-
tur [16]; nihilque tandem seratur, quod ad idololatriam,
sive prævo exemplo, sive sollicitatione induceas; ipsaque
arbes ejus erimiais reas vult devoveri [17]. Caveñ-
dum insuper edicitur a luctibus, juxta morem Ethnico-
rum [18]; ab oleo unctionis, & a thymiamate, cujus est
usus in Templo mortis indicta pœna, abstinendum [19].
Manus tandem infontes atque impollutas ad Deum le-
vent Israelitæ, uti filios, famulos, & Dei populum
decet [20]; in Legis meditatione diu noctuque ver-
sentur, eamque sive brachio, armillarum, more fa-
ve supra frontem alligentsin superliminaribus zdium
inscribant [21].

In deserto Deus tabernaculum sibi expandi, veluti
Regi in castris cum populo suo versanti, voluit; cujus
papilionis opificio omnes domeria conferre [22], solos
vero Sacerdotes ejus obsequiis atque servitiis destina-
ri; quibus unis ejus aditum permisit [23], nec nisi eo
sanctum in loco sacrificia offerri justit [24]. Quicquid
autem hostiarum immolaretur, sive extra sive intra
atrium Tabernaculi, statim ante fores ejusdem Taber-
naculi sisti voluit, ejusdem sanctionis transgressores,
pamquam homicidas damnavit [*]. Cum vero Israelitæ ad
terram sibi promissam pervenerint, sit Deus, ter singulis
annis urbem a Deo in sedem sui Templi selectam pe-
ant, debitum Domino obsequium [25] munerum obla-
tione (nefas est enim Deo vacuum se sistere), exhibituri.
Deum autem cultu longe a Chananeis diverso colant;
neque enim sive flatuas erigere, sive aras passim excita-
re, sive lucum, ne circa altare quidem Templi, confe-
rare Israelitis fas est [26]. In signum autem obtentæ a
Deo regionis, quam colunt, primitias & decimas pro
Sacris Ministris [27] ad Templum deferant, his additis
ad Sacerdotem verbis [28]: *Profiteor hodie coram Domino Deo tuo, quod ingressus sum terram, pro qua juravit patribus nostris, ut daret eam nobis.* Acceptique a Sa-
cerdote oblationibus statim Israelita proloquatur: *Syrus persequebatur patrem meum, qui descendit in Ægyptum, & ibi peregrinatus est in paucissimo numero, crevitque in gentem magnam ac robustam & infinitæ multitudinis. Affligerantque nos Ægyptii, & persequentes fuere; imponentes onera gravissima, & clamavimus ad Deum patrum nostrorum, qui exaudivit nos, & respexit humilitatem nostram & labores atque angustiam; & eduxit nos de Ægyptio manu forti & brachio extenso, in ingenti pavore, in signis atque portentis, & introduxit ad locum istum, & tradidit nobis terram lacte & melle manantem. Et idcirco nunc offero primitias fructuum terræ, quam Dominus dedit mihi.*

Præter has oblationes, quotannis semel religiosis in Templo convivia instituere jubebantur Israelitæ, a qui-
bus Levita, pauper, vidua, & orphanus non absimus [29]. Sue preces his monis erant, in hac verba [30]: *Abstuli quod sanctificatum est de domo mea, & dedi illud Levitæ & advenæ & pupillo ac vidua, sicut justificavisti me præterivi mandata tua, nec fum oblitus interiorum. Non comedi ex eis in luctu meo, nec separavi ea in qualibus immundiciis, nec expendi ex his quicquam in funeribus. Obedivi voci Domini Dei mei. Respice de sanctuario tuo, de excelso Cœlorum habitaculo, & benedic populo tuo Israël, & terræ, quam dedisti nobis, sicut juravi patribus nostris, terræ fluenti & mille mauarenti.* Hæc tamen convivia semel singulo
rienijs in fin cuique regione præstare fas erat.

Sacerdotes Domini amplissimis privilegiis atque mu-
neribus decorabantur e illud in prima insigne, quod
soli ministrarent Altari; adipemque sanguinem, & quid-
quid insuper de victima adolendum esset, offerrent;
unis insuper aditus in Sanctum ad impendendum igni
thymiama; accendendas lampades, ad innovandos sin-
gulis Sabbatis panes propositionis pareret. Sunt illis
erant partes e victimis in sacrificiis pacificis, & pro pec-
cato, in oblationibus panis; necnon in libamentis,
quorum parte in ignem conjecta, reliqua Sacerdoti
cedebat [31]. In victimis pacificis animam dexterum,
& pectusculum [32] Sacerdos sibi reservabat, reli-
pem tradebat igni; sanguine ad basim Altaris effuso,
quod reliquum erat offerenti [33] permittebat. In
sacrificiis pro peccato, renes, caudæ, & sdeps
ilia comprehendens, periculum jecoris, Domino;
reliqua Sacerdoti erant [34]. De holocaustis, igni
omnia; vellus tantummodo Sacerdos habebat. Ex
hostiis pacificis sive in Templo, sive in privatis ædi-
bus cum tota familia degustare fas erat: post alterum
vero diem a sacrificio, si ex iis reliquum fuisset, igne
statim absumendum [35]. De victimis pro peccato
extra Templum sive degustare, sive effere quid Sa-
cerdoti nefas [36]; aliis vero a Sacerdotibus ne in Tem-
plo quidem aliquid ex iis delibare permissum: quod
decimas, primitias, primogenita, vota, & oblatio-
nes, familia Sacerdotis non excipiebatur [37]. Sacer-
dos, qui ex sanctificatis aliquid ipse non purus in es-

Differt. Calmet. Tom. I.

(1) *Gen.* 1. 1. (2) *Levit.* 19. 11. & *Deut.* 26. 16. 27. (3) *Exod.* 20. 7. (4) *Deut.* 6. 4. & 10. 12. 20. (5) *Exod.* 10. 5. 6. & 34. 6. 7. *Deut.* 5. 9. 10. & 6. 15. (6) *Deut.* 6. 13. & 10. 20. (7) *Exod.* 23. 13. (8) *Exod.* 20. 3. 4. & 23. 13. (9) *Levit.* 24. 11. (10) *Exod.* 20. 7. *Deut.* 5. 11. (11) *Deut.* 23. 21. *Lev.* 27. *Num.* 30. (12) *Deut.* 6. 16. (13) *Levit.* 19. 31. & 20. 6. 27. & 21. 18. *Deut.* 18. 19. (14) *Deut.* 18. 13. *Levit.* 19. 26. (15) *Leo.* 19. 27. &c. (16) *Leo.* 20. 27. *Num.* 22. 20. &c. (17) *Exod.* 22. 20. & 23. 24. 25. & 24. 16. *Deut.* 4. 16. 17. & 13. 6. 10. & 17. 3. (18) *Deut.* 14. 12. (19) *Exod.* 30. 33. (20) *Exod.* 22. 30. (21) *Deut.* 6. 7. &c. & 11. 20. (22) *Exod.* 25. 3. &c. 7. (23) *Num.* 18. 4. (24) *Deut.* 12. 14. (*) *Levit.* 17. 3. 4. & 33) *Exod.* 25. 15. &c. 4. 20. *Deut.* 15. & 12. 11. 21. (26) *Deut.* 16. & 12. 21. (27) *Exod.* 22. 29. 30. *Deut.* 32. 12. 13. (28) *Deut.* 26. 4. 5. (29) *Deut.* 14. 23. &c. (30) *Deut.* 26. 13. &c. (31) *Levit.* 2. 3. (32) *Levit.* 7. 31. &c. (33) *Ibid.* 30. 31. (34) *Ibid.* 1. 2. 3. (35) *Levit.* 7. 18. (36) *Levit.* 6. 26. & 7. 16. *Num.* 18. 9. (37) *Levit.* 20. 14. *Num.* 18. 13. &c.

bum caperet, ultimo supplicio damnabatur (1). Ex dapibus sanctificatis operarii mercede conducti, & advenæ non participabant; quamquam mancipia Sacerdotis non excludebantur; filiæ item e Sacerdotali familia viduæ, sive repudiatæ, amissum antea in illas jus recuperabant. Porro dapes sanctificatæ, ceteris dabantur, sive portiones ex victimis pacificis Sacerdotibus cedentes, sive quæ ex oblationibus Templo factis in usum eorumdem segregabantur; quoad decimas enim & primitias, quæ veluti Ministrorum proventus habebantur, nihil excepcum; qui enim Levitæ, & Sacerdotes incapiati ali potuissent?

Primogenita tam hominum, quam pecudum, atque jumentorum universa Domino segreganda erant (2); nisi quod aliqua ex illis redimendi faculcas esset. Hominum enim quinque siclis redimebantur (3): nec alia erat de primis animalium immundorum fœtibus ratio, uti asini, & cameli. Si quidem profano ovis, sive quinque siclis offerri poterant (4), alioquin statim macabatur. Animalia pura nullo pretio redimi; sed omnino cædi oportebat; quorum tantum adipe igni traditio, & sanguine ad basim Altaris effuso, reliquum Sacerdotibus cedebat (5). Quos recens planta fœtus cribus prioribus annis emissibus, impuros haberi oportebat; quanvis annis, omnes Deo consecrandi; a quinto vero anno eorum usus permittebatur (6).

Pro iis, quos sibi Deus ex universis primogenitis Israelis retervaverat, Tribum Levi subtituit (7); e quibus familiæ Aaronis Sacerdotio demandato, reliqui inferioribus Templi & Sacerdotum ministeriis deputati sunt. Sacerdotum igitur ministeria circa Altare, Sanctum, & Sanctuarium verſabantur; ignemque, qui extinguererur, in eodem Altari curabant: Levitarum, circa Templi fores, muficam, ac victimas; quas exorabant, necnon circa ligna ad Altare advehenda.

In Sanctuarium adires nulli præter Summum Sacerdotem, ipsique die tantum Expiationis Solemnis, permissus (8). Ea dignitas cum eximiibus punicndis, cum Religionis rebus curandis summam in unum authoritatem conferebat (9). Ad illam vero assumi oportebat virum, cujus pater virginem fœminam, & ipsam Tribus, atque generis duxiſſet (10). Ipsum vero ab omni corporis vitio puramesse oportebat (11). Nec sane aliter dicebat illum, per quem Deus oracula veritatis fundebat: siquidem Summus Sacerdos insignibus sue dignitatis indutus, de Urim, & Tummim quæ in Rationali gestabat, Dei nomine consulentibus respondebat (12). Neque funera lugere, excepto tantum patris, neque vel locum ingredi, ubi cadaver jaceret, ne quid impuritatis contraheret, permittebatur (13). Hæc tamen Lex cum Pontifice arctiſſima, aliis inferioribus mitior erat; siquidem vulgo Sacerdotes parentum, filiorum, & fratrum funeribus (14), non tamen extraneorum, neque etiam Principis, adſtebant: Levitas vero iis ominibus, quibus ceteros liberabat, adeſſe fas erat. Quo tempore ipsis Sacerdotes Templi fervitiis occupabantur, ab uxoribus, & vino temperabant, ſtudioſe ab omnibus ſefe obſervantes, ne quid unquam impuritatis contraherent (15). Eorum veſtis religiosa, qua in Templo tantum Sacerdotes utebantur, tunica erat linea talaris (16), femoralibus, cingulo, & capitis operimento itidem lineis, adjectis; qua sane veſtis Levitis etiam communis fuit. Comam minime nutriebant, uti neque barbam in labio ſuperiori: pedibus erant nudis in Templo (17), ubi & sibum, & ieunium capiebant.

Pontifex ipſe indidiſtinctis ſuæ veſte utebatur. Femoralibus (18) lineis, tenuitate, & opere ſpectandis: tunica alia ſuperinducta, cærulei coloris, ſimplici opere, ac forteſſe non munito, cujus fimbriam circumbola aurea, & malogranata variato opere contexta, alterne diſpoſita ornabant. Hanc tunicam cingulus *Rationalem* operis phrygii, & variati, cui nomen in S. Scriptura *Ephod*. Porro *Ephod* duabus ſaltim ſplendidiorum constabat, quæ utrinque per humeros in anteriora deſcendentes, corporis dein circumductæ, ante stomachum vinciebantur, ſimulque fluentem tunicam continebant. Qua vero fuere illæ ex humeris in anteriora deſcendebant, binæ gemmæ inſertæ erant, ex utrinque nominibus Tribuum Israelis inſculptæ erant, & quo loco ante pectus decuſſabantur, *Rationale* eminebat, nempe pannus ille quadratus 12. digitorum latitudine, duodecim gemmas ſingulis nominibus Tribuum Israelis inſculptas præferens (19).

Sacerdotibus autem erat, ne cum fœmina moribus inhonestis, ſive proſtituta, ſive tandem ab altero repudiata, connubia inirent (20); ſi quæ vero filia Sacerdotis in crimine deprehenderetur; nepote quæ patris famam violaſſet, continuo igne damnabatur. In thure offerendo, alienum ignem adhibere Sacerdotibus, neſas, quod Nadab, & Abiu vel morte expiarunt (20). In ſacrificiis ſaltem ſemper (21), oleo, & fermento nunquam (22) utebantur. Suis impenſis & operarpanes propoſitionis conficiebant; quos ſingulis Sabbathis recentes mensæ aureæ in Sanctis apponebant (23), veteribus remotis, de quibus comedere ipſis tantum fas erat (24). Inſuper holocauſtum perpetuum vespertinum, & matutinum, cum libationibus Sacerdotes inſticiebant (25). Vitia corporis, quæ a Sacerdotio, & victa hoſtiarum, quæ a ſacrificiis arcebant, in Commentariis recenſentur (26).

Levitarum, & Sacerdotum proventus non agri quidem, & arva, quorum illis nulla aſſignata ſunt, ſed decimæ, primitiæ, oblationes, & victimarum participatio ſatis uberes exhibebant (27). De vero ledibus tenendis, 48. urbes, atque ſuburbana in circuitu, ſpatio 1000. cubitorum, pro domicilio aſſignata ſunt (28). Domus illorum ruſticæ eodem jure, ac ceterorum Israelitarum agri, vendi quidem, ſed reſtituto pretio a Domino numquam non redimi poterant; imo ne redemptæ quidem, anno Jubilæi ad priſtinum dominum redibant (29). Ex eadem urbibus, ſex in aſylum (30) iis, qui imprudentes hominem occidiſſent, deſtinatæ erant. E toto numero 13. ad Sacerdotes ſpectabant; reliquæ ad Levitas (31). Semper ac farina aqua ſubigebatur ad panem conficiendum, e tota maſſa portio aliqua pro Levitis juſſu Dei ſegreganda erat; quam portionem majorem quadrageſima, minorem ſexageſima parte Rabbini præteriplerunt. Cum animal occidebatur, utorque humerus, ventriculus, & mandibulæ dono ad Levitas deferri ſolebant (32), neque ſua portione, cum greges tondebantur, ſive cum præda ex hoſtibus referretur, etiamſi bello non ſuſſuiſſent, fraudabantur (33). Adeſſe tamen bello ſempet Sacerdotes conſuevere, quorum munus erat tubis clangere (34), ſolemneque illas ſonitus cum ceteris exercitus (35): *Audi Israel: vos hodie contra inimicos veſtros pugnam committitis: non pertimeſcat cor veſtrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis aut, quia Dominus Deus veſter in medio veſtri eſt, & pro vobis contra adverſarios dimicabit, ut eruat vos de periculo*: Si quando Arca Fœderis in caſtra reducenda erat, illius deferendæ atque cuſtodiendæ negotium Sacerdotibus communitabatur (36). Nec raro etiam Summus Sacerdos cum ſacris ornamentis, Dominum de agendis conſultuus, ederat.

Convivia nulla ferme five in Templo, five in urbibus inſtituta, ad quæ Levitæ non accerſerentur; quod quidem Hebræis Deus vicies in Sacra Scriptu-

12

(1) *Levit.* 22. 2. *&c.* (2) *Exod.* 13. 1. *&c.* & 34. 19. (3) *Num.* 18. 16. (4) 1. 27. 18. (5) *Levit.* 19. 23. *&c.* (6) 7. 24. 25. 26. (7) *Num.* 3. 41. (8) *Levit.* 16. 1. 2 *Deut.* 17. 12. 13. (10) *Levit.* 22. 13. (11) *Levit.* 21. 17. 18. (12) 1. *Reg.* 23. 9. & 30. 7. (13) *Levit.* 21. 10. *&c.* 14. *Levit.* 20. 6. & 21. 2. *&c.* (15) *Levit.* 10. 9. (16) *Exod.* 28. 40. 41. (17) *Vide dicta ad Exod.* 40. 29. 30. (18) *Exod.* 28. (16) *Levit.* 21. 7. *&c.*

(20) *Levit.* 10. 1. 2. (21) *Levit.* 2. 13. *Num.* 15. (22) *Levit.* 2. 11. (23) *Levit.* 24. 5. *&c.* (24) *Matth.* 12. 4. (25) *Exod.* 29. 38. *Num.* 28. 3. 4. (26) *Levit.* 21. 17. 18. & 22. 23. *&c.* (27) *Num.* 18. 20. 21. (28) *Num.* 35. 2. (29) *Lev.* 25. 32. (30) *Num.* 35. 6. *Joſue* 20. 7. 8. (31) *Joſue* 21. 19. *&c.* (32) *Deut.* 18. 3. 4. (33) *Num.* 29. 30. (34) *Num.* 20. 8. (35) *Deut.* 20. 3. 4. (36) 1. *Reg.* 4. 4. & 24. 18. & 2. *Reg.* 15. 24. 25.

ra commendat. *Cave*, ait, *ne derelinquas Levitam, qui in Urbibus vestris commoratur; neque enim habet aliam partem, & possessionem inter vos* (1). Decimæ illis non ex fructibus tantum, sed etiam ex pecoribus, quodcumque numerani decimum sorte occurriſſet, ſolvebantur (2); liberum tamen erat ſuam decimam oblato pretio, & quinta inſuper ejus parte, redimere.

Ex collectis apud Levitas primitiis & decimis, pro Sacerdotibus decimæ ſegregabantur (3). Sacerdotes & Levitæ certa ætate, nempe annorum 25. five 30. miniſterium inibant, atque annum agentes 50. illud dimittebant (4). Sub Davide 20. annis nati admitti coeperunt (5). In miniſtrando vero mutuo ſibi invicem Sacerdotes Sacerdotibus, & Levitæ Levitis ſuccedebant. Si Levita, relicta priori ſede, ad Templum veniſſet, ut ejus ſervitiis ſe toto tempore impenderet, illum recipi, & ex proventibus ejuſdem Templi ali oportebat (6).

Levitarum, & Sacerdotum munus ſecundum a ſacrificiis, erat populi inſtitutio: quippe qui in cœtu ſolemni univerſæ gentis, die Expiationis, lectionem univerſæ Legis publice obire tenebantur (7). Cum novus Rex inaugurabatur, ejuſdem Legis volumen ab illis recipiebat, ac deinde in ſuum uſum tranſcribendum curabat (8). Si quid in judiciis arduum implexumque occurriſſet res ad Sacerdotes deferebatur; eaque occaſione Summi Sacerdotis ſententiæ non acquieviſſe capitale erat (9). De lepra judicium (10), de expiatione homicidii, cujus author lateret (11), de divortio, de aquis zeſotypiæ (12), de votis Nazaræorum (13) ad illos ſpectabat. Tandem ſolemnis populi benedictio, atque Divini nominis ſuper illum invocatio ex ipſis obtinebatur (14).

Sacrificia apud Hebræos non unius erant rationis. In holocauſto omnium perfectiſſimo tota victima, detracta pelle, atque exta, adolebatur. In ſacrificiis pacificis pro obtinendis referendiſve gratiis, ſeu tantum pro aſſerenda Dei ſuper omnia poteſtate inſtitutis, ſanguis tantum & adeps Deo, armi & pectuſculum Sacerdoti, reliquum offerenti ſacrificium cedebat. In ſacrificiis pro peccato, nihil offerenti, ſed adipe exta continente, reticulo jecoris, & renibus igni traditis, reliquum Sacerdoti remanebat. Victimæ ut plurimum tauri erant, vaccæ, vituli, arietes, oves, verveces, hirci, capræ, & hœdi; aves nonniſi in expiatione hominis lepra mundati (15) ejuſque, qui juramentum imprudens tranſgreſſus fuiſſet (16), non adhibebantur: eaque occaſione ex duabus avibus oblatis, altera immolari, altera libera in auras dimitti ſolebat.

Verum peculiares de ſingulis Sacrificiis cæremonias recenſere operoſum eſſet nimis; quare prima Levitici capita conſulantur.

Feſta Iſraelitarum potiſſima, quibus ab anno 12. ætatis viri omnes adeſſe tenebantur, hæc ſunt: Paſcha, Pentecoſte, & Feſtum Tabernaculorum. Nomen *Paſchatis*, quod tranſitus redditur, ejus Feſti inſtitutionem deſignat: Angeli enim exterminatoris memoria recolitur, qui per Ægyptum tranſiens, relictis Hebræis, omnes Ægyptiorum primogenitos occidit, ipſa nocte exitus Hebræorum ab Ægypto (17). In ea Solemnitate manipulus hordei ſolemni ritu in Templo offerebatur, veluti primitiæ hordeaceæ meſſis, ſtatim a Feſto colligendæ (18). Tota ea hebdomada panis nonniſi azymus adhibebatur (19); ipſoque ineuntis Feſti veſpere, in ſingulis familiis, five ro. aut 15. conviviis coactis, agno, hœdove anniculo aſſo (20) cum herbis amaris epulum inſtituebatur. Illud quidem non tam convivium, quam ſpecialis ritus ſacrificium erat, ad agendas Deo gratias, & ad memoriam liberationis ab Ægypto excitandam: quamquam ſanguis tantum ad baſim Altaris effundendus offerebatur. Cautum erat, ne hujus agni oſſa ad extrahendam medullam comminuerentur. Alia erant hujus Feſti ſacrificia, quæ hoc loco recenſere non vacat (21). Porro ſi quis Paſcha cum ſuis cæremoniis celebrare neglexiſſet, e populo exterminandus denuntiatur (22); pro iis tamen, qui ſive impuritatem aliquam legalem contraxiſſent, ſive in itinere eſſent, a die 14. primi menſis, ad 14. ſecundi menſis, differri poterat (23); neclamen quid de præſcriptis cæremoniis quoad azyma, eorum gratia remittebatur.

Diebus 50. a Paſchate, Feſtum Pentecoſtes recurrebat (24), oblatione duorum panum ex novo frumento, in ſignum meſſis ſtatim colligendæ (25), ſolemne. In eo memoria initi a Deo cum Iſraelitis fœderis, in Lege in Sinai tradita, recolebatur. Sacrificia a Paſchalibus Deo oblatis non diſcrepabant (26).

Feſtum Tabernaculorum, in memoriam itinetis 40. annorum per deſertum ſub peſſibus (27), tertium ſuccedebat; quo, labente anno civili celebrato, ſimul & gratiæ pro obtentis a Deo toto anno beneficiis, collectuique meſſibus, & uvis, referebantur (28). Tota ea hebdomada populus ſub tentoriis ex arborum ramis contextis, degebat. Stata erant hujus Solemnitatis ſacrificia (29).

Decima dies ſeptimi menſis anni ſancti, & prima anni civilis, Expiationi univerſæ gentis deſtinata, & jejunio ſacra ſub pœna mortis indicto, & pœnitentiæ operibus (30), addicta & tandem peculiaribus ſacrificiis, ac potiſſimum duorum hircorum (31); quorum alter Deo dimittebatur, *Azazel* dictus, alter immolatus extra caſtra cremabatur. Eadem die Summus Sacerdos ſanguinem vituli, atque hirci immolati in Sanctuarium inferebat; alterum ad luſtrandum Sanctuarium, alterum ad populi expationem (32). Eadem die immolari conſuevisse credimus vaccam rufam, cujus cineres pollutionem in fuueribus contractam expiabant.

Menſium calendæ feſtæ ducebantur, quamvis nulla eſſet his diebus indicta ob operibus requies. Statis ſacrificiis (33), concrepantibus in exordio buccinis, celebantur. Prima dies primi menſis anni civilis, & ſeptimi anni ſacri, quod anni introitus, præter alias cæremonias, tubis etiam denunciaretur, ſolemnitas tubarum dicta eſt (34).

Feſtum Sabbathi, ab ipſo Deo poſt peractum opus creationis (35) dedicatum, omnium S. Scripturæ veteſtiſſimum eſt; quippe quod ejus obſervantiam Moyſes, mox ab egreſſu ex Ægypto, antequam ad Sinai veniret, induxit (36). Ab operibus ſub pœna mortis (37) juſſu Dei vacandum erat; adeo ut neque ignem excitandi paraudis cibis faculas daretur (38): vacationem vero erat & ipſis mancipiis, brutisque: omnes enim ejus diei curas obſequiis & laudibus ſuis, Legiſque meditationi Deus volebat impenſas (39). Nec deerant, uti in reliquis Feſtis, peculiaria ſacrificia (40).

Præter ſolemnitates per anni curſum recurrentes, intra unius ad ſummum hebdomadæ fines concluſas, aliæ poſt certam annorum periodum, atque longiori temporis ſpatio continuatæ celebrabantur. Harum po-

(1) *Deut.* 12. 18. 19. *& alibi paſſim.* (2) *Lev.* 28. 30. 31. 32. (3) *Num.* 18. 26. (4) *Num.* 8. 24. *&* 4. 3. (5) *Par.* 23. 24. *&* 2. *Par.* 31. 17. *&* 1. *Eſdr.* 3. 8. (6) *Deut.* 18. 6. (7) *Deut.* 31. 10. 11. (8) *Deut.* 17. 18. (9) *Deut.* 17. 8. *&c.* (10) *Levit.* 13. 14. (11) *Num.* 21. 5. (12) *Num.* 5. 14. 15. (13) *Num.* 6. 20. 21. (14) *Num.* 6. 23. *&c.* (15) *Levit.* 14. 4. (16) *Lev.* 5. 6. 7. (17) *Exod.* 12. 14. *&* 23. 15. *Num.* 28. 16. *Deut.* 16. (18) *Lev.* 23. 10. (19) *Exod.* 12. 19. 20.

(20) *Ibid.* 8. *&c.* (21) *Vide Num.* 28. 19. *&c.* (22) *Num.* 9. 13. *Exod.* 12. 19. (23) *Num.* 9. 6. (24) *Exod.* 23. 16. *&* 24. 22. (25) *Lev.* 23. 17. (26) *Vide Num.* 28 26. 27. *collatum cum* 28. 19. 20. (27) *Lev.* 23. 40... 43. (28) *Exod.* 23. 16. (29) *Lev.* 33. 27. *Num.* 29. 12. 13. *&c.* (30) *Num.* 29. 7. (31) *Lev.* 16. 6. 7. (32) *Num.* 29. 16. (33) *Num.* 28. 11. (34) *Num.* 29. 1. *&c.* (35) *Geneſ.* 2. 2. (36) *Exod.* 16. 23. 29. (37) *Exod.* 31. 15. *Num.* 15. 32. (38) *Exod.* 35. 3. (39) *Exod.* 20. 6. (40) *Num.* 28. 9.

tissima annus erat Sabbathicus, quo Hebræi cultum agrorum negligere, & quidquid ii sponte produxissent, advenis, pauperibus, & orphanis (1), quin & brutis ipsis permittere jussi sunt. Ad hæc, servi Hebræi manumittebantur (2); æris alieni remissio (3), Legisque solemnis lectio fiebat (4).

Quibus quidem justionibus Deus, licet politiam nonnihil negligere visus sit, studiose tamen æquandis bonis, & conditionibus apud Hebræos, ac infirmorum oppressionibus consulere; quin & labentem jam ex hominum mentibus creationis Mundi memoria ea ratione refrieare, simulque suæ in populum authoritatis specimen exhibere voluit. Eodem consilio, singulis 50. sive potius 49. annis, Jubilæum (5) instituit, in quo non vacuatio tantum ab agrorum cultu, manumissio servorum, ærisque alieni remissio, sed possessiones atque hæreditates ad veteres Dominos regrediebantur. Ejus anni ingressus circa mensem Septembris, (quo etiam tempore claudebatur) solemnibus cæremoniis, ac tubarum clangore indicebatur. Hoc sane monumentum Deus extare voluit suæ in universam gentem ac regionem potestatis; quamvis, ne infirmos alioquin populi animos plus nimio tentaret, pro neglectis integri anni proventibus, sexto, & quadragesimo octavo quoque anno tantumdem messis se largiturum pollicetur, ut ad triennium sufficiat.

Quæ Moyses Regibus, forte ab Israelitis eligendis, præscribit (6), longe alia sunt ab iis, quæ Samuel *jus Regis* appellat (7). Porro Rex, juxta Moysen, e medio populi, non ex alienigenis, ita Deo præcipiente, & populi suffragio eligendus erat. Veritum illi, ne equitum numerum augeat; neve populum illis emendis in Ægyptum regredi cogat; fœminarum gregem, quippe quibus cor facile avertitur, ne innutriat; comparandis divitiis ne studeat, caveatque, ne tumido in fratres sit animo. Denique exemplar Legis apud se unum habentibus tantum, sed & in corde retineat, eamque sibi agendi normam præferibat. Samuel vero jus Regis Israelitis explicans dixit, illum filios Israelis aurigas & præcursores suis curribus, quin & suos equites facturum. Ad hæc alios Tribunitia, & Centurionis dignitate donaturum, alios ad metendos serendosque suos agros, nec non ad arma eurrusque suos fabricandos coacturum. Fullonis vero, & eulinæ ministeriis, conficiendisque unguentis filias Israelis addicet. Servis suis tutandis, pinguiores Israeliarum possessiones in illos transferet. Nihil erit eandem, sive ex maneipiis, sive ex juniotibus, sive eandem ex jumentis, in quos ipse manus non injiciat violentas, eo jure, quo sibi ex gregibus decimas, & populum universum in servitutem asseret.

Bellum, quod potissimum erat Regis munus, non æquo jure eum fugulis hostibus agendum erat; alia enim ratione cum Chananæis, alia cum ceteris curandum. Quibus bellum indicendum erat, æquis antea conditionibus pax offerebatur (8): renuentibus bellum denuntiabatur. Si oppugnanda urbs, atque longior immineret obsidio, contra quam propterea turres & aggeres, pro more illorum temporum, struendi essent, cautum erat, ne ullæ arbores frugiferæ, sive arva cæderentur. Si armorum vi tandem expugnaretur, contra viros quidem victorum iram exercere fas erat: fœminæ, pueri, bruta, & utensilia in victorum potestatem, deinde toto exercitui distribuenda, venire debebant. In urbibus Chananæorum omnia, quæ vitam haberent, una clade involvebantur (9).

Si collatis signis certandum fuisset, ante prælium Sacerdos, Dei opem adsturam pollicitus, milites ad certamen incitabat (10); deinde Duces, suæ singuli turmæ, elata voce regressum indicebant iis, qui sive novam domum ædificassent, seu vineam novam plantassent, vel tandem novam nuptam duxissent; durum enim nimis futurum videbatur, si fortasse in bello deeedentes, partas suis laboribus possessiones, ne tantillo quidem obtentas, ad alienos trasmittere cogerentur. Post hæc, coram universo exercitu (11) formidolosis omnibus, ut se a periculo subduecerent, potestas conecdebatur, ne suo exemplo in alios terrorem inducerent.

Relata ex hostibus spolia Imperator inter milites æque dividebat, nullo facto discrimine inter eos, qui decertassent, eosque qui remansissent ad sarcinas (12). Quin Moyses relata ex Madianitis præda, populum universum in agro Madianitico tunc versantem, & una cum ceteris militibus exercitum ex tota ratione constituentem, caruisse non tulit. Antequam spolia in castra reduecrentur, prævia purificatione expiabantur hoc ritu: Metalla, & si quæ alia ignem paterentur, flamma, ceteta vero aqua expiationis lustrari oportebat. Fœminæ alterius, quam Chananæorum generis, in potestatem victorum captivæ cedebant (13); e quibus si quam herus uxorem ducere voluisset, post abrasos ejus crines, amputatos ungues, detractas vestes, cum quibus capta fuit, concessumque integri mensis luctum, pro amissione parentum defletum, itatum sibi copulabat. Si vero fuceedente tempore, eam tandem uxorem fastidisset, illam manumittere cogebatur.

Sua etiam prædæ portio erat Dei, & Saeerdotum, ac in bello eum Madianitis ex singulis quingentis tam maneipiorum, quam pecudum, quæ militibus cessissent, singula sibi reservari; ex præda vero, quæ reliquo populo contigisset, quinquagesimam pro Levitis pecuii Deus injunxit. Sua etiam erat in spoliis, ac teicta portio Ducis, uti de David (14), & Gedeone (15) constat; ac in bello contra Madianitas, Duces Israelitarum armillas, & anulos aureos ex hostibus acceptos Deo exhibuerunt, fortasse tamquam Ducem, & Imperatorem universæ expeditionis ea oblatione illum agnoscentes (16).

Disciplinæ militaris in castris Israelitarum non segniter ratio habebatur; & quem in disponendis Tribubus circa Tabernaculum in castrametationibus per deiertum, quem etiam in profectionibus ordinem servaverint, constat (17). Sordibus ablegandis, plura constituta erant, nempe ut fœminæ abessent; imo siquis impudens inter dormiendum pollutionis aliquid contraxisset, ille extra castra utique ad vesperam se continebat; nec nisi aqua toto corpore & vestibus lotus (18), regredi permittebatur. Singuli milites paxillum cingulo appensum deferebant, ut ferobem exeavarent, cum e castris egrediebantur, ut naturæ necessitatibus succurrerent. Post prælium, tota hebdomada milites, utpote contactu exsortum polluti, a castris abstinebant (19); ante regressum vero totum corpus, & vestes aqua eluebant, quod in bello contra Madianitas fecimus, & in aliis observari consuevisse constabitrans. Verum si ab universis prælium commissum fuisset, tunc contracta ab omnibus legali impuritate, alter alterius consortium vitare non tenebatur: quare omnes simul in castris vetiari potuissent.

De Hebræorum politia pauca novimus. Ea quæ ad justitiam administrandam pertinent, ac de præcipuis illorum Tribunalibus, in Dissertatione de hoc argumento egimus. Judicandi potestas summa penes Reges, & Summum Saeerdotem erat: hinc illud populi ad Samuelem: *Constitue nobis Regem, qui judicet nos* (20). Summum Sacerdotem in arduis quibuscumque supremum Judicem Moyses constituit (21). Præterea fuerant singulis Judices urbibus, seu urbium portis, juxta phrasim S. Scripturæ (22), (is enim erat Judieiorum locus); eosque summa veneratione obiervari Moyses

(1) *Exod.* 23. 10. 11. *Lev.* 25. 1. *&c.* (2) *Deut.* 15. 2. (3) *Exod.* 21. 2. (4) *Deut.* 31. 10. 11. (5) *Levit.* 5. & 8. *&c.* (6) *Deut.* 17. 14. 20. (7) 1. *Reg.* 8. 11. (8) *Deut.* 20. 11. *&c.* (9) *Deut.* 20. 16. 17. (10) *Deut.* 20. 2. & 25. 5.

(11) *Deut.* 20. 8. (12) *Vide Deut.* 31. 27. & 1. *Reg.* 30. 24. (13) *Deut.* 21. 10. *&c.* (14) 1. *Reg.* 30. 9. (15) *Judic.* 8. 24. (16) *Num.* 31. 49. 50. (17) *Num.* 2. (18) *Deut.* 23. 10. *&c.* (19) *Num.* 30. 19. *&c.* (20) 1. *Reg.* 8. 5. (21) *Deut.* 16. 10. *&c.* (22) *Deut.* 16. 18.

ſes juſſit. *Diis non detrahes, & Principi populi tui non maledices* (1). Porro Principes, Judices, & Magiſtratus eodem ac Deus nomine *Elohim* nuncupabantur (2); illi ſiquidem veluti Dei adminiſtri, & aſſeſſores habiti ſunt.

Cautum eſt ne Judicia venalia fiant, puraſque Judices habeant a muneribus manus, quippe quia juſtitia muneribus facile corrumpitur (3); turbam in decretis non ſequantur (4), nec Vulgi ſententiæ æquitatis diſpendio accedant; ne præpoſtera in pauperes miſericordia, ſive in divites obſequio, a Juſtitiæ tramite exorbitent; ne inſontem, ſive advenam fraudent; neque tandem cujuſcumque perſonam reſpiciant (5); pater pro crimine filii, & viciſſim filius pro ſcelere patris non puniatur (6). In pœnis exigendis ſummum jus evitetur; quare neque poſt Solis occaſum reorum cadavera in ſupplicio appenſa relinquenda (7); neque fuſte, ſive ad virgas damnatis, ictus ultra 40. inferendi (8). Si qui in crimine falſi teſtis deprehenduntur, ejuſdem criminis rei habendi, quod fratribus imputarunt (9); vitamque pro vita, oculum pro oculo, omni quoad illos clementiæ aditu præcluſo, pendere cogantur. Verum reis ſupplicio damnandis non unius tantum, ſed duotum triumve teſtimonium poſtulandum (10).

Judicandi filios uſque ad Legis promulgatæ ævum, pœnes ſolos parentes jus erat: quod quidem Moyſes deinde in Judices ita tranſtulit, ut reos violati in parentes obſequii, ſive verbo (11) ſive percuſſione (12), ſive contumacia & protervia (13) ſola eorumdem parentum delatione accuſatos, ultimo ſupplicio puniendos juſſerit: quamquam nihil contra parricidas, quaſi contra rem, quæ evenire nequeat, in Lege præterirpum eſt. Cautum eſt parentibus, ne filios in cultum Moloch per ignem traducant (14); filiis vero, ut parentibus per omnia obſequantur (15). Neceſſitate ad extrema cogente, filios in ſervitutem vendere patri permiſſum; qui tamen alterius filias emebant, non captivas, ſed uxores ſibi vel filiis ſuis comparare cenſebantur (16); ſecus, illas manumittere cogebantur. Parentes ſane filias in matrimonium vendere conſueverunt, unde fœminam emere, & cum illa matrimonio copulari, pro eodem uſurpabatur.

Homicidii crimen capitale erat (17). Urbes aſyli tres erant, totidem ultra Jordanem iis, qui imprudenter hominem permiſiſſent, confugium præbebant. Qui ad aſylum ſe recepiſſet, cauſam ſuam coram Judicibus loci dicebat (18); deinde propinquis occiſi poſtulantibus, ad locum cædis, datis cuſtodibus, remittebatur: ubi cauſa diſcuſſa, ſi crimen Judices deprehendiſſent, in poteſtatem partis adverſæ remittebatur; ſi vero cædes imprudenti contigiſſe probaretur, iterum ad urbem aſyli remittebatur, ubi ſe uſque ad obitum Summi Sacerdotis ita continere debebat, ut extra urbem deprehenſus, impune a propinquis occiſi interfici poſſet. Porro Leges illæ non de Iſraelitis tantum, ſed de advenis etiam latæ ſunt. Crimen homicidii, nulla admiſſa pœnæ remiſſione, morte puniebatur, vel a propinquis occiſi inferenda, ſi forte in occiſorem incidiſſent; nec pecunia vitam redimere, neque illam aræ religione defendere hujus criminis reus permittebatur (19).

Si duobus viris jurgantibus, alter ex illis vulnus alteri ita inflixiſſet, ut decumbere cogeretur, ac deinde ita a vulnere convaluiſſet, ut ſcipione fultus incedere potuiſſet, tunc qui injuriam intulerat, impenſas in medicum, atque operis ſuperi perſolutis, abſolvebatur (20). Qui captivum ſuum occidiſſet, crimine homicidii reus habebatur; ſi vero ita vulneraſſet, ut ad unum & alterum diem vitam produceret, impunis abibat heros: ipſe enim mancipium poſſidet, ejuſque diſpendio perit. Si duobus rixantibus, mulier fœta caſu tranſiens, forte percuſſa, abortum patiatur, tunc fœmina ſuperſtite, reus mulctam arbitrio viri, & ſelectorum ad eam rem virorum, perſolvat: ſi obierit, vita pro vita, oculo pro oculo, dente pro dente crimen expiabit. Herus oculum, ſive dentem mancipio excutiens, illud manumittat (21). Si fœmina viro ſuo rixante accurrens, adverſarii pudenda manu contigerit, manus abſciſſione mulctabitur (22).

Bos, qui hominem cornibus tranſfoderit, lapidibus opprimetur, ejuſque carnibus abſtinendum (23). Dominus vero, cui petulans bovis ingenium innotuerat, nec illum antea incluſit, vel morte damnabitur, vel requiſitam mulctam perſolvet. Mancipio illata a bove mors, bovis ejuidem lapidatione, & 30. ſiclorum pretio hero perſoluto expiatur. Si bos bovem transfodiſſet, occiſi carnes pretiumque ſuperſtitis (qui vendendus erat) inter utriuſque dominos æque dividebatur: Domino tamen, cui ini bovis petulantia innotuiſſet, neque periculo eumdem claudens in bubili occurriſſet, defunctum animal, ſuperſtes alteri cedebat. Si putei defoſſi os non occluderetur, indeque bos, ſive aſinus in illum incidens periiſſet, domini ejuſdem putei diſpendio peribant; ad quem tamen defunctum animal pertinebat.

Adulterii crimen tam in viris, quam in fœminis capitale (24): deſponzæ vero ſi quis vitium intuliſſet extra urbem, procus tantummodo interibat; intra urbem uterque; fœmina enim vim cauſari non poterat, quippe quæ clamando ſeſe ſubduocere valuiſſet.

Inceſtus, ſodomia, & a quibus natura abhorret, crimina, capitali pœna puniebantur (25). In proſtituentes pudicitiam tam viros, quam fœminas graviſſima pœna animadvertebatur (26); atque infame lucrum ad Templum inferre nefas erat (27). Si quis fœminæ vitium intuliſſet, illam ducere cogebatur; diſſentiente tamen puella, dos vitiatæ tantum perſolvenda. Imo & ad mulctam 50. ſiclorum patri puellæ perſolvendam, & ad nuptias procus adigebatur, ſi re ad Judicium delata, vis ab illo aliqua illata fuiſſe probaretur (28); hoc vero conjugium per repudium ſolvere vetitum. Viris ad uxorem menſtruatam accedere nefas, quod quidem crimen ad judicium delatum capitale erat (29).

Legis quidem præcepta homini in officio continendo, quoad ea, quæ extrinſecus parent, lata ſunt; non ita tamen, ut cordis deſideria negligat; alterius namque bona, & fœminas concupiſcere inhibitum eſt. Poſt repudium (quod quidem toleratur) ſi fœmina alteri nupſerit, iterum cum illa conjugium nectere prior vir prohibetur (30). Turpia illa a quibus natura maxime abhorret, his fortaſſe verbis per ænigma prohibentur (31): *Non induetis veſtimento, quod ex lana linoque contextum eſt; non ſeret vinnam tuam altero femine: non arabis in bove ſimul & aſino; non induetur vir veſte virili*, ac viciſſim.

De furto nihil non vetitum (32), licet non iiſdem omnia pœnis prohibita. Liberum hominem in mancipium furto vendere, capitale erat (33): bos ſublatus, quintuplo; ovis quadruplo reſtituenda (34); furto tamen extante, duplo tantum. Fur noctivagus, ſuffodiens parietes deprehenſus, impune occiditur: diurnum vero interficere capitale eſt. Si fur bona non habet, vendatur (35). Qui alieno agro, ſive vineæ damnum intulerit, ſive ſua culpa meſſes, ſive manipulos alterius igne corruperit, de ſuo agro, & vinea refarciet. Depoſitum cuſtodis fraude ſublatum, ſi fraus in Judicio probetur, duplo reſtituendum; ſi dolus ab-

(1) *Exod.* 22. 28. (2) *Pſal.* 81. 1 *Deus ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos (ſive Deorum) dijudicat.* (3) *Exod.* 23. 8. (4) *Exod.* 23. 2. &c. (5) *Levit.* 19. 5. *Vide & Deut.* 16. 18. &c. (6) *Deut.* 24. 16. (7) *Deut.* 21. 22. (8) *Deut.* 25. 2. 3. (9) *Deut.* 19. 18. 19. *Vide & Levit.* 19. 16. (10) *Deut.* 19. 16. 17. (11) *Levit.* 20. 9. (12) *Exod.* 21. 15. (13) *Deut.* 21. 18. 19. (14) *Levit.* 18. 21. & 20. 1. 5. *Deut.* 18. 10. (15) *Exod.* 10. 12. (16) *Vide Exod.* 21. 7. &c. (17) *Exod.* 20. 13. & 21. 12. 13. (18) *Num.* 35. 23. 24. *Deut.* 19. 1. &c. (19) *Exod.* 21. 14. (20) *Exod.* 21. 19. 20. (21) *Deut.* 35. 1. (22) *Exod.* 21. 18. &c. (23) *Exod.* 20. 14. *Levit.* 20. 10. *Deut.* 5. 18. & 22. 21. &c. (24) *Levit.* 18. 6. 22. & 20. 11. 17. (25) *Exod.* 22. 19. *Levit.* 18. 22. & 19. 29. & 20. 11. *Deut.* 23. 18. (26) *Exod.* 22. 16. (27) *Deut.* 22. 11. 18. (28) *Deut.* 22. 28. *cum Exod.* 22. 16. (29) *Exod.* 20. 17. *Deut.* 5. 20. (30) *Deut.* 24. 1. (31) *Deut.* 22. 5. 9. 10. 11. *Levit.* 19. 19. 20. (32) *Exod.* 20. 15. (33) *Exod.* 21. 16. & *Deut.* 24. 8. (34) *Exod.* 22. 1. &c. (35) *Exod.* 22. 4. 5.

fuerit, custos absolvitur. Si cui pecus alterius creditum est, ejusque incuria, seu dolo perierit, sive furto sublatum sit, ipsius dispendio peribit: ab hostibus sublatum, sive si forte occubuisset, re in Judicio sacramento probata, custos absolvitur; si tandem a bestiis voratum fuisset, discerpta pecudis reliquiis ad Dominum delatis, insons idem custos judicatur. Alia vero est ratio de commodato, & conducto; conductor enim & commodatarius absolvitur, si coram domino animal perierit; secus ad restitutionem adigitur.

Foenus a suis exigere Israelitis nefas, cum extertionis toleratur (1). Pignus si creditor a debitore exegerit, extra fores domus illius opperiatur quidquid ab altero producetur (2); a molis tamen, quibus tritieum teritur, a vestibus viduæ accipiendis abstineat; vestem autem, sive culcitram acceptam, saltem ante vesperam restituat ut frater nocte dormiens foveatur (3). Mercenarius diurnis ante noctem pretium persolvendum (4). Divites mutuum dare paupertibus recusantes, quod ex illis nihil speret lucelli, damnantur (5); mutuum enim opem sibi Israelitæ præstare debent, ut nemo indigere cogatur. Alieni agri termini ne transferantur (6). In colligendis messibus & uvis non ita sedulo sint messores, ut racemos & spicas pro indigentibus, qui pone illos consequuntur, nullas relinquant; & si forte manipulus in agro per oblivionem relictus fuerit; deinde non requiratur. In conviviis religiosis paupertum, viduarum, orphanorum, advenarum, ac Levitarum ratio potissimum habenda: *Advenam non contristabis*, ait Moyses (7), *advena enim & ipse fuisti in terra Ægypti ... scitis enim advenarum animas*. Neque in fratres tantum & amicos, sed in adversarios quoque liberalis esse animo Deus jubet, omnem ultionis exigendæ curam sibi relervans (8). Hinc si adversarii jumentum sub farcinis fatiscat, manus illi relevando apponenda: si pecus illius erabundum offendatur, ad caulas reducendum (9). Quæ tamen de Chananæis dicta non intelligunter, ab Israelitis ultionis divinæ ministris, igne & aqua interdicendis (10). Racemos sive spicas forte oecurrentes colligere ad vescendum fas est; ad asportandum, nefas (11).

Penes Israelitas maneipium duplex erat genus; ex Hebræis nempe, & advenis. Hebræi anno Sabbathico manumittebantur: ceteris æterna servitus (12). Hebræi vero qui servitatem libertati præstituissent, Legis privilegio coram Magistratibus renunciabant; domum deinde ab hero reducti, eum ad fores perveniffent, subula auribus perforabantur, Una cum conjuge & filiis manumittendus, si captivitatem una eum illis subivit; si vero in captivitate conjugem ab hero accepit, solus ipse manumittitur. Si vir Israelita, egestate cogente, libertatem suam externo vendiderit, a propinquis redimendus: si vero illi tenuis substantiæ sunt, quisque Israelita redimere possit; vel ipse tandem servus pretium pro se restituat. A quocumque tamen solvatur, integra pecunia hero restituenda, deductis tamen annis in servitute exactis, & supputato temporis spatio usque ad annum Jubilæi; Israelitis enim simul, & extraneis vetitum, ultra Jubilæum captivos, neenon alienas hæreditates diutius retinere. Si maneipium ab hero dure habitus, in ditionem Israeliticam confugerit, quamcumque tandem urbem elegerit, tuto ibidem agere permittatur (13). Filiam si quis a patre emerit, vel ipse, vel filius ipsius in conjugem inferioris ordinis illam habebit; secus, eamdem anno Sabbathico libertati restituens, 30. sielis juxta Rabbinorum doctrinam donabit. Hanc vero filiam semel emptam aliis vendere nefas, neque eidem filiæ ultra annum Sabbathicum servitutem suam produeere permissum est. Si emptor servam filio suo nuptum tradidisset, integrum illi erat eidem filio novam conjugem adjungere, rato semper, ac firmo prioris fœminæ jure. Uxori semel emptæ vir domum, victum, vestitum: & si quæ alia conjugem decent, præstabit: in quibus si plus nimio pareior fuerit, fœminæ servitutem lolvere, ne expectato quidem anno Sabbathico, liect.

Hominibus in homines bene afficiendis, humanitatis sensus ipsa vel in bruta per Legem insinuantur. Hinc die Sabbati; quies non hominibus tantum, sed & jumentis indicta (14). Pascua sono anno Sabbatico omnibus pervia (15), ipsis, ut videtur, etiam belluis agrestibus. Plura etiam in Lege præscripta sunt de non eoquendo hœdo in lacte matris suæ (16), de non capiendis in nido pullis, sive ovis una cum matre (17), de non mutilandis brutis (18), de non alligando ore bovis triturantis (19), de non jungendis simul jumentis diversi generis (20). Eosdem humanitatis sensus inducunt Leges, quibus de surdo obloquutio interdicitur, sive ne coram exeo offendiculum ponatur (21).

Non omnibus indiscriminatim animantibus Israelitis vesci, quin & omnibus aqua avibus, & piscibus concessum; erant quæ impura, erant etiam quæ pura apud illos habebantur. Ex quadrupedibus, quæ tantum saltem bifida ungue non essent, nec ruminarent, imputa (22). Ex piscibus, qui pinnulis, & squammis carerent, abjeiendi; ex avibus quoque, & reptilibus plura hujus generis suppetunt. Porro animantia illa, dum vivebant, contingere nulla Lege interdictum erat: mortua vero si quis attigisset, inquinabatur, nec nisi ad vesperam, lotis prius corpore, & vestibus, contracta macula habebatur. Nevo fomoris cujuscumque animantis etiam puri veici minime permissum, quod Jacobi semur Angelus contigerit (23), uti & a mortieinis, sive a bellua carnivora discerptis abstinendum (24). Sanguis, & adeps eodem jure vetiti cenebantur (25).

Masculorum circumcisio die octava a nativitate, Abrahamo olim præcepta ad omnes Israelitas capitali pœna prorogata est (26). Legales fordes, quæ ab usu rerum sacrarum arcebant, sive quæ ab hominum commercio homines interdicebant, non anius erant rationis. Cadaver contigisse, sive in eadem tum illo domo egisse, funeri interfuisse, virum per hebdomadam inquinabant, qui dein aqua expiationis sub capitali pœna lustrandus erat (27). Lepra gonorrhæa, menstrua non morbum tantum, sed & legalem fordem inducebant, quandiu ægrotus non convaluisset (28); post morbum vero sacrificium pro expiandis iis criminibus, quæ imprudenti eo temporis spatio contigissent, indictum erat. Si quis inquinatum, sive ab illo contactum attigisset, diurnam maculam contrahebat (29). Puerpera, quæ masculum ediditset, 40. diebus; quæ vero fœminam, quinquagenis impura habebatur (30): quo temporis spatio neque res sacras contingere, neque ante Templi atrium se sistere permittebatur. Eo vero elapso, agno, sive turture, sive pullo columbarum, quod (paupercularum sacrificium erat) in sacrificium oblato expiabatur.

Exteri quibus circumcisionis nulla erat ratio, ab Israelitis impuri habiti sunt, adeo ut rem inquinatam innuere volentes, *incircumcisam* dicerent. Chananæi, & Amaleeitæ anathemati devoti (31). Eunuchi, nothi, atque prostituæ filii ab Ecclesia Dei usque ad decimam generationem (32), neinpe a confortio privilegiorum Israelis, exclusi sunt. Idem de Ammonitis, & Moabitis in Lege cautum est (33); cum quibus etiam populis fœdus, & amicitiam inire vetitum: Idumæi, & Ægyptii, illi quod Esau Jacobi germanum patrem

(1) *Exod.* 22. 25. *Levit.* 25. 37. *Deut.* 24. 19. 20. (2) *Deut.* 24. 6. 10. (3) *Exod.* 22. 26. (4) *Deut.* 24. 14. 15. *Levit.* 19. 13. (5) *Deut.* 15. 4. 8. (6) *Deut.* 19. 14. (7) *Exod.* 22. 21. & 23. 9. *Lev.* 19. 33. 34. *Deut.* 20. 18. (8) *Lev.* 19. 18. *Deut.* 32. 35. (9) *Exod.* 23. 4. 5. *Levit.* 19. 17. *Deut.* 21. 1. &c. (10) *Exod.* 22. 20. 33. & 34. 22. *Num.* 30. 51. 52. *Deut.* 7. 2. 16. (11) *Deut.* 23. 24. 25. (12) *Vide Exod.* 22. 1. .... 6. *Levit.* 25. 39. &c. (13) *Deut.* 23. 15. 16. (14) *Exod.* 23. 12.

(15) *Levit.* 25. 7. (16) *Exod.* 23. 20. & 34. 26. *Deut.* 14. 21. (17) *Deut.* 22. 6. (18) *Lev.* 21. 24. (19) *Deut.* 25. 14. (20) *Lev.* 19. 19. *Deut.* 22. 10. (21) *Lev.* 19. 14. (22) *Levit.* 11. 3. &c. & 20 25. *Deut.* 14. 4. (23) *Gen.* 32. 32. (24) *Exod.* 22. 32. *Levit.* 17. 15. (25) *Gen.* 17. 11. &c. (26) *Lev.* 17. 10. *Gen.* 10 4. *Deut.* 12. 23. 24. *Levit.* 6. 25. (27) *Num.* 5. 2. & 19. 11. &c. (28) *Lev.* 13. 45. 46. & 15. 2. 19. (29) *Ibid.* & 4. 20. (30) *Levit.* 12. 4. &c. (31) *Exod.* 17. 14. *Deut.* 25. 17. (32) *Deut.* 23. 1. 2. (33) *Deut.* 23. 1. 6.

patrem habuiſſent; hi quod Iſraelitas tandiu jure hoſpitii apud ſe habuiſſent, poſt tertiam generationem recipiebantur.

Dolo & fraude in commerciis removendis, plura ſancita ſunt. Vendendo emendoque, exigendo, atque ſolvendo exacta menſura adhibetur (1). Senioribus obſequium præſtandum, neque coram illis aſſidendum (2). Antiquæ ad quatuor angulos pallii ab Iſraelitis aſſuendæ, uti & veſtium extremitatibus fimbriæ, quo eorum aſpectu Legis memoria refricetur (3). Deficientibus tantummodo maſculis, fœminæ in jus hæreditatis vocantur (4): quibus autem fœminis hæreditas obvenerit, virum ex aliena Tribu ducere prohibentur, ne Tribuum poſſeſſiones turbentur (5). Defuncto ſine liberis fratri fratres ſuccedunt, eorumque defectu patrui: fin minus, ſanguine propinquiores.

Decedente ſine liberis fratre, frater ſuperſtes relictam ex illo viduam ducere, ut extincti memoriam in prole conſervaret (6): qui ſi conjugium renuiſſet, ad portas urbis a fœmina adductus, calceo exutebatur, atque in ore expuebatur, his verbis adjunctis: *Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris ſui.* Siniſtra de fide conjugis opinione a vivo concepta, aquæ ad eam rem deſtinatæ judicio illam ſubdebat (7); Deo Hebræorum proteſtante aliquid indulgente, quo majora mala vitarentur. Eadem etiam indulgentia permiſſum eſt, ut conjux uxorem abſque indiciis virginitatis deprehenſam (8) judicio ſiſtat: ſi tamen accuſatio falſa probaretur, virgas, five ſuſtes accuſator ſubibat, pretio inſuper 100. ſiclorum perſoluto. Viro duplici conjugio copulato, jus primogenitæ filio natu majori acquiſitum, in alterum ex prædilecta conjuge natum transferre, five inviſæ conjugis natum eodem primogeniti jure privare interdictum (9).

Tota Chanaanitidis regio pro numero Tribuum, ſingulorumque contribulium æquis portionibus dividenda erat (10). Ædium culmina muri lorica ambienda, quo in tecti ad modum ſolarii complanatis, inambulantibus periculum vitaretur (11).

Vota non unius erant generis apud Hebræos: five enim ſe vel alios devovebant (12). Quo voto adſtricti, pecunia redimebantur, varia illa quidem, pro ſexus ætatiſque diſcrimine. Viris enim ab anno ætatis 20. uſque ad 60. mulcta 50. ſiclorum, fœminis 30. indicta. A quinto uſque ad 20. viri 20. ſicles; fœminæ 10. pendebant. Pauperiores pro facultatum modulo, ad Sacerdotis arbitrium. Animal ſacrificio aptum, voto conſecratum, immolandum omnino, neque a volente redimi poterat: impurum vero ſi offerens redimere velit, pecuniam quæ Saeerdoti videbitur, & quintam inſuper partem adjicjat. Ædes prius æſtimandæ, deinde Sacerdotis lucro vendendæ: quas ſi Dominus ſibi habere velit ſupra pecuniam æſtimatam, quintam adjiciet. Ager voto conſecratus, a Sacerdote de more æſtimandus, ſuppuratis redditibus, & ſpatio temporis uſque ad Jubilæum: liberum deinde eſt offerenti illud ſibi emere, ſi pretio quintam addiderit: ſi vero alieno vendatur, neque in Jubilæo ad veterem poſſeſſorem regreditur; cum enim ſanctus ſit ager, & Sacerdotibus acquiſitus, Sacerdoti in Jubilæo reſtituendus. Primogenita ad Dominum ſpectant, quotum proinde per votum conſecratio ſupervacanea eſſet.

Ea, quæ anathematis devovebantur, nulla conceſſa redimendi poteſtate, animalia quidem neci tradenda fuerant, ædes vero & poſſeſſiones Sacerdotibus acquirebantur (13). Decimæ ex fœgibus & pecoribus, ſoluto pretio, & quinta inſuper parte, redimi poterant. Vota ſtatim & plena fide implenda ſunt (14). Filia ſub patris diſciplina, ſi voto ſe obſtrinxit, & patre ſciente ſiluit, voti rea eſt; renuente patre, voti religione nequaquam tenetur. Conjugio copulatæ votum, viro intra diem diſſentiente, ſolvitur; ſi altera die vir propoſitum ſuum ſignifieaverit, votum nihilo ſeeius firmum ratumque eſt. Repudiata, & vidua, voti, ſi quo ſe obſtrinxerit, rea eſt.

Nazaræi genus ſunt virorum Deo devotum, abſtinentiam a vino mera eiſque liquoribus profitentes, quibus intonſa eſt coma, toctque Nazaræatus tempore ad funera non accedunt (15). Elapſo voti tempore, ante fores Templi a Sacerdote ſiſtebantur, ſtatimque agnus in holocauſtum, ovis pro peccato, aries in hoſtiam pacificam offerebatur. Victimis immolatis, Nazaræi coma abradebatur, igne altaris abſumenda: dein traditum ſibi a Sacerdote artum, arietis, atque panis & laganæ oblationem Nazaræus iterum Sacerdoti reſtituebat, coram Domino elevandas. His peractis, vini uſus Nazaræo permittebatur. Si voti tempore forte coram eo vir aliquis occubuiſſet, iterum cæremoniæ Nazaræatus ab exordio repetendæ erant, atque inſuper duo columbæ in expiationem offerendæ.

Cum tota ante Chanaanitis idololatriæ ſuperſtitione teneretur, quo tempore ab Hebræis occupata eſt, omnia fictæ religionis monumenta, quæ unquam occurrerent, ſubverti, lucos, aras, petras, eolumnas, Deorum ſimulacra Deus juſſit (16). Sibi vero primum aram ex glebis ad radices Sinai excitari (17) voluit; deinde alteram ex ligno excavatam, areſique laminis ſuperindutam, & in Tabernaculo collocandam, quæ cratem æneam ad medium cavi ſuſpenſam ſuſtinendo igni continebat (18). Porro ad illam per gradus aſcendere vetitum, ne forte inter aſcendendum ea detegerentur in Saeerdotibus, quæ intuentium pudorem offenderent (19). Judæis Terræ promiſſionis limites ingreſſis, juſſit Deus alias ex Tribubus montem Garizim conſcendere, ibique Legem Dei ſervantibus benedictiones precari, alias vero montem Hebal tenentes, dira imprecari in Legis prævaricatores (20). Ara deinde ingens erigenda calce oblita, in qua Lex Dei inſcriberetur. Porro hoc præceptum a Joſue impletum eſt (21).

DISSERTATIO DE DIVORTIIS.

QUæcumque gentes connubia jure tantum politieo ſpectantes perinde habuerunt ac meram & ſimplicem pactionem, inter virum & mulierem initam, qua eorporum & bonorum communione multo conſociarentur; illæ ſane omnes, quemadmodum mutuo conſenſu conſtare illa, ita divortium, quod connubii ſocietatem abrumpit, mutuo partium recedentium conſenſu, five prioris aſſenſus revocatione ab utroque ſimul, vel ab una tantum ex partibus facta, induci poſſe autumarunt. Ex hoc autem apud eas gentes illud conſequebatur, ut divortium, tamquam naturali jure ſingulis permiſſum, licitum ſibi quacumque demum ex cauſa ducerent; quo ſemel facto utrique parti nova inire connubia, noviique legibus alterum ſibi conjugem adſciſcere integrum erat. Eo tandem licentiæ venerunt, ut alteri ab altero recedere, illo etiam invito & renuente, fas eſſe dicerent, quod ſane citra æquitatis diſpendium numquam fieri potuiſſe con-

(1) *Levit.* 19.45. *Deut.* 25. 13.14. (2) *Lev.* 19. 30. (3) *Num.* 15. 38. *Deut.* 22. 12. (4) *Num.* 27. 5. 6. & 36. 3 *&c.* (5) *Num.* 27. 8. *&c.* (6) *Deut.* 25. 5. *&c.* (7) *Num.* 6. 14. (8) *Deut* 22.14.15. (9) *Deut.* 22,15.16. (10) *Num.* 33 13. & 34. 13.

(11) *Deut.* 22. 8. (12) *Levit.* 27. 2. *&c.* (13) *Lev.* 27. 28. (14) *Num.* 30. 3. (15) *Num.* 6. 2. *&c.* (16) *Lev.* 26. 2. *Deut.* 13. 2. 4. (17) *Exod.* 20. 24. 25. (18) *Exod.* 27. 8. (19) *Exod.* 20. 26. (20) *Deut.* 11. 29. & 27. 23. (21) *Joſue* 8. 30. 31.

ſtat; niſi ea tacita lege pacta connubialia fancirentur, ut ſive uni rantum ex contrahentibus, ſive utrique pro arbitrio reeedere faculras eſſet.

Verum ſi Religionis etiam partes in iis connubiis ſpectentur; quæ ſane Religio juxta Dei conſilium vinculo quodam indiſſolubili in unam divini humanique juris ſocietatem conjuges jubgit (1); tunc prorſus, quod matrimonium rite contractum diſſolvat, nihil eſt; atque Divortii libertatem, qualis apud Paganos obtinebat, tamquam ſaneitæ a Creatore legis violationem habendam eſſe conſtat.

Cum vero Legislatori tolerare divortium, ut imbecilliori populo indulgeret, viſum ſit, tum & Chriſtus dimittendi conjugem, limitaram tamen & ad certas cauſas atque rationes, facultatem permiterit; operæ pretium duximus in unam ſermonis ſeriem ea omnia redigere, quæ de hoc argumento collegimus; veriti ne ſuis locis ſingula diſtribuentes, Lectorem haberemus nimis diſtractum, quominus totius rei ſeriem teneret.

Eo quidem tempotis ſpatio, quod Moſaicam Legem præcedit, rara ſupperunt exempla divortii. Abraham famulam ſuam Agar conjugem inferioris ordinis, intolerabili inulieris faſtu provocatus repudiavit; ſola ſibi reſervara Sara, ſterili quidem ſed mitigera conjuge (2). Oskelos, & Jeroſolymitanus Paraphraſtes, quos Rabbinorum turba ſeeura eſt, totam mutuuris Aaronis & Mariæ in Moyſen (3) cauſam tribuunt repudio, ab eodem Moyſe dicto filiæ Regis Æthiopiæ, (Tharbim appellant) de quo conjugio Joſephus (4); alii rejectam ab eo Sephoram malunt. Nos tamen neutram credimus, neque in exemplum divortii veniſſe unquam Moyſen in animum induecre poſſumus; quamvis enim Sepboram ad parentem Jethro remiſiſſet (5), id tamen ad tempus factum eſt, atque veniens in caſtra Jethro uxorem ad virum non reduxit-tantum (6) ſed reedeles apud illum reliquit. Fateamur tamen oportet ante Legem divortia tum apud alios eum apud Hebræos obtinuiſſe; eum Jeſus Chriſtus permiſſa fuiſſe a Moyſe divortia affirmaverit, quod Judæi obſirmato effent in illa animo (7), eorumque inhibitione mala pejora timeret.

Serius plane Legislator Legem de divortiis tulit, non enim prius rogaſſe eam legimus, quam eum paulo ante obitum orationem in Deuteronomio relatam ad populum haberet (8). En illam. *Si acceperit homo uxorem, & non invenerit gratiam ante oculos ejus propter aliquam fœditatem; ſcribet libellum repudii, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo ſua. Cumque egreſſa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque libellum repudii ..... vel certe mortuus fuerit, non poterit prior marius recipere eam in uxorem, quia polluta eſt, & abominabilis facta coram Domino.*

Quid ſit autem illud: *Propter aliquam fœditatem*; Hebr. ad litteram; *Propter aliquam nuditatem*; *verbum nuditatis*, ſeu *verecundiæ*, inter veteres, ſieut etiam recentiores Interpretes ambigitur. Nuditatis nomine in Sacra Scriptura plerumque fœdum aliquid & pudori contrarium deſignatur. *Turpitudinem matris tuæ non diſcooperies*, ait Moyſes Levit. 18. 6. &c. *Prohibe pedem tuum a nuditate*, ait Jeremias (9); & alius Propheta (10): *Oſtendam Gentibus nuditatem tuam*. Septuagiuta dictum exponunt de turpi aliquo actu. Tertullianus legit (*): *Impudicum negotium*; in quem etiam ſenium inclinantes optimi quique Commentatores, ea tantum ratione divortia permitti Judæis autumant, ſi adulterinm, vel aliquid inpudicum commiſſum fuiſſe, non levi quodam rumore & conjectura tantum aliqua; ſed certis argumentis conſtaret; pro tota enim ſuſpicione fidei in conjugio violatæ, aquas Zelotypiæ deſtinatas legimus.

Veterum ſtrictiorum mores huic interpretationi plane congruunt; nulla enim aperta & explorata divortii exempla ſub lege ſupperunt. Docent inſuper Judæi, Davidem ipſum, cum permiſſum deceim & octo uxorum numerum impleſſet, ac vellet Abiſag decimamnonam ducere (11) ut id præſtare, ſive falrem una ex prioribus uxoribus repudiata, puellam ejus loco ſubſtituere permitteretur, nunquam imperrare potuiſſe; quare inter concubinas vel uxores inferioris ordinis illam recipere coactus eſt. Sed ne Rabbinicis commentis immoremur, illud conſtat, Davidem, violatas publico incelu ab Abſalone uxores ſuas ne abjeciſſe quidem, intra aulam perpetuo elaulas eas detinere contentum (12). Ut uxorem, cui olim ab ineunte adoleſcentia fidem addiximus, perpetuam thori ſociam habeamus, Salomon etiam atque etiam hortatur (13); ſed adulterio rem uxorem penes ſe detinuiſſe ſtolidi eſſe atque impii viri crimen profiteur; quo ſcilicet dicto hanc unam cauſam dimittendi uxorem deſignare videtur. Malachias eo nomine Abrahamum laudat, quod uxorem ſuam Saram, quamvis ſterilem, inſtinuerit; Judæos vero in divortia pronos ita verbis caſtigat (14): *Non reſpiciam ultra ad ſacrificium ... & dixiſtis: Quam ob cauſam? Quia Dominus teſtificatus eſt inter te, & uxorem pubertatis tuæ, quam tu deſpexiſti; & hæc particeps tua, & uxor fœderis tui.* Et Michæas (15): *Mulieres populi mei ejeciſtis de domo deliciarum ſuarum a parvulis earum tulliſtis laudem meam in ſæculum.* Tandem Moyſes mentem hac in re ſuam ſatis prodit, eum uxorem antea dimiſſam, & alteri deinde viro nuptam, ad priorem reſtitui thorum poſt obitum ſecundi illius conjugis verat, eo quod, ait, *polluta eſt, & abominabilis facta coram Domino*; eaſdemque repudiatas fœminas eodem eum proſtitutis & vitiatis ceenſu haberi jubet a Sacerdotibus, injungens ut ab iis ſimul omnibus abſtineant (16). Quid etiam frequentius Prophetis, quam tub idea divortii, veras ejus cauſas nempe peſtilam, idololatriam & crimina literaliarum proleqnantur (17)? Verisimum hoe fœminæ a maritali thoro avulſæ ſpectrum ita ſub oculis Salomon exhibet (18): *Ut eruaris a muliere aliena & ab extranea, qua mollit ſermones ſuos, & relinquit ducem pubertatis ſuæ, & pacti Dei ſui oblita eſt; inclinata eſt enim ad mortem domus ejus, & ad inferos* (ſeu ad ſepulchrum) *ſemita ipſius, omnes qui ingrediuntur ad eam, non revertentur.*

Rabbini in divortium alioqui indulgentiſſimi, id tamen apud ſapientiſſimos & religioſiſſimos genitis lnæ viros numquam uſu receptum fuiſſe, omni Legis privilegio renitentiores, ultro fatentur; ſi quando autem, addunt, a quodam ex illis factum conſtat, id nonniſi ſummo conſilio & cautione admiſſum eſt; maxime ſi de uxore prima omnium in thorum admiſſa, in Scriptura *Uxore pubertatis*, dimittenda ageretur. Quicumque priorem uxorem dimittit, ille ex ipſo Altari lacrymas crimine ſuo exprimit, ait Rabbi Eliezer. Laudatur etiam in eam rem vetus parœnia Rabbi Ben Sira: *Abrode ex quod tibi projectum eſt*; nempe tene uxorem quæ tibi primo contigit. Varro de hoc argumento: *Uxoris vitium, ait, tollat opus eſt, aut ferat. Qui tollit vitium, uxorem commodiuſculam ſibi præſtat; qui fert, ſe meliorem facit.*

Quod tandem aperriſſime demonſtrat rariora fuiſſe apud veteres Hebræos divortia, illud eſt, nimirum Leges apud Moyſen dari nonnullas, quibus diverſa prorſus conſuetudo inculeatur. Ita lege injunctum eſt, ut ſi quis vir in uxorem ſuam ſiniſtri aliquid intentans virginem ad nuptias non veniſſe accuſaverit, fœminæ illius neceſſarii ejus cauſam in judicio defendant; quibus agentibus ſi forte mulier abſolvatur, vir ejus antea exſtis, injuriæ acceationis inluper pœnam luat 100. ſiclis ejuſdem fœminæ patri ſolvendis (19) tum & omni impoſterum faculrate uxorem illam

(1) *Matrimonium eſt maris & fœminæ conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem continens, divini humanique juris communicatio L. 1. de Rit. Nupt. & can. 1. cauſ. 27. q. 2.*
(2) *Gen.* 21. 14. (3) *Vide Num.* 12. 1. (4) *Antiq. l.* 2. c. 5.
(5) *Exod.* 4. 26. (6) *Exod.* 18. 6. (7) *Matt.* 19. 8. (8) *Deut.* 24. 1. 4.
(9) *Jere.* 2. 25. (10) *Nahum* 3. 5. (*) *Cont. Marc. l.* 4. (11) *Rab. Schaman. Ben-Abba in Gemar. Babyl. ad tit. Sanhed. c.* 2.
(12) 2. *Reg.* 20. 3. (13) *Prov.* 5. 18. 19. 20. 5. (14) *Malach.* 2. 15.
(16) *Mich.* 2. 9. (17) *Levit.* 21. 7. 14. *Ezech.* 44. 22. (18) *Vide Isa.* 50. 1 & 54. 4. & *Jer.* 3. 8. (19) *Prov.* 2. 17. 18. *Deut.* 22. 13. &c.

illam repudiandi privetur. Porro ſi divortium ad manus fuiſſet, cur inviſam fœminam vir continuo non dimitteret? Paria de iis conſicio, quibus fides uxoris ſuæ non leviter ſuſpecta eſt; hanc enim amaricantium aquarum experimento probare jantum in Lege (1) datum eſt, ex quo illud mihi deducendum eſſe videtur, nullam fuiſſe viris dimittendi uxores ſuſpectas poteſtatem. Jubet tandem Legislator, virum qui ex binis ſimul ductis uxoribus præ altera alteram diligat, jure tamen hæreditatis minus dilectæ uxoris filium non fraudare, ut alterum ex dilecta gentum, ſed natu minorem, præponat (2): cur inviſam illam fœminam cum natis vir non diuiſiſſet, ſi divortium pronum erat? Jus etiam divortii perpetuo negatum ei, qui violaram a ſe fœminam ducere Judicis ſententia damnatus fuerat (3); quaſi ſcilicet poſt inuſtam eam fœminæ notam, quod illam dimittere permitteretur nihil eſſet.

Ferunt, labentibus jam Reipublicæ Hebrææ annis, paulo ſcilicet ante Chriſti adventum (4), in immenſum jam auctis criminibus, atque divortii malo per univerſam late Judæam prorogato, acrem inter Hebræos Doctores agitatam fuiſſe controverſiam de ſenſu verborum Moyſis, quibus divortii cauſæ aſſignantur: *propter aliquam fœditatem*. Qua in re Schola *Stillel*, & *Sammaix* (Doctores erant celebratiſſimi paulo ante Jeſu Chriſti ætatem, ſcriptis Joſephi (5), & S. Hieronymi (6) noti) partes inter ſe contrarias tuebantur. Sammajas enim in magno Sanhedrio ſecundus a Principe, in ea erat ſententia, ut divortio inducendo obſcœnum aliquid & impudicum, cujus pars repudiata culparetur, interceſſiſſe deberet.

Venim Hillel inſignis alter Rabbinus, qui Sammajam habuerat diſcipulum, Scholæ florentiſſimæ moderator; quæcumque præcenderetur, cauſam ad divortium ſatis haberi contendebat, e.g. ſi carnes plus nimio uxor decoxiſſet, ſi altera muliere plus delectaretur vir, poterat prioribus relictis ad optatas nuptias tranſire. In quam ſententiam ita diſtrahebat textum Legis quaſi particula aliqua disjunctiva intercedereet, ut eſſet ſenſus: *propter aliquid, ſeu propter fœditatem*. Ejus Doctoris ſententia, male licet Textui cohærens, ut vis litteræ illata ultro appareat, ſuos tamen patronos nec raros nacta eſt. Akiba, cujus ſententia in Miſina refertur, ſuo illam ſuffragio non fuiſſe tantum, ſed mire provehens ſufficere ad divortium autumavit, ſi viro uxor non uſquequaque placeret; huic Doctori ita legitur Textus: *Si acceperis homo uxorem, & non invenerit* (uxor) *gratiam coram oculis ejus, ſeu invenerit* (vir) *in ea aliquam fœditatem &c.* Duabus igitur de cauſis divortium permittebatur; ſi uxor marito minus placeret, & ſi turpe aliquid admiſiſſet.

Tantorum Doctorum nomine & authoritate invalefcens opinio, cui etiam illud commodi accedebat; ut concupiſcentiæ frænis laxaret, brevi ſuper aliam obtinuit, ut mores Judæorum olim, & noſtra etiam ætate vulgaris Rabbinorum ſententia ad eam conformarentur.

Quamquam Salvatoris ætate res pendere adhuc in lance, Sammajæ opinione nondum penitus abjecta, videtur. Pharifæi enim ad Chriſtum venientes interrogarunt: *Si licet homini dimittere uxorem ſuam quacumque ex cauſa* (8)? Sed non diu poſt, nempe Joſephi & Philonis ætate, res adeo ad licentiam inclinavit, ut divortium quacumque demum ex cauſa induci poſſe ne ambigerent quidem. An hunc ſenſum Legis verba Philo interpretatus (9), ait: *Si mulier quacumque ex cauſa repudiata*. Et Joſephus (10) paria ſentiens: *Qui a conjuge*, ait, *quatumque de cauſa, ut ſæpe hominibus ufvenit, disjungi poſtulat, ſcripto ei ſecuritatem faciat*; nec aliam ſe habuiſſe cauſam uxorem ſuam repudiandi, quam quod genio ſuo minus congrueret, in Vita ſua profitetur.

Judæis noſtræ ætatis idem probatur. Fœminam, morigeram licet & modeſtam, repudiare, ait Leo Modena (12), viris integrum eſt, ſi forte tædio aliquo illius teneantur. Sed jus illud tot clauſulis & conditionibus obvolverunt Rabbini, ut divortii cauſa in longum protracta, partibus interim inter ſe compoſitis, vix abſolvatur unquam.

Traditione receptum teneut Judæi, milites omnes in bellum profecturos repudii libellum uxoribus ſuis miſſe, data illis facultate, ut elapſo triennio, ſi forte in hoſtium poteſtatem captivi veniſſent, alias ſibi nuptias procurarent. In hunc ſenſum interpretantur Rabbini illud 1. Reg. 17. 18. *Frœter tuos viſcera*, & *cum quibus ordinati ſunt dies*, Hebr. & *pignus eorum tolles*, id eſt, ut ipſi quidem exponunt, libellos divortii. Eas pariter litteras datas communiſcuntur uxori ab Uria, quibus, ſi forte in hoſtium poteſtatem ipſe veniſſet, eidem fœminæ alias ſibi nuptias conciliare ejus eſſet. Veteris hujus moris, dubii plane, &, ne quid gravius dicam, incerti meminit Author Traditt. Hebraic. in libros Regg. & & Paralipp.

Facile, quantum arbitror, ex ipſo Legis textu, a nobis deſcripto, intelleximus Lectores poterunt, divortii privilegium ad viros tantum ſpectaſſe, non ad fœminas. Cum ſane apud Orientales fœminarum minus ratio habeatur, ac ſolum veluti neceſſarium vitæ cummodum, virilique dominii portio reſpiciantur, in ſocietatis jura numquam venire illas contingit, Legeſque muliebribus faventes bullæ ferme ſanciuntur. Longe alius apud Græcos & Romanos mos erat, penes quos par fœminis, & viris jus in divortia; quare earum exemplo Judæorum fœminæ ſeſe efferentes, eo licentiæ devenerunt, ut viros ſuos a thoro abjicere auderent. Lex plane nihil fœminis ea in re permittit, ſed nihil viciſſim prohibet; conſuetudo quidem pro illis nulla erat, ſed illuſtris alicujus fœminæ exemplo facile potuit induci.

Succurrebant rara quædam exempla fœminarum, quæ viros ſuos dimiſerant; ſed hæc divortii potius ſpeciem, quam rem exhibere videbantur. Sanſonis uxor contra fidem priorum ſponſalium, ne expectato quidem libello repudii, ad alias nuptias tranſierat (13); ſed Philiſtææ mulieris exempla nihil Judæis conferunt. Utio quin etiam a Samſone, ſicut & a Philiſtæis ipſis ea de re exacta, ſatis demonſtrat, contra patrias ſaltem leges eam filiam a marito mulierem commiſiſſe ut alteri nuberet. Levitæ uxor cujus oceaſione acre illud bellum in Tribum Benjamin exarſit (14), dimiſſo viro ad patrem ſuum remeaſſe legitur; eamque repudium dixiſſe viro ſuo Sanctus Ambroſius autumaſſe videtur: *Remiſit clavos* (15). Recepta tamen & probata ſententia tenet, fœminam illam ob privatam forte domeſticamque querelam ſeceſſionem a viro ad tempus tantummodo feciſſe, cujus rei exempla frequentiſſima inter conjuges ſuppetunt. A novis etiam nuptiis abſtinuiſſe illam ex eo colligimus, quod regredienti viro locum uxorem prompte reſtituit, atque in reducem idem, quod prius, jus conjux retinuit. Michol Davidis uxor alteri viro, nempe Phalteil, ſuperſtite adhuc Davide, in conjugem data legitur 1. Reg. 25. 44. Divortii id genus fuit; neque enim Saul aliam ſibi authoritatem abſtrahendi filiam a viri thoro uſurpare poterat, quam quæ lege divortii conceſſa eſt. Davidem ille perinde ac extorrem, perduellem & impium habebat, eamque repudii cauſam prætendit. Sed præſtitit hæc Michol? Siler ea de re Scriptura. Præſtitit David? Minime ille quidem: ſato enim Rege ſublato, uxorem ſuam jure poſtliminii repetiit. Hoc igitur divortii a viro inducti exemplum difficultate non caret, ſortius enim rei in cauſa fuiſſe creditur Regis authoritas, invitam mulierem ad ſecundas nuptias cogens.

Salome igitur Herodis magni ſoror, omnium prima præſcriptas mulieribus metas tranigreſſa, liberam

(1) *Num.* 5. 14. (2) *Deut.* 21. 15. 16. 17. (3) *Deut.* 22. 29. (4) *Selden. Uxor. Hebr. l. 3. cap.* 18 & 20. (5) *Antiq. l.* 14. *c.* 17. & *l.* 15. *c.* 1. & 15. (6) *In Iſai. cap.* 8. *Sammai & Hillel non multo prius quam Dominus naſceretur, orti ſunt in Judæa.* (7) *Matth.* 19. 3. (8) *De Special. legib. ad prac.* 6. 7. (9) *Antiq. l.* 4. *cap.* 8. (10) *Ritt Ebraic. pag.* 4. *cap.* 9. (11) *Judic.* 14. 20. (12) *Judic.* 14. 3. (13) *Epiſt.* 6. *in Nov. Edit.*

beram sibi repudiandi viri facultatem vindicavit. Namque a thori societate Costobarum Idumææ & Gazæ Præfectum divortio excludens, exemplum inauditum ad id usque, ait Josephus, apud Judæos posteritati reliquit (1); quod enim uxor conjugem suum dimittat, resolutive prioribus nuptiis, nec libello repudii accepto, novas conciliet, moribus æque ac legibus Judæorum, addit idem Josephus, repugnat. Herodias, cujus est in Evangelio sermo (*), virum suum Philippum repudiaverat, quantum ex Josepho Antiq. l. 18. c. 7. colligimus. Ipse tandem de se Josephus in vita sua narrat, ductam post solutam captivitatem suam uxorem, divortio a se recedentem habuisse. Tres Agrippæ junioris, olim Calcidis, deinde Traconitidis & Batanææ Regis sorores, tres sibi junctos viros singulæ singulos repudiarunt. Berenices natu major, priores nuptias cum Herode, Rege Calcidis patruo suo conciliatas abrumpens, in thori societatem Polæmonem Regem. Ponti adscivit, cujus pariter viri tædio (2) deinde affecta est. Altera ejus soror Mariamne Archelaum priorem virum nuptiis Demetrii Alabarchæ, sive Principis Judæorum Alexandrinorum posthabuit (3). Drusilla tandem Aziam Emesæ Regem & ad circumcisionem & ad suas nuptias invitavit; sed paucis post annis adscitcere sibi alium virum, Felicem Judææ Præsidem, priori relicto, maluit (4).

Hujus a fœminis usurpatæ libertatis vestigia nonnulla deprehendisse nobis in Evangelio videmur, cum scilicet Christus cum licentiam, veluti quæ facile obtinere posset, præcepto frænandam censuit (5). *Si uxor dimiserit virum suum, & alteri nupserit, mœchatur*. De Samaritana muliere, cui post ductos quinque viros virum alium non suum adhuc retinuisse Jesus Christus exprobravit, ea fuit Grotii sententia, ut post repudiatos quinque priores viros, nec tamen conjugio cum priori viro soluto, utpote quod divortium mulieribus lege interdictum esset; quem deinde adhuc tenebat vir, tamquam alienus haberi juxe meritoque voluerit (6). Ne fœminæ *virum dimittant*, *si habeant virum infidelem*, *& hic consentit habitare cum illis* (7), Apostolus suadet, non suaderet autem nisi res esset alioqui fœminis permissa. Memoriæ etiam traditum est de S. Thecla, ejusdem Apostoli discipulam sequuta, quæ post datum Christianæ Religioni nomen (habebantur autem Christiani tunc temporis veluti reformati Judaismi professiones) facto divortio a viro recessisse (8).

Mahometani, quos plura a Judæis derivasse constat, fœminis æque ac maribus divortium permittunt, quamquam fœminis minus in ea re quam viris indulgent (9). Viri enim nullo majori negotio uxores, quam nos famulas mutant, Semel repudiatam ad thori societatem revocare bis singulis permissum, tertio negatur; licet autem & tertio, modo post divortium ad alienas nuptias non transiret. Sed novas hasce nuptias ante tres menses a Divortio iniviſſe mulieribus nefas. Divortii causæ in judicio cognoscuntur; sunt autem plerumque sive corrupti conjugis mores, sive sterilitas mulieris.

Major adhuc in divortia apud Græcos, Romanos, barbarasque gentes licentia. Cum enim nulla Dei Lege eorum pruritus refræna retur, conjugii vinculum ad libitum mutuo dissolvere, atque ad alienas nuptias transire, nulla solemni formula observata, nec divortii causa adducta, permissum sibi ducebant. Frequenter misso libello repudii divortium indicebatur; quandoque aliter inter partes actum est; uti dum contrariis plane verbis, ac quibus conjugia devinxerant, illis resolvendis utebantur, e. g. *Conditione una non utar*; (10) sive: *Res tuas tibi habeto* (11). Interdum alteruter elaves alteri remittebat; ac tandem instrumentum conjugii quandoque rescissum.

Quod ad causas & divortii rationes spectat, mutuo interdum consentu res agebatur; ferpe alterutrius voluntate tantum, nulla extiata præsenia causa. Scitum est Æmilii illud (12), qui de repudiata a se Papiria uxore stupentibus, calceum suum ostendit, addens elegantem illum quidem & concinnum videri, ubi autem pedem læderet scire neminem.

Quamquam autem Lege duodecim Tabularum divortia Romanis permitterentur, nulla tamen ejus rei exempla ante annum 521. (13), sive 520. (14) ab Urbe condita occurrunt. Spurius Carvilius Ruga omnium primus, sterilem uxorem repudiavit. Successu temporis laxata licentiæ fræna, ut juxta Tertulliani phrasim *repudium jam votum ossa*, & *quasi matrimonii fructus* (15). Eo res sub imperio Augusti deveneratat (16), ut lege lata modum divortiis imponendum censens Imperator ediceret, ne divortia nisi *coram septem testibus puberibus atque civibus*, *Romanisque* facta admitterentur (17). Verum immodicam licet divortiorum libertatem reprehenderent honestissimi quique; atque Senatorem repudiatæ uxoris, quam virginem duxerat, idque ne consuleis quidem amicis, notatum a curia excluſſſent Centores (18), nihil tamen ea severitate imperatum est. *Nonnisi jam nulla* (fœmina) *repudio renubesit*, *postquam illustres quadam ac nobiles famina non Consulum numero*, *sed maritorum annos suos computant? Exeunt matrimonii causa*, *nubunt divortii*, ait Seneca de Benef. lib. 3. capit. 16. Nec Satyrici mitius agunt in divortia (19).

Is erat rerum ſtatus apud Hebræos, Græcos, & Romanos, quo potiſſimum tempore Jesus Christus in Terram descendens, matrimonium ad Sacramenti dignitatem evexit: tum & primævæ fanctitati atque officio conjugia restituturus, ſuperſti Catoris id olim fuiſſe conſilium aperuit, ut femel conciliatum matrimonium numquam dissolvereturr; nulloſque pateret divortiis aditus, niſi una excepta adulterii causa, in qua tamen a thoro quidem secedere integrum esset, a conjugio non esset. Tunc autem par recedendi jus viro æque ac mulieri ſtatuit: *Dictum est*: *Quicumque dimiserit uxorem suam*, *det ei libellum repudii*. *Ego autem dico vobis*: *Quicumque dimiserit uxorem suam*, *excepta fornicationis causa*, *facit eam mœchari*, *& qui dimissam duxerit*, *adulterat* (20). Et alibi conſultus a Phariſæis liceret ne pro libito uxorem repudiare, reſpondit Creatorem poſt formatos marem & fœminam (21) item pariter ſtatuiſſe: *Propter hoc dimittet homo patrem & matrem*, *& adhærebit uxori suæ*, *& erunt duo in carne una*; *ita ut non sint duo*, *sed una caro*. *Quod ergo Deus conjunxit*, *homo non separet*. Addit deinde eas leges, quas antea de divortio edixerat, cujus unicam ſemper causam permittit, nec fine deſignatis ſupra conditionibus, nempe adulterium.

Cum tamen ſermo ea occaſione Judæis tantum a Chriſto fieret, ideo nulla facta eſt ab eo alterius causæ, qua divortium permittitur, mentio; ſi ſcilicet ex conjugibus alteruter ad fidem tranſfiſet, altero in errore perſeverante. Hujus diſciplinæ regulas Apoſtolus Paulus præſcribit (22): *Iis autem qui matrimonio junſti ſunt præcipio*, *non ego*, *ſed Dominus*, *uxorem a viro non diſcedere*; *quod ſi diſceſſerit*, *manere innuptam*, *aut viro ſuo reconciliari*. Hactenus Apoſtolus

(1) *Antiq. l. 15. cap. 11.* (*) *Matth. 14. 3. Mar. 6. 17.* (2) *Joseph. Antiq. l. 20. cap. 5. pag. 693.* (3) *Ibid.* (4) *Ibid.* (5) *Mar. 11. 12.* (6) *Jo. 4. 18. Grot. ibid.* (7) 1. *Cor. 7. 10. 13.* (8) *S. Epiph. hæref. 78.* (9) *Vide Alcor. Azoar. l. 4. Anton. Gonſr. l. 2. Turci. Bellon. Obſerv. l. 3. & alios.* (10) *L. 1. de Divort.* (11) *L. 2. §. 1. de Divort.* (12) *Plut. in Æmil.* (13) *Divortium primum Romæ fecit Spurius Carvilius Ruga anno quingentesimo undecimo poſt Urbem conditam. Aul. Gel. l. 16. capit. ult.* (14) *Valer. Max. lib. 2. cap. 1. Repudium inter uxorem & virum a condita Urbe uſque ad vigeſimum & quingenteſimum annum nullum interceſſit.* (15) *Adverſus Gent. capit. 6.* (16) *Suet. in Aug. Divortiis modum impoſuit.* (17) *Paul. lib. Nullum divortium 9. de divert.* (18) *Valer. Max. lib. 2. capit. 4. L. Antonium Senatu movarunt*, *quod quum Virginem in matrimonium duxerat*, *repudiaſſet*, *nullo amicorum in conſilium adhibito.* (19) *Vide Juven. Satyr. 16.* (20) *Matth. 5. 32.* (21) *Matth. 19. 5.* (22) 1. *Cor. 7. 10. &c.*

ſtolus mentem ſupremi Legislatoris circa divortium explicat; omne ſcilicet interdici divortium una excepta adulterii cauſa, tunc autem divortium quidem permitti, novas autem nuptias conciliare aeſas. Addit demum: *Ceteris ego dico, non Dominus. Si quis frater uxorem habet infidelem, & hoc conſentit habitare cum ille, non dimittat illam. Et ſi qua mulier habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat virum ..... Quod ſi Infidelis diſcedit, diſcedat, non enim ſervituti ſubjacet frater, aut ſoror in huiuſmodi.*

Hæc Apoſtoli & Jeſu Chriſti verba apertiſſima licet videantur, in varias tamen ſententias interpretes doctiſſimos diviſerunt. Cujus rei five in cauſa fuit receptа Judæorum & Paganorum, qui fidei nomen dabant, conſuetudo, five ea invaluit opinio, ut Jeſu Chriſti dictum de Judæis tantummodo, non de univerſa Eccleſia recipiendum, quaſi ſcilicet Eccleſiæ major in ea re permitteretur libertas; five tandem vox *fornicationis* variis ſubeſſe ſenſibus cenſeretur. Hinc factum eſt, ut Eccleſiæ in ea re mores diutius in incerto errarint.

Cum Scripturæ ſtilo nomina *fornicatis & adulterium* duplicem ſignificationem admittant, modo enim ad litteram crimen ſonant obſcœnum; modo allegorico ſenſu pro Idololatriæ crimine atque creaturarum in Deum perfidia uſurpatur. Non defuerunt qui Jeſu Chriſti verba: *Qui dimiſerit uxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa &c.* (1) five de adulterio, crimine caſtitati adverſo, five de Idololatria, aliiſque criminibus, quæ adulterii nomine in Scriptura cenſentur, indiſcriminatim explicarent. Alii literalem ſignificationem prætulerunt. Ex qua ſententiarum diſcrepantia contrarii etiam mores & diſciplina invecta eſt.

Origenes in ea fuiſſe ſententia viſus eſt, Moyſen quidem illis verbis: *propter aliquam foeditatem &c.* omnia mulierum crimina, ſicut & errores (2) ſignificaſſe, ſed, addit Chriſtus, anguſtiores nobis limites præſcribit, omni præcluſo ad divortium aditu, excepta fornicationis cauſa. Demum idem Origenes in examen revocat, an ſcilicet fornicationis nomine immania quæcumque crimina cenſeri poſſint, c. g. ſi mulier veneficii crimine, ſi homicidii, ſi ſtiii enecati, ſi furti in virum teneatur; quorſum enim tantis ſceleribus inquinatam uxorem ferre maritus cogatur, qui dimittere adulteram permittitur? Me igitur authore, inquit Origenes, verba illa Jeſu Chriſti: *excepta fornicationis cauſa*, non ita accipienda ſunt, ut eam ſolam divortii cauſam permittat; ſed ea tantum ut exemplum aſſignata eſt, velut ſi unum ex iis criminibus deſignaretur, quibus uxorem ſuam repudiare marieus, nihil inde reus, ſi quid uxori ſiniſtrum contigerit, permiſſus eſt.

Quod ad nuptias poſt divortium contractas pertinet, Origenes quidem ab Epiſcopis nonnullis permiſſas narrat; qua in re contra Scripturæ ſenſum egiſſe illos non diffiteitur; verum, ait, peculiares aliquas præ oculis habere rationes poterant, quibus id eorum conſilium excuſaretur; veluti metu majoris mali, incontinentiæ &c. Leges ab Imperatoribus Chriſtianis latæ plures divortii cauſas præter adulterium aſſignant; & ipſo fatente Beda viris quam multis legitima fuit uxores dimittendi ratio; etiam *Dei timor*, id eſt metus ne a fide & Religione ſeducerentur (3). S. Auguſtini ætate, ut ipſe in Retractationibus inſinuat (4), variæ erant variorum in ea Chriſti verba ſententiæ; alii ad literam ſententiam interpretantes, alii vero fornicationis nomine ea omnia cenſebant, quæ ſupra ex Origene deduximus.

Magis tamen recepta, & rata ſententia ea ſemper habita eſt, quæ Evangelii verbis litteralem meram putamque ſignificationem attribuit. Ita Chriſti verba interpretantur vulgo Patres, & Commentatores; addentes inſuper, ſæculares leges, ipſaſque adeo Moyſis ſanctiones potuiſſe quidem divortium aliis de cauſis, præter adulterium, indultum tolerare; immune vero a crimine effecere non potuiſſe. *Nullam aliam*, ait S. Hilarius (5), *cauſam deſciſcendi a conjugio præſcribunt, quam qua virum profituta uxoris ſocietate pollueret.*

Supereſt modo in examen revocemus, an indulto demum divortio adulterii cauſa, novas inire nuptias integgum conjugibus habeatur. Lex Moſaica, uti facile legentibus animadvertitur, nihil conjuges moratur; nihil etiam ſæculares Catholicorum Imperatorum leges; quemadmodum non rara ſuppetunt ejus rei exempla, tum apud Chriſtianos primorum ſæculorum, cum maxime in Eccleſia Græca, cujus recepta eſt ea de re conſuetudo (6). Porro Eccleſiarum illarum doctrina renet, conjugii Chriſtiani vinculum ſolvi numquam poſſe, qua in re Chriſtianum a Judaico conjugio maxime diſtinguitur, Chriſtianum, inquam, ad primævam illam matrimonii inſtitutionem rem totam deducens: habent tamen Chriſtiani iſti perſuaſum, adulterii crimine ream uxorem ita a thoro poſſe repelli, ut alia ejus loco induca tur. Cophita, Syris, ceterisque Orientalibus ea Græcorum doctrina probatur: probatur etiam Latinis nonnullis, uti Lactantio Inſtit. l. 6. c. 23. Tertulliano de Monogam. cujus hæc ſunt verba: *Tam repudii matrimonium dirimitur, quam morte*. Et lib. 4. cont. Marcion. *Præter ex cauſa adulterii, nec Creator dirjungit, quod ipſe ſolitos conjunxit*. Vide & lib. 2. ad Uxor. c. 1. Negat tamen Tertullianus faeultatem alterius conjugii iis, qui primum illud divortio reſciderunt, Monog. cap. 9. 10. Sed nihil prohibet Lactantius.

Narrat Origenes permitti a quibuſdam Epiſcopis novas nuptias poſt divortium, Concilium Eliberitanum morem illum jam receptum condemnat (7). *Femina quæ nulla precedente cauſa reliquerunt virum ſuum, & alteris ſe copulaverunt, nec in finc accipiant communionem. Et Fidelis fœmina, que adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum ducit, prohibeatur ne ducat. Si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam ie quem reliquit, de ſæculo exierit, niſi neceſſitas infirmitatis dare compulerit*. Concilium Arelatenſe primum decernit, ut junioribus conjugibus & fidelibus, qui conjugem adulterio eam dimiſerunt, *conſilium detur, ne viventibus uxoribus ſuis, licet adulteris, alias accipiant* (8). S. Ambroſius maritos hortatur, ne permiſſa ſibi a Legibus civilibus in divortia libertate uti velint: addit inſuper eos, qui uxorem repudiarint alia, quam quæ in Evangelio permittitur, cauſa, (9) non ſolum *Cœleſtis præceptum, ſed quoddam etiam opus Dei ſalvunt. Patereſne, ora, liberos tuos vivente te eſſe ſub vitrice? aut incolumi matre degere ſub noverca? Pone ſi repudiata non nubat. Et hoc vire tibi patuit diſplicere, cui adultere ſidem ſervat? Pone ſi nubat, neceſſitatis illius tuum crimen eſt*. Plura laudantur Concilia, Gallicana potiſſimum, quæ morem illum, novas ſcilicet contrahendi poſt divortium nuptias, vel ſignificaent tantum vel probant (10).

Verum conſuetudo illa numquam in morem abiit, cum omnibus retro ſæculis adverſas habuerit ineſtinum fere omnium Eccleſiarum, atque ſapientiſſimorum Antiſtitum ſanctiones. Canones vulgo Apoſtolici ſecundas poſt divortium nuptias, adhuc priori conjuge ſuperſtite, damnant (11). Pontifices Siricius, Innocentius, Leo, Stephanus, Zacharias (12), in

(1) *Matth.* 5. 32. (2) *Orig. hom.* 7. *in Matth. Vide Gros. in hunc locum.* (3) *Beda in Marc.* 5. *citatus in locis collectis in Conc. Aquiſg.* 3. *Una ſolummodo carnalis cauſa fornicatio, una Spiritualis timor Dei, ut uxor dimittatur, ſicut multi religionis cauſa feciſſe leguntur.* (4) *Retract.* l. 1. *capit.* 9. (5) *In Matt. cap.* 4. *num.* 22. *Vide & Chryſoſt. hom.* 5. *ſor.* 19. *de libel. repud. Theodoret. in* 1. *ad Cor. Clem. Alex. Strom.* l. 2. *ad fin.* (6) *Renaudot Perpetuité de la Foy chap.* 5. l. 2. *chap.* 7. *pagin.* 447. *&c.* (7) *Conc. Eliber. canon.* 8. *&* 9. (8) *Can.* 10. (9) *In Luc. lib.* 8. *artic.* 5. *Vide etiam S. Aug. de bono conjug. numer.* 7. (10) *Vide Conc. Aurelian.* 2. *cap.* 11. *Vermor. cap.* 5. 6. 11. 17. 20. *Compend. c.* 16. *Hybern. S. Patric. an.* 314. *cap.* 16. (11) *Can.* 48.

(1) in suis Decretalibus eas nuptias velut adulterinas damnant. Hisce SS. Pontificum Constitutionibus Ecclesia Romana firmiter inhærens, contractas post divortium nuptias ut reciperet numquam commisit: quam etiam disciplinam tandem Ecclesia Gallicana post sæculum octavum amplexa est (2). Gregorius II. Pontifex in Epistola ad Bonifacium Episcopum Ultrajectensem (3) scripterat licitum esse marito, cujus uxor ne conjugale debitum solveret, egra valetudine impediretur, novas inire nuptias, modo uxori ægrotanti non deesset; sed hanc ejus sanctionem Sacris Canonibus, ipsique Evangelio, & Apostolorum doctrinæ plane adversari Gratianus animadvertit (4). Recepta tandem Ecclesiæ Latinæ sententia tenet, conjugii vinculum numquam, ne divortio quidem, abrumpi. In Concilio Florentino requisiti a Latinis Græci, cur novas inire nuptias conjugibus divortio sejunctis permitterent, quamvis nihil æquum pro se reponere viderentur, visum est tamen citra mutuæ pacis dispendium saniora illis suadere. In Concilio Tridentino eanon propositus fuit, quo eodem simul anathemate obvolvebantur tum ii, qui conjugii vinculum per divortium dissolvi, cum ii qui novas post divortium inire posse nuptias crederent.

Verum huic decreto restitisse Legatos Venetorum in Historia ejusdem Concilii legimus (5), receptam in Insulis Reipublicæ Venetiarum subjectis, Cypro, Creta, Corcyra, Zacyntho, Cephalenia, Græcis frequentissimis contrariam consuetudinem asserentes; iniquum autem esse dicebant, omnes eas gentes inauditas, & ne ad Concilium quidem appellatas damnare. Quare Patres etiam atque etiam rogarunt, ut illius sanctionis eam inirent rationem, quæ nihil Græcos offenderet. Hisce Venetorum precibus atque rationibus acquiescendum esse Patres centuerunt, cum maxime non Græcorum erroribus, sed Protestantium damnandis Concilium illud coactum fuisse animadverterent, simulque non defuisse Patres huic Græcorum consuetudini faventes, ex Theologis nonnullis audirent. Ita ergo sanctum est. *Si quis dixerit, Ecclesiam errare cum docuit & docet, propter adulterium alterius conjugum matrimonii vinculum non posse dissolvi, & utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse altero conjuge vivente aliud matrimonium contrahere, mœcharique eum, qui dimissa adultera aliam duxerit, & eam, quæ dimisso adultero, alii nupserit, anathema sit* (6). Ex quibus plane intelligimus, Ecclesiam Romanam, nec promovisse unquam Græcorum consuetudinem, nec damnasse.

Quamquam satis inter omnes constat, adulterii crimen perinde esse sive a viro, sive a fœmina committatur, tum & concessum a Christo privilegium divortii æque utrumque sexum respicere: mos tamen in Ecclesiis varius ea de re invaluit. Fœminis aliquando in nonnullis Ecclesiis liberum in divortia, viro etiam adulterii crimine reo, interdicta fuit; & S. Basilius in Epistola Canonica ad Amphilochium tradit; legem divortii contra fœminas de adulterio damnatas inviolate servari (7); contrariam tamen quoad fœminas disciplinam invaluisse, quippe quæ viros quantumvis reos dimittere non permitterentur. Demum rem esse ancipitem addit, an fœmina illa, quacum maritus, ab uxore repudiatus, nuptias conciliat, adulterii crimine rea teneatur: tota enim hujus conjugii culpa in priorem uxorem transferenda videtur; quippe quæ inducto contra legem divortio virum ad crimen impulisset. Et si in virum mitius ea occasione animadvertendum est, quid non fœminæ indulgendum? Verum, sequitur S. Basilius, si divortium a marito factum esse constet, cum & novas ipse nuptias iniverit; neque de adulterio damnaretur; quemadmodum & priori uxori tunc ad novas nuptias transire integrum est. Græci in Canones Apostolorum scribentes, morem esse contendunt semper a Christianis servatum, ut uxor folo adulterii crimine reum virum dimittat (8).

Sed contrarium invaluisse in Ecclesia Latina morem nullo negotio ostendimus. S. Justinus Martyr in Apologia I. ad Senatum Romanum narrat, fœminam ante datum Jesu Christo nomen vitam una cum conjuge suo libidinose agere consuetam, vix ad fidem conversam maritum suum a crimine retrahere voluisse: cum autem, inquit, fructu se laborare intelligeret, volutr libellum repudii mittere. Resistentibus tamen fœminæ necessariis, invita in conjugio manere coacta est, nulla licet resipiscendi spe de viro concepta. Accidit interim, ut vir iter Alexandriam versus susciperet, in quo cum ille multo deterior factus esse diceretur, tandem ad litteras repudii mittendas ventum est. Exemplum S. Thecla supra laudavimus; cui alterum nocti potest de Fabiola, quæ post dimissum virum licentius in conjugio viventem, alteri nupsit (9). Hanc autem Historiam fusius narrans S. Hieronymus, divortium quidem fœminæ facile excusat; secundas vero nuptias tamquam legibus Ecclesiæ repugnantes damnare cogitur; quamquam, ait, & imitieris de legibus Ecclesiasticis imperitia, & peracta rite ante fores Ecclesiæ Lateranensis exomologesi id præstiterit, ut tantum probo exemplo Fidelibus prodesset, quantum pravo nocuisset. Æque igitur fuit repudii libertas penes conjugum utrumque; nec contraria quoad fœminas consuetudo nisi forte in Oriente invaluit.

Apostoli Pauli monita, uxores fideles cum viro infideli & vicissim conjugium servare suadentis, si tamen citra fidei & Religionis dispendium præstari id a Fideli conjuge possit; monita, inquam, illa ita accipienda sunt, ut ad conjugium ante susceptam Fidem contractum respiciant; quæ enim a Fidelicum infideli contrahuntur matrimonia, æque semper Ecclesia damnavit, tum & irrita semper declaravit & nulla. Vult etiam Apostolus divortia illa tum demum legitima haberi, si conjugi fideli discrimen aliquod fidei imminuerit; *Occurrit aliquando necessitatis articulus*, ait S. Augustinus (10), *aut mœchus uxor dimittatur, aut Christus*. Tandem divortium illud fidelem inter & infidelem conjuges, non conjuges tantum, sed & conjugium dissociat, ut novas inire nuptias utrique permittatur. Cum enim matrimonio inter infideles conciliando nulla Sacramenti authoritas accedere possit, mutua partium inter se pacisscentium obligatio tanta profecto non est, ut vinculum præstet insolubile (11). Porro idem jus quod nuptias infidelium conciliat, fidelem cum infideli constringit. Alia fane est de hæresi alterutrius ex conjugibus ratio, quamquam enim ea sufficiat ea causa divortio inducendo habetur, nihil tamen contra matrimonium valet.

Quæ olim stetit Veteribus nonnullis sententia nuptias post divortium permittens, varia fuit apud varios. Alii enim par utriusque conjugis jus statuunt; alii vero concessum fœminæ negant. Viros post datum uxori repudium aliam ducere fas est; fœminæ post abjectum divortio virum suum, alterum adiscere nefas, ait Ambrosiaster in 1. Cor. 7. 10. 11. Huic opinioni non adversatur Concilium Eliberitanum, statuens can. 9. prohibendam a conjugio fœminam, quæ adulterum virum abdicavit: si contra facit, ait, a communione ad obitum usque prioris viri arceatur. Vide Cajetanum in Matth. 19. 11. & Catharinum in 1. Cor. 7. 11. ejus opinionis assertores.

Æquum

(1) *Siric. ep. ad Himer. Tarracon. Innoc. 1. ep. ad Exuper. Thessal. Leo ad Prob. Stephan. II. artic. 5. Zach. ep. 7. ad Pipin. capit.* 20. (2) *Conc. Compend. an.* 744. *can.* 18, *Suession. capit. 9. Forojul. an.* 791. *can.* 10. *Capitular. Ludov. Pii. capit.* 3. *de his, quæ pro lege habenda sunt.* (3) *Art.* 2. *tem.* 6. *Concil.* (4) *Grat.* 32. *q.* 7. *cap.* 18. *Quod proposuisti* (5) *Fra Paolo hist. Con. Trid. l.* 8. (7) *Sess.* 8. *can.* 7. (6) *Can.* 9. (7) *Vide Grot. ad Matt.* 5. (8) *S. Hieron. ad Oceau. Epist.* 30. (9) *Ep.* 157. *nov. edit. n.* 31. (10) *Ambros. in Luc. l.* 8. *art.* 2. *&* 8. *Ubi est impar. conjugium, lex Dei non est.* (11) *Vide Interpp. in* 1 *Cor.* 5. 12.

Æquum utrique conjugi jus permittit S. Epiphanius hær. 59. ſicut & in eamdem ſententiam laudari ſolent Conſtitutiones Apoſtolicæ l. 3. c. 2. Origenes in Matth. 19. 8. Pollentius apud S. Auguſtinum de adulterin. conjug. c. 6. Verus quoddam Pœnitentiale Romanum, Photius Epiſt. 1. Concilium Vermerienſe can. 18.

Placuit id etiam Veterum nonnullis, conjugem violati thori reum ita ab alterius innocentis congreſſu removendum eſſe, ut ne retineri quidem poſſit ab illo etiamſi maxime velit. Dictum in eam rem Sapientis laudabant (1): *Qui tenet adulteram, ſtultus eſt & impius.* Concilium Neocæſarienſe (2) jubet uxorem Sacerdotis, quæ poſt ejus initiationem conjugii fidem violavit, a viri conſortio prorſus removeri; & S. Auguſtinus in eo Proverbiorum Textu præceptum contineri crediditſe viſus eſt (3). Verum ſummi Legiſlatoris divortium permittentis ſenſum Apoſtolus, pandens ait (4): *Præcipio uxorem a viro non diſcedere; quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari.* Vulgo etiam Patres non obſcuris verbis inſinuant, divortium tem eſſe indulgentiæ, non præcepti. Quare in eo ſemper inſtitiſſe viſi ſunt, ut ab his conjuges retraherent, & tamquam extremum deſperato morbo remedium invita prorſus & reluctanti manu admoveri juſſerunt. Tandem diſſidentes animos conjugium inter ſe reconciliari atque etiam hortati ſunt; quippe quod ea eſſet Jeſu Chriſti doctrina & recepta in Eccleſia conſuetudo.

Poſt diductas brevioribus verbis ſanctiones Moyſis, Jeſu Chriſti, Apoſtolorum, & Patrum de hoc argumento, ſupereſt ut Imperiales ea de re leges in medium afferamus. Fatendum eſt autem, nihil Eccleſiæ diſciplinam in iis, quæ ad divortium ſpectant, corruptiſſe magis, quam læta in eam rem Imperatorum edicta. Plerumque illa præcipiebant in Evangelio regulis deviant, ut vix, ac ne vix quidem in animum inducamus de Epiſcoporum conſilio (ſine quibus nihil ejuſmodi ſanciebatur) edici potuiſſe.

Sive igitur malus rei abuſus adeo invaluit; ut tolli vix poſſe cenſeretur; quare eas leges, ægre licet aſſentientibus Epiſcopis, ferri opportunum eſt viſum; ſive pro Paganis inducta (quorum erat frequens in Imperio numerus) ſi cum interim Chriſtianorum res augerentur, ita reformatæ ſunt, quod ad politiam pertinet, ut utriſque ſimul genti quadrarent; relicta interim Epiſcopis auctoritate, ſimulque neceſſitate, ut ſubjectam ſibi Eccleſiam juxta Eccleſiaſticas leges, receptaſque apud Chriſtianos traditiones moderarentur: Principibus interim jus tantum ferendi leges, quas in Tribunalibus politicis Judices ſervarent, ſibi retinentibus. Nec ſane deſunt exempla in Eccleſia Græca poſt latas etiam ab Imperatoribus eas leges diſciplinæ, ad Legiſlatoris Divini, atque Legis Evangelicæ præſcriptum (5). Sed eas leges recitemus.

Conſtantinus Magnus anno 331. cavit, ne fœminæ ſub conquiſitis cauſis viris ſuis repudium dicere auderent; accuſantes e.g. virum veluti ebrioſum, aleatorem, muliercularium (6). Vetitum etiam viris uxorem ad arbitrium repudiare. Nefas uxoribus divortium a viris poſtulare, niſi forte homicidis, veneficis, & ſepulchrorum violatoribus; nefas & viris uxorem repudiare *niſi machum, medicamentariam, conciliatricem.* Poſt annos ſex idem Imperator ſanciebat, fœminam poſt expectatum quatuor annis virum bellis implicitum, nulloque de illo accepto nuncio ad alias nuptias tranſire poſſe. Primam Conſtantini ſanctionem Honorius, Theodoſius Junior, & Conſtantius an. 421. confirmarunt. Verum Imperatores Theodoſius junior & Valentinianus III. ea abrogata veterem divortii libertatem reſtituerunt. Hæc illi. *Imper. Theodſ. & Valent. Augg. Florentio P. P. P. Conſenſu licita matrimonia poſſe contrahi, contracta nonniſi miſſo repudio diſſolvi præcipimus. Solutionem enim matrimonii difficiliorem debere eſſe favor imperat liberorum. Sed in repudio culpaque divortii perquirenda, durum eſt legum veterum moderamen excedere. Ideo Conſtitutionibus abrogatis, qua nunc maritum, nunc mulierem, matrimonio ſolute, præcipuus panis graviſſimis coerceri, hac conſtitutione repudia, culpas, culparumque coercitiones ad veteres leges, reſpenſaque prudentum revocari cenſemus.*

Nec diu fuit quin permiſſæ licentiæ malum eruperet, quare poſt aliquot annos, ſcilicet anno 449. iidem Imperatores conceſſæ libertati frenum imponentes (7) caverunt, ne fœmina viro diceret repudium, niſi adulterii cauſa, ſive homicidii, veneficii, criminis falſi, initæ alicujus in Imperium conjurationis, vel ſalcem violati ſepulchri, aut rei alicujus ab Eccleſia furto ſublatæ reo, ſicut furum receptori, plagiario, prædoni, malæ conſuetudinis cum fœminis proſtitutis coram uxore ſua habitæ accuſato. Ita pariter ſi uxorem ſuam male exceperit, ſi veneficio vel ferro, vel alia quacumque machinatione in vitam ipſius attentaverit. Paria in viro erga uxorem, pariſque de cauſis data proportione ſancita ſunt. Legitimo autem inducto ſemel divortio, novas inire nuptias poſt exactum divortii annum fas erat. Si fœmina illegitimo divortio a viro receſſiſſet, tunc omni in dotem ſuam, & in munera ante nuptias recepta jure multabatur, tum & novas inire nuptias nonniſi poſt exactos quinque annos a divortio permiſſa.

Anaſtaſius Imperator anno 497. priori ſanctione Theodoſii Junioris innovata, primam divortii libertatem aſſeruit, omni abrogata cautione, ab eodem Imperatore, ſecunda conſtitutione inducta. Juſſit autem in divortiis mutuo partium conſenſu factis, fœminæ poſt annum novas ineundi nuptias facultatem eſſe. Hæc divortii diſciplina ab Imperio Conſtantini Magni uſque ad Juſtinianum.

Porro Juſtinianus (8) priſtinis divortii cauſis novam aliam adjecit, nempe ſi poſt exactum in conjugio biennium, alteruter ex conjugibus impos deprehendatur; inſuper ſi fœmina balnea cum viris frequentarit, ſi aborſum procurarit, ſi priori viro ſuperſtite filii quæſiverit alium. Edicit autem, ut quandoquidem in rebus humanis nihil ſit uſque adeo firmum, quin reſolvi tandem poſſit, ita & nuptiæ ſuas habeant cauſas quibus diſſolvantur: nempe, vel mutuos partium conſenſus, vel *per acceſſionem rationabilem; quæ cum bona gratia vocatur*, vel *extra omnem cauſam vel cum cauſa rationabili.* Reſtringit autem ad certas quaſdam cauſas divortii licentiam (9), latasque omnes leges divortium permittentes vel extra omnem cauſam, vel mutuo partium conſenſu, ita abrogat, ut partium conſenſus tunc demum ad divortium valere ſtatuat, cum alteruter ex conjugibus ſive religioſæ vitæ profeſſionem inire, ſive caſtitatem vovere decreverit.

Juſtinus Imperator Juſtiniani nepos (10), *divortia ex bona gratia*, ſeu mutuo partium conſenſu reſtituit; iſque rerum ſtatus manſit uſque ad Imperatorem Leonem Philoſophum, annum circiter 900. Jeſu Chriſti, nempe 340. annorum intercapedine. Ejus Imperatoris juſſu legios in unum corpus, quod *Baſilicen* appellatum eſt, redactas, Juſtini conſtitutio de divortio ex mutuo partium aſſenſu ſublata eſt.

Recepta Eccleſiæ Græcæ noſtra quidem ætate conſuetudo civilibus hiſce legibus conſentit; quamvis non ita facile eſt definire, quonam potiſſimum tempore coeperit diſciplina adeo ab Evangelio & veterum Orientalium Patrum doctrina diſcrepans. Licet enim nullum non moveat lapidem Arcadius (1), quo

(1) *Prov.* 18. 22. (2) *Can.* 8. (3) *Retract. lib.* 1. *cap.* 19. *Idem probari S. Hieron. in Matth. creditur.* (4) 1. *Cor.* 7. 10. 11. (5) *Vide Chryſoſt. in Matt. Theophyl. Oecum. cæterr.* (6) *Placuit Conſtantino Auguſt. ad Ablavium Præf. Prætorio Pit.* 16. *de repud. Cod. Theod. mulieri non licere propter ſuas pravas cupiditates maritо repudium mittere exquiſita cauſa vetus ebrioſo, aut aleatori, aut mulierculario, nec vero maritis per quæcumque occaſiones uxores ſuas dimittere.*

(7) L. *conſenſu* 8. *cum ſuis* §. 55. *cod. de repud.*

(8) *Ann.* 528. *Tit. de repud. L.* 10. *novell.* 22. *c.* 3. *&* 18.

(9) *Novell.* 117. *&* 134. (10) *An.* 556. *Novell.* 140.

(1) quo Ecclesiæ suæ mores defendat ; atque in causæ patrocinium veteres Patres pertrahere conetur, evincit ille quidem eorum ætate divortia frequentari, non tamen probata unquam demonstrat, sed tolerata tantummodo in gratiam Imperialium sanctionum, a quibus permittebantur. Porro si quis forte post datum semel divortium ad novas nuptias transisse deprehenderetur, is plane neque a culpa neque a crimine immunis habitus est. Sensim tamen ejus disciplinæ vigor remitti cœpit, ut tandem nihil ea divortia curaretur.

Iisdem moribus reliquæ Græcæ communionis gentes, Rutheni vel Moscoviæ censentur, quorum tota admittendi divortii causa est repudii libellus ab Episcopo impetratus (2). Solebant etiam non multos ante annos conjuges, quibus facilis ad Episcopum aditus non fuisset, ambo simul in caput bivii sese conferre, ubi mantile quoddam ambo in diversa trahentes scindebant, qua cæremonia scindi conjugium rati dissociabantur. Extat tamen inter Canones Joannis cujusdam eorum Metropolitæ, quem Prophetam appellabant, sanctio, qua conjuges post divortium novis nuptiis impliciti a communione rejiciuntur. Æthiopes saltem laici, antequam a Missionariis instituerentur, divortia habebant arbitraria (3).

Leges civiles Occidentalium variant ; aliæ etenim nimio rigore, aliæ nimia facilitate exorbitant ; ac raræ sunt priorius, quæ temporum & occasionum vicissitudini non serviertint. Tandem Patribus Tridentinis ceteam quamdam omnibus Romanæ Ecclesiæ mores sequutis, disciplinam constituere visum ; cum interim alterius communionis homines huc usque per arbitrariam sibi viam oberrent.

Veteres Francorum populi mutuo etiam consensu inducta divortia legitima habebant ; quid divortia ex justa causa facta ? Hujus mutui divortii formulæ extant apud Marculfum (4), qui circa medium septimum sæculum scribebat ; ex hisce autem integrum fuisse conjugibus post divortium novum inire matrimonium intelligimus. *Placuit utrinsque voluntate, ut se a consortio separare deberent ; quod ita unusquisque ex ipsis fine ad servitium Dei in ministerio, aut apud Matrimonia sociare se velint, licentiam habeant &c.*

Post receptas in Regnum sub Regibus Carolo Magno, & Ludovico Pio Leges Romanas (5), vetus tamen manfit in divortiis disciplina ad normam Legum Ecclesiasticarum, Africanorum Conciliorum, & Decretalium Pontificum, quibus omnis, excepta adulterii causa, ad divortium aditus præcluditur. Ita vetus Francorum libertas in divortia ab Ecclesiasticis legibus repressa, nec a Romanis legibus promoveri quidquam potuit.

Mancipiorum Christianorum conjugia olim in Gallia ; quemadmodum & ubique alibi, maxime non requisito Dominorum consensu conciliara, eorumdem Dominorum arbitrio abrogabantur. Mancipium dum manumitteretur, fœminam in captivitate ductam dimittens, alteri copulabatur, quemadmodum par erat jus fœminis, quæ impudentes servo nupsissent (6). Quamvis autem temporis succesu conjugia fervorum dissolvi Ecclesiasticis legibus prohiberentur (7), usus tamen in contrarium etiam post eorum sæculum invalebat.

In magna Brittannia ea potissimum loca, quæ Romanis legibus & ditioni parerent, pristinas leges sequuta fuisse in divortiis, etiam post receptam Jesu Christi fidem, Seldenus autumavit (8). Laudat in eam rem veteres Leges Regis *Hœvel-dha*, divortia maritis permittentes, si forte uxorem deprehendissent liberius aliquid cum altero viro audentem ; post divortia autem jus in novas nuptias afferunt. Verum ex literis S. Gregorii Magni ad S. Augustinum Apostolum Angliæ (9), tum & legibus Regum Anglo Saxonum intelligimus, obtinuisse ex tunc apud Britannos leges, & disciplinam Romanorum, a qua deinceps numquam recessum est.

In Italia Theodoricus Rex veterem Saxonum Legem innovans (10), parem edicto Imperatoris Constantini supra laudato, morem invexit. Leges Visigotorum in Hispania divortiis iniquissimæ erant (11) : nec Rex Enricus mitior fuit, qui omnia simul, exceepta adulterii causa, prohibuit. Apud Burgundos nullum in divortia jus quæcumque demum ex causa fœminis permillum ; viris autem tantum ex causis in Constitutione Constaurini defiguatis (12).

Allemannis constitutum erat, ut in repudiandis uxoribus *coram quinque Nominatis, & septem Advocatis* solemniter ediceteut, eam fœminam repudiari, non quod vitio aliquo aut defectu notaretur, sed quod altera magis amaretur (13). Porro hæ leges sexto sæculo scriptæ sunt : nempe ante receptam ab illis Gentibus Fidem.

Synodus secunda Hiberna, can. 26. in potestate mariti relinquit, si post repudiatam priorem fœminam adulterii causa, ad novas nuptias transire voluerit : *Si ducat alteram, velut post mortem prioris, non vetamus.* Porro illarum gentium prona in divortium propensio ex litteris Gregorii VII. ad Lanfrancum Archiepiscopum Cantuariensem, sicut etiam ex altera Lanfranci ad Gotricum & Terdevralrum Regem Hiberniæ ; ac tandem ex altera Anselmi Archiepiscopi Cantuariensis ad Muriardacum Regem ejusdem Provinciæ notæ est. Vitio enim populis illis vertunt pronam sicut ad focianda, ita & dissociauda conjugia consuetudinem ; nec ætate nostra meliores sunt Hibernorum mores, juxta ac Cambdenus animadvertit (14).

DISSERTATIO DE SUPPLICIIS, QUORUM IN SACRA SCRIPTURA MENTIO.

QUÆ Lectorem faciat in hac nostra dissertatione attentum, non una est argumenti novitas. Religionem etenim defendimus contra detortas pravo consilio Judæorum interpretationes ; tum & lucem afferimus iis suppliciorum generibus, quibus Jesus Christus, & inelyti quidam Veteris Testamenti, Viri martyrium consummarunt.

Plura quidem fuerant suppliciorum genera tum apud Hebræos veteres, cum apud omnes in universum Paganos, quorum quidem usus sive rarior modo, sive prorsus non obtinet. Solebat enim in crimina animadverti carceribus, vinculis, cruce, lapidibus, gladio, flagellis, igne, equuleo, fragminibus testarum, ollis suceensis, rotis, aliisque hujus generis sexcentis. Non raro etiam animalium pedibus fontes

(1) *De concor. Oriental. Eccles. & Occidental. l. 7. cap. 7. 8.* (2) *Vide Gungnin, in descrip. Sarmant. Europ.* (3) *Vide Relat. Mission. Æthiopic.* (4) *Lib. 2. form. 30.* (5) *Capitul. Caroli & Ludov. lib. 2. cap. 43. & lib. 6. cap. 63. & l. 7. cap. 55.* (6) *Concil. Vormer. cap. 6. & 20.* (7) *Caus. 29. q. 2.* (8) *Uxor. Hebr. lib. 3.* (9) *Regest. l. 12. Ep. 32. Vide & Bed. Hist. Angl. lib. 2.* (10) *Cap. 54.* (11) *Leg. Visig. l. 3. tit. 6. c. 1.* (12) *Leg. Burgund. c. 34.* (13) *Leg. Alleman. c. 53.* (14) *Cambd. Brittan. pag. 764. & 791.*

ses procurcabantur, sub spinis quandoque atque mo-
lis triticeis conficiebantur; ne quid impræsentiarum
memorem exilia, exterminia & excommunicatio-
nes Hebræis peculiares.

Si Judæorum Doctoribus major esset fides & au-
thoritas, ab eorum quidem de vetustis Judæorum
suppliciis sententia recedendum non duceremus. Fuit
ille de hoc argumenti genere disseruerunt, luctus ser-
gula diducentes crimina, quæ singulis suppliciorum
generibus, juxta Legis præscriptum, expiarentur,
minime interim silentio prementes qua singula ratio-
ne & apparatu infligerentur. Verum quidquid ab il-
lis afferitur suspiciosum est adeo, ut mirari prorsus
habeat viros alioquin eruditos non defuisse, qui il-
lorum commentis fucum sibi fieri permiserint [1].

Quamquam autem in hoc argumenti genere er-
rores minimi esse momenti videatur, non desient
tamen Religionis Christianæ obtrectatores, invidiam
de illis in nostros creantes, nisi valida refutatione
eorum cavillationes præoccuparentur. Neque Judæi
pariter ocesionem libi oblatam omitterent, ut objec-
tas a nobis de Jesu Christo in Crucem acto Pro-
phetias eluderent, obtendentes Crucis suppliciam
neque Patres suos ulli recepisse unquam, nec nosse.
Opponerent insuper nullam habere se in vernaculo
sermone vocem, quæ sive Crucem, sive spirantem
adhuc hominem Cruci fusixum exprimeret. Si quis
autem, adderent, apud nostros Crucis fuerit usus,
hujus tantum erat defunctis reorum corporibus sus-
pendendis, non autem ut viventes crucierantur.
Quis, rogo, in animum sibi potuisset inducere,
Prophetarum oracula Messiam ad supplicium dese-
nari a Judæis; ad supplicium, inquam, Judæis igno-
tum, & numquam apud ipsos usu receptum? Quis,
quæso crediderit unquam, Dei Filium novum, &
extraordinarium supplicii genus selegisse, aliud
plane ab eo, quo tontes perimebantur; cum juxta
Psalmum in passione sua ipse *eum iniquis deputatus*
esse voluerit [2]?

Vana hæc sunt, fateor, Judæorum blateramenta;
quid nempe Messias sibi novum & extraordinarium
supplicii genus a Judæis comparare potuerit? Ut
Prophetarum fides constet, tat effet profecto, si
parentum Jesu Christo supplicium Crueis dixerimus a
Romanis Judeibus; quamquam ejus executio Judæis
imputaretur, quippe qui mortis sententiam a Pilato ea-
iam invito extorserint. Ita plane omnia constarent.

Nihil tamen nobis in hac re Judæis concedendum,
quamquam possemus impune. Quare illud edicimus,
Jesum Christum eo mortis genere obiisse, quod anno
Scripturæ oraculo præsictum fuerat; obtinuisse autem
sustinemus apud Judæos, quemadmodum & apud
alias gentes, ut tostes vivi agerentur in Crucem.
Quando autem cetera in hanc rem nobis deessent
unum sufficeret, Ps. 21. 17. oraculum: *Foderunt manus meas & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea*;
hæc, inquam, apud æquas, & omnibus præjudiciis
vacuas mentes sufficerent. Psalmus enim apertissime
de Messia loquitur, ipsis fatentibus Judæis, nec sane
sententiam recenter adjectam, fuisse totius antiqui-
tatis consensus, qui integram retinet, quemadmo-
dum & legitur in nostris Bibliis Græcis & Latinis,
demonstrat. Paucorum sæculorum fraus est, qua Ju-
dæi recentiores, ano alterove exemplari corrupto,
atque altera pro altera litera substituta Textum cor-
ruperunt, ut sit sensus: *Velut leo pedes meos, & manus meas, dinumeraverunt omnia ossa mea*. Manet
tamen prior legendi ratio in quibusdam vetustis He-
braicis Bibliis, quorum sane authoritas veterum Ju-
dæorum consensu munita, tum sententiam nostram ni-
re confirmat, tum fraudes adversariorum confundit.

Neque oraculo minus aperto Zacharias loquitur,
cum spectaturos Judæos prædicit in suprema judicii
die virum illum, quem clavis confixerunt [3]:
Aspicient ad me, quem confixerunt. Eo spectans David
rogat [4]: *Confige timore tuo carnes meas, a judiciis enim tuis timui*. Tandem Jesus Christus in Evangelio,
& S. Paulus in Epistolis absolutam vitæ Christianæ ra-
tionem exhibent sub idea crucifixionis, quasi scilicet
rei apud eos gentes exploratissimæ. Quis, peto,
Christi verba percepisset, fiadentis, *qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus* [5]:
tum: *Si quis vult venire post me, tollat crucem suam, & sequatur me* [6], si nullus erat etucis apud Ju-
dæos usus? An enigmata loquebatur, Apostolis [7]
prænuncians, ire le Jerosolymam, ubi flagella sibi
& crux imminerent? Quid Apostolus ad Judæos,
monens: *Qui sunt Jesu Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis* [8]; tum & ma-
los Christianos fuggillans: *Rursum crucifigentes sibi metipsis Filium Dei* [9]: ac tandem de se protesi-
tus: *Mihi mundus*, ait, *crucifixus est, & ego mundo*? Hæc sane omnia per tropos usurpata verba rem
apud Hebræos, quemadmodum & apud alias gen-
tes, notissimam plane demonstrant.

USUS CRUCIFIGENDI APUD JUDÆOS.

SED operæ pretium ducimus morem suspendendi
in crucem homines, adhuc vivos, apud Judæos
obtinuisse deductis ex eorum historiis argumentis
ostendere. Cultores Phegor [10], Rex Hai [11],
posteri Saul Gabaonitis permissi [12], pueri, de
quibus Jeremias, in crucem a Chaldæis sublati [13],
omnes in cruce vitam absolverunt. Narrat Jose-
phus, Alexandrum Regem Judæorum 800. viros
optimates perduellionis reos, in crucem fustulisse, an-
te cruces vero uxores, & filios eorum jussisse tru-
cidari [14], quo supplicium miseris e causæ spe-
tantibus augeretur.

In Commentariis in Genesim [15] ex vulgata lec-
tionia, & Textu Septuaginta ac Vulgatæ ostendimus,
Pistorem Pharaonis prius capite truncatum, deinde in
crucem fublatum avibus escam præbuisse: *Auferet ca-
put tuum, ac suspendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnem tuam*. Si tamen originalis Textus fedulo
excutiatur, simulque cum aliis Textibus similia feren-
tibus comparetur, dubitatio laboritur in contrarium,
nec pertissimi desunt Interpretes [16] contendentes
Pistorem illum, spirantem adhuc, in crucem actum
fuisse, in qua tandiu defunctum corpus manisse,
quandiu ab avibus discerperetur. Hæc littera Tex-
tus [17]: Joseph ad Pincernam Pharaonis ait:
Tres adhuc dies sunt, post quos Thaaro levabit caput tuum, & restituet te in gradum priscinum. Ad Pistos-
rem autem converius somnium ita expliest [18]:
Thaaro levabit caput tuum super te, ac suspendet te in cruce, ubi lacerabunt volucres carnes tuas. Utrique
igitur prænunciat futurum, ut Rex *eorum caput levet*;
sed huic pristinum honorem, alteri vero imminen-
tem mortem denunciat; quare phrasis illa *levare ca-
put*, non est parvo capite minuere, cum & de Pin-
cerna nullo plane supplicio perimendo utsuperetur.
Nec est aut fatis esse dicrimiais suspicemur, quod
alteri dictum sit: *Levabit caput tuum*; huic vero:
Levabit caput super te; si enim postremum hoc sup-
plicium capitale designaret; par erit alterius phrasis
sensus, cum voces illæ adjectæ *super te*, mirum exhi-
beant pleonasmum: quemadmodum in sermone vo-
naculo si quis dicerer: *Abscindet caput tuum super te*,
tantundem plane significaretur, ac *abscindet caput tuum*.
Alius igitur phrasi sensus quærendus est.

Sepe in Hebræo *tollere caput*, seu *tollere summam* valet *censum facere*: *Quando tuleris summam*, nempe
censum facies *filiorum Israel juxta numerum, dabunt*

singuli

(1) *Vide Casaub. Exerc. in Baron. Seldon. de Synod. l.*
2. c. 13. *Schickard. jur. Reg. &c.* (2) *Luc.* 22. 37. (3) *Zach.*
12. 10. *Vide & Jo:* 19. 37. *Apoc.* 1. 7. (4) *Ps.* 118. 130.
Septuag. Catholicon (5) *Matt.* 10. 38. (6) *Matth.* 16.
24. *Vide & Mar.* 8. 34. *Luc.* 9. 23. & 14. 27. (7) *Matth.*
16. 21. & 20. 19. & 26. 2. (8) *Galat.* 5. 24. (9) *Hebr.*
6. 6. (10) *Num.* 25. 4. (11) *Josue* 8. 29. (12) 2. *Reg.*
21. 9. (13) *Jerem. Lamant.* 5. 1. 3. (14) *Antiq.* l. 13.
cap. 22. (15) *Gen.* 40. 13. 19. (16) *Jun. Pisc. Genev. in*
Gen. 40. 13. 20. & *Oleast.* (17) *Ilisa eth vaschecha Pha-*
raoh eth rosch ve Kahnoth. (18) *Ilisa eth rosch ve-*
mei Mealecha.

singuli pretium pro animabus suis Domino (f): Expendendum modo, an forte Josephi verba ita explicanda sint, ut cum censum eorum, qui in carcere detinentur, vel saltem Præfectorum aulæ Pharao instituerit, tunc & Pincernam libertati, & Pistorem debito supplicio tradiderit. Nihil hac interpretatione pronius, qua sane omnis utriusque vaticinii repugnantia tollitur. Porro Præfectus carceris summa erat dignitas apud Ægyptios, Hebræos (2), & Romanos Putiphar herus Josephi hanc obtinebat tub Pharaone (3). Jonathas Scriba, vel Sopher sub Sedecia Rege Juda (4). Apud Romanos carceris Præfectus qui Commentariensis appellabatur, de reis sibi commissis respondebat, eorum numerum apud le habebat exactum, eosque singulis mensibus, cum ætate & crimine, de quo accusabantur, Judici repræsentabat (5). Parem credimus obtinuisse apud Ægyptios consuetudinem: quare die natali suo celebri Pharao postulato reorum catalogo, tum & criminum accusatione inspecta, tempore carceris suppustato, eorum *caput tulit*, nempe censum instituit, qui simul occasione Pincernam libertati, Pistorem supplicio tradidit.

Nostræ huic interpretationi lux affulget exemplo phrasis non absimilis ex Libro Regum deducta. Joachim Rex Juda, in captivitatem a Nabuchodonosore deductus, & Babylonem transfretus durum subiit carcerem coactus est. Sed vita functo Nabuchodonosore, Evilmerodach rerum potitus nihil antiquius habuit, quam ut Regem sibi amicissimum e carcere eductum apud optimates suos honoratissimo loco haberet. Textus ad literam habet (6): *Sublevavit Evilmerodach caput Joachim Regis Juda, & de carcere eduxit*; i. e. e censu captivorum, qui in custodia Præfecti carcerum detinebantur, educens libertati restituit. Pari usus est indulgentia Pharao erga Pincernam; Pistorem vero a consortio quidem ceterorum vinctorum revocavit, sed ut supplicio perimeret: quare *levavit caput* ipsius, nempe e censu ceterorum subduxit, ut ad supplicium raperetur. Patet etiam originalis Textus ita reddi, quasi scisset Pharao virum a consortio viventium removerit. Ita miserum hujus hominem inter eos habere posfumus, qui crucis supplicium viventes subierunt.

Plura etiam alia supperunt exempla tum in Scriptura, cum apud Prophanos Authores. Aman, ejusque filii in eadem truces acti fuerunt, quas Mardochæo, & Judæis paraverant (7). Artaxerxes præcipit eos omnes Chananæitidis Præfectos, qui operam suam in constructione Templi Jerosolymitani negassent, in crucem ex trabe ab eorum ædibus desumpta, agi (8). Judæi quamplures, referente Philone (9), crucis supplicio Alexandriæ perempti leguntur. Alexander Magnus 2000. Tyrios eodem supplicii genere absumpsit (*), eodemque pæsim in reos animadvertum apud Persas (10), Romanos, Ægyptios, & Africanos, Africani autem morem a Phœnicibus, unde & genus, derivaverant, eumdemque in plectendis sontibus observabant præ ceteris gentibus frequentius. Scitum est enim solemne fuisse apud illos vel ipsos leones in crucem levare, quo eorum aspectu & miseratione leones eosdem adducti executerunt. Omnes autem per Orbem gentes, quibus crucis supplicium familiare erat, nonnisi vivences *suspendere* noverant: quid igitur Hebræi soli inter omnes defunctorum tantum corpora erueifixerint; eum maxime gens esset sævitiæ, ac effundendi sanguinis aviditate, nulli secunda?

Nec tamen negare ausim commissum fuisse aliquando, ut necati antea sontes deinde in crucem tolleretur. Ita Chananæi Reges a Josue debellati, ejus jussu interfecti, in patibulum deinde seu in gelum sublati sunt (11): Sicarii Isboseth manibus pedibusque truncati in crucem, jubente Davide, juxta piscinam Hesebon acti sunt (12). Caput & manum Nicanoris viri impii, qui eamdem manum in Templum Domini levaverat, levari jussernnt Macchabæi (13) in-palum e regione Jerusalem erectum. Antiochi Epiphanis satellites apollo & uberibus matrum filios, circumcisione ab ipsis mulieribus initiatos, suspendentes, præcipites deinde e mœnibus miseras egerunt (14). Julius Cæsar, cum in Piratarum manus incidisset, impavidus victoribus insultans, jactabat quasi per ludum sese (15), libertati, si sors daretur, restituturum classe illos persequuturum caproque acturum in crucem. Nec promissis defuit; pretio enimm ab ea captivitate liberatus, comparata classe atque in Piratas invectus, præsio victos capitali supplicio damnavit: quamquam humanitatis ab ipsis præstitæ memor voluit, ut ignominiæ & cruciatui ejus supplicii parcerentur: quare contra receptam apud Romanos consuetudinem, neci tradi prius quam in patibulo suspenderentur, imperavit. Tarquinius Priscus contrario plane consilio quos violentus manus sibimet intulisse compererat, eorum cadavera palo suspensa in ecam bestiarum relinqui voluit (16); ratus ejus rei ignominiam ab Infando scelere populum revocaturam, Ptolemæo Rege Ægypti patria Cleomenes passus est (17).

Rabbinorum narratione traditum est (18) post confectos lapidatione reos, frigida eorum cadavera manibus alligata in elato patibulo suspendi ad vesperam usque contueviše; demum deposita, inquiunt, ante Solis occasum sepulturæ tradebantur, juxta præscriptum Legis (19): *Quando peccaverit homo, quod mortis plectendus est; & adjudicatus morti appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadaver ejus in ligno, sed in eodem die sepelietur. Quia maledictus a Deo est, qui pendet in ligno.* Ita plane servatum est in Rege Hai, quinque Regibus Chananæis (*), ac tandem in Iesu Christo, geminisque latronibus, ante noctem ineuntem sepulturæ traditis (20).

Accidit interdum, cum maxime specialis quædam criminis ratio postularet, ut horrori ingerendo plurium dierum, quin & menfium spatio suspensa in patibulo cadavera relinqueretur; quod factum legimus a Gibaonitis cum filiis Saul in supplicium subtis (21); eodemque ipcitasse cædimus Sapientem (22) in illo: *Oculum qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris sue, effodiant eum corvi de torrentibus, & comedant eum filii aquile.* Veteres etiam si quando aliquem ad supplicium deposcebant, clamitare solirt erant: *Ad torum.* Et Horatius l. 1. Epist. ad Curt.

Non hominem occidi. Non pæsses in cruce corvos.

In hunc sensum Josephi ad Pistorem Pharaonis loquutum supra adduximus: *Suspendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas.* Interdum appositis militibus (23) furtiva eorporum rapina miseri illius hominis in patibulo suspensi, neceffarii arcebantur (23) Nota est historia Matronæ Ephesinæ (24). Regi Lysimaco crucem minitanti Theodorus Cyrenæus respondit, eo certe minarum genere terreri Aulicos potuisse; sibi vero perinde esse humi ne an aeri expositus computresceret (25).

(f) *Exod.* 30. 12. *Vide & Num.* 1. 2. 49. & 2. 2. 32. (2) 3. *Reg.* 22. 27. & 2. *Par.* 18. 26. (3) *Gen.* 39. 21. & 40. 4. (4) *Jerem.* 37. 14. (5) *Lex hac ff. de custod. rer. Miscitur ratio ergastuum diem semper Comment ariensis ingessoris numerum possessorum; variationem delictorum, transfugam ordinem, atrocitatem vinctorum; officium vigilis eorum librarium curavit nostre jubemus inferre.*

(6) *Reg.* 25. 27. (7) *Esther* 7. 9. 10. (8) *Esdr.* 6. 11.

(9) *Philo in Flacc.* (*) *Diod. Sicul.* 18. & *Q. Curt.* (10) *Vide Lips. de Cruce l.* 1. *c.* 11. (11) *Josu.* 10. 6. *Percussitque Josue & interfecit eos atque suspendit super quinque stipites: qui cum suspensi usque ad vesperam.* (12) 2. *Reg.* 4. 12.

(13) 2. *Macc.* 7. 47. (14) 2. *Macch.* 1. 64. & 6. 10.

(15) *Suet. in Jul. c.* 74. (16) *Plin. l.* 36. *c.* 15. (17) *Plutarch. in Cleom.* (18) *Talm. Sanhedrin.* 15.

(19) *Deut.* 21. 22. 23. (*) *Josue* 8. 29. & 10. 26. 27.

(20) *Jo.* 19. 31. (21) 2. *Reg.* 21. 8. 9.

(22) *Prov.* 30. 17. (23) *Herod. l.* 2. *c.* 121.

(24) *Vide Petron. Satyr.* (25) *Valer. Max. l.* 6. *cap.* 2. *extern.* 3.

Nomen crucis sive vernaculo, sive Latino sermone nonnisi peculiare supplicii genus designat; quod variam licet diversamque figuram obtineat, semper tamen in superiore sui parte, vel in media, vel saltem parum infra verticem, ab altero transverso ligno decussatur, qua in re supplicium illud a ceteris aliis latis distinguitur. Sed Græcum *stavros* non semper pro eodem usurpatur; non raro enim stipitem, palum, terminum designat, sicut etiam Hebræa vox (1), quæ cruci respondet, adhuc magis in incertum vagatur, cum lignum, sive arborem tantum exprimat. Quare crucem obtinuisse apud Hebræos, qualem nos solemus, nullo satis certo argumento demonstraretur; quamquam nostræ crucis figuram, quemadmodum & supplicium noviſſe illos vix dubitem. Si enim veterа quælibet monumenta in marmoribus & nummis sculpta consulantur, quid porro illa nisi vulgarem crucem exhibent? Luciauus diem dicit literæ T eo nomine, quod figura sua crucis ideam Tyrannis susceperit (2); Veteresque Patres passim Jesu Christi Crucem literæ T comparant. Nulla est igitur ea de re ambigendi ratio.

Narrant Rabbini numquam apud illos commissum fuisse, ut fontes apud arborem virentem, radicibus adhuc & ramis instructam suspenderentur: quippe quod solemne esset apud illos patibulum una cum corpore defuncti sepulturæ tradere (3); quamquam, inquiunt, id servabatur, ut patibulum non quidem cum corpore, sed in caverna, ubi olim reus detentus fuerat, sepeliretur. Sed hæc Rabbinorum esse commenta exemplo Jesu Christi, & duorum latronum discimus, quorum in eodem supplicii loco cruces sepultæ sunt. Si quæ autem ratio suppetebat, cur homines apud arbores viventes non suspenderentur, ea potissimum fuisse creditur, quod arbores illas, & fuctus inde provenientes, pollutos crederent.

Interdum funibus cruci alligabantur, interdum clavis; Jesus Christus ac duo Latrones clavis suffixi sunt; funibus vero alligatum ferunt S. Andream; quo scilicet supplicii cruciatus prorogaretur (4). De numero elavorum Jesu Christi quæstio est anceps; recepta magis, & probata opinio quatuor numerat. Solebat Crux erigi antequam patientes in eam elevarentur, quod maxime probam phrasen ab Authoribus Græcis, & Latinis usurpatæ huic supplicio designando (5). Dicebant enim *elevare hominem in crucem, extra ad crucem, suspendere crucc, ejusdem in crucem*. Galba candidatum crucem ceteris eminentiorem erigi præcepit suspendendo homini, quem Civitatis Romanæ privilegio munitum esse se clamitabat (6). Bassus Judæum Eleazarum in obsidione Machæruntis captum, veluti si ad crucem statim damnatus esset, erectam ante se crucem aspicere coegit (7). Ita plane & cum Jesu Christo servatum, ut scilicet erectæ jam cruci suspenderetur, Nonnus (8), & S. Gregorius Nazianzenus (9), quin & probata magis sententia tenent. Si quæ sunt exempla eorum palo sive crucibus infixorum, uti de SS. Pionio, & Metrodoro Smyrnæ (10) memoriæ proditum est, hoc cum iis quidem servari potuit, qui ad ignem parabantur, atque palis alligandi erant humilioribus cruce, quæ scilicet una cum patientis corpore alligato erigi non potuisset, nisi summo discrimine ut corporis concussione & pondere fatiscere vincula, ipsimque adeo corpus a patibulo revulsum præceps rnere cogeretur.

SUPPLICIUM LAQUEI.

Laqui supplicium prisci Hebræis plane cognitum, aliter sane apud Rabbinos descriptum est (*), quam nos eo nomine designemus. Sunt qui de illo dictum interpretentur, quoties in lege supplicium in reos decernitur, nullo tamen certo ejus genere indicato. Infligendi autem supplicii hanc tradunt rationem: patientis corpus usque ad genua infimo demergebatur, ac deinde obvolutum collo linemm tandiu in diversa trahebatur, donec fauces miseri præcluderet. Sed traditionis neque ex Scriptura, neque ex Josepho notæ suspecta nobis est fides. Legimus etiam post devictum ab Achabo Rege Israel Benadad Regem Syriæ, miserum illum Regem in extremas angustias redactum ita quosdam affatos: *Ecce audivimus, quod Reges domus Israel clementes sint; ponamus itaque fasces in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediamur ad Regem Israel: forsitan salvabit animas nostras* (11). Quid, rogo? funes illi in capitibus, sive in collo, nisi indicia sive promeriti ab ipsis supplicii, sive in signum præstitæ victori servitutis, & captivitatis? Achitophel indiguus prodítor, ejusque exempla sequutus Judas Iscbariotb, se ipsos suspendentes laqueo sibi vitam præciderunt (12). Principes Israel *manu suspensos* fuisse apud Jeremiam legimus (13), sive quod antea capite fuissent truncati, sive quod illud supplicii genus excogitatum fuisset, quo diutius cruciarentur; quemadmodum & cum Martyribus Christianis servatum interdum novimus, ut scilicet manu suspensi, immanique pondere pedibus alligato in aere pendnli torquerentur. Hæc nobis dicenda suppetunt de varia ratione crucifigendi, vel suspendendi.

Cum de homine damnando ageretur, summa id cautione factum est, juxta Rabbinorum doctrinam: namque post auditos testes & discussam causam, judicium in alterum mane differebatur. Interim Judices in ædes quique suas sese recipiebant, parco victu potuque, & abstemii prorsus reficiebantur. Secundum hæc bini, & bini seorsum coeuntes, secrisdis curis rem totam in examen revocabant. Mane autem alteritus diei judicium adhuc revocarii integrum erat, ita tamen ut qui reum in pervigilio crimine damnaverat, absolvere quidem posset; qui vero de illo absolvendo egerat, mutare sententiam non posset. Si autem prior damnationis lententia confirmaretur, tunc capitali judicio pronunciato, circa solis occasum reus ad supplicium trahebatur. Feralem pompam præcedebat adequitans præco, clara voce edicens: Vir iste tali, vel tali crimine reus damnatur: si quis aliqua pro illo habet, accedat. Si forte aliquis compareret, statim data signo a præcone reus reducebatur. Gemina e Prætorio Judicis missorum ad supplicium deductum sempec comitabantur, ut si quid haberet ipse reus pro se, sedulo audirent dijudicaretnique. Reducere autem reum quinquies permissum erat.

Hæc Judaicæ pietatis descriptio in Missna facta belle quidem rem explicat, nisi veritate, & sinceritate carerec. Ad libitum enim & de industria excogitatum commentum videtur, cujus ne vestigium quidem apparet sive in Sacra Scriptura, sive apud priscos Judæos. Contraria quin etiam omnia in Talmud legunntur. Ductus ad supplicium miser facramento se a crimine purgat, testes accusationem retractant; Judices nihilominus in sententia permanentes claminitant: Pereant falsi testes, Judex autem numquam semel latam sententiam retractat (14).

Æquissimi isti, si libet, Judices adeo a sanguine abhorrentes, ad furorem usque accusationes amant, ut quæstio fit anceps apud illos, an liceat litigantes inter se partes conciliare; qua in re Rabbi Eliezer censet, id quidem sine crimine fieri non posse; qui vero, inquit, huic discordantium conciliatori bona appreeatur, hic blasphemiæ execrabilis reus est; judicium enim vel montes ipsos penetrare par est. Hæc mitissimorum Judicum sunt placita.

(1) Es *Lignum, arbor*. (2) *Lucian. in judicio vocal.* (3) *Vide Halae Sanhedr. c.* 15. (4) *Abdiae l.* 3. *Hist. Apost. Proconsul mandat quaestionariis, ut ligatis manibus, & pedibus non clavis affixus, suspenderetur, quo divino cruciatu deficeret.* (5) *Vide Lips. l. de Cruce c.* 7. (6) *Sueton. in Galb.* (7) *Joseph. l.* 7. *de bell. c.* 25. (8) *Nonn. de Chr.* (9) *Nazianz. de Chr. pac.* (10) *Alla S. Pionii.* (*) *Vide, si lubet, Seldon. de Sinedr. l.* 2. *c.* 13. (11) 3. *Reg.* 20. 30. 32. (12) 2. *Reg.* 17. 23. *Matth.* 27. 5. *Act.* 1. 18. (13) *Lament.* 5. 12. (14) *Vide Buxtorf. Hist. des Juifs c.* 3. *l.* 5. *c.* 2. *art.* 17.

CARCER.

CARCER apud Hebræos, quemadmodum & apud ceteras gentes omnes, non semper in pœnam criminis, sed in custodiam eorum quibus criminis invidia creata esset, adhibebatur. Joseph indagandi veritatem eorum, quæ de Jacob patre suo ac Benjamin fratre dicebantur; cupidus, ceteris quidem remissis fratribus Simeonem in custodia retinuit [1]. Vir blasphemus ad Moysen deductus, & alius violatæ Sabbathi religionis reus [2], in carcere tandiu detenti sunt, quandiu de genere supplicii illis inferendi Dominus consuleretur. Ne Jeremias, & S. Joannes Baptista liberius ad populum loqui perseveraret, carceris cautione provilum est [3]. Michæas Propheta infausti um expeditionis in Rabbat exitum Regi Achab prædicens, in carcere detentus vaticinii sui eventum opperiri justus est [4].

Non minus etiam frequenter carcer loco pœnæ dabatur, nec mitis sane, nec honestæ, cum potissimum carceri gravius aliud jungeretur. Josephus per summam injuriam ab hera accusatus, & carcerem & catenas sustinuit [5]. Eadem passi sunt ambo illi Præfecti in aula Regis Ægypti [6]. Samson sævius aliquid ab hostibus toleravit, cum & luminibus orbatus, & carcere inclusus, molam torquere coactus est [7]. Reges in bello capti plerumque vinculis onerari in foveam projiciebantur; paria Oree Rex Israel a Salmanassare expertus est [8]; Joachaz Rex Juda, a Necao Rege Ægypti [9], Manasses Rex Juda a Rege Babylonis [10]. Quid Sedecias a Nabuchodonosore? oculis orbatus durum subire in vinculis carcerem per totam vitam coactus est: quo tamen vita functo, Joachin & libertatem & Regnum ab Evilmerodacho recepit [11]. David virtutem Abner a Joab proditione interfecti, celebraturus; in ejus funere canebat [12]. *Nequaquam ut mori solent ignavi mertuus est Abner. Manus tuæ ligatæ non sunt, & pedes tui non sunt compedibus aggravati. Tandem Artaxerxes in edicto pro restituione Templi Jerosolymitani lato capitale supplicium sive carcerem minitatur iis, qui Regiis sanctionibus temerario ausu contradicerent [13].*

Solebant plerumque crimine aliquo damnati vel capti, vel catenarum pondere premi, solebant & in nervo [14] interdum & manubiæ, & ferrea collaria addebantur. Accedebat arctus panis, & brevior aqua: *Sustentate eum*, ait Achab de Michæa, *panetribulationis, & aqua angustiæ, donec revertar in pace* [15]. Varia autem distingui possunt carcerum genera, alia custodiendis captivis destinata, alia plectendis reis arcta, & obscura [16]. Jeremias tria carcerum loca, quæ ille ex alio in alium translatus obivit, non obscure significat. Primo enim *in atrio carceris* detentus, in loco nempe publico, & amicorum visitationibus pervio [17], cujusmodi apud Romanos carcer, *libera custodia* appellatus est. Eo in loco detentus Propheta instrumentum empti agri a patruo Hananeele coram multis testibus firmavit. Deinde in *custodiam carceris*, nempe in locum arctiorem translatus [18], brevi tamen jubente Sedecia eductus, in atrium carceris restitutus est. Sed cum etiam atque etiam excidium Jerosolymæ minitari non desisteret, gravius id ferentes Principes in cisternam ante atrium carceris postam demiserunt. Arentior quidem erat locus, quod ad aquas attinet, sed luto, & gravolentia minime [19] tolerandus.

VINCULA DETENTORUM IN CARCERE.

VARIA obtinuisse genera vinculorum, compedum, & catenarum pro captivis fontibus, cetertisque in carcere detentis, res est exploratissima; sæpe jugo quodam collo imposito premebantur; constabat autem jugum geminis asseribus longis latisque, quibus per disposita foramina collum insertum constringebatur; Numellam id genus machinæ appellabant Romani [20]. Jussus est a Domino Jeremias vincula sibi & juga [21] inducere, sicut & alia id generis mittere per legatos, ab ipsis Principibus Jerosolymam missos, ad Reges Edom, Moab, Ammon, Tyri, & Sidonis. Voluit autem Deus eorum futuram captivitatem sub Rege Nabuchodonosor facto ipso designare. Cum vero Hananias Pseudoprophetæ jugum illud ligneum collo Jeremiæ circumpositum confregisset, statim Propheta Dei verbis prænunciavit, pro jugo ligneo ferreum se impositurum cervicibus omnium gentium, quas Deus ipse Nabuchodonosori esset [22] subjecturus.

Ad hæc forte vincula seu juga, cervicibus noxiorum imposita, spectasse creditur Propheta [23]: *Dominus dedit te ut sis dux super omnem virum arreptitium, & prophetantem, ut mittas eum in nervum, & in carcerem.* Vox in Textu originali aliquid habet similitudinis cum ea, quæ Achitophelis suspendio sibi vitam præcidentis factum exprimit [24]. Sunt qui designari credant aliud supplicii genus, Orientalibus quondam familiare, quo scilicet noxius *scaphis* quibusdam, vel arculis simul junctis ita totus constringebatur, ut simul per dispositos forulos caput, manus, pedesque prodirent [*]. Ita vero miser arctatus, mellis & lactis copiam sorbere cogebatur, tum & ejus faces ad solem conversa melle linebantur, quo scilicet & muscarum examina in tui injuriam alliciens impeditis manibus immotus tædium sustinere cogeretur, & lacte ac melle pastus venter lassaretur, excrementisque corrupta caro vermibus ebulliret, quibus ad illa usque penetrantibus universum tandem corpus depasceretur. Verum nullus dubito, Jeremiam five Propheta illum, cujus ipse verba refert, vincula potius quædam, quibus noxii in carcere premerentur, designasse.

Præter juga collum eorum, qui detinebantur in carcere, torquentia, familiares erant etiam discruciandis pedibus compedes [25]. Compedes autem machinas fuisse credo sæpe in historiis Martyrum recurrentes [26], quibus divaricata crura, in forulis data majori, vel minori proportione distantibus inserta, distinebantur [27].

Lignoque plantas inserit
Divaricatis cruribus.

Utitur sæpe Scriptura hac phrasi *dimittere in nervum* [28], pro in carcerem detrudere, sive compedibus stringere; & apud Prophetam sermo est de manicis ferreis, quibus constringendos Reges & Principes gentium Dominus edicit [29]. Huc etiam spectare poterunt annuli illi, sive circuli pedes Manassis Regis Judæ

(1) *Gen.* 43. 19. (2) *Levit.* 24. 12. *Num.* 15. 34. (3) *Jerem.* 32. 2. 8. *Matth.* 14. 3. (4) 3. *Reg.* 22. 27. & 2. *Paralip.* 18. 26. (5) *Gen.* 39. 20. & *Sir.* 104. 28. *Humiliaverunt in compedibus pedes ejus, ferrum pertransiit animam ejus.* (6) *Gen.* 40. 3. (7) *Judic.* 16. 21. (8) *Reg.* 17. 4. 6.
(9) 4. *Reg.* 23. 33. (10) 2. *Paralip.* 33. 11. 12.
(11) 4. *Reg.* 25. 27. 29. & *Jerem.* 52. 31. 33. & 52. 11. & 39. 7. (12) 2. *Reg.* 3. 33. 27. (13) 1. *Esdr.* 7. 26.
(14) *Eccli.* 6. 25. & 21. 22. *Levit.* 26. 13. *Jerem.* 27. 2. *Fac tibi vincula & catenas, & pones ea in collo tuo. Et* 40. 4. *Solvi te hodie de catenis, quæ sunt in manibus tuis. Act.* 12. 7. *Cecidarunt catenæ de manibus ejus.*
(15) 3. *Reg.* 22. 27. (16) *Isai.* 24. 22. & 42. 7. (17) *Jerem.* 32. 2. 12. (18) *Jerem.* 37. 4. 14. 20. (19) *Jerem.* 38. 6. *Vide etiam Zacch.* 9. 11. *Ecbillachabi ofiraji bmilkhor*-
(20) *Nomine. Numella est machina lineis genus, ad noxios*

discruciandos elim, parari solitum, quæ & cellum, & pedes ipsorum immittebant antiqui. (21) *Jerem.* 27. 2. *Mosothu umothehh.* (22) *Jerem* 28. 10. Vide etiam *Levit.* 26. 13. *Ezech.* 34. 27. *Pf.* 2. 3. ubi sermo est de jugis, & vinculis captivorum. (23) *Jerem.* 29. 26. *el hammahpecheh, vuel hatzrtzinek, In nervum & in carcerem.* (24) 2. *Reg.* 17. 23. *Vajetzchenak.* (*) *Plutarch. in Artaxerxe, Zonar. tom. 1. Annal. Gallen. de Cruciat. Martyr. c. 1.* (25) *Job.* 13. 27. & 33. 11. *Proverb.* 7. 22. *Sad* (*) *bechet.*
(26) *Rufin. l. 6. cap.* 32. *Histor. & l.* 8. *cap.* 11, 12. 14. *Nicephl. l.* 7. *cap.* 9. (27) *Prudent. Hymn.* 4.
(28) 2. *Paralipomen.* 17. 10. *Isai.* 20. 2. & 29. 27. *Hammahpecha th.*
(29) *Pſal.* 149. 8. *Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis Bechafile. Varcel.*

Juda ſtringentes, cum Babylonem captivus tranſferretur (1).

Tandem mentio occurrit manubriarum, ſive vinculorum, quibus manus ſtringebantur. Hiſce manubiis, ſive catenis manus alligantibus Jeremias oppreſſus relevatus eſt agente Nabuzardano (2). Deus dativum ſe pollicetur in poteſtatem Cyri Ægyptios, & Æthiopes, qui devinctis catena manibus, ejus Regis triumphum ſequerentur. Ex ære plerumque conflatos annulos illos & catenas, quibus colla manuſque vinctorum conſtringebantur, docet ſolemnis illa Scripturæ phraſis, *onerari ære* (3), quæ tantumdem valet ac apud noſtrates, tum & apud Latinos illud ferro onerari, manibus nempe pedibuſque catenis vinciri.

Supplicium Tympani.

INter ſupplicia Veteris Teſtamenti Martyribus excruciandis inventa Author Epiſtolæ ad Hebræos Tympanum recenſet (4). Quid autem eo nomine ſignificetur, variant Interpretes. Author Vulgatæ Græcum illud *tympanizthai* reddit *diſtenti ſunt*, unde conjecturam derivarunt Viri quidam non imperiti de equuleo locum interpretandi (5). Porro equuleus ſupplicii genus eſt tam apud Latinos olim notum, quam hodie Eruditis incognitum. Græci, quibus in explicatione vocum ſuarum plus aliquid quam Latinis deferendum videtur, alio plane ſenſu vocem interpretati ſunt. Alii enim capite plexos redduntˌ alii deglubitos, alii fuſte cæſos, alii tandem de quocumque neeis genere dictum interpretantur (6). Nec ſane negari poteſt, eo quandoque ſenſu vocem Græcam uſurpari; ſed Apoſtolum ſingula ſuppliciorum genera recenſentem, vocem ſupplicium in genere donantem uſurpare voluiſſe quis credat?

S. Joannes Chryſoſtomus (7), & poſt illum Theophylactus, Oecumenius, Recentioreſque nonnulli ſpectatum malunt ab Apoſtolo S. Joannem Baptiſtam, & Jacobum Apoſtolum, quos ambos capite plexos ſcimus. Addi poteſt Euſebii authoritas reddentis, uti quidem credimus, verbum illud *tympanizeſthe* capite plectere; quemadmodum in ejus hiſtoria Martyrum Lugdunenſium legere eſt (8). In mandatis dederat Imperator, eos quidem qui fidei nunciius remitterent, libertatem obtinere; quemadmodum & juſſionibus Cæſareis pervicaces *tympanizeſthe*. Quare Judex ſi quos Cives Romanos fidei Jeſu Chriſti anhærentes deprehenderet, illos damnabat capitali ſupplicio, ceteros vero beſtiis tradebat. Sed ibi potius vocem illam uſurpaſſe Euſebium credimus ultimo ſupplicio utcumque, non certo aliquo ſupplicii generi deſignando: eorum enim, quos *tympanizeſthe* Imperator præceperat, alii quidem capitali ſupplicio, alii beſtiis expoſiti perimebantur.

Manifeſtius aliquid in eam rem reperiſſe nobis videmur apud Caſaubonum in notis ad Athenæum (9). Ephorion Chalcidenſis narrat, conſuevisſe interdum Romanos quinque minarum præmium deſtinari iis, qui *timpanizmon* ſe toleraturos offerrent: ea ſcilicet conditione, ut illis eo ſupplicio ſublatis, hæredibus cederet merces. Accidit non raro, inquit idem Author, ut inter ſe plures ea de re contenderent, quiſque pro ſe certantes, ut capitis ſui diſpendio præmium reportarent. Erat igitur tympaniſmi ſupplicium ipſiſſimum, quod apud nos capitale dicitur, quemadmodum Euſtathius poſt laudatum eumdem Athenæi locum animadvertit (10). An tamen illud *apotympaniſthenai* explicari potius debuerit de ultimo ſupplicio uteumque, quæ deinde generalis vox ex ſubſequentibus verbis ad capitale ſupplicium determinetur æquis Lectoribus dijudicandum relinquimus.

Quod vero Apoſtolus præ oculis habuerit ſupplicium S. Joannis Baptiſtæ, & S. Jacobi, quemadmodum S. Joanni Chryſoſtomo aliiique Interpretibus eſt viſum, nobis quidem minus probatur quam ſententia Theodoreti, & interpretum fere omnium, Macchabæos Martyres ſpectatos ab Apoſtolo autumantium. Perſuaſum enim ex contextu ſermonis habemus, nonniſi ad SS. Veteris Teſtamenti Apoſtolum alluſiſſe.

Heſychius, Suidas, Oecumenius vocem de qua agimus, reddere malunt, detracta pelle occidere; qua in re nullam habent interpretationis ſuæ conjecturam, niſi hanc tantummodo, quia ſcilicet de omnibus æque ſuppliciis vox illa uſurpata, potuit aliquando etiam peculiare hoc ſignificare. Fatemur quidem, hiſtoriam illam Macchabæorum, quam præoculis habuiſſe Apoſtolus creditur; dum hæc ſcriberet, de cute capitis uni ex adoleſcentibus detracta juſſu Antiochi exponi, quod ſane Scriptoribus illis hanc mentem indit; ſed quænam conjecturæ iſtæ? quam futiles?

Firmior videtur ſententia vocem illam referens ad virgarum ſeu bacillorum ſupplicium; *tympanum* enim, unde verbum *tympanizein*, muſicum eſt inſtrumentum extenſo corio tectum, quod bacillis pulſatur. Ariſtophanis Scholiaſtes ſupplicium Tympani appellari tradit bacillos, quibus noxii Judicis ſententia cæduntur (11).

S. Martyr Eleazarus, cujus potiſſimum ſpectaſſe ſupplicium Apoſtolus creditur, bacillis confectus eſt. Ita enim Textus (12): *Confeſtim ad ſupplicium* (ad litteram *ad tympanum*) *trahebatur. Sed cumplagis perimeretur, ingemuit & dixit: Domine qui habes ſanctam ſcientiam, manifeſte tu ſcis, quia cum a morte poſſem liberari, duras corporis ſuſtinio labores*; neuspe ictus virgarum, ſeu bacillorum. Ex collatione textus Apoſtolici cum ſuperiori ſtatim intelligimus, hanc hiſtoriam ab Apoſtolo ſpectatam fuiſſe. *Alii diſtenti ſunt* (ad litteram *Etympaniſthesan*) *non ſuſpicientes redemptionem, ut melioremˌ invenirent reſurrectionem*. Joſephus, qui Macchabæorum hiſtoriam exornavit, virgis cæſum Eleazarum deſcribit (13); quamquam illud etiam addit, nimirum eandentibus ferreis laminis aduſtum atque ignitis foctidique liquoribus per nares tranſmiſſis confectum. Sed de eo mortis genere nihil legimus in libris Canonicis Macchabæorum: neque ad Joſephi ſcripta, recentiora illa fane, ſpectare æquam Author Epiſtolæ ad Hebræos potuit.

Neque unus Eleazarus virgas ac flagella ſuſtinuit, cum parem etiam ſupplicii pœnam ſubiiſſe ſeptem fratres Macchabæos legamus (14): namque *flagris, & tanreis cruciati* Martyrium obierunt. Quare nullus eſt ambigendi locus, Apoſtolum virgarum ſeu bacillorum ſupplicium tympani nomine deſignaſſe. In hanc ſententiam conveninnt peritiſſimi Interpretes Eraſmus, Druſius, Jacobus Capellius, Piſcator, Beza, Eſtius, aliique nonnulli.

Hoc ſupplicii genus noſtra etiam ætate obtinet apud Turcas (15), qui noxios prono in terram corpore ſternentes, pedes bacillo, quem Palkala appellant, alligatos milites detinentes in altum ſuſtinent. Tunc inſtructo baculo pedum plantæ cæduntur, ſicut & humeri, ac dorſum plerumque uſque ad centum ictus. Quibus mille infliguntur, ii ſane raro vitam prorogant, Judex interim corollæ cujuſdam Turcicæ calculis ictus numerat, pro quibus ſingulis ſibi a noxio ſolvi jubet monetam, quam nos *piaſtra* vocamus. Romanorum moribus in eo ſupplicio inferendo ita receptum erat, teſte Svetonio in Tiberio, cap. 60. *Exploratorem vis ſtratum humi pone ad necem verberavit*. Non ſatis a vero abludentes ſuſpicaremur, Tribunum illum Romanum hoc ſupplicii genere animadvertere ſtatuiſſe in Apoſtolum Paulum Jeroſolymæ captum. Narrat enim S. Lucas Act. 22, 25. juſſiſſe

(1) 2. *Paralip.* 33. 11. *Bachuchim.* (2) *Jerem.* 40. 1. 4. *Nazikim.* (3) *Nichoſchethim.* Vide 2. *Reg.* 3, 34. *Judic.* 6. 21. & 2. *Reg.* 25. 7. & 2. *Paralip.* 33. & 36. 6. 11. & 1. 2. 11. *&c.* (4) *Hebr.* 11. 35. (5) *D. Th. Cajet. Hammond. in Ep. ad Hebr. Hier. Mag. lib. de Equuleo, cap.* 10. *&c.* (6) *Camerar. Gaſtal. Grot. Gataker. &c.* (7) *In eum locum.* (8) *Hiſt. Eccleſ. l. 5. cap.* 1. (9) *Athen. lib.* 5. *Dipnoſophiſt. & Ephorian. Chalcidien.* (10) *Vide & Fauvrini Lexic. & notas Gothofredi Jungemani in libel. Magii de Equuleo.* (11) *Scholiaſt. in Plut. Ariſtoph.*

(12) 2. *Macc.* 6. 19. (13) *De Macc.* 6. 19.

(14) 2. *Macc.* 7. 1. (15) Vide *Joan. Montalban. Renat. Turric. P. Eugen. Roger. Terra Sancta lib.* 2. *capit.* 57. *pag.* 326.

Tribunum virum illum ad quæſtionem virgarum vinculis alligatum extendi. Qui etiam mos, virgis ſcilicet vel baeillis in noxios animadvertendi, hodie uſque Perſis eſt familiaris.

FLAGRORUM SUPPLICIUM.

FLagrorum pœna non multum ſane ab ea, de qua verba fecimus, recumque, abludit. Moyſes præcepit Deut. 25. 2., ut ſi quis dignum aliquid eo ſupplicio commiſiſſet, *Judices proſternerent, & coram ſe facerent verberari. Pro menſura peccati addit, & plagarum modus, ita tamen, ut quadragenarium numerum non excedant, ne ſuæ laceratus, ante oculos vues abeat frater tuus.* Quamquam autem loeus æque referri poteſt ad virgarum & bacillorum ſupplicium, vulgo tamen de flagris interpretantur, quod ſane ſupplicium familiarius obtinuiſſe tum & fuiſſe minus omnium illiberale Doctores Judæi teſtantur. Errores uſque ad 160. numerant eo piamine purgandos (*): quin ea omnia crimina, quibus nulla capitalis pœna in Lege decernitur, ſi alioqui pœna aliqua punienda ſint, nonniſi flagellis deleri, nec iis 39. criminibus exceptis, in quæ Deus ſegregatione ſive excommunicatione animadvertendum decernit. Ea etenim ſententia Doctoribus iſtis arriſit, ut cum nullum certum ſupplicii genus pro hiſce criminibus in Lege ſtatutum legatur, non ſit ſane, eur gravius aliquid quam flagella expoſcant, juxta illud odioſa dum fieri poſſit miſeratione lenienda ſunt.

Cum autem noxius judiciali ſententia ad flagra damnaretur, ſtatim a tortoribus exutus veſtibus, immo etiam iis diſciſſis, ſi forte opus fuiſſet, uſque ad ilia nudus patens dorſum tantis quadrifidis quem ætiam morem Romani in eo ſupplicii genere inferendo ſequuti ſunt (1) præbebat (2). Porro flagra illa adeo erant producta, ut vel ad pectus pertingerent, quamquam nec deſunt qui aſſirmeut, ſexies dorſum, ter inde pectus cædi alternatim conſueviſſe. Alligabatur vero reus ſtrictis vinculo brachiis ad columnam adeo ſane humilem, ut prono dorſo flagra excipere a tortore in ſuppoſito lapide terga ſtatue cogeretur. Aderant tres Judices, quorum alter clamabat (3). *Niſi confeſſaueris & feceris verba legis hujus, augebit Dominus plagas tuas & plagas ſeminis tui.* Secundus Judex ictus numerabat, poſtremus ad officium tortores provocabat. Eo piamine plaeari Deus credebatur, ſi tamen noxius crimen ſuum fateri, atque pœnitudine tangi voluiſſet. Qui enim in crimine perviaeces manſiſſent, & poſt flagella ter repetita in maximis criminibus, quater vero in levioribus iterum rediiſſent ad vomitum, in carcerem adeo arctum detrudebantur, ut humanam altitudinem non exeederet, ubi nec cubandi locus eſſet. Addebantur jejunia breviori pane, & aqua tolerata: cum vero noxius confici jam videretur, hordei menſura vitam deinceps tolerare uſque ad mortem cogebatur.

Sunt qui contendant (4) numquam fuiſſe commiſſum, ut plus minuſve, quam triginta novem ictus intelligerentur, qui ut Legis præceptos ſerviretur, ad criminis & arbitrii Judicum normam temperabantur. Schikardus tamen demonſtraſſe ſibi videtur (5), in vulgaribus quidem criminibus numerum 39. ictuum aliquando expletum non fuiſſe, ſuperatum vero numquam, ſpectato ſemper fontis robore, tum & criminis gravitate; cum vero multiplicari crimina contigiſſet, ſive in reum ſepius fuiſſet animadverſum (eodem, vel alio eadem pœna plectendo commiſſo crimine), tunc vulgarem numerum excedere vel ſaltem ſæpius iterare liberum fuiſſe contendit.

S. Paulus de ſe tradit, quinquies variis datis occaſionibus vulgarem iſtum ictuum numerum a Judæis ſubiiſſe (6). Diſerte etiam ibidem diſtinguit duo illa ſupplicia, virgarum, & flagrorum; bis enim ſubjectum ſe flagris, ter vero virgis prodit. Virgæ tenuiores erant, quam baeilli (7); virgis Synagogæ omnes per Romanum Imperium (utpote Romanis familiaribus) uebantur: eum interim flagra pro veteri more Synagogæ per Judæam retinuiſſent (8).

Virgarum plura ſunt in Scriptura genera: virga eſt ferrea apud Prophetam: (9) *Reges eos in virga ferrea.* Iſraelitis rogantibus, ut impoſito a Patre tributorum jugo relevarentur, reſpondit Roboamus (10): *Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem eadem vos ſcorpionibus.* Hebræum *akrabim* ſonat quidem ſcorpiones, poſitumque eſt pro flagris, cuſpidibus, & ſpinis armatis inſtar ſcorpionis ferientibus. Vulgo Rabbini (11) locum explicant de rubis, vel virgis ſpinoſis, nodiſque aſperatis. Paraphraſtes Chaldæus vertit *maragnin*, quod ipſiſſimum eſſe Græcum *maragna* creditur; ſonat autem taurea (12). Genus autem iſtud ſupplicii plures Martyres toleraſſe legimus; deſcribitur autem a S. Iſidoro (13): *Si nodoſa vel aculeata virga ſit, ſcorpio reſtiſſime nomine vocatur, quia arcuato volumine in corpus inſligitur.*

Solebant rei ad flagra, ſeu virgas damnati in dorſo cædi: *Virga in dorſo ejus, qui indiget verbe* (14), ait Salomon, & Prophera de flagellis Meſſiæ locutus, ait (*): *Supra dorſum meum fabricaverunt peccatores.* Joſephus ſupplicium narrans S. Senis Eleazari refert, nudatum veſtibus, atque in flagra paratum, ex utroque latere virgarum ictibus cæſum fuiſſe, clamantibus interim tortoribus, ut Regis juſſionibus morigerum ſe præberet. Hiſcebat caro, patebant viſcera. Non raro utroque latere rei cædebantur: *De ſervo peſſime latus ſanguinare neceſſe eſt*, ait Author Eccli. 42. 6. Interdum virgis cædebatur: *In virga percutient maxillam Judicis Iſrael*, ait Michæas 4. 14. Hunc morem facile ſpectavit Jeremias; quo enim in loco Vulgata legit: *Mittamus lignum in panem ejus* (15), Hebræus reddi potelt: *Mittamus lignum in maxillam ejus.* Porro illa Prophetarum oracula tunc impleta ſeimus, cum Jeſu Chriſti caput militari licentia arundine, quam ipſo in manibus tenebat, cædebatur: *Percutiebant caput ejus arundine* (16).

Ceterum flagrorum apud Hebræos ſupplicium haud illiberale habitum fuiſſe docent Rabbini, ut ne probro quidem cuiquam verti, tamquam ignominioſum poſſet. Nemo cujuſcumque generis ſit iſraelita ſi quid animadverſione dignum commiſiſſet, a flagris eximebatur, non Summus Sacerdos, non Rex, quos ad flagra damnare magno Sanhedrio, tamquam ſupremo omnium Tribunali, fas erat. Ita quidem Rabbini, quibus docti quidam Interpretes addipulantur; illud etiam animadvertentes, flagri ſupplicium apud Orientales ingenuum præ eeteris habeti. Nec ſane apud Mahometanos noſtra etiam ætate mos deſiit, ut flagris non mancipia tantum, ſed liberi etiam homines ſubdantur. Tradunt inſuper, in moribus poſitum fuiſſe olim apud Reges Perſarum, ut leviora quæque errata ab Optimatibus Regiæ menſæ aſſidentibus commiſſa flagris expiarentur; quod ab illis tamquam peculiare aliquod a Rege acceptum beneficium magna gratiarum ſignificatione excipiebatur (17). Summi quidam Viri apud Græcos memorantur, qui poſt ſubjecta flagellis terga ampliſſima quæque Patriæ ſuæ munera honoris gratia ſibi demandata gefferunt: Lichas, filius Arceſilai, flagra Lictoris manu exeepit in pœnam veteris diſciplinæ in bello aliquanto immutatæ, quamquam ſtrenui ea occaſione Dueis partes omnes expleſſet. Secundum hæc legationem egit apud Argos (18). Addunt, Reges, ſi forte flagrorum diſciplinæ ſeſe ſubmiſſiſſent, id quidem

(*) *Vide Seldan. de Synhed. l. 2. c. 13. Schikard. de jure Reg. cap. 2. theore. 7. Gron. ad Deut. 25.* (1) *Aſſ. 16. 22.* (2) *Vide Maimon. Halac. Sanhed. cap. 17.* (3) *Deut. 28. 58.* (4) Vide *Abenezram, Draſi. Seldan. l. c.* (5) *De Scer. Reg. c. 2. theor. 7. ex Maimon.* (6) *2. Cor. 11. 24. Quinquies quadragenas una minus accepi.* (7) *Vide Gallon. de cruciat. martyr. cap. 4.* (8) *Baſnag. Hiſt. des Juifs. livr. 5. chap. 17.* (9) *Pſalm. 2. 9.* (10) *3. Reg. 12. 11.* (11) *Sarchi Kimchi Levi ben-Gerſon, Carpzovius &c.* (12) *Vide Hiſych. & Pollux. & Boch. de anim. ſacr. tom. 2. l. 4. c. 2. & 29.* (13) *Etymol. l. 6. cap. ult.* (14) *Prover. 10. 13. & 26. 3.* (*) *Pſalm. 128. 3.* (15) *Jerem. 11. 19.* (16) *Marc. 11. 19.* (17) *Peſſidon. apud Athen. l. 4. cap. 13.* Vide & *Stobæum ſer. 12. ex Nicolae.* (18) *Thucidid. l. 5.*

quidem

quidem pœnitudinis ſpiritu voluiſſe, ipſos ſibi virum ſeleginſſe, cui terga in flagra ſubmitterent. Ita plane de Henrico II. Rege Angliæ memoriæ proditum legimus, flagra ſcilicet ſponte ſubiiſſe, neci S. Thomæ Cantuarienſis expiandæ.

Verum neque Rabbinorum authoritas, neque rerum hucuſque exempla tanta ſunt, ut ſupplicium illud liberale apud Judæos fuiſſe nobis perſuadeant; nec facile credimus committi unquam potuiſſe, ut Rex & Summus Sacerdos Sanhedrii ſententia flagellaretur. Scitum eſt enim, Reges Juda & Iſrael uni Deo ſubjectos ſe noviſſe, cui uni geſtorum ſuorum rationem reddendam fatebantur; quare David poſt cædem Uriæ, & commiſſum cum Berſabea crimen; converſus ad Deum dicebat: *Tibi ſoli peccavi*[1]. Neque exempla ſuppetunt ulla exerciti a Judicibus populi juris in Reges, ſive in Summum Sacerdotem; cum alioquin ſexcenta occurrant ſuprema horum Principum authoritatis, tum & in ſummis criminibus impunitatis? Si Reges Perſarum olim ſummos Aulæ Præfectos flagrorum ſupplicio pares habuerunt, quid hæc ad Reges Iſrael, & Summum Domini Sacerdotem ſententia Sanhedrii damnandos? Porro Reges Perſarum ſubjectis ſibi populis æque omnibus mancipii jure utebantur. Par uſurpabant jus in ſuos Reges Judæorum, quemadmodum ex hiſtoria gentis intelligimus; quare vix eſt ut nobis perſuadeamus, tantam fuiſſe Judicibus inferioribus authoritatem, ut Reges illos tamquam vulgares e populo tradexerint. Credant hæc qui Rabbinorum ſententiis & ſtudio delectantur. Sed hæc omnia ad flagra tantum illa referenda ſunt, quæ legalibus quibuſdam criminibus expiandis in Synagogis imponebantur, non ad publicum a Judicibus inflictum pro delictis ſupplicium.

Plane Jeſus Chriſtus imminentia ſibi & Diſcipulis ſuis mala prænuncians, aliam nobis de flagris ideam ingerit; illud enim ignominia, & dolore plenum ſupplicium numquam non exaggerat, ac de paſſione ſua loquutus potiſſimo ſemper loco flagella commemorat [2]. Nec S. Paulus ſupplicium illud omittit, cum mala recenſet pro Chriſto tolerata [3]; & Philoſ tatis ejus ignominiam inſinuat, cum fœdiſſime habitos a Flacco Judæos Alexandrinos deſcribit [4]: Flagris, inquit, cæſi ſunt, quod ſupplicii genus ingenuo homini par morti reputatur. Cum Antonius cæſum Antigonum Regem Judæorum, palo dein alligatum capite detruncaſſet, rem egiſſe impotenti homine dignam habitus eſt; quippe quod ſupplicio hominem ſubdiſſet, numquam in Reges Romanis unoribus uſurpato [5].

In ſuperioribus jam obſervavimus Doctores Judæos [6] flagellis omnia ea crimina ſubjiciſſe, quæ exterminii pœna in Lege damnantur; qua in re quædam nobis animadvertenda ſunt. Tria exterminii genera diſtinguenda; primum ex Rabbinorum doctrina ipſiſſimum eſt flagrorum ſupplicium, Judicum ſententia latum in eos, qui crimina inferius recenſenda commiſiſſent; alterum pœna eſt occulta a Deo immiſſa in eos, quos criminibus alioqui exterminio dignos reos, Judices tamen damnare non poſſent; tertium eandem ipſa eſt excommunicatio.

POENA EXTERMINII.

QUÆ exterminio plectenda ſubjiciebantur crimina, 36. recenſita ſunt; quorum 15. priora in Levitici cap. 18. [7] ubi & de cœtu inceſto ſermo, enumerantur; cetera vero hic damus. Sunt igitur, 1. Magos conſulere [8]. 2. extra caſtra vel Tabernaculum ſacris operari [9]. 3. Victimas in limine Tabernaculi non ſiſtere [10]. 4. Oleum Sanctum [11] vel ſaltem thymiama [12] prophanis uſibus parare. 5. Oleum chriſmatis effundere. 7. Diem Sabbati feriatam ab operibus non agere [13]. 8. Pollutum a ſacris comedendis non abſtinere [14]. 9. in Templum ingredi pollutos [15]. 10. Adipem deguſtare [16]. 11. Sicut & ſanguinem [17]. 12. Triduo ab oblato ſacrificio ejus reliquias in cibum aſſumere [18]. 13. Victimarum carnem extra locum ſacrificii deguſtare [19]. 14. Fermentate pane Feſto Paſchatis perſeverante uti [20]. 15. Jejunium Expiationis ſolemnis negligere [21]; 16. eamdemque diem feriatam non agere. 22. 17. Feſtum Paſchatis non obſervare [23]. 18. Circumciſione non initurі [24]. 19. Blaſphemia [25]. 20. Idololatria [26]. 21. Filios offerre Moloc [27] In hæc omnia exterminii ſupplicium decretum eſt.

Quæ jam ſedit nonnullis Interpretibus, ſententiam de cæca & diſtricta animadverſione Dei in ſontes exterminio damnatos, alibi in examen revocavimus, videlicet in Exod. 12. 15. Agendum eſt modo de ſupplicio Judicum ſententia decreto in eos, qui eorumdem criminum rei accuſabantur. Nequid autem Rabbinorum ſententias moremur, illud ſane conſtituendum arbitramur, gravitate criminum eo ſupplicio plectendorum, tum & prona ac litterali Textus interpretatione inſpecta, nihilo eum illis mitius actum fuiſſe, quam ut capitali aliquo ſupplicio exterminarentur.

Namque Sabbati violationem, blaſphemiam, oblationem ſuorum in ſacrificium Moloc &c. crimina fuiſſe capitalia ſato in Lege edicto dubitaverit nemo. Hæc autem exterminio ſimul in Lege damnari compertum eſt, quod argumento eſt aperriſſimo, exterminii pœnam cum ſupplicio capitali omnino confundi. Anne facile nobis perſuaſerimus, adulterii commiſſi, coitus cum fœmina menſtruata, conſultorum Magorum crimine reos, quemadmodum & filium in patiem immorigeram capite damnari; eos ad flagra vero tantum, *qui per ſuperbiam aliquid commiſerint; quoniam adverſus Dominum rebelles fuerint, verbum Domini contemſerint, & præceptum Domini irritumfecerint* [28]? Conſtat enim nullam in eos aliam quam exterminii pœnam in Lege præcirebi; *Auferet deleſtator, & portabit iniquitatem ſuam*. Tantine verborum ſtrepitus, tantus minarum terror damnando ad flagra homini, nempe ad ſupplicium mitiſſimum, atque omnium honeſtiſſimum totus impenditur? Cum ſane Scriptura ſive excidium Chananæorum deſcribit [29], ſive familiæ Jeroboami, in pœnam inducti in Iſraelem eriminis [30], diſperſionem, ſive deletam memoriam impiorum, ut nuſquam, qua late patet Terrarum orbis, veſtigium ſupereſtet [31]; ſive Divinam in gentes impias ultionem, quam Altiſſimus juramento deereverat [32]; ſive tandem divortium, quo Deus populum pervicacem, beneficiorum patum memotem & inſidelem, a ſuo demum conſortio præcidit [33]: dum, inquam, hæc omnia Scriptura proſequitur, iiſdem ſemper phraſibus, quibus in damnando ad excidium hominem, utitur. Divortium, exitium, abolitio, everſio, mors, æque omnia hiſce Scripturæ phraſibus exprimuntur. *Exterminabitur de medio Iſrael*.

DE EXCOMMUNICATIONE ET CENSURIS.

FAcilis ego quidem conceſſerim, non omnia æque exterminii pœna interdicta crimina capitali ſupplicio damnata fuiſſe. Quidquid autem reclament Rabbini, obtinuiſſe tamen apud veteres Hebræos excommunicationis pœnam ne ambigimus quidem. Eſdras e cœtu populi prohibuit eos, qui ductas alienigenas fœminas remittere pervicaciter recuſarunt [34]. Scriptor quidam Caraita apud Seldenum [35] Jeradie,

(1) *Pſalm.* 50. 6. (2) *Matth.* 20. 19. *Marc.* 10. 34. *Luc.* 18. 32. (3) 2. *Corinth.* 11. 24. (4) *In Flacc. & de Spec. Leg.* (5) *Dio. l.* 49. (6) Vide *Joſeph. de bell. Jud. l.* 1. *cap.* 13. (7) *Vide Seld. l.* 2. *c.* 7. *de Synedr. Vet. Hebr.* (8) *Levit.* 20. 6. (9) *Levit.* 17. 4. (10) *Levit.* 17. 9. (11) *Exod.* 30. 33. (12) *Exod.* 30. 38. (13) *Exod.* 31. 14. (14) *Levit.* 7. 20. (15) *Num.* 19. 13. (16) *Levit.* 7. 25. (17) *Ibid.* 17. & 17. 10. (18) *Levit.* 19. 6. (19) *Levit.* 7. 18. (20) *Exod.* 12. 15. (21) *Levit.* 22. 29. (22) *Levit.* 23. 30. (23) *Num.* 19. 13. (24) *Gen.* 17. 14. (25) *Nu.* 15. 30. 31. (26) *Ibid* (27) *Levit.* 18. 21. (28) *Num.* 15. 31. (29) *Deut.* 12. 29. (30) 3. *Reg.* 14. 10. (31) *Pſ.* 33. 17. & 36. 9. 28. &c. (32) *Jerem.* 48. 2. (33) *Iſai* 50. 1. *Jerem.* 3. 8. (34) 1. *Eſdr.* 10. 8. (35) *De Synedr.*

ejus pœnæ infligendæ morem exinde obtinuisse, cum jure animadvertendi in reos Hebræi sub Infidelium Regno multati sunt. Basnagius in ea est sententia, Sanhedrium a Macchabæis constitutum, jus sibi in cognoscendis causis Ecclesiasticis, reisque puniendis vindicasse. Tunc enim mixtos cum Paganis Judæos ne prava contagione vitiari unquam contingeret, ea qua valebant authoritate frequentius sibi utendum Sanhedrini Patres censuerunt. Erat igitur aliquis excommunicationis usus etiam ante Macchabæorum ætatem. Quæ si vera sint, non inaniter suspicamur aliquam plane obtinuisse infligendi anathematis disciplinam apud veteres Hebræos; cum enim iisdem ac Esdras Legibus uterentur, eodem etiam Legis remedio frequentibus Legum transgressionibus mederi illos par erat. Eadem obtinere semper lex creditur, si nulla obtendi possit contra illam prævalens consuetudo.

Obtinuisse etiam excommunicationem Jesu Christi ætate ex eo potissimum deducimus, quod ipse Jesus pellendos a Synagoga Apostolos, flagrisque damnandos prædicit [1]. Essenii, ait Josephus, si quem in crimine deprehenderint, statim a cœtu segregant; expulsum autem infelici letho interisse contigit [2]. Cum enim votorum, & Sacramentorum Religione a capiendo ab exteris cibo deterreantur, nec quidquam cum suis retinere commercii possint, herbis vicitare belluino more coguntur, quoadusque corrupto corpore, fluentibusque membris dissolvantur. Accidit vero quandoque ut Essenii rei misericordiæ commoti, in cœtum iterum ejectos recipiant; rati satis esse supplicii, si ad id malorum redactos se noxii reminiscantur.

Sed Rabbinorum de excommunicatione sententia altera plane est ab ea, quæ de Essenis fertur. Si enim Doctores illos audiamus, excommunicati obtento prius jure omni multantur, eo scilicet quo ramquam ejusdem cœtus, & communionis membra fruebantur [3]. Pœna est autem five in sacris, sive in communibus, sive in utrisque versans, jure humano impolita, sive puniendo vero, sive tantum in speciem crimine, spe semper relicta, ut in pristinum Excommunicatus restituatur.

Duplex erat hujus pœnæ genus apud Hebræos: alteram majorem, alteram minorem excommunicationem appellabant. Prima a cœtu hominum Ecclesiam constituentium segregabat: altera a parte tantum ejusdem cœtus, abea scilicet, quæ Synagogam constituebat, ut propius illi assidere, quam per quatuor cubitos, ceteris omnibus, exceptis Uxore & filiis, nefas haberent. Nefas etiam excommunicatum in decem viros rebus agendis destinatos, legere, membrum enim habebatur inutile, quoeum nihil poterat haberi commune, non cibus, non potus.

Excommunicationis causæ 24. assignantur. 1. De viro docto, vel Magistro post ejus obitum minus honorifice loqui. 2. Justitiæ publicum administrum indignis verbis habere. 3. Ingenuum hominem mancipium appellare. 4. In jure dicundo erratum aliquod committere. 5. Temnere præceptum doctrinæ Scribarum, five Legis. 6. Judicum sententiæ non acquiescere. 7. Tenere apud se noxium aliquod, vestuti rabidum aliquem canem. 8. Agrum Pagano vendere, non repensato damno, quod alteri ex ea re provenisset. 9. In Israelitam coram Gentili testimonium dicere, quo scilicet Israelita cogatur ad multam præter Israelis consuetudinem solvendam. 10. Sacerdos immolans, non segregata prius debita ceteris Sacerdotibus portione. 11. Festum diem inferioris ordinis in captivitate violare, obtinente etiam violandi consuetudine. 12. Si quis Pascha les ferias post meridiem præcedentis diei non inierit. 13. Dei nomen elata voce, five hyperbolice, five incaute, five jurejurando pronunciare. 14. Occasionem prophanandi Divini nominis populo præbere. 15. Sanctas dapes extra locum sanctum ut comedat, populo authorem esse. 16. Servare & supputare menses annosque extra Terram Sanctam, aliter ac in illa olim soleret. 17. Lapidem offendiculi exco opponere. 18. Populum ab observatione alicujus præcepti deterrere. 19. Sacrificia offerre post permissam oblationem animalia a bestia capti, vel dilaniati. 20. Sacrificia mactare ante captum experimentum gladii sui coram viro perito. 21. Rebus necessariis addiscendis non omnem mentis intentionem contulisse. 22. Cum femina repudiata coire, & aniam præbere ieisi antea conjugii judiciali sententia redintegrandi. 23. Sapiens, in quem invidia fuerit creata. 24. Excommunicationis sententia aliquem immeriro inussisse.

Excommuniecationem præcedit censura [4], qua secreto primum noxius corripitur; si pervicacius in crimine hæserit, continuo *Domus judicii*, nempe coetus Judicum alte intonat, ut tandem refipiscat. Tum per quatuor Sabbata censura in publicum edicitur, nomine & crimine rei proclamato, quo scilicet ad faniora consilia publicæ ignominiæ horrore revocetur. Tandem immoriger, & refractarii excommunicatione plectuntur. Morem hunc spectasse Jesum Christum, cum post monitum privatim & fecretum fratrem, corripi jubet coram testibus, ac deinde ad Ecclesiam rem totam referre: si tandem fruftra hæc omnia fieri contingat, tunc, ait Jesus, habeatur *tamquam Ethnicus, & Publicanus*.

Excommuniecationis sententia hac vel simili formula pronunciabatur: Iste sit in separatione, sive in *excommunicatione*, vel sit separatus. Ferebatur autem five in vigilia, sive in somno; nec a Judicibus rantum, sive a cœtu, quin etiam a singulis, privatisque personis, dummodo quædam supperterent ex causis supra deductis, reusque prævia admonitione ad mentem non fuerit revocatus. Ceterum domui Judicii, sive consessui Justitiæ solemnis excommunicationis sententia reservari solebat.

Privatus privatum aliquem excommuniecabat, quin etiam, quod miari subit, ipse in se eamdem proferre poterat sententiam. Ita in Actis [5]; & apud Eidram [6] legimus, viros quosdam excommunicationis se religione obligasse, alii ut Legem Dei servarent, alii vero ut Paulum quæumque tandem ratione five vivum five mortuum apprehenderent. Nec brura ipsa ab excommunicatione exempta; cum vel in ipios canes valere illam præclari Hebræorum Doctores singulari doctrina edoceret.

Excommuniecatio somno correptum hominem afficiens, tunc potissimum contrahebatur, cum homo per quietem, five Judicem, sive privatum aliquem juridicam in se excommunicationis sententiam prosserre videre sibi videbatur. Tunc enim somnium ita habebant, quasi si veri rem babuisset; potuit enim, dicebant, Deus, five aliquis ex Dei administris, eo jubente, veram excommunicationis pronunciasse sententiam; quare iisdem se pœnis subjectos credebant, quas excommunicatione in vigilantes lata subiisset. Ita si minor lata fuisset, excommunicatio, nec intra meniem solveretur, ad alterius mensis ipatium continuo prorogabatur; quo exacto, si solvi se a vinculo negligerent, altera continuo succedebat major excommunicatio interdicto penitus eum ceteris omnibus commercio. Tunc addicendæ scientiæ, five docendæ incumbere, conductori aliquid locare, vel conductum jam in conductione relinquere nefas; tandem ad eas angustias adducebatur, in quas olim apud veteres Romanos illi, quibus ignis, & aqua interdicta erant. Cibum a certis tantum hominibus, paucis illis & raris, capere concessum, quia & ii, quibus commercium aliquod cum excommunicato esset, iisdem & illi pœnis, vel eadem excommunicatione juxta sententiam Judicum obvolvebantur. Interdum in eo excommunicationis genere, quod *Cherem* appellabant, de quo infra, bona omnia noxii fisco addicta, in usus sacros convertebantur. Si sato occumbere interim excommunicatum contigisset, funera illius lugere nefas, locuique sepulturæ five insigni aliquo lapide, five lapidum acervo, pro Judicum arbitrio, notabatur.

Supt

(1) *Matth.* 10. 17. *Joan.* 9. 22. & 16. 11. *Luc.* 6. 22.
(2) *De bell. l.* 2. *c.* 12. (3) *Vide Selden. l.* 1. *c.* 7. *de Synedr.* (4) *Basnag. Hist. des Juifs. l.* 5. *chap.* 18. (5) *Act.* 23. 12. (6) 2. *Esdr.* 10. 29.

Sunt qui tria excommunicationis genera tribus istis nominibus designata distinguant [1]: *Nidui*, *Cherem*, *Schammata*. Primum minoris excommunicationis nomen erat, alterum majoris, tertium maximæ, quam & mortis pœna, & abolitionis omnis aditus præcludit, uti quidem ferunt, conequenbatur. Excommunicatio *Nidui* 30. dierum spatio finitur: *Cherem* aggravat priorem, homine a Synagoga, & omni civili consortio interdicto. Tandem *Schammata* 400. buccinarum clangore promulgatur, spemque omnem regressus in Synagogam præcludit.

Selderi tamen (sententia tria ista nomina unam eamdemque pœnam non raro significare, neque fi vera facteri voluerimus, ultra duo excommunicationum genera apud Hebræos obtinuisse compertum est; quamquam enim voces segregationis, excommunicationis, & anathematis in Libris Legis occurrunt, non ita tamen de singulis constituendum est, quasi seilicet peculiarem judicii rationem singula inferant, sive ante Legem, sive post Legem juxta Moysis præscriptum servatam.

Totum excommunicationis ritum, & jus deducunt Rabbini ex maledicto, quod Debora, & Barac in Meroz [virum fuisse credunt, Israelitis opem ferre recusantem] [2], pronunciarunt. *Maledicite Meroz, dixit Angelus Domini, maledicite habitatoribus ejus, quia non venerunt ad auxilium Domini in adjutorium fortissimorum ejus.* Nihil hic, si Hebræos audiamus [3], omissum, quod ad excommunicationem pertineat. 1. Maledicta in excommunicatos. 2. Affidentes proprius quam per 4. cubitorum spatium maledictis devoventur. 3. Crimen in publicum edieitur, illud nempe, quod Meroz in auxilium Domini non venisset. 4. Buecinarum clangore sententia edeitur, quasi seilicet Barac maledictum pronuneians 400. buccinis inlonuisset.

Fateri tamen oportet, excommunicationem, qualem deſcripſimus, multo posteriorem esse Barae ætate, ut ejus epocha vix longius protrahenda quam tempus captivitatis videatur. Altum est enim de illa silentium sub priori Templo, & ante Samaritanos, non nisi post translatas decem Tribus in Judæam traductos. Prima ejus vestigia sub Esdra tantum & Nehemia [4] apparent.

Quod ad excommunicationis absolutionem spectat, quicumque sententiam in alium pronunciaverat, illis integrum erat resipiscentiam, non obligata permitudinis suæ argumentum exhibentem absolvere. Eodem sæpe tempore anathema infligebatur, inflictumque simul remittebatur. Si forte præsentem quis damnasset, præsentem etiam restituere jubebatur. Quicumque privati sententiam subierat, duminodo non propter traductum Discipulum viri Sapientis, ipse ad arbitrium, tribus viris selectis, sive uno ex Judicibus publicis adhibito, absolutionem sibi potcrat exposſulare. Sua ipse sententia damnatus expedire se non poterat, nisi si forte Sapientem aliquem haberet præceptorem, vel scientia aliqua ipse eminecret, sed decem selectos medio populi viros adire tenebatur. Excommunicatus per quietem, ea qua supra antigimus ratione, non plana quidem absolutionis formula expediebatur. Decem enim quærendi illi erant viri in Legis, & Talmudis scientia doctissimi, qui si forte in loco deesſent; intra ambitum quatuor miliarium indagandi erant; eorumque defectum, si nuſpiam exarent, supplebant totidem viri Pentateuchum saltem legere docti; sin minus decem viri ejus doctrinæ occurrerent, quietumque tandem essent, decem alii, vel ad minus in summa penuria tres adsciscendi.

Qui injuriæ alteri illatæ pœna excommunicationem subiisſet, ille neque absolutionis beneficium a læso impetrare, neque ab ullo quocumque cœtu, ipso læso non assentiente, quandiu idem in vivis erat, potestatem habebat. Eo defuncto, integrum erat excommunicato sive a tribus selectis viris, sive a Principe Sanhedrii absolutionem postulare; quemadmodum & eidem Principi Sanhedrii jus datum in Virum ab ignoto aliquo excommunicatione insultam.

Plura sunt in absolutione servanda, levia prorsus & futilia quæ molestesatis referrentur; sed & majora nos retuliſſe poſſitet, quam quæ æquus Lector patiatur: commenta sunt enim, non disciplinæ usu olim receptæ historia.

Festa celebrare excommunicato integrum erat, quemadmodum jus illi sive ingrediendi in Templum sive in ceteras Religionis extremonias, ut neque a conviviis in Templo occasione solemnis alicujus Festi celebratis, excluderentur. Additur tamen in Talmud, excommunicatos a finitro latere in Templum ingredi, a dextro egredi conſueviſſe, cum ceteri contraria omnia servarent.

Tota Rabbinorum jurisprudentia, quanta quanta est, nihilo apud nos majorem fidem obtinet, quam illa merentur, quæ retulimus. Nihil non in ea incertum, nihil vetuſtati & priſtinis Hebræorum moribus satis consonum. Cavilloſa plura & levia, raris quibuſdam veris hiſtoriis admixta, quibus accedunt nova aliqua, poſt Sanhedrium conſtitutum, invecta

SUPPLICIUM GLADII.

De hoc supplicii genere, utpote frequentiſſimo, nihil est eur in præsentiarum dicamus. Caput ense, sive secuti præcidebatur; securis quam gladius apud Romanos [*] nobilior. Apud Hebræos tamen nullum servatum discrimen novimus. Insigne hujus supplicii exemplum præbent 70. filii Gedeonis juſſu Abimelechi super eumdem lapidem obtruncati [5], & totidem filii Achab, quorum præcisa Samariæ capita canistris impoſita ad Jehu tranimiſſa sunt [6].

SUPPLICIUM IGNIS.

Ante latam Hebræis Legem ignis supplicium apud eas gentes obtinuiſſe ex eo deducimus, quod Judas nurum suam prægnantem intelligens, voluit eamquam in adulterio deprehenſam igne damnare. Quid autem in eo inferendo supplicio potiſſimum servaretur, ignotum: Rabbini ita rem tradunt. In simo ad genua usque ſepulti noxius, circumvoluta linea aliqua longiori falcis adeo jugulum stringebatur, ut per diductæ oris canale liquatum plumbum ad viscera transmiſſum ignem lethumque inforret. Sed in ipſis Libris suis hiſtoriam Rabbini narrant, qua ipſi per se mendaeii conviveruntur. Eleazarus refert de filia quadam Sacerdotis, quæ in pœnam commiſſi inceſti igne damnata, congeſtis circum arborum ramis miſere combuſta est, juxta Legis sanctionem [7]. Verum quid opus est Rabbinos conſuluiſſe, cum aperta supperatant Scripturæ exempla, tum & certæ ex ea deductæ conjecturæ, quibus ignis supplicium idem fuiſſe apud Hebræos, quod apud Gentes alias demonſtretur.

Judæi idololatræ filios suos in sacrificium Moloch offerentes, intra brachia Numinis torrendos tradebant, vel saltem in ulnis Numinis miſeras illas victimas reponentes, inde vero in ſubjectum ignem decidere permittebant. Daniel ejuſque socii in luceenam fornacem juſſu Nabuchodonoſoris injecti sunt [8]; & Abraham ex eodem supplicio prodigioſe liberatum narrant [9]. Quicumque eum matre, vel filia inceſtas nuptias contraxerit, ille nna eum conjuge ignis supplicio Moſaica Lege damnatur [10]; quod sane ideam ingerit ignis, non quidem inneziora depascentis, sed ulterioibus flammis criminoſos aduentis. Septem fratres Maechabæi poſt flagra, poſt linguæ abſciſſionem, poſt capitis pellem detractam, tum & abſciſſis manuum pedumque extremitatibus, tandem in ollis, & sartagininbus inceenſis martyrium conſummavunt [11]. Fuſius singula illorum tormenta Joſephus deſcribens [12] narrat, priori quidem ex fratribus poſt flagella roram quamdam paratam, cui a carnificibus

(1) *Vide Bartolocc. Bibl. Rabb. t. 3. pag. 414.* (2) *Vide Judic. 5. 23.* (3) *Gemar. Babyl. ad tit. Mocd. katon. cap. 3.* (4) Vide 1. *Esdr.* 10. 8. & 3. *Esdr.* 9. & *Antiq. l. 11. cap. 5. & 2. Esdr.* 10. 29. & 13. 25. 28.

(*) *Vide Gallon. de cruc. Martyr. cap. ult.* (5) *Jud.* 9. 21. (6) 4. *Reg.* 10. 7. (7) *Levit.* 21. 9. (8) *Daniel.* 3. 6. (9) *Gen.* 11. 31. & 2. *Esdr.* 9. 7. (10) *Levit.* 20. 14. (11) 2. *Maccab.* 3. 3. &c. (12) *De Maccab. c.* 9.

ſicibus impoſitum, miſere toto corpore confractum fuiſſe. Sextum non abſimile ſupplicium exercuit, a quo deinde depoſitus, ignis tormentum toleravit, candentibus laminis dorſo applicatis, quibus viam ſibi ad inteſtina adurenda aperientibus, vitæ tandem compages reſolutæ ſunt. Nec tamen Tyranni furor deſerbuit, cum & poſt obitum in ollam luceentam injiceretur. Septimus ultro ſe in ardentem ſartaginem conjecturus interiit.

Hæc Scriptura, & Joſephus de ſuppliciis ſtrenuiſſimorum Martyrum, ex quo diſcruciandi miſeros ignis ſupplicio plures artes intelligimus. Quamquam cum omnis illius tragœdiæ unicus eſſet author Antiochus Epiphanes, ejuique ſatellites, non eſt ſane cur invictum ex ea argumentum pro Hebræorum moribus deducatur. Non ita tamen facile nobis perſuaderemus, Judæos in rebus in medio poſitis, a cereris aliarum gentium uſibus receſſiſſe, ut ſub iiſdem vocibus, punjendi nempe noxios ignis ſupplicio, aliud apud illos intelligeretur, quam ceteræ per orbem Nationes deſignarent. Contueviſſe Chaldæos crimiſnos quoſdam in ſuccenſa ſartagine torreri Jeremias inſinuat (1): *Dabo te Dominus ſicut Sedeciam, & ſicut Achab, quos frixit Rex Babyloniæ in igne, eo quod mœchati ſint in uxores amicorum ſuorum.*

Neque viva tantum hominum corpora cremabantur, ſed cadavera etiam interdum, quod factum cum texto fratre Machabæorum in ollam ſuccenſam poſt obitum injectum ſupra legimus. Sunt qui in pyra crematum Achan poſt lapidationem (2) tradiderint. Oſſa Pleudo-Prophetarum a Joſia ſuper aram ſacrificjegam combuſta ſunt. (3). Author Eccleſiaſticí hæc habet c. 7. 22. *Vindicta carnis impii ignis, & vermis*, quibus verbis præ oculis habere potuit noxiorum, a ſupplicio depoſita cadavera, quæ ſub dio relicta vermium erant vel ignis pabulum. Tradunt enim perpetuum ſervari ignem conſuevíſſe in valle *Hinnon* ad Jeruſalem, quo cadavera, ne forte contagione ſeram corrumperent, abſumerentur. Ad hunc Eccleſiaſtici locum ſpectans Jeſus Chriſtus, Infernum ſub *gehennæ* nomine ſignans, teſtatur, nec vermem impiorum interiturum unquam, nec ignem extinguendum (4). Nulla erat miſerabiliorque fœdior pœna apud Judæos, quam ut corpora inhumata animibus Cœli Terræque injuriis expoſita relinquerentur. Quemadmodum enim nihil erat domeſticorum fidei magis commendatum, quam ut mortuorum corpora funere, & ſepultura curarent; ita fœdius nihil habebatur, quam ut projecta ſub dio cadavera avibus, & beſtiis in ludibrium traderentur. Quare inter cetera quibus Deus animadverſurum ſe in populum pervicacem minitatur, miſerrimum hoc addit, relictarum ſcilicet eorum cadavera omnibus Cœli viciſſitudinibus expoſita (5). Joſephus perhibet honore ſepulturæ eos tantum privari, qui ſibi manus violentas inmiliſſent (6). Quin & illa tota die beſtiarum injuriis expoſita, nocturno vero ſepulturæ mandabantur. Jeremias ea malorum deventurum Regem Joakim filium Joſiæ prædicit (7), ut defunctum ejus corpus *ſepultura Aſini* ſepeliretur, i. e. projiceretur in agrum tamquam mortieinum aliquod. Animadverſione tamen dignum eſt, Moyſis Lege pœnam illam numquam decerni, ut ſepulturæ honore neque privari illos jubeat, qui crucis ſupplicio ſublati ſunt; eos enim ultra diem in ſupplicio vetat relinqui, niſi peculiaris aliequi ratio aliter eum aliquo agendum ſuadeat. Quin nec ulla in Lege excipitur causa; quare hujus Legis exceptio ab aliis potius adjecta, quam a Moyſe aſſignata cenſenda eſt.

LAPIDATIO.

HEbræorum Doctores, ingenio ſemper ſuo indulgentes, fabellis venditandis in hoc argumenti genere ſecut in alio quocumque incumbunt (8). Lapidibus enim hominem perimere, tantumdem apud illos, ac apud ceteras gentes omnes non ſonat. Damnatus igitur ad lapides, ita rem tradunt Judæi, in laxi cujuſdam, altitudine duorum hominum eminentis, crepidine ſtatuebatur, unde a duobus teſtibus præceps agebatur in ſaxa. Si poſt lapium adhuc ſuperſtes ſpiraret, lapidibus a reliquo populo conficiebatur. Porro hoc ſupplicii genere 18. crimina plectebantur, quæ ſcilicet in Lege capitali ſupplicio ſubjecta ſunt, nihil tamen de genere mortis adjecto. Inſame erat, ſi quod aliud unquam apud eas gentes, quo vel hoc genere plecti homicidio eum Moyſes in Lege præcepit (9). Eodem etiam Moyſe referente, lapidatione confectus eſt vir blaſphemus (10), ſicut & alter, qui ligna die Sabbati colligebat (11). Nabot vir juſtus parem ſupplicii pœnam Jezabele mandante toleravit (12); parem Ad unam tributorum Præpoſitus ſub Salomone (13).

Ex hiſce omnibus exemplis fruſtra argumenta quæreremus Rabbinorum fidei adſtruendæ, cum maxime contraria omnia demonſtrent. Moyſes, juſſu e Deo, cavet, ne quis unquam ad montem Sinai accedere audeat; animadverſi in contumaces jubens vel lapidibus ab univerſo populo jactis, vel ſagittis, cavet autem *ne manus tangat eos* (14), nec quiſpiam removere illum ab eo loco præſumat. Nihil autem eorum, quæ a Rabbinis produntur, apparet ſive apud Joſephum, ſive apud Philonem. Lapidibus Jeſum Chriſtum conficere vel in ipſo Templo Judæi tentarunt (15); confectus eſt & Stephanus in loco extra urbem Jeruſalem (16); pene tandem confectus S. Paulus in urbe Lyſtra (17), Fœminam adulterii ream, ſibi a Judæis adductam, lapidatione ab eo primum plecti Jeſus præcepit, qui nulla criminis conſeientia tangeretur (18). Quænam, rogo, hic de noxiis e ſaxo in præceps actis, ex Judæorum ſententia, mentio?

Exemplis viri blaſphemi, cum & violati Sabbati rei, ſicuti & Achan & S. Stephani inſtruimur, huic inferendo ſupplicio locum extra Urbem deſignari. Moyſes (19) ita cum illo agendum præcipit, qui populum ad idololatriam induxiſſet; id autem vulgo extendendum creditur ad noxios univerſos, ne ſcilicet extra Urbem rapti ultimo ſupplicio perimerentur.

Ita etiam cum Jeſu Chriſto ſervatum novimus, qui extra Urbem Jeruſalem crucem toleravit. Non tamen hanc generalem regulam uſque adeo obtinuiſſe crediderim, in lapidatione maxime Judicio, quod Hebræi appellant *zeli*, nec expectata quidem judicum ſententia, decreta.

PRÆCIPITES E SAXO ACTI.

E Saxo, five e turri præcipites acti quidam in Scripturæ memorantur, quamvis non illud fuiſſe vulgare, & conſuetum Hebræorum ſupplicium Tribunalibus familiare perſuaſum habemus. Amaſias Rex Juda eo genere mortis 1000. Idumæos in bello captos peremit (20); quod idem fatum, ut ſcilicet e ſaxo Horeb præceps ageretur, ſubiiſſe creditur Rex ejuſdem nominis in prælio cum Madianitis a Gedeone commiſſo captus (21). Jezabel e mœnibus Iſrael præceps actæ eſt mandante Jehu (22). E crepidine montis ſui eamdem inferre necem Jeſu Chriſto Judæi Nazareni tentarunt (23). S. Jacobus Juſtus ex editiſſimo Templi loco in vallem ſubjectam dejectus eſt. Zacharias filius Baruch, in ipſo Templi centro a Zelotis occiſus, deinde in vorsginem ad radices Templi patentem proturbatus eſt (24). Sed hæc extraordinaria ſunt pœnarum exempla, neque Legis, neque certi alicujus Tribunalis authoritate fulta.

Novum

(1) *Jerem.* 29. 22. *aſcher Kalam melek bafel baeſch.* (2) *Joſue* 7. 25. (3) 4. *Reg.* 23. 2. & 2. *Par.* 34. 8. (4) *Marc.* 9. 43. 45. 47. (5) *Deuteron.* 32. 24. (6) *De bell. l.* 3. c. 14. (7) *Jerem.* 22. 19. (8) Vide *Seldon. de Synedr. & nos etiam in Levit.* 21. *pagin.* 262. (9) *Exod.* 21. 29. 32. (10) *Levit.* 24. 14. (11) *Num.* 15. 32. 35. (12) 3. *Reg.* 21. 14. (13) 2. *Paralip.* 10. 18. (14) *Exod.* 19. 13. (15) *Joan.* 8. 59. (16) *Act.* 7. 57. (17) 2. *Cor.* 11. 25. *Act.* 14. 18. (18) *Joan.* 7. 8. (19) *Deut.* 18. 6. (20) 2. *Paralipom.* 25. 12. (21) *Judic.* 7. 25. (22) 4. *Reg.* 9. 33. (23) *Luc.* 4. 29. (24) *De Bell. l.* 5. c. 1.

Novum aliquod ſupplicii genus nuſpiam in V. T. occurrens, legitur Matth. 18. 6. quo nempe fontes ampliori aliquo ad collum ſaxo alligato in mare projicerentur, in quem Evangelii locum ſcribentes Grotius & D. Clericus autumant numquam obtinuiſſe apud Hebræos, ut eo ſupplicio, quod familiare apud Syros cenſent, fontes perimerent. Profecto vel inuſitatum fuit Hebræis, vel nonniſi poſt Regnum Syrorum in Judæa notum.

SUPPLICIUM SERRÆ.

INſueti ſupplicii, Serræ nempe, exemplum ſimul & argumentum ipſe in ſe Prophera Iſaias exhibet. Apoſtolus de SS. Veteris Teſtamenti agens, qui virtute ſua, & infracto animi robore mortem ipſam & tormenta vicerunt, inter cetera ferram toleraſſe illos memorat: *Secti ſunt* (1); quod ab illo de Iſaia eo ſupplicii genere perempto a Manaſſe dictum traditione apud Judæos, æque ac Chriſtianos recepta certum eſt. Id autem ſubiiſſe Prophetam narrant, quod vidiſſe ſe dominum Throno aſſidentem profeſſus eſt (2). Toltarus in dubium revocare eam traditionem nititur, quod ſcilicet Propheta in exordio Libri ſui ceteris memoratis Regibus, ſub quibus oracula fudit, nihil habeat de Manaſſe. Sed hæc contra receptam traditionem infirmiora ſunt; poſſit enim Prophera morte occubuiſſe vix inito a Manaſſe Regno, cum ſcilicet nulla adhuc fudiſſet ſub eo oracula.

Nec Judæi veteresque Patres in eo tantum convenient, ut ſerra diſſectum Prophetam illum tradant, ſed & inſtrumentum illud lignenm fuiſſe, non ferreum, unanimi conſenſu perhibent. Ita plane memoriæ proditum reliquerunt S. Juſtinus Martyr (3), S. Hieronymus, Author Carminis in Marcionem lib. 3. ac tandem totius Eccleſiæ noſtræ atatis conſenſus, cui temere prorſus refragaremur. Hunc porro Martyrem ſi in duas partes diſſectum ſica aliqua ferrea crederemus, quemadmodum & cum aliis Martyribus Tyrannorum juſſu factum conſtat (4), ut ſcilicet tranſverſo corpore ſecarentur, res eſſet prona & creditu facilis; cum autem ſenis corpus ſica lignea a ſummo capite ad imum uſque ventrem, five ab imo ventre uſque ad caput (5) diſciſſum narrent, rem tradunt rationi prorſus repugnantem. Qui enim fieri potuerit, ut oſſa ferre prorſus duriries, qui vix ferro cedant, ficæ lignex pervia fuerint? Ecquis, rogo, ferram ligneam fabricavit unquam? Cui uſui? ſcindendo ne lapidi, marmori, oſſibus? Quare ita afferenda eſt huic traditioni fides, qua diſſectus Propheta ſica lignea tenetur, ut ſimul cum ratione concilietur.

Septuaginta, & S. Hieronymus ſicarum nomine machinas quaſdam non raro deſignant ad uſum excutiendi tritici olim fabricatas. Conſtabant autem immanibus quibuſdam trabibus, ferreis cuſpidibus five japidibus inſtructis, quæ ſuper manipulos trahebantur, vel ſaltem vehicula erant, ferro armata, in eumdem uſum. Ita enim Virgilius (6).

Tardaque Eleuſina Matris volventia plauſtra
Tribula traboſque.

Ita etiam Iſaias 41. 15. *Poſui te quaſi plauſtrum novum, habens roſtra ferrantia.* Et 28. 7. *non in ſurris triturabitur gith.* Porro gith triticum eſt imbecillius, minus ferens harum machinarum pondera. Paria legimus 2. Reg. 12. 31. quod maxime noſtrum intentum convincit. Poſt relatam a Davide inſignem de Ammonitis victoriam, occupatamque Rabbat ejuſdem regionis Metropolim, victoria ſua Rex impotenter uſus, *populum adducens ſerravit*, & circumegit *ſuper eos ferrata carpenta*. Ita ferè legunt etiam Septuaginta: *Et populum, qui erat in ea, eduxit & poſuit in ſerra, & in tribulis ferreis, & in ſecuribus ferreis.* Originalis Textus ſine controverſia eadem inſtrumenta exprimit. S. Hieronymus ſimilem textum 1. Par. 20. 3. reddit: *Tribulos, & trahas, & ferrata carpenta.*

Non abs re igitur crediimus ferras illas, quibus confectos Veteris Teſtamenti quoſdam juſtos viros Apoſtolus teſtatur, ipſiſſimas eſſe machinas hucuſque deſcriptas. Neque alias deſignaſſe ferras credimus Judæos, & Patres; cum enim de Iſaia lignea ſerra perempto teſtarum reliquerunt, aliam plane quam vulgarem ſerram concipere nos jubent.

At enim vox Græca *πριστήσω* ad litteram ſonat vulgari ſerra diſcindi; quare non niſi methaphorico ſenſu expreſſum in Textu Apoſtoli alterius ſupplicii genus videretur; neque enim niſi per metaphoram lecti dicerentur ii, qui ſub tribulis & trahis conterunntur. Sed hiſce reponimus, potuiſſe Apoſtolum Græco verbo uti, eodem plane ſenſu ac Septuaginta; quare ſicut Interpretes alii ea voce contritos viros ſub trahis expreſſerunt; ita plane & S. Paulus in eumdem ſenſum vocem uſurpavit. Porro *ſectum eſſe* idem ſonat Apoſtolo, ac ipſiſſimum verbum apud Vulgatam & Septuaginta, apud quos ſi metaphorice & minus prono ſenſu acceprum dicatur, idem & de Apoſtolo non injuria ſentire poſſumus. Scindat igitur vulgaris ferra, diſſindat lapides & ligna: altera vero, de qua agimus, ferra conterat, conculcet, comminuat, quid inde? De utraque uſurpatum eſt verbum *ſecare*. Ad hæc oſtendimus in ſuperioribus, illud ſupplicii genus non ignotum Hebræis fuiſſe; quare nihil eſt, quod noſtræ interpretationi adverſetur. Dicere etiam aſſim, numquam fieri potuiſſe, ut res aliter ſe habuerit, aliquin univerſam traditionem abjiciamus oportet.

Si de ſerra ferrea ageretur, aliter quidem a nobis differendum fuiſſet; illud enim ſupplicium genus notum Antiquis ſatis conſtat. De Thracibus ita Valerius Maximus l. 9. cap. 2. exemp. 6. Extera. *Neque vita homines medios ferro ſecare, neque parentes liberorum. vi ſci entibus noſas fuit.* Idem etiam, affignatum ſupplicium certis quibuſdam criminibus puniendis le ge duodecim Tabularum infinuatur: quamquam raro adeo contingeret, ait Aulus Gellius, ut executioni mandaretur, quod neque noſtra neque priſcorum ætcolorum memoria factum unquam noverimus (7). Scitum eſt tamen, authore Svetonio in Cajo, Imperatorem Cajum Calligulam viros quandoque non vulgares, caveis quibuſdam ferreis detinuiſſe, veluti animalia quadrupeda; interdum etiam ejuſdem generis homines *medios ferro diſſecuiſſe*. Huc etiam ſpectatum a Daniele crediderim. cap. 13. 55. cum impiorum illorum Senum alterum alloquitur: *Angelus Dei accepta ſententia ab eo ſcindet te medium.* Malus ille ſervus, de quo Matth. 24. 51. medius abſciſſus eſt, & inter hypocritas ejectus. Sabacus Ægypti Rex per quietem admonitus eſt, ut Sacerdotes omnes Ægypti medios præcideret, ait Herodotus l. 6. Mulier quædam apud Ariſtophanem præſo fe eſſe dicit ut media ſcindatur: Nec alio facile ſpectant phraſes illæ Scripturæ *concidere in ſruſta* (8), quæ pro *occidere* uſurpantur.

SUB SPINIS, SIVE ANIMALIUM PEDIBUS CONTERERE.

QUAM Gedeon de civibus Socot exegit, ultio ejuſdem eſſe videtur rationis, ac illata a Davide in Ammonitas, & in Iſaiam a Manaſſe. Cum enim Gedeon victor a Madianitis regredereretur, ejuſdem Urbis Optimates captos, ſub tribulis & ſpinis deſecti contrivit; nempe ſuper tribulos & ſpinas, quas ſuper miſeros illo homines inſtravit, trabes. five lapideas trahas induxit (9). Ita plane Romanis moribus receptum, cum noxios *ſub crate necabant*; noxium enim crate operientes, immanes dein lapides ſuperindncebant. Familiare erat ſupplicium apud Roma-

nos

(1) *Hebr.* 11. 37. (2) *Iſai.* 6. 1. (3) *In Dialogum Tryph. pag.* 349. *Edit. Pariſ. a.* 1636. *Hieron. in Iſai. l.* 15. *ad fin.* (4) *Vide Baron. in not. ad Martyrol. Rom. Jul.* 6. *Gallon. de Cruciat. MM. c. ult.* (5) *Vide Zonen. Veron. Serm.* 28. *de Iſai.* (6) *Georgic.* 1. *Servius in hunc locum: Tribula genus Vehiculi, omni ex parte dentatum, unde teruntur frumenta, qua maxime in Africa uſchantur. Trabes, vehicula ſine rotis.* (7) *Aul. Gell. l.* 20. *Noct. Attic. c.* 1. (8) Vide 2. *Reg.* 15. 31. 33. *Exod.* 19. 24. & 2. *Reg.* 6. 8. (9) *Judic.* 8. 16.

rios (1), nec ignotum Carthaginiensibus (2), sicut & priscis Germanis, Solemne enim erat posteriores hisce gentibus, ut *ignaves, & imbelles, ex corpore infames ceno ac palude, injecta insuper crate mergerent.*

Porro ad unum aliquod ex suppliciis hucusque descriptis referenda sunt ea, quæ Moabitæ præsto videri, a Davide toleratum (3)? *Percussit Moab, & mensus est eos funicule, ea quam tenere terra; mensus est autem duos funiculos, unum ad occidendum, & unum ad vivificandum.* Sed quale illud genus mortis in Moabitas decretum? Conjecturis agendum est, silente Scriptura; sed cum in terram prostratos legamus, facilem ducimus conjecturam simili in illos supplicio animadversum fuisse, ac olim in Ammonitas; vel saltem pedibus bestiarum fuisse proculcatos; quod satis priscis moribus erat familiare. Ita conculcari jussit pedibus Elephantium Alexandrinos Judæos Ptolemæus Philcon Rex Egypti (4); sicut & paria in desertores, & rebelles Reipublicæ tam ejves, quam externos intulit Amilear, insignis copiarum Carthaginensium Imperator (5). Eo spectans Michæas Propheta 4. 13. *Domine, ait, cengregavit eos quasi fenum areæ. Surge, & tritura filia Sion, quia cornu tuum ponam ferreum, & ungulas tuas ponam æreas, & comminues populos multos &c.* Cum exercitus Alexandri Regis Judæorum in loco inique & petroso in insidias Arabum incidisset, justu Oziæ Regis ejusdem gentis, totus pedibus Camelorum proculcatus est (6).

IN CINEREM DEJICERE.

In 2. Macc. 13. 5. aliud supplicii genus legimus, quo scilicet noxii in cinerem deturbarentur. Turres erant editæ, ad hoc instructæ, ut aggestum cinerem vel pulverem continerent, in quem noxii præcipites acti suffocabantur. Porrò hoc supplicii genus Hebræis inauditum, ceteris finitimis gentibus familiare erat. Antiochus Eupator (7) ex edicto 50. cubitorum turri in subjectum cinerem dejici jussit proditorem Menelaum. Alia ejus generis exempla e prophanis Scriptoribus deducta congessimus in nostro Commentario in Macchabæos. Primus ejus supplicii author Darius *Ochus* asseritur (8). Sunt qui mendose *Ochum* pro Dario Hystaspis positum asseverent. Neque ego quidem aliuos quam Darium Hystaspis intelligo, quem & Valerius Maximus *Ochum* appellat; & eo etiam nomine designatur Esth. 1. 1. quo in loco Darius Hystaspis Assuerus, vel Achas-uerosˢ, idem est ac Ochus) muneupatur, Darius igitur ille post adeptum conjurationc Regnum, cum sacramenti arctissimi religione se obstrinxisset, ne conjurationis socios ullo unquam violentæ mortis genere, non venenó, non ferro, non fame perimeret; vereretur autem, ne quid simile in sese attentari pravo illo exemplo contingeret, datę fidei eludendæ consilio, novum istud supplicii genus invexit. Parari enim jussit voraginem quamdam cinere aggesto oppletam; tum miseros constituit super trabem ad utrumque voraginis latus pertingentem, quo scilicet in somnum largiori cibo potuque ingesto resoluti, in subjectum cinerem decidentes suffocarentur.

NOXIOS DECALVARE.

Judæi, gens comata, solemne habent, ne unquam, nisi in summis ærumnis, vel in publico privatoque luctu eamdem comam deponant. Veritum etiam illis diuenit nonnulli, ne in numeribus legendis calvitium induerant, quod ex prava Legis interpretatione inferre sibi videntur. Ita enim in Lege Deut. 14. 1. *Nec facies calvitium super mortuo*, quod de Adonide, sive Osiride ita per contemptum appellato intelligendum esse alibi demonstravimus. Sed in lugendis funeribus comam deponisse Judæos nullus dubito. Deponere etiam cogebantur noxii, cum scilicet probrosa hæc & servili nota afficiendi censerentur. Ita 2 Nehemia faciem cum Judæis, qui Philistinæas Azotitas mulieres duxerant (9): *Objurravi eos, & maledixi, & cecidi ex eis viros, & decalvavi eos.* Quanto autem probro nota illa duceretur, id, si alibi usquam, in ultione intelligimus a Davide exacta in Ammonitas reos dimidiatæ barbæ atque detonsæ comę legatorum ejusdem Regis. Ille enim bellum statim huic genti indixit, devictoque habuit iniquissime. Deus calvitium sè inducturum minitatur in filias Sion (10), quo scilicet nimium illarum fastum, & vestium affectatam pompam ulcisceretur. Judæi in Libro, quem de *Generatione, seu Vita Jesu Christi*, impudentissimis calumniis infertum obtruserunt, venditant ea ignominiæ nota a patribus suis olim Servatorem nostrum traductum fuisse, oblito insuper nefcio quo liquore vertice, ne scilicet comam unquam reparari contingeret. Tandem illud nobis silentio premendum non est, eamdem ignominiæ notam apud ceteras etiam gentes obtinuisse. Ita cum SS. Martyribus aliquando servatum; qui pariter interdum dimidio tantum rasi per contemptum producebantur. Gloriolos illos fidei assertores affatus Cyprianus, *semitonsi capitis, ait, confessibus horrifici; sed cum fit viri caput Christus, qualecumque illud caput decet necesse est, quod ob Domini nomen infame est* (11). Pris S. Præsulis officiis viri illi sanctissimi gratificati, responderunt, ipsum plenis Christiana charitate epistolis suis id effecisse, ut *semitonsi capitis capillaturam adæquaret.*

SUINE ERANT HEBRÆIS CARNIFICES?

Ut Dissertationem hanc rostram omnibus absolvamus numeris, brevi agendum est de Justitiæ administris apud Hebræos. Carnificum munus tamquam illiberale, & ignominiosum, numquam, quantum scio, in Veteri Testamento notatur. Viri quòs *Seterim* appellabant (12), quique Judicibus dabantur administri, carnificum loco apud Interpretes bene multos habentur. Assitant enim Tribunalibus, flagris, & bacillis armati; quemadmodum & de Lictoribus Romanos Magistratus comitantibus, quo pudendis noxiis ubique præsto essent, memoriæ prodidum legimus.

Sed munus illud *Seterim* adeo non vile nec illiberale apud Hebræos habebatur, ut potius in eorum ordine recensieri honorifieum ducerent. Sæpe qui illud exploret ex Levitarum familia petiti sunt; edicenda illis dabantur edicta Principum, & Magistratuum, eorumque urgebant exequutionem; nomine & authoritate Principis dabant mandata, atque ut parerent pœnæ terrore cogebant.

Aliquando apud Hebræos potissimum exequendę Judicum sententiæ munus ipsis ipsis committebatur: Cautum est in Lege, virum sive fœminam Israelem ad idololatriam incitantem extra Urbis portas raptari, quem deinde *manus testium prima interficiet, & manus reliqui populi extrema mittetur* (13). Ita servatum novimus cum S. Stephano, cujus accusatores, positis apud Saulum, qui deinde Paulus, vestibus, paratos se injiciendis in virum Sanctum lapidibus præbuerunt (14). Jesus Christus accusatores fœminę adulteræ affatus, primum inter eos lapide m injicere in fœminam jubet, qui nullius commissi criminis haberet conscientiam (15). Idem factum scimus in fumendo de blasphemo, atque de Sabbati violatore supplicio (16); idem

(1) *Tit. Liv. l. 4. Ad vociferationem eorum, quos sub crate necari jusserat, concursu facto.* (2) *Plaut. in Pœnule Scen. 4. in fin.* &c. Aug. *Quid agit, aut erat? Expedi Mi sub crucim ut jubeas; sese suppoui, atque eo lapides imponi multos, ut sese necet.* (3) 2. *Reg.* 8. 2. (4) *Vide Josephum l. 2. contra Appion. in Init.* (5) Vide *Porphyr. de Abstin. l. 2. pag. 227.* (6) *Antiq. l. 15. cap. 21.* (7) 2. *Macc.* 13. 5. *Erat in eodem loco turris quinquaginta cubiterum, aggestum undique habens cineris: hæc prospectum habebat in præceps, inde in cinerem dejici jussit sacrilegum.* (8) *Valer. Max. l. 9. c. 2. de crudelit. exter. art. 6.* (9) 2. *Esdr.* 13. 25. (10) *Isai.* 3. 17. (11) *Epist.* 77. *ad Nemesian.* (12) *Vide Comment. in Deut.* 1. 15. (13) *Deut.* 17. 5. 6.

(14) *Act.* 7. 57. (15) *Joan.* 8. 7.

(16) *Levit.* 24. 14. *Num.* 15. 35. 36.

idem & in Achan, & Nabot, quos populus universus lapidibus confecit [11]. Si quis data opera homicidium perpetrasset, hunc necessarius vir defuncti permissum eorum arbitrio occidendum, Moyses tradit [12]. Si vir uxorem tamquam ante naptias corruptam per injuriam accusasset, in hunc ipsis Seniorum Urbis manibus animadvertendum idem Legislator edicit [13]. In his sane vestigium nullum probri apparet, nihil etiam quod ingenuum & liberalem hominem non deceat.

In supplicio ignis inferendo, juxta Rabbinos, ipsi suis manibus teltes lineam fasciam collo ndxii circumvolutam trahebant, quo scilicet per diductum os liquatum plumbum in ventrem transmitteretur. Noxio etiam jugulando funem nemo stringebat alius nisi testis. Sub Josue militibus commissum fuisse creditur, ut quinque Reges Chananæos detruncarent, tum & in patibulo suspenderent [14]. Samuel alienum non duxit, si manus ipse violentas injeeret in Agag Regem Amalecitarum, cui Saul antea pepercerat [15]. Ipse Saul detereri suos virorum dignitate intelligens ne gravius aliquid in Saerdotes Domini auderent, Doeg Idumæum in illos incitavit [16]. Infames illos Isboschethi parricidas occidi a suis, atque in patibulo suspendi David præcepit [17]; quam etiam mortis pœnam inferri ab illis voluit in eum, qui de neee Saulis nuncium attulerat [18]. Gabaonitæ non alio quidem admiistro usi sunt, dum posteros Saul coram Domino in cruem agerent, acceptam ab eo Principe injuriam infigni injuria rependentes [19]. Banajis filius Jojadæ a Rege Salomone jussus, remoturus Joabum ab asylo Altaris, abstractumque ex Regis præcepto gladio confossurus venit [*]. Sub Regibus Juda & Israel militibus plerumque commissum, ut capitales sententias executioni mandarent. Mathathias vir ille fortissimus Maechabæorum pater, apprehensum sua manu virum Judæum in sacra Idolorum iruentem trans fodit [10]. S. Joannes Baptista carnificem expertus est Regis Herodis spiculatorem [11]. Tandem Jesu Christo in crucem agendo Romani milites manum admoverunt [12]. Zelotæ, referente Josepho, in posterna Urbis Jerosolymitanæ obsidione detentos in careere Antipam & Sophnam, viros regali sanguine natos, capitali supplicio damnarunt, muneris exequutionem Joanni, viro inter fuos primario [13], una cum aliis decem committentes.

Neque Lictorum munus infame apud Romanos unquam habitum est: quamquam & alligare reum, & cædere noxios, detruncare, atque in patibulo suspendere capitali supplicio damnatos, ad illos pertineret. Hinc solemnis illa formula: *I Lictor, colliga manus, caput obnubito, arbori infelici suspendito* [14]. Apud Mahometanos nostra etiam ætate nulli sunt lictores, sed eorum vicibus funguntur milites, sive Judicum famuli, qui præ aulæ foribus adsistentes vix pronunciatam a Judice sententiam mandante exe quuioni [15]. Non rara suppetunt etiam exequendæ justitiæ militibus commissa in Historia Romana exempla [16]; quamquam apud illos nec lictores deerant, neque carnifices. De Claudio Imperatore narrat Svetonius in Claud. c. 34. *Cum & spectare antiqui moris supplicium Tiburi concupisset, & deligatis ad palum noxiis Carnifex desset, accitum ab Urbe vesperam usque opperiri perseveravit.*

IN LIBRUM JOSUE PROLEGOMENON.

JOSUE, de cujus nomine Liber appellatus est, *Osee* primum, nempe Servator, deinde *Jehoshua, seu Jehoshuah*, i. e. qui salutem affert, vel Servator a Deo datus, nunenp abatur. Immutati nominis sive tempus sive occasio prorsus incerta; vel enim in causa fuerit belli eum Amalecitis ftrenue ae prudenter confecti gloria [17], sive reditus ab exploranda Chanaanitide, ambigitur [18]. Solus enim tune, una cum Caleb, Dei partes sequutus est, ceteris omnibus seditionis & murmuris authoribus populo, vano ab illis metu consternato, sese præbentibus [19]. Quare Moyses fidei ipsius in Deum præmium, veteri Oseæ nomini alterum forsan adjecit, nempe Josuæ, ut deinceps binominis esset uti quemadmodum & de Jacob memoriæ proditum est, cui alterum Israelis nomen inerat. Patrem habuit Nun e Tribu Ephraim. A Græeis æque appellatur *Aurē*, vel *Aufem*, ac *Jesus filius Nave*.

Totumse in clientelam Moysis jam inde ab egressu ex Ægypto addixerat, honorificum sibi duceus fi tanti viri obsequiis se totum impenderet, pro laudabili felicium eorum temporum more, quo voluntaria & gratuita officia amicitia, non pecunia comparabantur, Quantum autem in viro potuisse fiducia & exiftimationis, non obscuris rarisque Moyses ostendit exemplis; huic enim expeditionem in Amaleeitas commisit; hunc socium adhibuit eum mons Sinai, recipiendæ Legis Divinæ gratia, sibi fuit ascendendus; hunc tandem inter ceteros ad inspiciendam Chanaanitidem selectum voluit. Tandem Josue post exhibitam fidelem Moysi fervitutem, dignus est habitus, qui Moysi succes sor in gubernando populo a Deo daretur.

Fato igitur functo Moysie, Josue rerum potitus, per Jordanis vada incolumem exercitum trajecit, eo vel simili prodigio, quo Moyses Erythræum transfreraverat. Nube autem, cujus ductum ad id usque Israelitæ sequuti fuerant, jam evanescente, Josue pro insita sibi a Deo prudentia, aeceptaque a Deo norma reliqui itineris ordinem disposuit. Quare post celebratum primum Pascha in Galgalis, inde iter Jericho versus susceptum est. Eo eum pervenissent, septem succedentibus diebus Urbi exercitu circumactus est, semel per singulos dies; septima vero die, Sacerdotalibus buccinis clangentibus mœnia sponte corruerunt. Succedentes igitur in Urbem Israelitæ flammis omnia compleverunt, & stragibus, ut sola inelytæ Urbis rudera superessent. Rahab una ex ceteris omnibus Civibus, ejusque familia universa jussu Dueis servata est; reliqua omnia anathemati devota; diriique etiam devotus a Josue qui reædificandæ Urbis consilium susceptisset; quæ deinde post plura fæcula maledicta Hiel filium Bethel corripuerunt. Post captam Jericho, urbis Hai parum abilla diftans, angusta illa oppido & parva, 3000. militum armis tentata est; sed fruftra, nam erumpentes ex Urbe cives, hostes non sine cæde repulerunt. Inopinato eventu territus populus animis desponebat, cum Josue coram Domino prostratus, infausti eventus in causa fuisse dideit

(1) *Josue* 7. 25. & 4. *Reg.* 21. 23. (2) *Numer.* 25. 19. *Deut.* 19. 12. (3) *Deut.* 22. 18. (4) *Josue.* 10. 26. (5) 1. *Regum* 15. 33. (6) 1. *Reg.* 22. 18. (7) 2. *Reg.* 4. 12. (8) 2. *Reg.* 1. 15. (9) 2. *Reg.* 21. 9. * 3. *Reg.* 2. 28. (10) 1. *Maccbab.* 2. 24. 25. (11) *Marc.* 6. 27. (12) *Matt.* 27. 27. (13) *Joseph. l.* 4. *de bell. c.* 5. *Latin. & l.* 11. *Grac.* (14) *Vide Gell. l.* 20. *c.* 3. (15) *Vide P. Roger Terre Sainte l.* 2. *c.* 17. *pag.* 325. (16) *Suet. in Calig. cap.* 26. *Flagellavit veste detracta, subjectaque militum pedibus quo firme verberaturis insisterent. Item c.* 32. *Miles decollandi artifex, quindecumque e custodia capita amputabat.* (17) *Vide Orig. hom.* 11. *in Exod. Theodoret. q.* 34. *in Exod. Lact. lib.* 4. *cap.* 17. *de vera Sap.* (18) *Vide Orig. hom.* 2. *in Josu. Epist. Barnab. pag.* 13. *Tertull. l.* 3. *cont. Jud. Justin. Dial. cum Tryph. Aug. l.* 16. *c.* 19. *cont. Faust.* (19) *Num.* 13. 17.

cie servatam a quopiam prædæ Jerichuntinæ anathemati devotæ portionem. Quare jactis fortibus, Achan criminis reus inventus est, quod lapidatione expiare ipsum, cum ceteris rebus omnibus ad illum spectantibus, coegerunt.

Tunc prona omnia, namque Hai nullo negotio in potestatem venit. Ea recepta, juxta præceptum Domini olim per Moysen traditum, vectum est ad verticem duorum montium, Garizim, & Hebal, ubi & monumentum erectum, & innovatum cum Domino fœdus. Cum eatra ad Galgala secundum hæc populus haberet, Gabaonitæ supervenientes, legatione se a populo remotissimo fungi incautis persuaserunt; petere autem se, ut fœdus secum iniretur, quod inconsulto ab Israelitis Domino impetrarunt. Sed brevi fraude deprehensa Josue, intellexit iniviſſe se eum populo fœdus anathematati jam devoto; quare servitiis Tabernaculi Domini & totius populi gentem illam obligavit.

Hoc Gabaonitarum cum Israelitis fœdus gravius habentes finitimi Reges, juncto simul quinque eorum fœdere, exercitum in Gabaon duxerunt. Josue fœderatis sibi populis succurrendum ratus, opportunus cum adveniſſet, hostes prœlio fusos magna cæde prosſtravit. Hujus prælii occaſione datis de Cœlo prodigiis Deus pro Israele pugnavit; nam & lapidibus in Chananæos Cœlum pluit, & Sol ac Luna cursum ſiſtentes ſuum, diem cedendis hoſtibus opportunum Hebræis prorogarunt. Ejus victoriæ fructus tota Chananitidis meridionalis regio in Hebræorum poteſtate relicta eſt.

Felici armorum Israelitarum ſucceſſu, tum & prodigiorum fama ſollicitati Reges Septemtrionales Chananitidis imminenti malo occurrendum ſibi, junctis viribus, duxerunt. Commiſſo prœlio victoria ſtetit Hebræis. Tunc Jabin Rex Aſor, reliquos populos Regique ſimul collectos in unum exercitum ingentem ſuæ ac validum armavit. Caſtra locaverat ad Merom, ubi commiſſo cum Joſue prœlio, fuſi fugatique Chananæi terga vertere coacti ſunt. Omnia victoribus cedebant; atque coacti a Deo tot Reges ac populi alia de cauſa vidibantur, quam ut majoris victoriæ fama Ducis ac populo compareretur. Porro quanta fuerint bella, quam magni momenti expeditione, ex numero devictorum Regum ſæcile colligimus; namque ad 31. recenſentur, atque juxta Scripturæ phraſim, nullus in iis locis Princeps reliſtus eſt, qui victrices Israelitarum manus graves in ſe non experiretur [1].

Poſt receptam in fidem Regionem, Ducis curæ omnes intentæ fuere aſſignandæ ſingulis Tribubus portioni, ut nulla præberetur querelis & invidiæ in perpetuum anſa. Primus omnium Caleb prædmio donatus eſt, quod illi Deus peculiare fuerat pollicitus, ſpectata viri fide delectatus. Jactis deinde ſortibus, ſingulæ portiones ſingulis Tribubus Juda, Ephraim, & dimidiæ Manaſſe [alteri enim dimidiæ ſuæ jam erant ſedes] aſſignatæ ſunt.

Ne res perficeretur intereſſit ignota nobis cauſa; nondum enim junt aſſignatæ portiones Tribubus Benjamin, Simeon, Zabulon, Iſachar, Aſer, Nephtali, Dan, ſicut & Joſue. Regionis dimenſores per totam provinciam miſſi, ut æquas portiones dividerent, quæ deinde ſingulæ jactu ſortium diſtribuerentur. His peractis, 48. Urbes in ſedem Levitarum aſſignatæ, e quibus ſegregatæ ſex in aſylum iis, qui imprudentes hominem peremiſſent. Accidit inter hæc, quod pene Israelitas omnes inter ſe commiſerat; namque Tribus Ruben, Gad, & dimidia Manaſſe reduces in aſſignatam ſibi Regionem trans Jordanem, in ripa ejuſdem fluminis Altare erexerunt, perpetuum ſui cum ceteris Israelitis, conſenſus monumentum. Rem peſſime acceperunt Israelitarum reliqui, conſtitutam Aram irreligionis, & apoſtaſiæ ſpiritu rati; quare miſſis ad fratres legatis, eccquid rei eſſet quæſiverunt? Reponentibus illis, nihil ſe contra avitam Religionem, & Israelitarum concordiam attentare voluiſſe, murmur quievit.

Inclinans jam ad exitum Joſue, collecto in Sichem populo, beneficia prius omnia a Domino præſtita expoſuit; tum & fœdus innovari ſancivit, quo ſcilicet in electum Domini populum accepti jam fuerant, ejuſque innovati publicum extare voluit documentum. Diem clauſit, ac deinde ſepulturæ mandatus eſt in Thamnath-Sare, quam urbem in ſedem elegerat. Hæc ſumma hiſtoriæ Libri Joſue.

Operis hujus Author ſine controverſia idem creditur, cujus nomen Liber præfeferi; præſefert autem Joſue nomen in omnibus æque Exemplaribus Hebræis, Græcis, Latinis, cæteriſque, Author Eccleſiaſtici tradit cap. 46. 1. *Joſue ſucceſſor Moyſi in Prophetis*, ſeu ut Græcus habet, *in Prophetiis* i. e. juxta plures, in hiſtoria populi Dei, faciſque Libris ſcribendis. In extremo ejuidem Operis capite cap. 24. 26. hæc leguntur: *Scripſit Joſue omnia verba hæc*, nempe ad minus omnia, quæ in eodem capite continentur. Si vero poſtremi hujus capitis author ereatur Joſue, cur non & reliqui libri, cum in ipſum reliqua omnia quadrent? Quis illo magis norat fingillatim omnia in eodem libro relata, aut in quem alium unquam omnes ejuidem Operis characteres convenianr? quis præ illo debuiſſet jes ab eo geſtas memoriæ mandare? Per injuriam protius ambigeremus an Opus illud Authorem haberet eoqvum; vel ſaltem ſi ab altero recentiori Author ſit diguſtum reputaremus ex monumentis tamen alterius Authoris Joſue eoæri judicandum eſſet. Ex ſunt enim temporum, locorum, & perſonarum circumſtantiæ; ea ſunt ſingularium virorum, rerumque nomina expreſſa, atque ſingulares rerum eventus deſignati, ut Authorem omnino prodant prætæ æqualem, qui explorata a ſe omnia poſteritatis memoriæ commendaverit.

Inficias tamen non iverim, additamenta quædam in Libro notari, ab altera, quam Joſue, manu appoſita; quare facile concedimus Scripturæ hoc, quale habemus, alterum, poſt Joſue, Authorem exſtiſſe. Hujus opera locorum nomina, tum & notulæ quædam adjectæ ſunt, raræ tamen, & minoris momenti, ſicut & facile a reliquo priſci Authoris contextu diſtinguendæ. Par igitur de illis judicium feramus oportet, ac de ſententiis in Libris Moſaicis adjectis; Prophetas ſcilicet, Moyſe & Joſue recentiores, adjiciendum ſibi aliquid cenſuiſſe, quod nihil immutata hiſtoriæ fide, atque narrationis ſerie, obſcure dictis lucem afferret. Proſecto ſi ex additamentis illis invidiam in reliqua omnia antiquitatis monumenta creaze voluerimus, quod unquam Opus a cenſura erit immune? Producatur, quæſo, Liber, cui ab Amantenſium Lectorumque inicitia, ſive longioris temporis oblivione impoſitum aliquid non fuerit? Hæc ſane in Libris Prophanorum Authorum maculas appellamus, veneramur in Divinis Scripturis, perſuaium habentes nihil in illis niſi Divinum fide, & veneratione dignum contineri. Additamenta illa veluti reliquum Textus accepta ab eodem Spiritus fonte, per ſanctiſſimorum Virorum canale, derivantur. Excipimus tandem errata quædam Amantenſium, quæ in Libris Sacris facile poterant irrepiſſe; neque enim Religionis authoritate ad ea recipienda adigimur, quin & jubemur rejicere, ſi forte in apertum prodierint.

Certam recenſiti hujus Libri ætarem vix poſſemus definire; quin & accidiſſe facile potuit, ut varii variorum temporum Propheræ ad id opus manum admoverint. Urbs Hai Authoris ætate everſa adhuc jacebat [2]; quam tamen reſtitutam ſub Regibus fide conſtat, quod poſt reditum e capeivitate ſubſtiterit [3]. Urbem Jeruſalem tenebant Jebuæi ſimul ac viri Tribus Juda & Benjamin [4]; unde facilis conjectura ducitur, vixiſſe Scriptorem illum ante Davidis ætatem, qui Urbem, pulſis Jebuſæis, tam vindicavit. Nondum enim Ephraimitæ Gazer poſſederant; ſed

(1) *Joſue* 11. 19. (2) *Joſue* 9. 28. *Succendit Urbem, & fecit eam tumulum ſempiternum.* (3) 1. *Eſd.* 2. 28. & 2. *Eſdr.* 8. 32. *Viri Hai, & Bethel eorum viginti tres &c.* 6. 2. *Eſdr.* 11. 31. (4) *Joſue* 15. ult. *Jebuſæum autem habitatorem Jeruſalem non potuerunt filii Juda delere; habitavitque Jebuſæus cū filiis Juda in Jeruſalem uſque in præſentem diem.*

[1]; sed prisiinis permissam civibus Urbem tributariam habebant. Idem animadvertere licet in Libro Judicum (2); ex quo infertur non immerito Authorem recensiti primum hujus Operis Josue fuppuerem, vel fere fuppuerem sub Judicibus forte vixisse. Quis enim sibi facile perfuaserit, sub Davide & Salomone Chananæos quietos in ea Urbe manfisse? Facilius sane relinqui poterant sub Josue, & sub Judicibus; non enim pristinos omnes incolas ab avitis sedibus Josue expulit. Quæ autem in Libris Judicum de Gazer legimus, eorum quæ apud Josue extant, velut repetitio quædam habenda sunt.

Sed alia suppetunt in eodem Libro loca, quæ Authorem sub Regibus vixisse insinuare videntur. Ita scriptum legimus hiltoriam conjugii ab Axa cum Othoniele initi; quod sane nonnisi post obitum Moysis, ineuntibus Judicibus, contigisse reputatur [*]. Expeditio etiam Danitarum in *Lezam*, quamvis in Libro Josue relata, ad Judices pertinet [3]. His omnibus addi possunt nomina Chabul [4], Tyri [5], Galilææ [6], Luzæ [7] Joctal [8], post Judices, uti ferunt, cognita. Sunt qui credant Librum Justorum, sæpius in eodem Opere laudatum, sub Regibus tantum exaratum fuisse [9]. Tandem hiltoria obitus Josue, quæ librum claudit, ab altero sane quam ab ipso Josue scripta rectissime creditur.

Quamquam post ingenuam, quam præmittimus, confessionem de locorum quorumdam additamentis, nihil tamem Fidei & moribus officientibus, nullo sane negotio iis, quæ in hunc Librum objiciuntur, facilis pateret responsio; non est tamen cur futiles aliorqui objectiones iltas sine peculiari discussione negligamus. Terra *Chabul*, de qua sub Salomone mentio [10], altera quidem creditur ab ea, cujus est nomen apud Josue; illa enim regio erat eo. Vicos complexa; altera vero vicus tantummodo Josephi ætate non incognitus [11]. Quod ad Tyrum spectat, Josue de ætate ejus Urbis conditæ in Commentario differuimus. Nomen Galilææ in hoc Libro pro finitima aliqua regione usurpatur; quare argumentum ex hoc nomen deductum, quasi scilicet Scriptorem prodat longe viro illo recentiorem, sponte corruit. An forte Urbes *Luza*, & *Joctal*, de quibus in hoc Libro, eædem sunt, ac aliæ cognomines, de quibus in Libris Judicum & Regum? Peritissimi Interpretes distinguendas censent. Quamquam testimonium ex Libro Justorum ab aliena manu adjectum videatur, frustra enim ab Authore laudaretur Liber, qui nihilo majorem, quam Author qui Opus scribereret, exigeret fidem, ac frustra testimonia congererentur in re tum temporis exploratissima; non ægre tamen crederim hunc Librum parum ætate Josue fuisse recentiorem. Facile Commentarii erant publici & vetusti in Tabernaculo asservati, opus Sacerdotum, & Scribarum, quibus id muneris committi solebat.

Notus est apud Samaritanos Liber Josue, sed aliter plane a Libro Josue, de quo nobis in præsentiarum. Samaritanorum ille Chronicon exhibet, vel hiltoriam, male congestam rerum setsim a Moysis obitu usque ad Imperium Adriani referentem. Porro Liber iste sub nomine Chronici Samaritani tamdiu votis Eruditorum frustra expectatus, in manus Josephi Scaligeri incidit, cujus supremis tabulis, publicæ Lugduni Batavorum Bibliothecæ legatus est. Vernaculo Arabum sermonem Samaritanisque characteribus digeritur. Numquam Latine prodiit, cum Hottingerus, qui versionem meditabatur, satis antea functus fuisset, quam consilium suum executioni mandaret.

Hæc Scripti, sive hiltoriæ, quam Josue imputant, summa. In ipso Operis vestibulo status Hebræorum sub Moyse primum in deserto, dein in Chanaanitide sub Josue: ac tandem sub Judicibus brevi contextu exhibetur; nec illud omittitur de Josue ac de Eleazaro, quorum illum Legislator populi Ducem, alterum vero Saerorum Principem constituit. Succedit in Madianitas expeditio, atque tota Balaami hiltoria, cujus perniciosis consiliis factum est, ut Israelitæ cum Madianitarum puellis commiscerentur, quod eorum crimen & ultionem in illos Moysis & necem in Balaamum provocavit. Plura interim admiscentur, de quibus altum est in sacris Hebræorum Libris silentium.

Excipit hæc omnia obitus Moysis, cui Josue non funebri tantum pompa, sed & panegyrica etiam oratione, ac tandem luctu 30. dierum populus universus parentavit. Josue rerum potitus exploratores ad Jericho mittit, quibus ad exercitum restitutis, ipse una cum copiis Jordanem, non sine prodigiis illis, de quibus in Libro Josue, aliisque ab Authore adjectis, transvadavit. Jericho post hæc expugnatur; Achan commissi criminis reus punitur; Gabaonitæ Israelem circumveniunt; quinque fœderati Reges Gabaon oppugnantes funduntur. Prosperum hunc armorum fuprum succeffum Josue per litteras columbæ tamquam veredario commissas Eleazaro Summo Sacerdoti nunciavit; addens insuper, non prius se reversurum, quam Chanaanitidem universam subjugasset. Redux jam in montem sanctum Garizim ascendit, ubi & populum recensuit, lustravit, sacra obtulit Deo, totamque regionem in duodecim Tribus divisit.

Data insuper remeandi ad Transjordana facultas Tribubus Gad, & Ruben, quæ suppetias laturæ fratribus suis Chanaanitidem subigentibus venerant. Non antea tamen remissæ sunt, quam illis Rex Nabichur, eui universus pareret; Transjordanus populus, præficeretur. Excitavit autem Josue Templum in monte sancto Garizim, atque interim toto spatio 20. annorum quieta omnia in Israelis mansérunt. Secundum hæc Sauber Rex Persarum, filius Regis Heman, illius nempe quem Josue neci tradiderat, bellum indixit in Hebræos, accito filio in societatem ingenti Regum numero, in junctis cum illis viribus patris sui necem ulcisceretur. Sauberi litteræ 10. die fecundi mensis ad Josue relatæ sunt, a quo juxi dicundo in populo interim occupato, non antea quam proximo festo Paschali ab Israele celebrato, in publica optimatum coneione expositæ sunt. Tum scripto ad hostes responso, tumultuarium exercitum 300000. virorum collegit, iterumque coram milicibus Sauberi litteras recitavit, suaque interim referendas litteras Legato fœderatorum Regum, a quibus priores receperat, commisit. Redux ad fines Legatus ille, vires & potentiam Hebræorum adeo exaggeravit, ut nominis Hebraici terrore omnium pectora repleret.

Sed mater Sauberi, adhibito sibi in socium seniori quodam Mago, desipondentes animis confirma vit, adnisurum se Mago illo pollicente, ut omni arris suæ ope victoriam illis assereret. Nec defuit promissis; an producte Hebræorum copiæ adeo se viri callidi præstigiis fascinari experte sunt, ut septem veluti ferro constructis parietibus includi opinarentur. Sed vix insonante Summi Sacerdotis Eleazari buccina, & præstigia omnia evanescere, & hostes subito terrore corripi, atque in fugam converti vifi fuere. Ante Sacerdotalis buccinæ prodigium, Josue clausum se tot ferreis parietibus sentiens, angustias suas Nabichur filio patris sui, & Regi Tribuum Transjordanarum per litteras renunciavit, rogans ut subsidiarias copias quantoeius mitteret. Nec ille ferendo auxilio segnior, valido statim eum exercitu accurrens, sua ipse manu Regem Sauberum transfodit, atque insignem cum exercitu Josue victoriam de hostibus reportavit.

Aliquanto post Josue diem clausurus, succeffurem reliquit Babelem e Tribu Juda, & Calebi nepotem. Babelem exeepit Terfius Ephraimita. Altum est apud Authorem de aliis Judicibus Israel silentium, excepto Samsone. Additur post hæc, hiltoria obitus Eleazari Summi Sacerdotis, tum & altercatio inter filios Phinees, & Heli Summum Sacerdotem pro munere sacro-

(1) *Josue 16. 10. Habitavitque Chananæus in medio Ephraim usque in hanc diem tributarius.* (2) *Judic. 1. 29. Ephraim non interfecit Chananæum, qui habitabat in Gazer, sed habitavit cum eo.* (*) *Josue 15. 16. & Judic. 1. 12, 13.*

(3) *Josue 19.* 47. *Judic. 18.* (4) *Josue 18. 27.* (5) *Ibid. vers. 29.* (6) *Josue 13. 2. & 20. 7.* (7) *Josue 13. 2. & 20. 7.* (8) *Josue 16. 2. & 18. 13. collatum cum Judic. 1. 23. 26.* (9) *4. Reg. 14. 7.* (10) *Josue 20. 13. collatum cum 2. Reg. 1, 18.* (11) *3. Reg. 9. 13.* (12) *In lib. de Vita sua.*

faerorum offerendorum; nec omittitur Samuel, ſicut & hiſtoria captæ a Philiſthæis Arcæ, ac tandem Bachenezais [ita Nabuchodonoſorem appellat) Regis Perſarum, Jaddi & Alexandri Magni, ac tandem obſidio Jeruſalem ſub Adriano Imperatore. Sequitur genealogica ſeries Principum Samaritanorum, quorum hæc ſunt nomina, Akban, Nathanael, Barabba, qui nepotem ſuum Levi addiſcendarum litterarum gratia Conſtantinopolim miſit. Rediit inde ad montem ſanctum Garizim. Ex his omnibus facile intelligimus 1. Librum & hiſtoriam Joſuæ Samaritanos non latuiſſe; quam tamen veritatem pluribus fabellis inſerſerunt. 2. Librum, quem illi Joſuæ appellant, alterum plane eſſeopus, ac illud a Jone duce Iſraelitarum ſcriptum 3. Tandem Librum hunc recentiſſimum eſſe, ſi exordium Operis & finem ad unum eumdemque Authorem pertinere conſtuamus.

DISSERTATIO DE MANDATO JOSUE.

Quo Solem, & Lunam remoratus eſt.

EX quo opinionum ſingularitatem affectare Eruditis luceſcerit, tum & prodigia omnia ad naturales leges moliri ſunt revocare, nullo ſane Scripturæ Textu abuntuntur magis, nullumque magis detorquent, quam eum, qui mirabilem Solis & Lunæ ſtationem ſub Joſue narrat. Ea eſt quidem prodigii illius fides, adeo perſpicua & aperta in Libris Sacris veritas, ut alterum plane ſenſum verbis dari, quo prodigium eludatur, quam laborantis phantaſiæ errore, atque verbis ejuſdem Textus plane detortis haud aliter poſſit. Non deſunt tamen Scriptores, qui hoc ſibi negotium aſſumant, ut mira prorſus judicii præverſione, nihil ſupra naturæ ordinem in ea re noſſe ſe profiteantur, tum & verborum ambagibus vim prodigii totam eludant. Ex quibus alii parum ſane cauti, ut prodigium omne depellant, alia ſane majora inferunt miraculæ, atque iis ſe difficultatibus obvolvunt, a quibus numquam expediantur.

Non defuerunt etiam alii, qui Solem & Lunam numquam ſane ſtetiſſe autumarunt, ſed tantum curſum ſuum retardaſſe [1]. Obtervant enim illi non id Joſue præcepiſſe, *ſiſte curſum Sol* [2]; ſed tantum: *Sol ſiſte*; id eſt juxta Paraphraſtem Chaldæum: *Sol curſum tuum remorare*. Ac ſi auriga curſum feſtinantem quis juberet, equos compeſcere, atque remorari. De ſole autem, addunt, ſcriptum eſt, non ſtetiſſe quidem illum a curſu, ſed: *Stetit Sol in medio Cœli, & non feſtinavit occumbere ſpatio unius diei*. Ita teſtimonium Libri Juſtorum in Libro Joſue laudatum (3).

Sed quis neſciat Hebræum *ſiſtere* idem eſſe ac ſtare, quieſcere, curſum ſiſtere? *Fiant immobiles* [Hebr. ad litteram *ſileant*] *quaſi lapis* [4]. Et Pſalm. 106. 29. *Statuit procellam ejus in auram*; nempe ſuſpendit in medio aere. Et Jerem [5]. *Non det requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui*; i. e. non ceſſet a lacrymis. Habacuc 2. 19. *Væ qui dicit ligno: Expergiſcere; jurge, lapidi tacenti*. Paribus utuntur phraſibus Prophani Scriptores: *Statua taciturnior*, ait Horatius; & *Luna ſiſtens quod* Plinius l. 16. cap. 39. & alibi, eſt Luna cum ſcilicet curſum abſolvens lucem nullam demittit. Habaeue Propheta 3. 11. prodigium illud Solis retpiciens, ita de ipſo apertiſſime: *Sol, & Lunaſteterunt ſin habit aculo ſuo, in lucefagittarum ibunt*: neque obſentrius Author Eccleſiaſticus 46. 5. *An non, ait, in iracundia ſua* [Joſue] *impeditus eſt Sol, & una dies facta eſt quaſi duo?* His ſane apertiſſimis verbis Scriptus S. præveniſſe obtrectatorum cavillos, tum & præjudicato judicio omnes eorum ambages deprehenſas damnare viſus eſt. Quando vero illud conecederemus, Solem non penitus quidem a curſu ſtetiſſe, ſed aliquanto tantum fuiſſe remoratum, quid hæc pro adverſariis? An ne pronius eſt ruenteun Solem compeſcere, quam penitus ſiſtere?

R. Maimonides non imminuiſſe tantum prodigii gloriam contentus, omnem ſubſtulit [6]. Cum verſus in preces Joſue Deum rogat, ut Solis & Lunæ curſum tandiu ſiſtat, quandiu ſibi opportuua exigendæ de hoſtibus ultionis occaſio faveret, nihil juxta illum Authorem poſtulat, quam rem plane ſimpliem, & communem. Rogat enim concedi ſibi, ut ante ſubeuntem noctem hoſtes penitus fundat, ac ſi per modum optantis votum inum prodens diceret: Opto Solem non quieſcere, donec ego plene de inimicis meis ulciſcar. Deus roganti æquievit, non quidem curſu Solis, & Lunæ retardato, prorogata ultra naturæ legem die, ſed breviato victoriæ curſu, ut reliquæ naturalis dieiſpatio talem victoriam obtineret, qualem ſi longius prodncta die pugnaſſet; Namque ante ſubeuntem noctem quinque Reges fuſi, magna aceepta itrage terga vertere coacti ſunt. Huic opinioni Varablus ſuffragatus, ita Joſue orationem paraphraſtice vertit: Ne, rogo, commietas Deus, ut Solis ac Lunæ lumen defieiat, donec plenam de hoſtibus victoriam reporemus.

In eamdem fere ſententiam Grotius deſcendit, qui in ſuas partes adducere Authorem Epiſtolæ ad Hebræos conatur: quippe qui altum habuerit de hoc prodigio ſilentium. Porro in longo miraculorum catalogo, ac inter præclara fidei Veterum Patriarcharum monumenta, de hoc Joſue prodigio ne verbum quidem habet Apoſtolus; quamquam minora ſane prodigia non ſileat, uti lapium mœnium Jericho, ac præmium, quo fides Rahab donata eſt [7]. Addit etiam Grotius, verba illa Joſue 10. 14. *Obedientе Deo voci hominis & pugnante pro Iſrael*, non ita elle acceipienda, quaſi Deus ultro ſe hominis præcepto ſubmiſerit, eoque jubente, Solem, & Lunam continuerit; ſed tantum Deum in opem Iſraelitarum veniſſe, indito illis robore, quo in eædem hoſtium prompram animarentur. Hæc omnia, pergit Grotius, probabiliſſime quidem aſſerimus, quamquam fieri etiam potuit, ſive ut contineret Deus in Cœlo properantem Solem, ſive etiam poſt oceaium ejus imaginem refractis in objectam nubem radiis ſuper horizontem exhiberet.

Plus aliquid, præ Grotio, audet Spinoſa [8], qui totum prodigium ita extenuat, ut ne intelligi quidem ultra poſſit. Communiterlur ille Dicem, ejuique exereitum parum myiteriis Phyſices, & Aſtronomiæ fuiſſe initiatos; quare ſtetiſſe Solem autumaſſe, eum ſcilicet nonni ſi grandinis tunc ruentis refractio ſolitoma jor contingeret. Simili errore Iſaias, addit, Solem aſſeruit in horologio Aehaz ſeptem lineis receſſiſſe, ignotum enim illi fuerat, quid parelia in hac re poſſent.

Author Præadamitarum [9] inſignis plane ſyſtematum

(1) *R. Levi Ben. Gerſon.* (2) *Schemes beſghom dom Schemeſa beſithon oriech.* (3) *Joſue* 10. 13. *Vatahmod haſoſchemes bachatzi haſoch. Schamaim Veaarz. Joſa Keiom thamin.* (4) *Exod.* 15. 16. *Iiddemm Knaſen.*

(5) *Thren.* 2. 28. & 3. 49. (6) *In More Nebuch. par.* 2. *cap.* 35. (7) *Hebr.* 11. 30. 31. 32. (9) *Tract. Theol. Tolit.* 1. 2. *pag.* 22. *&c.*

(9) *Præadam. l.* 4 *cap.* 6.

matum inventor prodigiis in Scriptura relatis eludendis, docet moram illam Solis ſub Joſue aliud quidem fuiſſe, quam quod vulgo homines opinamur. Erat enim ſimplex quidam meruſque fulgor, qui poſt Solis occaſum diem aliquanto prorogat in Paleſtina, five tantum in Gabaon, vallibuſque circumfuſis, quas palantes hoſtes petere coacti ſunt; ſed lucis beneficio fugientes infecutus Joſue, ampla eæde victoriam inſignem reportavit. Cenſet igitur iſte, Solem prope ſuiſſe ad occaſum, cum Ducis præcepto ſiſtere curſum juſſus fuit. Sol autem, inquit, nihil jubentem moratus eſt, ſed vicariam ſibi lucem reliquit, reflexione radiorum ex objectu montium Gabaon inductam. Lucem hanc excepit fulgor alius minus quidem vividus, ſed fulgenti Lunæ ſimillimus, qui maxime ſuper eonvallem Ajalon emicuit. Ita ſua teſtibus conſtat hiſce Scripturæ verbis: *Non fuit antea, nec poſtea tam longa dies* [1].

Omnes hiſce opinionesin ſuum Commentarium in Joſue D. Clerieus collegit, adoptavitque; quin & plus aliquid adjiciendum illi viſum eſt. Aſſerit igitur rotundis verbis, Solem nonniſi in ſpeciem tantummodo ſtetiſſe, re tamen curſum peregiſſe ſuum; quod a ſe dictum his potiſſimum rationum monumentis adſtruere conatur. 1. Quod juxta optimos quoſque Aſtronomos non Sol terram, ſed terra Solem circumit: quare non Solis, ſed terræ curſus retardandus fuiſſet. 2. Ut proprio verborum ſenſu loquamur, non erat cur Sol ſupra Gabaon ſiſti potuiſſet; quippe quod Urbis illius ſitus eclypticæ non ſubjaceat, ſed ad Septentrionem vergens ad tropicum Cancri ſpectet. 3. Res erat minimi momenti, de qua tunc agebatur: commodius enim ad eſtatinam diem differenda fuerat, quam ut opus fuiſſet prodigio, quo tota intra diei ſpatium abſolveretur. Deus plane non ita miracula profundit, ut pro re minima naturæ leges omnes invertat. 4. Hiſtoria illa ex Libro Poetico, nempe *ex Libro Juſtorum*, derivata eſt; ſolemne eſt autem Poetis elato, emphatico, & hyperbolico ſtylo loqui. 5. Quare ejus carminis Author turgenti hac phraſi deſignare voluit, ortumque ejus ſolitum in oceaſum ruere ea die viſum eſſet, ſive quod radii utriuſque Syderis inſueta quadam refractione diutius ſuper horizonte emicuerint, etiam poſt Solis occaſum, uti apud Lapones contingit, ubi perpetua dies in ſolſtitio æſtivo, quamquam alioquin Sol in occidentem demergitur; ſive quod Divina Virtute, ſeu Angelorum miniſterio factum eſſet, ut micanti aliquo phænomeno Solis & Lunæ defectus ſuppleretur.

Porro hi omnes Authores, ſi nec de veritate Libri Joſue, nec de Scriptoris Authoritate perſuaſi ſunt, ſupervacanea ſane opera ingenium ſuum detorſerunt. Quod enim ſuſpiciſum, ſive fictum reputamus illud nec refutare ſerio, nec ſedulo explicare ſtudemus. Si vero de authoritate, ac veritate Scripturæ recta illi ſentiunt, non feliciori conatu operam ſuam locarunt; quandoquidem ſin minus fateri voluerint Authores Sacros in unum conſpiraſſe, ut credulis nobis in ea hiſtoria referenda imponerent; conſentire ſaltem oportet, illos de veritate prodigii perſuaſos, eamdem nobis ingerere ideam voluiſſe. Quare propoſtero quidem conatu laborant Scriptores iſti, ut contra fidem Authorum Sacrorum omne ab ea re abſuiſſe prodigium demonſtrare nitantur. Id tamen ſibi demonſtrandum aſſumpſerunt Pereira, & Spinoſa; contendunt enim, Joſue & reliquos Judæos omnes, Phyſices & Aſtronomiæ myſteriis parum initiatos, tamquam verum prodigium habuiſſe, quod Solarium radiorum refractioni, ſive parelio alieui accepto referendum erat. Se vero omnibus priſcis illis Scriptoribus plane ſapientiores, errorem probe noſſe, vel invito originali Textu, qui veri prodigii idem ingerit, omne abeſſe prodigium jubentes. Reformandum igitur illi aſſumunt ſcriptum coævi Authoris, vita a ſe & ab omni ſimul exercitu, quin & ab ejus Regionis incolis omnibus, refereutis. Patet illis veritas rei, olim Joſue oculato teſti ignotæ. Tandem ut hypotheſim ſuam ſuſtineant, ad eas angustias reducuntur, ut aſſerant Spiritum S. qui Ducem populi Dei illapſu ſuo regebat, non tantum in errore nec parvi illo momenti vitum reliquiſſe, ſed & inſpiratione ſua id eommiſiſſe, ut poſteritati tranſmitteret commentum imperitiæ illius & phœnomeno non bene explorato uniee tribuendum.

Conſulatur modo Textus Libri Joſue, tum & laudatum e Libro Juſtorum Teſtimonium; conferantur loca Habaeue, & Authoris Eccleſiaſtici; requirantur Judæi omnes, & Chriſtiani, qui ad id uſque ſcriptam ejus rei hiſtoriam legerunt [2]: ſolæ inſunt phraſes, quibus totus rei eventus exprimitur, prouam adeo & vividam prodigi ideam ingerunt, ut bonæ fidei nemo inveniri unquam potuerit, qui non ſtatim ingeus aliquod prodigium, nulli, de quibus in Scriptura, ſecundum conceperit. Illud autem obtendere, rei nempe geſtæ hiſtoriam e Libro Juſtorum derivatam eſſe, Libro, uti quidem ferunt, poetico, gemino id aſſeritur errore, quorum ille merum putrdumque commentum eſt; alter vero rei incertiſſimæ per ſummam impudentiam adſtruit certitudinem. Ineertiſſimum eſt enim, Librum Juſtorum poetico ſtilo exaratum fuiſſe, cum potius Commentarius videatur rerum memorabilium a ſummis Judaicæ Reipublicæ viris geſtarum. Mirari autem ſubit, quanta conſidentia numquam inſpectus, neque inſpiciendus Liber ex parvi fragmenti conjectura poetico ſtilo, turgido & figurato ſcriptus aſſeratur; quando etiamſi aperta extarent carminum in eo fragmento indicia, non tamen continuo poeticum eſſe opus ſine temeritate affirmaretur; cum & Moyſis Opera, verſibus licet reſperſa, proſa oratione ſcripta eſſe noverimus. Quid autem ſi poeticum eſſe opus figurato ſtilo ſcriptum dicatur? An proinde ita ejus phraſes accipiendæ eſſent, quaſi contrarium quid exprimerent, ac illud cujus facilem pronamque ideam ingerunt? Tandem merum eſt commentum, omnem ejus hiſtoriæ fidem ex Libro Juſtorum pendere; non enim ex Libro illa rei geſtæ narratio repetitur, ſed in teſtimonium laudatur rei ab ipſo Joſue deſcriptæ. Quare ſi Liber Joſue ſtetiſſe Solem non in ſpeciem tantum, ſed reapſe prodit; tantumdem & Liber Juſtorum reteliſſe ereſcendus eſt. Si Liber Juſtorum miraculum narrat, narrat & Liber Joſue; quorum enim alterius ab altero teſtimonium aliuqui peteretur? Porro ſola textuum inſpectione opus eſt, ut dé conſonantia utriuſque judicium feratur.

Facilis ego quidem conceſſerim, quædam eſſe apud Sacros Authores loca, ubi figuræ, exaggerationes, & poeticæ phraſes occurrunt; ſed contextus, ac totius rei geſtæ narratio ſecrorum Authorum ſinceritatem, ac genuinum loci interpretationem in tuto ponunt. Poſt allegorias enim, & figuras ad planam & ſimplicem orationem regrediuntur, alteri ſententiæ ab altera luce affulgente. Solent plerumque Scriptores viam parare figuris præcedenti aliqua orationę; nec niſi raro contingit, ut figurata locutio diutius retineatur. Sunt etiamſin figuræ voces, quæ cum ad literam reduci non poſſint, Lectorem cogunt aptum rebus ſenium exquirere. Nihil ſimile in præſentiarum. Joſue inclinare jam hoſtes cernens, Deum rogat, ut planam fibi de illis victoriam permittat, tum ad Solem & Lunam converſus ſtare jubet, donec de hoſtibus ſuis exigat ultionem. Stetiſſe ad imperium Solem Sacer Hiſtoricus prodit; quo autem omnem ea de re dubitationem excutiat, Teſtimonium laudat ex libro Juſtorum. Demum rei geſtæ narrationem ita claudit: *Non fuit antea, nec poſtea tam longa dies, obediente Deo voci hominis*. Quid requiratur ultra ad orationem ſimplicem, litteralem rei geſtæ hiſtoriam plane & ſine figuris narrantem? Nihil fuiſſet magis præpoſterum, quam ut eo in loco exaggeratio, & hyperbole reponerentur; quis enim Lector, quantumvis ingenii acumine præſtans, ab errore immunis abiiſſet? Si enim figuræ & metaphoræ plana hac ſimplici & æquabili oratione exprimantur, actum eſt de veritate.

Sola eſſet natura rei five ſupra fidem, five factu impoſſibilis, five impiæ, five repugnantis, quæ nos poſſet

(1) *Joſua* 10. 14. (2) *Vide ſi placet Diſſert. Natal. Alexand. de admirabili ſtatione ſolis imperante Joſue.*

posset ad allegoriam cogere: hæc enim regula à Patribus, & Interpretibus in expositione Scripturæ unice proposita est. Sed in relatione Josuæ nihil est impium, nihil repugnans, nihil factu impossibile, Prodigium narratum, quod agentium quidem naturalium vires, non autem Dei virtutem excedit. Si vero semper ac prodigiosum aliquid naturæ leges transcendens occurrit, ad allegorias, detortasque interpretationes confugiendum esset, tum & miracula omnia in dubium essent revocanda, vel saltem, excogitato ad arbitrium systemate, ad naturæ leges redigenda, quid esset in tota Scriptura salvum? ita nec Moyses sicco pede Erythræum transfretasset, siccoque item pede Jordanem non tranivadassent Israelitæ, nec mœnia Jericho sponte corruissent, neque tandem Christus Lazarum revocasset a mortuis, & sic de singulis.

Si Author Epistolæ ad Hebræos fidem suam obligasset referendis omnibus, ne uno quidem omisso, veteris Testamenti prodigiis, vel saltem si omnia retulisset, eo uno prætermisso, ejus quidem silentium magni esset ponderis ad prodigium removendum. Verum scitum est in ea Epistola breviori quidem tractu obscure prodigia quædam Patriarcharum delibari, ut paucis relatis plurima omitteantur. Ex rebus a Moyse insigniter gestis raræ referuntur; nihil enim de plagis Ægypti, ac de prodigiis in Deserto patratis. Josuæ ne nomine quidem Epistola illa memorat. Præterit Jordanis transitum, atque expeditionem in Terram Sanctam. Uno verbo, sicut immerito prorsus revocarentur in dubium veterum Patriarcharum gesta, quod scilicet ab eo Authore silentio premantur; ita nihil est cur ex eodem silentio invidia huic prodigio eretur; ac mirari subit Grotium hisce conjecturis credidisse.

Tota Scriptorum illorum hypothesis in luce quadam versatur, quæ Solis jam in occidente demersi vicibus fungens, ementita Solis specie Israelitas fefellit. Non satis autem inter eos de causa hujus luminis constat. Spinosæ visum est, radiorum reflexioni, ejus rei causam tribuere, reflexioni, inquam, quam grandinis procella efficiebat. Grotius nubem statuit in horizonte, cujus objectu radii in montes propinquos reflecterentur; Pererius, & Clericus quacumque tandem ex causa factum autumant, ut hic illa in viciniis Gabaon post Sol's occasum appareret.

Hypothesim hanc nihil movor, cum parcha, reflexiones radiorum Solis in certas Terræ partes, Sole etiam in Occidente demerso, numquam fine prodigio non parcant. Quid etiam est aliud Lunæ fulgor, quam Solis radii objecto ejus Astri disco reflexi? Potuit autem, quod in Luna quoridie aspicimus, idem plane & objecto crassioris nubis contingere. Re tamen vera id factum negari, vel saltem nullam afferri posse tam firmam conjecturam defendo, quæ huic causæ accepto referat diem prorogatam in favorem Hebræorum. Quare nonnisi per summam audaciam hæc iniri ratio dubia prorsus, & incerta potuit, ut res certa & apertissimis expressa verbis destrueretur. Plane si res esset cum historia obscura, incognita, verbis ambiguis & variam interpretationem patientibus expressa, victas illis manus libenter darem; sed rem ancipitem, & hypothesim tantum possibilem opponere, quando de re agitur notissima & evidenti; id sane legibus bonæ fidei omnibus repugnare contendo. Docet Scriptura Solem flectile, Deum vero morigerum se præbuisse hominis imperio, diem illam præ ceteris omnibus, quæ ad id usque paruerint, longiorem fuisse, ut duplicis diei spatium æquaret. Ex factum omnibus characteribus expressum, cui Israel universus testis adfuit, & Josue, ceterique post illum ratum affertumque prodigium habuerunt. His ego monumentis tutus adversariorum conatus opperior. Populus, inquiunt illi, universus falla ductus credulitate demersum jam in occidente Solem super horizontem vidisse sibi visus est; fieri enim potuit, ut Solis radii rei alicujus objectu refracti proximis Gabaonitarum montibus affulserint. Repono ego, nihil moretur propositam hypothesim, vix ac ne vix quidem fieri potuisse, ut Solem sibi videre populus universus videretur, quem reapse non cerneret; quantumvis enim aftronomiæ fuerit imperitus, non est tamen cur multum Libri terantur, ut Sol in horizonte spectari possit, utque plene vigilantibus appareat, diem singularem duos vulgares dies æquasse.

Quin & falla fibi perfuadent Authores illi, qui Josue declinantem in occasum Solem continuisse affuerunt. Namque Scriptura infinuare potius videtur sterisse Solem in ipso Cœli meditullio, cum scilicet curium media sui parte tantum confisteret. Summo enim mane Josue ad mœnia Gabaonis succedens, & nocte eum in itinere a Galgalis ad eam usque Urbem confecerat [1], prælium in hostes inivit, eosque in fugam versos non ad ascensum Bethoron tantum insequutus est, sed inde etiam procedens excurrit usque ad Azecam & Macedam. Cum hostes ad ascensum Bethoron pervenissent, immissa lapidum pluvia cœlitus oppressi sunt. In eo rerum articulo Josue ad preces conversus stationem Soli denunciavit, jubens simul ne Luna contra convallem Ajalon ascenderet. Locus igitur patratæ a Josue prodigii inter Bethoron, & Gabaon constituendus est, Bethoron habens ad occidentem, Gabaon ad orientem. Definienda modo horum locorum distantia: quod enim Azecam & Macedam usque excurrisse Josue legitur, id sane post Solis stationem, & pluviam lapidum contigit; ambæ enim Urbes remotiores sunt quam Ajalon, & Bethoron.

Gabaon urbs erat 40. vel 50. stadiis ab Jerusalem septentrionem versus; Josephus enim Antiq. l. 7. c. 10. stadiis 40. ab ea urbe removet; sed de Bello l. 2. cap. 38. stadiis 50. idem spatium dimetitur. Solet autem 5. stadia pro singulis milliariis assignare, quare stadia 50. milliaria 10. vel leucas 3. efficiunt.

Bethoron inferior, [altera erat enim Bethoron superior, de qua nihil ad nos] in vicinis Gabaon & Ajalon sita, in via inter Jerusalem, & Cæsaream, 10. stadiis a Jerusalem distabat. Potuit igitur 5. leucis a Gabaon removeri septentionem, & occidentem versus. In edito loco constitura, teste Josepho, ascensui Bethoron item & descensui nomen fecit apud Josue 10. 10. &c. Hostes igitur fugientes ad ascensum Bethoron Josue infecutus est, eosque deicendentes ex urbe lapidum pluvia Dominus corripuit, confecitque. Veritus autem Josue, ne prompta fuga fese ab ultione lubducerent, sistere curium Soli præcepit. Non igitur ultra quinque circiter horæ excurrerant, ex quo hostes in fugam ineunte mane versos Judæi insequebantur, nec Sol nisi mediam cursus sui partem confeciste poterat. Justit proinde Josue ne Gabaon propius accederet Sol, qui ex oriente ad eamdem Urbem ascendebat, qui pariter Urbs copias Israeliticas habebat occidentales.

Ajalon, de qua in eodem loco, *Luna contra vallem Ajalon*, ex Danitici erat [2], sita ad occidentem Gabaon. Variant tamen Authores in assignando ejusdem Urbis situ, seu potius varias Urbes cognomines innuunt. S. Hieronymus Urbem hanc sitam perhibent non longe a Gabaon [3]; & alibi illam collocat 8. milliar. ab Emmaus, qua parte Jerusalem spectat [4]. Sunt ergo Gabaon & Ajalon a Jerosolyma æqua distantia remotæ, altera ad orientem, alia ad meridiem, seu inter medium & occidentem Josue. Quare ascendens Sol ex oriente ad Gabaon, stationem agere justus est; sicut & meridi curium Luna convallis Ajalon imminens. Tunc autem ad occasum Luna jam vergebat; aliqui etenim mane & ante meridiem numquam provectior quam Sol apparuisset.

Ex his omnibus fusius deductis illud consequitur, nec diem adeo processisse, nec Solem in occasum inclinasse, cum præcepto Josue stationem agere justus est. Potest etiam non incongrue ad litteram accipi restimonium Libri Justorum: *Stetit Sol in medio Cœli*. Appa-

(1) *Josue* 10. 9. *Venit Josue super eos repente tota nocte ascendens de Galgalis.* (2) *Josue* 19. 42. & *Judic.* 1. 43. (3) *In Epitaph. Paulæ Ascendit ad Bethoron inferiorem ... ad dexteram aspicientes Ajalon, & Gabaon.* (4) *In Locis.*

Apparet etiam, ſi Hiſtoriæ contextum ſequamur, emenſaque locorum diſtantia, quæ Iſraelitæ excurrerunt, tum & confecto ab illis poſt hæc geſta itinere, plurium adhuc horarum viam ſuperfuiſſe. A Bethoron, Azecam & Macedam uſque conficiendum illis erat iter ultra quatuor vel quinque leucarum, ſi fide ſit Hieronymo Azecam 9. milliar. Macedam 8. milliar. ſeptentrionem verſus ab Eleutheropoli removenti. Nam certior factus Joſue [1], quinque Reges in antro Macedæ delituiſſe, obtruſi ingentibus ſaxis ſpeluncæ præcepit, ne quos ab urgendis hoſtibus detinerentur. Poſt hæc diurius adhuc exercitus Chananæorum fugientium veſtigia premens cum palantes omnes cecidiſſet, Macedam reverſus eſt. Ibi eductis ſpeluncæ Reges coram omnibus tranſfoſſi in patibulum aguntur, ubi ad veſperum uſque ſuſpenſi, depoſiti demum in eadem ſpelunca conduntur. Iſtane omnia breviſſimo temporis ſpatio, quanto concedunt adverſarii, præſtari potuiſſent? An forte parelium, ſive lumen ex refractis Solis radiis 7. vel 8. horis poſt occaſum Solis diem prorogaſſet? Nonne qui hoc aſſeveraret, in eamdem incidiſſet Phyſices & Aſtronomiæ imperitiam, quam illi per ſummam audaciam Joſue ceteriſque Iſraelitis imputant? An forte dicturi ſunt. Sole jam in occidente demerſo, favore luminis parelio, vel refractione radiorum inductos id præſtitiſſe, ut a Bethoron Macedam uſque, & longius ultra Iſraelitæ fugientes hoſtes inſequerentur; ac deinde diu ante Solis occaſum Macedam regredi potuiſſent; Sed quis, rogo, Sol ille Iſraelitis Macedam jam egreſſis occidua? Tandem quaſcumque commiſcantur illi reflexiones, & refractiones radiorum, Sol Antipodum hemiſphærium illuminans, nonniſi pluribus ſuccedentibus reflexionibus radios ad nos uſque obliquare poſſet; quod ſane lumen plus uimio dilutum fuiſſet, quam ut objecta Solis ſpecie fallere poſſet aſpicientes. Porro hujus opinionis aſſertores cauſam ipſi ſuam produnt. Solem invehentes occiduum; quanto enim brevius conficiendum erat ſpatium Soli, tanto diei portio brevior reſtabat, tot agendis rebus prorſus impar.

Sed reponet forte aliquis, quid adeo urgebat Ducem, ut diem prorogari miraculo poſtularet, cum a Jioquin ejuſdem diei tanta adhuc portio remaneret; Ut quid Sole nondum in meridie poſito, cum defuturus dierebus agendis nulla conjectura ſuaderetur, augeri diem poſtulat? Nonne tentari Deus ejuſque clementiæ minus fidere hæc rogans videretur? Cur miracula ſine neceſſitate poſtulat? An vota & preces temere exhibitas exauditurum ſe Deus indicavit unquam; cum maxime de re agatur mira prorſus & inaudita, totamque naturæ œconomiam turbante?

Hanc Joſue ſollicitudinem, ut dies prorogaretur; cum nulla appareret hujus prodigii neceſſitas, non eam quidem five diffidentiæ ipſius, ſive inani concepto timori tribui neceſſe eſt; ſed ſtudii potius ipſius in defendis Dei hoſtibus argumentum eſt apertiſſimum. Juvenili animi ardore, tum & virilis pectoris actus virtute, ingentis relatæ victoriæ fructum ne amitteret, ſollicitatus eſt ut diem prorogari poſtularet, ne prius adeſſet, quam ipſe Divino operi finem imponeret. Deus qui pronis auribus vota ejus excepit, antea fane vota illa in imo viri pectore formaverat. Spiritu enim Sancto, ut poſtularet, excitabatur. Certos autem fines virtuti, & Sapientiæ Divinæ præſcribere, atque de ſingulis rerum articulis judicare, quibus cum brachii ſui vim Deus exerere, vel continere debeat, audaciæ eſt nequaquam ſerendæ. Quid opus fuit viam in mari aperire, ut ſicco pede fretum populus trajiceret? Nonne planior fuiſſet via, ſi panico injecto terrore in exercitum Pharaonis totus diſſiparetur, vel ſaltem ſi paulo contractiores aquæ redderentur, quam ſolerent in Maris æſtu, quo populus facilis tranſireraret? Quid inſuper opus fuit per medium Jordanis alveum arentem ſtrataque viam pateſaccre, vel mœnia Jericho dejicere? Nonne tranſvadari amnis poſſet, ubi aptius eſſet vadum, vel aquæ minores, & Jericho vi expugnari? O homo; quis es tu, qui velis rationem ponere cum Deo? Quis conſiliarius ejus fuit, cui Providentiæ Divinæ abdita reſerata ſint? Nonne proinus eſſet & tutius, ſi nobiſcum ita reputaremus: Docet Scriptura Hebræum Joſue curſum Solis retinuiſſet conducebat igitur ad Dei gloriam ut propitium illud patrareretur. Si enim aliter res haberet ſcie numquam commiſſum fuiſſet ut fieret.

Quo id tempore anni contigerit, Scriptura licet ſilente doctemtamen Judæi, Solſtitio nempe æſtivo [2], quarta die menſis Thammus, quarti anni Sancti, & Junio reſpondentis. Malunt tamen alii diem Dominicam menſis tertii deſtinare [3]. Uſſerius, die & menſe præternifſo, autumnum habet, autumnum nempe prioris anni introitus Iſraeliterum in Chanaanitidem [4], quinque vel ſex menſibus poſt tranſvadatum Jordanem. Qua ſemel ſtabilita hypotheſi, de longitudine ejus diei judicium ferre licet, ſi quod plerumque Scriptoribus viſum eſt, nequea Scripturæ Textu abluditi, prodigium in meridie contigit: *Steterit itaque Sol in medio Cœli*. Quare ſi emenſum diei ſpatium ſol duplo auxit, dies illa 18. 20. five 24. horatum periodo terminata eſt.

Judæus Author, *Schem-tob*, i. e. Pulchrum, five Bonum nomen, creaſſe Deum ea occaſione autumat nonum lucis corpus, cui Solis jam in occidente demerſi vicarium munus committeretur in favorem Iſraelitarum, plenam de hoſtibus victoriam reportantium, David Kimchi, ejuſque pater Joſeph Kimchi lucidum illud corpus ipſam ipſiſſe Lunam defendunt vicibus Solis ea occaſione fungentem. Sed novi atque lucidi corporis prompta creatio, prodigium eſt nihilo minus operoſum, quam ſi Solis & Lunæ curſus ſiſtatur. Si ergo minuendo prodigiorum numero ratio illa a Judæis initur, cur ad miraculum adhuc confugiunt? An forte Scriptura imponere hominibus ſtudeat, tot aperti ſimis phraſibus inculcans, ſteriſſe ſolem, nec occumbere feſtinaſſe; occubuiſſe denique poſt depoſitos e patibulo quinque Reges, atque ſepulturæ mandatos? De lucido hoc corpore ubinam, eedo mihi, in Scriptura ſermo. Quid inſuper eo opus fuiſſet, cum nulli hoſtes cedendi ſupereſſent, regrediente jam a cede exercitu [5]?

Huic noſtræ ſententiæ opponunt, 1. Prophaurum Authorum ſilentium, quos memorandum hoc prodigium penitus latuit. 2. Rem eſſe Aſtronomiæ regulis repugnantem. 3. Si imperio Ducis Sol paruiſſet, ipſum imperii ſui Ducem peritiſſet, cujus ne minimus æſtui longioris ſolis expoſitus adeo laboraſſet, ut nedum inſequi hoſtes ſed neque reſiſtere illis ultra potuiſſet. 4. Si Joſue eo inclariuſſet prodigio, ipſi Moyſi majori prodigiorum gloria præſtaret: nec enim par a Moyſe geſtum eſt unquam: aſſerit autem Scriptura [6]: *Non ſurrexit ultra Prophetæ in Iſrael ſicut Moyſes, quem noſſet Dominus facie ad faciem, in omnibus ſignis, atque portentis, qua miſit per eum ut faceret in terra Ægypti Pharaoni &c.*

Sed hiſce omnibus facile patet reſponſum. Quod ad Prophanorum ſilentium ſpectat, non eſt cur vehementer miremur; qui enim noſtra ætate ſuperiunt Authores, recentiores ſunt quam ut vetuſtiſſimum hoc prodigium noſcere potuerint: excedit enim Joſue antiquitate omnes Græcorum Authores, & tempus quod ipſi appellant hiſtoricum. Prodigium quidem adeo inſigne, totique, qua late patet, Orbi expoſitum nemo ſane ignoraverit; ſed numquid propterea poſteritatis memoriæ in publicis monumentis tranſmittendum fuerat? Quota rerum maximarum pars noſtra ætate intercidit? Forte veteris hiſtoriæ monumenta hujus quidem prodigii memoriam ſervaverant; ſed illius peremtibus eam quoque interiiſſe neceſſe fuit; vel ſaltem ſub ementitis fabularum velamentis tam alte occulitur, ut deprehendi veritas numquam poſſit. Ita in fabulis proditum eſt de nocte duplo prolixiore, ut deliciæ Jovis cum Alcmena prorogarentur; & apud S. Auguſtinum de Civit. l. 21. c. 8. ex Varrone legimus de Veneris planetæ curſu, colore, & figura ſub Regis Ogygis ætatem tranſmutatis.

(1) *Joſue* 10. 16. &c. (2) *Vi de Rabb. in Seder Olam cap.* 11. *Genebr. Arias, Lyranus.* (3) *Serrar. in Joſue* 10. *quæſt.* 22. *Bonfr. in Joſue* 10. (4) *Uſſer. ad fin. anni M.* 2553. (5) *Joſue.* 10. 20. 21. (6) *Deut.* 34. 10.


image
not
available


image
not
available

DISSERTATIO

De Pluvia Lapidum in Chananæos.

Ad Josue 10. 11.

POst initum a Josue prælium eum quinque Regibus Chananæis Gabaonem obsidione prementibus, actos in fugam hostes Bethoron versus insecutus est. Cum ad Urbis declivium pervenissent, *Deus*, inquit Textus facer, *misit super eos* [nempe Chananæos] *lapides magnos de Cœlo usque ad Azeca: & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis; quos gladio percusserunt filii Israel.* Hæc Scripturæ verba negotium Saeris Interpretibus fecerunt adeo, ut in varias abeuntes sententias, alii quidem de procella grandinis, alibi de procella dictum exposuerint. Hoc Dissertationis Lapidum hujus nostræ argumentum est.

Receptior inter Expositores sententia tenet, Deum [1] fugientes Chananæos oppressisse ingenti grandinis procella, quæ valido delata vento in miserorum copita devoluta est. Favet interpretationi Textus, in quo pæne narratam lapidum pluviam, *Misit super eos lapides magnos*, tum additur, quasi luculentioris expositionis gratia: *Mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos percusserunt filii Israel.* Septuaginta geminum hunc Textum reddunt, *Lapides grandinis* [2]. Suffragatur Author Eccli 46. 6. *In saxis grandinis virtus valde fortis.* Et alibi cap. 43. 16. tamquam Divinæ virtutis argumentum affert illud: *In magnitudine sua potuit nubes, & confracti sunt lapides grandinis.* Ex quo animadvertere juvat, solennem Hebræorum phrasin grandem lapidum nomine, vel *lapidum grandinis* exprimi, quemadmodum & pro glebis [3] *lapides luteos*, & pro plumbo erigendis ad libellam muris *lapidem plumbeum* [4] usurpant. Iis qui male compactum murum ædificant eumque terra fine paleis obliniunt, Ezechiel denunciat, eum valido ventorum turbine pluvia eorruerit, & ingentium lapidum procella ingruente ædificium lapsurum [5]. Luculentior Isaias 30. 30. immissurum in Assyrios Deum minitatur *turbinem & lapidem grandinis*, quibus allidantur. Ezechiel Domini judicium in Gog præmuneins, animadversurum in illum ait lue, sanguine, pluvia vehementi, & *lapidibus immensis*; sulphure insuper & igne e Cœlo demissis [6]. Apte proinde historia Judicium de procella grandinis in cædem Chananæorum sevientes exponitur. Præter grandinem addunt Prophetæ Habacuc. 3. & Josephus [*] tonitra, fulgura, & imbrem quæ in Textu Josue defiderantur.

Oppolita huic sententia, quæ de pluvia lapidum ad litteram Textum interpretatur, neque suis deficit conjecturis, neque eruditissimorum Authorum suffragio. Masius, Grotius, Bonfrerius, Gerardus Joannes Vossius [7], aliique nonnulli in eam rem conveniunt, tamquam nuum ex prodigiis Dei Israelis historiam illam reputantes: Eam statim ideam verba Textus ingerunt: quod autem subditur de grandine lapidum ad superiora illa referendum videtur, nimirum ad lapides, quibus Chananæi confecti oppressique sunt. Neque de nomine *grandinis* adjecto lapidibus sollicitos nos esse oportet, cum usurpari illud eommode potuerit de furiosa lapidum procella, quæ tamquam grandinis turbo in eaput miserorum insonuit. Ita pariter reddi possunt verba Ecclesiastici, Isaiæ, & Ezechielis, sicut & familiari sermone passim usurpare solemus: Deturbata est in miserum lapidum, ictuum, sagittarum grando. Porro si grandinem tantummodo vulgarem significare voluissent Prophetæ, quid opus fuisset hac verborum granditate rem familiarem exprimere? Negotium hic tantum fæit genus, & natura lapidum, qua illi ratione concreverint &c. quod in præcipuam nobis discutiendum superest.

Lapidum imbres non ita naturæ vires superant, ut continuo ad prodigium referendi sint. Moyses Deut. 28. 24. pluviam quamdam pulveris, & arenæ a Domino immittendam in populum refractarium denunciat: *Det Dominus imbrem terræ tuæ pulverem, & de Cœlo descendat super te cinis, donec conterearis.* Exempla rem produnt. Accidit non raro, ut in insuetis terræ concussionibus, ventis intima terræ quatientibus, pulveris, & arenæ nimbus in Cœlum efferatur, inde vero in subjecta arva recidens spiritum animalibus intercludat, agris sterilitatem indueat. Id contigisse ferunt juxta vicum *Trigergola* in Italia anno 1538. ubi validis succussionibus agitato solo, subito nimbo obductum Cœlum lapidibus & pulvere pluit: post biduum novus ereviſſe mons in medio lacus *Lucrini* spectatus est [8]. Majora ejus generis prodigia anno 1707. narrantur; nova enim Insula ex imo maris emergens in Archipelago, stupente ad prodigium Europa, apparuit. In Relationibus ejus phœnomeni legimus ante plures dies velut ingentes pilæ bombardæ ftrepitus exauditos fuisse, tum plures ignitos lapides in aerem ad immensam altitudinem ejaculatos proprio deinde pondere recidentes, in subjectum veluti aecensos pulveris radios pelagum, & in omnem late agrum spatio ultra quinque milliarium reeidisse. Ad hæc ater nigerque fumus, cinereo quodam furfure teter attollebatur, ita erassus, ut vix a recurrenti aere diffolveretur; qui tandem validis ejusdem aeris concussionibus paulatim dissectus, in pulverem tenuem abiit, indeque veluti niger efformatus imber in subjectas terras ita exonerabatur, ut totum solum obduceret. Interdum cum fumo jasse magnitudinis lapides ignitos interquebantur, adeo ingenti copia, ut non femel tota brevis Insulæ facies tegeretur.

Romani, quibus monstri loeo habebatur, si quando Cœlum lapidibus pluisset, ejus rei exempla plurima in suis historiis servarunt. Sub Tullo Hostilio [9] rennineiatum est, in Urbe lapidibus iuper montem Albæ pluisse; res fabellæ loco primum aceepta est, numquam enim memoria hominum fuerat auditum, de Cœlo lapides demissos, dein eerti homines legati sunt, ut rei veritatem explorarent: renuneiarunt illi: *haud aliter, quam cum grandinem venti glomeratam in terram agunt, crebri cuciderc de Cœlo lapides.* Temporis fuceeſſu prodigium illud familiare redditum est, ut veluti in re frequenti minus ad illam horrerent [10]. Similis pluviæ exemplum extat apud Authorem belli Africani [11].

Aliquanto post prælium Cannenſe, bidui spatio in eodem Albæ monte, simile imbris prodigium innovatum est. Paria alibi leguntur veluti Asiciæ [12], Capuæ, Romæ, Lavinii, Amiternis, in Marchia Anco-

(1) *Vide Joseph. Antiqu. l. 2. cap. 5. Lyr. Menoch. Tir. Dionyſ. Carth. Tofl. in Josue* 10. *q. 9. Salian. Vatabl. Cleric. Alii.* (2) *Lilium Chalazæ. Hebr. beafne habarad.* (3) *Ecclı.* 22. 1. *In lapide luteo lapidatus eſt piger.* (4) *Zach.* 4. 10. *Videbunt lapidem plumbeum in manu Zorobabel.* (5) *Ezech.* 13. 11. 13. (6) *Ezech.* 38. 22 [*] *Antiq. l. 5. c. 1.*

(7) *De Idololat. l. 1. c. 26.* (8) *Montfauc. Diar. Ital. cap. 21. pag.* 318. (9) *Liv. l. 1. decad. 1. pag.* 12. (10) *Vide Liv. l. 25. pag.* 264. *Idem l. 30. pag.* 395. *& lib. 34. pag.* 416. (11) *Cap.* 47. *Nimbus cum saxis grandine subito exortus eſt ingens.* (12) *Liv. l. 24. pag.* 220., *& l. 35. pag.* 422. *& alibi paſſim. Vide & Appian. l. 4. ubi Cin. & Aug. l. 3. de Civit. cap.* 31.

Anconitana, & alibi. Interdum ignei lapides Cœlo cadebant, interdum glebæ, interdum vulgares lapides. Hæc autem adeo explorata sunt, publica, & singularibus rerum eventibus confirmata, ſeut & præſtantiſſimorum Scriptorum fide, & copia aſſerta, ut non ſine temeritate negarentur.

Quod autem ſupra fidem videretur illud eſt, nimirum non imbrem tantum lapidum, terræ, atque arenæ e Cœlo deciditſſe, ſed etiam ingentium lapidum moles varias diutius per aerem jactatas, tandem ruiſſe præcipites.

Plutarchus in vita Lyſandri fuſius narrat hiſtoriam lapidis fulminei, olim in fluvium Ægos in Thracia dilapſi. Anaxagoras Philoſophus, qui in ea erat ſententia, Solem ingentem eſſe lapidem igne candentem, futurum prædixit, ut lapis iſte e reliquo ſaxo avulſus corrueret [1]; Damacus animadvertit [2], ſolidis illis 75. diebus, quot a reddito Anaxagoræ oraculo, uſque ad lapidis lapſum interceſſerunt, aetis faciem flammeum quemdam nimbum occupaſſe, in varias hinc inde partes varie agitatum; ex eo vero ſub inde lapidea quædam fruſtula veluti favillas avulſa, tamquam ſtellas erraticas ex uno in alterum locum actas; corruentem tandem lapidem deferbuiſſe ab igne, immanuraq; quin etiam plurimum ſaxi mole. Ariſtoteles [3] ſuſpieabatur lapidem illum e ſaxo aliquo, vel monte vi ventorum avulſum, atque in aera ſublatum, poſt varias hinc inde tum inſiti motus tum & aeris agitationes corruiſſe tandem juxta Anaxagoræ Oraculum; quam ejus opinionem vix probari ſibi Plutarchus ſignifieat, cum juxta Damachi relationem lapis 75. dierum ſpatio in aere ſuſtentaretur. Plinius æquaſſe illum aic mole vehiculum, colore autem fuiſſe atro, & aduſto [4]; illum vero narrat ad ſuam uſque ætatem tamquam inſigne aliquod Religionis monumentum ſervari.

Malchus in vita Pythagoræ refert, Philoſophum illum in Creta expiatum fuiſſe, lapide fulmineo in eam rem adhibito. Deus Elagabalus nihil erat aliud, quam lapis ſubniger e Cœlo dilapſus. Comes Marcellinus anno Chriſti 452. tres ingentes lapides e Cœlo in Thraciam deturbatos narrat. Anno 1492. die 7. Novembris mixtus eum grandine ingens lapis, quem nos oculati teſtes in Eccleſia Parochiali Enſisheim in Alſatia ſpectavimus, deciditſſe fuiſſe variatim lapidem nec exiguum refert, ſubnigrum, & veluti igne aduſtum, inæqualem, & aſpera ſupeificie, qua veluti fruſtula fuiſſent avulſa; pondere eſſe narrant circiter 300. librarum [5].

D. Gaſſendus [6] narrat, die 29. Novembris anni 1637. circa horam decimam matutinam læto & ſereno aere, cum forte duo viri in agro eſſent ſuper imminentem Varſonis montem ſitum inter Urbes Guillelmum, & Sedunum, ingentem ignitumque vidiſſe lapidem in medio aere ſuſpenſum; tum audiſſe ingentes veluti e tormento bellico ſtrepitus & potiſſimum, quorum alter alteri horribiliores, Viſus deinde eirca petram eirculus multieolor, diametro circiter quatuor pedum. Volitavit autem lapis 100. circiter paſſibus a Viris diſtans, ſupra terram circiter 5. pertiis elevatus. Sibilus comitabatur volitantem, ei ſimilis, quem ignitus accenſus pulvis refert, tum & odorem ſpargebat veluti aduſti ſulphuris. Tandem in terram decidit 300. circiter paſſibus ab iis viris, qui rei eventum ſpectabant, non ſine aliquo veluti e bombarda ſtrepitu, atque fumo latam Cœli faciem obtenebrante. Conſurrexere ad ſtrepitum ex adjacentibus regionibus incolæ ſpatium viderunt diametro circiter 5. pedum liquatis aivibus diſtinctum, in quo foſſa pede lata, atque tribus pedibus profunda aperiebatur. Jacentes circum lapides vi caloris in calcem redacti ſpectabantur, atque in imo foſſæ delapſus lapis inventus eſt paulo vitulino capite minor, & humano non abſimilis, pondere 54. librarum, colore vero fuſco, extrema duritie. Servatur adhuc Aquis Sextiis in Provincia. Fuſius ſingula deſcribere vſum eſt, ut turius infra tum de hoc phœnomeno cum de pluvia lapidum diſſeramus.

Anno 1510. [6] in agro non longe ab Abdua grando lapidum 1200. numero, odore ſulphureo, & duritie extrema cecidit. E nimbo flammeo ante duas horas in Cœlo verſante dilapſi ſunt, quorum unus in ſtatera pondus reddidit 120. librarum, alter 60.

Ex *Cerauniis* ſeu lapidibus fulmineis, de quibus agit Anſelmus de Boot [7], aliqui inter Curioſorum Cimelia ſervati aſciæ formam, alii vomeris, mallei, malleoli, cunei referunt. Quod ad rem ſpectat, genus creduntur focatii lapidis, colore variant. Foruſis autem inſtructi quibuſdam plerumque non caſu ſed de induſtria, uti quidem ſuſpicari licet factis, & manubria quondam habuiſſe ſua, & in varios agreſtium uſus adhibiti videntur.

E nubibus cum fulgure diſploſi lapides illi vulgo creduntur; ſed multo ad rem propius in uſu veterum Barbatorum tum bellicos, tum domeſticos agreſteſque addictos autumant Eruditi. Serum eſt enim coniuc viſſe olim Veteres, ſolido quodam lapide & ferc impenetrabili tum cultros, tum arma conficere. Æthiopes apud Herodotum [8] præduro quodam lapide & ſagittas armabant, & ſigilla inculpebant, Foramina lapidum in loco, ubi manubria erant inſerenda, variis olim uſibus ſerviſſe argumento ſunt apertiſſimo.

In vico quodam Normandiæ, cui nomen *Conqueruella*, tumulus veterum Barbarorum anno 1685. [9] detectus eſt, in quo poſitæ ſuper capita defunctorum haſtæ ex præduro lapide, ac colore variæ, inventæ ſunt; nihil autem illæ a Ceraunis erant abſimiles.

Aſſueta ſub fabulatum velamentis vera celare vetuſtas refert. Herculem ſuſcepta in filios Neptuni expeditione, lapideam grandinem a Joſue impetraſſe, qua in hoſtes deturbata omnes oppreſſi ſunt [10]. Hujus fabellæ non aliam facile hiſtoriam quæras, quam quæ de Joſue in Scriptura narratur; filii enim Neptuni apiſſime Chananæos, five Phœnices commercio & navigationi dedítos deſignant. Solemni Scripturæ phraſi filii maris, terræ, aicus non alios deſignant, quam navigationibus, cultui terræ, jaculationibus addictos viros. Herculis nomen multis inſignibus viris commune eſt; vel ſaltem res a multis præclariſſimis viris inſignitæ geſtæ, quidquid inſuper memorabile habebat vetuſtas, hæc in Herculem collecta ſunt. Factum inde, ut in unum cum virum ea ſimul conveniſſe deprehendantur quæ de Moyſe, Joſue, Samſone &c. memoriæ mandata ſunt.

Nuclei fulminei genus eſſe lapidis creduntur, facile a noſtro argumento non alieni. Nucleus enim iſte materia quadam conſtat ſulphurea, & nitrola ex terræ halitu in nube rorida conſtipato variisque ſubacto & agitato. Ejuſdem naturæ partes coeuntes in corpus ſolidiſſimum conſtringuntur, quod agitatione & compreſſione nubis igneſcens, in liberiorem aerem disjecto nubis ſinu, qua facilior via eſt, evadit. Aeeidit autem brevi [quandoquidem ex ſulphurea & nitroſa materia totus conſtat, pancis terræ &craſſioris materiæ, ignis vim retundentis, partibus admixtus] ut totus abeat in flammas, atque poſtquam erravit in libera aeris regione diutius, veluti aceníi pulveris radius nihil poſt ſe relinquat, niſi odorem, ſumum, & colorem quemdam aduſtum in locis a fulmine tactis. Hue ſpectare facile potuit Exechiel in loco ſupra laudato, ubi de *lapidibus Gabiſch* [11] vel pyropi, quæ gemma eſt colore & fulgore igneo.

(1) *Diogen. in Anaxag. Vide Not. Menag. in Laertium.* (2) *In lib. de Relig. apud Plut. dicto loco.* (3) *Meteorolog. l. 1. cap. 7.* (4) *Plin. l. 2. cap. 68. Qui lapis etiam nunc oſtenditur magnitudine vehis, colore aduſto.* (5) *Vide Goſnerum, & Anſel. de Boot hiſt. lapid. & gemm.* (6) *In Lib. 10. Diog. Laert. de Meteor. Epicur. &c.* (7) *Cardan. de Variet. l. 14. c. 72.* (8) *Lapid. & Gemm. cap. 26. l. 9.* (9) *Herod. l. 7. cap. 69.* (10) *Mezzafauc. Diar. Ital. cap. 28. pag. 440.* (11) *Vide Melam. l. 2. Gall. Narbon Plin. l. 3. Strab. l. 4. Æſchylus a Strabone laudatus conſigſſe illa teſtatur in bello Herculis Ligaſtico, Sect. cap. 2. In Liguria quoque lapidaritæ campi, quod ibi eo (Hercule) dimicante, creduntur ſaniſſe faxa.* (12) *Ezech. 13. 21. ubi alii aſſich.*

Aliud est genus lapideæ pluviæ naturale, rarissimum tamen; cum nempe lapides e petra aliqua in editis montium jugis divulsi, in aera, ventorum vi sublati tolluntur, ac deinde vento sedente innato in terram pondere deturbantur. Id in nostris quidem regionibus inauditum, frequenter apud Clarianarrant literarias in quibusdam Africæ tractibus, ubi procellæ familiares. Cum Periæ ad Templum Delphicum diriperidum venissent, furens subito imbrium procella, & fulmina simul & lapides e petris avulsos intorquens, in sacra impiorum capita ingruens, tanta in illos cæde sævit, ut exercitum dissiparet atque deleret. Ita Diodorus [1]. Paria acciidisse Persis violentas manus in direptionem ejusdem Fani injicere volentibus, Paulanias est author [2]; lapides, inquit ille, e monte Parnasii, vi procellæ avulsi, in Gallorum capita recidentes miserè attonitos opprimebant. Hanc lapidum avulsionem non procellæ furenti, sed terræ succussioni violenter tribuit Justinus [3]. *Præsentiam Dei & ipsi flatim sensere; nam & terra motu portio montis abrupta Gallorum straxit exercitum.*

Hæc lapidei imbris exempla succurrunt; restat modo ut genus determinetur, quod potissimum retulisse lapidea grando sub Josue, nostra quidem sententia, visa est. Porro ex iis, quæ de lapidibus fulmineis supra digessimus, facile Lectores intellexerint, omnia ad fabulas potius, quam ad historiam amandari. Nucleum in præsentiarum abs re prorsus esse ex eo constat, quod lapis est quidem, sed alterius cæteroqui a lapidibus in Chananæos naturæ. Illi enim grandineo imbre ruentes Chananæos a descensu Bethoron usque Azecam longissimo temporis & locorum spatio profecuti sunt: quid hæc ad nucleum, sive ad fulgur? Tandem alieni a nostro argumento habentur ignoti illi lapides in aere aliquanto suspensi, dein in varia terræ loca ruentes; hæc enim mira quædam & infinita phænomena vix ac ne vix quidem grando lapidum appellari apte potuisset.

Verum si pondera illa immania adeo & compacta valido ventorum robore in aere sustineri, atque huc illuc volvi potuerunt; si petere sublimia ignis sive subterraneæ exhalationis vi coacta sunt; vel falrem si in aeris regione terreis, aqueis & sulphureis particulis simul conflipatis compingi potuerunt; quidni contigerit, ut lapides, mole quidem minores, sed copia majores, quales in Scriptura infinuantur, sive in ipso aere formarentur, sive falrem in aera sublati lapideam grandinem graven Chananæis reddiderint?

Desinam est jam diu inter Doctos opinari cum Anaxagora, lapides e Cœlo interdum dilapsos, frustula esse ex lapidea Solis sive aftrorum massa divulsa; neque enim pronius est ut credamus, potuisse e Sole vel aftris lapides divelli in terram provolendos, quam quod lapides ipsi e massa montium in æthera protrudi potuerint, quo se cum aliis solidis corporibus in vasto materiæ æthereæ æquore natantibus conjungerent.

Cum vero expertatum habeatur, accidisse quandoque ut immanes lapides in medio aere flammas conciperent, ac deinde proprio pondere in terram ruerent, sicut & visas interdum lapideas procellas; non est plane cur de veritate prodigii Josuæ ambigamus. Res est enim nihilo majorem extorquens fidem, quam cetera rata sine dubio, & omnium assensu certissima. Hisce autem formandis lapidibus neque prodigium, neque Angelorum ministerium commiscri cogimur, quod a Masio, & Bonfrerio factum est; cum Physicæ regulis uti salva adhuc prodigii veritate possimus. Neque enim nimbre lapideo pluisse Cœlum miramdum est, sed id potius monitri loco habendum, ut procella ea dara opportunitate hostes corripuerit, ut ad eam rem pararentur lapides, ut tandem causæ secundæ ad illum rei eventum disponerentur, atque dato temporis articulo nimbus excuteretur in Chananæorum pernicicm. Solet plerumque Deus rea & causas naturales in prodigia ordinare, cum iisdem incitat nova indita dispositione, suis implendis consiliis determinat. Non creaturas ille novas educit, sed novam creaturis dispositionem indit. Cum in Hebræorum castra inducerent cournices, cum in Ægyptios muscas immiteret, num ille novas in Orbem creaturas invexit, & non potius dispersas per universam Orbis faciem prodigio congregavit?

Concipimus non inviti valide furente ventiturbine avelli e petra potuisse lapides, atque longissime transferri. Ignis etiam seu venti intra terræ viscera compressi vel clausis in specu aer lapsu quodam sive humi, sive petræ alicujus in arctum redactus, si qua forte adium in parentem aerem perrumpant, obvia quæque omnia abripiunt, veluti inflammatus in bombarda pulvis, vel compressus in eadem bombarda aer globum secum rapit. Contigit id non raro in monte Vesuvio, & Ætna, unde ejaculati longissime lapides, arenæ & cineres in ipso voraginis orificio jacentes, longe lateque terrorem intulerunt. Id igitur forte & in imbre lapidum accidit: lapides in aera sive turbine rapti, sive erumpentis e terra aeris vel ignis vi protrusi, proprio deinde pondere in terram reciderunt. Divinæ autem Providentiæ virtute factum est, ut in eo effectu producendo certum temporis articulum & opportunitarem causæ secundæ servarent. Nihil hac hypotheli aptius, ut prodigii veritas, cum naturæ operationibus conflaret.

Res est minus quidem cogitatu bilis prona, non tamen factu impossibilis, ut lapides in ipsis nubibus coaluisse concipiantur. Potuit enim pulvis, arena, terra turbine quodam commota in aera protrudi, quod iteratis exemplis quotidie contingere quis ignoret? Rore autem nubis pulvis ille madefactus conflipari primum, deinde admixtione partium sulphurearum, bituminosarum, oleosarum durescere; tum proprio adnitente pondere, vel cadentis nubis allifu in terram ruens, adjecto vento & procellæ impetu, adeo gravis in capita Chananæorum impingi, ut passim miseros occideret. Hucusque prona sunt omnia, nihilque naturæ leges transcendens. Prodigii autem vis in eo potissimum specctarur, quod adeo dispolita Dei justu, & Angelorum directione singula hæc corrigerint, ut in ipso descensu Bethoron hostes corriperent.

Nec ego facilis in animum induxerim, lapideas pluvias in veteri Romanorum historia non infrequentes, in supernaturalium causarum censum referendas esse; ut nimia pietate laborare videantur Scriptores illi, qui Cæcodæmonis alios factum id asserantur; quasi scilicet Dei æmulatione quadam, & contendis in superstitione populis prodigii specie fallere incautos voluisset [*]; quod nempe solemne esset Gentilibus lapideæ pluviæ prodigium sacro Novendiali averruncare [4].

Quo vero ex duobus hisce systematibus unum aliquod præferamus, sive illud quod in texru Josuæ vulgarem grandinem, vel quod lapideam pluviam agnoscit, eredimus posteremum ad literam magis, & ad mentem Sacri Scriptoris accedere. Neque enim Scriptura grandinem tantummodo significaturam illis uteretur phrasibus: *Dominus misit super eos lapides magnos de Cœlo.* Nimis enim ardua esset interpretatio, si lapidum nomine grandinem intelligere cogeremur cum maxime sola literæ inspectio lapidum non grandinis ideam lectoribus ingerat. Ad hæc: *Cum pluit terra, cum pluit creta, cum pluit lapidibus, non ut grande appellari solet hoc nomine, sed omnino lapidibus. Hæc profecto etiam gravitor ludere potuerunt.* Ita S. Augustinus [5]. Si ergo de grandine tantum ageretur, numquam polane usurpatum fuisset nomen lapidum, & magnorum lapidum, neque lapidibus pluisse scriberetur. Addit post hæc omnia Scriptura, lapideæ grandinis procellam multo plures absumpsisse ex Chananæis, quam quos Israelitarum gladius abstulerat; quæ quidem de lapidibus, quam de grandine multo pronius intelliguntur.

Nec me fugit, contigisse aliquando, ut vi procellæ immanis quædam grando excuteretur, qua valida etiam

(1) *Diodor. Sicul. Bibl. l.* 11. *Vide & Herodot. l.* 8. *c.* 27. (2) *Pausan. l.* 1. (3) *lib.* 24. *ad finem.* (*) *Masius in Josue* 10. 11. (4) *Alex. ab Alex. Gen. Dier. l.* 5. *cap.* 27. (5) *De Civit. l.* 3. *cap.* 31.

etiam animalia fieri crederentur; quemadmodum memoriæ proditum eſt de grandine a Deo in Ægyptum excuſſa, quæ homines, & pecudes ſub dio deprehenſos occidit [1]. Sed quæ exercitum percuſſerit grando, majori in illum facta cæde, quam quæ victorum hoſtium gladio integra die omnium, quotquot unquam fuerunt, longiſſima indueretur nulla unquam occurrit. Nonne pronius eſt ut credamus eam cædem ad lapideam grandinem eſſe referendam, quæ miſeros 6. vel 7. horarum itinere, quantum deſcenſus Bethoron diſtat ab Azeca, perſecuta ſit? Voces illæ apud Hebræos *lapides grandinis*, non grandinem tantummodo ſignificant duritie & magnitudine lapides referentem, quemadmodum contrariæ ſententiæ Authores inſinuare videntur: ſed prono ſenſu exprimunt grandinem lapidum, ſive lapides inſtar grandinis, eodem nempe impetu & copia ruentes. Plura ſuppetrent ſimilium expreſſionum, & tranſpoſitionum exempla; ita pro lampade incenſa *lampas ignis*, pro zelo ardenti *ignis zeli*, pro igne Urbi ſubjecto *Urbem in ignem convertere* uſurpatur.

Tandem ea generalis regula revocanda eſt, numquam ſcilicet figurato, & improprio ſenſu utendum eſſe, cum littera ſatis pronum & naturalem alterum exhibet. Eſt autem, quam nos produximus, interpretatio litteræ magis conſona; quippe quæ Textum legentibus prima occurrit, nihilque habet in contrarium, quod non facile diſſolvatur. Lapideam pluviam ad Phyſicæ regulas ira revocare conati ſumus, ut habeamus perſuaſum, nihil contra illam opponi, quod etiam contra grandinem non poſſit. In hoc autem hypotheſim de grandine ſuperat, quod Scripturæ litteram pro ſe habeat. Quid igitur nos ab illa retraxerit?

DISSERTATIO

DE REGIONE, IN QUAM CHANANÆI PULSI A JOSUE SESE RECEPERUNT.

BELLUM a Joſue cum Chananæis geſtum, viceſque, quibus mox ab Iſraelitarum ingreſſu univerſa illorum regio agitata fuit, majoris momenti res eſt, quæ ipſa granditate ſua ac ſingularitate in lectione hujus hiſtoriæ occupatos animos maxime teneat. Integra gens florentiſſima & potentiſſima jam inde a pluribus ſeculis ad exidium ſententia damnata, peti ſe inopinato ſentit ab exercitu 600000. virorum, quos Imperator agebat a Deo conſtitutus, ejuſque authoritate munitus, juſſionibus directus, ac tandem favore pollens. Quem inſuper aſtra, & elementa revererentur, qui vel ipſa prodigia militare pro ſe in hoſtes Domini ſui coegit. Accedebat Deus ipſe ſumme potens exerta manu in Chananæos pugnans, terrorem in eorum exercitum incutiens; tum autem corda eorum obdurans, oculos ad ſaniora diſcernenda conſilia obcæcans, ac tandem in tantis rerum anguſtiis arma ſumere cogens, quo ſcilicet in manus populi ſui illos traderet. Captos autem juber Deus anathemati devoveri, cavens, ne quis unquam ex illis excidio totius gentis ſuperſtes eſſe permittatur, quin & omnia ferro & igni expiari, ne quid reliqui maneret de gente, cujus crimina ad ſummum malorum deducta Cœlum ipſum ſollicitaverant.

In ea Chananæarum rerum turbatione, partim ad arma pro defenſione rerum ſuarum confugerunt, atque actu belli abſumpti ſunt, partim præſentiſſimum periculum declinaturi ſponteneo exilio ſolum verterunt. Poſtquam igitur in noſtro Commentario beliorum Domini, atque armorum Joſue eventus omnes proſecuti ſumus, rectus rerum ordo poſtulat, ut de illis ſermonem faciamus, qui prompta in alias regiones feceſſione ſaluti ſuæ conſuluerunt. Cum autem nuſpiam in Libris ſacris certa appareant loca, quo populus ille tranſmigrarit, nos varias orbis regiones percurrentes illarum veſtigia, ſi quæ poterimus, detegere conabimur.

Qui de hoc argumento egerunt, non ſatis conveniunt inter ſe; alii enim in Ægyptum receſſiſſe Chananæos autumant, alii in regiones Africæ Laccrales, qua parte Occidentem, & Septentrionem reſpicit. Sunt qui Europam tenuiſſe, ſunt qui Americam malnerint. Sulpicantur tandem alii per varias Mediterranei Inſulas, & continentia loca varia ſparſos illos ſedes fixiſſe ſuas, quibus favere Scriptura

Diſſert. Calmet. Tom. I.

1. Exod. 9. 22. videtur, ubi diſperſos dicit Chananæos per varia Mundi clymata [2]. Sed aliis unum omnibus locum aſſignare viſum eſt. Sunt qui ex ſeptem populis Chanaanitidem tenentibus ex ſingulis portionem aliquam fugiſſe Iſraelitas teneant; ſunt viciſſim qui ſolos Jebuſæos, & Gergeſæos id cepiſſe conſilium ſtatuant. Hæc omnia modo in examen revocanda ſunt.

Authores Judæi narrant [3], ſub ipſum Chanaanitidis ingreſſum tria hæc populorum optioni a Joſue propoſita. Primum, ut libera eſſet ſingulis, qui maxime voluiſſent, recedendi facultas. Secundum, ſe recepturum eos, qui pacem poſtulaſſent, ſœdusque ſe cum illis initurum. Tertium tandem, quicumque propoſitis conditionibus non annuiſſet, illis indicere ſe bellum ſcirent. Unus ſuper trigintà Chananæorum Reges, bellum pacì præferentes exterminati ſunt. Gabaonitæ pacem elegerunt, & fœdus. Gergeæi fugam in Africam. Paria ferme Maimonides prodit [4]. Joſue, inquit ille, miſſis ad Principes Chananæorum caduceatoribus, hæc variis epiſtolis ſcripta denunciari mandavit. Ex illis aliæ habebant: *Fugam capiat ſi quis malueris*; aliæ: *Dedat ſe quicumque voluerit*; poſtremæ tandem: *Bellum eligat quicumque bello detiſſantur*. Addit autem ſolos Gergeſæos, Domini verbis fidem habentes, in Africam feceſſiſſe. Inter Hevæos, reliquis omnibus pacis conditiones propoſitas ſtatim recuſantibus, uni Gabaonitæ fœdus per dolum a Joſue ſubduxerunt. Ceteri omnes in bellum converſi ſunt.

Sed quem potiſſimum Africæ locum ſelegerunt Gergeæi? Silent id quidem Rabbini, illud tantummodo prodentes, ſub Alexandro Magno [5] veniſſe illos poſtulatum a Rege, ut in propriam regionem, ab Hebræis olim uſurpatam, reſtituerentur. Vocati ad dicendum cauſam Judæi reſponderunt, nihil ſe quidem Gergeæis debere a quin potius ſibi reſtituendos eſſe Gergeæos tamquam mancipia fugitiva Dominis; reſcienda inſuper damna, quæ fraudata tot annorum ſerviture populo intuliſſent. Probant eam quidem Gergeæorum ſerviturem ex maledicto Noemi in Chanaan, ex quo Gergeæi deſcendiſſent: *Maledictus Chanaan: ſervus ſervorum erit* [6]. Significarunt antem nihil eſſe exploratum magis, quam quod fuga ſe ſubduxiſſent. Stabat jam Hebræis ſententia, cum Gergeæi de cauſa ſua deſperantes damnationem promptæ feceſſione eluſerunt. Hæc quidem Rabbini, nec ſane aliam merentur fidem, quam quæ

(1) *Exod. 9. 22.* (2) *Tachlichem Iephunah.* (3) *Gemarr. Joroſol. tit. Schebiit c. 6.* (4) *Halac. Melc. c. 6.*

(5) *Talmudici Perek Chelech apud SchiKard. de Jure Regni pag. 221.* (6) *Gen. 9. 24.*

prælaris tot fabularum fabricatoribus debetur. Jo-
sue ipse de se testatur Gergeæos victisse [1], quo-
rum reliquiæ adhuc Jesu Christi ætate restabant [2].
Sed hæc saltem, quamquam non vera, veterem de-
monstrant traditionem, Gergeæos scilicet in Afri-
cam transmigrasse.

Narrant ex Rabbinis quidam [3], sparso de ad-
ventu Hebræorum in suam provinciam rumore, atque
eas illi destinari fedes intelligentes, in fugam versos,
arva reliquisse cæsis arboribus, & obstructis fontibus
desertæ, evertisse Urbes, ut sinvis incolis nihil præ-
ter solum maneret. Harum facile gentium [4] pars
in Ægyptum, pars in Africam, Germaniam, &
Illyricum secessit. Hanc de Germania opinionem
propagnat Genebrardus, contendens, vastam illam
regionem, non secus ac occidentalem omnem tra-
ctum, desertæ fuisse loca, quo tempore Chananæi
dispersi per Orbem errabundi vagabantur. Chana-
næos autem in ea transmigrasse desertæ probat ex ru-
di illa extremaque barbarie veterum Germanorum,
quos inter Scythas Plinius accenset [5]. Genebrar-
di judicium minus probasse Serrarius videtur [*],
in eo maxime quod ille in veteres Germanos inis-
quior fuisset, quamquam alioqui idem Serrarius ul-
tro fatetur Rabbinum Abenezram, aliosque ante il-
lum, constituisse in Germania Chananæos; sicut &
vernaculam Germanorum linguam aliquid habere
cum Hebræa & cum Chaldaica potissimum affinitatis
animadvertit. Sed quam illi viam in Germaniam
contendentes tenuerint? Casu ne an data opera eo se
contulerunt? Quam illi Germaniæ regionem fre-
quentarunt? Qua tandem conjectura de illorum in
eam regionem adventu instruimur? An Rabbinis
solo verbo assentitibus credendum?

Non desunt, [6] qui Chananæorum incommodo
in longiori via percurrenda patientes, non alia mi-
grasse illos credant, sed agris cultis atque commodis
locis relictis in ardua contendisse, ibique excisis in
laxo ædibus ab Hebræorum armis in tutum se rece-
pisse. Ex his cavernis, quæ veteri traditione effugium
Chananæis præbuerant, nonnullas extasse ad Jeri-
cho sua etiam ætate prodit Historiæ Laufiacæ Scri-
ptor Palladius. Sed tantæ opinionem licet probabi-
lissimam censeam, facile enim Chananæi in montes-
bus sese continentes diutius sedes suas defenderunt,
quam ceteri inferiora incolentes, loca; vix tamen in
animum induxerim, nihil ultra defendum esse ve-
xatissimæ de fuga Chananæorum traditioni, quam
ut diffugisse illos ex inferioribus ad superiora creda-
mus. Quare gentis colonias in locis ab Hebræo-
rum cognitione dissitis quærendas nobis propo-
nimus.

Receptæ magis, quæque majorem veri speciem
præseferat sententia tenet, Chananæos fuga dilapsos
in Africam migrasse. Consentiunt in hanc rem vetu-
stissima Hebræorum scripta, quibus eruditissimi In-
terpretes suffragantur. Convenit & Gemarra Jeroso-
lymitana, cujus in superioribus sententiam produxi-
mus. Diffugisse primum in Ægyptum tradit Procopius [7], ubi plus nimio auctı, cum sibi in ea re-
gione permissas fedes angustiores pro numero homi-
num experirentur, in imas Africæ regiones migra-
runt; ubi excitatis Urbibus quamplurimis, atque per
adjacentes regiones omnes dilatati totum late tra-
ctum ab Ægypto usque Columnas Herculis occupa-
runt, veteri semper retento sermone, aliquanto ta-
men corrupto, sed non ita prorsus, ut Phœniciam
originem non referat apertissime. Ejus gentis perpe-
tuum monumentum, addit idem Procopius, extant
in vetustissima urbe Tingitana ab ipsis condita, mar-
moreæ candidæ columnæ duæ juxta majorem fon-
tem erectæ hanc præferentes Phœnicijis characte-
ribus inscriptionem: *Nos gens sumus, qui prædonem Jesu filium Nave fugientes in tutum recepti sumus.* Popu-
lo hos Tingitanæ urbis incolas regionem illam & se-
dem & matrem habuisse, ut exinde nati non eo tranſ-
lati fuissent, recepta erat Africanorum traditio,
inde facile ducens originem, quod nulli hominum
illis vetustiores agnoscerentur. Ferebant autem An-
tæum primum eorum Regem e terra prognatum sin-
gulari prælio cum Hercule certasse.

Si vera prodat Procopius, fateamur oportet, ejus
saltem ætate opinionem, quæ Tingitanos ex Chana-
næis fuga dilapsis sub Josue accersit, obtinuisse;
quin & ea traditio jam inde a tempore erectæ ge-
minæ columnæ [quas sane multo vetustiores Procopio
credere par est] reptenda videtur. Scitum est Af-
ricæ laterales plagas colonijs Phœnicum frequentas-
tas fuisse, cum & linguæ, & moris, & Religionis
uno verbo originis Phœnicæ & Chananææ non ob-
scura extent in iis locis vestigia, quin & de colo-
niis earum gentium varia maneant in historiis mo-
numenta. Negotium facit tantummodo, quod tem-
pora non semper concordant; vel ductæ coloniæ il-
læ multo quam Josue serius leguntur, vel saltem om-
nia sunt illarum incerta, fabulis obvoluta.

Sed hisce reponimus, 1. Chananæos fingillatim non fuisse omnes transmigrasse. Fuga dilapsos plures ante Hebræorum in Chanaanitis eam ingressum verbis illis Dei facile infinuatur [8]: *Terrorem meum immittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum ad quem ingrederis, cunctorumque inimicorum tuorum coram tibi terga vertam; Emittens crabrones prius, qui fugabunt Hevæum, & Chananæum, & Hetheum antequam introeas. Non ejiciam eos a facie tua anno uno, ne terra in solitudinem redigatur. Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis, & possideas terram.* Alibi vero Deus præcessorum se populum Israe-
liticum, ignisque depopulantis more Chananæos correpturum [9]. Et Author libri Sapientiæ [10]: *Missili antecessores exercitus tui vespas ut illos paulatim exterminarent; non quia impotens eras in bello subjicere impios justis, aut bestiis sævis, aut bello duro simul exterminare; sed partibus judicans dabas locum panitentiæ.* Facile igitur vix ex Ægypto egressis Judæis terror Chananæos incessit, ut fuga partim dilapsi saluti suæ consulentes in alias Provincias migrarint.

2. Non inguente tantum bello per Josue gesto, sed & post ejus obitum, variis datis oceasionibus, Chananæi solum vertere faciem potuerunt. Pari enim gradu Israelitarum res florentes, ac prosperæ Chananæorum procedebant; illis enim paulatim crescentibus, hi arctius semper concluſi metu imminentis mortis vel servitutis ad alias sedes facile diverterunt; cum maxime tutum haberent mari effugium, cujus penes ipsos semper, qua Phœnicium alluit, dominium, tum ante cum post Josue obitum, manssitet.

Deductæ inde coloniæ Phœnicum in Africam, Asiam minorem, Hispanias, Græciam omnesque Mediterranei Insulas. Quis enim in animum induxe-
rit unquam unas Tyri, & Sidonis Urbes, quarum et-
iam prior Josue fortasse posterior est [11], tot tan-
tisque coloniis sufficiendis valuisse? Phœnicia, juxta
indicatos in Scriptura fines, intra montes Libanum &
Carmelum tota claudebatur, angustisque oppido limi-
tibus continebatur in extrema sui ora, qua ad Jor-
danem inclinabat; quare vix est ut tot regiones missis
coloniis frequentare potuerit. Exercebantur etiam
Phœnices in navigationibus, quarum tunc temporis
peritia minor, & diticrimen erat majus, cum & scien-
tia imperitiores essent, & navigorum fabricando-
rum rudior adhuc effet ars; quod quidem ejus gen-
tis propagationi obstitisse plurimum debuit. Cum
autem alioqui exploratum habeatur, Phœnices cir-
ca ætatem Josue infinitas pene colonias variis re-
gionibus frequentandis misisse; ductas illas ex Cha-
nanæis vix ambigimus; ex Chananæis, inquam,
qui gravissimo ab Hebræis incommodo affecti, Sido-
nias consendentes naves alio migrare coacti sunt.

3. Esto,

(1) *Josue* 24. 11. (2) *Matth.* 8. 28. (3) *Targ. in cap.* 3. *Cantic.* (4) *Vide in Seder Olam & Genebr. Chron. ad ann.* 2709. (5) *Plin. l.* 4. *cap.* 12. (*) *In Josue cap.* 12. *q.* 9.

(6) *Pallad. Hist. Lausi. cap.* 106. (7) *De Bello Vandal. l.* 2. *c.* 16. (8) *Exod.* 23. 28. 29. (9) *Deut.* 9. 3. *Vide & Deut.* 33. 27. (10) *Sap.* 12. 8. (11) *Vide Commentar. in Josue* 19. 29.

3. Esto, incertum sit tempus coloniarum Phœnicum: illas tamen omnes vetustissimas fuisse, & plerasque bello Trojano antiquiores inde intelligimus, quod Græci e bello reduces ad quæcumque appellerent loca (1), coli jam inde a veteri ætate a Phœnicibus audiebant. Ita plane nobiscum Græcorum Historiei conveniunt. Porro bellum Trojanum ppll. 240. annos ab obitu Josue confingatur; quare si ea temporis intercapedine inter Josue & Salomonem, constitutas omnes illas colonias, & ex Chananæis fuga præsentissimo ob Hebræos in dies magis sese per Chanaanitidem diffundentes periculo subductis, constanter dixerimus, nemo falsi in nos crimen dixerit.

Sallustius ex vetustis Commentariis Regum Numidiæ, Punice scriptis, refert veterem Africanorum traditionem de adventu in Africam Herculis Tyrii vel Libyæ, cum exercitu Medorum, Persarum, & Armenorum; deferendæ autem regionis suæ in causa fuisse tradiebat civilia sive domestica; addit insuper, quos secum Hercules ducebat milites, mixto eum fœminis Lybieis connubio, ab aviti sermonis puritate sensim degenerantes, eo redactos fuisse ut neque priora retinentes numina, Medi & Armeni mira prorsus, & insueta nominis corruptione *Mauri* appellarentur (2).

Hornius (*), ad eum Sallustii locum meditamenta adjungens sua, animadvertit, genuinum Herculis Africani nomen fuisse *Macorin*, teste Pausania (3). Porro nomen illud derivari potuit ex Hebræo, five Phœnicio *Mechoter*, sapiens, perfecutator, Armeni illi, de quibus Sallustius, facile pro Aramæis vel Syris, seu potius Amorrhæis sub Hercule duce in Africam deductis usurpandi sunt: cum autem Sallustius gentem illam ne audisset quidem unquam, quippe quod nomen ipsum vel in propria illarum Regione jam obsolevisset, facile eum Armenis confudit: minus animadvertente nomen *Mauri*, quo appellabantur, latis ad Amorrhæos accessisse. Quæ cum Sallustium, uti jam diximus, fugerent, ejus nominis originem deducta longe etymologia petivit, cum in promptu haberet originem, si rerum Chananæarum historiam nosset. Quid Medi, nisi *Madianita?* Quid, Persæ, nisi *Pharesæi?* Persarum enim & Medorum nomen Hercules Africani ætate nondum inerebuerat.

Gomeres, populi nostra etiam ætate in Mauritania noti (4), ex quibus regio Gomeritis in Lybia, & Gomera Insula inter Canarias; Gomeres, inquam, ex Amorrhæis nomen fuum derivasse Hornius autumat; quemadmodum & Canariæ Insulæ, alio nomine Fortunatæ, ex Chananæis eidem Scriptori probantur (5).

Ad bella civilia & domestica Herculem in alienam regionem propellentia quod spectat, non abs re prorsus ipsissima esse creduntur ab Israelitis identidem in reliquias Chananæorum post obitum Josue gesta. Memoriæ proditum est bellum Juda, & Simeonis in Jebusæos, Hebræos & Pherezæos, qui assignatam iisdem Tribubus sortem occupabant (6). Nec forte ab aliis Tribubus in sua singulis sorte a bello cessatum est. Nota sunt prælia Deboræ, & Barae in Jabin Regem Asor (7); Gedeonis in Madianitas (8), tum & alia plura. His afflicti bellis Chananæi, ut libertati suæ consulerent, solum vertere coacti sunt. Potuit etiam Deus, ut sua in impias gentes deereta executioni mandaret, eos inter se populos committere, ex quo fieret ut etiam ante Hebræorum adventum alius alium ab aviris sedibus pelleret.

Porro sententia Chananæos in Africani invehens, nec nova est, nec ineerta. Vetera Urbium hujus regionis nomina ferme omnia Phœnicia sunt. Ardanis, Hippona, Lepeis, Utica, Tingis, aliæque plures coloniæ sunt Phœnicum, nemine refragante. Carthaginem omitto, Urbem nonnisi post Salomonis ætatem ædificatam. S. Augustini ætate Africani de origine sua requisiti, Chananæos se (*Canani*) prodebant (9). Arabes hodiedum tenent, Barbaros Africæ ex vetustis Palæstinæ populis, qui in eas confugerint Regiones, reperendos esse S. Hieronymus (10), S. Augustinus (11) & recentiores Critici agnoscunt veteris linguæ Punicæ, & Chananææ consensu; ut plura in eam rem congerere fruftraneus prorsus sit & inutilis labor. Quare non fine firmis conjecturis concludimus, Chananæos fere omnes Israelitarum arma fuga declinantes in Africæ regiones sese recepisse.

Quæ tamen a nobis dicta non ita accipienda esse contendimus, ut alia petiisse loca Chananæorum nulli credantur; quamquam enim vastitimus ejus terræ tractus, omnibus in sedem sufficisse, alia ramen ab aliis selecta loca credi par est. Ita Cappadoces, Colchos, Georgianos five Gurgeftanos ex Caphtoritis, & Gergeseis derivant (12). Cilicum Author fuisse creditur Cilix, frater Cadmi, dux Cadmonæorum. Nec desunt qui veteres Gigantes Sveviæ, & Norvegiæ ex stirpe Gigantum Chananæorum fatos credant (13). Sinæi in Scriptura noti, facile patres fuerunt Sinenfium. Insulæ Siciliæ, Sardiniæ, Maltiæ, Cypri, Coreyræ, Balearides, Gaditanæ, aliæque plures, incolas habuerunt Phœnices. Sardiniæ nomen derivatur a Sardo filio Herculis Africani (14). Author anonymus sub Alexandro Severo scribens: primos Balearidum, & Gadium incolas ex Chananæis, & Jebuæis a Josue pulsis aeeerfit. Ex his poltremis nomen inditum est Ebusi Insulæ non longe ab Hispania (15). Cadmus Thebarum conditor, patrem habuit, juxta Suidam, Agenorem five Ogygem, qui ipsissimus est Og Rex Basan. Inachides, seu filii Inaci in tota Græcia celebratissimi non alii eredduntur ab *Exodo*, seu filiis Enaeh, robore virium, & strenuitate in Scriptura notissimis (16). Phœnicum, five *Punicum*, nomen olim tota obscurum, ex Hebræo *Bencanack* aliqui accerfunt. Nec tamen fidem meam obligaverim, ut hæc omnia, quæ de origine earum gentium retulimus, quasi scilicet ex Chananæis ab Hebræis pulsis deriventur, rata sint & firma; verum liquido constat, eas conjecturas plerumque veritati historiereæ in nihilo prorsus repugnare, & si minus quidem in promptu fit demonstrare omnes eas colonias ætate Josue fuisse deductas, negaverit tamen nemo faniorem illarum partem ex Chananæis esse accerfendas, non diu post summi illius Ducis obitum constitutas.

In historia, vel si mavis fabella Cadmi tot deprehendantur originis Chananææ vestigia, ut scrupulos ea de re omnes evellant. Tempus deductæ coloniæ cum ingressu Josue in Chananitidem fere congruit; narrat enim jacta a Cadmo una cum fratre Phœnice Regni Tyri & Sidonii fundamenta A. M. 2549. ante Christum 1455. qui nempe annus congruit cum anno 37. itineris Hebræorum per desertum sub Moyse duce; ac triennio ante ingressum Josue in Chanaanitidem, Cadmus ipse in Græciam sese recepit. Confignatur idem ejus adventus in Græciam, & conditæ Thebarum Urbis epocha in marmore Arundellianoad ann. 64. æræ Atticæ, nempe ann. 3195. Periodi Julianæ, & ante Christum 1519. Sub hæc tempora Moyses apud foeerum suum Jethro in Madianitide versabatur. Qua semel admissa supputatione, immerito protius reputaremus Cadmum Hebræorum metu e Chananitide sese subduxisse, eum nulla adhuc expeditionis Hebræorum in eam regionem conflia prodiisset, Prior est ergo epocha retinenda, vel deferenda opinio, quæ inter transfugas Chananitidis virum accenset. Facile se ab hac expediunt difficultate illi, qui Hebræorum in Ægypto moram ad 430. solidos annos prorogant; sed nullo nostro periculo defendere nos cogimur Ducis hujus

(1) *Vide Bochar. Chanaan. & Horn. de Orig. Gent. Americ. l. 2. c. 3. & 4.* (2) *Sallust. de Bel. Jugurth.* (*) *Lec. 1. 2. c. 34. 75.* (3) *In Phocicis.* (4) *Vide Anton. Nebrissf. Decad. 2. Rer. Hispan.* (5) *Vide Hornium l. 2. cap. 9.* (6) *Judic. 1. 34. &c.* (7) *Judic. 4. & 5.* (8) *Judic. 7. & 7.* (9) *Expost. Inchoat. Ep. ad Rom. Interrogati ruftici noftri, quid sint, Punice respondent Canani.* (10) *Tradit. Hebr. in Gen. Item in Jerem. cap. 25. &c.* (11) *In Judic. 9. 16. & Jerm. 35. de verb. Domini.* (12) *Vide Horn. de orig. gent. Americ. lib. 2. c. 3 pag. 93. 74.* (13) *Arngrimus Jonas apud eumdem.* (14) *Vide Pauſan. in Phoc.* (15) *Boch. Chanaan. l. 1. c. 36.* (16) *Vide Grot. in Num. 14 23.*

hujus in Græciam itineris in causa fuisse illata a Josue in Chanaanitidem arma.

Extat inscriptio quædam Hereulis Magusani legenda Wesеappel, qui portus est Zeelandiæ, in Insula Walcheren; hunc autem Hereulem D. Gallæus eo ævum Moysi facit, ductoremque eorum, qui Palæstinam ad ingressum Josue filium Nun deseruerunt. Ab illo vero positas feunt columnas illas Hereulis Gaditanas. Referebat pictus imaginem veteris cujusdam navis gubernatoria, semealva fronte, facie veluti sole adusta. Ritu Phœnicio veluti Numen colebatur in Templo, in eadem urbe Wesеappel ædificato. Porro nomen Magusanus ex Chaldæo *Gouz* derivatum sonat *abscindere*, & per metaphoram est *transire* seu *pertransire*; ita naves & vadum fluminis Chaldæi appellant *megiza*. Legitur etiam 2. Reg. 19. 17. & 1. Eidr. 16. 2. vox *megisan* pro *transvadare*. Nullus est profecto ambigendi locus, Hereulem Gaditanum, sive e posteria ejus aliquem; vel saltem quempiam ex Phœnicibus, cui par esset cognomen, ultra Gaditanum fretum excurrisse; narrant enim de Hereule, totum ab illo orbis ambitum maritimo itinere decursum, cui etiam Diodorus Aleetam Septimaniæ urbem conditam tribuit.

De origine gentium Americarum hucusque disceptatum est apud Doctos, & omnes licet eruditionis iuæ nervos in eam rem contulerint, nihil vel parum adhuc profeeerunt. Obscura sunt omnia, & incerta. Cum tamen ex Chananæis e Palæstina egressis derivenrur a pluribus, eorum nos sententiam modo discutiendam proponimus,

In ipso autem limine operæ pretium ducimus adnotare inter eos etiam, qui sententiam illam propugnant, de ratione Chananæos in Americam transvehendi non satis convenire. Sunt qui autument populos illos conscensis Sydoniis navibus fortuito eatu tempestate aliqua jactatos ex Mediterraneo in Oceanum, inde vero in Americam depulsos (1). Iste maris trajectus, quod longior plus nimio, atque difficilis videatur, ita a nonnullis contenditur, tamque appulisse illos primo in Africam eredunt, deinde ad insulas Canarias, e quibus recta in Americam (2).

Conjecturæ pro asserenda Americanorum ex Phœnicibus origine, plerumque ex morum, linguæ, & Religionis inter utrasque gentes affinitate petuntur. Mexicanorum Numina Saturno Phœnicum, Moloch Ammonitarum ex æquo respondent (3). Æreum est simulacrum monstrosum subjecto igne eandescens, cui humanis victimis litatur. Familiare est etiam apud Americanos, quod etiam obtinuisse apud Phœnices ex Scriptura compertum est, ut per ignem transiliant, quod ipsissimum est *Inforari per ignem*, recurrens sæpe in Scriptura (4), Ipsa etiam Chananæorum crimina in novum Mundum transvecta sunt: Impudicæ, & incestæ commixtiones, sodomia, polygamia, divortia; neque ignotus ipsis, quemadmodum olim Phœnicibus, Solis, & Lunæ cultus. Gigantes apud Americanos spectantur. Stigmata sibi inducunt, tum & acervos lapidum in honorem Numinum erigunt. Qui tandem Americanæ linguæ studio delectantur plurium vocum tum Hebræa, & Phœnicia consonantiam animadvertunt (5). Omnia simul hæc non exiguæ sunt in hanc sententiam momenti; sed illud operosum est maxime, qui nempe fieri potuerit ut tam vastum interjecti maris spatium trajicerent.

D. Huetius Episcopus Abrincensis (6), casu id factum eesse; cum enim, inquit, fretum Gaditanum populi illi sæpius trajicere consuevissent, quo in Oceanum ad Africæ, five Europæ littora transirent, factum semel, ut prorogata navigatione sub ipsam usque lineam pervaderent; cum autem ventorum arbitrio numquam quidquam ex oriente in occidentem flantium diueerentur, ad Americam usque, ne cogitantes quidem, evecti sunt. Ut Regionem tenuerunt, loci amœnitate illecti, atque infausiæ navigationis timore a regressu deterriti, cum maxime venti fere semper flarent adversi, moram ibi suam constituerunt. Ex quo factum, ut novis incolis propagaretur regio, quorum ne nuncius quidem ad nos venisset.

Hornius in ea est sententia (7), navigationem ex Africa, & Hispaniis in Americam sæpius a Phœnicibus iteratam, adducloque Strabonis testimonio demonstrat, longas navigationes ejus gentis in Oceano Atlantico tota antiquitate celebratas fuisse. Addit insuper ex eodem Strabone, Eudoxio ex sinu Arabico ad Indias, & Æthiopiam naviganti, visam proram Phœniciam miserum naufragæ navis indicium. Porro Phœniciam fuisse navim ex inscripto equino capite agnovit, & Gaditæ Negotiatores unum esse affirmarunt ex navigiis piscatoriis. Veteres Scriptores Phœnicias classes omnia late maria percurrisse testantur. Quam autem Hanno Chartaginensis obivit circum Africam navigationem hanc magis arduam fuisse defendit Hornius, quam quæ ex Africa in Americam instituitur. Namque ex Insulis Fortunatis in Americam 15. dierum navigatione secundiori vento flante trajici posse Acosta testatur. Porro Phœnices Insulas Fortunatas frequentasse ignorat nemo; potuerunt autem inde solventes five industria, five casu in Americam adnavigare. Paria ferme Laetius animadvertit (8). Phœnices ex Africa ad Canarias ferri, inde ad Insulas Fortunatas, unde in Americam, ipsum Canarium nomen ex Chanaæis derivasse Hornium supra notavimus.

Neque possibilem tantummodo Phœnicum in Americam trajectum ipse Hornius demonstrare conatur, quin & aeeidisse ut tres ad illam navigationes recipsa instituerent, ita plane ostendit. Prima ad ea loca navigatio sub Atlantibus, posteris nempe clarissimi Atlantis, confignanda est, cum enim, inquit, populi illi Oceanum emetirentur, nomen pelago suum reliquerunt; (Oceanum Atlanticum) hoc autem illucque per vastum pelagi tractum discurrentes, accidit tandem, ut Insulas novi Orbis tenerent, quas Atlantidas de suo nomine appellarunt. Porro idem Insularum nomen didiciſſe constat Platonem ex Sacerdotibus Ægyptiis, qui totius antiquitatis depositum sancte custodiebant (9). Diodorus Sieulus non satis eas Insulas a Canariis distinxit (*). Diluvium autem illud, cujus apud Americanos traditio servatur, ipsum esse Hornius suspicatur, quod in Insula Atlantica contigisse iidem Saeerdotes affirmarunt; addentes integro unius diei & noctis spatio totam eam Insulam aquis demersam latuisse.

Altera Phœnicum in Americam navigatio (10) apud Diodorum Sieulum ita ferme describitur (*). In remotissima hominum ætate Phœnices Herculis columnas navigatione transgressi, cum furenti ventorum rabie subito abrepti sustinere adhue navigia non possent, tempestatis arbitrio sese permittentes in ulteriora Oceani rapeti, post varias huc illuc agitationes tandem in Insulam Oceani Atlantici plurium dierum navigatione a Lybia distantem, oceidentem versus, jactati sunt: ubi ferax nacti solum, omnes navigia patientes, ac magnificas ædes. Ex his novæ inventæ Insulæ fama & cognitio ad Carthaginienses & Tyrrhenos; inter quos populos, Carthaginienses cum frequentibus Tyrrhenorum aliorumque populorum Mauritaniæ irruptionibus quotidiano premerentur incommodo, instructa classe, & Gaditanum transgressi fretum, coloniam ad novam illam Insulam deduxerunt, re interim omnes cælata, eo scilicet consilio, ut ab impetu hostili si quando adigerentur, tutum illic haberent effugium. Narrant alii inventam casu Insulam Carthaginienses plures injussu Magistratuum frequentasse, re autem intellecta Magistratus, metu ne sensim tota Urbi in novas sedes migraret, ne quis ultra eo adnavigaret capitali pœna prohibuisse.

Ter-

(1) *Vide l'Escarbot hiſtoir. Nov-Franc. l. 1. c. 3.* (2) *Vide Gret. in Deut. 28. 10. & Notas Joan. de Laet. in dissert. Hugon. Gret & aliorum de orig. gent. Americ. & Horn. de orig. gent. Americ. l. 2. c. 5.* (3) *Vide nostr. dissert. de Moloch.*
(4) *Deuter. 18. 10. & 2. Paralip. 28. 3.* (5) *Vide Horn. l. 2. c. 10. 11.* (6) *Demonstr. Evang. propos. 4. art. 6. pag. 83.*
(7) *Lib. cit. cap. 5.* (8) *Observ. 1. pag. 136. in Brerewodi sententiam.* (9) *Plato in Timæo & in Critia.*
(*) *Diod. lib. 5.* (10) *Hor. l. 6. cit. 7.*
(*) *Diod. l. 5. cap. 19.*

Tertio tandem Phœnicias Salomonis classes in Americam adnavigasse tenet; sive illæ e Mediterraneo solverint, uti maluerunt nonnulli [1], sive ex Erythræo, uti communis habet opinio. Utrinque enim triennali navigatione in Americam commode trajicitur. Virum autem rerum cognitione expertissimum Salomonem hujus non infimæ, atque tot naturæ portentis illustris terrarum orbis portionis situm ignoraſſe vix credimus. Scitum eſt, plures eruditione præstantes Interpretes ad eas usque regiones Salomonis classem deduxisse [2]; Columbus fodinas se, & profundissimos ipecus vidisse testatur, unde erutum credit aurum oneraudis classibus ejusdem Principis. Hæ potissimæ sunt conjecturæ, quibus probant Chananæos e Palæstina ab Hebræis pulsos, in Africam primum, deinde in Americam divertisse; quibus ita constitutis, ita nos philosophamur.

1. Vix contigisse credimus, ut Chananæi e portubus Sidoniis solventes, una cum uxoribus, & filiis vi tempestatis in Americam usque jactarentur; longo enim & arduo maris tractui percurrendo in summa furentis & pelagi, & ventiagitatione numquam paria fuiſſent navigia rudi pro ætate arte fabricata; neque etiam commeatus tam longæ navigationi sufficientes comparasse illos credimus, cum maxime navigia haberent impedimentis vehendis minus apta. Hæc citra prodigium contingere debuerant: neque enim de prodigio ulla probabili conjectura suademur; atque ii omnes, qui de transmigratione Chananæorum systemata excogitarunt, numquam sibi ad prodigium confugiendum duxerunt,

2. Ultro quidem fatemur, ex Africa in Americam transitum re quidem fuisse possibilem; sed nulla satis firma conjectura probatur Phœnices, vel Africanos in eas regiones penetrasse. Esto non omnia quæ a Platone produntur, sint fabulosa; sed vera a falsis secernere quis possit? Insula, de qua Diodorus, una erat ex Canariis, quo sane Phœnices penetrasse nullus dubito; sed quid Canariæ, ad Americam? Tandem certum aliquid vix deduceretur e re incertissima, qualis certe habendus est locus classibus Salomonis frequentatus; quæ etiamsi vera esse statuantur, quid inde? An Phœnices sive ante sive post navigationem illam Americam frequentarunt, quod illuc quandoque ventitarent? Maneat igitur incertum, primos Americæ cultores Phœnices reputandos; incertissimum Chananæos, sive arma Israelitarum fugientes eo usque penetrasse.

Non desunt etiam, qui suspicentur, Chananæos, gentem anathemati devotam, numquam regionem sum deseruisse, quo scilicet Divini gladii, & armorum Hebræorum ultioni subjicerentur. Ea sane res Scripturæ verbis in ambiguo relinquitur [3]: *Multo tempore pugnavit Josue contra Reges illos; non fuit Civitas, quæ se non traderet filiis Israel, præter Hevæum, qui habitabat in Gabaon; omnes enim bellando cepit. Domini enim sententia fuerat, ut indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent, & non mererentur ullam clementiam, ac perirent, sicut præceperat Dominus Moysi.* Hæc sane expressa videntur in eos, qui partem Chananæorum fuga dilapsos abisse tuentur. Congruit huic opinioni & fides historiæ. Ex omnibus Chananæe populis ne unus quidem legitur, qui manus vel cum Moysi, vel cum Josue non conseruerit. Amorrhæos domuit Moyses in prælio Transjordanico [4]; Hevæos, Chananæos, Pherezæos, Jebusæos, Hethæos, & Amorrhæorum partem qui sub Jabin, aliisque fœderatis Regibus pugnabant, secundis prœliis Josue prostravit [5]. Enacim, montium Hebron & adjacentis regionis incolæ deleti sunt [6]. Adonibezech Rex Jerusalem five Jebusæorum, fœderati quinque Regum exercitus Imperator una cum sociis Regibus, & reliquo exercitu in obsidione Gabaon commisso prælio interiit [7]. Tandem Josue duello censu devictorum Regum 31. enumerat, quorum regio inter Israelites divisa est [8]. Hisce Regibus uti ex eadem Scriptura constat, parebant Hethæi, Amorrhæi, Chananæi, Pherezæi, Hevæi, & Jebusæi. Tandem idem Josue victorias Hebræorum pro concione ad populum exponens, Gergesæos hisce omnibus devictis populis accenset [9]. Indigitet mihi quicumque voluerit, regionem aliquam, five Urbem, quæ ab incolis, vel civibus deserta, a victoribus Israelitis occuparetur: facilius plane continget, ut veteres cives occurrant, qui vel ipsis invitis Hebræis sedes suas retinuerint. Videbatur etiam divinæ Providentiæ consilio conduxisse magis, ut populus in regione pervicacius manens, omnes eruminum suorum pœnas pro merito exsolveret, quod sane a Domino prædictum antea, Hebræis executioni mandandum committebatur.

Sed hisce adhuc reponi potest, non omnes quidem simul Chananæos, prioribus relictis sedibus alio migasse; quare contingere potuit, ut ex singulis portio in sua regione maneret. Supra jam animadvertimus Chananitarum partem ante ipsum Josue adventum solum facile vertisse; verterunt, & alii cum bellum Josue Chananæos urgeret, quorum etiam exemplum fortasse alii secuti sunt post Ducis illius obitum. Certum ejus transmigrationis tempus nonnisi temere definiretur, silente Scriptura; sed transmigrasse reip sa vix est cur in apertissimo Scripturæ testimonio negemus [10]: *Emittens crabrones prius, qui fugabunt Hevæum &c.*; quæ verba alibi etiam inculcantur [11]; atque executionimandata fuisse Dei promissa, Josue [12] & Author Sapientiæ testantur: *Transisti Jordanem, & venisti ad Jericho. Pugnaverunt contra vos viri civitatis ejus Amorrhæus, Pherezæus, Chananæus, Hethæus, Gergesæus, Hevæus, & Jebusæus, & tradidi illos in manus vestras, misique ante vos crabrones, & ejeci eos de loco tuis, duos Reges Amorrhæorum, non in gladio, nec in arcu tuo.*

Nullus dubito, Deum promissiones suas Israelites factas ita plane executioni mandasse, quomodo fidem suam obligaverat; depulisse nempe hostes *paulatim, atque per partes*, quod sane ab illo præstitum est non tantum cum Regibus Sehon, & Og, quemadmodum textus Josue insinuare videtur, sed etiam cum Chananæis ceteris, quemadmodum Moyses pro concione ad populum locutus paulo ante obitum suum, & aliquanto post devictos duos Reges Amorrhæorum demonstrat [13]. In ea oratione Legislator Divinas promissiones, quibus Deus fidem suam Israelitis castra habentibus ad Sinai, ante quadraginta annos obligaverat, in memoriam revocat. Non est igitur cur miremur, si nullæ Urbes, & regiones continuo occurrant dilapso habitatore desertæ, hæc enim senfim facta sunt, nulla interim regione ita derelicta ut in desertum transmutaretur.

Nec dissimili ratione factum est, ut Josue tot devictos Chananæos Reges recensere potuerit, nulliusque relinqueretur in ea gente populus Hebræorum armis intactus. Quemadmodum enim Gabaonitæ e reliquis Hevæis divisi fœdus cum Israelitis sanxerunt; ita etiam contingere potuerat, ut pars Gergesæorum, & Jebusæorum, a reliquis secedens, saluti suæ fuga consuleret; cum interim ceteri conserendis cum populo Dei manibus occuparentur. In vacuas eorum sedes alii Chananæorum succedebant, quorum corda Deus obstirmaverat, ne data sibi resipiscendi opportunitate uterentur. Providentia autem Dei, quæ miro occulteque consilio publicas plerumque calamitates magnis servire vitiibus populorum, gentium, nationum & regionum jubet, ingressum Israelitarum in Chananitidem servire valuit dispergendis in varia loca, ac potissimum in Insulas Mediterranei, & in Africam Chananæis; iisque condirioribus clarissimorum Imperiorum, simulque infrequentium antea regionum frequentatoribus usa est. Hæc ad nostram Dissertationem, tum & argumentum quod tractamus maxime conducere visa sunt. Quæ de origine Americanorum & Judæis defivata feruntur, in alteram Dissertationem rejicimus [14].

IN

(1) *Hugo. Ibid. c.* 8. (2) *Varnb. Arias Montanus &c.* (3) *Josue* 11. 18. 19, 20. (4) *Vide Num.* 21. 21. *&c.* (5) *Josue* 11. 3. (6) *Ibid. ver.* 21. (7) *Josue* 10, 23. (8) *Josue* 13. 9. *&c.* (9) *Josue* 24. 12. (10) *Exod.* 23. 28. (11) *Deut.* 7. 20. (12) *Josue* 24. 12. *& Sap.* 12. 8. (13) *Deut.* 7. 20. 21. 22. (14) *Vide Diss. in Regionem, quo decem Tribus sese receperunt.*

IN LIBRUM JUDICUM PROLEGOMENON.

JUDICES, quorum hic examinandam historiam proponimus, jura populo Dei dabant, Rempublicam Israelis moderantes ea temporis intereapedine, quæ inter Moysen & Josue, usque ad constitutos Reges intercessit. Quare nomen illud non ita ad litteram usurpatur, quasi juri dicundo constituerum virum significet, sive tantum politiæ Præfectum, vel Magistratum, cum penes illos summa esset, tum pacis cum belli potestas. Tyrii post veterem Urbem cognominem eversam, atque novam alteram conditam, *Judices* loco Regum constituerunt (1); & Carthaginienses, quæ colonia erat Tyriorum, Summos Reipublicæ Principes non alio appellatos nomine voluerunt, quam *Judices*, Phœnicio *Suffetes* (2), vel *Sofetim*, quod non multum abludit ab Hebræo *Schophetim*, quo in Scriptura Judices, de quibus in præsentiarum, nuncupantur. Suspicantur viri quidam Eruditi (3) *Archontes* Athenienssium, & *Dictatores* Romanorum ad Judices Israelitas referendos: nec desunt qui Rempublicam Israelis sub Judicibus comparent politiæ Germanorum, Gallorum, ac Brittannorum ante immutatas a Romanis Leges (4). Grotius in ea est sententia Judices Israelitarum nihilo fuisse Regibus minores, nisi uno excepto Regio fastu & apparatu, ceterum enim potestate pares fuisse; quemadmodum in Interregno Regni Administratores, sive Dictatores in Republica Romana (5).

Munus Judicum non hæreditario jure, nec electione possidebatur; vices autem in administratione Reipublicæ Dei, Summi ejus gentis arbitri, gerebant. Cum autem hanc summam in populum authoritatem petinere fibi Deus summopere vellet, iusciratos identidem Judices nonnisi in partem modicam, & angustam authoritatis vocabat. Cum Samuel urgeretnr a populo, ut Regem constitueret, Deus illam injuriam in se suscepit; quasi scilicet Regnum suum recusassent, cum alterum sibi constituendum postularent; *Non te*, ait idem Deus ad Samuelem, *abjecerunt, sed me ne regnem super eos*. Gedeon offerenti sibi ac posteris Regnum populo respondit: *Non ei sibi ac posteris Regnum populo respondit: Non ei sibi ac posteris Regnum populo respondit: Non ei sibi ac posteris Regnum populo respondit:

poſt finem pacis alterius Judicis præcedentis. Quare intra deſignatam annorum periodum non tempus tantummodo adminiſtratæ Reipublicæ a Judice illo, de quo agitur, continetur; ſed etiam una recenſendum tempus præcedentis oppreſſionis, quod pacem ab antecedenti Judice procuratam exepit. Quæ plane de digerendorum annorum ratio & conſuetudini repugnat, omnemque vocum naturalem ſignificationem turbat; cum enim dicimus e. g. Princeps depulſis hoſtibus regionem pacavit, quæ ſane pax 40. annis duravit; quis plane hanc annorum ſupputationem non exordiretur a pace primum ab eodem Principe procurata? Sed in Libro Judicum omnia plane variare contendunt.

Quo ſe ab ea difficultate expediret Marshamus (1), rationem inivit commodam oppido, & quantum conjicimus, plauſibilem. Suſpicatur ille ſuos eſſe Judiciorum, quæ inviti commodam oppido, & quantum conjicimus, plauſibilem. Suſpicatur ille ſuos eſſe Judicios plane diverſos ultra & citra Jordanem, ſicut & ſua fuiſſe bella ulterioris & citerioris regionis. His conſtitutis, obſervat poſt egreſſum ab Ægypto uſque ad conditum Salomonis Templum 480. annos in Scriptura numerari (2), tum & poſt occupatas ab Iſraelitis Transjordanicas ſedes uſque ad Jephte caleulum reddi 300. annorum (3). Si quis autem omnium ſimul Judicum annos contrahat utque ad Jair deceſſorem Jephte, numerum plane 300. annis majorem inveniet; ſient & major eſt quam annorum 80. interæpedo inter Jephte & quartum Salomonis annum, cum ſcilicet Templum ab eodem Regeexcitatum fuit. Eſt igitur ratio ineunda variantibus hiſce annorum ſupputationibus conciliandis, vel certe epochæ illæ deſerendæ ſunt; quod poſtremum cum fieri nequaquam poſſit, ideo temperamento aliquo uti nos oportet. Duplex occurrit; alterum quod vulgo Interpretes ſequuntur; aliud quod maxime Marshamo arridet. Nos geminas Tabulas Chronologicas exhibebimus, ad Uſſerii nempe, & ad Marshami normam: data Lectoribus æquo utrinque facultate, ut quodeumque maluerint ſyſtema ſequantur.

Fatis functo Joſue, Tribuum Seniores ſuam ſingulos Tribum adminiſtraſſe ereduntur, ita videlicet ut coacto in Silo totius gentis conciliо, Domini juſſiones, oraculo Summi Sacerdotis ſignificatas, attenderent. Accidit ut ſemel coactus in Concilium populus Dominum conſuleret, quænam inter Tribus dominium prima arma ſubiperet in Chananæos, quos cervicibus Iſraelis inſultantes metuebant. Tribus Juda oraculo deſtinata eſt, quæ in expeditionis ſocietatem Tribu Simeon advocata, ſecundo prælio Adonibeſechum, victoria 70. Regum ſuperbientem, fregit. Verſis deinde in Chananæos ſortis ſuæ armis. Urbes plurimas expugnarunt, qua facile occaſione, (niſi ad Joſue ætatem revocandam hiſtoriam maluerimus) Caleb expugnationem Cariat ſepher virtuti Othonielis acceſſo referens, in præmium expugnatæ per illum Urbis thorum filiæ ſuæ Axe viro conceſſit. Eo ſucceſſu animata Tribus Ephraim ſumpſit armis urbem Bethel aggreſſa, in poteſtatem recepit. Nec eæteræ Tribus ſegniores; namque in hoſtes ſingulæ ſortis ſuæ verſæ, aliæ quidem validos atque copioſos nactæ adverſarios, viribus ſe impares ſentientes, re infecta receſſerunt; aliæ non infelici eventu pugnantes, delere hoſtes cum maxime poſſent, ſervare maluerunt, tributo tantummodo illis indicto; quod deinde origo fuit & caput malorum in Iſraele. Senſim enim Hebræi ad idololatriam declinantes, cum fruſtra a Domino per Angelum (4) ſive per Prophetam monerentur, duram a Domino ultionem, multis variisque identidem captivitatibus & oppreſſionibus afflicti, in ſuum caput provocarunt.

Primo igitur octennis ſervitutis jugo a Chuſan Raſathaim, Rege Meſopotamiæ oppreſſi ſunt (5); a quo Othoniel, a Domino exeitatus, armis in eum Principem motis, miſeros relevavit. Poſt 40. annorum pacem iterum ad ſervitutem ſub Eglon Rege Moab (6); tum iterum ad libertatem per Aod procuratam. Hunc Judicem excipit Samgar, qui percuſſi vomere 600. Philiſtæis Iſraelem defendit (7).

Jabin Rex Aſor ſeptentrionales Judæos ſub jugo tenuit 20. annis (8), donec ſuſcitata a Deo Debora, quæ in monte Ephraim jura dabat Iſraelitis, accitisque ab illa Barae exercitum comparatum in monte Thabor; commiſſoque cum Siſara Duce exercitus Jabin prælio victoriam ſibi, libertatem Iſraelitis pepererunt. Ejus victoriæ epinicium eecinit Debora, cujus exemplar in Scriptura adhuc manet (9).

Dura dein ſervitute, quæ ſeptennio perleveravit; oppreſſi Iſraelitæ a Madianitis, tandem relevati ſunt a Gedeone. Angeli enim ſibi per viſum apparentis monitu, crebriſque factis ab illo prodigiis de juſſione Divina Gedeon certior factus, comparatis undique copiis exercitum inſtruxit. Sed juſſus a Deo ex hiiee reformatis copiis 300. tantummodo ſelegit, ceteris rejectis. Tum inter ſonitum buccinarum, & ineenſarum faciumapparatum, quarum prius lumen intra lagenas figulinas elauſum iis diſputpis ſtatim apparuit, eſtra undique in ipſo noctis ſilentio Iſraelitæ egreſſi ſunt. Inopinato ſtrepitu atque Hebræorum aſpectu territi hoſtes, ne re quidem tentata, ſtatim in fugam effuſi ſunt; neque hic eeſſatum, ſed verſis in ſubita trepidatione in ſuos armis, mutua inter ſe cæde fœverunt. Ruentes in fugam Gedeon inieeutes eſt in ulteriora regionis Transjordanicæ. Redux deinde duras de civibus Soceot, & Phanuel pœnas ſumpſit, quippe qui inſequenti antea hoſtes comneatus denegaverant.

Nihil ea victoria elatus Gedeon, cum a viris Ephraim per ſummam audaciam requirentur quid illos in belli Madianitici ſocietatem non advocaſſet demiſſe reſpondit, nihil ſe præſtitiſſe, quod rebus ab Ephraimitis geſtis poſſet æquari (10); *Nonne melior eſt racemus Ephraim vindemiis Abiezer?* Porro Abjecet author erat familiæ Gedeonis. Cum autem Duces virture, & prudentia capti militis regium illi poſteritque dignitatem deferre cogitarent, ille qua erat animi magnanimitate reſpondit (11); *Non dominabor veſtri, nec dominabitur in vobis filius meus, ſed dominabitur vobis Dominus.* De ſpoliis vero, conceſſis ſibi hoſtium inauribus contentus cetera rejecit. Felici ſenectute diem claufit, relictis 70. filiis; quæ numeroſa adeo, & florens poſteritas tota brevi intereidit, uno excepto Joathamo, qui ſublatis ceteris ab Abimelecho, altera filio ejuſdem Gedeonis, pia fraude ſervatus eſt. Abimelech igitur rerum potitus, poſt exactum triennii regnum in Sichem, gravem ſuorum defectionem paſſus eſt. Sedition ſis ducem ſe præbuerat Gaal, quocum inito ab Abimelecho prælio, victor Abimelechus devictum Gaal interfecit, Sichimitas prælio fudit; tum & capta everſaque Urbe raſum ejus ſolum ſale diſſeminavit. Dein ad obſidionem Thebes victor ſuccedens, demiſſa e mœnibus turris Urbis obſeſſæ per fœminam mola maciuaria pereuſſus, cum in extremis laboraret, armigeri in ſe gladium imploravit: ne ſcilicet, inquit, audiatur unquam Abimelechum, tantum Ducem, muliebri manu intereidiſſe (12).

Abimeleehum exeepetunt ordine Thola, Jair (13), Abeſan, Abjalon, Abdon, Samſon (14), ſub quibus non ita ſemper rebus feliebus uſi ſunt Iſraelitæ, quin ab Ammonitis hine (15), inde a Philiſthæis identidem affligerentur; non ita quidem ut regio in hoſtium poteſtatem veniret: ſed ita tamen ut tota exeurreretur, diripereturque, eaque omnia experiretur mala, quæ a potentioribus hoſtibus timere ſolent imbeeilliores.

Ammonitæ Jordanis vada tranſgreſſi ditionem Juda, Benjamin, & Ephraim excurrerunt, quamquam hæc levia ſunt ſi cum irrogatis ab ea gente malis in Judæos Transjordanes conferentur. Animitebanrur porro illi, ut de poſſeſſis diutius fedibus Judæos expelleremt, quorum afflictiſſimis rebus juvandis accitus Jephte eum fratribus (16), poſt tentatas ab illo fruſtra paeis conditiones, ad arma con-

(1) *Canon. Chronic. Ægypt. &c. p. 191. edit. Londin.* (2) 3. *Reg.* 6. 1. (3) *Judic.* 11. 26. (4) *Judic.* 2 1. *Aſcendit Angelus Domini de Galgalis ad locum flentium.* (5) *Judic.* 3 8. (6) *Ibid. ver.* 12. (7) *Ibid. ver.* 31. (8) *Judic.* 4. (9) *Judic.* 5. (10) *Judic.* 8. 12. (11) *Judic.* 8. 23. (12) *Judic.* 9. 10. 55. (13) *Judic.* 10 1. 3. (14) *Judic.* 12. 9 (15) *Judic.* 10. (16) *Judic.* 11. 1. 3.

versus; præliquoque hostes aggressus insignem victoriam reportavit. Cum tamen voto se inconsulto obstrinxisset, immolandi scilicet quidquid sibi e victoria reduci primum occurreret, & forte regredienti patri nemo prius quam filia accurrisset obvia, ejus se voti reum teneri autumavit. Neque id tantum victoriæ lætitiam temperavit, sed reduci etiam occurrentes Ephraimitæ incendio se ejus ædes absumpturos minitati sunt; quippe quod socios ad bellum Ephraimitas non advocasset (1). Res ad bellum usque procesisit; quare consertis utrinque manibus, cum victoria Jephti steriisset, Ephraimitæ in fugam conversi sunt; sed objecto a Galaaditis Jordanis vado, quicunque transgressuri accedebant, si interrogati minus recte nomen schibboleth proferrent, pro Ephraimitis agniti statim trucidabantur. Samsonis Historia nihil nisi inauditum & supra fidem prodit. Viri ortum Angelus prænunciat (2); ejus cum foeminæ Philisthæa connubia ansam viro præbuerunt assiduis bellis hostes populi Dei vexandi. Eorum messes coactis 300. vulpibus, quas incensas faces trahentes in agros immiserat, misero incendio vastavit. Exerta a fini mandibula uno impetu 1000. hostes trucidavit. Portarum Gazæ vectes forcipe, quo prodinidus revulsas asportavit. Tandem meretricem deperiens, ejus precibus importunisque querelis devictus, roboris sui secretum omne revelavit; narrans ex inconsa coma, Nazaræatus, & consecrationis suæ insigni, provenisse illud, quod tantopere horrebant Philisthæi, robur infractum. Fœmina statim cæsariæ viri amputata, capitis honorem simul abstulit, & libertatem. Nanque ab illa in manus Philisthinorum traditus, lumine statim captus, in arctum carcerem detrusus est. Sed viri injuria caro steiit Philisthæis: Festum enim diem simul in Templo Dei sui celebrantibus, cum spectaculo populis exhibendo captivus productus fuisset, ille invocata prius Dei ope, columnis Templi innixus, adeo valido apprehensas laceito concussit, ut tota fabricæ machina subsidens casu suo omnes opprimeret. Ita moriens Samson majori fuit Philisthæis exitio, quam vivens fuisset; quippe qui una secum ruina Principes omnes viros ejus gentis involverit.

Ad calcem Libri Judicum tres rejiciuntur historiæ, quas contigisse credunt Interpretes temporis spatio inter obitum Josuæ, & Judicem Othoniclem medio. Omnium prima occurrit historia Michæ, qui erigi sibi Idolum, & ejus servitiis initiari prius filium, deinde juniorem Levitam Bethleemitem curavit. Succedit Danitarum historia, in expeditionem Lais, five Dan, ad extremam septentrionalem oram Chananæitidis, profectorum. Tertio patet bellum filiorum Israel cum Benjamitis, in ultionem injuriæ a viris ejusdem Tribus in urbe Gabaa uxori Levitæ cujusdam irrogatæ. Hæc summa Libri Judicum.

De hujus Operis Authore ambigitur; alii enim Judices ipsos suæ singulos historiæ Scriptores assignant; alii Phinees, vel Samuelem, vel Ezechiam, aut Esdram. Sed unum eumdem esse totius Operis Authorem, qui post Judicum ætatem floreret, satis produnt ea, quæ ad c. 2. 10. & deinceps leguntur; ubi totius Historiæ generalis quædam idea & summa exhibetur. Observat enim Author, post Josuæ & Seniorum illi coævorum obitum, novam quamdam successisse generationem, nec Domini nec beneficiorum ipsius in Israelem satis memorem. Ex oblivione crimina & Idololatria derivata: tum Dei ultio & hostium ingruentium calamitas. Oppressis relevandis Deus identidem, sequitur idem Scriptor, Judices suscitavit, qui simul & rebus providerent afflictis, & Rempublicam enarent. Deo cum libertate simul restituebantur; mox vero inclinante in deteriora natura studia priora repetebant &c. Hi omnes characteres sunt Authoris qui universam simul historiam Judicum præ oculis habeat, non partem tantummodo.

Quæ Operis hujus Authorem constituit Samuelem opinio, his potissimum, fulcitur rationibus non contemnendis. 1. Operis Scriptor tunc florebat, cum Jerusalem a Jebusæis teneretur (3), adcoque ante Davidis regnum. 2. Reipublicæ Hebraicæ administrationem ejusdem Authoris ætate penes Reges extitisse ex eo intelligimus, quod totics inculcat sub Judicibus, nullum fuisse Hebræis Regem; id autem cum Samuele plane quadrat, quippe qui sub Saule agens, politiam suæ ætatis a politia sub Judicibus quamum distaret, sincerissima illa narratione demonstrare volebat.

Sed contra hanc sententiam quædam opponunt. 1. In eo Libro occurrere nomen *Nabi*, designando Prophetæ usurpatum; quod sane ab ætate Samuelis alienum erat; namque ait Author 1. Reg. 9. 9. *Propheta dicitur hodie* (Hebraice Nabi) *vocabatur olim Videns.* Sub Davide etiam, diu equidem post Samuelem, usurpatum nomen Videntis legimus (4): *O Videns revertere in Civitatem in pace.* Sed pro hac sententia reponi possit, Samuelem utrisque operis Judicum, & primi Regum Authorem utrobique vocem *Nabi* ætate sua obtinentem adhibuisse, tunc autem aliud etiam nomen *Videns* non omnino obsolevisse, quamquam ita rarum esset, ut opportune duxerit animadvertendum eos, quos sua ætate Nabi, olim Videntes appellari consuevisse.

2. Observat in eodem Libro mentionem occurrere *Domus Domini*, quæ sane phrases post constructum a Salomone Templum obtinere cœperunt. Sed eodem etiam nomine designatum Tabernaculum constat ex testimonio Moysis, Libri Josuæ, primi Regum, & quorumdam Psalmorum Davidis.

3. In eodem Libro Silo urbem esse in terra Chanaan exprimitur. Quæ autem necessitas, inquiunt, Samuelem coegisset, ut in Chananæitide scribens, & eosdem allocutus populos, situm ejusdem Urbis tam exacte describeret? *Inventa sunt*, inquit, *de Jabes Galaad quadringenta Virgines, quas nequiverunt viri eorum, & adduxerunt eas ad castra in Silo in terra Chanaan.* Sed facile reponitur, nomen ibi Chananitidis per oppositionem adjectum esse ad Urbem Jabes, quæ Urbs est Transjordanica. Quis rogo, miretur, si ad transitum ex una provincia in aliam designandum, utriusque Regionis nomina exprimantur.

4. Negotium facit potissimum in hanc sententiam testimonium ex Judic. 18. 30. 31. *Posuerunt sibi sculptile, & Jonathan filium Gersam, ac alios filios ejus Sacerdotes in Tribu Dan, usque ad diem captivitatis sua. Mansitque apud eum Idolum Michæ omni tempore, quo fuit Domus Dei in Silo.* Fusius hunc locum examinavimus in nostro Commentario; ubi etiam certam legendi Textus Hebraici rationem invimus, qua indicatum ibi tempus cum ætate Samuelis, & liberatione a jugo Philisthæorum componeretur. Faterur tamen ingenue, testimonium illud, si forte ad captivitatem Tribuum Zabulon, & Nephtali sub Teglat-phalassare, sive aliarum Tribuum sub Salmanassare referatur, alium postulare Operis Authorem, a Samuele plane diversum; nisi forte scriptum Samuelis recensuisse Esdram (quod fieri potuit) admiserimus. Sed præterea dum non est illum eumdem textum, si vulgari sensu usurpetur, nescio quid præsefere repugnans & adversum. Namque exitus Idoli Michæ sublatus dicereur tempore remotæ Arcæ a Silo; simulque idem cultus perseveraffe usque ad tempus transmigrationis seu captivitatis Danitarum, nempe, ut citius, post 369. annos a capta per Philisthæos Arca. Si cessavit Prophetæ Samuelis ætate; quomodo usque ad Teglatphalassar, sive Salmanassaren perseveraret?

DIS-

(1) *Judicum* 12. (2) *Judicum* 13. (3) *Judicum* 1. 21. *Jebusæum autem habitatorem Jerusalem non deleverunt filii Beniamin.* (4) 2. *Regum* 25. *vers.* 27.

DISSERTATIO

DE PRISCIS HEBRÆORUM ÆDIBUS.

Si quis in moribus & conſuetudinibus veterum Orientalium graviter ſe ſe ſtudendo exercuerit, ille plane ad interpretationem litteralem Scripturæ non modicum inde adjumenti ſe retraxiſſe intelliget. Cum Libri Sancti, & remotiſſimam præferferant antiquitatem, & in Regione ſcripti ſint a noſtris uſibus maxime aliena, vix Scriptorum ſenſus, mentem, & conſilium aſſequemur, niſi loca illa, ſi non corpore ſaltem mente, ut ita dicam, percurrentes, remotam antiquitatem veluti ponamus ſub oculis. Experimento plane doctiſſimorum Interpretum, qui egregium rei uſum feeerunt, plene doeemur, numquam ſatis nos habere eum veteribus commercii, omnique eautione ſtudendum, ut a noſtris vacuam præjudiciis mentem ad exercitorum mores diſcutiendos afferamus. Quæ cum ita ſint, operæ pretium nos facturos duximus, ſi variam ſtruendarum ædium rationem, ipſarumque ædium formam apud Veteres Hebræos uſurpatam cum ea quæ nunc obtinet apud noſtrates, comparemus.

Productos olim e terra homines inſtar plantarum antumarunt Prophani [1]; eos vero ſenſim & per gradus profeciſſe dicebant, ut ratione uterentur; tum & poſt plura ſæcula miſcendi ſermonis artem inventirent; ac poſtremo omnium factum eſt, inquiunt, ut abjecto erratiæ vitæ ac belluinæ genere antra ſibi homines, & cavernas procurarent. Poſt antra, tentoria ſucceſſerunt & caſæ; caſis ædes cæmento conſtructæ. In Scriptura tamen primus homo inducitur ſapientia plane ſingulari inſtructus, & ſub ipſa conditi mundi crepundia domus occnerunt, & Urbes, iis ſimillimæ, quæ poſt plurium ſæculorum experientiam conſtruere ſibi homines noverunt. Cain Urbem filio ſuo natu majori eognominem ædificavit [2]. Metallorum ratio, & uius, ſicut & Muſica inſtrumenta diu ante diluvium coluerunt [3]. Nec imperitus plane architectus cenſendus eſt Noe, cui ideam & dimenſiones Arcæ ab ipſo conſtruendæ Dominus deſignavit. Paulo poſt diluvium homines uno conſilio turrim, & Urbem Babelis conſtruendam aſſumſerunt; qui vero potuiſſent ſi nullam noſſent conſtruendæ fabricæ rationem? Si autem poſt ea tempora, ſicut & hodie uſque exrant populi & gentes ſub tentoriis, ſive in antris degentes, non continuo tamen cenſendum eſt, nullam apud ipſos ædificandarum ædium, & condeudarum Urbium ideam fuiſſe. Habitudine, & educatione factum eſt, ut eam ſibi vitæ rationem familiarem haberint, facile etiam earum regionum clima permittit, five poſtulat, ut commodum ſibi habeant genus illud vitæ, nobis inuſitatum, & ineommodum, quod ſub Cœli plaga degamus diverſa & plane oppoſita.

Venienti in Chanaanitidem Abrahamo regio tota florentibus Urbibus diſſeminata ſeſe obtulit, ut faciles illi eſſe in aliqua ex multis fuiſſent, quemadmodum Loth Sodomam conceſſerat; potuit etiam ſibi & florentiſſimæ familiæ ædes fabricare; ſed eampeſtri vitæ genere electo, in tentoriis degere maluit, quod ab illo acceptum ejus poſteri tam ex Iſaæ, quam ex Agar, & Cethura ſervarunt. Neque hodienum plerique ex his populis commodius vitæ genus quæſiverunt; nihil ſibi conducibilius ad ſuavem vitam rati, quam ſi in deſertis & agris vagantes, nulli libertatem ſuam habeant addictam.

Poſt adeptam ab Iſraelitis Chanaanitidem, non ſtatim papilionibus amotis ædes ſibi populus fabricavit, adhuc enim in Galgalis ſub tentoriis degerunt. Verum elapſo ab ingreſſu in eam regionem ſeptennio, cum ſingulis Tribubus peculiares ſedes tune primo aſſignatæ fuiſſent, ex agro in Urbes, ex tentoriis in ædes migrarunt. Sed a Cinæis nihil de priſtino more variatum eſt; neglectis enim Urbibus, in agro & ſub tentoriis, uti antea, immorati ſunt, ſive in media regione Chanaan, uti Heber Cinæus [4], ſive in media Amalecitide, uti eeteri ex poſteris Jethro [5], ſive tandem in medio Regni Juda, uti Rechabitæ, qui Jeremiæ etiam ætate conſtitutis ſibi ab Authore ſuo legibus inhærentes, & ab ædibus, & ab uſu vini, ac tandem ab agricultura abſtinebant. [6].

Porro in iis regionibus, de quibus nuper egimus, cavernæ & petræ non tutum erant tantummodo in bellis rebuſque turbatis effugium, ſed jucundæ etiam, commodæ, & vulgares incolarum ædes. Nullæ erant commodiores ſedes gentibus quibuſdam, ad Erythræi littora, ad ſinum Perſicum, ad montes Armeniæ, Inſulis Balearibus, & Meliteæ, quas gentes Græco nomine Troglodytas appellabant, nempe vitos in eavernis latentes [7]. Hiſce ſpeluncis diſſeminati erant montes Arabiæ, Judææ & Phœniciæ; ac teſte Strabone in Iturææ immania quædam antra occurrebant 4000. hominum continendis aptiſſima [8]. Apud Joſephum mentio ſit de imperviis Galilææ ſpecubus, quibus ſe continentes prædones numquam potuerunt ab Herode exterminari, niſi cum demiſſi ope machinarum ex alto in ſportis milites ad oſtia cavernarum ſuceeſſerunt [9]. Habebant receſſus illi anguſtum & difficilem aditum, vix capientem ſingulos, interiora vero ampla & ſpatioſa, ut homines plurimos cum annona ad multos dies continerent.

In Scriptura occurrunt ſpelunca Loth, quo vir ille & tota familia [10] e Sodoma dilapſi ſeſe receperunt; ſpelunca Maceda, quinque Regum ab armis victricibus Joſue & Iſraelis effugium [11]; ſpelunca Echan [12] in qua Samſon ſeſe continuit; Odollam, & Engaddi Davide ejuſque exercitu celato notiſſimæ [13]. Aliæ leguntur ab Iſraelitis Madianitas [14] & Philiſthæos [15] fugientibus excitæ. Abdias oeconomus Achabi in cavernis reconditos 100. Prophetas tenuit, quo furentis Jezabelis gladio ſubducerentur [16]. Maccabæi Antiochum Epiphanem declinaturi, in ſpeluncis ſeſe eontutabantur [17]. Quo tandem niſi ad ſpeluncas confugiebant Prophetæ & Juſti ab impiorum perſequutionibus in tutum ſeſe recipientes [18]? Pacatis Urbibus adhuc tamen exciſa ſaxa perebantur, a Mundi corruptione effugium; commodiſſimas eas inſuper ſedes rati, ubi rerum Divinarum contemplationibus, & pietatis operibus exercendis liberius vacarent. Succurrunt in eam rem Eliæ, S. Joannis Baptiſtæ, & Jeſu Chriſti exempla. Extat hodienum una ex his ſpeluncis tribus leucis a Sidone [19] quam

(1) *Horat. l. 1. Sat. 3.*
Cum prorepſerunt primis animalia terris,
Mutum & turpe pecus, glande, atque cubilia, propter,
Unguibus, & pugnis dein fuſtibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quæ poſt fabricaverat uſus;
Donec verba, quibus voces, ſenſuſque notarent,
Nominaque invenere. Dehinc abſiſtere bella.
Oppida cœperunt munire & condere leges &c.

(2) *Gen. 4. 17.* (3) *Gen. 4. 21. 22.* (4) *Judic. 4. 17.* (5) *1. Reg. 15. 6.* (6) *Jerem. 35. 6. 7.* (7) *Vide Plin. l. 6. cap. 29. Strab. l. 11. & 16. Diod. l. 3.* (8) *Strab. l. 16. p. 520.* (9) *Antiq. l. 14. c. 27. & l. 15.* (10) *Gen. 19. 30.* (11) *Joſue 10. 16.* (12) *Judic. 15. 8.* (13) *1. Reg. 22. 1. & 24. 4.* (14) *Judic. 6. 2.* (15) *1. Reg. 13. 6.* (16) *3. Reg. 18. 4.* (17) *Macc. 6. 11. & 10. 6.* (18) *Hebr. 11. 38.* (19) *Maundrel Voyag. de Jeruſal. p. 198.*

quam ita describunt. Immane est saxum prægalti montis portio, in quo plurimi excisi specus, partim absimilis inter se formæ. Aditus duobus circiter pedibus in quadro patet, interiora ad 200. continent exactas cellas, 12. pedum in quadro. Ostium unum cellæ latus occupat, reliqua tria cellulæ, vel armaria quædam tenent duobus pedibus a solo elevata; patent autem quædam 3. pedibus in quadro, quædam hac dimensione majora sunt, quædam minora. Super ostium cujuscumque cellulæ canale est in saxo excisum, cæferendis aquis de fornice stillantibus opportunum. Cum vero alia sint supra alias cellas incumbant, ex inferioribus ad superiores per gradus in saxo expressos ascensus datur. Tandem ad basim præalti laxi plures exeisæ sunt cisternæ, servandis aquis destinatæ. Ex hac spelunca de reliquis judicium esto.

Cisternæ colligendis aquis pluvialibus destinatæ, sive quæ vino post vindemiam servando in ipsis vincis, aut juxta illas effossæ, cavernarum loco quandoque tutum miseris effugium atque sedem præbuerunt. Patriarcha Joseph in cisternam Dothain a fratribus demolitissimus legitur [1]. Israelitæ cum Philistæos molestissimos dominos sustinerent, in cisternis sese continebant [2]. Vir quidam e fortissimis in exercitu David leoncm in arentem cisternam prolapsum occidit [3]. Cisternam arentem pro carcere toleravit Jeremias [4], Zeb vir inter Madianitas facile princeps, in torculari delituerat; seu potius in subterraneo quodam receptaculo servando vino, autequam in lagenas pro more illorum temporum reponerctur [5]. Fratres regis Ochoziæ quadraginta numero in cisterna deprehensi omnes mandante Jehu necitraditi sunt [6]. Loca tamen illa neque Hebræis unquam, neque finitimis populis domesticas sedes præbuerunt. Verum cum de Hebræorum ædibus sermo a nobis habeatur, hæc omnia animadvertisse opere pretium fuit, adeo a nostris moribus aliena, ut vix factu possibilia videri possint, si Palæstina veluti regio irrigua conejpiatur, in qua raræ viferentur cisternæ, præterquam in Urbibus Montanis, ubi rari fontes & putei; sicut etiam si vinum servatum credatur apud illos, quemadmodum apud nos, in doliis, cellis Vinariis, & cavernis.

In Palæstinam succedentibus Hebræis nullæ erant Urbes, nisi quas pulsis Chananæis, armis sibi occupavere: Deus enim cum regionem possidendam cum Urbibus conecsserat, cum Urbibus, inquam, aliena manu ædificatis, & cum vineis, & olivetis ab aliis sane dominis confitis [7]. Porro Chananææ Urbes istæ validis munitionibus cingebantur, ac mœnibus ita præaltis, ut de illis ufurparetur: *Urbes ad Cœlum usque muratas* [8]. Arces seu munitissima Urbes editis collibus insidebane, duplici interdum, & triplici quandoque mœnium ambitu protectæ. Sed unus erat præ ceteris firmior murus, turribus per interjecta spatia munitus, quem cavata fossa, ac deinde altera antemurale, de quo frequenter Scriptura [9], defensabant. Antemurale illud humilior erat murus, quem tantum aggesta terra & propugnacula tutabantur. Altitudinis, & crassitudinis veterum mœnium specimen exhibent ambientes Babylonem muri 200. cubitis e solo assurgentes, & 50. habentes crassitudinis [10]. Vir qui nostra ætate rem oculatus testis inspexit, testatur, extantia adhuc rudera veterum mœnium urbis Ninive, murum exhibere 30. pedibus latum, & præaltum adeo, ut jactum ab homine ipsum lapis vix altius evolaret [11]. Cum Romani Jerosolymam expugnarunt, triplici mœnium ambitu urbs cingebatur [12]. Pasis ferunt de Urbibus Babylonis, & Carthaginis. Ecbatana septemplici, muro protegebatur [13]. Sed non mœnibus & arcibus, ut loci situs, munitissimæ erant Urbes Palæstinæ; in crepidine enim ardui montis constituræ, omnes eludebant hostium conatus; si quæ autem minus tutæ loci natura fuissent, in naturæ ad jumentum arte aceita, murum excitabant immane, adeo & validum, ut neterenari quidem ab hostibus posset. Videsis nostram Dissertationem de militia Hebræorum.

Urbes habebant [14] quemadmodum hodie usque in Oriente, nullo ftratas lapide, sed mundissimas, nulla in ea re cautione prætermissa. Frustra enim in illis quæreretur vel sanguinis maeula, five projecta bestiarum morticina, sive aliud quodcumque aeri corrumpendo, five insiciendis legali maeula Israelitas noxium: icita sunt enim, quæ Mosyes his sordibus amovendis præierspit [14]; nec ignotus Judæorum horror in sanguinem [15]. Quantum autem munditiæ studeret populus, satis demonstrant ablutiones tam privatæ [16] quam publicæ apud illos frequentissimæ. Nulla quidem offendere licet apud illos publica ædificia balneis destinata, quemadmodum plura erant Græcis & Romanis, sicut & hodie Mahometanis [17]; sed præeptum tamen singulis a Moyse legimus, ut balneis & lotionibus pro certis rerum eventibus uterentur; nempe pro eluendis legalibus & quotidianis maculis, quæ vix ac ne vix quidem vel a cautissimis evitarentur.

Non is erat Hebræorum Urbibus publicorum ædificiorum, & Templorum numerus & splendor, qualis in aliis Urbibus ceterorum populorum spectabatur. Unicum erat in toto Regno Templum, magnificentissimum tamen adeo, ut cetera aliarum gentium superaret. Post ichitma Jeroboami, gemina alia ab eodem Principe excitata sunt, alterum in Dan, juxta fontes Jordanis, alterum in Bethel, singulis auraeis vitulis dedicata [18]. Salomon nonnulla exstruxerat Diis alienigenis, impio fœminarum amori indulgens [19]; pravoque exemplo ceteros deinde Reges ad simile facinus induxit. In Israelis Regno majori licentia crimen pervagatum est. Sub Achaz & Jezabele præter gemina aureorum vitulorum Templa, alia quoque adjecta sunt Baal, & Astaroth Phœnicijis Numinibus, quorum cultum Jezabel in Israelem invexerat [20]. Synagogæ in Urbibus nonnisi post captivitatem occurrunt [21]. Jesu Christi ætate frequentes erant, quas magnificas, & amplitudine sua munificentiæ conditorum & Urbium respondisse facile eredimus.

Juri dieundo plerumque Urbis fores destinatæ. *Ne cogerentur agricolæ intrare Urbes, & aliquod fubire dispendium, Judices in portis residebant, ut tam urbanos quam rusticos in exitu & introitu urbis audirent, & finito negotio unusquisque confestim ad proprias reverteretur*, ait S. Hieronymus. Ædificia in eam rem destinata ipsis Urbium foribus adhærebant. Cum vero scriptis præcretur ætate illa summaria fuisse judicia eredimus, nullis ferme servatis judicialibus formis, quibus adhibitis testimoniis, quorum numquam abfuisse potærat in patentibus urbis foribus copia. Si quod vendererur, emererur que, aut pactione tractaretur in Urbis foribus & coram testibus, id sane ratum erat & firmum. Abraham preio sibi spelunceam & agrum Ephronis, ut Saram sepeliret, empturus [22], præ foribus Urbis Hebron se constituens, cum Ephrone convenit, solutoque pretio coram omnibus Urbem ingredientibus, *confirmatus est ager quondam Ephronis Abrahæ in possessionem videntibus filiis Heth, & cunctis, qui introibant portam Civitatis illius*. Quid autem patissimum servaretur in Judiciis ibidem ferendis, ex historia Ruth [23] satis. intelligimus. Foribus ergo Urbis ædificium imminebat cum specula. In bello Absalomi cum Davide, pius Pater, dum prælium committeretur, [24] sedebat *inter duas portas*, speculator vero in edito loco prospicions, cum forte ali-

(1) *Gen.* 37. 20. *&c.* (2) 1. *Reg.* 13. 6. (3) 2. *Reg.* 23. 20. (4) *Jerem* 38. 8 (5) *Judic.* 7, 25. (6) 4. *Reg.* 10. 15. (7) *Deut.* 6. 11. 12. (8) *Deut.* 9. 1. (9) 3. *Reg.* 21. 23. & 2. *Reg.* 20. 15. *Pſ.* 48. 14. *Iſai.* 8. 4. & 26. 1. *Jerem. Lament.* 2. 8. *Nahum* 3. 8. (10) *Eras. l.* 1. *cap.* 178. (11) *Paul. Lucas Voyage du Levant. t.* 2. *ch.* 11. *pag.* 56. (12) *Joſeph. de bello l.* 6, *cap.* 6, *Lat.* & 13. *in Græc.*

(13) *Herod. l.* 1. *cap.* 98. (14) *Deut.* 23. 12. (15) *Gen.* 9. 4. *Levit.* 7. 26. *&c.* (16) *Marc.* 7. 2. 3. (17) *Vide Thevenot. cap.* 23. (18) 3. *Reg.* 12. 30.
(19) 3. *Reg.* 11. 7. (20) 4. *Reg.* 16. 31. 32. (21) *Vide quæ diſſerimus* 1. *Macchab.* 13. 42.
(22) *Gen.* 23. 10. 18. (23) *Ruth.* 4. 1. & *Deut.* 25. 6. 7. (24) 2. *Reg.* 18. 24. 33.

aliquem è prælio, venientem ſpectaſſet, clamabat. David poſt auditum de nece filii ſui nuncium, ut paterno dolori fræna liberius laxaret, *aſcendit in cœnaculum portæ*.

Foribus accedebat platea, cogendis populis (1), & nundinis celebrandis deſtinata (2). Eliſæus Propheta futurum prædixit Joramo Regi Samariæ, ut poſt ſolutam ab obſidione Urbem mane alterius diei farinæ modius præ foribus, ſive in foro, ſiclo veniret. Uſuram, & dolos numquam receſſiſſe e foro Jeruſalem Pſalmiſta conqueritur (3). Quæ ſacrificiis uſui eſſe poterant, in ipſo Templi atrio vendebantur, unde Jeſus Chriſtus impios licitatores depulit: indignum clamitans, domum orationis ſpeluncam latronum eſſici (4). Plateæ iſtæ vendendis rebus deſtinatæ, reſponsebae hodiernis Bazariis orientalibus, qui atria ſunt porticus perpetuæ, & faſtigiatæ ambitu cinctæ; ſub porticibus vero officinæ mercatorum patent. Viri mercaturam exercebant; fœminas enim vel in officinis patere nefas, qui etiam mos hodie dum apud Orientales manet. Solebant non raro advenæ, fruſtra quæſito apud cives hoſpitio, noctem in foribus agere; diverſoria enim tunc temporis rara habebantur, & frequenter nulla. Angeli Sodomam miſſi ut Lothum educerent, actuti totam noctem in foro videbantur (5). Levita ille, cujus uxor injuriam a Gabaonitis accepérat, ad multam noctem in platea ſuſtinuerat, nullum inveniens benevolum hoſpitem (6). Diverſoria quidem alicubi occurrebant, quæ a fœminis deploratæ famæ habebantur. Fratres Joſeph ex Egypto reduces in diverſorium, nocte ſubeunte, ſeſe receperunt (7). Exploratores Jerichuntem miſſi apud Rahab diverterunt (8). Samſon cum Gazam veniſſet, in hoſpitio, quo ceteri advenæ, receptus eſt (9).

Præter aulas, & areas cogendis populis ſive juri dicundo præ foribus Urbis deſtinatas, alia erant atria, & aulæ ad eam rem in Templo; in ædibus Principum, ubi Præfecti Regis, & Miniſtri Domini de cauſis congnoſcebant, ſuam ſinguli exercentes poteſtatem, juxta politiam a Moyſe conſtitutam. Cum in Jeremiam capitalis eſſet dicta ſententia in cœtu Sacerdotum, & populi in ipſo Templo congregato (10), Præfecti & Judices Regii in Templum coeuntes, cauſa rei iterum cognita, damnatum antea novo judicio abſolverunt. De throno Salomonis, & atrio juri dicundo deſtinato legeſis 3. Reg. 10. 18. &c. & 7. 7. 8.

Ex omnibus publicis Hebræorum ædificiis, magnificentiſſimæ poſt Domum Domini, cujus alibi fabricam late deſcripſimus, ædes occurrunt Regum Juda, & Iſraelis. De ædibus Salomonis, veluti omnium pro ea ætate ſplendidiſſimis ſermo eſt in Scriptura (11). Ædificium erat 100. cubitis longum, 50. latum, 30. aſſurgens; tres columnarum ordines, ex quibus tres faſtigiatæ porticus ante conclavium faciem regnantes, totum ornabant. Latera etiam fulciebant porticus, columnæ & conclavia. Ædes Reginæ Sponſæ Salomonis & Filiæ Regis Ægypti, ejuidem erant ſtructuræ & magnificentiæ. In primo Regiæ Domus atrio conſtitutus erat thronus Regi, cum maxime jus dicenti, deſtinatus. Marmoreo conſtabat lapide, ad quem cedrinis ſuperinduktis aſſeribus ornatum, per gradus aſcenſus patebat, quemadmodum ſuſus in 3. Reg. 7. 11. Thronum ambiebant columnæ, porticus circum regnantis & teſtudinis ſpeciem quamdam referentes.

Columnæ illæ cedro conſtabant, nec alterius erant vilioris materiæ trabes, & baſes porticuum; unde nomen ædibus *domus ſaltus Libani*. Porro huic ædificio conſtruendo non niſi *lapides pretioſi*, juxta Scripturæ phraſim, in uſu fuerunt (12), nempe exquiſitiſſima marmora ſedula arte expolita. Ab imo enim fundamento uſque ad verticem, lævigati ſective lapides ut erinque quadrati, octo ſive decem pedum, ſplendebant. In eo quippe veteris magnificentiæ ratio poſita erat, ſi grandiores lapides in ædificiis conſtituerentur, ad normam elaborati, & ſcite adeo connexi, ut nullo cemento, ſive bitumine juncti ſimul viderentur; uno verbo, ut ædificium ſolidum eſſet, & compactum. Id autem maxime obſervant hodie uſque quicumque loca illa itinerantes petunt, ut in veuſtiſſimis remotioris antiquitatis æderibus in Ægypto, Paleſtina, & Syria totum ſpirę ſoliditate, & compactum aliquid in ſtructura.

Perſiſtylia vero illa & porticus perpetuo circa ædes regnantia duplici erant cómodo; primo id efficiebant, ne Solis radii recta in parietes incidentes immodico eſtu torrerent; ſecundo ut ex una eidum parte ad aliam liber daretur aditus, ab injuriis Solis & pluvię immunis. In atriis Principum milites Prętorii, cetęrique qui rerum tractandarum cauſa ventitabant, ſub hiſce porticibus commodam moram trahebant. Palatia Principum Orientalium hodie uſque ad hanc normam conſtructa ſunt, nec alterius fuiſſe architecturę videtur ędes Eglon Regis Moabitarum in Jericho; namque Aod poſt occiſum proditione Regem, perſiſtyliumtranſgreſſus, ubi diſpoſiti erant milites Regię domus cuſtodes, evaſit (13).

Materia omnis in ędificiis ejus ętatis vilior habebatur prę cedro. David conſilium ſuum de conſtruendo Templo Domini Nathano communicans (14): Cernis, inquit, me pretioſas è cedro ędes incolere, eum interim Arca Domini ſub pellibus detineatur? Salomon cedrinis aſſeribus Templum veſtivit; cedro ſiquidem & marmore intermixtis inſtravit atrium interius Templi, veſtibulum item Sancti, & atrium Regię Domus, ut totum pavimentum triplici conſtaret ordine lapidum, & altero cedrino; ſed de cedri uſu nos alibi ſuſius (15). Quid? columnę porticus Regiarum Ędium fulcientes nonne cedrinę? Jeremias in luxum Joakim Regis Judæ invectus, ait: *Facis laquearia cedrina, pingisque ſinopide* (16). De picturis ceratis mentio occurrit a Macchab. 2. 20. Duę picturę ille in ligno vel pariete, dein liquata cera oblitę ſetis pannove fricabantur, quæ ære Vitruvius lib. 7. cap. 5. ſicut & aurata ceratoque laquearia porticuum in Templo legas apud Joſephum lib. 18. cap. 12. Tandem Scriptura quoties ędificii alicujus magnifici ideam ingerit, ſemper cedrinas ędes vel cedro veſtitas memorat (5). *Fabrica noſtra lateritia corruerunt*; ita impudentiſſime jactitabant Samaritani; *nos pro lateribus nitentes, & expolitos lapides ſubſtituimus; ædificia noſtra & ſycomoro everterunt; cedrina ædificabimus* (*).

Nec cedrus tantummodo, ſed ligna alia pretioſa, & ebur in ędificiis Salomonis ſpectabantur. Thronum juri dicundo deſtinatum auro micantem & ebore excitavit (17); ſicut & cedro aliiſque pretioſis & aliunde apportatis lignis conſtabant fulcra porticus Regias Ædes cum Templo jungentis (18). Acabo Regi Iſrael Ædes erant ex ebotis copia eburneę appellatę (19). Amos in divites Iſraelis invectus (20), everſurum Deum minitatur domus hyemales, eſtivaique, ſ'eſque eburneas ſubverſurum. Domus eburneę mentio occurrit etiam Pſ. 44. 9. quamquam ſermo ibi potius de arcuiis, quam de ędibus eburneis creditur.

Ad domus eſtivas & hyemales apud Amos commemoratas quod attinet, operę pretium eſt animadvertere, nullum fuiſſe caminorum apud Hebręos uſum. Vix ad ignem accedebant; & ſi quando frigore adigerentur, prunę in clibanum inferebantur, adjectis olivarum nucleis vel ſimili quodam fomento. Regi Joakim ſedenti ad prunas in conclavi hyemali & in arula ante ſe poſitas oblatum eſt volumen Jeremię, quod ab illo cultro diciſſum, igni traditum eſt. De olivarum nucleis ad ignem fovendum in ſummo hyemis algore fermo eſt apud Baruch (21). Interdum in medio atrii ignis excitabatur, quod factum conſtat qua nocte Jeſus Chriſtus ad Summum Sacerdotem raptus fuit (22). Templi culinę atria erant 40. cubitorum in longum, & 30. in latum, quæ circum habebant diſpoſitos focos coquen-

(1) *Vide* 2. *Paralip.* 18. 9. *In area juxta portam Samariæ. Et* 2. *Par.* 32. 6. *In platea portæ Civitatis.* (2) *Iſai.* 27. 21. & 2. *Eſdr.* 3. 3. 4. *Reg.* 7. 1. (3) *Pſal.* 54. 12. (4) *Matth.* 20. 13. (5) *Gen.* 19. 2. (6) *Judic.* 19. 5. (7) *Gen.* 42. 27. (8) *Joſue* 2. 1. (9) *Judic.* 6. 1. (10) *Jerem.* 26. (11) 3. *Reg.* 7. (12) 3. *Reg.* 7. 11. (13) *Judic.* 3. 23. 24. (14) 2. *Reg.* 7. 2. (15) *Reg.* 6. 36. & 7. 12. (16) *Jerem.* 22. 13. 14. (5) *Cant.* 1. 16. & 8. 9. (*) *Iſai.* 9. 10. (17) 3. *Reg.* 10. 18. & 2. *Paral.* 9. 17. (18) 3. *Reg.* 10. 12. (19) 3. *Reg.* 22. 39. (20) *Amos* 3. 15. (21) *Baruch.* 6. 42. (22) *Luc.* 22. 55.

dis victimis sacrificiorum pacificorum, quarum fumus libero aeri expositus nullo camini ductu efferebatur. Apud Oseæ 13. 3. fermo est de fenestris sive foruli unde fumus exhalabat: *Sicut fumus de fumario.*

Domus æstivæ variè erant formę, seu potius æstus mitigandi varia inita fuit ratio. Interdum subterraneas parabantur loca Solis radiis impervia: *Subeši cryptoporticus subterraneæ similis, æstate insuso frigore riget* [1]. Sæpe porticus erant amplę qua parte venti flabant patentes; qua vero Soli pervię, pariete obductæ [2]. Auras captantem in perystilio Antiochum Epiphanem Ptolemæus pro Mecenate deprecaturus convenit [3]. Eglonem in æstiva domo agentem Aod interfecit [4]. Ægyptiorum aulæ, de quibus Vitruvius, cum in superioribus tantum patentes superiores auras captarent, refrigeratum aeradiurius continere censebantur. Perse, authore Xenophonte [5], non inductum rantummodo a natura refrigerium ex arborum umbra & petrarum algore sibi procurabant; sed loca etiam parabant umbrosa & algentia in ipsis domesticarum ædium fabricis. Ammianus Marcellinus [6] vidisse se perhibet Canopi in Ægypto conclavia ventorum flamine refrigerata. Loca erant patentia Zephyris perflata in maximo etiam æstu. Cœnabavia æstiva hodie etiam apud Orientales frequentia in quadro constructa sunt, opere concamerato, paulo elatiora, ut per gradus ascensus pateat; auras vero captant ex superiori foramine, ex inferiori ostio demittunt [7]. Patuisse autem ædificia illa a septentrione tantummodo, ex Varrone, & Columella; ac Palladio intelligimus [8].

Privatæ Hebræorum ædes nihil a finitimorum populorum diftabant; nec variisse ereditmus ab iis, quæ hodie usque in Palæstina, Arabia, ac Syria obtinent. Exterior earum facies simplex, eulmen in aream complanatum, solario quodam inftratum est ex compressa terra, regnantique circum lorica, ut labendi periculum omne amoveatur, juxta ac Moyses edixerat Deut. 22. 8. ambitur; Tecta enim frequentabant Hebræi, tum auris captandis, cum etiam dum cœnarent, ac tandem quieti capiendæ. David in tecto domus obambulans, uxorem Uriæ in vicina æde lavantem prospexit [9]. Gemini exploratores a Josue missi sub tecto domus Rahab cubarunt [10]; cubavit & Saul hoc illi loco a Samuele parato [11]; Absalom indutendas justit uxores David patris sui sub tentoria in tecto Regiæ domus expansa [12]. Cum Sanson Fanum Dagonis everti, ingens hominum turba in tecto ejusdem ædificii verfabatur [13]. In tecto item Regiæ domus Achaz Altare erigendum præcepit [14]. Sacrificia super tecta oblata vitio Israelitis vertuntur apud Propheras [15]. Eumdem morem spectasse creditur Jesus Christus illis verbis: *Quæ in aure auditis, prædicate super tecta* [16].

Scalas quibus in tecta ascenderetur, non intra domesticos parietes, sed extra ædificium sub dio positas fecerunt. Viri illi, de quibus Luc. 5. 19. cum inferre per ostium paraliticum hominum fores obsederent prohiberentur, conscenso tecto ægrum funibus alligatum ante Jesum demiserunt. Jesus Christus Matth. 24. 17. *Qui in tecto est*, ait, *non descendat tollere aliquid de domo sua.* Descendendum quidem erat ad fugam capiendam; sed vetat descensum in domum. Elpenæ apud Homerum Odyss. 11. v. 63. 64. e tecto per exteriores scalas descendens, quod pes falleret, præceps e scalis corruens interiit.

Fenestræ non vitris obducebantur, sed velamentis sive cancellis; quare per cancellos in conclave Sponsæ respexisse Sponsus in Cant. 2. 9. dicitur; & Eccli. 21. 26. Stultus in hiemis domos introduci postulans, observat per cancellos janitorem cum vir prudens extra domum sustineat. Cum in faero Textu recludi fenestras legimus, de canecllis seu velamenis reductis dictum intelligendum est. Cum vero mulieres raro domo exirent, & in conclavi suo clausæ retinerentur, sæpe e fenestris spectabant. Mater Siseræ e fenestra respiciens, advenum filii sui præstolabatur [17]. Michol pompam translationis Arcæ e fenestra spectabat [18]; sicut & Jezabel ingredientem Jehu Samariam [19]. Mulier impudica de fenestra domus suæ per cancellos in via transeuntes observat [20]. Cum Heliodorus justu Seleuci ad expilandum Templum Jerosolymitanum veniffet, puellæ & fœminæ eunzem prospiciebant, aliæ e mœnibus, aliæ e fenestris [21].

Tentoria, & ædes mulierum seorsum erant a viris; ita tentoria Saræ, Rachelis & Liæ distincta fuisse legimus a tentoriis Abrahami, Isaæ, & Jacob. Salomon ædes ædificavit uxori suæ, filiæ Regis Ægypti [22]. Jahel uxor Heber Cinæi fuum habebat tentorium seorsum a viro; suam etiam domum Sponsa in Canticis. Quin nec menfam habebant communem fœminæ cum viris suis, si quando conviviis præter domesticos aliqui interessent. Cum Abraham convivio exequisset tres Angelos, numquam Sara apparuit; sicut nec Rebecca, cum Eliezer ab Abrahamo missus de conjugio ejusdem puellæ cum domestiels ipsius inter cœnandum ageret. Scitum est, quid Regina Vasthi reponeret Assuero, ut convivio assisteret invitata [23]. Sed præstitit in eam rem exempla ex Libris Sanctis congestmus, cum hodie usque eadem conservado in toto Oriente, & in Europa frequentissime maneat.

Mos est in Palæstina hodie usque perseverans, ut ædificiorum omnium etiam magnificentissimorum, & publicorum fores humiles sint adeo [quemadmodum & simile quid veteres quædam Ecclesiæ præfecerunt, ut nonnisi incurvo corpore aditus pateat. Ejus rei in causa fuisse dicunt Arabum æquitum excursiones, ne forte equitantes per Ecclesias sive domos discurrerent. Cum tamen nihil simile contingeret, dum Hebræi regionem illam pacifica possessione renebant; hinc facile creditmus eorum ædificiis appositas fuisse januas pro reliqua structuræ magnificentia. Sane quæ in Scriptura, & apud Josephum describuntur, fores magnificentissimæ sunt, quamquam non domorum illæ fuerunt, sed Templi. Patuisse nonnullas teftatur Josephus usque ad 60. cubitos in altum, & 20. in latum [24]; alibi vero usque ad 50. cubitos in altum, & 40. in latum, obductas laminis aureis, & argenteis describit [25]. Janua Orientalis ex ære conflata adeo immanis erat, ut 20 nonesis, ut non minus quam 20. adhibitis viris clauderetur, reeluderetur que [26]. Vectibus ferro insertis fores clausæ continebantur, aditus & pessulus, altius stipitibus ex integra solidissimaque petra conflantibus, insertus. Laminas aureas & argenteas a Templi foribus revellere, quo integrum exactum a Sennacherib pretium solveret Ezechias coactus est [27]. Januæ Gazæ, quas Samson revulsas secum tulit, lignex erant, ligunque pariter conflabant stipites & superliminaria [28]. Hæ totius Orientis vulgarium nobiliorumque domorum fores. Postes & superliminaria lignea. Porrigitur in superiori & inferiori parte aliquid, cujus appositis apte foruli insertæ ita sustinentur, ut in feipsas veluti in cardine revolvantur. Nullus illic ferri usus nisi in obducta foribus catena, quæ ferreo simul pessulo continetur. Occurrunt etiam aliebi ex unico marmore fores in marmore insuper in cardine girantes, qua in re nihil spectatur augustius januis sepulchrorum Regum Juda; unieo enim perpetuo lapide in eodem laxo stipites, superliminaria, cardines exeisa constant.

Porro valvæ istæ interius obfirmabantur oppofito ligneo, five metallino vecte cum pessulis. Vectes continebant annuli ærei, five ferreæ catenæ. Urbes illæ Balanitidis, Avothaiir dictæ, firmis mœnibus, æreisque vectibus muniebantur (29). Eadem vox Hebræa, quæ caligas inducere sonat, usurpatur etiam de

(1) *Plin. in villa descript.* (2) *Juvenal. Satyr. 7. Dario alia longis Numidarum fulta columnis, Sargat, & algentem rapiat vannatis Solem.* (3) 2. *Macc. 4. 46.* (4) *Judic. 3. 24.* (5) *In Cyrop. l. 8.* (6) *Ammian. l. 22.* (7) *Leo Africe. Descript. Africæ. l. 8. Cap. 4. Tavern. Voyage de Perse l. 2. chap. 4. pag. 155.* (8) *Varro de Re rust. Colum. l. 1. cap. 6. Pallad. l. 1. tit. 12.* (9) 2. *Reg.* 11. 2. (10) *Josue* 2. 6. (11) 1. *Reg.* 9. 25. (12) 2. *Reg.* 16. 22. (13) *Judic.* 16. 27. (14) 4. *Reg.* 23. 12. (15) *Jerem.* 19. 13. *Sophon.* 1. 5. (16) *Matth.* 10. 27. (17) *Judic.* 5. 28. (18) 2. *Reg.* 6. 16. (19) 4. *Reg.* 9. 30. (20) *Prov.* 7. 6. (21) 2. *Macc.* 3. 19. (22) 3. *Reg.* 7. 8. (23) *Esth.* 1. 11. 12. (24) *Joseph. lib.* 2. *contr. Appio. pag.* 1067. (25) *De bello l.* 6. *cap.* 6. (26) *De bello lib.* 7. *cap.* 12. (27) 4. *Reg.* 18. 16. (28) *Judic.* 16. 3. (29) 3. *Reg.* 4. 13 *ferax aroas. Legas pariter Pf.* 106. 16. *Vide & Isai.* 45. 2.

de foribus occluſis ; ut idem ſit ac valvas objecto vectę ærei vinculis adſtricto obfirmare ; quemadmodum enim olim caligæ ligulis adſtrictæ pedibus revinciebantur , ita & vinculis vectes . Quare locus Deut. 33. 25. *ferrum , & æs calceamentum tuum* , commode etiam reddi poteſt : ferreus , & æreus vectis eſt peſſulus tuus.

Quo autem vincula illa ſolvi , & vectes , removeri poſſent , clavi utebantur veteres , incertum tamen cujus artificii . In poſtrema Jeroſolymæ obſidione Idumæi ad ferendam opem a Zelotis acciti , in Templum introducti ſunt , ſica abſciſſis vectibus januas obfirmantibus (1) . Satis igitur non erat intus in domo eſſe foribus illis recludendis , ſed clavi etiam reſolvenda erant vincula , quo vectis amoveretur . Paria colligimus ex hiſtoria Eglon . Cum enim aulæ miniſtri aperire januas ab Aod occluſas non poſſent , clavis requirenda fuit , vinculis peſſulum continentibus reſolvendis (2) . Morem hunc illigandi , & reſolvendi vectes ſæpiſſime innuit Scriptura . Balthaſar Rex Babyloniæ ad Danielem (3) : *Ego audivi de te , quod poſſis obſcura interpretari , & ligata diſſolvere* , i. e. occluſa recludere , & Jeſus Chriſtus Matth. 16. 19. *Quodcumque ligaveris ſuper terram , erit ligatum & in Cœlis , & quodcumque ſolveris ſuper terram , erit ſolutum & in Cœlis* ; æmpe fores Regni Cœlorum pro tuo arbitrio occludentur recludenturque .

Nullum ſatis expreſſum in Scriptura compertum habeo teſtimonium de uſu ſeratum apud veteres Hebræos . Namque vox *minôul* , quam reddunt plerumque *fera* , deſignare potius creditur vincula vectes continentia . Jungi ſolet voci *Beriah* , ideſt vectis , five peſſulus . Formæ horum vinculorum , & vectium concipiendæ nonnihil ex Cant. 5. 5. 6. deducimus ; ait enim Sponſa dilectum ſuum immiſſo per foramen januæ digito adventus ſui indicium præbuiſſe , cum vero , inquit , ego ſtatim reſolutura *ligaminum* (4) *oris* cucurriſſem , forantia mirrham ab eo diſtillatam comperi . Erat ergo in medio januæ foramen brachio inferendo , quo ſcilicet introducta clavi interior vectis reſolvertur . *Intus* , ait Scholiaſtes Arati , *inſeri claves veteri more receptum eſt ; nec enim exterius , uti nunc , ſolebant olim claves inducere Ægyptii & Lacones* . Nec difficile credimus cumdem in ea re , ſicut & in aliis pluribus , fuiſſe Ægyptiorum , & Hebræorum morem . Addit Sponſa apprehendiſſe ſe ora five manubria vinculorum , Hebræus ad litteram *manus minôul* , ideſt manus calcamenti januæ , nempe extremam oram vinculorum vectis .

Euſtathius obſervat gemina fuiſſe vectis ligamina , ad dexteram nempe , & ad ſiniſtram , hinc inde per certa foramina pendentia , quo ſcilicet claudi recludive oſtium poſſet (5) . Totum aperiendi oſtii artificium , ſicut & clavium formam , Homerus concinne deſcribit , ita Penelopem domeſticum oſtium aperientem inducens (6) . *Accepit clavem bene flexam manu ferri , pulcheam , æneam , manubrium autem eboris inerat .... Statim lorum ſolvit annuli ; clavem ai immiſit , januarum autem populis ſeras ante prudenter promovendo : hæ autem reſonuerunt velut taurus paſcens prata , tanquam ſonorem pulchra perta percuſſa clavi . Aperta ſunt cito* . Quare clavis ad vincula reſolvenda multo quam hodie major , lignæque erat vel eburnea in falcis modum retorta qua involucro liberatus vectis removebatur . Claves quidem retortæ apud ruſticos adhuc manent ; quamquam nonniſi ad removendum peſſulum aut vectem ligneum , qui intra mutum reconditus , eductus deinde ac foribus appoſitus januam occluſam firmat . Tandem foramen illud in medio januæ patens ad brachium inferendum apertiſſime in Apulejo paret (7) : *Lamachus foribus vi tuis ſua fiducia , qua clavi immittenda foramen , ſenſim immiſſa manu , clauſtrum vellere geſtiebat* . Et alibi ita de peſſulo (8) : *Subdita clavi peſſulos reduce* . Porro januæ exterius , & interius obſerabatur , nullo adhibito clavis uſu . Aod egreſſus e cubiculo Eglonis oſtium clauſit , non incuriose , nulla appoſita clavi , uti S. Auguſtinus obſervat (9) ; quamquam ſine clavi oſtium illud aperiri deinceps non potuiſſet ; cujuſmodi ſuus apud nos feræ , quæ *ornatura* dicuntur . Homerus Penelopem deſcribit unam tantummodo oſtii partem claudentem (10) . *Januam attraxit annulo argenteo , inſuper autem peſſulum obtendit loro* .

Præter eas claves alias etiam obtinuiſſe , docet Salmaſius (11) , quibus alterius generis vectis retineretur & ad januam adſtringeretur . Clavo in cocleæ modum perforato vectis inſertus , cui deinde removendo recludendique foribus clavis in promptu erat ſpiralis , quæ ſpirali item circumvolutione intra clavum inſerta ac deinde retracta ſimul & clavum reducebat . Ita apertæ valvæ amoto , ſive ſponte decidente vecte . Porro clavem illam appellabant *Balanegran* , & clavum *Balanon* , quæ omnia Ariſtophanes cujuſque Scholiaſtes inſinuant non obſcure : *Seram aut veſtem diligenter inſpice , ne peſſulorum clauſtra* [Græce *balanon*] *poſſit rodere* [12] . Succeſſu temporum Laconicarum clavium uſus proniſſimus & tutiſſimus omnium ad id uſque obtinuit ; quibus oſtium exterius claudi potuiſſet abique eo quod per foramen januæ brachium , uti prius , inſereretur . Cujeis formam referentes [13] , tribus erant dentibus inſtructæ ; & ſi quando claudi aliquem intra domum contigiſſet , nulla illi aperiendi fores erat poteſtas , niſi exterius recluderentur . Autumat Suidas [14] vectem five peſſulum in Laconicis ſeris exterius appoſitum fuiſſe , ut ſi quis domum ingredi vellet , numquam poſſet , niſi clavi immiſſa . Porro artificium illud minus conducebat fœminis , quæ in his regionibus , ædibus clauſæ tenebantur . Ultra ita apud Ariſtophanem conqueruntur (15) : *Non ædes nobis liceat , ut antehac , vires deſipere . Viri enim jam clavibus ipſi geſtant occultas , callidiſſimas , ac maxime malignas , Laconicas quaſdam tres habentes claviculos . Sed prius quidem eerte licebat aperire fores factientibus annulum trichole , & vili pretio . Nunc vero iſte ipſes verna Euripides docuit minuta , & quaſi tineis cerreſa habere ſigilla appenſa habentes* . Porro claves haſce vermiculis abroſas , vera eſſe lignea fruſtula cariola contendunt Scholiaſtæ , quæ ſcilicet ligna ceræ applicata ſigilli loco eſſent , immo & ſigilli tutioris , quippe quod ſaltari ſigillum poſſet , ligni illius impreſſa figura non poſſet (16) . Sed vix ego credidierim pro ſigillis ligna cariola obtinuiſſe ; facilius enim autumarem in annulis geſtata ſigilla , quæ formam referent ligni cariæ . Contigit inſuper mihi ſpectare inter cymelia D. Abbatis Faurel anulos quoſdam æreos , habentes pro ſigillo plura varia , & inæqualiter aſſurgentia puncta , quæ ſane in cera varias imprimere punctiones , vix adulterandas , nec male cariæ ſigni figuras referentes debuerunt .

Ceterum de anulis multis foribus diſtinctis , ac de clavibus Laconicis , nihil in Scriptura expreſſum ; ſed anuli obſignandis foribus non raro occurrunt . Daniel fores Templi Beli Regio Darii anulo obſignavit [17] ; codemque inſuper obſignabatur oſtium laci leonum (18) . Moyſes Domini verbis ait : *Nonne hæc condita ſunt apud me* (nempe pœnæ ab impiis ſolvendæ) *& ſignata in theſauris meis* [19] ? Job. 9. 7. de Deo ; *Stellas claudit quaſi ſub ſignaculo* . Sponſa in Cantic. 8. 6. optat poni ſe veluti ſigillum in ſinu , & brachiis Sponſi ſui ; eamque viciſſim Sponſus comparat fonti obſignato (20) . Eccli. 22. 23. optat cuſtodiam ori ſuo opponi , & ſigillum labiis ; ac tandem tumulus Jeſu Chriſti ſigillo obſirmatus eſt [21] .

I. 2 Hunc

(1) *Joſeph. de bello l. 4. cap. 7. pag.* 881. (2) *Judic.* 3. 25. (3) *Dan.* 5. 16. (4) *Kapeh hammaul Cant.* 5. 5. 6. (5) *Euſtat. In Odyſſ. Arad. fin.* (6) *Odyſſ. Fb. initio* . (7) *Aſini* l. 4. (8) *Ibem* l. 1. (9) *In Judic.* qu. 23. *Aut tale clauſura genus fuit , quod ſine clavis poſſet claudi , nec ſine clavi aperiri , nam ſunt quædam talia , ſicut ea , quæ Veruclara dicuntur.* (10) *Odyſſ. A. v. antepen* ..... (11) *In Solin.* (12) *Ariſtoph. in Veſp. act.* 1. *ſc.* 2. (13) *Vide Salmaſ. in Solin.* (14) *In §. Laconicæ.* (15) *In Theſmophoriaſ.* (16) *Biſet. in Ariſtoph. p.* 790. & *Suidas in Thripedeſtæ. Pauſan.* (17) *Dan.* 14. 13. 14. (18) *Dan.* 6. 16. 17. (19) *Deut.* 32. 34. (20) *Cant.* 4. 12. (21) *Matth.* 7. 66.

Diſſert. Calmet. Tom. I.

Hunc anulorum rebus condendis uſum poſt bellum Trojanum obtinuiſſe Plinius contendit ; namque ait tunc *conditas arcis veſtes , vaſaque aurea , & argentea , & ea colligata nodi non anuli nota Homerus indicat* (1). Sed falli virum ex adducto Moyſis teſtimonio aperte convincimus . Plerumque Veteres claves ærez ſunt , noſtris breviores , quod mire conjecturæ ſtirum favet , qui catenarias feras olim & frequentiſſime obtinuiſſe arbitrantur . Conſtat id , quantum aſſequor , ex Petronio :

Dum loquimur , fera ſua ſponte decidit .

Manere adhuc noſtra ætate in Oriente , plurium ea loca peragrantium teſtimonio ſcimus (2) . Et in Muſæis DD. Foucaut Fauvel & Giraudon Pariſiſanuli æreï ſpectantur , ferentes clavim ſigilli loco ; quæ ſane claves vix alium habere uſum poſſent , quam pro catenariis feris vel æreulis .

In toto Oriente feræ , & claves ligno conſtant [*] . Clavibus autem aliquando brachii craſſitudinem æquantibus , plerumque pollicis , utuntur ; quadratæ ſunt , oblongæ , cuſpidibus ferreis 5. vel 6. per intervalla dispoſitis armatæ . Porro claves illæ in feras immittuntur non directe ſed per latera , & in obliquo ; quibus autem armantur clavi in clavos intra feram poſitos impliciti vectem duunt , reducuntque , prout fores claudendæ ſunt vel reeludendæ . Seram illam patvum referre ipſicem teſtatur Chardin (*Gouvern. polit. des Perſes tom 2. pag. 79.*) quo in lignum quoddam extentum immiſſo valvas obſerari ; ſuperius autem demiſſam clavem ferreis cuſpidibus armatam inpicem attollere . Vide etiam Dandini . [*Voyag. du Mont Liban . p. 7. cap. 14.*] Cujus ſint antiquitatis claves iſtæ prorſus neſcimus ; ſed apud Iſaiam Dominus fidem ſuam obligat Eliacim filio Helciæ [3], *daturum ſe clavem domus David ſuper humerum ejus* . Extant etiam imagines veteres ex Ægypto relatæ , in quibus viri exhibentur impoſitam humeris geſtantes clavim retortam , vel etiam clavim fere ſola magnitudine a noſtris diverſam . Ad eas facile grandiores ligneaſque claves ſpectare potuit Iſaias .

Magnificam domorum ſuppellectilem numquam amarunt Hebræi ; neque hodie uſque finitimi Judææ populi uſum norunt aulæorum , ſellarum , eubilium , picturarum , atque ſtatuarum , tum & ſimilium . Tota domorum ſupellex conſtat ampliori tapete ſuper pavimentum inſtrato , atque ditiſſimis nonnullis pulvinaribus ſuper Sopham poſitis . In ſtrato ad veiperam tapete lectus paratur pannis , & culeitris a mane omnia removentur , ut vacuum per diem eubieulum appareat . Hi mores omnium ferme Orientalium a quibus aliquanto receſſiſſe Hebræos , conſtat , apud quos nec ſedilia deerant , nec cumuluaria erant cubilia . Salomoni Regum opulentiſſimo , auro minifirabatur ; nihilque ipſe ſibi ad corporis & animi delicias reliquum fecit [4] ; nihil tamen de ſupellectile Regiæ ipſius domus ſcripium ſupereſt . Rex Tyri cujus opulentiam & ſaſtum Ezechiel. 28. 13. deſcribit , gemmis & auro ipſe , pretioſis metallis Regia domus nitebat . Urbem Tyri ditabant panni , gemmæ , & mercium pretioſiſſima quæque . Naves ejus gentis ebore diſtinctæ erant , & velis purpureis . Quo tane tempore Iſraelitarum opes inereverant adeo , ut argentum non minus quam lapides ſupperetere [5] ; ſupellectiles etiam diviriis reipondiſſe debuerant ; ſed nos conſuetos Iſraelitarum mores , non inſuetam temporis alieujus conditionem reſpicimus . Quid igitur ſolerent Hebræi colligimus ex hoſpitio a Sunamitide Eliſeo parato [6] : *Faciamus* , inquit , *ei cœnaculum parvum & ponamus in eo lectulum & menſam , & ſellam , & candelabrum , ut cum venerit ad nos , manere ibi* . Gravioribus quidem verbis exaggerant Prophetæ & pompas ornamentorum , & veſtium cultus , ac tandem ædificiorum ſuperbiam ; nihil tamen unquam de ſupellectilium apparatu exprobrarunt . Occurrit aliquando mentio de ſtratis ſub pedibus pannis , quibus aſſidere , vel de pulvinaribus quibus innititi conſueviſſent . Amos 2. 8. verbis exſtigat divites , qui *ſuper veſtimentis pignoratis* (nempe in pignus ab egenis receptis) *accubuerunt* . Ezechiel 13. 18. in Pſeudo-Prophetas invehitur , qui , ait , pernicioſa aſſentatione molle pulvinar omnium braehiis ſubjiciunt . In toto Oriente manet hodie uſque tapetum & pulvinarium uſus . Fœmina proſtituta Proverb. 7. 16. amaſium ſuum his verbis invitat : *Intexui funibus lectulum meum , ſtravi tapetibus pictis ex Ægypto , aſperſi cubile meum myrrha , aloe & cynnamomo* . Porro lectulorum uſus non in Cant. 3. 7. tantummodo , ubi de lecto Salomonis ſermo , ſed alibi etiam frequenter in S. Scriptura , quemadmodum & ſellarum , apparet . Apparent etiam apud Ezechielem 23. 41. lecti , menſæ , unguenta ſuper menſas poſita : *Sediſti in lectulo pulcherrimo , & menſa ornata eſt ante te . Thymiama meum & argentum meum poſuiſti ſuper eam* . Invehitur Amos 6. 4. in divites ſuper eburneos lectulos eubantes , quorum omnia luxum ſpirant & voluptates .

DISSERTATIO DE VOTO JEPHTE.

VAtiæ de voto Jephte agitantur quæſtiones , ſingulæ in hac Diſſertatione diſcutiendæ . 1. Quid potiſſimum voverit . 2. An jure voverit . 3. An voti fidem exſolverit . 4. An exolvens peceaverit ?

Quamquam Scripturæ textus apertiſſime voti hujus genus exprimere videatur , non deſunt tamen , quibus ipſi Scripturæ hiſtoria negotium faciat . Narrat igitur Judic. 11. 29. &c. *Factus eſt ſuper Jephte ſpiritus Domini , circumiens* (Jephte) *Galaad & Manaſſe* obivit , cogendis ſcilicet in expeditionem Ammoniticam copiis : *Votum vovit* , ſequitur S. Scriptura , *Domino , dicens : Si tradideris filios Ammon in manus meas , quicumque primus fuerit egreſſus de foribus domus mee , mihique occurrerit reverteuti eum pace a filiis Ammon , eum holocauſtum offeram Domino* . Vovit igitur Jephte ſe in holoeauſtum oblaturum hominem illum , quicumque demum fuerit , qui e bello reduci , e domo ejuſdem Jephte egrediens , ipſi primus occurreret ; non enim ait , *qui res prima occurrerit* ; ſed : *quicumque primus fuerit egreſſus de foribus domus mee , mihique occurrerit (7)* . Alioquin autem uti ſcite S. Auguſtinus obſervat (*) , *Neque enim eſt , aut fuit conſuetudinis , ut redeuntibus de belladucibus pecora occurrerent* . Niſi forte præ oculis habuiſſe Jephte maluerimus , canem , qui venienti Domino adbandiens , occurrere ſolet ; quod eſſet vot i genus tum per ſe ridiculum , eum in holoeauſtum offerre impium . Tandem Jephte fidem ſuam obſtrinxit non dedicaturum ſe tantum quem primum obvium habuiſſet , ſed & in holocauſtum oblaturum : *Eum holocauſtum offeram Domino* ; quem ſenſum reddit littera Textus : *Erit Do-*

(1) *Plin. l. 33. cap. 1.* (2) *Tavern. cap. 4. pagina 43.* (*) *Vide Cotovic. cap. 11. Villemont. l. 2. cap. 32. Dierizon. l. 1. cap. 11. Tavern. Voyag. de Perſe cap. 4.* (3) *Iſai. 22. 21, 22.* (4) *Eccl. 2. 8. & 3. Reg. 10. 21.* (5) *3. Reg. 10. 27.* (6) *4. Reg. 4. 10.* (7) *Vehajah haiiſzee aſcher Jetze middalethebaiith . Somuz . Caſeſſai o eqorevomenos , os an exelthe apo tes thyras &c.* (*) *In Judic. qu. 49.*

Domino, & offeram in holocaustum (1). Ita etiam rediderunt Patres uno omnes assensu; nec fane aliter posset nulla vi Textui originali illata, ut infra.

Sed Textu licet invito non desunt recentiores quidam Interpretes ad alium plane sensum verba detorquentes. Horum alii Hebræum ita vertunt (2). *Erit egrediens, quod egressum fuerit e foribus domus mea, in occursum meum, erit Domino, & offeram illud in holocaustum.* Voto igitur, inquiunt illi, dicavit Domino, quidquid primum sibi redeunti obvium Deo obtrusisset sive homo sive brutum; ita tamen ut homines dedicarium se Domino, bruta vero in holocaustum darurum polliceretur. Nec eodem bruta omnia ritu oblaturum spondet; sed pecora & si quæ alia sacrificio apta, hæc quidem holocausto, cetera vero neci tantummodo destinabat. Uno verbo singula rite devovit. Ita vertunt Hebræi ac recentiorum Interpretum (3) plerique.

Quicumque priorem litteræ interpretationem sequuntur, ii fane fateri coacti sunt, Jephte filiam deinde suam Domino immolasse, quod eudem profecto ignorantiam, vel etiam hebetudinem in Judice Israelis, vel impium & nefandum facinus arguerent. Anne vero facile ignorare potuit Deum humanas victimas detestari (4)? *Non facies Domino Deo tuo... Omnes enim abominationes quas aversatur Dominus, fecerunt* (Chananæi) *Dilia suis, offerentes filios & filias & comburentes igni.* Nonne execrari se Deus impia illa & inhumana sacrificia alte adeo edixit, ut ejus rei ignoratio prætendi possit a nemine? Paranei autem impium votum offerre, nonne cereri restisseme omnes Sacerdotes, Principes populi, cæteriquæ? Post hæc autem genus illud voti, tamquam gratum aliquid Numini, nuncupasse Jephte credeamus.

Tandem quod nos de voto Jephte rectius sentire persuadet, illud est, nimirum oblatam ab illo filiam in holocaustum auspiam in Textu legi. In Scriptura tantummodo apparet, puellam post impetratam a patre facultatem lugendi virginitatem suam duorum mensium spatio, eo elapso termino redisse; deinde, sequitur Scriptura, *Fecit ei* (pater) *sicut voverat, quæ ignorabat virum*; i. e. reclusam ac cœlibem vitam vivere adegit; quippe quæ servitiis Templi Domini in Silo sub imperio Summi Sacerdotis mancipata est. Patrem rogaverat puella, sibi facultatem concedi non mortem, sed virginitatem plorandi. Norat igitur se a Patre non in necem, sed ad vitam cœlibem destinari; quod fane ejus ætatis moribus probrosum habebatur & triste.

Denique, addunt, si quid tale in filiam pater commisisset, ut natæ fuæ unicæ in holocaustum immolandæ voti se reum arbitraretur, usurum fane fuisse Legis privilegio, destinato scilicet pretio tam charum sibi eaput redimendi, quis non facile autumaret? Ita enim edicitur Levit. 27. 2. *Homo qui votum fecerit, & sponderit Deo animam suam, sub æstimatione dabit pretium. Si fuerit masculus, a vigesimo anno usque ad sexagesimum annum dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuram Sanctuarii: si mulier, triginta. A quinto anno usque ad vigesimum masculus dabit viginti siclos, femina decem.* Porro hujus Legis sanctio quotidiano communique usu commendata vix a Jephte ignorata crederetur. Fac autem ignorasse illum; annon sparso duorum mensium, quo voti exequutio dilata est, voti, inquam, tam celebris, nemini unquam successuri? Hæc potissima sunt, quibus sententia negans oblatam a Jephte filiam in holocaustum fulcitur.

Sed hisce reponere possumus. 1. Quamquam Hebraicus Textus commode redditus fuit: *Quod egressum fuerit e foribus domus mea in occursum meum, erit Domino, sive offeram illud in holocaustum*; non est tamen cur a versione Vulgatæ, Septuaginta, Syriaci, & Arabici recedamus, quæ simul omnes habent; *Quicumque primus fuerit egressus, eum holocaustum offeram Domino.* Porro ea ita res ultro prodit. An forte sperare poterat Jephte occursurum sibi obviam bovem aliquem, aut ovem, aut capram? Nonne res est manifesta, homines tantummodo de victoriis ab amico relatis gratulatum venire? nec homines utcumque, sed amici potissimum, & necessarii, qui in aliquam gloriæ partem adveniunt. Alternativa illa, sive disjunctio perperam, contra fidem originalis Textus invehitur; habet enim: *Erit Domino, & immolabitur in holocaustum.* Nec me fugit particulam, *Et*, aliquando pro *seu* usurpari; sed in hoc sensu accipiendam quæram ibi ratio paudeat? Cum sane Jephte votum suum nuncupavit, extraordinarium aliquid, & singulare Domino offerre cogitabat; nihil enim usitatum nihil vulgare voluit. Quid autem novi voviffet, si primum ex pecudibus, sibi forte e victoria reduei obvium in holocaustum voviffet? Alio igitur vir ille spectabat, cujus merito impetrattutum se a Deo victoriam sperabat; voluit nempe voto tradere quidquid sibi maxime charum, & pretiosum fuisset.

Ad alteram rationem reponimus, r. Nos quidem non ita esse comparatos, ut Jephte ab omni crimine absolvamus. Non enim ad hanc rem in examen revocandam accedimus. Fatebimur ultro ejus votum nihil maxime debuisse, quam scieutiam, & diiterationem. Quod imprætermittum agitur, est, quid nam potissimum vir ille voverit, atque necesse devoville contendimus nibus, qui primus victori occurrisset. 2. Quamquam Deus humanas victimas detestari se, & Chananæorum sacra abhorrere non lemel in Scriptura significavit; non continuo tamen omnia vota tradendi se in necem in Lege prohiberi censenda sunt. Scitum est enim integros quandoque hostium exercitus, & gentes devoveri consuevisse, Israelitæ præsto victi a Rege Arad, cum hostes habuissent a tergo inexpertes nique Israela, promeneri sibi Domini opem voluerint, anathematis devoverunt seu exterminio totam late ejus Regis ditionem & gentem (5). Amalecitæ, & Chananæi pariter simili anathematis religioni subi Domini traditi erant; atque Levit. 27. 28. 29. sancitur: *Omne, quod Domino consecratum, sive homo fuerit, sive animal, sive ager non vendetur, nec redimi potest... omnis consecratio, quæ offertur ab homine, non redimetur, sed morte morietur.* Cum igitur Deus caver, ne humanis victimis sibi litetur, illud prohibuisse tantummodo censendus est, ne eruenta sacrificia Idolis offerantur, neve paria sibi victimarum holocaustu mactentur; sed vota ex hominibus, & pecudibus, nec hominibus tantum hostibus populi Dei, sed neque domesticis, filiis, mancipiis, & subditis interdixisse unquam significat. Porro vota illa ad necem alia plane erant a sacrificiis humanarum victimarum Legis sanctione cavendis: sedulo etiam distinguendum est inter personas simplici voto Deo consecratas, quas reddi pecunia dabatur (6); & res anathemati devotas, quas nec redimi, nec a nece subduci permissum (7). Porro si Jephte simplici voto filiam suam obligasset, usus deinde Legis privilegio, soluti one ro. sicorum si forte puella decimum ætatis annum exeedens nondum vigesimum expleverat, charum sibi eaput ab imminenti nece subduxisset; neque enim tam rudem fuisse credimus virum ut Legem ea de re ignoraret. Sed voti ab ipso nuncupati illud erat genus, ut redimendi omnem viam præcluderet; nempe anathemate, sive ut loquitur Hebræus, *eherem* sese obstrinxerat, cujus generis ees devotæ *non redimentur, sed morte morientur.* Frustra Interpretes quidam exceptiones in hac Lege aliquas inferre tentarunt, quarum nulla extant in Lege vestigia. In Textu duo votorum genera liquido distinguuntur, simplex nempe & anathematis, in utroque homines, bruta, & res inanimæ devoventur, hic fructu redimendi spe, illic vero sublato. Hic pronus est Textus originalis sensus.

Ac enim Legum istarum sanctio dura prorsus est,

(1) *Velajah ladonai Vehaaliah hu lolah.* (2) *Pagnin. Mont.* (3) *Joseph Kimchi, & alii Rabb. apud Munst. Vat. Clar. Drus. Grot. Lyra, Mariana, alii.* (4) *Deut.* 12. 31. *Num.* 21. 1. 2. 3. (5) *Num.* 21. 1. 2. 3. (6) *Levit.* 27. 2. *ish Ki Japhli neder bter Ketsh-nephaschot b'ladonai.* (7) *Ibid. vers.* 28. *Kol cherem asscher Jachavim isch ladonai.*

nec sine crimine executioni mandanda. An forte Jephte filiam suam in holocaustum Domino immolaverit, quo voti genere acceptum se Domino præstiterit ? Iterum reponam : non hic agitur de facto, sed de sensu Legis, Moyses apertissime pro nece rerum omnium voto obligatarum loquitur; votum illud Deus numquam præcipit, sed tolerat : semel ac vero aliquis ea se promissione obstrinxerit, ne deinde fidem suam ad litteram solveret, nihil hic quæritur ad Deum attinet minus justum. Deus tolerat divortium, legem talionis, aquas Zeloripæ, Polygamiam, ultionem : an igitur hæc omnia vel probat, vel exigit ? Si quid igitur in hoc voti genere impii, & inhumani, totum ejus rei crimen non in Deum quidem, sed in voventem regerendum est.

Ceterum non ii sumus, qui eo voti genere confectam singulis quibusque facultatem credamus, ut homines Deo devotos privata authoritate & pro libito morti addicant. Devovere nisi personas sibi subjectas nemini fas erat; permitsebanter autem eo jure uti parentes in filios, Domini in famulos, quippe quibus jus esset vitæ & necis in suos. Par erat authoritas viri in uxorem, non vero inferiorum in inferiores. Ad hæc vix credimus more; & consuetudine duram alioqui legem succeſſu temporis temperatam fuisse, appositis exceptionibus, & limitationibus neque apud Moysen expressis, neque nobis tacis cognitis. Communis Reipublicæ, & familiarum ratio exigebat, ut sui essent Judices rebus hisce cognoscendis, & dirigendis constituti, qui eventus discernerent varios : quando scilicet ad litteram impleri vota illa, quando relaxatione solvi debuisset. Facile hæc omnia ad Sacerdotes deferebantur; quemadmodum & ceteræ quæstiones arduæ & implexæ. Tandem facile credimus raro quidem de his rebus negotium factum fuisse Judicibus.

Quæ vero feruntur de consecratione filiæ Jephte, neque apsius ad cœlibatum abdicatione, hæc nobis ad arbitrium mere exeogitata creduntur, cum ne verbum quidem in Lege de re occurrat, neque ea afferantur monumenta, quæ rem extra controversiam ponerint. Nonne in Scriptura rotundis verbis asseruntur executioni mandata a Jephte omnia, quæ voverat ? *Et fecit ei sicut voverat*. Pollicitus fuerat holocaustum ; holocaustum ergo obtulit. Quamquam non ii sumus, qui reputemus immolatam puellam cæsuram hostiarum more, in Tabernaculo, & super Altare Domini ; facile enim potuit fidem suam liberare pater, mactando filiam in regione ista, in Montanis Galaad. Nec facile divinaremus, quo in tu Sacrificium celebratum sit, quamquam essi ritum nescimus, factum tamen constat.

Devotus Deo per vim & coacte cœlibatus, neque Deo quidem gratus, neque Divina jussione præcipi magis potest, quam cruenta humanarum victimarum Sacrificia : & si patris viscera immitia adeo ut filiam perimant vix concipimus, nec sane facile intelligimus etiam potuisse filium invitum filiam cogere ad cœlibatum, cujus illa singulis annis duram necessitatem cum sociis puellis defleret. Proferatur ex lege vel unum exemplum in toto Veteri Testamento. Nullum tamen extare potuit rei quam jus æque naturale, & Divinum damnat, Coactum obsequium Deus non suscipit; neque cœlibis vitæ status res est, quæ præcepto nolentibus injungatur. Cœlibis, inquam, vitæ status qui non in pœnam sed in exercitium virtutis & pietatis injunctus sit. Quod autem observant ex Libro Judicum, de eadem filia Jephte deplorante non interitum, sed *Virginitatem suam*, eaque reversa feciſſe ci patrem *sicut voverat, qua ignorabat virum* ; hæc quidem numquam evincunt subductam a nece puellam, ad cœlibis vitæ propositum coactam ac servitiis Tabernaculi perpetuo addictam fuisse. Deflet enim una cum sociis puellis duram necessitatem qua cogitur mortem subire antequam conjugii pignora viduato parenti ferre potuerit, filium nempe, qui patrem in posteris perennaret. Ea erat ejus temporis conditio, ut sterilitas probro haberetur & maledicto ; ac puella præcoci morte ante vitam claudens, quam probrum illud a se depellere potuiſſet, miseranda reliquo populo & maxime coævis puellis habebatur. Cum igitur voto sese obstrinxisset Jephte, oblaturum in holocaustum quicumque primus egredienti e victoria obvius proceſſisset, satis erat posita expressisse Scripturam voti illum sui fidem solvisse, ut credamus filiam nece traditam reipsa interiisse. Quod autem additur, *Qua ignorabat virum*, denotat tantummodo obiisse puellam antequam conjugio copularetur.

Conveniunt in hanc sententiam Veteres Hebræi, Patres Eccleſiæ, & eruditissimi quique Veteres recentioresque Interpretes. Josephus rotundis verbis oblatam in holocaustum puellam afferit [1]. Chaldæus Paraphrastes afferit immolatam a Jephte filiam, inconsulto Phinees Summo Sacerdote, a quo sane instructus pretio redemptorus fuisse puellam. Author carminis in Matcionem inter Opera Tertulliani l.3. canit.

Peccati votum violentia morte coperuit.

S. Ambros. Offic. l.3. cap.12. *Dura promiſſa, acerbior solutio, quam necesse habuit iugere etiam ipse qui fecit*. Permissam hanc necem in pœnam voti temere nuncupati autumsse videtur S. Hieron. in Jovinian. l.1. *Ut qui in prospectu voverat, errorem votorum infida morte saniret*. S. Auguſt. certam teneris necem puellæ, factum improbat; namque, ait, *facit quod & lege vetabatur, & nullo speciali jubebatur imperio* [2]. Tandem concludit, quandoquidem mihil de viri facto dijudicat S. Scriptura, integrum nobis relictum esse, ut in ea re, quidquid sibi visum fuerit, quisque arbitretur, censeatque minus placuisse Deo votum illud ; quare in pœnam temere emissi voti permissam puellæ necem : quo scilicet intelligant parentes, nihil se Deo gratum exhibituros, si humanis victimis, & maxime filiorum, cruentum sacrificium offerant; nec insuper ad fidas exhibendas promissiones ferantur, ea ipse ducti, furorum ut Deus proditgiis fuis, sicut olim Abrahamo, & filiorum inconsulto immolati succurrat, & parentum fidem liberet.

Hanc S. Auguſtini sententiam luculentius exponit S. Joannes Chryſoſtomus, observans, sacrificium Jephte [3], quod SS. Librorum advorsarii tamquam inhumanum & impium criminantur, argumentum esse apertissimum providentiæ Dei, ejusque in homines bonitatis. Si enim, inquit, paterni pectinisset, ne temere nuncupatum votum exsolveret, eo sensim devenisset homines, ut pravum viri exemplum imitati, filios tandem suos indiscriminatim necaturi traderent. Quare Deus unius nece permissa id effecit, ne pravum exemplum in posteris perennaretur. Pseudo-Justinus in Quæstionibus ad Orthodoxos [4], & Theodoretus in Judic. qu. 20. idem ea de re judicantes, permissam credunt necem filiæ Jephte a Deo, quo scilicet nos caute nuncupare vota instrueremur. Patribus accenſere possumus etiam turbam recentiorum Interpretum, qui votum Jephte ad litteram interpretantes, filiæ necem ultro admiserunt [5]. Ludovicus Capellius integra Dissertatione demonstrat, hanc esse opinionem inter Catholicos Interpretes regnantem : sed cum in facto conveniant, in jure dissideant, an scilicet votum illud vitiosi religiosum, an secus habendum sit.

Quidam ex Patribus laudibus prosequuntur, & votum, & post votum rem exequutioni mandatam, factumque dicunt, ut in præmium religiosis victoriis de hostibus gloriosis Virgo Divinitus decernerentur. Sed & laudes, quibus S. Paulus Hebr. 11. 32. 33. Virum prosequitur, elogium esse autumarunt, viro fidem servanti debitum : Animos in ejus favorem præparare videtur S. Scriptura, cum narrandam historiam ita suscipit : *Factus est ergo super Jephte Spiritus Domini* [6]; post hæc verba prosequitur obivisse illum regionem cogendis in bellum copiis, & vo-

(1) *Antiq.l.5.cap.9.* (2) *In Judic. qu.49.* (3) *Hom. 14. ad populum.* (4) *Inter Opera S.Juſtini qu.99.*

(5) *Serar, Tirin. Salian. Genebr. Cajet.* (6) *Judic. 11.29.*

votum Deo, de quo agimus, nuncupasse. S. Paulus inter Heroes Veteris Testamenti Gedeonem, Barac, Samsonem, Samuelem, Prophetas, & Jephte recenset, *qui omnes viri*, ait, *per fidem devicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones.* Author quæstionum ad Orthodoxos q. 49. ne dubitans quidem asserit, viri erga Deum religiosi fuisse ut filiam sacrificaret, ex quo, inquit, in catalogum Justorum ab Apostolo meruit accenseri. S. Hieronymus Ep. ad Julian. scribit: *Jephte obtulit filiam Virginem, & idcirco in enumeratione Sanctorum ab Apostolo ponitur.* Possent & alii nonnulli tum veteres, cum recentiores ejus sententiæ patroni laudari. Scriptura insuper nullibi factum damnat, quin & primos viri impulsus ad S. Spiritum referre visa est, exordio illo narrandam historiam suscipiens. *Factus est ergo super Jephte Spiritus Domini.* S. Thomas, quamquam alioqui minus viro favens, quippe qui votum stultitiæ, voti vero executionem impietatis condemnat; S. Thomas, inquam, fatetur fidem, & religionem Viri, quibus in votum adactus fuit, Spiritus Sancti motioni accepto referendam fuisse, ex quo, inquit ipse, in enumeratione Justorum ab Apostolo meruit recenseri [1]. Sed, addit, militaris animi ardore extra præscriptas a Deo metas advectus, præpropere nimis & incaute votum emisit, quod sane propositora religione & fide deinde executioni mandavit. Hæc nobis æquior ea de re videtur tententia, Scripturæ magis, & Patribus consona. *Si Jephte obtulit filiam suam Virginem Deo*, ait S. Hieronymus in cap. 7. Jerem. *non sacrificium placet, sed animus offerentis*, & S. Ambrosius Offic. l. 3. cap. 12. *Non possum accusare virum, qui necesse habet implere, qua voverat; sed tamen miserabilis necessitas, qua salvitur parricidio.* Nec tamen hisce omnibus prohibemur, quin inter ceteros Sanctos, & Justos V. T. iuum viro locum statuamus. *Propter bonam fidelemque vitam, in qua eum credendum est esse defunctum, tale meruit testimonium*, ait Sanctus Augustinus quæst. 49. in Judices.

IN LIBRUM RUTH PROLEGOMENON.

Liber Ruth appendicis loco libro Judicum accedit, simulque & præfatio quædam habenda est Libris Regum præposita. Judæi, teste S. Hieronymo, *in Librum* (Judicum) *compingunt Ruth, quia in diebus Judicum facta ejus narratur historia* [2]. Plures insuper Patres septimum Sacrorum Librorum statuunt Librum *Judicum, & Ruth* [3]. Sed Libri argumentum ejusque titulus distinctum & separatum opus a Libris Judicum & Regum, quamquam utrique connexione factorum, & rerum gestarum serie connexum, demonstrant. Veterem Librorum Sacræ Scripturæ ordinem recentiores Judæi turbarunt; quare statim post Moysen quinque libros collocant, quos ipsi appellant *quinque Megillos*, videlicet Canticum Canticorum, Ruth, Lamentationes Jeremiæ, Ecclesiasten, Esther. Interdum tamen Ruth primus, interdum quintus statuitur [4]; arbitraria omnia.

In hac porro historia legimus, Elimelech relicta patria sua Bethlehem in Moabitidem, una cum Noemi uxore, & geminis filiis Mahalon, & Chelion transmigrasse, grassantem in regione sua famem declinaturum. Noemi duas fœminas Moabitides geminis filiis copulavit, Mahalonem tradidit Ruth, & Chelionem Orphæ. Aliquanto post accidit, ut ambo fratres diem clauderent, duæque nurus Noemi curæ relinquerentur. Cum autem illa suum in patriam regressum statuisset, fœminas rogavit, quandoquidem socrum secuturæ videbantur, ut maneremt. Roganti altera ægre tandem acquievit; Ruth vero seeuturam se socrum suam sancte attestata est. Ambæ igitur venerunt Bethlehem; & cum interim accidisset, ut Ruth captandis spicis in agro Booz necessarii soceri sui occuparetur; Booz intellecta fœminæ illius conditione recisi illam cibo justit, monens insuper ne alio carpendis spicis, quam apud se diverteret. Cum autem manipuli in area parati essent, Ruth hortante Noemi furtim ante pedes Booz noctu cubatura sese insinuavit. Sensit vir qui diligentius fœminam interrogatam novit cognationis vinculo ad se pertinere; tum & Legis præceptо teneri se dixit ad ineundum cum illa conjugium. Verum, inquit, alter est vir jure cognationis propinquior, qui si conjugium tecum inire nolnerit, ego conditionem non recuso. Mane igitur alterius diei Booz virum conveniens, interrogavit num vellet Ruth in conjugem adsciscere, sive potius omne in successionem Elimelech jus a se abjicere? recusavit ille conjugium solemni protestatione: ante fores Bethlehem; statimque conjugium Ruth cum Booz initum est; ex quo natus filius Obed, pater Isai patris David Regis?

Facile institutum Authoris, & intentum in eo Libro scribendo intelligimus; quippe qui genealogiam David describere sibi propositerit. Ex quo facilem ducimus conjecturam, eumdem Scriptorem illum, qui res gestas ejusdem Principis litteris mandavit, eumdem, inquam, & parvum hoc Opusculum digessisse, tamquam supplementum eorum, quæ de Regia Judæ familia in opere illo illustre; cum omnia in Libris Regum prosequi nimis a scopo, & a narrationis serie alienum videretur.

Sed quisnam, rogo, Author iste, & cujus ætatis? Nihil certi in ea re habemus. Sunt qui Samuelem, sunt qui Ezechiam, qui Esdram credant; vulgata tamen & magis recepta opinio Samuelem præfert; nihil enim ab illo alienum. Mihi quidem in Opere duæ occurrunt loquendi phrases singulares, frustra in præcedentibus Libris requirendæ; frequentes vero in Libris Regum. Prima est. *Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat*, quæ in Ruth r. 17. legitur, & in 1. Reg. 3. 16. & 14. 44. & 25. 22. & 2. Reg. 3. 9. 35. & 19. 13. & 3. Reg. 2. 23. & 19. 2. & 20. 10. & 4. Reg. 6. 31. recurrit. Altera est: *Revelavi auriculam*, pro te monui, tibi dixi; hæc autem sese offert Ruth 4. 4. iterum legere est 1. Reg. 20. 2. & 2. Reg. 7. 27. Si igitur certo constaret, Samuelem scriptis mandasse priorem Librum Regum & partem secundi, certa etiam de Authore hujus Libri sententia ferenda esset.

Tempus scripti Operis non magis quam Scriptor innotescit. Legimus quidem historiam illam contigisse sub Imperio Judicum. *In diebus unius Judicis*,

(1) D. *Th.* 2. 2. *q.* 88. *a.* 2. *in resp. ad Sec.* (2) *Hieron. Prolog. Galeat. Vide Ruth* 1, 1. (3) *Vide Hilar. Prolog. in Psl. Euseb. ex Orig. l. 6. Hist. cap.* 25. *Epiph. Hæres.* 8. & *lib.* 1. *de pond. Damasc. lib.* 4. *cap.* 18. *Fidei Orthodox. S. Bened. Regul. c.* 51. (4) *Vide si lubet Serar. in Ruth a.* 6. *Proleg.*

quando Judicet præerant (1). Porro eo exordio satis insinuatur, scriptum Librum postquam in Republica Judicum Imperium abrogarum esset; quod etiam ex cap. 4. 22. ejusdem Libri confirmatur, ubi expressum Davidis nomen legitur.

Contendunt Rabbini, Booz ipsissimum esse Abesan Judicem Israelis [2]; & Josephus Antiq. lib. 5. cap. 11. famem, de qua in eo Libro mentio, sub Sacerdotio Heli consignat. Magnum Chronicon Judæorum totam eam historiam refert ad tempus Aod, & ad captivitatem Israelitarum sub Eglon Rege Moab. Alii malunt sub Gedeone; alii sub Barac; alii sub Abimelech; Ufferius, quem & nos sequimur, sub Samgar, nempe 120. annis circiter post Josue.

GENEALOGIA DAVID.

Natus anno 2249.	JUDA.
2288.	PHAREZ, & ZARA.
	ESRON filius Pharez.
	ARAM.
	AMINADAB.
	NAASSON.
Raab duxit 2553.	SALMON.
	BOOZ.
	OBED.
	JESSE, vel ISAI.
Natus ann. 2919.	DAVID.

Inter conjugium Salmon, & Davidem ortum intercapedo est 366. annorum.

IN DUOS PRIORES LIBROS REGUM PROLEGOMENON.

GEMINI hi Libri in unum olim in Bibliis Hebraicis continuabantur; quemadmodum & unam textus seriem constituisse in Versione S. Hieronymi ex Hebræo ideo colligimus, quod in veteribus ejusdem Exemplaribus titulorum omnium utriusque Libri capitum indiculus priori Libro præfixus legatur, tum & marginales numeri, varia textus membra distinguentes, perpetuo ductu usque ad calcem secundi libri regnent. Sed brevi in Exemplaribus Latinis vetus ordo, bipartiti scilicet Operis, rediit, manente ceteroqui Versione S. Hieronymi.

Primus Liber historiam complectitur ab orto Samuele usque ad Sacerdotium Heli. Philisthæi prælio victis Israelitis cum sibi in præmium victoriæ abrogissent Arcam Domini, nobile trophæum in Templo Dagon collocandum duxerunt. Dominus vero acceptæ ex illis injuriæ ultionem assumens, gravis adeo in ipsos Deumque eorum factus est, ut Arcam coacti, nec indonatam illam, dimiserint. Samuel longo temporis experimento vir probatus, gubernandum populum assumens, prudentia & pietate singulari Philisthæos bello fregit. Sed liberorum ipsius scelera gravius ferens populus, tandem ad Regem sibi deposcendum devenit. Deus Saulem elegit, qui nempe Saul deperditis patris sui asinas quærentes, pro asinis inspersato Regnum invenit. Sed novo honore plus nimio elatus, cum Dei jussionibus acquiescere recusasset, brevi id commisit, ut David in Regem inungeretur. Porro David zelata ex Goliar victoria insignis, eo præclaro facinore & apud populum gloriam, & apud Saulem invidiam in se comparavit. Quare a Rege in necem conquisitus, quo se a præsentissimo periculo liberaret, modo apud Moabitas, modo apud Philisthæos, modo ad cavernas in montanis Juda fugitabat; & cum semper ad latera haberet insequentem Saulem, semper tamen expertus est præsentissima providentia Deum protectorem. Tandem Saul a Philisthæis hostibus lacessitus in prælium, cum demeruisse se Dei auxilium intelligeret, ad Magorum opem confugiens, evocati sibi animam Samuelis voluit. Sed fruitra omnia; namque prælio victus, in ultima rerum desperatione ipse sibi necem in montibus Gelboe intulit. Hæc in primo Regum.

Secundus historiam fuse prosequitur initi a David Regni, quem Tribus Juda primum, deinde post necem Isboseth filii Saulis, Israel universus salutavit in Regem. Urbem Jerusalem a se captam, & Regni & Arcæ Fœderis sedem constituit; ubi & Templum excitare decreverat, nisi honorem illum filio reservari a Nathan Propheta didicisset. Nihil huic viro ad felicitatem, & ad victorias in hostes erat reliquum; cum ex crimine in Bethsabeam, & Uriam commisso tanta retum mutatio orta est, ut omnium mortalium infelicissimus haberetur. Namque Amnon ejus filius commisso in Thamar ex patre sororem incestu, fratrem suum ex patre, & Thamaris germanum, Absalomum in se animavit. Hinc Amnonis cædes, tum & conjuratio Absalomi in patrem, qui fuga se subducere a furore filii coactus, tandem versis in illum armis victoriam quidem e prælio retulit, sed nimium patri ex filii nece funestam. Tot afflictum malis dira etiam lues, quæ misere in Israele grassata est, in ultionem census invito Deo in populum indicti, oppressit. Hæc summa secundi Libri Regum sive Samuelis.

Nomen Samuelis, tamquam Authoris Operis, in fronte utriusque Libri in Hebræis Exemplaribus apparet. Sed eum titulum in suis Exemplaribus non legisse Græcos Interpretes suspicamur; apud quos constanter inscribuntur *Libri Regum*, seu potius *Regnorum*. Judæi Authores [3] scripsisse utrum Samuelem produnt 27. priora capita; totam nempe historiam gestarum a se rerum, tum administrationis suæ sicut & eorum omnium, quorum sub Davide & Saule ipse, dum esset in vivis, notitiam comparavit: reliqua prosecutos Prophetas Gad, & Nathan autumant. Laudant in eam rem 1. Par. 29. 29. *Gesta autem David Regis priora, & novissima scripta sunt in Libro Samuelis Videntis, & in Libro Nathan Prophetæ, atque in volumine Gad Videntis*. Hæc sane opinio vulgo arrisit [4], sed fuit patitur difficultates, ut infra. Alii vero recentiorem his omnibus Prophetis Authorem Operis [5] credunt; quamquam digestum illud suspicantur ex Ephemeridibus ab illis Prophetis relictis. Sed quis iste Author? Grotius prodit a Judæorum doctissimis Jeremiam credi, cujus se stilum in opere subodoraros confidunt; ejusque nomine laudari testimonia in Concilio Francfordiensi '6]. Idem etiam Author alibi observat [7], mensium nomina quæ in Libris Regum leguntur, Authoris recentiorem ætatem prodere; quippe quæ recentiora sint nomina illa apud Hebræos. Suspicantur alii Davidem, seu Regem Ezechiam Operis Authores fuisse, vel saltem recen-

(1) *Ruth* 1.1. (2) *Judic.* 12.8. (3) *Talmud. & Kimchi.* (4) *Vide Isid. Orig. l. 6. cap. 11. Procopius, Tost. Cajet. Lyr. Serar. Mendoz. a, Cornel. Vatabl. &c.* (5) *Theodoret. Præf. in Libb. Reg. Theodor. Tarsens. Greg. Magn. Sanct. Mart. &c.* (6) *Nihil tale inveni in geminis Conciliis Francfordiensibus.* (7) *Grot. 3. Reg. c. 2.*

recensuisse illud Esdram Scribam, e captivitate restitutum. Sed futiles horum omnium sunt conjecturæ; quin & totum Opus unius esse Authoris creditur, non quidem coævi, led qui relictis ab aliis Commentariis usus fuerit, ita tamen ut iis in unum corpus digestis, nihil addiderit nisi latiores quasdam explicationes, de reliquo vel ipsis primigeniis vocibus servatis.

Constans ubique stilus, elogia in Samuelem collata, rerum connexio, atque perpetua series, testimonia quædam aliorum laudata, annotationes historiis quibusdam adjectæ, aperti simæ sunt hujus rei argumenta: sæpe phrases quædam occurrunt, quæ Authorem coævum produnt, aliæ vero quæ recentiorem. Ita 1. Reg. 3. 1. legitur sub Heli Summo Sacerdote: *Sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, & non erat visio manifesta*. Qua igitur ætate Scriptor Operis vivebat, Prophetiæ donum erat frequentius; quemadmodum & frequentissimum fuit post Samuelem sub Davide ceteris que deinde Regibus. Ejusdem Historici ætate urbi *Bethel* nomen erat *Bethaven* (1), seu domus iniquitatis; quod Urbi nomen inditum est per contemptum, post constitutum in illa a Jeroboamo vitulum aureum. Tandem narrans Author excursisse Davidem regionem Gessur & Gerse, notat ibid. 27. 8. *Hi pagi habitabantur in terra antiquitus cuntibus Sur, usque in terram Ægypti*. Ex quo intelligimus, diu ante Authoris ætatem totam illam regionem coævam in solitudinem redactam fuisse.

Alibi etiam 1. Reg. 6. 18. prodit Arcam Domini ad ætatem usque suam mansisse in agro Josuæ Bethsamitæ; & paulo infra de Samuele loquitur tamquam de viro satis functo (2); cujus ipse laudes in regimine Israelis prosequitur (*). Quis autem in animum induxerit talia de le Samuelem scribere vel cogitasse, vel potuisse? Hæc plane sunt, quæ Authorem coævum, quæve recentiorem produnt. Alibi inluper narrat, 1. Reg. 27. 6. urbem Siceleg semper in potestate Regum Juda mansisse, ex quo, tradente Achis Rege Philisthæorum, David Urbem illam in sedem obtinuerat, quæ Scriptoris observatio satis insinuat indudam jam inter Regna Juda & Israel divisionem, quamquam alloqui Tribus Simeon Regno Israelis accenserent, urbem tamen Siceleg in ea Tribu sitam ad Reges Juda pertinuisse.

Paria etiam animadvertere licet in 1. Reg. 30. 24. 25. ubi post commemoratam Davidis legem, qua æquam prædæ portionem constituerat militibus remanentibus ad impedimenta, ceteris que in prælio decertantibus, tandem concludit: *Factum est hoc ex illa die, & deinceps ... quasi lex in Israel, usque in diem hanc*. Hæc plane nec Samueli, (a) hoc tempore vita functo, nec Nathano, & Gad sub Davide viventibus conveniunt. Notat etiam idem Scriptor, Dagonis Sacerdotes ne ambularent in superliminaribus Templi religione prohiberi, memores quid cum idolo factum esset coram Arca Domini constituto: id autem inquit, servant Sacerdotes illi *usque in hodiernum diem* (3). Scribebat igitur diu post eam ætatem. Addit idem Scriptor 1. Reg. 9. *Olim in Israel sic loquebatur unusquisque ... Venite & eamus ad Videntem, qui enim Propheta* (Hebr. *Nabi*) *dicitur hodie, vocabatur olim Videns*. Porro Videntes appellabantur Prophetæ Saulis & Samuelis ætate, utitur autem Scriptor altero, quod ipse Samuelis ætate recentius nomen agnoscit, nempe *Nabi*, five *Prophetæ*. Erat igitur Scriptor Samuele recentior. Tandem *Librum Justorum* idem Author laudat 2. Reg. 1. 18. ita enim de Davide habet: *Et præcepit ut docerent filios Juda arcum*, (Cantici titulus erat) *sicut scriptum est in Libro Justorum*. Quis, rogo, coævus Author synchronum Opus testem laudaret, cum maxime Opus illud, neque majorem quam Author ille habere posset authoritatem, neque res illas magis haberet exploratas?

His ita constitutis, tria deducenda nobis videmus 1. Ambos hosce libros ex originalibus authenticis, & coævis monumentis fuisse digestos. 2. Operis Authorem coævum quidem non esse, aeserius, incertum tamen quo tempore, scripsisse. 3. Quis potissimum Author ille fuerit, latere.

Hujus scribendi Operis consilium tum Authori, tum ceteris, quorum Commentariis ipse profecit, non illud fuisse censendum est, ut Historiam civilem & politicam interueret, neque ut res præclare gestas a viris illustribus pro merito efferret; sed illum sibi scopum præstituerat, ut Historiarum plane sanctam darent, qua Deus summus Reipublicæ administrator, rerumque arbiter exhiberetur. Uno verbo numquam oculos avertit Scriptor ille a Deo Israelis, Lege, Religione, Virtute, Justitia ipsius. Nec minus studet tum Davidi, cum Regiæ ipsius familiæ; namque totum prorsum Librum gestis ab illo rebus conlecrat, ne verbo quidem ferme de 40. annis regni Saulis facto, nisi cum res Davidis una implicitæ essent. Nihil habet antiquius, quam ut ea commemoret, quæ ad Arcam Domini, Tabernaculum, Sacrosque Ministros spectant; eos sive laudibus efferens, sive vituperatione deprimens, qui pro suo in Legem studio, & contemptu laudes vel fecus meruissent. Nec injuria prorsus, cum ea unica sit & vera ratio Sacrum Historicum sibi promerendi, si quis pietatis & religionis curas habeat potissimas.

Hoc sane, supra ceteras omnes Historias, nostri Operis meritum efferret; in Prophanis enim pinguntur hominum vitia, passiones, ambitio, invidia, injustitia, in hac Deus numquam non justius apparet, numquam non sapiens, nihil negligens, omnia dirigens atque disponens, vel ipsis hominum vitiis ad sua consilia & judicia implenda usus. Hæc, fateor, omnia in omnibus æque prophanis historiis ultro spectanda te produnt; sed illud nihilo secius discrimen inter sacram, & prophanam historiam intercedit, quod illa quidem semper ad Deum revocet, ejusque Providentiam numquam subducat ab oculis; vicissim in omnibus Divinam Sapientiam & Virtutem demonstret; cui perpetuæ contemplationi intenti Lectores vix possunt alio mentis oculos avertere, fortuitis causis tribuentes, quæ Deus, teereta quidem, sed mira providentia, in certos fines disponit. Nihil in hac Historia Scriptoris arbitrio relictum est; ut dictorum veritati explorandæ, Scriptoris prius indolem indagari oporteat. Unus est Spiritus Sanctus qui rerum narrationem profequitur, qui veritatem puram putamque fecernit; Scriptoris tantum humani ministerio usus, ipse ceteroqui unus historiæ, ejusque dirigendæ Author.

Contraria omnia in ceteris Historicis, quantocumque enim veritatis amore teneantur, quantam adhibeant cautionem, ne splendidis mendaciis decipiantur, aganturque in transversum, aguntur nihilominus non raro, inviti licet, & imprudentes. Rerum ignoratione, præjudiciis, alia earumdem rerum caligine tum ab antiquitate offusa, cum ab insito hominum latendi, atque occultandi sua, vi quæ maxime probro ipsis fuerint, ingenio, illud non raro committitur, ut tot velamentis obducta veritas vix pareat. Volenti, five nolenti Historico plura excident, quibus ipse deceptus Lectores decipiet. Absunt hæc omnia a sacris Historiis; nihil enim hic five de fide Scriptoris, five de veritate historiæ timendum: cum potissimus ejus Operis Author, scilicet Sanctus Spiritus, ipse sit veritatis, & Sapientiæ fons, cui unice fidentes reliat, ut excussio omni timore per eum voluptate fecuritas Lectores habeat. De singulis, quæ inter legendum offendi-

(1) *Ibid.* 13. 5. *Castra ametati sunt in Machmas ad Orientem Bethaven.* (2) 1. *Reg.* 7. 15. *Judicabat quoque Samuel Israelem cunctis diebus vitæ sua, & ibat per singulos annos circumiens Bethel, & Galgala .... & revertebatur in Ramatha, ibi enim erat domus ejus.* (*) *Ibid.* 2. 26. *Puer Samuel proficiebat atque crescebat, & placebat tam Domino, quam hominibus. Ibid.* 3. 19. *&c.*

(3) 1. *Reg.* 5. 5.

(a) Samuel mortuus est 1. Reg. 25. 1.

ſendimus, rerum eventibus tutum proferimus certumque judicium; quippe qui Sancti Spiritus teſtimonio fulcimur, pro ſingulorum merito laudes, ſive vituperationes impertientis. Nihil hic ſceleribus Principum indultum, nihil detractum de laudibus piorum; quamquam & laudes ſeruntur non hominis, ſed ejus tantum virtutibus. Abuſus omnis abeſt, exeuſandi ſcilicet vitia glorioſi tituli adulatione, aſperumque ulcus blando verborum linimento molliendi. Peccat David; ejus crimen vividis atriſque coloribus depingitur: a ſcelere reſipiſcit, commiſſumque peccatum pœnitudine eluit; meritis laudibus non fraudatur.

Neque Divinis hiſce Scripturis mores tantummodo inſtruuntur iis, quas ad litteram exhibent, rerum geſtarum narrationibus; non enim fidem tantum & pium Samuelis ſtudium, non clementiam, & reſipiſcentiam Davidis tantum admiramur: altius eſt aliquid, atque auguſtius, quod nos detinet. Siquidem in hiſtoriis, rerumque geſtarum narrationibus, futurorum quædam oracula ſpectamus, vera adeo & exacta, ut nulla ſit major Prophetiorum verborum fides. Deus enim humanorum omnium arbiter, non factorum minus, quam verborum doctrina nos inſtruit, eaque diſpoſuit omnes rerum geſtarum ſeries providentia, & conſilio, ut ad Religionis Chriſtianæ myſteria, ſimulque res a Chriſto Jeſu, & in Eccleſia gerendas præluderent. Ita ſub eo aſpectu conſiderata Regum hiſtoria fuſam quamdam parabolam exhibet ex hiſtoriæ veritate repetitam.

Iſraelitarum conſilium de petendo Rege a Samuele Judice, Reipublicæ ſtatum ſummopere turbavit, novamque politiam in Regnum invexit. Rerum ad id uſque arbitri fuerant Judices a Deo ſuſcitati; populus ſuo plerumque regebatur arbitrio; eamque perpetuam ſervaſſet libertatem, ſi maxime voluiſſet; nihil illi fuiſſet ad felicitatem præ omni totius Orbis gente reliquum, ſiquidem Deo parere, ejuſque Legi morem gerere non renuiſſet. Sed humani ingenii vertibilitas, quæ felicitatis quandoque ſuæ prolixitate laſſatur, & finitimarum gentium, quæ diſpotico Regum imperio parebant, exemplum eo impulit Iſraelitas, ut ſimile politiæ genus expoſcerent. Deus irrogari ſibi injuriam eo populi conſilio queſtus eſt, atque læſæ majeſtatis ſuæ reis Samuelem in Regem conſtituit (1); quo ſemel ad Iſraelis Thronum evecto, experimento didicit populus victoriam, & quietem Regni non a Principe ſed a Deo unice expectandam.

Cum autem Deus Regem Iſraelitis daret, id maxime intendit, ut juſſionum ſuarum miniſtrum traderet, qui nomine ſuo jus diceret, ſimulque Rempublicam adminiſtraret (2). Princeps Hebræorum exercitum ducens vice Domini imperabat, prælia Domini gerebat, ejus nutu expeditiones ſuſcipiebat; nonniſi conſulto Oraculo inibat prælium, expletiſque Divinis juſſionibus reducebat exercitum. Ceterum communes habens Rex ille cum ceteris e vulgo natales, communes Leges & Religionem, nullo externarum copiarum robore fultus, duo ſimul & ſemel referebat; nempe Unctum Domini, ejuſque miniſtrum, & ſubjectarum ſibi gentium fratrem; Ducem copiarum, & Judicem Iſraelis, tum & Iſraelitarum civem, atque domeſticum. Sed officiorum immemor Saul, cum diſpotico imperio ſubjecto ſibi populo jura dare voluiſſet, & faſtu inſoleſcere intolerabili, jure meritoque Deum habuit depreſſorem, quem olim ex humili loco ad Thronum Iſraelis aſcendendi habuit authorem.

Res David feliciores expertus eſt, modeſto Princeps animo, & religioſo. Autæ illum Reges populi ſuffragio eligebantur; ſed virtutum ipſius meritо factum eſt, ut hereditione in ejus familia Regnum Deo volente aſſereretur. Ad id utique rari fuerant in Iſraele Prophetæ, nec ſuper ſingulares rerum eventus, niſi Summus Sacerdos per Urim & Thummim, conſulebatur; nec David ipſe aliquo temporis ſpatio aliter Divinam voluntatem exploravit; exinde coniuli Prophetæ cœpti ſunt. Nullæ majoris momenti res inconſultis Prophetis ſuſceptæ, ſive quid facto opus eſſet inadentibus, ſive reprehenſione digna verbis caſtigantibus vel Reges ipſi dicto erant audientes.

Quatuor Libri Regum hiſtoriam continent Judæorum 571. annorum, nempe ab orto Samuele A. M. 2849. uſque ad tranſmigrationem Judæ A. 3420.

Primus Liber hiſtoriam complectitur 100. annorum, ab a. 2849. uſque ad obitum Saul a. 2949.

Secundus Liber excurrit 40. annos Regni Davidis, nempe ab A. 2949. uſque ad 2989.

DISSERTATIO
DE ORIGINE, ET NUMINIBUS
PHILISTHÆORUM.

Philiſthæorum origo in variis Critieos diſtraxit ſententias. Convenit inter omnes, populos illos alienigenas Palæſtinæ fuiſſe; quos Prophetæ ex inſula Caphtor deduxiſſe (3). Sed quænam hæc Inſula apud Veteres novisque Geographos æque ineognita? In noſtro Commentario in Geneſim 10. 14. conjecturas pro Inſula Cypri congeſſimus. Sed ut ingenue fateamur, adductæ alias conjecturæ modo diſplicent, quippe qui originem Numinum Philiſthæorum ſcrutantes, veram ſimul ejuſdem gentis patriam in Inſula Cretæ offendiſſe nobis blandimur. Quæ nos in eam opinionem adduxerunt rationes in medium proferentes, Eruditorum cenſuræ & judicio relinquimus.

Philiſthæorum nomen alienigenas ſonat; quod Septuaginta reddere conſueveruntAllophyli, gens quæ ex alia in aliam regionem tranſmigravit. Genuinum illius populi nomen erat *Cerethim*; quemadmodum ex teſtimoniis Ezechielis, Sophoniæ aliiſque colligimus. In 1. Reg. 30. 14. legimus Amalecitas irrupiſſe in plagam meridionalem regionis *Cerethim*, nempe Philiſthæorum, uti ex hiſtoria conſtat; cœpiſſe inſuper, & vaſtaſſe Siceleg, Urbe in plaga meridionali Philiſthæorum, Davidi ſedem ab Achis conceſſam. David, ceterique populi ipſium Reges Judæi corporis cuſtodes habuerunt milites alienigenas *Cerethim* & *Phelethim*, qui e numero erant Philiſthæorum (4), Davidis partes ſecuti, cum perſequentem Saulem in regionem Philiſthæam declinavit. Ezechiel 25. 16. ita Philiſthæos alloquitur: *Ecce ego extendam manum meam ſuper Philiſthæos, & interficiam interfectores* (Hebr. *Cerethim*) *& perdam*

(1) *Oſee* 13. 10. 11. *Dabo tibi Regem in furore meo, & auferam in indignatione mea.* (2) 1. *Reg.* 25. 28. *Pralia Domini, Domine mi tu præliaris.* (4) *Amos* 9. *Joram.* 47. 4. (4) *Reg.* 15. 18. *Legiones Cerethi & Phelethi & omnes Gethæi, qui ſecuti eum fuerant de Geth. Vide Hebræum, & noſtrum Commentarium in hunc locum.*

dam reliquias maritimæ regionis. Sophonias 2. 5. ita in eoſdem populos invehitur: *Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum (quas Cerethim)*. Unus igitur idemque populus habendus eſt Philiſthæi & Cerethim; illud populum alienigenam deſignans, hoc patriam. Primum per contemptum nomen genti manſit; alterum avitum eſt, & genuinum.

Septuaginta (1) reddunt nomen *Cerethim, Cretenſes*, & *Cereth, Creta*. Theodoretus in Sophoniam partem Philiſthæorum ex Inſula Creta non invitum accerſiturum ſe ſignificat. Sed plerique Interpretum derivare gentem ex Cappadocia malunt, ubi Inſula Caphtor ſtatuitur, e qua Moyſes, Amos & Jeremias Philiſthæos deducunt: *Moyſes enim liquido prodit (2)*, Mizraim inter ceteros filios etiam Caphtorim habuiſſe *de quibus*, inquit, *egreſſi ſunt Philiſthiim*. Jerem. 47. 4. *Depopulatus eſt Dominus Paliſthinos reliquias Inſulæ Cappadociæ (*Hebraice Caphtor*). Amos 9. 7. Numquid non Iſrael aſcendere feci de terra Ægypti, & Paliſtinos de Cappadocia, & Syros de Cyrene?* (Hebraice *Philiſthæos de Caphtor, & Aramæos de Kir*). Sed qui Cappadocia, quæ regio eſt contenentis, Inſula vocaretur? Ideo forte, inquiunt illi, quod ex uno latere Maris Nigro five Ponto Euxino alluitur; poſitum eſt autem in moribus apud Hebræos, ut Regiones omnes Maritimæ indiſcriminatim Inſulæ appellentur. Sed hæc quam facile dicuntur, non ita facile adductis rationibus probarentur: hoc enim ſenſu etiam Paleſtina, Phœnicia, Arabia Ægyptus Inſulæ dicerentur. Ne autem in hæc ineidamus abſurda, dicamus oportet diſtitas quidem a Paleſtina regiones, unde non facile niſi mari tranſvectis iter eſt, Inſules ab Hebræis rerum Geometricarum imperitis haberi ſimul, & vocari. Sed hæc nulli mirabitur, quam Cappadociæ conveniunt, quærenda eſt Inſula Caphtor in Mediterraneo, non in Oceano, ubi infrequentior erat navigatio, quo tempore Philiſthæi in Paleſtinam tranſmigrarunt. Inter ceteras ſaltem Mediterranei Inſulas nulli magis, quam Inſulæ Cretæ, ea quæ dicta ſunt omnia quadrant.

Quærenda eſt nempe Inſula Paleſtinis pervia, ampla, populorum numero florens, incolas autem habens vetuſtiſſimos, atque emittendis alio non infrequentibus coloniis aptos, ſermone vero paulum a Phœnicio abludente, ſicut & conſonis cum illis moribus, legibus, & religione; cujus tandem nomen ad *Cerethim, Ceret, Caphtor* reducatur. Hæc autem omnia in Inſula Cretæ ultro ſe offerunt. Urbs eſt ibi vetuſtiſſima, & inclyta *Aphtera* (3), cujus portus Siſamus. Notæ ſunt etiam in eadem Inſula Urbes *Taraphne, Tharra, Mons Tityrus*, & Satyri. Caphtor in Hebræo ſonat pomum, five malum granatum; atque malum coronium Græce *cydonium* appellatur. Porro populi *Cydonii*, & Urbs cognominis, in eadem Inſula celebres, amplum ejus regionis tractum occupabant. Facile Græci *Cydones* ſeu *Cydenies* appellarunt, quos Hebræi Caphtorim. Cupreſſus arbor eſt frequens in ea Inſula, & tamquam ejus ſoli avitam arborem deſcribunt veteres (4); hanc Græci appellant *Kuparitos*; quod ſatis accedit ad *Caphtor*. Sed melius nominis *Cerethim* veſtigia in ipſo Cretæ nomine ſervantur: quæ ſane Inſula nonnisi ſub eo nomine Græcis innotuit. Primum tamen ejus nomen fuiſſe *Aeriam* Plinius lib. 4. cap. 12. refert; deinde *Curetim*. Populi *Curetes* tota prophanæ antiquitatis celebrantur, quod Jovem in ſpecu monticis Idæ innutriverint. Ex eodem fonte derivantur Urbs *Gortina*, & annis *Kerath* (5), in quibus plane omnibus veſtigia deprehendunturnominis *Cereth, Cereth, Cerethim*.

Inſula Cretæ florentiſſima olim & numero Urbium, & populorum habebatur (6). *Ingens & tantum quondam Urbibus habitata Creta*. Et Virgilius Æneid. l. 3. v. 104.

Centum Urbes habitant magnas, uberrima Regna.

Homerus in cathalogo Navigiorum eam appellat Inſulam centum Urbium; quamquam alibi 90. tantummodo agnoſcat (7). Primi omnium maris imperium habuiſſe creduntur (8), omniumque fere Numinum matrem fuiſſe regionem hiſtoriæ veteres habenti, uti Cereris, Veneris, Dianæ, Apollinis, Jovis, Bacchi, Herculis. Cretenſes ſub Rege Minoe & deinde ſub Rhadamantho longe lateque dominationem ſuam ad Inſulas Archipelagi, & ad contiguentem prorogarunt (9); ſicut & plures in varia loca miſerunt colonias. Inter has non immerito Cerethim, & Phelethim recenſemus. Sane nominis Cerethim in eadem Inſula veſtigia deprehendimus non obſcura; ſicut & clara apparent nominis Phelethim in *Pleto* five *Pluto*, quem virum hiſtoriæ Tripoli in Creta (10) ortum ferunt, quod etiam nomen ſonat in urbe Phalaſarna.

Urbem Gaaam in Paleſtina *Minoam* olim appellatam tradit Stephanus; quod ſcilicet Minos Rex Cretæ una cum fratribus Eaco, & Rhadamantho in Paleſtinam veniens nomen Urbi ſuum reliquiſſet *Minoam*, ac fi diceretur Urbs Minois. Hæc in remotiſſima ætate veſtigia ſuperſunt deductæ ex Cretenſibus Philiſthæorum originis.

Jupiter in Caſio monte in finibus Ægypti & Paleſtinæ cultus, malum punicum (quem Hebræi Caphtor, Græci Rhoian appellant) gerens exprimebatur, ait Achilles Tatius l. 3.

Porro Cretenſes gens fuit omnium, quas quidem noverimus, vetuſtiſſima (*); primitus eam Regionem tenuerunt, *Eteo Cretes*, duci etiam *Autochthones* i. e. e terra nati, quippe quorum origo lateret. Succeſſerunt Pelaſgi; deinde Dorici, quos exceperunt Barbaræ gentes variæ (11). Numero incolarum, & potentia florebant plurimum tempore belli Trojani, uti in ſuperioribus obſervavimus. Facile etiam cunjicimus, veterem gentis linguam Phœniciam fuiſſe, vel ſaltem ad illam acceſſiſſe plurimum, quemadmodum ex nomine Urbium, & locorum intelligi poteſt. In iis enim Phœnicia origo facile deprehenditur, qua de re Bochartus. Porro Philiſthæorum lingua Hebræa erat, five Phœnicia, & cretenſium genuinum ejus tractus, & Inſularum Mediterranei ferè omnium. Herodotus (12) conſentit Cretenſes omnes origine Barbaros eſſe, non Græcos. De Creta hæc Homerus Odyſſ. T. ver. 175. *In ipſa quidem Achivi, in ea autem Eteocretes, Cydones, Dorenſeſque, Tricaices divinique Pelaſgi*. Pelaſgorum nomine deſignari Philiſthæos idcirco ſuſpicamur, quod duorum ejuſmodi nominum ſonus non abſimilis, eadem ferme ſignificatio habeatur; ſonant enim advenas, errabundos. Porro nec in Græcia, Italia, Aſia, Creta, obſidione Trojæ deerant Pelaſgi. Vernacula *Etearcum*, ſeu Cretenſium genuinorum, ſicut & Pelaſgorum lingua non multum ab Hebræa abludebat, & conſueto Hebræorum ſermone, qui Philiſthæi ipſi pariter Ceretim, Cretenſes, & Phlethim appellabantur.

Quamquam autem de Philiſthæorum moribus, & Religione pauca memoriæ commiſſa ſuperſunt, quæ tamen reſtant ſatis ſuperque conſenſum produnt eum legibus & cultu Cretenſium. De Cretenſibus memoriæ proditum eſt, viros fuiſſe bellicoſos, laborum belli jam inde ab ineunte ætate patientes (13). Arcu, & jaculis pro armis utebantur: Rempublicam adminiſtrabant ſex Principes; & in rebus majoris momenti Senatum ea de re collectum conſulebant. In Conubiis Lacedæmonum leges ſervatæ, adoleſcentes in claſſes diviſi victum habebant & vitam communem; quod ſane eum hiſtoria Samſonis quadrat, ad cujus pompam connubii Philiſthæi 40. adoleſcentes

(1) *Exech.* 25. 16. *Sephon.* 2. 5. 6. (2) *Geneſ.* 10. 14. (3) *Strab. l.* 10. *pag.* 330. *Plin. Aperven. Ptolem. Aperviu.* (4) *Plin. l.* 16. *cap.* 33. *Cupreſſus ..... hunc patria Inſula Creta.* (5) *Callimach. Hymn. in Diam.* (6) *Mela l.* 2. *cap.* 7. (7) *Odyſſ. T.* 174. (8) *Diod. l.* 5. *pag.* 238. *ſeu* 345. *Vide & Strab. l.* 10. *pag.* 331. (9) *Vide Diod. ibid. & Herod. l.* 1. *c.* 137. (10) *Diod. ibid. pag.* 236. 237. (*) *Diod. Sic l.* 5. *pag.* 230 (11) *ibid. pag.* 238. (12) *Herod. l.* 1. *c.* 173. (13) *Strab. l.* 10. *pag.* 631. &c.

tes assignarunt. Principes Cretenses populi suffragio electi Philisthæorum Satrapas satis referunt; ac bellicosa hujus populi indoles in Libris Sacris ultro se prodit. Cretensium pronum ad vitia, mendacia potissimum & ignaviam, ingenium quis nescit? Parùm Philisthæis exprobraremus, solis consultis Historiæ Sanctæ Libris. Celebrantur apud Prophanos Cretenses & Dactili montis Idæ, tamquam viri corporis robore, & strenuitate præstantes, nec deerant in Insula Cretæ Gigantes, quibusce Jupiter manus conseruit (1). Scitum est autem e Philisthæis plures prodiisse Gigantes: & plerique milites e turma *Cerethi & Phelethi*, Davidis patres sequuti, viri erant rerum strenue gestarum fama præstantes. Ex prælio autem Gelboe intelligimus, arcu & sagittis certasse Philisthæos (2).

Quinque Philisthæorum Numina occurrunt 1. Dagon, Deus in Gaza (3), Azotho (4) & alibi cultus; est enim apud Josue 15. 41. & 19. 27. mentio duorum Urbium *Beth-Dagon*, i. e. Templum Dagonis. 2. *Baal-sebub* Deus muscarum, in Acaron venerationi expositus (5) 3. *Astaroth* facile confundendus cum *Venere Cœlesti*, Templo Ascalone erecto, teste Herodoto l. 1. c. 105. celebri. 4. Marnas Idolum quidem Scriptura ignotum, sed apud alios tamquam peculiare Gazæ Numen celebratum (6). 5. *Berith* five *Baal-Berith*. Porro hæc omnia Numina, si veteribus Scriptoribus fides, originem referunt ex Insula Cretæ. Dagon Philisthæorum ipsa est Dea *Dictynna* Cretensium; quæ sane *Dictinna* confundenda est cum *Dic-tin* five *Dag-tan*; Dag & Dagon in Hebræo sonant, *Piscis*; *Thau* five *Thanim*, magnus piscis cetaceus. Tradunt Cretenses nomine illo Dianam appellatam fuisse (7); quippe quæ insequentem Minoem fugitans cum in pelagum se projecisset, subjectis piscantium rctibus excepta fuit (8). *Beel-sebub* facile sub muscæ simulacro effingebatur, in memoriam innutriti Jovis in Monte Ida inter medias apes; cum autem apes illæ æram haberent muscarum formam, Deus in præmium accepti ab illis officii pullum colorem in aureum immutavit. Officii, inquam, accepti, cum illæ in nutricando puero mella Nymphis sufficerent (9). Cum autem mons Ida celsissimo sit vertice, ventilque validioribus concussus, tum & fœvissimo frigori subjectus, alteium accesse a Jove insectis illis beneficium; nempe ut resistendi ventis haberent vim, tum & frigoris omnem sensum abstulit, quo scilicet dulcem in monte trahere moram possent. Si Astaroth cum Venere confundenda est, & Cretenses avitum esse Numen illud rati, summa semper religione comluerunt, eumdem coluerunt (10); hinc est cur rationes inter cetigemus cultu a Philisthæis, quæ colonia est Cretensium, Numinis. Tandem Stephanus Geographus testatur Marnam Gazæ ipsum esse Jovem Cretensium.

Ex his omnibus facile colligimus, Philisthæorum originem a Creta repetendam esse, quemadmodum ex nomine, moribus, armis, legibus, politia, lingua, religione utriusque gentis probatur. Suppresto modo ut insius de singulis Numinibus Philisthæorum differamus.

Nostram hanc de origine Philisthæorum sententiam Criticorum nonnulli improbandam susceperunt (11), quibuscum contentiosum trahere funem in re adeo obscura & problematice in utramque partem agitanda recusamus. Quæ tamen afferunt adversus nos rationum pondera, non ea plane censenda sunt, quæ in aliam nos sententiam pertrahant.

Observant igitur 1. Sesostridem Ægygti Regem tot insignium expeditionum gloria clarum periecutionem omnium primum in Hebræos movisse non diu ante natum Moysen (12). Obiit ille post 59. Regni annos quem Rameses ejus filius excipiens 66. annis regnavit. Sub Amenophi qui post Rameſſem Ægypto præfuit, Hebræi regionem illam deseruerunt. Chronologicum hoc systema placet iis quibus nostra displiceret; neque nos refutandum suscipiemus, quandiu illi non ne certam Chronologiæ hypothesim, sed ut probabilem tantummodo invexerint.

2. Authoritate Herodoti statuunt Ægyptiorum coloniam a Sesostride in Colchide relictam (13); ipsamque coloniam a Moyse nomine Casluhim designatam. Ex his deducti Caphtorim in vicinam Colchidi Cappadociam, ac maxime in *Sidenen* vel *Sidenam* Cappadociæ parvam quidem regionem transmigrarunt. Probat hæc nomen *Siden*, quod Græcis est malum punicum, ficut Caphtor Hebræis.

3. Quæ deinde regio, inquiunt illi, Chanaan & Judæa dicta est, appellabatur olim Palæstina a quod in prima terrarum Orbis divisione Asiam ab Africa, portionem Cham a portione Sem, distermineret. Post Chananæorum invasionem vetus Palæstinæ nomen finitimæ Ægypto regioni manfit, quam sane regionem ætate Abraham & Isaac tenebant Principes Hevæi sub Philisthæorum nomine in *capp.* 20. & 26. Geneseos designati.

4. Addunt, qua ductu ratione ignoro, Caphtorim, relicta Cappadocia, irruptionem fecisse in Hevæos, quibus pulsis ejectisque, totam illam sibi regionem, neque regionem tantum, sed & nomen Philisthæorum (Hevæis peculiare) usurpasse, ea plane ratione, inquiunt illi, quomodo Gothi domita Hispania nomen sibi a devicta regione asciverunt.

5. Ad *Coresthum*, vel *Creum*, a Scriptura interdum Philisthæos appellatos, quod attinet, nomen illi deducunt sive ex colonia Cretensium in Palæstinam translata, sive ex singulari Philisthæorum in jaculando peritia, sive tandem ex Philisthæorum colonia in Cretam deducta; unde facile morum illa, & Numinum utriusque gentes affinitas.

Antequam in hanc sententiam quidquam movemus, animadvertere juvat omnia hæc meram esse putamque hypothesim, non historiam rei, cujus nulla supperunt monumenta. Nec quidquam movetur Herodoti authoritate de Ægyptiorum colonia a Sesostride in Colchide relicta, post ea maxime, quæ nos ad Gen. 10. 14. observavimus, & quæ pariter adversus hanc Herodoti historiam congestis Bochartus. Cum enim Sesostris præsio victus esset a Colchis, coloniam in ea regione statuisse suam quis credat? Fac autem reliquerit; an illa ex Casluhim constabat? an illi nomen Colchidi suum commodarunt? Scitum est, Colchidis nomen ante Sesostridem regioni fuisse. Quo insuper argumento evanescat, Caphtorim relicta Colchide in Sidenam, inde in Palæstinam, brevi 100. annorum spatio magresse? Neque enim post ortum Moysen, quem sub Sesostride natum statuunt, usque ad Hebræorum ex Ægypto secessionem, nisi 80. annorum spatium intercedit; & post 40. annos Philisthæi, e Caphtorim deducti, in Palæstina florebant.

Tandem Jeremias 47. 4. & Amos 9. 7. Philisthæos ex Insula Caphtor accensunt. Quis, rogo, unquam Cappadociam Insulæ nomine appellavit? Solemne est quidem Hebræis, Insulæ nomen regionibus transmarinis, locis quæ mari alluuntur peninsulis, & regionibus nonnisi maritimo itinere a Judæa petendis tribuere. Ita de Jonia, Macedonia, Græcia, & Asia minori constat; nemo tamen asseret, omnibus maritimis regionibus commune Insularum nomen ab illis inditum. Alioqui enim Judæa, Ægyptus, Arabia, Insulæ dicerentur, quod nemini adhuc venit in mentem. Nemo unus, qui linguam & stilum Hebræorum calluerit, affirmandum suscepit, regiones omnes maritimas a Judæis communi Insularum nomine appellari.

Tenuis est prorsus conjectura, quæ ex Græca significatione nominis *Side* deducitur, ad probandum Caphto-

(1) *Diod. l. 5. pag.* 334. (2) 1. *Reg.* 31. 3. *Consequensi sunt eum viri fagittarii*. (3) *Judic.* 16. 22. 23. (4) 1. *Reg.* 5. 1. *&c.* (5) 4. *Reg.* 1. 2. *&c.* (6) *Hieron. ad Lit.* (7) *Dicearch. in Cret.* (8) *Vide Diod. l.* 5. *pag.* 236. 237. (9) *Item pag.* 233. (10) *Diod. l.* 5. *pag.* 234. (11) *Journal de Trevoux mensis Augusti* 1722. *pag.* 1376. *&c.* (12) *Vide P. Tournemine Differt. in Marshammum Aprilis* 1702. (13) *Herodot. lib.* 2. *cap.* 103. 104.

Caphtorim e Palæstinis originem. Potuit enim Urbi nomen indidisse sive malis punicis ferax solum, sive Urbis forma : etymon quin etiam illud aliunde forte quam ex Græco derivatur. Res enim dubitationem non vacat, an Moysis vel Sesostridis & Rameſſis ætate Græcus vernaculus sermo in ea regione obtineret. Corruit autem illico tota adversariorum fabrica, si nomen *Side* aliunde quam ex Caphtorim deductum est.

At enim Septuaginta & post illos Interpretum turba, *Caphtorim* reddunt Cappadoces, quos sane viros de origine Caphtorim instructos probe credere par est.

Hisce ego repono, 1. Septuaginta inter se committens, nempe Interpretes Græcos Pentateuchi, cum Interpretibus Ezechielis 25. 16. & Sophoniæ 2. 5. 6. qui sane posteriores nomen Cerethim (Philistæis sinonymum) reddunt Cretenses. 2. Josephus (1) Cappadoces deducit ex *Mosoch* filio Japheti, cum interim Caphtorim, & Casluchim solo nomine sibi innotescere testetur. 3. Aquila, origine Judæus, & clarissimus Scripturæ interpres, nomen Caphtor, & Caphtorim in Textu servavit. 4. Tandem Bochartus (2) Scriptores Judæos inter se non convenire demonstrat, ut Cappadoces pro Caphtorim constanter usurpent.

Quæ vero est adversariorum persuasio, Philisthæos constituens primos Palæstinæ incolas ante Chananæos, tamquam Scripturæ repugnans prorsus abjicitur. Accersit enim Scriptura (3) Philisthæos ex Caphtorim Insulæ Caphtor incolis (4) sicut & pulsi e sedibus Hevæi a Philisthæis produntur Deut. 2. v. 23. Legimus etiam non semel & iterum, sed pluries Hevæos populos esse Chananeos. Ex quibus omnibus ria deducentur : 1. Vetustissimos omnium Palæstinæ incolas haberi Chananeos. 2. Priores illos terræ cultores excepisse Philisthæorum colonium, quam, uti tertio loco observamus, ex Insula Caphtorim deducendam constat.

Numquam evicerunt, neque evincent adversarii, primigenium Chananæ nomen *Palæstinam* fuisse. Nihil enim tale produnt Herodotus, Plinius, Mela, Ptolemæus in hanc sententiam laudati : & si quid proderent, eos testes rerum, quas minime norant, abjicimus. Numquam non ibunat Scriptura Chananeos vetustissimos esse regionis incolas : Docet Moyses Deut. 2. 10. Moabitas e sedibus suis *Emmim* expulisse : Ammonitas *Zonzommim* (5) : Idumæos regionem sibi *Horæorum* usurpasse, (6) ; ac tandem Caphtorim rotam occupasse Hevæorum regionem (7). Quę omnia operę pretium Sacro Scriptori visum est animadvertisse, ut Hebræis ad occupandam Chananaitidem, promissam illis a Deo regionem, animos adderet. Res ergo poscebat, ut simul & semel demonstraret, Chananeos ipsos veteres Philisthæos e sedibus suis depulsisse, nec tamen ea de re quidquam prodit.

Exactissimus Chronologiæ calculus nullam aliam gentem Chananæis vetustiorem in Palæstina constituti patitur. Chanaan, quo authore gens prodiit, non diu post diluvium natus est ; quippe qui ætate esset jam grandior, ut maledictionem in se avi auscultarer ; cum avus ipse Noe Vineam implantavit (8). Ex Chanaan undecim filii nati sunt (9). Quæ in constructione turris Babelicæ divisio acciderit, ad 250. sive 300. post diluvium annum consignatur. Ex tunc autem florentissimam totius Orbis gentem Chananęam credi par est, quam alias habuisse sedes præter Palæstinam nullibi legimus. Abrahami ætate, 250. annis circiter post turrim Babelicam, Chananęi jamdiu a pluribus annis quietam habebant regionis illius possessionem. Indicent ergo adversarii quando venerint, & quos regionis incolas depulerint.

Philisthæi jam inde ab ętate Abrahami potentissima erant populorum natio, quibus nec innumerę deerant urbes, nec Reges, vetereique regionis incolas Hevęos jam omnes depulerant. Erant ergo Hevæi gens ex Chananęis referens originem, primigenii Palæstinę incolę ; quare vetustate superant illam, ab adversariis invectam, Casluchim a Sesostride in Colchidem missam coloniam adeoque & multo pręcedunt tempore Caphtorim e Cappadocia deductos. At enim Philisthæi illi Abrahamo, & Isaac coevi, ipsissimi sunt Hevęi posteri Chanaan, qui pariter *Philisthæi*, *nempe segregatores*, ideo appellabantur, quod portiones Cham & Sem medii distinguerent segregarentque. Bella ratiocinatio ! 1. Cur inter se confundantur, quos Moyses non incuriose distinguit ? Cur Philisthæi simul cum Chananęis admiscentur, cum Scriptura solerter admoneat, Philistheos secundos ab Hevęis incolas in regionem venisse ? 2. Philisthæorum nomen, quo sensim ab adversariis usurpatur, frustra in vetustis qua faciis, qua prophanis monumentis quęras. Gratis invehunt adversarii, quin & contra omnem veri speciem, custodiam illam finium regionis Cham & Sem, tum & nomen *Philisthæi* datum populis regionem renentibus in Africa & Asia inter Cham, & Sem, quicumque tandem populi illi essent sive Chananęi sive Caphtorim origine.

Nihil moror si quis cum Theodoreto, suspicetur (10) Cretensium coloniam latera Mediterranei, & Palæstinam frequentasse, sive forte Philisthæos quosdam in Cretam transmigrasse : ac tandem Cerethim, sive Cretim designare viros jaculandi peritissimos. Hęc enim nobis militant potius quam contra nos, cum in eam deducant sententiam Philisthæos Cretenses esse origine, & Insulam Caphtor eum Insula Cretę confundendam, quod tora hac Dissertatione nostra probavimus. Neque mearum esse partium duco, ut quatuor adversariorum asserta falsi convincam, videlicet Insulam Caphtor in Cappadocia sitam esse ; Philisthæos ex Caphtorijs *Side* in Cappadocia deducendos ; coloniam Ægyptiorum a Sesostride in Colchide relictam monumentum esse historicum satis assertum ; ac tandem Palæstinam ante tenuisse Philisthæos, quam a Caphtorim & Chananęis occuparetur. Hevęosque Abrahamo coęvos ipsissimos esse Philisthæos, vetustissimos regionis incolas. Quatuor hęc simul mera esse commenta cum veritate numquam componenda contendo.

Asseruerunt etiam contra meam sententiam cultum Beelzebub Dei muscarum ex Colchide in Sveciam devenisse, quod probandum sibi assumunt ex historia muscarum, unde superstitiones suas deducebant Svecorum Magi, teste Rudbekio. Ingenteem Magi illi captivam Dęmonum turbam, muscas quasdam ærateis alis instructas referentem, super humeros gestabant, quas illi Muscas prodigium aliquod operaturi, jussionum suarum ministras missitabant. Affirmabant Dæmonem, quem sub nomine Thor colebant, summum habere in Dæmones omnes muscas imperium. Porro hunc muscam Dæmonem e Svecia in Palæstinam cum Svecorum colonia deducit Rudbekius. Malunt tamen nostræ sententiæ impugnatores superstitionem ex Colchide in Sveciam per virum quemdam Odinum nomine, paulo Jesu Christi adventu antiquiorem, transmittere.

Quid inde illi ? An demonstrasse sibi persuadent, muscarum cultum e Svecia in Palæstinam, vel potius e Colchide in Sveciam migrasse ? Mihi sane ad intentum convincendum luculentiora desiderarentur argumenta, & otiosi esse hominis reputo diutius in hypothesi hac subvertenda immorari. Quo, rogo, argumento probatur, muscarum superstitionem sive in Svecia, sive in Colchide unquam obtinuisse ? Veneficorum Svecorum historia cultumne a Svecis Dęmoni impensum demonstrat ? Dęmoni, inquam, quem ita tenebant captivum, ut ad sunm tantum arbitrium, suisque commodis dimitterent ? Quid insuper hæc ad Philisthæos, Babylonica captivitate, ipsosque adeo Jesu Christi adventu vetustiores, & cultui Beelsebub addictos ? Nihil igitur hisce in contrarium adductis argu-

(1) *Antiquit. lib. 1. cap. 5.* (2) *Chanaan lib. 4. cap. 38.* (3) *Gen.* 10. 14. (4) *Amos 9. 7. Jerem.* 47. 4. (5) *Deut.* 2. 20. (6) *Deut.* 2. 22. (7) *Deut.* 2. 23. (8) *Gen.* 9. 25. 26. (9) *Gen.* 10. 15. *&c.* (10) *In Sophon.* 2.

argumentis e veteri sententia retrahimur; ratumque manet apud nos, Philisthæos ex Insula Creta in Palæstinam transmigrasse.

Serius modo de Numinibus Philisthæorum disserendum.

PHILISTHÆORUM NUMINA.

INsita quadam Religione Philisthæos culsui suorum Numinum vehementer addictos fuisse ex ipso Scriptura testimonio intelligimus. In expeditionibus suscipiendis nihil habebant antiquius, quam ut secum Idola referrent, vana spe ducti, non parum sibi momenti ex ipsorum ope in hostes futurum. Capta olim a Davide nonnulla ex iis Idolis signi tradita sunt (1). Post devictum in prælio Gelboe extinctumque Saulem, victores Philisthæi: *Misernnt in terram Philisthinorum per circuitum, ut annunciarentur in Templo Idolorum & in populis* (2). Cum Samson in eorum manus incidisset, in carcere detentus aliquandiu, deinde in Templum Dagon (3) in actionem gratarum Diis ejusdem gentis productus fuit: eo simul aspectu volentes præsentem in Templo turbam delectare adversarium longe terribilissimum intuentem, a quo nihil sibi ultra timendum haberet. Arca Domini in prælio sub Heli Summo Sacerdote capta, in Templo Dagon deposita est (*); sicut & ibi suspensum Saulis caput: arma veto ipsius Regia in Templo Astaroth (4) trophæum exhibuerunt. Hæc de superstitione, & religione Philisthæorum monumenta sunt apertissima.

DAGON:

CElebratissimum Philisthæorum Numen, cujus augustissimum erat Samsonis ætate Gazæ Templum; namque vir ille strenuus eo quo præstabat corporis robore dejecta ædificii mole, ultra 3000. hostes partim super tectum, partim in Templo stantes oppressit (5). Huic non secundum alterum Fanum Azothi excitatum erat, ubi Arca Domini deposita tantam prodigiorum præsentiam in Idolum excussit, ut confractum simulacrum coram illa concideret, & Numinis caput manusque in limine Templi projecta jacuerint: quod deinde ad limen accedentes Philisthæi, ne conculcantes tangerent, sed saltu transilirent, religiose caverunt (6). Diu superstitio illa mansit, cum Philisthæos hisce characteribus designet Sophonias, 2. 9. *Visitabo super omnem qui arrogantes ingreditur super limen*. Extabat adhuc Templum Dagonis Azothi sub Macchabæis; namque direptum ibi combustumque Templum a Jonatha legimus 2. Macc. 10. 83. 84.

Qua potissimum forma Idolum exhiberetur id diu multumque Interpretes torsit. Judæorum Doctores de hoc argumento scribentes adeo inter se variant, ut temere & ad arbitrium scripsisse statim intelligantur. Sunt qui superiora hominis, inferiora piscis habuisse dicant (7); alii ordine inverso piscem statuunt in superioribus, infra vero a femore hominem (8). Alii homine exclusо piscem per omnia (*); sicut alii eicisso nihil non humanum constituunt (9). Id constat, nec manus nec caput Numini defuisse; Scriptura enim narrante 1. Reg. 5. 4. *Caput Dagon & duæ palmæ ejus abscisæ erant super limen. Porro Dagon solus truncus remanserat in loco suo*. Septuaginta, pedes quoque una cum manibus & capite projectos habent (10). Nos igitur non inviti suspicamur, Deum hunc five Deam (carent enim Hebræi fœminino nomine Deabus designandis) ipsissimum esse Ægyptium Numen, quod D. Vaillant (11) ex Nummo Urbis Menelai exhibuit. Refert autem fœminam media corporis parte expressam, cornucopiam tenentem, inferiora habet piscis, cauda in dorsum replicata, pedibusque a pisce non abludentibus, veluti crocodilli, seu vituli marini. Veneris Numen sub piscis forma coluerunt Ægyptii; quod in prælio Typhoeos cum Diis

Pisce Venus latuit (12).

Porro nomen *Dagon*, five *Dag*, Hebraice sonat piscem; quod sane animalium genus Syri, Phœnices, Persæ, Ægyptii, Cretenses summa veneratione colentes, Deos Deasque suas in pisces non raro transformabant. Hunc igitur finitimarum gentium ritum tenuisse etiam Philisthæos facile credimus. Ut quid alioqui piscis nomen Deo suo tribuissent, si ceteris circa illos populis Numinum suorum sub piscium forma exhibentibus simulacra, soli piscem non adorarent? Diodorus Siculus (13) tradit, Ascalone, quæ Urbs erat florentissima Philisthæorum, in Deam colli *Derceto* sive *Atergatim*, cujus simulacrum vultum habens fœminæ in pisce desinebat: addit insuper non longe ab Urbe altum esse lacum piscibus refertissimum, quos sacros habent Incolæ, intactosque servant, rati Venerem in lacum se projecisse ejusdem quondam in pisces transisse.

Nomen *Derceto*, five *Atergatis* ex *Dag*, & *Adir* derivatum, sonat *pisces magnificus*. Libenter autem Pagani elogium illud *magnificus* addunt Diis & Regibus; ita Deus Sepharvaim appellatus est *Adrammelech*, seu *Adar-melech*, Rex magnificus (14). Philisthæi audito nuncio deductæ in castra Hebræorum Arcæ Domini, exclamarunt (15): *Quis nos salvabit de manu Regum sublimium istorum?* Verum Deum sæpe hoc eodem titulo insignitum Hebræi (16). Lucianus, qui Deam Syriam oculatus testis inspexit (17), simulacrum pingit mulieris in piscem desinentis; quem admodum & Nereides apud Poetas describi consueverunt. Deam Eurynome filiam Oceani colebant Arcades in Templo in urbe Phygale erecto, quod semel tantum in anno recludi consueviße ferunt. Numinis simulacrum aureis devinctum catenis in Templo velut in carcere detinebatur. A capite ad imum usque pectus vennstam referebat puellam, inferiora desinebant in piscem. Porro Numen illud e Creta in Peloponnesum facile transiit.

Abstinuisse Syros a piscibus quibusdam, satis ex Veterum testimonio constat, five indignum ratos ea in cibum adhibere, quę in Altaribus Numina colebant, uti Diodorus Sieulus, S. Clemens Alexandrinus, aliique nonnulli autumant; five Gatis, vel Atergatis Reginæ edicto abhorritos, quippe quę piscium avidissima, omnes sibi reservari, vetito ceteris illorum usu constituit, quod malunt Antipater Thessalus, & Mnaseas ab Athenæo laudati (18). Mos inde obtinuit, de quo Athenæus ipse (19), aureos & argenteos pisces in ejus Templa inferendi, ut perpetua essent religionis monumenta: sicut & ex picubus assatis elixatisque mensas in ejus aris instruendi; quæ postea sibi omnia rapiebant Sacerdotes. Maluit alii sacros fuisse Derceto pisces (20), quod Deam in aquas prolapsam a præsentissimo periculo liberarint. Similemque habuisse de Dictynna Dea sua opinionem Cretenses ex testimonio Diodori supra laudato videntur; namque extractam illam e mari piscatoriis retibus narrabant. Alii tamen contendunt, abstinendi a piscibus in causa Syris fuisse, quod (21) tormina sibi quędam viscerum & jecoris, sicut & ulcera crurium, totiusque corporis metuerent a Dercero infligenda in pœnam, quod sacros Deę pisces violassent (22).

Ge-

(1) *Vide* 2. Reg. 5. 21. & 1. *Paralip.* 14. 12. (2) 1. Reg. 31. 9. (3) *Judit.* 16. 23. 24. (*) 1. Reg. 5. 2. (4) 1. Reg. 31. 10. & 1. *Par.* 9. 10. (5) *Judic.* 16. 27. (6) 1. Reg. 5. 5. (7) *Kimchi*. (8) *Abarbanel* (*) *Rab. Salomon.* (9) *Rab. Levi. Vide si lubet Andr. Beyer addit. ad Seld. de Diis Syr.*

(10) *Septuag. ibid.* (11) *Append. Hist. Ptolemaeorum*. (12) *Ovid. Metam. 5. fab. 5.* (13) *Lib. 2. pag. 65. five 92.* (14) 4. *Reg.* 17. 31. (15) 1. *Reg.* 4. 8. (16) *Vide de Exod.* 15. 11. *Pſ.* 7. 2. 10. & 75. 5. *&c.* (17) *De Dea Syr.* (18) *Dipnosoph. l.* 8. *c.* 8. (19) *Ibid.* (20) *Theo. in Orat. Selde. de Diis Syr. Syntag.* 2. *c.* 3. (21) *Menand. apud Porphyr. l.* 4. *de Abſtin. Vide & Plut. de Superſt.* (22) Ovid. *Faſt. l.* 2.

..... Genus hoc imponere menſis
Ne violent timidi piſcibus era Syri.

Manilius *Aſtronom.* 4. aliique plures autumant injuriam Veneri irrogari, ſi piſces in eibum adhibeantur.

Scilicet in piſcem ſoſe Cytherea novavit,
Cum Babyloniacas ſubmerſa profugit in undas,
Infernique ſuæ ſquammoſis piſcibus ignes.

Sed quæcumque demum fuerit Syriacæ ſuperſtitionis cauſa, extra controverſiam eſt confectaſſe illos in Aktaribus piſces; ſicut & Deam Derceto fœminam quidem in ſuperioribus, inferiora vero piſcis exhibuiſſe; ipſam autem eſſe credimus Dagonem illum in Libris ſacris celebratiſſimum. Porro Numen illud, quod mulierem effingebant Syri, & Cretenſes, maſculino Dei nomine Perſæ venerabantur. De *Dagone* Numine Babylonis, Derceto non abſimili, ſermo eſt apud Beroſum [1]. Namque capite erat & pedibus humanis; infra vero humanam altera aſſurgebat piſcea cervix: pedes autem hominis prodibant ex ampliſſima piſcis cauda, quæ in dorſum revolvebatur. Mira jactitabant de monſtro; mane de mari Rubro vel ſinu Perſico emergere, & poſt actam Babylone totam diem, ſub veſperas iterum in aquis demergi. Amphibium erat humanoque ſermone inſtructum. Plurimarum, nec inutilium quidem ad vitam rerum primus author ferebatur, uti ſcribendi, ædificandi, agroſque colendi &c. Quatuor ejuſdem figuræ & nominis Apollodorus recenſet, omnes e mari Rubro emergentes [2]; addit inſuper nonnullis ante diluvium ſæculis novum aliud monſtrum ceteris non diſſimile ex eodem loco prodiiſſe, nomine *Odacon*. Quis, rogo, nominis *Dagonis* veſtigia non agnoſcat? Neque Septuaginta Numen illud ignoraſſe viſi ſunt, quippe qui *Nube* Deum Babyloniorum Dagonem reddiderunt Iſai. 46. 1. Quod autem vix fidem extorquet, atque Religionis, & Theologiæ Paganæ abſurdum omne relevat, illud eſt, nimirum eamdem Dianam, quam Cretenſes *Dictinnæ* nomine colebant, cultum apud Perſas, ceteraſque barbaras gentes obtinuiſſe ſub nomine *Dianæ Perſicæ* [3]. Manilius ubi ſupra, Venerem in piſcem tranſmutatam teſtatur.

Cum Babyloniacas ſubmerſa profugit in undas.

Merſam in Euphrate, Palæſtinæ, ut ipſe quidem autumaſſe creditur, amne habet Ovidius Faſt. l. 2. ver. 460.

Venit ad Euphratem comitata Cupidine parvo,
Inque Paleſtini margine ſedit aqua.

Et Metam. l. 4. fab. 3. repetit, verſam illam in piſcem, vel ſaltem ita ferri, apud Babylonios, & perſuaſum eſſe Palæſtinis:

De te Babylonia narrant
Derceto, quam verſa ſquammis velantibus artus
Stagna Paleſtini cœduus colniſſe ſigura.

Fieri utique potuit ut apud Babylonios, cultus *Derceto*, *Dianæ*, ſive *Dagonis* ſub piſcis ſimulacro impenderetur.

A vero præiter non abludit, Deam Hierapolis in Syria, de qua plura Lucianus, eamdem eſſe quæ Diana Perſica, ipſam demum Derceto, ſeu Dagon, ſeu Dictynnam, aut Dianam. Lucianus [4] narrat non defuiſſe, qui ædificati Templi Deæ Syriæ honorem tribuerent Reginæ Semiramidi; quæ icilicet parenti ſuæ Derceto Fanum illud erexerit; populos vero Urbis a columbis abſtinuiſſe, quod aves ſint Semiramidi ſacræ, & a piſcibus, quod Derceto dicati habeantur. Strabo l. 16. non obſcure tradit, coli Hierapoli Deam *Atergatim*. Plinius paria refert l. 5. c. 23. *Ibi prodigioſa Atergatis, Græcis autem Derceto dicta, celitur*. Et quod maxime ad rem facit, Aſcalonitæ cultui Derceto addictiſſimi, columbas ſummopere obſervabant, eas aves ſanctas, eas ſacras habentes, quas ſi quis forte in cibum adhibuiſſet, ita Deos ſuos vorandi diſcrimen ſubibat [5]

Quid referam ut voliret cerebras intacta per Urbes
Alba Paleſtino ſanctia columba Syre?

Vidiſſe etiam ſe teſtatur Plinius [6], dum Aſcalone eſſet, infinitum propemodum harum avium numerum, quem ſumma diligentia, & obſequio alebant.

ASTAROTH.

ALterum erat Philiſthæorum Numen, cui Regia Saulis arma in trophæum ſuſpenderunt: *Poſuerunt arma ejus in Templo Aſtaroth, corpus vero ejus ſuſpenderunt in muro Beſan* [7]. Incertum tamen quo potiſſimum in urbe colerent, niſi forte Aſcalone credamus, ubi Veneris Cœleſtis Templum, omnium ejuſdem Deæ vetuſtiſſimum habitum juxta Herodotum [8], ſpectabatur. Cyri & Cytheræ incolæ Veneri devota gens, religionem ſuam Aſcalonitis debent. Sed quænam hæc Dea Aſtaroth? Nos confundendam credimus cum Derceto, Atergata, Venere Cœleſti, uno verbo, cum Dagone, Diana, Athara, Deanemorum, de qua ſæpe in Scriptura [9]. Fuſius nobis de hoc argumento agendum eſt in diſſertatione de Numinibus Phœnicum; hic tamen duas vel tres conjecturas afferendas cenſemus. Strabo de corruptis nominibus barbaris agens obſervat [10], ex Atergata factum Athara, quam Græcus appellat Derceto. Tradit Artemidorus Syros a pucibus non abſtinere, exceptis quibuſdam paucis Deam Aſtarten colentibus [11]; ex quo conſulas intelligimus ab eodem Scriptore geminas illas Deas, Aſtarten, & Derceto cum alteri tribuat, quod ad priorem tantum referendum eſt. Tandem a. Macch. 12. 26. ſermo eſt de *Aſtaroth Carnaim* urbe tranſjordanica, ubi Templum *Atergatis* (Atergateion) fuiſſe perhibetur.

Quamquam autem ea, quæ hucuſque digeſſimus de Dagone & Derceto veteri aliquam ſpeciem habere videntur, ſuis tamen obnoxia ſunt difficultatibus, imo & prorſus repellenda eſſent, ſi teſtimonium Sanchoniatonis, Authoris Phœnicii ante bellum Trojanum, admitatur. Scriptor enim ille, qui patriam religionem noſſe debuerat præ Luciano, Diodoro, aliiique plane recentioribus Græcis, & Latinis, eo maxime tempore florentibus quo Græci totam Orientalium Theologiam Diis Græcorum invectis turbaverant, Scriptor, inquam, ille tradit [12], Cœlum pluribus editis filiis, inter ceteros Dagon habuiſſe, cujus nomen ex Phœnicio *Dagan*, *frumentum*, derivatur; cum autem, addit, hic aratri & frumenti uſum inveniſſet, nomen obtinuit *Jovis Agricola*, ſive *Jovis ad aratrum*. Saturnus uxorem tradidit Dagoni unam ex uxoribus Cœli, quam ipſe Saturnus in bello a ſe in Cœlum illato captivam habuerat. Hæc Sanchoniato, omnia huc uſque præſtituta a nobis authoritate ſua evertens. Singula hæc probaſſe Bochartus viſus eſt: ea vero rejecit omnia quæ de Simulacro Dagonis Rabbini commiſerunt [13].

Sed hæc duo Sanchoniatoni reponenda. 1. Hiſtoriæ veritas, 2. nomen Dagon ex Phœnicio Dagan, frumentum, derivatum negatur. Sanchoniatonis nomine inſeriptum Opus fabella eſt ad arbitrium ſuppoſita, ſive fraude Porphyrii, qui detrahendi Sacris Libris conſilio [ita erat in Chriſtianos animatus] omnia ex Theologia Phœnicum inſſuratos fuiſſe Sacros Authores demonſtraturus, Libellum facile prorudit.

Nemo

(1) *Apud Euſeb.* (2) *Vide Seldan.de Diis Syris Syntagma* 2. c. 3. (3) *Died. l. 5. pag. 237.* (4) *De Dea Syr.* (5) *Tibullus.* (6) *Apud Euſeb. Prepar.* (7) 1. *Reg.* 31. 10. (8) *Herod. l. 1. cap. 105.* (9) *Aſcra Aſcherah. Vide* 4. *Reg.* 21. 7. & 23 4. 6. & 2. *Paralip.* 33. 3. (10) *Lib. 16. verſ. fin.* (11) *Oneiroc. l. 1. c. 9.* (12) *Apud Euſ. Prep. l. 1. cap. ult.* (13) *De Anim. ſacr. p. 1. l. 1. cap. 16.*

Nemo certè ante Eusebium ; nec post illum aliquis hujus Authoris Scriptum vidit unquam. Quin nec ipse Eusebius integrum illius opus legisse videtur : sed quæ apud Porphyrium extabant fragmenta, in suum Opus transtulit, cum forte nec ipse Porphyrius integrum Opus supponere ausus, quædam tantum fragmento in suo Libro inseruerit ; fraude non plane felici, cum ipse se non semel prodat, omniaque inferierit absurdis adeo putidisque erratis & fabellis, ut vulgo hujus ætatis Eruditos præstitæ olim hisce fragmentis fidei pudeat. Nominis etymologia ex *Dagon* probari utique posset, si alicujus Historiæ vel probati Scriptoris authoritati immiteretur. Sed quis, rogo, Deus Jupiter ille Agricola ? ubi locorum cultus ? quod ejus Numinis Templum ? cultoresque quales ? Fragmenta illa procudenti pæne oculis erant Libri Sacri, ex quibus nomina propria colligens ad litteram translata, in certas genealogias, obtrusis fabellis servientes, digerebar. Ita cum inter legendum offendisset *Sadai*, Deum ægrorum vertit, quod scilicet *Sade* ad litteram sonet agri. Sed Hebræi, qui plane vocabulorum suorum vim norant, vocem illam reddunt : *Deus, qui sibi sufficit.* Sed fusius de Theologia Sanchoniatonis recurret sermo, cum de Numinibus Phœniciis, sive Chananæis agemus.

BEEL-SEBUB.

Beel-sebub, i. e. *Deus Muscarum*, sive Deus Muscæ, Philisthæos habuit cultores, & Templum celeberrimum in Accaron, ubi & oracula reddebantur. Ochozias Rex Israel lapsus e recto domus in cœnaculum, gravi valnere affectus, consultum de valetudine sua Beelsebub Deum Accaron misit. Enimbus Regius legatis occurrens justu Domini Elias, gravioribus verbis ita est [1] compellatus : *Numquid non est Deus in Israel, ut vadis ad consulendum Beelsebub Deum Accaron ? Quam ob rem hæc dicit Dominus : De lectulo super quem ascendisti, non descendes.* In Novo Testamento Beelsebub Prospes Dæmonum appellatur. Pharisæi de Jesu : *In Beel-sebub principe Dæmoniorum ejicit Dæmonia* [2] ; alii intuper de eodem Jesu [3] *Dicebant quoniam Beel-sebub habet, & quia in principe Dæmoniorum ejicit Dæmonia.*

Sed quale hujus Numinis simulacrum ? Inter varias variorum tres tantummodo opiniones referemus. Prima nomen Beelsebub inditum Numini per contemptum opinatur ; cujus genuina esset appellatio *Beel-samin*, Deus Cœli. Secunda autumat, Numen fuisse tutelare Philisthæis, cujus potissimum opem in muscas implorarent, quemadmodum & Græci colebant Herculem muscarum venatorem. Tertia contendit, conseruras a Philisthæis muteas, quarum erectum in altaribus colerent simulacrum. Quæ pro singulis hisce sententiis afferuntur, conjecturas promamus.

Obtinuisse apud Hebræos mores externorum Deorum nomina corrumpendi ex Sacris Libris intelligimus. Quo enim horrore Numina illa prosequebantur, eodem & nomina detestantes, ne proferre quidem illa, vel designare sustinebant. Urbs *Bethel*, quæ vox *Domum Dei* sonat, non raro immutato nomine *Bethaven*, domus iniquitatis, vanitatis, nihili appellatur, ex quo aureï vituli a Jeroboamo fabricati ædes effectæ est [4]. Monti Olivarum montis offensionis nomen [5] accessit, quod erecti ibidem Fani ædes effectus est. Valli Heliopolis in Cœlesyria, Templo Solis sive Baal infami nomen vallis iniquitatis ab Amos tribuitur [6]. Isbaal, Miphibaal, filii Saul, variato nomine in Scriptura appellantur *Isboseth* & *Miphiboseth*, i.e. vir confusionis, os confusionis, quo prophanum nomen Baal evitaretur. Dominus Oseæ 2. 16. 17. profiteatur commissurum se, ne ultra nomen Baal in ore populi sui verseretur, ut nec uxor quidem cum viro suo familiarius loquens, illud usurpare nosceret ; neque enim, inquit, ultra appellabit conjux virum suum *Baale*, i. e. Dominum meum, sed *Ischi*, virum meum, sponsum meum. Non abs re igitur suspicaremur, Hebræos recepto more nomen *Beel-samin*, Deum Cœli, reddidisse *Beel-sebub*, Deum Muscam, vel *Beel-sebub*, Deum salacitatis, quemadmodum legunt pleraque Græca Exemplaria & Vereres Interpretes.

Sed cur nomen *Beel-samin* in *Beel-sebub* transferendum maluerunt ? Ideo, inquiunt, quod victimarum cruore ablutum simulacrum muscas acceleret, quibus etiam ebulliebat Templum, invitante odore carnium & sanguine hostiarum. A Templo Salomonis, si Rabbinis fides, omnis exulare Musca Divino prodigio jussa est. Sed hæc frivola sunt, nec majorem merentur fidem, quæ de Templo Salomonis a muscis immuni jactitant. Quin & ex Textu quarti Regum supra laudato satis intelligimus, nomen illud peculiare esse, non deridiculo impositum ; neque enim alioqui Ochozias Numinis opem imploraturus mittens, eo Deum illum nomine compellasset.

Altera proxime succedens sententia, muscarum aucupio occupari Deum autumans, nihilo melioris est fidei. Tota enim illa structura futilibus & a longe deductis conjecturis, quæ in speciem quidem aliquid, re tamen nihil probant. Adducunt Jovem muscarum aucupem ab Eleis cultum, sicut & apud Romanos Hercules item auceps muscarum notus erat [7]. Plinius narrat [8] in Olympiæ sacris tauro litatum fuisse Numini aucupi muscarum, quo sacrificio vix ablato, inquit, statim abactæ muscæ extra territorium turmatim evolant. Author sacrorum Hercules habutur, qui cum Olympiam veniret, & sacrum Jovi parasset, quo molesto muscarum tædio liberaretur, Jovi muscarum aucupi litavit : nec mora, statim molestorum insectorum examina facessere loco, & trans Alpheum avolare visa sunt. In Fano Apollinis ad Actium eidem incommodo occurfum, mactato muscis tauro, illuque sanguine relicto, statim enim veluti sacrificio contenæ abibant [9]. Præsentissimum etiam habebatur Herculis Numen in culices ; unde nomen inditum Deo *Conopion*.

Cyrenaici, inquit Plin. l. 10. c. 29. *Achorem Deum invocant, muscarum multitudine pestilentiam afferente : qua protinus intereunt, postquam litatum est illi Deo.* Porro Deum *Achor* sive *Accaron* ipsum esse Beelsebub non inviti suspicaremur ; quamquam de re prorsus incognita [neque enim aliud de illo memoriæ proditum est] melius judicium omne suspenditur. Illud tantummodo addendum nobis, vix posse in animum nostrum induci, solam, quæ Deo tributur, muscas depellendi virtutem, in causa fuisse, cur *Beelsebub* appellaretur ; scimus enim Jovem, & Herculem, Deos ambos in Muscas tutelares, tantæ virtutis merito nomen sibi promeruisse aucupis muscarum. Ita plane cujus Numen præsentissimum lentitur in mures, & serpentes, non continuo *Deus mus*, & *Deus Anguis* nuncupatur. Quæ tandem ratio suadet *Beelsebub* Numen fuisse in muscas prodigiosum ? Nihil ea de re in Sacra Historia, & ne verbum quidem in prophana. Scitum est tantummodo Oraculum ejus in Accaron reddendis furorum oraculis celebratum fuisse : quare Ochozias non impetrandæ a morbo sanitatis, sed de morbi eventu consulturus Legatos eo misit.

Tertia tandem sententia ex Numine muscam facit, Divinis honoribus ab Accaronitis cultam, vel hominem muscam habentem sive in manu, sive in capite, sive ad latera. Scitum est enim obtinuisse apud Gentiles, ac maxime Ægyptios, morem, ut vera animalia conſecrarentur, ut puta taurus, aves, crocodilus, vel saltem eorum simulacra aurea, argentea, lignea, æneaimponerentur Altaribus. Sæpe tamen Numinibus suis brutï aliquid coagmentabant ; uti Isidi caput

(1) 4. *Reg.* 1. 2. *&c.* (2) *Matth.* 12. 24. *Luc.* 11. 15. (3) *Marc.* 3. 22. (4) 1. *Reg.* 13. 5. *&* 14. 23. *Osee.* 4. 15. *&* 5. 8. *&* 10. 5. (5) 4. *Reg.* 23. 13. (6) *Amos* 1. *Habitatorem de campo Idoli Mibbakath, avers.* (7) *Clem. Alex. in Protrept.* (8) *Plin. l.* 29. *c.* 6. *Olympiæ sacro certamine, nubes earum immolato tauro, Deo, quem Myiodem vocant, extra territorium id abiere* (9) *Clemens in Protrept. pag.* 25. *Vide Rhodigin Alex. Dalecamp. in Plin l.* 29. 1. *n.* 1.

caput felis ſpectum eſt, Anubi caninus vertex, Dercto cauda piſcis, Ammoni cornua arietis, & ſic de ſingulis. Tandem capiti ſive manibus Numinum bruta animalia imponebantur, virtutis ſingulorum hieroglyphicum; uti piſcis, accipiter, cervus. Vide hac de re Nummos Ægyptios, & tabulam Iſiacam. Apes in veteri ſimulacro Dianæ Epheſinæ inſculptas licet ſpectare in Muſæo Farneſiano Romæ (1).

Porro muſcis non minus planè erat meritum, quam felibus, lupis, crocodilis, anguibus, ibicibus, formicis, muribus (*) febri, rempeſtati, cepis, porris, quæ omnia veſana Gentilitas Aris impoſita conſeeraverat. Author Sapientiæ 12. 8. immiſſas narrans a Deo in Amorrhæos & Chananæos veſpas & muſcas, a quibus paulatim e ſedibus illi ſuis repellerentur; addit deinde illa habuiſſe adverſaria, quibus divinos honores impenderent. Colebant ergo muſcas vel ſaltem muſcarum ſimulacra. Vide Sap. 12. 23. 24. Teſtimonium Diodori l. 5. de repenſis a Jove beneficiis in muſcas, ſive apes infantiæ ſuæ in monte Ida beneficas altrices, ſupra retulimus. Beneficiorum Deus ille non immemor, aureum æneo admixtum cojorem largitus eſt, ſimulque indulſit ut pernicioſiſſimo ceteris morſu ſe ipſas defenderent. Genus autem illud muſcarum diutius in monte perennatum ſuiſſe Ælianus *Hiſt. Anim. l. 17. c. 25.* eſt author. Ad cantharides alluſiſſe creditur. Author ille, ſicut & Diodorus, ita inſecta deſcribunt, ut cantharidas pinxiſſe videantur: illis enim venenatus morſus, illis aureus color quadrant. Plerique tamen Scriptores illos interpretantur de apibus. Dignius etiam aliquid munificentiæ ſuæ donum liberaliſſimus Jupiter muſcis contulit, ut *ſcilicet haberent liberos*, air Servius io Virg. Georg. l. 4. *ſine illo concubitu*. Virgilius nartat non defuiſſe, qui viſo ordine atque politia apum animalia illas, intelligentia, & portione Divinitatis quadam præditas fuiſſe ſuſpicarentur (2).

His quidam ſignis atque hoc exempla ſecuti.
Eſſe apibus, partem Divinæ mentis, & hauſtus
Ætherios dixere.

Symbolum habebantur immortalitatis, quippe quæ ſibi ipſis poſt interitum viram redonarent, neque gignendis & reparandis apibus commixtione utriuſque ſexus opus (3) haberent.

Illum adeo placuiſſe apibus mirabere morem,
Quod nec concubitu indulgent &c.
Verum ipſe ſuiſſi natos, & ſuavibus herbis
Ore legunt.

Didymus apud Lactantium de falſa relig. lib. 1. cap. 22. prodit, Meliſſo Regi Cretæ geminas fuiſſe filias Amaltheam, & Meliſſam, quarum illa lactæ, altera melle infantem Jovem pavérit. Fabula hiſtoriæ nocedens, ex *Amalthea* capellam, uberibus ſuis puerum lactantem fecit, ex *Meliſſa* apem, mellis ſui dulcedine infanti blandientem: Illi in præmium officii Divini honores cefferunt, cur veto eodem præmio & altera fraudaretur?

Scarabæus ſive cervus volans, quem non immerito in muſcarum cenſu habemus, inter Deos eriam ab Ægyptiis agnoſcebatur (4). Probrum hoc depulſurus a gente ſua Appio Grammaticus, obſervat ſcarabæum Solis opera æmulari, quippe qui ſtercoreum globum vertens ſeipſum reproducit, nam poſt depoſitum in globo illo ſemen omnia ſub terra recondit, quoque foto ſum ſemine novus exſurgat in auras ſcarabæus. Tanta erat olim pro inſecto illo miſtium Ægyptiorum veneratio, ut in annulis exſcul-

ptum geſtarent (5). In rabulis ſcarabæus & alterius etiam generis muſca non raro ſpectantur; varia enim muſcarum genera colebant Ægyptii. Non eſt igitur cur Philiſthæi ſimiles honores muſcæ ejus generis, vel ſimili denegaverint. In plane ſententiam de hoc Numine fuam ferunt Septuaginta (*), & Patrum Græcorum beoe multi (6), & vir quidam Eruditus (7) muſcam in veteri nummo Phœnicio obſervavit. Quin & muſcæ cultum diutius etiam poſt invectam Chriſtianam Religionem, Acarone manſille Philiſtæus infinuare videtur, cum de hæreſi Judæorum muſcas colentium in Acaron agit *hæreſ.* 23.

Jeſus Chriſtus Matt. 12. 24. Luc. 2. 15. Marc. 3. 22. Beel-ſebub Principis Dæmoniorum titulo notavit, unde conjectura facilis deducetetur, infinuatum eo nomine Jovem, in cetera Paganorum Numina, tamquam omnium Principem, regnantem. Poteſt autem non incongrue Jovi nomen *Baal muſcarum* aptari, ea ſcilicet ratione, quam ſupra inſinuavimus, quippe qui muſcas Idæas & aureo colore & mira quadam virginea fœcunditate donarit. Propheræ titulo ideo gaudere poteſt Jupiter, quod oraculum haberet in Accaron. Ita *Beel-ſebub* ipſe eſt *Jupiter Elaus* ſive *Diſtans* muſcarum fatellitio ſtipatus (8)

..... *Apes* .....
Curetum ſonitum crepitantiaque ara ſecuta,
Dictæi Cæli Regem pavere ſub antro.

Profecto ſi in Paganorum Theologia ſuus fuit cultus corvis, capellis, picis, quæ ab impoſteribus doctæ ſua edebant reſponſa, & Oracula (9); cur non idem honor fuerit muſcis Numini Jovi dicatis?

MARNAS.

NIHIL de Marna in Scriptura, quod ſane Numen culrum in Gaza urbe Philiſthæorum tradunt S. Hieronymus, & Prophanorum nonnulli. Servantur etiam nummi, in quibus Gaza titulo *Marna* inſignitur (10). De Numinis illius Templo ita S. Hieronymus in Epiſt. ad Lætam: *Marnas Gaza Iuget incluſus, & everſionem Templi portimeſcit.* Legitur in vita S. Hilarionis, ludos, & curriculorum agitationes in ejus honorem inſtitutas, Stephanus Geographus (11) autumat, *Marnam* eumdem eſſe ac Jovem Cretenſem. Marna Syriace, qui vernaculus erat in Paleſtina ſermo poſt captivitatem Babylonicam, vel ſaltem poſt Macchabæos, ſonat *Dominus*: quod Jovi optime quadrat. Sed nec immerito eodem denotari Solem, vel Apollinem maximum totius Orientis Numen ſuſpicaremur. Templum Apollinis in Gaza ſeoatui cogendo deſtinatum legimus apud Joſephum (12). Nec Cretenſibus incognitum erat nomen *Marnæ* & Marna, cum puellæ apud eas gentes *Marnæ* titulo, ac ſi dicerentur *Domizæ*, decorarentur. Ejuidem veſtigia in eadem Inſula deprehendas noo obſcura, ut in *Marnthu'a*, Marathi &c.

BERITH SIVE BAAL-BERITH

DEUS eſt ex Libro tantum Judicum notus, ubi poſt relatum Gedeonis obitum (13) legimus, Iſraelitas relicto Domino coram Baal ſupplices ſeſe provolviſſe: *Et poſuerunt ſibi Baal-Berith in Deum* (ita Hebræus). Templum erat ejus Numini celebre in Sichimis, unde eductam pecuniam Sichimitæ Abimelecho filio Gedeonis penderunt (14), eo etiam confugerunt poſt negatam Abimelecho obedientiam (15);

(1) *Vide Antiq. Grav. Graev & Gronov. t. 7. pagin.* 382. & 383. (*) *Clemens in Protrept. ad Græc. pagin.* 25. (2) *Virg. Georg.* 4. (3) *Ibid.* (4) *Plin. l.* 30. *cap.* 11. *Propter hoc Ægypti magnos ſuos ſcarabæos inter Numina colit &c.* Vide & *Plutarch. Symp. lac. l. 4. cap.* 5. & *Pierii Hieroglyphica l.* 8. *cap.* 14. (5) *Aelian. Hiſt. Anim. l.* 17. *c.* 15. (*) 4. *Reg.* 1. 2. (6) *Greg. Nazian. Orat.* 2. *contra Julian. Theodoret. q.* 3. *in* 4. *Reg. Procop. Gazæus.*

(7) *Joan. Erneſt. Gerard. Analect. ad Matt.* 12. 24. *pag.* 621.

(8) *Georg. lib.* 4. (9) *Clem. Alex. ad Gentes pag.* 9. (10) *Apud Spanhem. pag.* 669. (11) *In Gaza.* (12) *Antiq. l.* 13. *cap.* 22. (13) *Judicum* 8. 33. *Averſi ſunt filii Iſrael, & fornicati ſunt cum Baalim, percuſſerunt enim Baal ſoedus, ut eſſet ei in Deum.* (14) *Judic.* 9. 4. (15) *Ibid.* 24.

Ibi tandem Abimelechus ipſe mola manuaria a fœmina decurbate cliſus interiit. Noſtras de illo conjecturas dedimus in Commentario Judic. 6. 33. quibus has etiam addendas cenſemus, probantes Numen illud e Philiſthæis, vel Cretenſibus deductum, ipſum eſſe Dagoonem vel Derceto. Diodorus Siculus l. 5. tradit, Cretenſes religioſo cultu Deam *Britomartin* adoraſſe, quam ſane natam dicit e Jove & Carme, cognomento autem appellatam Dictynnam, quod inventrix haberetur venatorii retis, ſive quod Neptunum procacem amatorem fugiens, cum ſe in pelagum projeciſſet, ſubjectis piſcatoriis retibus excepta eſt. Dictynnæ verum etymon ex Hebræo *Dag-tannim*, magnus piſcis, deducendum jam a nobis demonſtratum eſt; nec *Britomartis* nomen aliunde repetendum quam ex *Berith* & *Marath*, Dea fœderis. Author a nobis ſupra laudatus, & Solinus Deam illam confundendam cum Diana cenſent, quod nobis etiam probatur, cum Dictynna, Derceto, & Atergatis nihil ſint aliud quam Luna ſub Dianæ nomine a Græcis culta. Sermo eſt apud Macrobium (1) de Baccho ſive Libero *Briſæo*, non alio ſane quam Sole, cujus pariter nomen deducitur ex Berith ſive *Beris*, juxta Chaldæam pronunciandi rationem. Ita Deus ſive Dea Berith, cui Templum Sichimitæ dedicaverant, ex vicinis Philiſthæis accitum erat Numen: origine vero a Creta, quemadmodum & cetera ejuſdem geotis, derivatum.

DISSERTATIO

DE SAMUELE PER VISUM SAULI objecto ad 1. Reg. 28. 11. 12.

JAM inde a primis Eccleſiæ ſæculis quæſtio de Samuele per vilum ſpectato viros doctos in partes diſtraxit. Inter maximos Doctores, & ſapientiſſimos Patres non tatis ea de re unquam convenit, & Eccleſia, ea qua præſtat ſapientia & diſcretione hodie uſque tolerat varias in hoc argumento & diſcrepantes opiniones, quibus aliqui nullum inferatur vitium unitati charitatis, fidei, morumque. Sunt qui contendant Pythoniſſæ factum eſſe, ut loqui ſe cum Samuele Saul opinaretur, cujuſque ante ſe ſpectum habere perſuaderet; quamquam alioqui nihil ante ſe haberet, nec reſpondentem audiret. Alii malunt Samuelem vere Sauli ſpectandum ſeſe præbuiſſe.

Quamquam nec inter patronos hujus opinionis ſatis convenit. Plerique enim contendunt, non vi quidem præſtigii, nec magicorum carminum deductum e Cœlo Prophetam ſtetiſſe coram Rege; ſed, inquiunt, Dei permiſſione factum eſt, ut neque veneficæ mulieris, neque magicorum carminum vi attenta, Prophetæ in conſpectum Saulis veniret, ejuſque oraculo impius Rex diſceret, quanta in caput ſuum ex denegata Deo obedientia evocaſſet mala. Alii vero afferere non dubitarunt, quandoquidem Sanctorum Animæ, quemadmodum & impiorum, nondum obtenta per Jeſum Chriſtum libertate ſub Principis tenebrarum poteſtate eſſent, ejus imperio coactum fuiſſe Samuelem, ut magicorum carminum invitationibus pareret.

Nec, ſi Eccleſiæ Patres diſſident, Rabbini magis conveniunt inter ſe. Ludibrium eſſe & merum Pythoniſſæ fallendi artificium tenuet R. Samuel Hophni. Cum enim reprobatum a Deo Regem, tum & iouctum a Samuele in Regem eumdem Saulem mulier vaferrima noſſet, nihil ſe tamen ſcire ne vultum quidem Regis agnoſcere ſimulavit; & per ſuppoſitum callide virum, antea de omnibus inſtructum, rotum rei eventum, qualem jam conjiciebat futurum, trepidanti Regi, ac Samuelem ſe audire autumanti nunciavit.

Saadia Gaon, & R. Hai docent fieri nonnquam potuiſſe, ut Pythoniſſæ virtute, niſi a Deo ipſum

...ntiam ex Origene præfert Eusthatius. *Origenes dicit, Damonem non animam tantum Prophetæ reduxisse, sed ipsissimo, pariter (ex inferis) alias Sanctorum Prophetarum animas.* Quamquam in loco ubi Origenes eam tractat quæstionem, hæc tantum hodie nobis leguntur (1): *Si ergo talis tantusque vir erat sub terra, & a Pythonissa evocatus est a fatemur oportet Damonem potestatem in Prophetæ animam obtinuisse.* Deinde orationem suam promovens, addit, quandoquidem Scriptura, seu Spiritus Sanctus Scripturæ Author evocatum a Pythonissa Samuelem asserit, nullum superesse de rei veritate ambigendi locum. Mirum autem nemini jure videri poterit, si apud inferos anima Samuelis aliorumque Prophetarum constituta dicatur, cum eo descendisse Christum legamus (2).

Origeni geminus accedit Anastasius Antiochenus, contendens (3): *Saulorum pariter & impiorum animæ in manu Dæmonis erant, antequam Dominus ad Inferos descendens exire inde justos præciperet.* Et S. Augustinus ad Simplicianum ea de re consultus lib. 2. Diversi. qq. q. 4. (4) rescribens, nihil se magis admirari, ait, potuisse Dæmonem Samuelis animam coram Saule statuere, quam Sachanam colloquia cum Domino miscuisse, facultatem petiisse ab illo manum in Jobum injiciendi, ac tandem ipsum Christum abreptum in pinnaculum Templi elevasse. Si Christus, citra dispendium majestatis & potentiæ suæ Diabolum tentantem sustinuit; si Judæos ignominiam vinculorum & Crucis inferentes toleravit; quid sane nequiverit secreta providentiæ & sapientiæ suæ dispensatione committere ut magicis evocationibus anima Prophetæ pareret? *Cur*, prolequitur idem S. D. *anima boni hominis a malis viris evocata si veneris, amittere videatur dignitatem suam, cum & viri plerique boni vocati ad malos veniant ..... servate atque inconcusse docere virtutis suæ?* Sed in lib. de Cura pro mort. cap. 15. agnoscit Augustinus Samuelis animam reapse in conspectum Saulis venisse.

Rationes eorum qui Samuelem vere Regi apparuisse negant, hæ potissimum adducuntur. 1. Cum Dæmon nihil in animas Justorum possit, quid sane valuerit in Samuelem Pythonissa? Quamquam igitur contrariæ sententiæ favere creditur littera Textus, ita tamen exponenda videtur, ut non Samuel ted spectrum aliquod Prophetam referens Regi verba fecisse atque minis terruisse intelligatur. Neque Scriptoribus Sacris accidit infrequenter, ut de rebus loquantur non ad veritatem, sed ad speciem (5). Ita de Magis Pharaonis scriptum legimus, produxisse illos, Moysis prodigia æmulatos, angues, ranas, sanguinem, scyniphes &c. An forte reipsa Dæmon hæc omnia produxit, non secus ac Moyses? Minime ille quidem; neque enim Divina Moysis prodigia pari cum præstigiis Magorum passu processisse credenda sunt. Porro humano modo locuti SS. Scriptores rem narrarunt.

2. Vix in animum inducimus, Deum post rejectum jam olim Saulem, denegatoque ipsi oracula sive per Prophetas, sive per somnia (6), acquievisse tandem ut Samuelem concederet, cum maxime per crimen, nempe consultis Magis (quod antea ejusdem Saulis ed icto vetitum erat) peteretur. Igitur si neque Deus Pro phetam emissise creditur, neque Dæmon quidquam ea in re poterat, restat ut ipse se Propheta ultro in conspectu Regis constituerit, vel saltem, quod malumus, Prophetæ spectrum credulo Sauli illusisse. Siquidem, si veniſſe dicatur, vel invitus & magicis incantationibus coactus descendit, vel sponte, vel saltem Divinis justionibus morem gerens. Nihil horum admittitur a solum ergo pro Samuele spectrum Regi exhibitum est.

3. Si Samuel Regem convenisset, vel corpore accinctus venit, vel spiritalem tantum animam stitit. Si corpore; quid sola Pythonissa notum Sauli cetesisque virum agnovit? Si Spiritus venit; quo privilegio mulier spiritum vidit, adstantibus omnibus invisibilem? Quid autem desciendisset Propheta, si aspectum suum illi denegabat, cujus gratia accitus venerat? Si invisibilis adfuit; frustra ille quidem venisset; si visibilis, par erat Saulem virum nosse & audisse citius, quam Fœmiuam præstigiatricem, cui nihil erat cum Samuele.

4. In rei gestæ historia a Scriptura deleripta satis habemus argumenti, cur sive fraudi mulieris, sive spectro alicui vano a Dæmone objecto res tota deputetur. Namque Sacer Historicus sermonem Prophetæ quidquid tandem vir ille esset, referens, satis demonstrat, aliud plane esse quod loquebatur, quam Propheta, cujus alioqui personam gerebat. Ut quid enim Propheta hæc verba loquens inducretur, *Quare inquietasti me, ut suscitarer?* Quasi scilicet Prophetæ quies magicis evocationibus turbari potuisset, atque invitus a somno excitari. Viventium scelera, malaque Dæmonum consilia numquam committent, ut Tranquillum in altera vita justorum statum conturbent. Falsum igitur præseferebant aliquid verba illa, quasi scilicet invitus Samuel e sinu Abrahæ extractus eo deductus fuisset. Ubi autem Prophetæ religio, cum adorantem se Saulem sustinuit? v. 14. *Inclinavit se Saul super faciem suam in terram, & adoravit.* Egregius iste Propheta dissimulato viri facinore, de consultis nempe Dæmonibus, atque de obsistmato in impietate animo, omissis insuper peroportunis monitis, ut ad Deum tandem regrederetur, misero potius insultat, atque in ultimam desperationem deducens, edicit nihil manere illi a Deo auxilii; quare necem sibi filiisque cum & exercitui universo imminere intelligeret. Hiscenc indiciis Divinus Spiritus agnosceretur, atque pietas Viri, qui, teste Scriptura, Saulem vel ab ipso Deum reprobatum desiere non destitit (7)? Insuper si impetrari illud potuisset, ut vi caminum magicorum Samuel evocaretur, nonne id effecit Necromantiam commendare, atque homines ad illam pronos magis, magisque invitare? Frustra autem reponeretur, non id factum magicorum carminum vi; populus enim non factum ipsum, sed quod maxime Scriptum apparet, obstevat. Non abs re igitur credimus, alterum plane a Samuele evocanti Regi adstitisse; præcavente Deo, ne hoc exemplo pietas & fides populi sui in discrimen veniret.

Frustra autem opponuntur futurorum oracula, ab illo, quicumque tandem esset, sive spectro, sive Propheta, pronunciata. Quod enim ab illo pandebatur, sive mendacium erat, sive incertum, sive aliunde cognitum; nihil autem superabat sive Dæmonis, sive etiam fœminæ Pythonissæ scientiam. Saulis reprobatio, Davidis substitutio res erant in toto late Israele notissimæ; quin & partim jam impletæ, partim vero jam jam perficiendæ expectabantur. Affectæ Saulis res, desponsentes militum animi, ipse Rex ad ultimas desperationes adductus; hæc, inquam, omnia latere neminem poterant. Hanc animi sui angustiam, summumque rerum suarum discrimen Saul ipse cum fœmina collocutus prodidit. Post hæc autem omnia, admirationi locus erit, si de siniſtro belli eventu certum oraculum pronunciavit? Sunt etiam, qui in ejus verbis mendacium deprehendant; quippe quæ mane alterius diei patrem cum Filiis occidendos præcinerit; contendunt enim præsium ad tertiam diem dilatum fuisse. Quomodo autem adjungere poterat oraculum, Saulem ejusque filios mane alterius diei futuros cum Samuele? Scimus enim virum illum obfirmato in impietate animo diem clausisse, quare ad inferna fuerat deputandus; cum interim Samuel reque justorum frueretur, penes quem appositus etiam Jonathas, filius Saulis, & amicus Davidis pie creditur. Sed fac ea omnia veritati congruerent; an igitur continuo a Samuele pronunciata credenda sunt (8)? Nonne accidit sæpe, ut Angelus Scelebratum in Angelum lucis transformetur, & Satan mendacii pater vera edicat? Nonne ejus sunt de Jesu Christo in Evangelio pronunciata elogia (9)? sicut & Actuum

(1) *Orig. in 1. Reg.* 28. (2) *Vide eumdem tom.* 27. *in Jo.* (3) *Anast. Antioch. in Odego q.* 12. (4) *Vide & de Doctr. Chri. cap.* 32.

(5) *Vide Eustat. & c. Nissen. Epist. ad Theod. Epise.* (6) 1. *Reg.* 28. 15. (7) 1. *Reg.* 15. 35. (8) *Vide Aug. lib.* 2. *ad Simplic. q.* 4. (9) *Marc.* 3. 11. & *Luc.* 4. 41.

16. 17. de Paulo & Sila ante edicit; *Isti homines servi Dei Excelsi sunt, qui annunciant vobis viam salutis.*

Favent huic opinioni PP. plurimi, & Interpretes non rari, Eusta thius Antiochenus Dissertationem de hoc argumento in Origenem adornavit, nihil in ea historia nisi dolum, atque illusionem Pythonissæ agnoscens, Pseudo-Justinus q. 32. ad Orthodoxos, apparuisse negat verum Samuelem Regi expectanti, sed falso præstigio, inquit, Dæmon persona Prophetæ assumpta adstantibus impositit, permissuque a Deo contra instam ad mendacium indolem, vera prodidit. S. Pionius Martyr (*): Tertullianus de Anim. c. 57. S. Basilius Magnus in Isai. 8. S. Gregorius Nyssenus Ep. ad Theodos. Episc. patria sustinent, Quin & S. Nyssenus autumat, Dæmonem sub Prophetæ specie, tabellitio aliorum Dæmonum stipatum videndum se præbuisse, ex quo factum, ut Maga (1) elamitans diceret: *Deos vidi ascendentes de terra.* S. Hieronymus (2) ita meutem suam prodit: *Saul per incantationes, & artes magicas visus est suscitasse Samuelem.* Et in Matth. 6. *In Samuelis phantasmate Pythonissa loquitur ad Saulem.* Frustra autem in hanc rem congeremus non dissimiles sententias S. Cyrilli Alexandrini (3), Authoris qq. in V. & N. T. q. 26. Pseudo-Augustini de Mirabilibus Sacræ Scripturæ l. 2. c. 2. sicut aliorum plurium ex prisci, recentibusque Interpretibus (4).

Sed intet fautores hujus sententiæ, quidam indignum rati, Dæmonem vim habuisse efformandi spectri similitudinem Prophetæ referentis; Deus, inquiunt, sive ipse per se sive Angelorum ministetio concpactum phantasma coram Saule statuit, eoque divinitus loquente, futurorum eventus Rex miser audivit. Hæc opinio tam alte fedit Theodoreto, ut adversæ sententiæ omnes stultitiæ arguat (5); namque, ait, eo deducuntur, ut Dæmonem justa Dei exponentem Sauli indueant; quod sane repugnat illi 1. Par. 10. 13. juxta Septuaginta: *Mortuus est Saul in iniquitatibus, quibus iniquè egit Deo, super verbum Domini, quem non observavit, quia interrogavit Saul in ventriloquo ad quærendum, & respondit ei Samuel Propheta.* Leo Patriarcha Præfectus Carieræ apud Allatium (6), aliique nonnulli eamdem sententiam tuentur.

At sane incongruum videtur, ea omnia, quæ Samueli in Scriptura tribuuntur, Dæmonis tantum operationi referri, ne præmonitis quidem de fraude subdoli artificii Lectoribus, eum maxime ratum habuere videatur ac firmum, eum, qui eum Saule sermones miscuit, ac futurorum oracula aperuit, vel ipsum fuisse Samuelem, vel saltem (spectrum ipsius, ejus spiritu, & nomine, non sine Dei jubentis voluntate agens. Ad mendacia, & absurda in eo oraculo aliquibus animadversa quod (pectat, facile demonstraretur, quemadmodum & in Commentario notavimus, nihil contra veritatem, verumque Samuelis character esse, sicut nec contra rerum gestarum eventus, pronunciatum fuisse.

Duplicis tantum mendacii teus sermo ille arguitur: 1. quod committendum præmuneiaverit præsium mane alterius diei. 2. quod Saul, ejusque Filii apponendi essent cum Samuele. Primum duplici ratione excusamus: vox illa eras, non semper certum aliquem temporis articulum designat; sed non raro pro futuro incertoque usurpatur; ita Exod. 13. 14. illud: *Cum interrogaverit te filius tuus eras.* Esto autem pro certo tempore missurarerur, nihil contra veritatem historiæ inde contigisset. Saul exacta cum Pythonissa nocte, potuit facile in castra, non longe ab Endor posita, se restituere; eademque die potuit a Philisthæis præsium committi. Fuso suorum exercitu Rex ad ultimam desperationem adductus, gladio se confodit. Quid hic factu non possibile? Alterum mendacium in verbis Samuelis verlatur: *Cras tu & filii tui mecum eritis*, quæ sane verba vel teddi possunt; eras inter mortuos vos, sicut & ego sum, (se temini vel vos mecum eritis in sinu Abraham. Cum autem postrema hæc interpretatio impium aliquid præferat, ut scilicet vir impius & in scelere obstinatus æquo sit jure cum Justis & Prophetis; ideo prior sententia præferenda, ut verba Prophetæ *non ad æqualitatem felicitatis, sed ad parem conditionem mortis referantur*, ait S. Augustinus Simplic. l. 2. q. 44.

Adde, opinionem illam, quæ Diabolico præstigio factum deputat, nihil habere solidi in S. Scriptura. Nec vocula quidem ea de re in Textu animadvertitur; & quid incongruum apparet in Historia, id facile statim e medio subdueitur. Nihil non ex angustias cogit, ut evocatum vi magicorum carminum Propheram, atque authoritatem suam Dæmonem in animas sanctorum exeruisse fateamur. Deus peculto providentiæ & sapientiæ suæ consilio poterat eo temporis articulo statuisse coram Rege Propheram, nullo habito vel ad Dæmonem vel ad Pythonissam respectu; quemadmodum & a Balaamo Pseudo-Prophera, vel ipso Rege Balac invito, vera futurorum oracula expressit (*) & Caiphæ verba in Christum prolata ad oraculum derosit (7). Ita plane ea occasione servatum; Deus magicas artes præveniens Prophetam suscitavit, antequam Pythonissa excantationes suas omnes expleslet, ut ex Scriptura constat, ea planè ratione ac Elias Propheta (8) virosa Rege Ochozia missos ad consulendum Beel-zebub Deum Accaron præcupans, quæ a Numine audituti veniebant expoluit: *Numquid non est Deus in Israel, ut eatis ad consulendum Beel-zebub Deum Accaron? Quam ob rem hæc dicit Dominus: De lectulo super quem ascendisti, non descendes.*

Hæc plane omnia in Scriptura pertissime intelnuntur, eum (cilicet Pythonissa inhorruisse legitur ad Samuelis aspectum (9): *Cum vidisset mulier Samuelem, exclamavit voce magna, & dixit ad Saul: Quare imposuisti mihi? Tu es enim Saul. Dixitque ei Rex. Noli timere: quid vidisti? Et ait ad Saul: Deos vidi ascendentes de terra.* Cur pavet mulier, nisi infuetæ visionis hortore? Porro Dæmones impiorumque tantum animas magicis incantationibus evocatas (pectare (suera, novum plane aliquod, nempe augultum & divinum aliquid (pectare Samuelis os intuita, ferre non potuit. Samuel inexpectatus sese obtulit ante peractas mulieris exeantationes; unde facilis conjectura dueitur alterius, non magica virtute factum esse ut Samuel coram Regestatueteture; inde terror inde clamores Veneficæ.

Rejecerat quidem Saulem Deus, consultusque nihil sive pet somnia sive per Prophetas respondit; sed quæ huc usque denegaverat, tunc saltem potuit concedere. Nonne in furore aliqua interdum permittit, quæ olim indulgens negavit? Post voluntatem diterminia, tandem iram suam in eos exetit, qui diutina beneficiorum abusione seeleris sui mensuram impleverunt. Quæritur cum Saule Samuel: *Quare inquietasti me?* Quæ humanis moribus usitata diecendi formula est, rigide non expendenda.

Regi ne vero an Pythonissæ (pectandum se præbuerit Samuel, nihil ad rem, cum unicus veniisset exprobrandis Regis criminibus, atque imminenti a Deo ultioni prænunciandæ, quæ quidem sive suis sive aliorum verbis præstaret, perinde fuisset. Imo ad Prophetæ dignitatem conduxisset magis, si aliorum ministerio usus, nolle se ne verbo quidem impium Regem dignari demonstraret. Quod vero addunt, alienum fuisse ab indole Samuelis; ut misero adeo acerbus insultaret, nec tandem committendum fuisse a Propheta, ut a Rege Divinis honoribus coleretur; ad illa reponimus, 1. Profunda quidem salutatione venientem Prophetam salutasse Regem, qua in eo non cultum aliquem impendille; quare adoratio illa civilis erat, non religiosa. 2. Concesso ad pœnitendum tempore

(*) *In Actis illius.* (1) 1. *Reg.* 28. 13. (2) *In cap.* 7. *Isai. Et in cap.* 13. *Ezech. Qualis fuit illa, quæ visa est suscitasse animam Samuelis.* (3) *De Ador. in Spir. & Verit. lib.* 6.

(4) *Vide & Method. Patriarc. adverf. Orig. de Python. Philastr. de Hæres. cap.* 26. *Synesl. Chronic. Procop. Gazæum, Rupert. l.* 2. *in* 1. *Reg.* 17. *& alios plures apud Allatium de Engastrimy. cap.* 11. *Ita & Vat. Grot. Jun. Cleric. alii.* (5) *Quæst.* 63. *in* 1. *Reg.* (6) *De Engastr. cap.* 9. *Vide & Procop. Gaz. in* 28. *Reg. Anaſt. Antioch.*

(*) *Num.* 23. 7. (7) *Jo.* 11. 51. (8) 4. *Reg.* 1. 3. 4. (9) 1. *Reg.* 28. 12.

pore eum Saul abusus fuisset, reliquum erat, ut miseratione deposita Propheta severitate & zelo armaretur in virum pervicacem, qui veteribus criminibus immane illud addiderat, nempe Magos & Ariolos consulendi.

His refutatis rationibus, cetera minoris sane roboris sive victæ se ultro tradunt, sive ex argumentis infra addendis conficientur.

Si autem neque Spiritus aliquis nequam, neque spectrum aliquod a Dæmone suppositum in scenam prodivit, fateamur oportet, ipsum per se Samuelem descendisse: ejus verba pura fuisse oracula, atque Textum Scripturæ prono & maxime litterali sensu accipiendum esse. Quod postremo dictum fusius jam demonstrandum suscipimus.

Rex est omnium confessione exploratissima, in expositione Sacrarum Scripturarum simplici ac maxime prono litteræ sensui semper esse inhærendum, nisi si quid fidei vel pietati absonum ex eo referatur. Nihil est autem Fidei & pietati repugnans in hac historia, nisi quod Dæmoni atque magicis carminibus vis tribuatur in animas Justorum & Sanctos. Hoc uno salvo; quidquid ad fidem & pietatem spectat, integrum est. Porro tria esse quæ difficultatem illam tollunt, supra insinuavimus. 1. Si Deum magicas evocationes prævenisse, Prophetam statuendo coram Rege ante completum lustrum a Pythonissa ritum, diximus. 2. Si eo temporis articulo suscitandum Deus Prophetam censuerit, suo usus arbitrio, non magicis evocationibus servire coactus. 3. Si Deus, vel Angelus ejus jussu, phantasma aliquod pro Samuele exhibuerit. Postremam hanc interpretationem, S. Augustino debemus: quæcumque autem ex hisce tribus eligatur, æque omnia salvar, neque a littera Textus diverteræ quidquam cogit. Namque & mulier intenta operi nefario, & Samuel, vel ejus umbra cum Rege colloquia miscere, omniaque illa Dei jussu peragi agnoscuntur.

Atqui umbra Samuelis nunquam verus Samuel dici potuisset. Vel semel admissa phantastica ejusdem prophetæ visione, actum est de Veritate Textus Scripturæ, in quo non semel visus Samuel, ac cum Rege colloquia miscuisse legitur. Hæc objectionibus reponimus, moribus usurpatum esse, ut viso nummo, sive imagine picta, vel phantasmate Cæsaris, aut Virgilii, ipse conspectus Cæsar, Virgiliusque dicatur; quemadmodum viso per quietem homine, conspectus homo dicitur. Ira plane visus phantasmate Samuel a Rege, tamquam verus Samuel haberi poterat, ac de Prophetæ usurpari, quæ ejus umbræ deputabantur.

Est igitur cur a littera Scripturæ, apposita quam supra adduximus cautione, non recedatur. Spiritus est enim Divinus, qui Opus dictavit. ejusque veritatem authoritate sua confirmat: numquam autem ille contra veritatem litteralem cautos nos facit. Si ergo reliqua historia ad litteram accipienda est; cur hæc tantummodo portio alio fuerit detorquenda? Legat quicumque historiam illam, & primo intuitu numquam legenti sucurret, nisi vera Prophetæ visio. Nonnisi seria ejus historiæ meditatio, metuique ne quid concedatur necromantiæ, atque Dæmonis in animas Justorum authoritati, Authores quosdam ad alias meditationes deduxit. Facile etiam pruritus contradicendi Origeni, ejusque sententiam absonam alioqui & erroneam confutandi, in contrarium plane studium pertraxit. Sane si fas esset Scripturæ sensum torquere, atque adeo violentum in modum distrahere, si forte obscurum in illa aliquid deprehendatur; actum esset de Historiis Sanctissimis totius Scripturæ. Hic Samuel in Dæmonem transformatur. Propheta in Angelum tenebrarum, ejus oracula in mendacia, sermoni ipsius absurda quædam & incongrua appinguntur. O miram sane metamorphosim! Porro ad eas angustias in explicatione Scripturæ non nisi summa necessitate cogente adducamur oportet, agitur enim de Scriptura Divinitus inspirata, cujus veritas ceteras humanas veritates longe antecellit. Tandem Prophetæ vices Diabolo demandare numquam citra injuriam Prophetæ permissum est. Ludibrio quin etiam licentioforum exponitur veritas, & authoritas Divinarum Scripturarum, si ad sensum detorquentur plane litteræ repugnantem.

Fatemur quidem, pluribus inter veteres Patres eam opinionem arrisisse, quos tamen ab impiis ejusdem sententiæ consecutionibus longe absuisse nedubitamus quidem. Videntur illi plane non satis advertisse ad Textum Eccli. 46. 23. qui de tota quæstione sententiam ferre in favorem vetæ & minime fucatæ visionis Prophetiæ videtur. Potuit scribentibus facile exeidisse sententia illa, vel saltem non ea erat ejusdem Operis tum temporis authoritas, qualem nostra demum ætate obtinuit. Illud constat, numquam apud illos in eam rem laudari, juxta ac Alfatius observavit (1). En igitur locus Ecclesiastici: *Post hoc dormivit, & notum fecit Regi, & ostendit illi finem vitæ suæ, & exaltavit vocem suam de terra in prophetia, delere impietatem gentis.*

Non sane dicet aliquis, Scriptorem de objecto sub specie Samuelis Diabolo egille, neque exprimere illum res ad speciem tantum, non ad veritatem. Committine unquam potuisset, ut recurrente toties in Scriptura ejusdem historiæ intentione, nusquam tamen ne verbulum quidem occurreret, præsignum Dæmonis insinuans? Est ne plane certum Dæmoni ipsi tantam ineisse potestatem, ut ipse per se visibilem speciem viri Sancti posset exhibere? In 1. Par. 10. 13. ubi eadem historia compendio refertur, nihil æque ac in Ecclesiastico occurrit, quod non verum Samuelem loquentem, & sese exhibentem prodat. *Mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas, eo quod prævaricatus sit mandatum Domini, quod præceperat, & non custodierit illud, sed insuper etiam Pythonissam consuluerit, nec sperauerit in Domino.* Septuaginta habent, uti ex Theodoreto supra observavimus. *Quia interrogavit in ventriloquo ad quærendum, & responsis ei Samuel Propheta.*

Sola litteræ inspectio tam altam impressit de veritate Propheticæ visionis ideam in mente Veterum fere omnium, ut aliquos in eas extremitates quondam pertraxerit, quas cavisse nos omnino malumus. Fassi enim Samuelem reipla coram Rege stetisse, Dæmonis, & magicorum carminum vim plus nimio extulerunt. Laudantur in eam sententiam S. Justinus Martyr, Origenes, & Anastasius Antiochenus. Verum S. Augustinus post libratas judicii lance varias de hoc argumento sententias, in eam tandem inclinat, quæ Prophetiæ Visionis veritati favet (2), & S. Ambrosius in Luc. cap. 1. *Samuel*, ait, *post mortem, secundum Scripturæ Testimonium, futura non tacuit.* Author carminis in Marcionem l. 3.

Mirificus Samuel cui Reges ungere primum,
Talibus in vitæ spatio laudabilis exit,
Ut quoque post requiem Prophetica jura teneret.

Zeno Episcopus Veronensis Serm. de Resur. ait, Samuelem post obitum non tantum coram Saule stetisse, sed colloquia miscuisse cum illo, liberius post obitum carpens, quam vivus fecerat. S. Thomas (3), ab Augustino magistro numquam recedens, & ab Ecclesiastici textu persuasus scribit, Samuelis animam de belli eventu sibi a Deo revelato; certiorem Regem fecisse: addit oraculum illud vere Prophetieum habendum esse, cum Samuel ad statum beatitudinis æternæ nondum pervenisset. His omnibus jungimus Severum Sulpicium (4), Rabanum Maurum (5), Theodoretum (6), Isidorum Hispalensem, Eucherium, Anselmum Monachum, aliosque, qui S. Augustinum exscripserunt. Paria tradunt duce Josepho He-

(1) *In Eustar. de Engastr. cap. 24.* (2) *Aug. de Cura pro mortuis cap. 15. Nam Samuel Propheta defunctus vivo Sauli etiam Regi futura prædixit.* (3) 2. 2. q. 174. *art.* 5. *ad* 4. Vide eumdem 1. p. q. 89. *ar.* 8. *ad* 2. (4) *Hist. Sacr. l.* 1. (5) *In Eccli. l.* 10. *cap.* 12. (6) q. 63. *in* 1. *Reg. Vide & Beda in Reg. l.* 4.

bræo, omnes ferme Rabbini (1), & Commentatores Catholici plerique, Lyranus, Dionyſius Carthuſianus, Cajetanus, Sanctius, Steuchus, Bellarminus, Salianus, Serrarius, Eſtius, Coccius, Caſtro, Galatinus, Soto, Franciſcus Valeſius, & alii ſexcenti (2).

Sola Authoris Sacri lectio de ſententiæ hujus veritate perſuaſos nos facit. Vix Pythoniſſa evocandum ſibi aſſumpſerat poſtulatum a Rege Samuelem, cum ſubito & inſperato obvium habens virum gravem, exclamavit, & dixit ad Saul: *Quare impoſuiſti mihi? tu es enim Saul.* Quantum porro ingenium, & verba Textus torquenda ſunt, ut ſenſus exprimatur plane verbis contrarius, objectum nempe ſub aſpectu propheræ Dæmonem fœminam terruiſſe? Requiſita a Rege, quid, ſibi monſtri occurriſſet, reſpondit: *Deos vidi aſcendentes de terra*, nempe Judicem, Principem, Magiſtratum: *Vir ſenex amictus pallio.* Actutum Rex his indiciis Samuelem agnoſcens, pronus in terram, anguſtias, quibus tenebatur, expoſuit. Cui Propheta: *Quid interrogas me, cum Dominus receſſerit a te, & tranſierit ad æmulum tuum? Faciet enim ſibi Dominus ſicut locutus eſt in manu mea, & dabit illud proximo tuo David... Et dabit Dominus etiam Iſrael tecum in manus Philiſthiim. Cras autem tu, & filii tui mecum eritis.* Hæc omnia Scriptura, quo loquentem Samuelem, non Sagam inducit. Si quis reponat, fœminam credulo Regi imponendo Prophetiam vocem ementitam fuiſſe; quid, rogo, inſaufta omnia prædicit, quorum alioqui incertus erat eventus? Nonne pronum eſt ut credamus, ſubdolam Mulierem eam occaſionem captaturam, ut Regi aſſentaretur, eumque deſponderem animis facta proſperi eventus ſpe relevaret? An illa Principum indolem ignorabat, qui graves, & invitas veritates minus æquis auribus excipiunt? An forte credimus Regem impio, & ſuribundo agere ſe non intelligebat? Ceterum vix eſt ut credamus, adeo potuiſſe fœminam vocem ſuam transformare, ut neque Saul, neque aſtantium quiſquam dolum ſubodoraretur.

Dicat pro arbitrio quiſpiam, potuiſſe Dæmonem præſtigiis ſuis & præſentibus omnibus, & mulieri imponere. Nihil ipſe moror hanc Dæmonis poteſtatem: ſed quis, rogo, facilis crediderit, ſpiritum hunc hunc nequam tam ſæpe atque impune Domini nomen uſurpare potuiſſe (3); nomen, inquam, illud ſanctum & terribile, cujus unica pronunciatio reverentiam incutit, & terrorem? Quis Deo ſatis ſtuduiſſe perpetuum illum Dei adverſarium ac criminæ Sauli exprobraviſſe, quæ ipſo authore commiſerat, in animum ſibi induxerit? Tandem vix committi potuiſſe credimus, ut pater ille mendacii tam certa atque aſſerta futuri eventus oracula prodederet. Eſto, noverit ille & Saulis reprobationem, & Davidis electionem, quarum longe lateque ſefe fama diffuderat; ſed inſauſtum eventum prælii mane alterius diei committendi, quonam revelante norat? Quid etiam in ea rerum conſtitutione magis incertum, quam prælii eventus, atque Saulis totiuſque Regiæ familiæ interitus? Poterat ſane Rex cæſtris exui, non vita; poterat ipſe eodem cum prælio caſu obvolvi, familia interim ea die incolumi. Abſonum etiam videbatur, Saulem de imminenti ſibi ſuiſque copiis fato præmonitum, nulla ratione ſuæ ceterorumque ſaluti conſulendum curaſſe. Solus igitur rerum arbiter & moderator poterat certa ratione futuros rerum eventus dignoſcere, rata futurorum oracula promere.

Dæmonem futuros rerum eventus latere, eoſque nonniſi per conjecturas augurari tam certum eſt quam quid aliud. Nunc autem qui Samuelis perſonam induit, non per conjecturas tantum loquitur, ſed ex certa ſcientia, ut tempus ipſum atque circumſtantias implendi oraculi deſignet. Non eſt igitur ullus ambigendi locus, vero eſſe Samueli deputandam colloquii cum Saule hiſtoriam. An vero *ſua in corpore ſuo certa corpus* Regi ſeſe obtulerit, neſcire nos ingenue fatemur. Quocumque autem habitu adſiterit, numquam tamen Dæmonis vel Pythoniſſæ præſtigiis rem eſſe deputandam, quin potius omnia Deo ſummo vivorum & mortuorum Domino referenda, certiſſime conſtat.

IN TERTIUM ET QUARTUM LIBROS REGUM PROLEGOMENON.

DUO poſtremi Regum Libri olim apud Hebræos perpetua contextus ſerie juncti in unum ſingularem coalefcebant: ſed cum prolixior videretur Liber, ideo ſucceſſu temporis Judæis ex uno duos reddere, bipartito Opere ad noſtram imitationem viſum eſt. Priori parti nomen manſit: *primus Regum*, alteri inditum: *ſecundus Regum*, apud Septuaginta vero inſcribuntur *tertius & quartus Regum*. Origeni laudantur ſub nomine *Librorum Regum*; quamquam a Judæis in fronte Operis poſita animadvertit priora verba Textus tertii Libri *Vammeleth David* (4). Ex qua Origenis relatione duo colligimus: 1. Ambos hoſce Libros unum adhuc conſtituiſſe in Exemplaribus Hebræis. 2. Nondum apud Judæos inſcriptum Opus Libri Regum. Ipſa etiam S. Hieronymi ætate ex quatuor Libris Regum Judæi duo tantum conſtituebant (5); ſicut & in hodiernis Hebraicis Bibliis duo iſti poſtremi perpetua Textus ſerie junguntur; quamquam ad initium quarti novæ cifræ marginales capitulis recenſendis appoſitæ ſunt, ſicut & in ſuprema paginarum ora ſcriptum legitur: *Primus Regum*, & deinde *ſecundus Regum* (6). In Græcis vetuſtis Scholiis animadvertitur (7), correctiſſima Septuaginta exemplaria eumdem, quem nos, terminum ſecundo Regum Libro conſtituere, ducto tertii exordio ab hiſtoria Abiſag-Sunamitidis; ſed Diodorus & Theodoretus poſt Davidis obitum inſtituunt.

Utriuſque Libri Author ignoratur; futilibus tantum conjecturis res agitur, quibus nihil magis quam evidentia deſideratur. Sunt qui Davidem rerum a ſe geſtarum Scriptorem credant, cui ſane hiſtoriæ in ipſo tertii Regum exordio finis imponitur. Malunt alii variis totum Opus Scriptoribus tribuendum, uti Prophetis Jeremiæ, Iſaiæ, Regi Ezechiæ, quorum ſinguli eorum ſcripſerint hiſtoriam. Laudant in eam

(1) *Joſeph. Antiq. l. 6. cap. 15.* (2) Vide ſi lubet *apud Allat. cap. 22. in Euſtas. de Engaſtr.* (3) Nomen *Jehovah* ſexies legitur uſurpatum in eo colloquio a Samuele 1. *Reg.* 28. 15. 16. 17. 18. (4) *Origen. apud Euſeb. Prep. l. 6. cap. 11. Et apud eundem Euſeb. Hiſt. Eccleſ. l. 6. cap. 25.* (5) *Hieron. Prologo Galeato. Tertius ſequitur Samuel, quem nos Regnorum primum, & ſecundum dicimus. Quartus Malachim, qui tertio, & quarto Regum volumine continetur.* (6) *Vide Bibl. edit. Rabinic. Venet. impreſſarum a.* 1564. (7) *Vide nov. edit. Hexapl. 2. 2. pag. 348. 349. & Theodoret. q. in 3. Reg. p. 299.*

in eam rem illud 2. Par. 32. 32. (1) *Reliqua sermonum Ezechiæ, & misericordiarum ejus scripta sunt in visione Isaiæ filii Amos Prophetæ, & in Libro Regum Juda, & Israel.* Leguntur etiam capita quædam in Isaia (2), & Jeremia (3), quæ simul recurrunt in quarto Libro Regum, unde conjectura ducitur, ambo hæc unius esse ejusdemque Scriptoris fœtum genuinum.

Nos vero in ea sumus persuasione, ea quæ apud Isaiam de historia Ezechiæ leguntur, aliena manu & ex quarto libro Regum suppleta fuisse, quemadmodum in Commentariis in eumdem Prophetam demonstrabimus. Nec tamen facile negaverim, scripsisse Jeremiam Commentarios quosdam Regni Ezechiæ, juxta ea in Paralipomenis expressum legimus. Sed historia illa, sicut & Annales Regum Juda, & Israel, in eodem Scripturæ loco laudati, interciderunt. Idem ferendum judicium de posteremo capite Jeremiæ e posteremo quarti Regum deducto. Historiam refert enim nulla contextus serie cum superioribus ejusdem Prophetæ continuatam. Quin & ante illam hæc leguntur verba. *Hucusque verba Jeremiæ*; quibus finis impositus Operi hujus Prophetæ, & alienum inde continuari satis apette demonstratur.

Vulgo creditur Esdras historiam hanc scriptis redegisse; namque unius ejusdemque Scriptoris Opus esse multis argumentis demonstratur. 1. Stilo exacta est constanti; perpetuaque rerum gestarum series per totum Opus regnat. 2. Scriptori ad manus erant veteres Commentarii, quos & laudat frequenter, & lectores non raro ad illos remittit, professus se compendio retulisse, quæ fusius ibi narrantur: unde phrases non raro occurrentes: *Reliqua verborum &c. scripta sunt in Libro sermonum dierum Regum Juda*, vel *Israel*. 3. Scribebat vel ipsa stante captivitate, vel post; quippe qui in posteremo capite quarti Regum illam apertissime exprimat. Alibi etiam narrat (4) ea ætate adhuc decem Tribus in Assyria captivas teneri, pœnas luentes criminum, & Oracula Prophetarum ea de re implentes. 4. Nonnulla observat quandoque, sicut & repetit summatim, quæ omnia indicia sunt Authoris non coævi, sed qui veterum monumentorum fidem secutus, quæ scribat prius meditatur. Vide 2. Reg. 17. 6. &c. usque ad 24. ubi post narratam eversionem Regni decem Tribuum per Salmanasarem, ficut & translatas in Assyriam easdem Tribus, ubi sua etiam ætate captivæ tenebantur, observat populum illum refractarium jam inde a facta e Juda divisione, numquam ab idololatria, ceterisque criminibus cessasse; frustra summissos identidem a Deo Prophetas, quorum persuasionibus ad sanior a consilia revocarentur. Quare, inquit, cum in impietate animum haberent obstirmatum, neque sceleri modum aliquem imponerent, id commiserunt, ut tandem rejecti a Deo in potestatem hostium permitterentur, hinc unum tantum in Palæstina Regnum Juda Hebræis manst. Sed, addit, nec Juda melior fuit in Deum fides; namque pessimum Israelis exemplum secutus, meruit tandem, ut simili pœnæ subjiceretur; ex quo factum ut Israelitarum genus omne Dens tandem abjecerit. Hæc sane omnia meditamenta sunt Authoris, post captivitatem Juda, & decem Tribuum scribentis, cui tota rerum catastrophes sub oculis versaretur. 5. Scriptor ille munere Sacerdotis, quantum conjicimus, fungebatur; quare historiam politicam aliquanto negligens, sicut & breviori tradens compendio ea, quæ expeditionum granditatem, militum virtutem, atque peritiorem politicæ artem relevarent; fusius prosequitur ea, quæ ad Templum, Religionem, cæremonias, Solemnia, cultum Domini, pietatem Principum, constantiam Prophetarum, punitionem criminum, & retributionem Justorum pertinent. Gloriæ domus David studet in primis. De Regibus Israel veluti per transennam & in decursu agens, curas suas omnes vertit rebus Regni Juda narrandis. Hæc observatione digna in eo Opere occurrunt, quantum ad capiendam de Scriptore conjecturam pertinet.

Porro characteres hi omnes nemini melius, quam Esdræ conveniunt, cui sane nullus non quadrat, quare Operis Scriptor non improbabiliter haberi potest. Fatemur quidem, occurrere quædam ab ætate Esdræ aliena, uti quæ 3. Reg. 8. 8. narrantur de Arca Domini adhuc in Templo manente, quæ 3. Reg. 12. 19. leguntur de separatione duorum Regnorum Juda, & Israel, quasi utraque adhuc subsisterent; sicut & 3. Reg. 6. 1. 38. duo mensium nomina Sif, & Bul occurrunt, neque Hebræa illa, neque Chaldaica, ac tandem a sermone Esdræ ætate vernaculo aliena. Tandem Author suæ ætatis historiam scribere videtur, ac raro personam coævi Scriptoris deponit. Quid hæc porro ad Esdram?

Sed hæc facile concillantur; si ita digestum Opus ab Esdra dixerimus, ut non raro ex veteribus monumentis non historiam tantum, sed & verba desumpserit, atque in suum Commentarium transtulerit. Quæ indoles est sinceri Scriptoris, & veracitatis argumentum apertissimum; tanta enim religione fidem historiæ in veteribus monumentis narratæ servavit, ut ne verba quidem immutare sustinuerit.

Tertius Liber Regum historiam complectitur 119. annorum, nempe ab A. M. 2989. usque ad 3108. Post narratum ibi Davidis obitum, & Regni Salomonis historiam, fusius exponuntur ea, quæ ad constitutionem Templi, ædiumque Regalium pertinent; sicut nec silentio premitur mira Regis sapientia, cum regia plane magnificentia conjuncta; quemadmodum & Japhus fane miserabilis. Secundum hæc, Regnum sub Roboamo dissinditur; decem Tribus Jeroboamo adhærentes, Idololatriæ se dedunt. Juda, Benjamin, & Levi in fide Roboami manserunt. Succedit invasio Sesac Regis Ægypti, qui Templum diripit. Nec Jeroboami res quietas esse permisit Baasa, Regnum Israel occupans. Excidium Baasæ Jehu prædicit. Achab conjugem sibi adsciscit impiam Jesabelem, totusque in persecutionem Prophetarum vertitur. Sub eo Rege Elias apparet, gloria miraculorum in toto Israele clarus. Iesabelis furorem declinat; regreditur tandem, atque trucidandorum Pseudo-Prophetarum Baal in Monte Carmelo populo est author. Benadad Rex Syriæ copias in obsidionem Samariæ adducit; sed mox reducere cogitur. Nabot justus impia Jesabele morliente neci traditur. Achabus commisso cum Syris prælio, mutatis licet vestibus ut lateret, gravi tamen vulnere confoditur. Hæc summa tertii Regum.

(1) Vide si placet, *Theodoret. Præfat. in quæst. Libri Regum.* (2) *Isai.* 31. & 38. collata cum 4. *Reg.* 19. & 20. (3) *Jerem.* 52. 1. collatum cum 4. *Reg.* 24. 16. & 25. 1. &c. (5) 4. *Reg.* 17. 23.

DISSERTATIO

De Thesauris a Davide Salomoni relictis.

QUicumque Judæos Principes Reges fuisse humiliores arbitrantur; tati nihil esse potuisse magnificum illis, qui in populo regnarent obscuri nominis, & census, cujus solæ opes ex proventibus terræ, & gregum conflarent, nihil sentiret magnificum, nihil voluptuosum, nihil nisi humile, insignium gestorum gloria raro se distinguendos præberent, nec nisi cum tota ditione sua in prælium armata expeditiones susciperent, ac tandem Regnum haberent angustissimis finibus contractum, magnis agendis, sive præstandis impar; quicumque, inquam, ita de Regibus Juda sentierunt, falli illos certissimis argumentis in hac Dissertatione adductis demonstrabimus. Immensæ plane divitiæ a Davide cumulatæ, ut Templo ædificando servirent, res sunt, quæ præ omnibus historiis priscis, & recentioribus Lectorum admirationem extorquent, ut doctissimi quique Scripturæ Interpretes; ii maxime, qui ad studium ponderum & mensurarum, sicut & rei nummariæ veterum, totos se contulerunt, admirationes ea de re suas continere vix possint (1). Incredibilis adeo vis ea res est nonnullis, ut rei grauditate exterriti rationes inviterint sane ingeniosas, quibus immanis hic divitiarum thesaurus ad captum Lectorum reformaretur.

Aurumarunt nonnulli exaggerationis aliquid in verbis Scripturæ haberi. Sed qui fieri potuisset, ut David per exaggerationem loqueretur, cum etiam atque etiam oblatiunculam suam extenuare conatus sit? *Ecce ego in paupertate mea preparavi impensas* (2)? An forte eum per exaggerationem loquitur quispiam, numerum unquam certum fixumque, pondus divitiarum, & auri determinat? Alii vero mendum irrepsisse in numero talentorum suspicantur. Sed quam illi conjecturæ suæ rationem afferunt? an Textum aliquem, an Versiones, an Exemplaria proferunt ulla, quibus suspicionem suam fulciant? Ad libitum mendum suspicari, & non potius expressa necessitate premente, quisque permittitur? Actum esset de integritate Sacri Textus, si cum maxime extraordinarium aliquod occurrat, mendum suspicari liceret. Plerique tandem, relicto talentorum numero, manus inferunt in valorem, thesauri pretium extenuantes; aurumant enim, ea quæ David Salomoni legavit talenta, minoris æstimanda fuisse, quam reliqua quæcumque. Horum nos opinionem in examen revocandam modo suscipimus.

Fatis cessuris David, Salomoni filio suo, Scriptura narrante, legavit (3) *Auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum.* Præter hæc de cumulatis a se pecuniis reliquit *tria millia talenta auri de auro Ophir, & septem millia talentorum argenti probatissimi* (*). Insuper Principes Aulæ David in opus illud contulerunt (4) *auri talenta quinque millia, & solidos decem mille, argenti talenta decem millia.*

Porro argenti talentum præcise valebat 3000. ficlis, quemadmodum ex testimonio Exod 38. 25. 26. apertissime constat. Narratur enim ibi, Israelitas 603550. numero semiscilum viritim pendisse, quod summam conficiebat 300. talentorum argenti, & 1775. siclorum. Siclus autem reddit 32. solidos, 5. denarios, & 3. denarii quadrantes, cum octava denarii parte. Valet igitur argenti talentum ad nostram monetam supputatum 4867. libris, tribus solidis, 9. denariis. Talentum auri ascendit ad 69531. libras, 5. solidos monetæ nostratis. Ita 100000. auri talenta a Davide relicta, summam conficiunt 695315000. librarum ex auro. Adde his summam 3000. talentorum auri ab eodem Davide comparatam, quæ refert 20859375o. libras monetæ nostratis.

Ex argumento legavit 1000000. talentorum nempe 4867187500. librarum monetæ nostratis. Præter hæc, donavit ex residuis sibi pecuniis 7000. talenta argenti, scilicet 34070312. Hæc negotium conficiunt an nempe fieri potuisset, ut David tantam argenti, & pecuniæ vim cumularet, immanisque adeo divitiarum thesaurus totus profundendus esset in ea, quam animo complexus fuerat, ædificii mole.

Paratse Davidem omnia, quæ ad destinatum opus necessaria arbitrabatur, neminem in dubium revocaturum credo: ipse enim sæpius mentem ea de re suam expresserat (5). Schemma etiam, atque totius ædificii modulum in manibus Salomonis reliquit, quem sane respondisse conceptæ de Deo opinioni, cujus Numini æquam, quantum fieri posset, domum construere parabat, ne ambigimus quidem. Supremi illius Numinis majestatem respicere se David ipse protestatus est, cum ea se parare significavit, quæ tenuitatis suæ modulus pateretur; qua verborum phrasi satis expressit, nulla ædis majestate, quæcumque tandem illa futura esset, immensi Numinis majestatem illam fore assequuturam.

Paternas hasce ideas expressisse Salomonem, atque operis exequutione conceptam a Davide magnificentiam æquasse satis constat. Quin & multo excessit; namque erecti ædificii moles multo fuit augustior, quam moduli, & schemmatis a Davide relicti ratio exigeret. Nihil est in tota antiquitate sumptuosius, nihil augustius, quam Salomonis Templum: in hoc pretiosissima metalla, ligna, & marmora rarissima profusa sunt; non sumptibus parcebatur, quo perisissimi Artifices conducerentur, ut exquisitissimi artificii excellentia materiam ipsam vinceret, atque ad invidiam certarent & metalli & artificii præstantia. Verum his ita constitutis, Eruditi nostrates nunmquam tamen in animum posfuit inducere, tantam divitiarum vim cumulasse Davidem, neque totam in opere Salomonem profudisse. Superat, inquit ex illis quispiam, opulentiam omnem, & thesauros ditissimorum Regum, quorum fit apud Historicos mentio: *Sufficisset in aliquot centenas splendidissima Templa adificanda* (6). Nullæ quidem supperebant Davidi avitæ relictæ a Parentibus divitiæ; nec tam immanes sufficere poterat ditionis illius angustus sane tractus. Interim cumulasse dicitur tantam auri, argentique vim quantam numquam possederunt avidissimi quique Reges Persarum, Græcorum, & Romanorum (7). Et quidem, inquit Brerevoodus, opus, quod meditabatur, minus erat, quam tor immensos sumptus efflagitaret. Quando muri omnes e fuso argento constarent, quando eodem metallo totum Templi pavimentum sterneretur, quando ædificii tectum totum esset aureum, eodemque metallo vestirentur interiores Templi parietes, conflarentur vasa in usum Templi necessaria, adjectis etiam sumptibus in Artifices, adhuc tamen reliqui multum superesset. Ego quanta potui sedulitate, addit ille, atque animi contentione dimensiones omnes Templi expendi, tum & facta comparatione cum auri, & argenti thesauro, qui in opus insumendus est, si omnia auro, argentoque conflarent, post hæc, inquam, omnia, thesauros a Davide relictos superfluere animadverti. Itaque, concludit ille, fateamur oportet aliud in hoc

(1) Vide si placet *Budæum de Asse, L. 4. Fidem vos illa habiturus non videtur hominum quidem sensus, etiamsi authoritati Sacrosanctæ id crediturus.* (2) 1. *Par.* 22. 14. (3) 1. *Par.* 22. 14. (*) 1. *Par.* 29. 4. (4) 1. *Par.* 29. 7. (5) 1. *Par.* 22. 5. & 28, 2. & 29. 2. 19. & 2. *Par.* 8. 16. (6) *Joan. Cleric. hic.* (7) *Brerevood. de Tenderib. c.* 7.

hoc loco significare talentum quam quod vulgo usurpatur apud Moysen, & reliquos Scripturæ Libros. Ita Brerewoodus in suo Opere de Comparat. veterum, atque recent. monetarum.

Vehementius idem argumentum inculcans Mariana insigni simul titiæ elogio donandos censet eos, qui Davidis talenta Mosaicis æquare præsumerent [1]: *Furor profecto furor, Davidis talenta Mosaicis æquare.* Summam ille reformat ad 1275000000. auri, & totidem forte argenti, quod in unum collectum summam conficit 2550000000. Iosephus difficultatem extorquendæ a Lectoribus fidei ea de re sentiens, relictam a Davide ingentem auri vim, ac 10000. talenta argenti adnotans, cetera omittit [2]. Eupolemus [3] redigit talenta illa ad siclorum valorem, ut pro 100000. talentis auri & 1000000. talentorum argenti, par numerus siclorum auri argentique fupputandus fit. Nec sane major summa, juxta quosdam Interpretes, ædificando Templo exigebatur.

Maluerunt alii pondus Sanctuarii, de quo apud Moysen, duplo pondus illud, de quo imprætenciarum, excessisse. Addunt, talento auri aliud esse pondus quam argenti; sicut & argenti siclum duplo auream excedere. Iacobus Capellius distinxit talentum *Statmicum*, nempe Mosaicum a *Numismatico*, quod vocat, minori lane pondere, & pretio inferiori. Stanislaus Greserpsius [4] non duo tantum talentorum genera invehit, nempe commune, & numismaticum, quod sextam tantum partem prioris, & duodecimam Talenti Sanctuarii continere censet; sed & alia plura distinguit, nempe publicum, privatum, Regale. Addit iniuper, decimam, quandoque duodecimam, centesimam, & millenam talenti partem talentum sine addito nuncupari. Ita plane augustam sibi viam instruit variis variorum conjecturis, summam auri Davidici fupputantium, adoptandis.

Inter omnes constat, talenti nummum non æquabilem semper habuisse valorem apud varios populos, penes quos obtinebat. Ægyptium 80. librarum pondus retulisse ferunt [5]; Romanum 70.; Siculum 2400. drachmis valebat; Etruscum 120. libris; Syrum pondere erat 15. librarum, cum 7. unciis, & 4. drachmis; Æginetum 10. drachmarum; Alexandrinum 3r. librarum, 3. unciis, & Athenienſe 60. minis valebat, vel 600. drachmis. D. du Cange observat, nomen talenti usurpari interdum pro 100. libris, quandoque pro 50. & adhuc pro Marcho 20. solidorum. Homerus tradit, propositæ ab Achille pro ludis Patrocli in præmium fœminam, & tripodem [6]; deinde secundum præmium erat aqua mulo fœta; in tertium novum ahenum; quarto loco duo auri talenta. Erat igitur horum talentorum (ultimo quippe loco propositorum) minor, quam ceterorum omnium valor. Ibidem etiam in præmium cursus donat 1. ingentem argenti craterem exquisiti artificii, & capientem 6. mensuras; 2. vitulum lagenatum; 3. hemitalentum auri, quod sane minus valebat quam bos. Virgilius duo talentorum genera, majus nempe, & minus distinguit [7]. Vox Hebræa *Kikkar* exprimit massam, sive tortulam auri, argentive. Legimus 2. Reg. 12. 30. & 1. Par. 20. 2. Davidem imposuisse sibi diadema, e capite Regis vel Dei Moabitarum detractum, quod talenti erat pondere. Quis autem facile credat sustinuisse Regem in capite 125. libras Romanas? Merito igitur cum Budæo inferendum videtur [8], talentum Hebraicum, quemadmodum & cetera aliarum gentium, non sibi semper constare. Hæ potissimæ afferuntur rationes pro minuendis Davidis thesauris, & ad æquiorem summam pecuniis illius omnibus redigendis.

Sed eas nihil morati vulgo Commentatores omnes, totam Saeri Texeus Historiam ad litteram recipiendam censent. Verum quidem est, plures inter illos perfunctorie tantum rem totam tractasse, neque id contulisse sedulitatis, & curæ, quod ceteri de ponderibus, & re nummaria scribentes; sed alii vicissim plures huic sententiæ accesserunt, non plane imparati; & rei nummariæ licet instructissimi, adhuc tamen litteram Textus excipendam, censuerunt, absque eo quod prodigiorum numero tantam divitiarum vim crederent adscribendam. Villalpandus, quem sane virum imprimendum rem effatiisse accusaverit nemo, non tantum expressas in Scriptura pecuniarum summas recipit omnes; sed multum etiam adjecisse de suo Salomonem in ædificio ejusdem Templi autumavit [9]. Impendisse namque credit Salomonem 108000. talentorum auri [10], & 1000000. talentorum argenti [11]; quæ tanta auri summa erogata statuitur in uno Templi ædificio, omissis pecuniis ad mercedem & convictum artificum, sicut & impensis exotieis. Quare si totum illud aurum in massam conflatum in quadratum cubicum redigeretur, tanta ejus esset moles, ut vix eam caperet conclave 10. cubitorum in quadrum, & 5. in altum; argentum vero in similem massam redactum, facile totum Sanctuarium occupasset, quod 20. cubitis quaquaversum porrigebatur. Addit idem Author, adhibitos ad structuram Templi 4019000. Artifices ex Israelitis, Tyriis, Sidoniis, Ægyptiis conductos, quibus post absolutum opus, atque congruam mercedem solutam, 10. sicli auri in munus adjecti sunt [12]. Præter hæc, Tyriis Opificibus annuatim solvebantur 60180. *cori* [13] frumenti, totidem hordei & mensuræ vini [14], sicut & totidem olei *saræ* [15]. Eadem data proportione Sidoniis, & Ægyptiis affignata, sive in auro, sive quacumque demum ratione solvenda. Mensæ Regis Tyri conferebat 20000. mensuras frumenti, & olei totidem [*]. Singula fuse prosequitur Villalpandus, quæ nos ultro præterimus, metu ne ab argumento plus nimio abducamur. Monendum tamen censemus, nihil legi in Scriptura de Opificibus Ægyptiis, neque de siclis aureis post absolutum opus singulis Operariis, adjectis. Hæc ab Eupolemo narrantur [16].

Quæ de inæqualitate talentorum apud varias gentes adducta sunt, nihil pro Hebræorum talentis probant; neque enim vestigium illum deprehenditur, sive in Scriptura, sive in Historia, varia apud eas gentes, saltem ante captivitatem Babylonicam obtinuisse talenta, & apertissimo Librorum Mosaicorum testimonio probatur [*] Hebraicum illud talentum valuisse 3000. siclis. Exemplum Davidis, qui capiti imposuit diadema talenti pondere, nihil probat, cum forte diadema illud in aere supra thronum suspensum teneretur; vel saltem valore erat talenti, quippe quod diviti gemmarum thesauro ornaretur. Cetera omnia loca, ubi fermo est de talento, ingentem eo nomine summam exprimi demonstrant. Amasias Rex Juda exercitum sibi emit a Rege Israel 100000. hominum, soluto pretio 100. talentorum [17]. Profecto si talentum minus valuisset quam 3000. siclis, quantum viritim singuli milites obtinuissent? Ammonitæ pro conductis 32000. curribus, seu facile 32000. equis currus trahentibus, simulque copiis Mesopotamiæ in regionibus Maacha, Rohob, & Soba collectis, solverunt 1000. argenti talenta [*]. Amri Rex Israel duobus auri talentis montem emit, in quo urbem Samariam ædificavit [18]. Cum Sennacheribus ab Ezechia exegisset 300. talenta argenti, & totidem auri [19], pius ille Rex ingenti summæ conficiendæ

(1) *Mariana tract. de Pond.* (2) *Antiq. l. 7. cap.* 11. (3) *Apud Euseb. Præpar. l. 9. c.* 34. (4) *De diversis siclis.* (5) Vide *Plin. l.* 33. *cap.* 3. *& Budæ. de Asse.* (6) *Iliad. Ψ.* (7) *Æneid. 5. Argenti magnum dat forte talentum.* (8) *Budæ. de Asse l. 4. fol.* 110. *Edit. Aſcensian. Talenti significationem non unam fuisse apud Hebræos pute, quo modo & apud alias gentes nonnullas.* Vide, si placet, *Brerewood de Ponderib. c. 6.* (9) *Villalp. 1. 3. p. 2. de pond. & mens.* 33. (10) Reddunt, juxta ejus fupputationem, 181765 4024. aureos Monetæ Romanæ. (11) Reddunt 1464480000. (12) Decem Sicli auri summam conficiunt circiter 116. librarum. (13) Corus capit 298. pintas, cum dimidia, semilextarium, & plus aliquid. (14) Mensura sive Bathus continet 29. pintas cum dimidia, semisextarium & plus aliquid. (15) Satum continet 9. pintas, ac dimidiam, quartam pintæ partem, & plus aliquid. (*) 2. *Par.* 2. *& 3. Reg.* 5. 11. (16) *Eupolem. apud Euſ. Præpar. l.* 9. (*) *Exod.* 38. 25. 26 (17) 2. *Par.* 25. 6. (*) 2. *Par. 19. 6.* 7. *& 2. Reg.* 10. 6. (18) 3. *Reg.* 16. 24. (19) 4. *Reg.* 18. 15.

dæ

dæ non Æratia tantum omnia Regia, & Sacra excussit, sed laminas etiam aureas evulsit: Templi fores vestientes. Giezi postulatum venit e Naamo, falso obrento Elisei nomine, duo argenti talenta (1), quæ Naaman deferenda tradidit duobus domesticis suis, geminis saccis onustis. Profecto si ea pecuniæ, summa, & pondus minora fuissent, quam quæ Giezi sustinere potuissent, conducebat sane viro illi secum omnia ferre, metu ne forte res in cognitionem Elisei veniret. Captæ a Necao Rege Ægypti Judææ tributum imposium est 100. talentorum argenti, & 1. auri (2), quam summam ut conficeret Joachim, extraordinarium vectigal imponere populo, ut pro viribus quisque solveret, coactus est. An & Scriptura hæc narrare, & Rex ad eas angustias redigi sustinuisset, si talentum multo minus valeret, quam Mosaica? Manahem Rex Israel annuale tributum 1000. talentorum Phul Regi Assyriæ soluturus, 50. siclis ditissimos quosque suæ ditionis, ceteros vero singulos pro datis facultatibus censuit. Talentum igitur Hebraicum modicam illam summam profecto non conficiebat, quam adversæ sententiæ Authores comminiscuntur; naque variis apud illos fuisse valoris, vel legimus unquam, vel conjectura assequimur, eum semper ingentem pecuniæ summam reddant.

At enim talentorum Davidicorum summa immanis erat, & multo, quam quæ ædificando Templo exigeretur, major. Grandem fuisse pecuniam fatemur, sed impensis non sane minoribus æquanda erat. Profecto si totum illud aurum, argentumque authore Villalpando pro interioribus Templi ornamentis, sacrisque vasis erogatum fuit, tantum abfuit, ut David majora sumptibus præstaret, ut multo etiam minora reliquerit. Sed ello, concedamus libenter eodo hanc auri argentique immensam vim ex auro, argentove conflato Templo æque, ac Salomonico augusto satis futuram: nonne ex illo merces pendenda erat infinitis propemodum Artificibus, integro septennio in opus insudantibus? Quantum plane solvendum pro rebus transvehendis, pro lignorum strue, lapidibus, marmore, gemmis, aliisque, quæ nonnisi experti omnia scire potuissent? Si dimidium hujus thesauri hisce erogatum diximus, minus forte, quam res tulerit, concederemus, tunc autem negotium duplo minoris difficultatis Auditori fiet, atque æquioribus oculis summam duplo minorem relpiciet

Reponunt, fieri numquam potuisse, ut David, nullis avitis facultatibus locuples, in angustissimo Regno tantam auri vim cumularet. Sed animadvertisse oportuit, diutius virum regnasse, longe lateque & terrorem sui nominis, & arma, & victorias, ac tandem ditionem suam prorogasse. Ditissimos populos habebat tributarios, nec sane multum suis commodis insumebat, ac vicissim multa retrahebat ex gregibus, agris, vineis, olivetis. Regnum prorogavit ad 40. annos post obitum Saulis; tum & superstite adhuc Saule ipse valida sibi manu adlecta, hostilem regionem non sine reducta ingenti præda excurrebat (3). Jura dedit deinde Tribui Judæ in Hebron intcgro iexennio; successit Regium in universum Israelem 34. annorum. Toto eo temporis spatio nihil sibi permisit reliquum cogendis pecuniis, quibus tunc maxime se totum impendit, ex quo ædificandi Templi Domini conssilium assumpserat; quamquam honorem illum reservari filio, Domino revelante, didicisset. Bellum intulit Syriæ, Philisthæis, Ammonitis, Moabitis Idumæis, & numquam adversam fortunam expertus est. Regrediebatur enim semper non gloria tantum, sed spoliis devictorum Regum direptis, ratpisque eorum thesauris ovans. Hæc enim constituta tunc temporis belli lex, ut devicti Regis thesauri, sicut & tota hostilis regionis præda, quin & captivi ipsi, victori Regi manerent. Victos enim hostes veluti captivos habebant, quibus ea tantum conditione vita servabatur, si tributa nec modica plane solvere non renuissent. Sed quænam regiones illæ victori tributariæ? opulentissimæ illæ, & plerumque metalli fodinarum feracissimæ, Arabiam totam sibi fecerat vectigalem: quisautem regionis illius, ac maxime Arabiæ felicis divitias ignoret (4)? In Idumæa celebrantur apud Prophanos etiam usque post Jesu Christi ætatem fodinæ Phinon (5): celebrantur & Phœniciæ a Moyse indicatæ (6), & successu temporis SS. Martyribus frequentatæ (7). Cum tandem devicto Rege Adarezer totam Syriam ditioni suæ David adjecisset, immanem ex illa metallorum vim retraxisse Scriptura resertate intelligimus (8). Eodem fato subjecti sunt populi Transeuphratæi, fœderc junCti Syris, & Ammonitis (9).

Profecto si omnia hæc cumulentur, tributa nempe subjectarum gentium, spolia Regum, Regni sui jura & Israelitarum vectigalia, rei familiaris parsimonia, cui per eam ætatem non privati tantum, sed Principes ipsi studebant, si inquam, hæc omnia simul spectentur, monstri loco facile non habebitur, si immanes hosce thesauros comparasse David asseratur. Si quis conferat inter se tributa in Scriptura descripta, tum & illa, quæ a devictis gentibus Rex exegisse creditur, is facile intelliget, ea sola ratione divitias in immensum crescere potuisse. Manahem Rex Israel argenti talenta mille Phul Regi Assyriorum pendebat (10). Arabes, ea nempe Arabiæ portio, quæ ad oram meridionalem maris Mortui pertinet, tributum solvebant Josaphat 7700. arietes, & hircos totidem (11). Ammonitæ Jotham Regi Juda 100. talenta argenti, & 10000. mensuras frumenti, ficut & hordei totidem (12). Rex Assyriæ tributum imposuit Ezechiæ 300. talenta argenti, & 30. auri (13). Rex Moab tributum dabat Regi Israel 100000. agnos, & totidem lanigeros arietes (14). Quid aurem Ammonitarum, Moabitarum, Israel etiam & Juda, ecrum spectatæ ditiones cum Israelitico Davidis Regno? Sub eo etenim Principe promissæ a Deo ditionis fide solutæ (15), totum hunc latissimum inter mediterraneum & Nilum; ut ipsa hostium Judaici nominis confessione post plura sæcula adhuc fama Davidis, & Salomonis, tamquam potentissimorum Regum, sines Regni sui usque ad Euphraten prorogantium maneret (16). Scimus etiam ex 2. Reg. 10. 16. 19. & Psl. 59. 1. Mesopotamiam ipsam habuisse tributariam; qua etiam de re conveniunter Rabbini in *Sipbre* fol. 38. & Maimon. *Hilchot Jorumoth.* c. 2. *Halac.*

Recitantur in Scriptura nomina Præfectorum David, quibus regiarum facultatum œconomia commissa erat; unde non futilis conjectura ducitur immanium reddituum ditissimi illius Regis (17). Erant enim Præfecti, qui agriculturam curabant; cram & super greges boum, caprarum, ovium, camelorum, asinorum: super vineas etiam, oliveta, & ficus. Præstabant aurem illi, ut agrorum cultura procederet, stata nempe servarentur tempora, & maturi fructus colligerentur, vinum, & oleum probe servarentur, ac tandem suo venderentur tempore. Diutinis operis colebantur a fabditis agri: quod unum erat ex juribus Regum a Propheta Samuele diductis (18). Præter hæc diurna subditorum servitia, pendebantur Regi decimæ fructuum & frumenti. Eupolemo etiam authore scimus, Davidem instructas classes mississe, *Urphen* in mari Rubro, unde aurum referebat (19). Tandem Rex ille numquam thesauros suos alio distraxit, frugi enim erat, & modestus: *Magnum est vestigal parsimonia.*

Quo autem exactiorem ideam de redditibus Davidis concipiamus, thesauros Salomonis, de quibus in Scri-

(1) 4. *Regum* 5. 22. (2) 4. *Regum* 23. 33. 35. (3) 1. *Reg.* 27. 8. 9. (4) *Plin. l. 6. cap.* 28. *In universum gentes ditissimæ, ut apud quas maxime opes Romanorum, Parthorumque subsistant.* (5) *Vide nost. Comment. in Num.* 33. 43. (6) *Deut.* 33. 25. (7) *Eus. Hist. Eccle.* (8) 2. *Reg.* 8. 7. 8. (9) 2. *Reg.* 10. 16. 19. & 8. 3. & 3. *Reg.* 2. 24. & 2. *Esdr.* 4. 20.

(10) 4. *Reg.* 15. 20. (11) 2. *Par.* 17. 11. (12) 2. *Par.* 27. 5. (13) 4. *Reg.* 16. 7. 14. (14) 4. *Reg.* 3. 4. (15) *Gen.* 15. 18. (16) 1. *Esdr.* 4. 20. *Nam & Reges fortissimi fuerunt in Jerusalem, qui & dominati sunt omni Regioni, quæ trans flumen est: tributum quoque, & vectigal, & redditus accipiebant.* (17) 1. *Par.* 27. 2. ... 32. (18) 1. *Reg.* 8. 12. (19) *Eupolem, apud Eus. Præp. l. 9. c.* 30.

Scriptura nonnulla, mente ꝑvisare oportet. Porro Rex ille neque potentia erat majori neque parsimonia: Regnum quale a Patre acceperat, servabat; singulis autem trienniis classem mittebat in Ophir, quæ dives revertebatur 450. talentis auri, lignorum, avium, & rariſſimorum animalium [1]. Sed hæc Solomonis Præfecti non gratis comparabant, at pretio auri, ſive mercium permutatione.

Sitautem fides ſit Eupolemo, paria ſaltem David præſtabat, cum & ipſe claſſes ſuas mitteret in Ophir aurum tantum referentes, neque enim ipſe curioſis aliis mercibus ſtudebat. Si vero huic Authori ex Scriptura ſilentio fides denegetur, æquum eſt tamen fateamur, Davidem meresturam earum rerum in ſua regione exercuiſſe, quarum Salomon in aliena faciebat. Si quis immanem illam frumenti, vini, & olei copiam, quam Salomon Tyrius, ceteriſque Opificibus Templi ſolvebat, venditioni exponiſſet, quos ſane non retuliſſet theſauros? Pronum erat David Mediterraneum, unde tutum, commodumque interneret commercium cum Phœnicibus Ægyptiis, Syriis, & Philiſthæis, ex quo facilis data via vendendis non infimo pretio camelis, aſinis, bobus, ovibus, vino, frumento, oleo, fructibus, non de ſuo fundo tantum, ſed etiam ex tributis collectis.

Irrefragabili Scripturæ teſtimonio compertum eſt, tantum opes Iſraelitarum ſub Salomone creviſſe, ut *argentum in diebus illis pro nihilo reputaretur* [2]; *& tanta eſſet abundantia argenti in Jeruſalem, quanta & lapidum* [3]. Sint autem hæc per exaggerationem & hyperbolice dicta, ut tamen immanem Regni opulentiam produnt, ſatiſque demonſtrant fatis fuiſſe tunc temporis vulgare in eadem regione argentum. Sed nec obſcuro ſunt hæc indicio, Davidem tantum comparaſſe divitiarum vim, quæ Regni miram illam opulentiam detineret. Qui enim heri potuiſſet unquam ut Salomoni omnia ſuppeterent, quæ nempe profunderet in ædificiis, exercitibus cogendis curribus domeſtieis, utenſilibus, hortis, equis, promenſa item Regia; uxorum copia, quas totidem Regnas diciſſe [4], in quas ædes inclinabat; qui unquam, fieri potuiſſet, ut poſt ingentes adeo tumptus, adhuc tamen tot tantique ſupereſſent theſauri, niſi immenſi pene ex patria hæreditate filio proveniſſent? Neque enim filio major erat præ David ditio, ampliors latiſſundia, & proventus. Quanta quanta autem eſſet Regis opulentis, adhuc tamen vaſtiſſimo operi imparia fuerunt Regis Æræria, cum in ipſo ædificiandi ardore 30. talenta ab Hiram Rege Tyri mutuo acceperit [5], & poſt obitum Salomonis immodicis vectigalibus gravatos ſe ab illo Iſraelitæ eonqueſtierentur [6].

Sed ejs ad proventus Salomonis explorandos propius accedamus. In 3. Reg. 10. 14. hæc legimus. *Erat autem pondus auri, quod offerebatur Salomoni per annos ſingulos, ſexcentorum ſexaginta ſex talentorum, exceptis eis, quæ offerebant viri, qui ſuper veſtigalia erant, & negotiatores, univerſique ſerutæ vendentes, & omnes Reges Arabiæ. Duceſque terræ.* Hæc 666. auri talenta reddunt 46129802. libras. Autumat autem Villalpandus [7] tantum auri ex tributis deviſtarum gentium collectum; quare, inquit, præter hæc in Æraria Regia inferebantur ſingulis annis ex vectigalibus duodecim Tribuum 1440. auri talenta, inſuper ſingulis triennis ex claſſe Ophiritica accedebant 450. ſive 420. talenta auri. Quid vero portoria Iſraelitici, ceterorumque ſubjectorum Regnorum, argenti æriſque fodinæ; mercium, decimæ, proventus ex Arabia, ſtque ex Præfectis Provinciarum, qui ſane multum hæc omnia ſuperabant? Quæ cum ita ſe habeerent, non plane inviti erederemus, Davidem ſolido 40. annorum Regni ſpatio potuiſſe 100000. auri talenta & 1000000. argenti in Regios Theſauros inferre, cum & æquos haberet redditus, quos Salomon, & minores plane ſumptus. Confert ad eam rem teſtimonium Eupolemi [8] tradentis, impenſa a Salomone in opere duarum ænearum columnarum, & Templi 4600000. talentorum auri, in clavis vero aliiſque operibus 1132. talentorum argenti, quæ plane ſumma multum relictos a Davide theſauros ſuperat. Sed Villalpandus (9) utramque & Scripturæ, & Eupolemi authoritatem conciliat, adnotans Eupolemum Græcum Scriptorem talentum quidem argenti probe noſſe, neſcire vero quid rei eſſet aureum talentum, cujus nulla eſt apud Hiſtoricos Græcos mentio. Quare cum de aureo talento agit, præ oculis habet talentum argenteum Atticum, ad auri valorem redigens totum id, quod in fabricam Templi erogarum eſt. Talentum Atticum duplo minus Hebræico, atque duodecim argentea talenta aureum unum reddebant. Ita 1000000. talenta Hebraica reddit Attica 2000000. & 100000. talenta auri per duodecim multiplicata, quo ſumma talentorum argenti reddatur, deinde tota ſumma dupplicata, quo talentis Atticis reſpondeat, refert 2400000. quod eum Eupolemi calculo quadrat. Si quis exactius aliquid voluerit, Authorem adeat.

Quo ultima Diſſertationi manus imponatur, reliquum eſt, ut exempla non imparium, quin & majorum divitiarum afferantur. Quidni enim potuerit David, quod alios potuiſſe, nihilo majores habentes proventus, conſtat? Sardanapalus Rex Aſſyriæ, authore Creſia (10), in Urbe Metropoli obſidione arctiſſima cluſus, cum ad ultimas anguſtias redactum ſe intelligeret, ingentem pyram incendit, cui quidquid divitiarum haberet, totum igne abſumendum tradidit, ne quidquam in manus hoſtium veniret; deinde ſe in pretioſiſſimum regum conjecit. Abſumpta ſunt eo igne 150. lecti aurei, totidem aureæ menſæ, 1000000. talentorum auri, & decies totidem argenti, cum veſtibus pretioſiſſimis, purpureis pannis, aliiſque id generis. Præter hæc, ineunte obſidione, filios ſuos e Ninive ſubduxerat, duos illis commeatu 3000. talentorum auri. Exaggeret quis modo pro arbitrio ditionis hujus Regis, & Imperii Aſſyrii amplitudinem, contendimus enim nihilo angultiorem fuiſſe Davidicam ditionem, quæ inſuper æquiſitiori cultura ſoli & incolarum numero, Aſſyriæ præſtabat. Conſentit Joſephus (11), neminem unquam Orbis Principem, ſive apud Hebræos, ſive apud exteros, Davidicis loeuplesiores theſauros reliquiſſe. Illatas inſuper teſtatur in ſepulchrum ipſius divitias plane ingentes, quas deinde effoſſas & ipſe narrat, & nos illi in examen revocabimus (*).

Theſauri, quos inventos narrant in altero orbe, fidem ſane adſtruunt iis, quæ de theſauris Davidis in Scriptura narrantur. In Urbe Peruana pariete (12) Templi anreis luminis obducto nitebant, quibus fulgor accedebat ex inſertis ſmaragdis & cyanis. Solis ſimulacrum fulgore pretioſi metalli oculos perſtringebat; fontes juxta Templum ſpectabantur, quorum canales, & urnæ ſolido auro conflatæ erant. Hortus Templi in Cuſco auro totus, & argento conſtus; iiſdemque nitebant metallis horti Regiæ domus in eadem regione. Namque infinitis propemodum arboribus, plantis, floribus, ex ſolido auro argentoque diſpoſiti erant, nec viliori metallo expreſſis reptilia, aves, & cujuſcumque generis animantia. Patebant campi aureis leguminibus diſſeminati; totam vero ambiebant meſſem aureæ ſepes ex virgis ejuſdem metalli intextæ. Spectabantur ſtatuæ proceræ hominum utriuſque ſexus, ſicut & infantium, horrea quin etiam aureum triticum recondentis; omnis ex ſolido auro. Vaſa Templi cetero cultui reſpondebant; nec ſane viliora inſtrumenta in ulum agricolarum. Ceterum Fana omnia Urbis Peruanæ nihilo huic concedebant, ſicut & parum abeſſent Regiæ Yncarum ædes; ubi illud ſingulare ſpectabatur, nempe continendis lapidibus pro cemento fuiſſe auxum, argentum, & plumbum ſimul fuſa.

Atebalipa Peruanus Rex obruit Pizarro Hiſpanorum militum Imperatori ſtipendium, tot auri, argentique vaſa, quot continere poſſet aula illa, quo venerant

(1) 3. *Reg.* 10. 11. *&c.* (2) 1. *Par.* 9. 20. (3) 2. *Par.* 10. 27. (4) *Cant.* 6. 7. *&* 60. *Sexaginta ſunt Regina, octoginta concubinæ.* (5) 3. *Reg.* 9. 14. (6) 3. *Reg.* 12. 4. (7) *De Templ.* (8) *Apud Euſ. Prap. l.* 9. *c.* 34. (9) *De Ponder. diſput.* 4. *l.* 2. *c.* 33. (10) *Creſia fragmenta* (11) *Antiq. l.* 7. p. 12 (*) *Vide* 3. *Reg.* 9. 10. (12) *Vide Chevreau Hiſtoir. du Monde to.* 4 *l.* 8. *chap.* 3. p. 138.

rant collocuturi, vel juxta alios, quot caperet atrium quadratum Palatii *Caxamalce*, ad eam usque altitudinem cumulata, qua manus ætenra pertingeret. Prompte aeceeptavit Pizarrus, nec promissis quidquam defuit Atabalipæ; quamquam nec his contentus Hispanus Urbe Cuſco direpta, tantam auri prædam retraxit, quanta ipsum Regis stipendium superaret.

Ædes magni Mogolis, teste Mandesio, 4. circiter leucis gyrabant, nec Regis Æraria minus, quam 150000000. nummorum scutatorum æstimabantur; proventus annui, juxta Herbertum, ad 250000000. pertingunt. Sinarum Regi annui census assignant 250000000. scutorum; ac memoriæ proditum est a P. Gruber in obitu Principis eodem eum illo rogo cremari thesauros ipsius omnes, quos in obitu cujusdam e noviſſimis Regibus aſcendiſſe perhibet ad 4000000000. igne consumpta. Quæ si vera sint, aspertiſſime plane demonstrant, potuiſſe Davidem 40. annorum spatio 100000. talentorum auri, & 1000000. talentorum argenti cumulaſſe in ampliſſimo plane Regno, eoque diviſiſſimo, cum incolarum numero frequentiſſimo, poſt relatas maxime tot de hoſtibus victorias, & opima spolia, adjectis tributis, & in tanta Regis parsimonia.

Nihil moror divitias tota antiquitate celebratas Midæ, & Crœsi; facile enim fabuloſa vetuſtas adjiciendum aliquid veritati censuit. Narrant tamen Cyrum, poſt domitam Aſiam, retuliſſe 34000. pondo auri, *præter vaſa aurea* [verba sunt Plinii l. 33. c. 3.] *aurumque factum, & in eo ſolia, ſes plurimum, vitemque, ſigna victoria, argenti quinque millia talentorum aſportavit, & craterem Semiramidis, cujus pondus 15. talenta colligebat.* Apud eumdem Authorem legimus de ſolariis, ieu fornicibus concameratis, argenteiſque trabibus, columnis, & pilis, omnibus ex ſolido auro in ædibus Seleucis Regis Colchidis.

Quale ſerendum ſit judicium de theſauris Regum Periarum, ex Athenæi relatione pronum eſt [1]. Aſſurgebat in Regiis ædibus aurea vitis, & platanus; & in cubiculo ad Regii eubilis caput, ſervabantur 5000. talentorum auri; ſicut & in alio conclavi infra eubile 3000. argenti continebantur. Quotidie in aula Regis impenſis, ac menſa detinebantur 15000. virorum, erogatis in eam rem 400. talentis in ſingulos dies, nempe 337781950. libris in ſingulos annos & 925430. in ſingulos dies [2]. Rex Artaxerxes vota nuncupans pro ſanitate Atoſſæ uxoris ſuæ [3] coram Junone, ſolemniter fidem ſuam tacta terra, quæ jurisjurandi ſolemnis eſt formula, obligavit, tantum ſe auri, argenti, purpuræ, & equorum per manus amicorum, & Satrapparum in ſacra Templi æraria illaturum, quantum interjectum inter Templum, & Regias ædes ſpatium caperet, porrigebatur autem ſpatium illud ad 22. ſtadia, nempe 1375. paſſus.

Anguſtior eſt hæc diviziarum idea præ illa, quam de Alexandri Magni theſauris ingerunt Scriptores. Invictus ille Rex ex Damaſcena regione retulit 2600. talentorum argenti ſignati, & 500. pondo talentorum rudis argenti, cum 7000. equis, ſive mulis onuſtis [4]. Cum autem Suſas veniſſet, oblata Regi narrat Arrianus [5] 1500. talenta argenti cuſi; addit Q. Curtius par argenti gravis pondus; ſed Diodorus Sieulus aſcendiſſe hanc ſummam tradit argenti gravis ad 40000. talentorum, & auri in Daricos cuſi ad 9000. Plutarchus vero habet 40000. talentorum argenti, & purpure ad 5000. talentorum.

Occupata Perſepoli, in ſiscum Regium illata ſunt 120000. talentorum, juxta Diodorum, & Curtium l. 5. c. 13. Ex Perſide, & Suſis retuliſſe illum 40000. talentorum, author eſt Strabo l. 16. vel juxta alios 50000. Sunt etiam qui ſcriptum reliquerint, totam argenti ſummam Ecbatana redactam, aſcendiſſe ad 180000. talentorum, præter id, quod Babylonem aſportatum eſt, ſicut & 8000. talenta a Darii interfectoribus ſublata.

Poſt prælium ad Arbelam oblata ſunt Alexandro 3000. talentorum argenti, juxta Arrianum, vel 4000. juxta Curtium, quot nempe in caſtris Darii inventa ſunt. Diodorus l. 17. teſtatur, in Ærariis Ecbatanis non minus, quam 120000. talentorum auri fuiſſe, cum Alexander Urbem invaſit. Plura etiam inveniſſe in theſauris Babylonis inde colligimus, quod ex occupato ibi thesauro, ſingulis equitibus exercitus ſui Rex ſex minas, externis vero equitibus 5. peditibus duas viritim diſtribuerit [6]. His omnibus theſauris inſpiciendis 30. vel 40. dies inſumptos narrant. Acceſſerunt his 6000. talentorum argenti ex Paſargade receepta. Erant Dario præter hæc omnia 7000. vel 8000. talentorum, ab interfectoribus ipſius Regis ſublata, quamquam ea ſumma imminuta adhuc tamen Æraria victori reſervarunt 13000. talentorum, ab Alexandro inter copias ſuas diſtributa. Præfectus Ægypti opima hæc ſpolia 800. talentis, & omnibus ſupellectilibus Darii cumulavit. Hæc omnia in unum collecta ſummam excedunt 185000. talentorum argenti, non computatis thesauris Babylone inventis, & inter milites diſtributis; & 129000. talentorum auri. Stilus deficit Polybio l. 10. magnificentiam pariter & ſuperbiam Regum Ecbatanæ deſcribituro. Cedro omnia, & cipreſſo inducebantur; auro quin etiam vel argento obducti erant trabes, ſolaria, concamerati fornices, columnæ porticum, & perſtylia, aureæ & tegulæ culminis. Harum laminarum pleræque ætate Alexandri Magni avulſæ, plures etiam ſub aliis poſt ipſum Regibus manſerunt; & Antiochus Epiphanes in Templo Teæ Annææ, ſive Anaidis eolumnas adhuc ſpectavit auro obductas, tegulas argenteas, lateres aureos, & argenteos longe plures, quæ omnia in monetam, ſumma 2400. talentorum, excudit.

Talenta illa Attico erant valore, nempe 2400. librarum monetæ Gallicæ. Porro omnia hæc exempla, adjecta inſuper amplitudine ditionis Davidicæ, aliiſque, quæ Regi ſuppetebant, eogendarum divitiarum commodis, Lectores revocant ad fidem Davidicæ opulentiæ, omnemque removent a Sacris Libris ſuſpicionem corruptionis, & exaggerationis.

DISSERTATIO
DE TEMPLIS VETERUM.

NULLA apud homines Religio ſubſiſtere unquam poteſt ſine cultu aliquo ſenſibili, externarumque cæremoniarum ritu, cujus exercitio, veluti teſſera quadam, veræ religionis cultores inter ſe convenientes ab exteris diſcernantur [7]. Quare non immerito credimus Templa, & loca religioſa, quo ſimul homines ejuſdem Religionis coirent, ipſi Mundo æquæva, pares eum illo natales ſortita fuiſſe; quippe quæ portio ſunt Religionis naturalis, atque ſuprema, & indiſpenſabilis hominum officii neceſſariæ quædam conſequutiones.

Tem-

(1) *Athen. l. 12.* (2) *Iliad. l. 3. c. 10. & Herod. l. 7. c. 117. 118. 119.* (3) *Plut. in Artaxer.* (4) *Q. Curt. l. 3.* (5) *Arrian. l. 3.* (6) Minę valor aſcendebat ad 97 l. 6. ſol. 10. den. & $\frac{1}{3}$ monetæ noſtratis.

(7) *Aug. l. 19. contra Fauſt. In nullum nomen Religionis, ſeu verum ſeu falſum coagulari poſſunt homines, niſi aliquo ſignaculorum, ſeu ſacramentorum viſibili conſortio colligantur.*

Templorum tamen necessitas non quidem ex Dei natura, sive indigentia aliqua, neque ex ipsius aliquo præcepto consequitur. Namque ea licet loca Numinis majestas insideat maxime, & clementiæ atque præsentiæ suæ majora ibi exhibeat, documenta; derahunt ceteroqui aliquid majestati, & gloriæ, qua simul omnia Numine suo implet, cum nullis alioqui limitibus clausum ad certos quosdam limites redigere, quique omnia simul unico intuitu lustrans ubique præsto est, intra certi loci angustias continere videantur. Quare construendorum Templorum, & nominis illis imponendi, Deum (scilicet Dei) primus Author non satis augustæ Numinis Majestati consuluisse non tantum nobis, sed & Prophanis ipsis creditur [1]. *Non opus est Fana ædificare. Fanum enim quod non sit magni pretii & sanctum, nihil est existimandum. Nullum autem magni pretii & sanctum est ædificatorum opus, & illiberalium opificum.* O stupidi profecto mortales, inquit Heraclitus, dicite quid Numen illud fuerit, quod vos intra murorum angustias claudatis? Latetne vos Deum neque corpore constare, neque opus esse manuum hominis, sed potius sibi Mundum in Templum dedicasse? Privata illa Templa omnia interdixit Plato de Legib. l. 12. namque, ait, torus Mundus Diis omnibus commune est Templum. Si quæ autem ille ædificanda Diis Templa permitterer, ab iis volebat aurum, argentum ebur, ferrum, æs omne abesse. Veteres PP. quibus vitio vertebant Pagani nulla habuisse Dei Templa, reponebant se peculiaribus cæpere, quod unicum haberent verum Dei Templum Mundum universum, sicut & delicias Numinis non loca muris clausa fuisse, sed hominum pectus. *Nonne*, addit Arnobius l. 6. contra Gentes, *prima, & maxima tentumelia est, habitationibus Deos habere districtos?* Salomon post excitatum Numini Templum longe, quam cetera quæcumque; augustissimum, ultro fatetur [2]: *Cœlum & Cœli Cœlorum te capere non possunt; quanto magis Domus hæc, quam ædificavi?* Deus ipse, Isai 66. 1. 2. hanc de Templis ideam ingerit: *Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum; qua est ista Domus, quam ædificabitis mihi? & quis est iste locus quietis meæ?* David consilium inivit augusti Domino Templi excitandi; Salomon plum illud opus exequutioni mandavit: *Sed non Excelsus in manufactis habitat*, ait S. Steph. Act. 7. 47. 48.

Nostræ igitur indulgens tenuitati Deus nostrisque commodis serviens, orationis loca fibi consecrari permisit, ubi a mortalibus oblata sacrificia acceptans & vota, dum nostrorum nos memores fumus officiorum, beneficiorum est ille non immemor [3]. Non ita nos Templa excitamus, quo a remporum injuriis, pluviis, ventis, procellis Deus in tuto ponatur [4]; neque Ministerum atque Sacerdotum indigens ea a nobis repoſcit. Nos ea ratione debitis consuluimus nostræ religionis officiis; nos ibi ad illum erigimus; insitamque erga Numen reverentiam & obsequium altius imbibimus. Uno verbo totus cæremoniarum apparatus, & extrinseca Religionis gloria internæ Religioni servit; atque visibile illud Templum ædificationi intimi in cordibus nostris Templi conferr, ubi sane in spiritu & veritate Deus, quo unico delectatur obsequio, colitur.

Primi illi mortales in Religionis exercitio minus externam pompam fastumque curabant: cultus erat illis simplex, & purus; sincerior etiam illis, quantum conjicimus, religio, atque in intimo cordis recessu se continens, minus in externum effluebat. Pii illi & religiosi viri paucis externæ Religionis summam complexi, intimis cordis obsequiis se totos addixerunt. Rara tum temporis loca religiosa, ubi Altissimo litarerur; neque usu adhuc probata Templa, succesu temporis dedicata [5]. Externarum cæremoniarum affluentia nondum intimum, quod caput est, Religionis obruerat, neque monstri illud adhuc apparuerat, ut quod inferius est, potiſſimum locum obtineret. Ante diluvium Aris rantum erectis totum conficiebatur; nec major fuit Religionis apparatus diu post ea tempora. Abel, Noe, Abraham, Jacob, viri illi profecto religioſiſſimi, nulla tamen adhuc Templa norant. Altare ſimplex, in loco puro, & ieorium poſito, erectum, absque ſimulacris, ornamentis, divinis Deo ſtaruebatur; circum habebat ſive lucum vel hortorem aliquem religioſum; vel ſaltem in edito quodam colle eminebat: eo fideles redigebantur officiis ſuis Domino præſtandis.

Nec magis conſtat, an victimarum immolandarum ritus ante diluvium obtinuerit; facile enim res dilata uſque poſt permiſſam Noemo eſcam ex animantibus. Ex tunc conceſſam ſibi etiam facultatem offerendi ſanguinis, & carnem victimarum vir ille Sanctus autumavit. Ante hæc tempora ex annuis proventibus aliquid Domino dedicabatur, huic primitiæ fructuum, huic lac, adeps, & armentorum lanæ. Hæc Scriptura de Religione ejus ætatis. Hæc veteres reddunt, primævam illam Religionem celebrantes, veluti cujus ſanctitati, ſimplicitati, & innocentiæ nihil eſſet reliquum [6]. Altaria olim, canit vetus Poeta, nullo taurorum ſanguine cruentabantur. Pecus aliquod de grege neci tradere, ut carnes in eſcam parerentur, nefas habebatur; aberant thura, procul victimæ cruentæ, oleribus litabatur prius in alium elevatis, veluti ut eſſent in oblationem Authori naturæ, deinde ignibus impoſitis. Religio hæc adeo frugi facilè fine Templorum, & ingentium molium labe miniſtrorumque ſatellitio tranſigebatur. Aræ ipſæ ſimplices, & ſola religione ornatæ. Quam Jacob, viſione recreatus in Bethel, cum iret in Mesopotamiam, erexit, rudi conſtabat lapide, quem ille capiti ſuo jam ſuppoſuerat. Ex lapide in Altare ſtatim tranſivit, cum ſimplici oleo dedicaretur [7]. E Mesopotamia vero rediens locum repetiit voti antea nuncupati reus, ibique decimas omnium bonorum perſolvit, rudi pariter lapide Altaria Domini fabricanda Moyſes edixit, Exod. 20. 25. Deut. 27. 5.

Abraham veneracionem conciliaturus Altari a ſe ex. citato in Berſabee, lucum implantavit [8]; quod ejus ætatis moribus veluti Templi quoddam genus habebatur: eumque locum religionis, atque ſacrificiorum cauſa, una cum tota familia frequens adibat. An hæc vir ille pius e Chananæorum, quibuſcum habitabat, religione derivarit, vel potius intrinum animi ductum, Deique intime monentis ſuggeſtionem in eo luco conferendo ſecutus fuerit, incertum. Sed plane conſtat, nihil poſt Aras veteſtius occurrere, quam lucos religioſos. Nihil apertum in Moyſe de Templis; frequenter vero de lucis, Idolis conſecratis. Jubet Iſraelitas Aras omnes ſubvertere, vaſtare lucos, deſtruere monumenta ſacra, ſive Chananæorum ſtatuas; nihil tamen uſpiam habet de Templis; habuiſſet autem, ſi frequentia in regione fuiſſent. Et quidem numquam legimus, in devictis citra Jordanem regionibus Templa illa ab ipſo everſa, quamquam totus ille tractus cultui Numinum Phegor, Moloch, & Chamos addictiſſimus eſſet.

Profecto Idola illa nulla habuiſſe Templa videntur præter luces, ſive Ædiculas vel Tabernacula, quibus eorum ſtatuæ circumferebantur, juxta ac Amos deſcribit [8]. Suntetiam, qui in dubium revocaverint, an ſtatuæ ipſæ moribus earum gentium receptæ fuiſſent. Veteres agentes de primis illis Idolis Arabum, inter quos Moabitæ, & Ammonitæ cenſebantur, illa depingunt tamquam lapidibus rudibus, five ferro expolitis, ſed non in ſimulacrum humanum conſtarenr. Veteſtiſſima Phœnicum Numina virga erant, vel haſtæ, & columnæ in honorem Deorum & erectæ

ait

(1) *Zeno apud Clem. Strom. l.* (2) 3. *Reg.* 8. 27. (3) *Non propter locum gentem, ſed propter gentem locum Deus elegit. 1. Macc. 5. 19.* Vide etiam 2. *Par.* 6. 29. (4) *Non idcirco attribuimus Diis Templa, tamquam humides ab his imbres, ventos, pluviaſque arceamus aut ſolos, ſed ut eos poſſimus coram & cominus intueri, affari de proxime, & cum præſentibus quodammodo veneracionum colleguia miſcere. Arnob. l. 6. cont. Gent.* (5) *Euſ. Prap. l. 1. c. 9. & 6.*) *Vide Theophraſt. apud Porphyr. de Abſtin. l. 2. & 4.* (6) *Gen.* 28. 18. (7) *Gen.* 31. 33. (8) *Am.* 5. 26. *Portaſtis Tabernaculum Moloch veſtre & Imaginem Idolorum veſtrorum, ſydus Dei veſtri, quæ feciſtis vobis.*

[12], ait Sanchoniato; Ideireo, ait Trogus, nostra ætate obtinet, ut hastæ, sive ceptra manibus Numinum imponantur [2]: *Nam ab origine rerum pro Diis immortalibus Veteres hastas habuere*. Apud Josephum mentio inducitur de columnis pretiosis in veteri Templo Tyri conseratis [3]. Septuaginta plerumque reddunt vocem Hebræam *Matzabe*, quam alii statuas interpretantur, reddunt, inquam, columnas, quod sane melius vim originalis nominis exprimere videtur.

Satis etiam constat de vetustate cultus sacris lucis, non minus quam Idolis in iisdem locis erectis, exhibiti. Gideon lucum Baal vastavit [4]: & Reges Israel, & Juda vicissim plures Numinibus consecraverunt [5]; quos tandem ab aliis Regibus successos, everſis simul Aris & Idolis, seimus. Non aliunde sane derivabantur scelera illa, & abominationes, quas non raro Prophetæ Judæis exprobrant. De lucis pro Templis ab Ægyptiis implantatis sermo est apud S. Clementem Alexandrinum. Templum Jovis Ammonis circum ambiebat lucus, sicut & Templum alius Carthaginis, de quo Virgilius.

Lucus in Urbe fuit media . . . . .

Quidam etiam luci sacri in Arabia a Geographis describuntur, inter quos celebratur lucus palmarum, qui ipsissimus esse lucus Elim, ubi Israelitæ castrametati sunt post transfretatum Erythræum, vulgo creditur. Locum certo Numini sacrum custodiebant Saecrdos duplex, mas nempe & fœmina [6]. Celebrantur & lucus Daphnes in Suburbiis Antiochiæ, ubi oraculum Apollinis, & Dianæ [7]. Apud Indos religiosæ erant arbores, quarum sanctitatem nemo maxime impius violasset [8]. Apud Græcos par erat cultus in quereus, & in Oraculum Dodonæum. In monte Vaticano, ait Plinius [9], vetustior erat Urbe Ilex ante inauguirationem Urbis sacra. Erant & veternosæ arbores vitcis redimitæ, quibus ipse de se Arnobius testatur, ante ejurata Idololatriæ sacra cultum impendisse [10]. Priscis Gallis, quantum ieimus, pro Templis luci tantummodo erant, in quibus crectæ rudi opere statuæ super arborum truncos, pro basibus constitutos [11]:

. . . . . Simulacraque mæsta Deorum
Arte carent cæsisque extant informia truncis.

Germani, erassior olim gens, sapienter tamen nec *cohibere parietibus Deos, neque in ullam humani oris speciem assimilare ex magnitudine cœlestium arbitrantur*, ait Tacitus de morib. Germ. Nec tamen deerant genti Numina, & statuæ, sed *ex stipitibus rudibus & simplicito lapide*. Hæc autem signa, sequitur idem Tacitus, *detractis lucis in pretium feruntur*. Templis earebant, defectum suppletnbus sylvis, quarum horror, & silentium pro Deo ab ea gente habebatur. Quot insuper florentissimi populi diutius fine Templis, Asiis, & Statuis manserunt? Cum Celsus in Christianos scriberet, Sæculo nempe Christi secundo, omnis Scytharum, & Nomadum Africanorum, ac Serum religio veterem hanc disciplinam referebat [12]. Eodem jure cenebantur olim Persæ, qui sub dio in edibus collibus, non statuis, sed Cœlo, aut Lunæ, aut Soli, quin & ventis, aquæ, igni, terræ litabant; rarique Deum anima & vita animantis tantum delectari, reliquam victimam intersc dividebant [13]. Xerses & Cambyses asseredo Numinum honori, quibus irrogatam injuriam dictitabant, quod præpostera religione in Templo clausa detinebantur, omnia subrut Templa alter in Græcia, alter in Ægypto fuerunt.

Persarum Templa satis respondent *Chamanim* Scripturæ [14], quæ loca erant sub dio, murorum tantum ambitu clausa, ubi in honorem Solis ignis perpetuus alebatur: unde apud Strabonem non raro *Pyreiorum* nomine designata sunt [*]. Extant autem in Oriente ex iis ædificiis quædam, veteris superstitionis documentum, Soli, ut vulgo creduntur, consecrata.

Post arbores & lucos nihil, quantum scio, in Pagana religione vetustius Ædiculis gestatoriis, & laribus. Ex his laribus creduntur Teraphim Labani. Ad ædiculas referenda censo Tabernacula Moloch, quas Israelitæ per deserum secum in itinere portarunt [15], & Ephod Gedeonis [16], & Michæ [17]. Frequens erat in Ægypto mos. Quotannis ædicula Jovis trans Nilum devecta in Lybiam comportabatur, tum & post aliquod temporis in Ægyptum restituebatur [18]. Narrat Q. Curtius l. 4. Sacerdotes Jovis Ammonis Numen aureæ navi, ad utrumque latus plurimis lanebus argenteis appensis ornatæ, imponere conuevisse. Isidis simulacrum gestabant humeris Saecrdotes, umbella ferica super caput pendente: nec aliter quam super humerum ministri vehebatur Vacca illa sacra, Ministri, inquam, gravi interdum passu, quasi Numinis majestatem æmularetur, procedentis [19]. Apud Biruc cap. ult. 3. sermo est de Numinibus quibusdam Babylonis, quæ velo tecta purpureo, solemni, apparatu circumferebantur. Eustathius in Iliad. 1. tradit, consuevisse apud Veteres Templa plaustris imposita transferri. An hæc ad imitationem Areæ & Tabernaculi Domini Paganorum moribus usurparentur, vel Deus genio, indoli, & habitudini Judæorum indulgens, conseerari sibi veterem hanc Ægyptiorum superstitionem voluerit, cujus seilicet superstitionis in Ægypto acceptæ memoriam alte retinerent, incertum.

Ex more deferendi Numina in plaustris, equis, sive humeris imposita, tum & ex domestieis illis Sacellis, sensim obtinuit ingens ille Templorum numerus, seu potius ædiculaium, thecarum, vel sellarum gestatoriarum, quas in tota antiquitate frequentes legimus. Act. 19. 24. mentio inducitur de ædiculis argenteis Dianæ Ephesinæ, quarum ingens instituta erat Ephesi negotiatio. De ædiculis Plinius interessimme [20]: de thecis aureis ab Osiride dedicatis Jovi aliisque Numinibus adeas Diodorum Siculum Bibliot. l. 1. Apud Herodotum l. 2. c. 63. sermo est de statua Solis plaustro devecta in urbe Papremide, jamentorum officio viris fungentibus. Pro veteri Jani Templo stabat angustum sacellum, binis æneis januis angustis oppido instructum; elaudebantur autem fores illæ, cum pacatum esset Imperium. Porro ænei hujus sacelli & quadrati tam sublime erat fastigium, quantum Numinis simulacrum stans ad quinque pedes tantummodo assurgens contineret. Julio Cesari *aureas ædes ad simulacrum Templi Veneris genitricis collocatas* ost, ait Sveton. in Jul. c. 84. Memoriæ etiam proditum de æneæ Jovis ædicula [21] Spartæ, sicut & de alia Delphis [22]: ac tandem de Minerveo Romæ ejusdem operis & materiæ.

Frustra vero quis certam ædificandorum Templorum epocham quærat. Jam inde a vetustissima ætate eopisse moremconstat: sed ea est antiquissimarum consuetudinum indoles, ut originem habeant obscuram, cujus indubitæ honorem variæ sibi gentes vindicent. Plura si eo nomine defignatum voluerimus locum quemcumque Deo facrum, vel ille caneellis sepiretur, vel muris, vel coriaceis ligulis, vel sub dio expositus pateret, vel culmine tegeretur; fi, inquam, ea omnia nomine Templi usurpentur, ipsi eozva Religioni Templa eredi par est. Luci circum Altare implantati: loca Cœli injuriis parentia, & circumsepta, ubi in honorem Solis perpetuus ignis detinebatur; clausira caneellata, uti de Templo Gaditarum in honorem Herculis memoriæ proditum est [23], & Juno-

(1) *Sanchoniat. seu Porphyr. apud Euseb. Prep. l. 1. c. ult.* (2) *Justin. lib. 48.* (3) *Contra Appion. lib. 1.* (4) *Judic. 6. 27.* (5) 3. *Reg. 14. 15. 23. & 15. 13. &* 16. 33. *&* 4. *Reg. 13. 6 &* 18. 10. *& passim.* (6) *Strab. l. 16.* (7) *Hieron. l. 16.* (8) *Q. Curt. l. 5.* (9) *Vetustior Urbe in Vaticano Ilex, in qua titulus areis literis Etruscis, religione arborem jam tum dignam fuisse significat. Plin. l. 16. cap. 11.* (10) *Arnob. l. 1. pag. 22. Villur atas veteranos*

se in arboribus tenias, si quando conspexerant &c. (11) *Lucan.* (12) Vide *Orig. contra Celsi. l. 7. pag. 373.* (13) *Herod. l. 1. & Strab. l. 15.* (14) *Levit. 26. 30. & 2. Par. 14. 4. & 34. 4. Isai. 17. 8. & 27. 9. Ezech. 6. 4. 6.* (*) *Strab. l. 15.* (15) *Amos 5. 26.* (16) *Judic. 8. 27.* (17) *Ibid. 17. 4.* (18) *Diod. Sicul apud Euseb. Præpar. l. 10. c. 8.* (19) *Apul. lib. 11. Asini aurei.* (20) *Plin. l. 37. 5.* (21) Vide Paus. *in Laconi.* (22) *Idem l. 10.* (23) *Sil. Italic. l. 3.*

Junonis in Insula Samo ad annum Imbrasum [1], Templi nomine jure censentur; non secus ac Tabernaculum Dei Israel, sanctis simul asseribus constans, atque velamentis opertum [2]. S. Clemens Alexandrinus Strom. l. 5 obtinuisse refert apud Sacerdotes Ægyptios, ut Minervea ædificarent omnia remoto tecto parientia, & absque simulacris. Hæc omnia sub uno Templi nomine constant. Sed nobis impræsentiarum origo Templorum exquirenda est, quæ ad modum ædium ædificatis suo tegentur culmine, ut ab injuriis Idola constituerentur in tuto, & populi in religionis coetus coirent. Templa sane ita utuntur tuam facile debent originem simulacris & Idolis, quibus spiritale Numen caducis velatum exuviis, in sensibilium rerum censum ita redactum est, ut culmine Templis impositio laborandum esset mortalibus, ut injurias ab illo aeris; & tempestatis propriarent. Porro viri illi rudiores aspectu se tantillorum materialium. Numinum solabantur, quare visum est certo aliquo in loco Deum detinere, quo semper hominum indigentiis præsto esset, & pervius obiequiis. Quamdiu alia de Numine idea manst, quod nempe immensum, infinitum, omnia replens loca, & nihilibi non præsto haberetur; tunc nec Templa, neque religiosas ædes condere homines laborarunt. Ubique Dei Majestas & sentiebatur, & colebatur.

Cautiorem ea de re populum suum fieri Deus Israel voluit, cum sibi Templum ædificari postulantibus, permitteret. Profectus est enim le Cœlum, & Terram suo Numine implere, longeque proinde abesse, ut in constructis humana industria ædificiis contineretur; indulgere se tamen voluisse instabili rudioris gentis ingenio, ut scilicet Exum aliquod haberet, certumque Templum, neque pro arbitrio per alia finitimarum gentium Numina vagaretur. Unicum tamen sibi exigi statuit, quo Numinis singularitas magis magisque infinuaretur. Eo venire justit populum, semel, iterum, & tertio singulis annis, tamquam præstandis vero, & legitimo Domino obsequiis. Cavit tandem, ne alibi quam in Templo sacrificia offerrentur, etiam atque etiam contra Deorum pluralitarem, atque Idololatriam populum fuum præmuniens. Quare Templum illud velut aula Regis, & summi tortoris Israelis Moderatoris habendum erat, quo convenire Populi in obsequia Regis jubebantur.

Antequam tamen condendi Templi vero Deo consilium caperetur, plura jam sibi construxerat Dæmon cavaverat, in Ægypto maxime, constitutæ primum Idololatriæ sede. Sunt etiam qui ante diluvium ædificata quædam in honorem astrorum credideriut, quem sane cultum ab Enos invectum ferunt [3]. Templi Deæ Syriæ originem ad Deucalionem, cujus ætate diluvium contigit, referri a nonnullis Lucianus, de Dea Syra, est auctor. Porro Deucalion non raro cum Noemo confunditur; quare vir iste pius Templorum primus author crederetur. Sed quid Noe deputandum sit, ex Gen. 8. 20. intelligimus: *Ædificavit Noe Altare Domino*, post diluvium: nihil hic profecto de Templo. Constitutorum Templorum in Ægypto honor Osiridi tributus a Diodoro l. 1. videtur; narrat enim Principem illum, deinde inter priores regionis Deos habitum, Templum erexisse augustum, & magnificum utrique parenti, Jovi nempe, & Junoni, geminas insuper ædiculas aureas Jovi consecrasse, amplioremque Jovi Cœlesti, minorem alteram Jovi Ammoni; adjecisse insuper alias aureas alias Numinibus. Arnobius adversi. Gentes l. 6. mavult a Phoroneo, sive Merope Templa Ægyptia repetenda. Porro Phoroneus Abrahamo coævus creditur Eusebio, qui Apim ejus successorem circa Isaci tempora consignat. Artapanus [4] Lysimachus, Josephus, & Rabbini sustinent, Templa jam inde a Moysis ætate familiaria in Ægypto fuisse; ex quibus Templa Athos, & Heliopolis ab Hebræis, cogentibus Ægyptiis, ædificata Artapanus est author. Addit insuper, in ipso recessionis Israelitarum ab Ægypto articulo omnia simul religionis Templa corruisse; fitcut & in obsequium Virgæ Moisaicæ, de qua mira ferebantur, plures non dissimiles virgas Ægyptios in omnibus Templis confecrasse. Lysimachus apud Josephum [5] narrat, Moysen una cum Hebræorum exercitu omnia, quæcumque obvia habuerunt in iisdem, subruisse. Illud Exod. 12. 12. *In cunctis Diis Ægypti faciam judicia* [6], ita interpretantur Judæi, quasi omnia Ægyptiorum Templa Israelitæ in sua ab Ægypto recessione subverterint, Josephus [7] ita Deum Israelitas alloquentem inducit: Jubeo vos igne, & ferro vastare lucos, Aras, & Templa Chananæorum, ut ne vestigium quidem superfit. De Templo, vel æde Phegor sermo est Deut. 34. 6. & Josu. 15. 41. ibidem etiam mentio injicitur *Bethsamues*, quæ facile sibi nomen a Templo Solis accivit [8]. Plura sub Judicibus occurrunt in Chananæitide Templa, ut Baal-Berit [9], Dagon [10], & alterum a Samsone in Urbe Gaza subversum [11].

Quamquam hæc ita se habent, illud tamen constat, nunquam a pertam Templorum mentionem apud Moysem legi; namque vocem *Beythpeor*, in Templum Phegor, in Deuteronomio adjectam constat, in cum Opus post obitum Legislatoris recenseretur. Sermo apud ipsum tantum occurrit de lucis, aris, collibus, monumentis, & Chamaim, nempe clausitis Soli dicatis, tibi ignis perpetuus detinebatur; quemadmodum ex Levit. 26. 30. intelligitur. Facile etiam credimus nulla fuisse in Ægypto ea ætate Templa, exceptis ædiculis, vel gestatoriis theçis, plurimum quidem & variabili non præbo haberetur; tunc nec Templa, neque religiosas ædes condere homines laborarunt. Ubique Dei Majestas & sentiebatur, & colebatur.

Cautiorem ea de re populum suum fieri Deus Israel voluit, cum sibi Templum ædificari postulantibus, permitteret. Profectus est enim le Cœlum, & Terram suo Numine implere, longeque proinde abesse, ut in constructis humana industria ædificiis contineretur; indulgere se tamen voluisse instabili rudioris gentis ingenio, ut scilicet Exum aliquod haberet, certumque Templum, neque pro arbitrio per alia finitimarum gentium Numina vagaretur. Unicum tamen sibi exigi statuit, quo Numinis singularitas magis magisque infinuaretur. Eo venire justit populum, semel, iterum, & tertio singulis annis, tamquam præstandis vero, & legitimo Domino obsequiis. Cavit tandem, ne alibi quam in Templo sacrificia offerrentur, etiam atque etiam contra Deorum pluralitarem, atque Idololatriam populum fuum præmuniens. Quare Templum illud velut aula Regis, & summi tortoris Israelis Moderatoris habendum erat, quo convenire Populi in obsequia Regis jubebantur.

Antequam tamen condendi Templi vero Deo consilium caperetur, plura jam sibi construxerat Dæmon cavaverat, in Ægypto maxime, constitutæ primum Idololatriæ sede. Sunt etiam qui ante diluvium ædificata quædam in honorem astrorum credideriut, quem sane cultum ab Enos invectum ferunt [3]. Templi Deæ Syriæ originem ad Deucalionem, cujus ætate diluvium contigit, referri a nonnullis Lucianus, de Dea Syra, est auctor. Porro Deucalion non raro cum Noemo confunditur; quare vir iste pius Templorum primus author crederetur. Sed quid Noe deputandum sit, ex Gen. 8. 20. intelligimus: *Ædificavit Noe Altare Domino*, post diluvium: nihil hic profecto de Templo. Constitutorum Templorum in Ægypto honor Osiridi tributus a Diodoro l. 1. videtur; narrat enim Principem illum, deinde inter priores regionis Deos habitum, Templum erexisse augustum, & magnificum utrique parenti, Jovi nempe, & Junoni, geminas insuper ædiculas aureas Jovi consecrasse, amplioremque Jovi Cœlesti, minorem alteram Jovi Ammoni; adjecisse insuper alias aureas alias Numinibus. Arnobius adversi. Gentes l. 6. mavult a Phoroneo, sive Merope Templa Ægyptia repetenda. Porro Phoroneus Abrahamo coævus creditur Eusebio, qui Apim ejus successorem circa Isaci tempora consignat. Artapanus [4] Lysimachus, Josephus, & Rabbini sustinent, Templa jam inde a Moysis ætate familiaria in Ægypto fuisse; ex quibus Templa Athos, & Heliopolis ab Hebræis, cogentibus Ægyptiis, ædificata Artapanus est author. Addit insuper, in ipso recessionis Israelitarum ab Ægypto articulo omnia simul religionis Templa corruisse; fitcut & in obsequium Virgæ Moisaicæ, de qua mira ferebantur, plures non dissimiles virgas Ægyptios in omnibus Templis confecrasse. Lysimachus apud Josephum [5] narrat, Moysen una cum Hebræorum exercitu omnia, quæcumque obvia habuerunt in iisdem, subruisse. Illud Exod. 12. 12. *In cunctis Diis Ægypti faciam judicia* [6], ita interpretantur Judæi, quasi omnia Ægyptiorum Templa Israelitæ in sua ab Ægypto recessione subverterint, Josephus [7] ita Deum Israelitas alloquentem inducit: Jubeo vos igne, & ferro vastare lucos, Aras, & Templa Chananæorum, ut ne vestigium quidem superfit. De Templo, vel æde Phegor sermo est Deut. 34. 6. & Josu. 15. 41. ibidem etiam mentio injicitur *Bethsamues*, quæ facile sibi nomen a Templo Solis accivit [8]. Plura sub Judicibus occurrunt in Chananæitide Templa, ut Baal-Berit [9], Dagon [10], & alterum a Samsone in Urbe Gaza subversum [11].

Quamquam hæc ita se habent, illud tamen constat, nunquam a pertam Templorum mentionem apud Moysem legi; namque vocem *Beythpeor*, in Templum Phegor, in Deuteronomio adjectam constat, in cum Opus post obitum Legislatoris recenseretur. Sermo apud ipsum tantum occurrit de lucis, aris, collibus, monumentis, & Chamaim, nempe clausitis Soli dicatis, tibi ignis perpetuus detinebatur; quemadmodum ex Levit. 26. 30. intelligitur. Facile etiam credimus nulla fuisse in Ægypto ea ætate Templa, exceptis ædiculis, vel gestatoriis theçis, plurimum quidem & variabili non præbo haberetur; tunc nec Templa, neque religiosas ædes condere homines laborarunt. Ubique Dei Majestas & sentiebatur, & colebatur.

Cautiorem ea de re populum suum fieri Deus Israel voluit, cum sibi Templum ædificari postulantibus, permitteret. Profectus est enim le Cœlum, & Terram suo Numine implere, longeque proinde abesse, ut in constructis humana industria ædificiis contineretur; indulgere se tamen voluisse instabili rudioris gentis ingenio, ut scilicet Exum aliquod haberet, certumque Templum, neque pro arbitrio per alia finitimarum gentium Numina vagaretur. Unicum tamen sibi exigi statuit, quo Numinis singularitas magis magisque infinuaretur. Eo venire justit populum, semel, iterum, & tertio singulis annis, tamquam præstandis vero, & legitimo Domino obsequiis. Cavit tandem, ne alibi quam in Templo sacrificia offerrentur, etiam atque etiam contra Deorum pluralitarem, atque Idololatriam populum fuum præmuniens. Quare Templum illud velut aula Regis, & summi tortoris Israelis Moderatoris habendum erat, quo convenire Populi in obsequia Regis jubebantur.

Antequam tamen condendi Templi vero Deo consilium caperetur, plura jam sibi construxerat Dæmon cavaverat, in Ægypto maxime, constitutæ primum Idololatriæ sede. Sunt etiam qui ante diluvium ædificata quædam in honorem astrorum credideriut, quem sane cultum ab Enos invectum ferunt [3]. Templi Deæ Syriæ originem ad Deucalionem, cujus ætate diluvium contigit, referri a nonnullis Lucianus, de Dea Syra, est auctor. Porro Deucalion non raro cum Noemo confunditur; quare vir iste pius Templorum primus author crederetur. Sed quid Noe deputandum sit, ex Gen. 8. 20. intelligimus: *Ædificavit Noe Altare Domino*, post diluvium: nihil hic profecto de Templo. Constitutorum Templorum in Ægypto honor Osiridi tributus a Diodoro l. 1. videtur; narrat enim Principem illum, deinde inter priores regionis Deos habitum, Templum erexisse augustum, & magnificum utrique parenti, Jovi nempe, & Junoni, geminas insuper ædiculas aureas Jovi consecrasse, amplioremque Jovi Cœlesti, minorem alteram Jovi Ammoni; adjecisse insuper alias aureas alias Numinibus. Arnobius adversi. Gentes l. 6. mavult a Phoroneo, sive Merope Templa Ægyptia repetenda. Porro Phoroneus Abrahamo coævus creditur Eusebio, qui Apim ejus successorem circa Isaci tempora consignat. Artapanus [4] Lysimachus, Josephus, & Rabbini sustinent, Templa jam inde a Moysis ætate familiaria in Ægypto fuisse; ex quibus Templa Athos, & Heliopolis ab Hebræis, cogentibus

Fre-

(1) *Strab. l. 3.* (2) *Templum non solum quod potest claudi, verum etiam quod palis, aut aliqua tali re, & lineis aut locis, aut simili re sepsum est. Servius 4. Æneid.* (3) *Maimonid. de Idolol. c. 1. §. 3. apud Spencer de Legib. ritual. l. 3 dissert. 6. c. 1.* (4) *Artapan. apud Euseb. l. 9. Præp. c. 23. & 29.* (5) *Lysim. apud Joseph. contra Appion. l. 1. &c.* (6) Vide *etiam Num. 33. 4.* (7) *Antiq. l. 4. c. 8. 9. 120.* (8) *Jos. 13. 20.* (9) *Judic. 9. 46.* (10) *1. Reg. 5. 2.* (11) *Judic. 16. 27.* (12) *Herod. l. 2. c. 4.* (13) *Herod. l. 2. c. 44.* (14) *Euseb. Præp. l. 1. c. 10.* (15) *Sanchon. apud Euseb. l. 1.* (16) *Lucian de Dea Syr.*

Frequentia erat apud Græcos Templa belli Trojani ætate; cum jam inde & duodecim magni Dii, & plures Heroes inter Deos relati, ejus gentis Religionem omnibus numeris absolvissent. Porro inventorum Templorum gloriam inter Græcos tribuendam credit Arnobius l. 6. contra Gentes, *Æaco* filio Jovis; alii malunt Epimenidi inter primores Cretæ Philosophos[1]. Sed Philosophus iste multo est Æaco & Trojano bello recentior. Sane Pythagoras Epimenide vetustior sæpe de Templis agit[2]: atque traditione acceptum narrat, Aborim Philosophum Hyperboreum nobilem in his locis religiosam ducere consuevisse. Narrant etiam alii[3] Cretem, primum Insulæ ejus nominis Regem, Templum in sua ditione Cybeli Deorum matri dedicasse, quem sane virum Epimenide multo antiquiorem fateri cogimur, si Philosophus iste circa Olympiadem 47. floruisse credatur. Memoriæ etiam proditum legimus, Templi Apollinis in Insula Delo authorem fuisse Erisichonem, filium Cecropis Regis Athenarum; Cecrops autem mille ferme annis Epimenide vetustior est. Hæc de vetustate Templorum apud Græcos, quos sane plurima, sicut in aliis rebus, ita & in religione posterissima ex Ægyptiis derivasse Herodotus animadvertit[4]. Ex eo fonte deductum in Græciam Oraculum Dodonæum vetustissimum omnium in ea regione: ex eo nomina duodecim Deorum: an ex illis eriam conluesudo Altarium, & Templorum?

Macrobius Saturn. l. 1. cap. 9. ex Zenone narrat, *Janum in Italia primum Diis Templa fecisse, & vitæ institutisse Sacrorum*. Ferunt Romanos vacuum habuisse a simulacris religionem non modico temporis spatio; donec sub Tarquinio Prisco circa annum 170. ab U. C. in vacuis Templis simulacra constitui primo coepta sunt[5]. Romulus Templum struxerat Jovi Feretrio; Numa religionem Romanam formaverat; sed religionem frugi, & simplicem, nudisicijcet Templis contentam, & simplicibus sacrificiis sine fastu, impietate, & dissolutione.

Cum Numinum Paganorum fere omnia ex mortalibus fuissent conserata, quos sane mortales in coetum Deorum superstitio transtulerat, ita potior Templorum pars Mausolea veriùs referebat, supra eorum sepulchra erecta, quam Templa; quod sane deformamentum erat apertissimum cultus recenter invecti, simulque ejusdem cultus prodebat vanitatem, cum iæque Divinis honoribus colerentur homines corruptissimi, quorum ne memoriam quidem manisse par erat. Quam enim in superstites habebant observantiam, hanc ne post mortem quidem deponentes, transferebant in cineres, & exuvias corpore spiritus; quare minus ferentes errare illas animas sine laribus & sedibus vagantes; illas, inquam, animas, quas subiisse quodam corpore constantes, arcteque amicitiæ fœdere exuviis corporeis conjunctas, atque pristinarum sedium amore detentas opinabantur: consulendum illis autumarunt, sedium quarumdam ædificio, quas illæ incolerent, & sacrificiis, atque aromatum odoramentis tædium levare moræque dulces trahere possent[6].

Quæ jam innuimus de monumentis virorum clarissimorum, præpositura religioni in Templa conjecerit, redditisque in loco sepulturæ Divinis honoribus, authoritate veterum Patrum Ecclesiæ fulciuntur, uti S. Clementis Alexandrini in Protreptico, pag. 59. Eusebii Præp. l. 2. cap. 5. Arnobii adversus gentes l. 6. S. Cyrilli Alexandrini contra Julianum; assentiuntur & recentiorum Authorum plerique: longam Templorum hujus generis seriem deducentes. Templum Minervæ Lactifæum, monumentum erat Aerisii 5. alterum in arce Athenarum, monumentum Cecropis. Templum Peliadis, Erichtonii, & Eleusinæ, simuli sepulchrum habebatur. Duæ illæ mulieres Hyperboreæ, Iciticet Hyperoche & Laodicee sua habebant Mausolæa in æde Dianæ intra Templum Apollinis Delphici. Hæc ex Clemente Alexandrino delibavimus. Arnobius etiam asserit, horum Templorum partem non modicam, quorum superbirent auro solaria, atque culmina adeo erigerentur, nonnisi humiles condidisse cineres, & ossa: nec nobiliori excitata esse officio, quam ut esset cadaverum sepulchra; quemadmodum, ait idem ad Paganos conversos, ex vestris ipsorum scriptis convincere possumus. Argumentum inde trahit apertissimum contra Paganorum cultum; quippe qui inexpiabilis sceleris rei essent, mortales homines Divinis honoribus colentes, atque erimen in Deos inferrent, quorum exeitata Templa super tumulos mortalium voluissent. Ita ferme & Eusebius philosophatur, contendens si ipsi reperantur Idololatriæ fontes, atque superstitio ad suam revocetur originem, facile demonstrari posse, primos invectæ religionis Paganorum authores, fuisse homines perditissimos, qui metu quodam & avaritia, vel etiam præpostera quadam in patronos fuos obiervantia, eorum memoriam perennatam voluerunt, qua in re, inquit ipse, excuiarione digni fuissent, si coiique furoris non processissent, ut e mortalium conditione translatos viros, sibi vel Patriæ benefcos, in ipsis Deorum immortalium Sedes invehere non ausi fuissent. Acceptæ a patribus fuis religionis, sequitur idem Eusebius, cum filios puduisset, quo se ab omni crimine ponerent in tuto, novam invexerunt Theologiam, qua omnia ad figuras, & mysteria pertraherent; obsendentes, sub cmentito Deorum nomine nihil quidem mortale designatum fuisse, sed naturales maximorum in tora natura effectuum causas sui Solem, terram, aera, ventos &c. Celebris illa[7] turris a Belo Babylone constructa, inter Orbis portenta olim habita, ejusdem Beli monumentum erat authore Strabone l. 16. De Templis vero Romanorum universis hæc Prudentius (7).

Et tot Templa Deum Roma, quot in Urbe Sepulchra
Heroum numerare licet,

Nec alia erat Ægypti disciplina, apud quos nulla facile Templa extebant Sepulchris, sive Deum, sive animalium quorumdam Sacrorum. De his tumulis sermo est apud Herodotum, & Diodorum; quamquam subobscure Herodotus loquitur; quippe qui mysterium silentio premendum sibi in ea re autumaverit.

Ex his omnibus fusius a nobis hucusque digestis facile intelligimus, omnium Templorum, quorum ad nos cognitio certa devenit, vetustatem præ Moyse minorem fuisse; quamquam ambigendi locus de Templis Ægypti manet; cum nec de Phoroneo tempanam primo conditorem in Ægypto Templorum authore constet, neque, si constaret, de æiate ejusdem Principis certi aliquid habemus. Reliqua omnia Templa Chaldæica, Syriaca, Phœnicia, Græca, Insularum Italiæ, & populorum, quos Barbaros appellant, vetustate Moysi concedunt. Quando enim ædificati Templi Deæ Syriæ authorDeucalion haberetur, non tamen Moysi vetustius esset, cum diluvii Deucalinei epochem circa seculum Iiraelitarum ex Ægypto exitum statuamus. Celebratissimum illud Babylonis Templum Beli sacrum, de quo nos infra, ante Nabuchodonosoren quidem, incertum tamen quo Authore, conditum erat: sunt qui a Semiramide exedant, nempe multo post Moysen tempore. Jupiter, ceterique Dii cœavi, sicut & ejus filii, ut Æacus, authores Templorum in Græcia &c. 100. annis a Moyse superantur. Janus suppar erat Saturno patri Jovis. Templum Herculis Tyrii non tane majorem jactare poterat vetustatem, quam Urbs post obitum Moysis condita. De reliquis Templis Phœnicize, & Philistæorum, in eaquu fumus obscuritate, nihil certi afferimus. Apud Strabonem l. 12. esse lebratur Templum Leucothez in Colchide, quod a Phryxo repetit; scitum est autem Phryxum paulo ante

(1) *Laert. l. 7.* (2) Vide *Jamblic. in vita Pythag.* (3) Vide *Euseb. Cronic.* (4) *Herod. l. 2. c. 49. 50. 51. 52.* (5) Vide *Liut. in Numa Dion. Halycarnass. Tertull. Apolog. cap. 25. Aug. de Civit. l. 4. cap. 31.* (6) *Vide Spencer. de Legib. Ritual. l. 3. cap. 3. Disser. 6. sect. 5.* (7) *l. 1. contra Symmach.*

ante argonautas in regionem veniſſe; & Argonautarum expeditio ad ætatem Gedeonis circiter refertur. Apud Ovidium celebre eſt Templum Dianæ in Taurica, in quod cœlitus delapſum, uti ferebatur, ſimulacrum (1). Quo tempore Pylades, & ejus amicus Oreſtes eo adoraturi venerunt, Iphigenia Oreſtis ſoror ſacris præerat. Porro hi omnes viri bello Trojano poſteriores ſunt; quare etiamſi ante duodecim annos Templum illud conditum habeatur; adhuc tamen Moyſis ætate inferius eſſet. Itaque id eatenus haberi poteſt & firmum, nullum nobis Templum Moyſe vetuſtius innotuiſſe.

Non abs re ducimus modo aliquid de forma & habitudine veterum Templorum, quo Salomonico comparentur, afferre. Hæc de Templis Ægyptiis apud Strabonem legunntur (2). Obvia primum occurrit quadrata & inſtrata lapidibus area, jugero circiter patens, & quadruplo vel ſaltem triplo porrectior, quam anguſta tria veſtibula, alterum poſt alterum, excipiebant. Ex his adytus in atrium amplum ſatis & magnificum, in cujus fronte Templum aſſurgebat, mediocre illud mole, atque ſimulacris omnibus vacuum, niſi forte figuras quorumdam ſacrorum apud Ægyptios animalium exhibuerit. Omnia itaque religionem & magnificentiam ſpirabant, luci ſacri, atria, porticus, aræ, ceremoniæ myſticæ. Miniſtri religioſa quadam gravitate rebus ſacris operabantur.

In tanto religionis apparatu Templum deorum ingreſſis offerebatur felis, canis, ſimia, hircus, crocodilus, vel quid ſimile. Simulem Templorum ſtructuram deſcribens S. Clemens Alexandrinus (3), magnificentiam lucorum, atriorum, & porticuum celebrat; atria & veſtibula ornari teſtatur magnificis columnis, parietes lapidibus raris & pretioſis incruſtari; interiora Templi oculos præſtringere fulgore auri, argenti, & pretioſi illius metalli quod *Electrum* appellant. Penetralia vero, ait, reliquo ædificio ſeparant aulæa intexta. Sed cum lucorum ingreſſi de Deo quærunt, tunc Sacerdos ad majeſtatem compoſita gravitate velum reducens, felem, vel crocodilum, vel cicuratum aliquem anguem ſuper dittiſſimum purpureum tapetem reptantem exhibet.

Simandius Rex Ægypti rerum a ſe geſtarum perpetuum monimentum poſteris relicturus, Templum conſtruxit, ſive magnificum ad miraculum usque ſepulchrum, ita a Diodoro deſcriptum l. 2. c. 1. Totum ædificium in quadro poſitum, ſpatium 10. ſtadiorum habebat. Primus ad illum adytus lapide varicgato ornatus jugeris 2. porrigebatur, & 25. cubitis aſſurgebat. Succedebat atrium 4. jugerorum in quadro, quem faſtigiatum peripterum ambiebat; cujus periſtyrii columnæ ſingulæ altæ 16. cubitis, & priſco opere in animantium figuram ſculptæ perpetuo lapide conſtabant. Excipiebat deinde aliud atrium ejuſdem amplitudinis, ſed ditius ſculpturis, & pretioſo columnarum lapide, ac artificio. Ibi expreſſis ad magnitudinem coloſſi ſtatuis bellum Simandii contra Bactrianos exhibebatur. Succedebat Templum, ubi expreſſa in ingeno ſculptura coetus Judicum ſpectabatur, inter quos aliibebat medius Præſes, imaginem veritatis e collo ſuſpenſam geſtans. Inde egreſſis occurrit ejuſdem ſtructuræ magnum aliquod ædificium, imminens vaſto atrio, quod periſtylium ornat. Longius aliquanto ſurgit Bibliotheca, hanc habens in fronte inſcriptam: epigrahen *Animæ Medicamentum*. Succedit Bibliothecæ Templum ubi ad 20. uſque enumerantur pulvinaria Jovis, & Junonis, ſpectandumque ſe Regis hujus ædificii conditoris ſimulacrum exhibet. Non unam etiam Templorum Ægypti deſcriptionem habet Herodotus (4), ubi Latonæ, Vulcani, Minervæ, & Dianæ, ſed nihil ab ea, quam ſuper ex Diodoro retulimus, differunt. Unius Serapii Alexandrini aſſeremus, quod cum ad ætatem usque Theodoſii Magni ſtaret, ejuſdem Principis juſſu in Chriſtianorum Templum conſecratum eſt. Hæc de illo Rufinus Hiſt. l. 2. c. 23. *Non natura, ſed manu & conſtructione, per contum aut Differt. Calmet. Tom. I.*

amplius gradus in ſublime ſuſpenſus; quadratis & ingentibus ſpatiis omni ex parte diſtenti. Cuncta vero quæ ad ſummum pavimentorum evadetur, opere farnico conſtructa, quæ immenſis deſuper liminaribus, & occultis additivis invicem diſtinctis, uſum diverſis miniſteriis & clandeſtinis officiis exhibebant. Jam vero in ſuperioribus extrema totius ambitus ſpatia occupant exhedræ, & poſtophoria, demiſſque in excelſum parretta, in quibus vel vitrei, vel bi quos aſbeſtinos appellant, ideſt qui ſe exſtinguant, commanere ſolitierant. Portiens quoque poſt hoc omnem ambitum quadratis ordinibus diſtinctæ intrinſecus circumibant. In medio totius ſpatii ædes erat, pretioſis edita columnis, & marmoris ſaxo extrinſecus ample magnificeque conſtructa. Interiores delubri parietes laminis primo aureis veſtitis. Super has argenteis; ad poſtremum arcis ſubebant, qua monumentorum pretioſioribus metallis ſerent. Congeſta ſuper concamerato fornice non modice ſumptibus terra, in amplam aream porrigebatur, cujus medium inſidebat Templum. Hujus Templi pretium augebat inſignis Ptolemæorum Bibliotheca. Særo quodam horrore, quemadmodum fere omnia Veterum Templa, locus tenebatur; tenuis enim lux ex foruio ad orientem patenti ita admittebatur, ut orientis ſolis radii ipſum Idoli os e regione in capite Templi poſiti ferirent. Ex hac deſcriptione intelligimus hujus ædificii ſtructuram Græci fuiſſe ſaporis, alteriuſque a priſcis Ægyptiorum ædificiis architecturæ. Hoc plane fuit Ptolemæorum opus.

Ægyptiacis Templis alterum non abſimile, & in vicinis poſitum, Jovis nempe Ammonis, jungimus. Erigebatur illud in medio ſacri luci, Templum ſimul, & arx pro finitimis circum populis. Tribus totum ædificium ambiebatur muris, quorum prior ambitus claudebat veteres Regis ejus regionis ædes, ſecundum Gynecæum fœminarum, ubi & ſedes filiorum ejus Principis. Ibi etiam aſſurgebat Templum, & Oraculum Dei Ammonis. Intra tertium tandem ambitum continebantur ædes militum & aliorum Jovis cultuſodum. Templa Syriæ, & Arabiæ ipſidem erant cum Ægyptiis architecturæ. Priſcis Arabibus, quemadmodum ceteris ferme omnibus gentibus, Templa omnia deerant. Maximus Tyrius Diſſert. 38. videſſe ſe tradit ejuſdem gentis ſimulacrum nullo exquiſitiori artificio, quam lapidis quadrati, elaboratum. Sed aliam prorius ideam de majeſtate Templorum Arabiæ, & Numinum ejuſdem gentis Diodorus ingerere conatur l. 6. c. 10. Hæc ille de Templo Jovis Triphylii in Inſula Panchæa. Ædificium eſt, inquit, in medio agri læti, & fertilis, quem fruteta, & arbores ornant. Templum non antiquitate minus, quam divitiis, magnificentia & loci ſitu præſtat. Duobus jugeris in quadro patet. Nivcis lapidibus conſtat ſtructura, quam ſulciunt immanes quædam columnæ, ſculptura infigues. Simulacris Deorum nihil eſt reliquum, ſive ſtatuæ ſpectetur, ſive ſculpturæ artificium. Sacerdotibus ſervitus ejuſdem Templi deſtinatis ædes circa Templum poſitæ ſunt. Templo ſuccedit Circus quatuor ſtadiis in longum, & jugero in latum: duo Circi latera ornant æneæ gigantææ ſtatuæ ſupra quadratas baſes conſtitutæ. Hoc magnifici Templi Ædificium. Ejuſdem architecturæ guſtum aliquem ſervat Templum Mecheæ hodie ufque manens. Templum, quod *Beitullah*, Domus Dei, dicitur, ædificium eſt 15. circiter paſſibus in longitudine, 11. vel 12. latum, & 5. brachiis circiter aſſurgens. Regnat circum turris in quadro, quam ambiunt parietes cum triplici columnarum ordine, faſtigiatisque interne patentibus porticibus, quatuor Mahometanorum ſectis ad orationem ſeorſum deſtinatis. Scitum eſt, Abrahamum ædificii hujus auctorem a Mahometanis reputari. Ejuſdem ſtructuræ aliquid referunt ſplendidiſſima illa Templi Palmyreni veſtigia (5).

Apud Veteres celebrantur Templa Aſcalonis, & Herculis Tyrii, quorum nulla ſupereſt fatis exacta, & fidelis deſcriptio. Scimo in Scriptura occurrit

L de

(1) *De Ponto* 3. *eleg.* 2. (2) *Strab. l.* 17. Vide *Herod. l.* 2. (3) *Pedag. l.* 3. *c.* 2. (4) *L.* 2. *c.* 138. 155. 170. 175. 176. (5) *Thevet.* 3. *Voyage* 2. *Levant*, 2. *part. c.* 21.

de Templo Dagonis in Urbe Philistheæ Azoto ; sed altum de ejus structura silentium , nisi si quid in historia Samsonis legatur , quod conjecturam præbet ejusdem fuisse cum Ægyptiis architecturæ ; amplo etenim atrio perstylio omnia imminebat , namque populus ad spectaculum Samsonis accitus , & porticus omnes occupabat , & tecta Templi , & perstylii , quę omnia vir ille insigni robore pręstans subvertit.

Neque silentio nobis prætermendum Templum Hierapolis Deę Syrię inter primora totius Orientis habitum. In colle modice quidem assurgente , ait Lucianus de Dea Syr. medium totius Urbis tenet , Duplici muro totum ędificium ambitur. Templi vestibula seorsum ad boream directa sunt , eorum uniarum magnitudine Templum ad orientalem plagam , quemadmodum Jonię Templa omnia vergit. In solo 2. passibus prominenti , unde per gradus ascensus , ędes collocatur. Vestibulum statim intuentium rapit admirationem , detinet etiam accedentes aureę januę , & templum fulvo metallo coruscans. Imum Templi spatium conclave aliquanto prominens semper clausum , & numquam patens tenet. Intima Templi nonnisi Sacerdotibus prævia ; neque Sacerdotibus indiscriminatim omnibus . Erant in loco sacro geminæ aureæ statuæ , Junonis haec , altera Jovis ; quamquam diverso designarentur nomine. Juno exhibebatur Leonibus assidens , Jupiter tauris ; tertius alter Deus nulli similis Numini , sed ex omnibus aliquid præseferens , geminis illis accedebat. Huic Numini Assyrii nullum aliud nomen assignant , quam quod statuam , sive figuram exprimit (1). In Templum ingredientes ad lævam offendunt thronum vacuum. Solis dicunt ; vacuum autem , quod astrum illud per se notissimum nullo indigeat alio , quo exptimatur simulacro. Succedebat thronus Apollinis , cujus aliud erat apud illos , quam apud Græcos simulacrum ; barbatum enim , & vestium Numen præferebat ; cum apud Græcos & Numen sit nudum , & imberbe. Hæc Lucianus de Templo Deæ Syriæ celebratissimo.

Ab his omnibus tecedebat structura Templi Beli Babylone. Quadratum enim erat ædificium , teste Herodoto , spatium tenens ex omni latere 2. stadiorum , seu 250. passum (2). In medio hujus spatii surgebat turris basim habens stadio patentem in quadro. Porro turris illa septem aliis turribus minoribus , altera super alteram impositis , constabat. In suptema , & eminentissima turri Templum erat , in quo magnificum pulvinar cum tabula aurea , nullum autem simulacrum. In ima turri ad porticus solatium aurea Jovis assidentis figura 12. cubitis procera spectabatur ; accedebat & amplior aurea mensa cum sede , & scabello ejusdem metalli ; accedebat & aureum Altare , sicut & augustius aliud perfectis sacrificiis , sive majoribus victimis offerendis . Persæ , qui nec Templa norant , nec simulacra , quum Beli ignorum jure Babylonem subegissent , everso Templo thesauros omnes abripuerunt. Id factum Xersi tribuunt Herodotus , & Arrianus . Alexander Magnus eversum jam ædificium restituendum suscepit , sed morte intercedente ab opere desistere coactus est (3).

Aliam ejusdem Templi ideam subjicit Diodorus l. 3. c. 10. namque a Semiramide ædificatum autumat , ejusque altitudinem neminem ad id usque tatis exacte definisse contendit. Sed , inquit , tam alte porrigitur ædificium , ut in ejus culmen ascendentes Chaldæi observationes suas astronomicas ad Orientem , & Occidentem perficiant. In vertice ejusdem Templi tria surgunt aurea simulacra , Jovis , Junonis , Opis , quorum prius & posterum mille talentorum Babyloniorum pondus æquabant. Supererat adhuc Diodori ætate Jovis simulacrum 40. pedibus procerum. Opis throno aureo assidebat , habens ad genua duos Leones , penes quos æquebantur immanes totidem argentei serpentes. Junonis simulacrum 800. talentorum pondere , serpentis caput dextra tenebat , altera sceptrum lapideum . Ante Numina posita aurea mensa 40. pedibus in longum , & 12. in latum , 500 talentorum pondere . Communis erat tribus ; quemadmodum & gemini ampli crateres , navicułæ figuram exhibentes , ac duo vasa adolendis aromatibus destinata ; Præter hæc , tres positi erant crateres , quorum unus Jovi dicatus , pondere erat 1200 talentorum.

Templum Dianæ Ephesinæ inter celeberrima totius antiquitatis jure mtritoque habetur . Hujus ædificii structura , neque ad Ægyptiacam , neque ad Syriacam accedens , quatuor ad latera exteriora alis , geminis utrinque , distinguebatur : nempe duplici columnarum ordine circum regnante , octo ad geminas frontes ante , & retro replicabantur (4). Porrigebatur totum opus ad 425. pedes , in latitudine vero excurrebat ad 220. Viginti septem supra centum Reges singuli singulas columnas donaverant 60. pedibus altas , inter quas 36. anaglyphico opere insculpiz.

Januas habebat cypressinas , cujus arboris lignum , neque corrumpi unquam , neque a pristino nitore decedere contingit. Quæ fabri lignarii opere constabant , omnia e cedro erant ; atque ad superiora ascensus patebat per gradus ex suite quodam viiii , e Cipro advecto . Longum essem si ara & prętiola singula ornamenta celebratissimi hujus Templi recenserem . Sumptus universa Asia conferente , 220. annorum spatio tandem totum opus absolutum est .

Græcorum Templa , quod ad figuram pertinet , satis ad Ephesinum accedebant . Plerumque fastigiatis porticibus , vel saltem peristyliis ambiebantur ; alia simplex peristylium , vel porticum , alia duplex peristylium habebant .

Quamquam Templorum structura varia fuerit apud varias gentes , communes quædam regulæ ; æque ab omnibus in ea re fervabantur . Scimus enim plurium Historicorum testimonio Ægyptiorum Templa plerumque januas habuille ad Orientem , adeoque & Templum & Sanctuarium ad Occidentem . Porticus Vulcani ab Æsychi Rege Ægypti constructa orientem respiciebat (5); sicut & ad eamdem Cœli plagam patebat Templum Memphis (6), opus Phammetichi . Idem servatum & in cetteris Templis Ægyptiis Porphyrius cum aliis nonnullis est author (7); utpote quia fingulorum adiius ad Orientem patebat : oranes vero in Templo spectabant Occidentem . Nec Templum Deæ Syriæ ab aliis ea in te distinguebatur .

Sensim tamen motem illum absoluisse , ex Hygino Augusti Liberto , intelligimus (8), ille enim ad Occidentem Templi ingressum statuit , ut Numinis Simulacrum in caput Templi erectum ad Orientalem plagam specter , sicut & ad eamdem plagam Numen in Templo adotatuti respiciant . Ex quo Vitruvius de Architect. l. 1. c. 5. *Signum quod erit in tella collocatum , spectet ad vespertinam Cœli regionem , ut qui adierint ad aram immolantes , aut sacrificia facientes , spectent ad partem Cœli orientis , & simulacrum , quod erit in Ædo ... ipsaque simulacra videantur ex oriente contenplari & supplicantes* . Hanc structuræ habiudinem in prisci Christianorum Templis spectari constat ; semper enim fores habent ad occidentem patentes , ut Ara , & Sanctuarium in adversam partem respiciant . Hujus autem moris vetustas in altero paris antiquitatis more elucet ; cum apud veteres Christianos obtinuisset , Deum adotaturos orientem spectare : ex quo vetus Paganorum calumnia de cultu Soli a Christianis prætito .

Nihil ea traditione vetustius in Ecclesia Occidentali , unde facilis conjectura trahitur , morem illum ex gentibus ad Christianos transisse ; cum prisci illi Fideles ejuratis Paganorum sacris ad fidem accedentes ,

(1) *Semeien.* (2) *Herod. l. 1. c. 181. 182.* (3) *Arrian. l. 3. & 7. & Strab. l. 16.* (4) *Vitruv. l. 3. c. 10.* (5) *Herod. l. 2. cap. 136.*

(6) *Diod. l. 1.* (7) *Porphyr. de antro Nympharum, Item Dion. Thrax l. 3. de Eharis , apud Spencer. de Legib. Ritual. l. 3. c. 2. Dissert. 6. sect. 4.* (8) *De Agrorum limit. constituen. l. 1. Antiqui Architecti in occidentem Templa spectare recte scripserunt , postea placuit omnem religionem eo convertere , ex qua parte Cœli terra illuminatur .*

tes, ritum hunc ex Paganismo receptum ad meliorem usum retinere malueriſſent. Favet huic opinioni, quod contracta plane diſciplina apud Judæos ſervetur, quorum mores facilius adoptaſſent Apoſtoli, niſi huic altera aſſueviſſe Fideles animadvertentes, noluiſſent in re minime mala conſuetudini adverſari.

Nihil plane ſimile in Eccleſiis Orientalibus, apud quas Judæorum mores invaluerunt, ſicut & veteres ſervare iunt regulæ Templorum Ægypti, & Syriæ. Aditum illæ ſtatuebant Templorum ad Orientem, Aras ad Occidentem. Extat hujus moris veſtigium in Templo Tyri conſecrato, late ab Eutebio Cæſarienſi deſcripto (1): extat & in aliis recentioris ævi in eadem regione Templis. Nulla enim a conſtituta illa regula recedunt, quam ex altiori fonte repetiiſſe eorumdem Templorum Authores facile credimus. Amplo murorum claustro locus Sanctus ambiebatur; ad orientem patebat amplior & faſtigiata porta, cujus longe lateque proſpectus. Datus hinc aditus in atrium ingens, & quadratum, perpetuo quadruplici porticuum columnatarum ambitu ornatum. Medium ejus atrii e regione Templi duo tenebant ditibus aquis fontes, quo puri Fideles Templum ſubirent. Tres amplæ fores ad Orientem, quarum mediæ ampliores, laterales duæ inferiores; ſingulæ repagulis æneis ferreis manicis obſtructis non ſine ſculpturis ornabantur. Ex majori porta aditus dabatur in navem Baſilicæ, ex duabus aliis in lateta. In capite erigebatur Epiſcopi thronus, aliique pro Sacerdotibus, qui ſemicirculo una cum Epiſcopo circum Altare in medio hujus ſpatii poſitum aſſidebant. Sanctuarium a reliqua Eccleſia ſeparabant tranſennæ quædam ſive a cancellata lignea, ſculpturis exquiſitiſſime ornata. Hæc Eccleſiæ Tyri, & Orientalium omnium ſtructura.

Sed non ita conſtituendum eſt, ut certæ quædam regulæ in Templis omnibus condendis ſervandæ ſtatuerentur. Plerumque certe, non veto neceſſario ita ſe conformabant, tunc maxime, cum nullam habuerint variandæ architecturæ occaſionem. Namque teſtatur Vitruvius l. 4. c. 5. *Sin loci natura interpellarit, tunc convertenda ſunt earum Ædium conſtitutiones, uti quamplurimæ pars maxima e Templis Deorum conficiantur.* Si vero in ripa amnis Templum excitandum fuiſſet; æſtificium ſinenti alveum, ſicut & veſtibulum ſpectabant. Ita apud Ægyptios ubi Templa potiſſimum in ripa Nili ædificabantur, eo artificio Sacræ illæ ædes conſtructæ erant, ut veſtibulum haberent ad flumen; adeoque quæ in ripa eſſent orientali Templa orientem anteriori fronte, occidentem poſteriori ſpectabant; ſicut & viciſſim quæ in adverſa ripa ædificata eſſent, Occidentem habebant in fronte, Orientem a tergo. Si tandem via imminerent, veſtibulum patebat in via, quo ſcilicet facilis daretur tranſeuntibus aditus, & Numina per tranſitum ſalutarentur. Hæc Vitruvius. Scholiaſtes Pindari hanc regulam in univerſum conſtituit de ea, quam orantes ſervent, ſitus habitudine: Numina adoraturi, inquit, ad Orientem convertuntur; qui vero Heroas, ad Occidentem.

Quare pro Deorum varietate varia etiam ſervabatur Templorum architectura. Sacræ Jovi Ædes in longum magis, quam in latum prorogabantur; saepe erant ſub dio 2), & eiſem muris ſublimes; quo ſcilicet magis magiſque Numinis amplitudo, & ſuper ceteros præſtantia eluceret. Templa etiam Cœli, Solis, Lunæ, Fulguris, ſine culmine plerumque patebant; quod ſcilicet luci hæc omnia pateant. Idem forte ſignificatum voluerunt Iſraelitæ, cum Solem, Lunam, & Aſtra ſuper tecta adoratent 3). Ceres, Veſta, Sol, Bachus, ceterique Dii, quorum Numen ad tectam tefertur, terræ totundiratem in Templis affectabant; quippe quæ ſive rotunda eſſent, ſive 6. vel 7. vel 8. lateribus angulata. Janus quadrato ædificio gaudebat; Pluto, ceterique Dii Inferni ſubterraneis fornicibus, ſicut etiam Atis in terra defoſſis, Numina Urbis tutelaria in editiſſimo ejuſdem loco erecto Templo præſidebant; quemadmodum ex Templis Trojæ, Minerveo Athenarum, & Capitolio Romano intelligimus. Dei etiam artibus, virtutibus, pacı præſides in locis frequentiſſimis Urbis erecto Templo colebantur. Mercurio, Iſidi, Serapidi Templum ſtabat in foro. Voluptatum Numina, e. g. Venus; belli, uti Mars & Bellona; ignis & incendii, uti Vulcanus extra Urbem ſuas habebant conſtitutas ſedes; Neptuni Templum mari imminebat; Æſculapii in loco Urbis vel ruris amœniſſimo (4); Apollinis & Baechi Theatro continuabantur; Herculis a Circo non remota, Ceretis in agro, quod ſcilicet hujus teligio loeum puriſſimum exigat(5).

Præcipit etiam Vitruvius l. 1 c. 2. ſuam variis Numinibus architecturam: *Minervæ*, ait, *Martì, Herculi ædes Doricæ ſient; his enim Diis propter virtutem ſine deliciis ædificia conſtituì decet. Veneri, Floræ, Proſerpinæ, fontium Nymphis, Corynthio genere conſtituenda, optas videbuntur habere proprietates, quod delicatiſ ſint magis & faſtoſæ.* Jonico delectabantur Juno, Diana, & Liber; quod is ordo medius ſit inter auſteritatem Doricam, & luxum Corinthium. Plerumque unica tantum porta inſtructa erant Templa illa, ante quam erectum ſtabat Altare, & cum Templa culmine tegerentur, Altare ſub dio manebat; quemadmodum & in Templo Domini Jetotoiymæ animadvertimus.

Apud Scriptores Græcos ferme eſt de alio Templorum genere, atrio tantum ſeu claustro conſtantium, quod perpetuo peristylii ambitu ita cingebatur, ut undique ſubeuntibus aditus in Templum pateret. Templum Junonis ejuſdem ſtructuræ occurrebat ſecus viam, euntibus Phalero Athenas. Vide Pauſan. in Atticis. Idem & in Eliac. alterum deſcribit nullis ſeptum parietibus, quod forum urbis Eleæ occupaverat. Legimus etiam de Templo quodam noſtræ ætatis Athenis, non parietibus, ſed tantum peristylio ſeptum: Templum eſt Jesu Chriſto Crucifixo ſacrum (6). Quibuſdam apud Vitruvium Templis duplex eſt aditus in utraque fronte (7), cujus ſtructuræ nulla, inquit ille, ſunt Romæ exempla: Athenis vero in Templo Jovis Olympii occurrunt; occurrunt etiam noſtra ætate in elegantiſſimo Templo, quod vocant, Invalidorum Pariſiis.

Si quis modo ſtructuram Templorum Ægyptiacorum, Syriacorumque cum Jeroſolymitano a Salomone conſtructo comparare voluerit, plura ſane ejuſdem ſaporis utrimque deprehendet. Paucis hic totam hujus Templi œconomiam dabimus, quam nobis Ezechiel, & Libri Regum, & Paralipomenon tetraverunt. Variæ Joſephus, qui non Salomonicum, ſed ab Herode reædificatum Templum deſcribit; quod ſane alterius erat a Salomonico, & a Templo poſt captivitatem reſtituto, guſtus, & ſtructuræ magnificentiotis; quamquam Salomonicum divitiis longe præſtaret. Immanes illi muri totum ambientes montem, cui Templum inſidebat, ad eamdem cum monte altitudinem pertingentes, ad aggeſtam terram continendam ædificati, opus erant Salomone multo recentius (8). De atrio Gentium nihil fere exploratum habemus ante captivitatem (9). Quæ apud Rabbinos legimus de aſſignatis certos ad quoidam utus variis Templi partibus, ſicut & de ſingulari aularum ſtructura, ahuique, & apud Ezechielem & apud Scripturam reliquam prorſus deſiderantes: quare cum ſolum habeant authorem ſervatam apud eas gentes traditionem, poſſent eodem apud nos loco haberi, quo multa plane eorum ab eodem fonte derivata. Tandem quam exhibet Villalpandus ejuſdem ædificii œconomiam, paulo exaggeratam judicamus. Vir emm ille in ea, qua tenebatur, perſuaſione, nihil Salomonico ædi-

Diſſert. Calmet. Tom. I.

L 2 ficio

(1) *Euſeb. l. 10. cap. 4.* (2) *Vitruv. l. 1. c. 2. Jovi, Fulguri, & Cœlo, & Soli, & Lunæ ædificia ſub dio hypetraque conſtituentur, horum enim Deorum, & ſpecies, & oſtenſus in aperto mundo, atque lucenti præſentes videmus.* (3) *Sophon. 1. 5. Eos qui adorant ſuper tecta militiam Cœli.* (4) *Vitruv. l. 1. c. 2.* (5) Vide *eumd. l. 1. c. 7.*

(6) Vide *Paleogr. Grac. l. 1. c. 4.* (7) *Vitruv. l. 3. c. 1. ad fin.* (8) *Joſeph. de Bel. l. 6. c. 14. in Greg.* (9) *Ezech. 42. 20.*

ficio quoad magnificentiam & gustum reliqui fuisse, ideam subjicit ædis ad omnes veteris architecturæ regulas conformatæ, ut exquisitissimum sit opus, & totius architecturæ prodigium. Videsis centuram Ludovici Capellii Senioris in Templum Villalpandi in Præfat. Versionis suæ Operis Maimonidis de Templo. Fabric. Bibliograph. Antiq. c. 9. pag. 285.

Complanatus in aream 500. cubitorum in quadro Moriæ clivus, aptum excipiendo Templo spatium exhibuit. Non ita tamen ad libellam locus æquatus, quin aliquanto molliter ascendens, aditum in atrium per gradus exigeret. Patebant ad quatuor latera, orientem, occidentem, septentrionem, & meridiem, januæ. Atrium Sacerdotum suas habebat ad orientem, septentrionem, & meridiem portas, e regione aditus in atrium Populi, rectaque omnes deducebant ad vestibulum loci sancti fere altari holocaustorum obversæ.

Ædificii hujus pars, quæ Templi nomine potissimum designabatur, tamquam sedes Dei peculiaris habita, supernam ferme ædificii partem, & Sacerdotum atrio occidentalem, tenebat. Patens ab oriente vestibulum, ut adoraturi ad occidentem spectare cogerentur. Tres distribuebatur in partes Sanctuarium, Sanctum, & Vestibulum. Sanctuarium 20. cubitos dimetiebatur in quadrum; Sanctum 20. in latum, 40. in longum, & 20. in altum; Vestibulum oblongum habebat 20. cubitos in latum, bis totidem tam in longum, quam in altum. Totius hujus ædificii mensura 70. cubitorum in longum; latitudo in corpore ædis 20. cubitorum, & altitudo 30. Lateralibus parietibus adhærebant conclavia 5. cubitorum altitudinis, triplici solariorum ordine disposita. Trabes solaria illa fulcientes hinc lateralibus Templi parietibus, inde pariesi extimo conclavium incumbebant. Primus ordo 5. cubitos quaquaversum dimetiebatur; secundus uno cubito latior, quod tantumdem spatii parietes Templi sensim recedentes permitterent; qua pariter ratione septem latitudinis cubiti tertio ordini relicti.

Porro conclavia circum Templum ad Meridiem, Occidentem, & Septentrionem regnabant. Quare totum hoc ædificium una simul cum aliis adhærentibus, aream tenebat 70. pedum ab Oriente in Occidentem; in latitudinem vero, una simul computata murorum crassitudine, 40. cubitorum circiter. Altitudo in media æde 30. cubitorum; 15. vero in lateralibus ordinibus. Reliqua ædificii altitudo, media scilicet, quæ supra latetum altitudinem erigebatur, feneſtris luci demittendæ in Sanctum, & Sanctuarium dabat. Sealæ in sctobis modum fabricatæ ad extremas solariorum oras, aditum dabant e vestibulo in conclavia. Porro laterales illæ fabricæ alatis Græcorum Templis non inepte compararentur; quamquam Græcorum illæ porticibus fastigiatis, & columnis instructis, ipsam æquantibus Templi altitudinem, triplici aliquando, modo duplici, vel etiam simplici columnarum geminatione constabant; hæ vero Salomonis, licet triplæ essent in altitudine, simplices tamen erant in latitudine. Ex his Templo, nudis alioqui lateribus minus augusto, majestas conciliabatur.

Sanctum, locus erat elausus, & a reliquo Templo distinctus, quem Sacerdos destinatus bis in singulos dies mane, & vespere adire tum offerendo thymiamata, tum incendendis extinguendisque lampadibus, tenebatur. Sanctuarii aditus ceteris præclusus Sacerdotibus, uni tantum Pontifici die Expiationis solemnis semel in anno patebat. Atrium ex anteriori parte reclusum duas habebat ante se positas ingentes, & magnificentissimas æneas columnas, quarum habetur descriptio in Scriptura.

Templum ambiebant duo vasta atria, quorum intimum, & angustius, in exteriori ambitu habens 200. cubitos in quadro, Sacerdotibus destinatum erat. Ceterum eo uno excepto, quod perisstylium in latere occidentali nullum sed murum tantum (1) haberet, cetera, quod ad ornamenta, & structuram pertinet, nihil cedebat extimo, & ampliori atrio, populo reservato. Erant autem hæc atria lapidibus, elegantissime strata, magnificis porticibus, quas columnæ non infimi pretii sulciebant, ornata. Cellulæ pro Sacerdotibus, servandisque rebus in usum Templi, uti vino, oleo, frumento, & vestibus, alia occupabant ædificia circum atria disposita. Tandem si quid erat vel ad ornamentum, vel ad usum, vel ad splendorem, & magnificentiam Domus Dei, hujus sane nihil in eo ædificio desideraretur. Vestes ipiæ, cellæ, cibi Ministrorum, pro Numinis Majestate sufficiebantur.

Neque ii tumus, qui singula hæc imprætexiarum profequi statuerimus, satis habentes demonstrasse quantum fuerit affinitatis inter Templa gentium Judæis finitimarum, & Templum Domini. Nihil ferme inter utraque hæc discriminis, nisi quod multum religione Numinis simul & structuræ magnificentia Salomonicum illud præstaret. Ceterum utrinque recurrit Sanctuarium inaccessibile, inviolabile, in ipsis ædificii penetralibus abditum, atris uno vel pluribus non sine ambitu columnarum cinctum, & ædes in usum Sacerdotum.

IN IV. LIBRUM REGUM PROLEGOMENON.

ANTE tertium librum Regum Prolegomenon instruximus utrique Libro, nempe tertio, & quarto commune; ubi de Authore utriusque Operis, & ætate disseruimus. Quartus liber Historiam habet 300. annorum, ab obitu scilicet Josaphat A. M. 3115. usque ad eversionem Regni Juda A. 3416. In serie Regum Juda pauci veterem pietate coluisse referuntur, reliqui omni abjecto cultu, & Religione, in vitia prolapsi sunt. Sed hæc præ sceleribus Regni Israel tolerabiliora; nihil enim in ejus Regibus nisi vitia, atque impietatis, impotentiæ, & idololatriæ exempla detestanda. Elias, & Eliseus murum se opposuerunt contra impios, & sceleſtos Reges, quo reliquias saltem Religionis in Regno detinerent. Tandem ultor Domini gladius primum in Israelem, deinde in Judam exertus est. Namque Regnum Israel diu jactatum, variisque intestinis, externisque bellis disceptum, tandem armis Regum Assyriæ cedere coactum est, a quibus populo in captivitatem abducto, nova externarum gentium colonia in regionem missa.

Regnum Juda aliquo adhuc tempore superstes mansit; sed eo accepto divinitus beneficio abusum, negligentique minis, atque adhortationibus Prophetarum, quin & laxatis in vitia habenis, eodem tandem fato cum Regno Israel obvolutum est. Divinæ in contumaces populos ultioni suspendendæ unico fuit momento pietas Regum Josaphat, Ezechiæ, & Josiæ, sicut & refipiscentis Manassis lachrymæ una cum precibus Prophetarum; sed vincente tandem impietate religionem, Domini furor in miserum Regnum erupit, totaque vastata ditione, eversa Jerosolyma, Templum igni, populus captivitati traditus est.

DIS-

(1) Vide *Joseph. de Bel. l. 6. c. 14.*

DISSERTATIO

QUID NAAMAN CONCEDI SIBI poſtulat ab Eliſeo, ut coram Idolo Remmon ſeſe proſternere liceat ?

NAAMAN copiarum Regis Syriæ Imperator, poſt receptam a morbo lepræ prodigioſam valetudinem, loto ex præſcripto Eliſei aquis Jordanis corpore, Prophetam ipſum conveniens diriſſima obtulit munera ſimulque rogavit concedi ſibi, ut duos onuſtos mulos terra ejus regionis referret (1) : *Non enim*, ait, *faciet ultrò ſervus tuus holocauſtum, aut victimam Diis alienis, niſi Domino. Hoc autem ſolum eſt, de quo deprecaris Dominum pro ſervo tuo, quando ingredietur Dominus meus Templum Remmon, & illo innitente ſuper manum meam, ſi adoraverò in Templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoſcat mihi Dominus ſervo tuo pro hac re. Qui dixit ei : Vade in pace.*

Sub ipſo hujus hiſtoriæ limine puſilli Lectores offenduntur. Qui fidei ardor & ſtudium in Proſelyto ! Simul ſe veri Numinis cultui addictum profiteretur, unaque rogat, ut externo Deo cultum impendere permittatur. Quam indigna autem Prophetæ aſſentatio, ut ſcilicet rogatus de permiſſione Idololatriæ a Naamano, veniam facilis, & pacem conceſſerit ? Si crimen ſcandali vel homicidio deteſtabilius habetur, quid de facto Naamani cenſendum eſt, unde ſcandalum inductum ? quid de indulgentia Eliſei, quæ ſcandalum authoritate ſua probavit ? Si Filius Dei profiteatur dedignaturum ſe hominem, qui nominis Dei confeſſionem probro duxerit coram hominibus (2), quid de Proſelyto, & Propheta fiet ? At enim Naaman ſola externa cultus ſignificatione intimos animi ſenſus occulit. Sed hæc indigna viro fideli ſimulatio, quæ ſane numquam deteſtabilior reputanda eſt, quam in cauſa Religionis. Si Idololatria crimina ſuperat omnia ; ſi hypocriſis vitium eſt Dei oculis deteſtabile, quidnam de Naamano, & Eliſeo reputandum ? Etenim vel criminoſam hanc fibi erga Idolum venerationem Naaman arbitratus eſt, vel opus licitum, ſeu indifferens judicavit. Si licitum, & indifferens ; cur ab Eliſeo petieret, ut a Deo ſibi impetraret ejus rei veniam ? Si iniquum, & idololatrum duxit ; cur rogat, nec renuente Eliſeo, petmitti ſibi ejus rei facultatem ? Apoſtolus jubet, fideles non tantum abſtinere ab omni malo, ſed etiam *ab omni ſpecie mali* (3) ; quod ſane præcepium æque Judæos ſpectat ac Chriſtianos. Naaman, & Eliſeus nil præceptum illud curant ; alter adorat, vel ſaltem adorationis ſpecimen præbet ; alter probat, vel ſaltem diſſimulat, nec prohibet. Num licet duobus Dominis ſervire, Dei cultu cum Belial admixto ? Debuit plane Naaman omnia tolerare ; Præfectura exactorari potius, quam externa ſignificatione coram Idolo proſtratum appatere, etiamſi ea cultus ſimulatione nihil religioni ſuæ metuere poſſet ; vel ea ſola ratione, ut uni tantum puſillorum ſcandalo conſuleret. Quam ſane glorioſum viro, ſi Principi cultum impium jubenti in faciem ita reſtitiſſet ; ut vitam ipſam pro tam bona cauſa non recuſaſſet impendere ! id, inquam, magis glorioſum viro, quam ut indigna ac illiberali indulgentia Regi aſſentaretur. Hæc commentantur nonnulli de Naamani, & Eliſei conſilio.

Plerique tamen non inter Veteres tantum, ſed & Recentiores omnem impendunt operam, quo ab Idololatriæ, & ſimulationis ſuſpicione utrumque virum purgent. Vatii tamen varias ineunt rationes, quamquam omnium idem eſt ſcopus, ut vel utrumque, vel Eliſeum ſaltem abſolvant. Qui Prophetam defendunt, Naamanum tamquam in vera Religione Neophytum deferendum ducunt ; rati illud criminis indulgendum vito, qui recens ab Idololatria deficiens, conceptas in illa ideas de ſimulanda teligione, ut olim in exordio Mundi, non penitus exuerat. Negant illi acquieviſſe Prophetam precibus Naamani, nec quidquam ab illo indultum contendunt veræ Religionis diſpendio ; ſed, inquiunt, rogranti viro reſpondit tantum : *Vade in pace* ; ac ſi diceret : Vade, nec ultra cogites de Remmon, ejuſque cultu, ſed curas omnes vette in Deum pacis, quem rogo numquam committat, ut te in Idololatriæ ſcelus probabi ſinat.

Fateamur quidem oportet, datum ab Eliſeo teſponſum nihil ſatis expreſſum præſeferre de permiſſione Numinis adorandi ; ſed nihilominus alium verbis ienſum indere vix poſſumus, niſi apertiſſima vi Textui illaia. Nec alioquin Eliſeus immunis omnino eſſet a crimine, ſi Proſelitum, quamvis non conſirmaverit, in errore tamen reliquerit. Præpoſtera fane diſſimulatione uſus fuiſſet, indigna prorſus viro alieni profectus ſtudioſo, & Propheta. Nonne Neophyti diſſimulationem imitatus fuiſſet, ejuſdemque cum illo criminis particeps videretur, ſi obicuris quibuſdam ambagibus dicta involvens, tenebras viro incauto offudiſſet ? neque enim Naaman Prophetæ verba aliter accepille creditur, quam quomodo huc uſque fere omnes ex hiſtoriæ lectione accipimus.

Conveniunt Rabbini, omnem externi cultus ſignificationem (4) Idolis impenſam Judæis prohiberi ; cum vero Naaman Judæus non eſſet genere, ſed tantum Proſelytus domicilii, ideo, inquiunt, illi neque palam, neque privatim interdici poterat, quin externam Idolo cultus ſignificationem impenderet, utpote qui extra Iſraelitiam ditionem, & Iſraelitarum cœtum verſaretur. Quare juxta illorum Doctorum ſententiam, potuit Eliſeus externum cultum Idoli Proſelyto ſuo permittere. Vix & ne vix quidem poſſet ſolidis rationibus e Scripiura petiiis, Rabbinorum dogma fitmari, cum Idololatria æque ac hypocriſis aperte ubique damnentur, & adverſum habeam contra ſe jus naturale, ipſumque adeo rationis lumen. Debitum Creatori cultum in creaturam transferre, quacumque tandem tatione id fiat, numquam tamen a crimine, & injuſtitia vacuum eſt, & immune : quin & multo res eſt deteſtabilior, quando poſt agniam Numinis veritatem & palam aſſertam, poſt interdicta fibi publica profeſſione Sacrificia idolis impenſa, poſt admiſſam

(1) 4. Reg. 5. 17. (2) Matth. 10. 33. Luc. 9. 26. (3) Theſſal. 5. 22. Ab omni ſpecie mali abſtinete vos. (4) Maimon. Vide Gres. hic, & Seld. de jure N. & G. l. 2. c. 10.

veram Religionem, invita licet, & reluctante conscientia externus Idoli cultus adoptatur.

Vir Criticæ peritissimus æque ac illustris (1), autumat, his Naamani verbis, non veniam deprecari illum pro cultu Numini impostorum impendendo, sed pro eo, qui ante hæc exhibitus fuerit. Hunc sensum non male referre videntur verba Textus Hebraici, ita plane ad litteram reddenda: *Ut ignoscat mihi Dominus pro hac re, quando ingrediebatur Dominus meus Templum Remmon, ut adoraret, & ille innititente super manum meam, & si adoravi in Templo Remmon* (2). Consonum etiam magis videtur, si venia rogetur a Domino pro crimine commisso, quam pro committendo: pœnitudo enim præterita respicit: ac si venia pro crimine, quod jam committendum decrevimus, deprecemur, nonne ipsi nobis viam ad veniam præcludimus? He vero Naamani preces multo etiam magis præposteræ apparent, quod post missum idololatriæ nuncium, atque unicæ Religionis professione jurata, adhuc tamen veniam postulat pro idololatria iterum recipienda.

Vulgaris tamen ratio utrumque virum a crimine absolvendi hæc initur (3). Inter omnes eouvenit, debere viris Principibus, ac in dignitate constitutis reverentiam, & obsequium a subditis; deberi autem non in locis tantum prophanis, sed etiam in sacris, quantum tamen officium, & religio patitur. Quare Naaman potuit euntem Regem ad Templum comitari, potuit innitentem brachio sustentare, potuit una cum illo procedere, stare, prosternere se; quippe qui non in cultum Idoli hæc exequeretur, sed in obsequium Principis, nec ut religioni suæ, sed ut muneri faceret fatis.

Ita occasione parum dissimili Tertullianus permisit Christianis, eunres ad Templa Paganos heros profequi: *Licebit adesse in quibusdam, qua nec hominibus, non Idolo officiosos habes* (4). Si quis autem, addit ille, ad Sacerdotium me, aut ad sacrificium invitavit, huic ego morem numquam geram; quod hæc in Idolum præsentur officia: sed si jure alio Sacrificulo obstrictus teneat, inter spectatores sacrificio adfistam. Quid enim alioqui fieret de servis, libertis, atque domesticis fidelibus, cum heros, sive patrones habent sacrificia præstantes? Fas est igitur viro Christiano eadem præstare in Principes, & Magistratus officia, quæ olim Patriarchæ, & Prophetæ nonnulli toto vitæ tempore servitiis Paganorum addicti exhibuerunt. Ita Daniel in aula Babylonis, Joseph in Ægyptiaca vitam traduxerunt.

Profecto si adoratio intimo cordis obsequio summum Dei dominium agnoscentis exhibetur; quisnam post solemnem factam a Naamano protestationem omnem se reposure Idolorum cultum prositente, de fide illius dubitaverit unquam? Prosternebatur quidem coram Idolo, significationem quamdam cultus præseferebat, quæ tamen nullum haberet adjunctum erga Numen devoti cordis obsequium, in quo uno ratio adorationis consistit. Externus corporis habitus nihil est, quippe qui solum adjuncto proni cordis affectu vituperationem meretur vel præmium. Elisæus autem non is erat vir, qui permittere sive tolerare, vel dissimulare saltem cultum impium, atque veri Dei cultui repugnantem posset. Quin & Theodoretus autumavit, eadem externa corporis veneratione, qua cultum impendere in Idolum videbatur Naamanus, intimo tamen animi sensu vero Deo prosternere se intendisse (5). Quæ tamen viri docti sententia in absurdas plane consecutiones pertrahi potuisset, quasi scilicet fas esset thura Idolis offerre, externi cultus significationem exhibere, modo intimus mentis oculus fixus in Deum intenderur. Apage hæc absurda a Patre præsimo æque ac doctissimo.

Quam hucusque expositimus sententiam cave credas suis carere difficultatibus. 1. Si Naaman post solemnem totius veri Numinis professionem, una cum Rege Idololatra coram Remmon prostratus appareret, maximo sane scandalo totius rei non ignoros affecisset. 2. Cur res illa a crimine absolvatur, quam ipse Naaman damnandam censens, venism de illa deprecatur? 3. Si Sacrificio tamquam Ministet assistere nemo potest sine crimine: si, ut ait Tertullianus ubi supra, *Ad Sacerdotium & Sacrificium vocatus non ibo; proprium enim Idoli officium est: Sed neque consilie, neque sumpta aliqua spera in simpodi fungar*; quid sane plus de Idololatria participat, quam inclinatio, & adoratio coram Idolo? Nec tamen Naaman ea cavet: inclinantem se Regem, & sustines brachio, & simul ipse inclinatur, ac tandem externa corpotis habitudine nihil ille, quod a Rege factum sit, omittit. *Si merum quis Sacrificanti tradiderit, si verbo aliquo sacrificio necessario adjuverit, minister habebitur Idolatria* (6). Et post hæc Naaman absolvendus?

Frustra vero quis reponeret, virum illum satis mentem suam in cultum Dei propensam exposuisse, cui proinde de externa cultus idoli significatione, nulla potuisset invidia erezari. Cum enim viri professio omnibus fuisset explorata, si post hæc coram Numine prostratus, ut obsequium Regi suo præstaret, videretur, flatim agi omnes intelligebant non de cultu religioso, sed de officio in Regem exequendo. Sed ideo potissimum debuit Naamanus prohiberi, ne quid populum de ejus religione persuasum offenderet, neve diversam inderet intuentibus ideam, quam quæ antea de illo concepta erat. An Judæus religionis suæ studiosus præstitisset unquam quæ ipse præstitit? An vero quæ Judæo cesarent invidiæ, eadem Naamanum absolvunt? Profecto si Daniel in aula Nabuchodonosoris, si pius senex Eleazar coram Præfectis Regis Antiochi, si S. Paulus aute Paganorum tribunalia Naamani exemplum imitari maluissent, res illorum fuissent salvæ, ac Daniel (7) ad conentum inkrumentorum musicorum se flatim coram Idolo prostrasset, non quidem ut cultum Numini impenderet, sed ut Regi civili obsequio morigerum se præberet; sicut etiam Eleazar puram carnem degustare sustinuisset, (8) falso Paganis persuadens se ex idolotytis partieipasse; ac tandem S. Paulus nulla habita ratione Idoli, quippe quod nihil esset, neque scandali pusillorum, earnes indiferiminatim adhibuisse in cibum, quamvis sciens prudenique immolatas fuisse Idolis nosset (9). Usus enim ille ea occasione fuisset libertate omnibus permissa, quippe qui aversam habebat ab idololatria mentem; ejusque rei nulla crezi poterat in Apostolum, cujus sententiam omnes exploratam habebant, invidia.

Tandem si nos immunem a crimine Naamanum, & Elisæum asseramus, eum alter coram Numine prosternebatur, alter eam cultus significationem permisit; cur eos damnaverimus, qui proximæ peccandi occasioni se exponunt, qui dicto, vel facto aliquo in scandali discrimen pusillos adducunt, qui loca frequentant, vel socios famæ deplorate, qui tandem cum de religione agitur, fidem suam simulatione aliqua occultant. Habeant viri illi optimam cordis habitudinem, nihil se mali vel cogitare vel optare sanctæ profiteantur; nihil tamen apud prudentes piosque Christianos proficient. Si officium geris, quod sine crimine non præstatur, vel saltem sine externa criminis significatione, ut scandalum ingerat pusillis, retrahe te flatim, neve committas unquam, ut laqueum & offendiculum fratribus compares. Hæc Christianos æque ac Judæis injuncta sunt.

Ut absurdas hasce consecutiones evitemus, mihi

(1) *Buchart. Epist. seu Dissert. in hunc locum*, 1. 1. *Operum ejus, Edit. Lug. Batav. an.* 1692. *pag.* 892. (2) *Lasdsar hazzeh lisla'ah l adenai lesa'dscha, hese adoni bbet'or immon lehischa-chatbawach lehammah, vehu, &c.* (3) *Vide Lyran. Sanct. Bitnch. Vatabl. Serrar. Cajet. Natal. Alex.* 2. 2. *hist. V. T. Dissert.* 7. (4) *Tertull. de Idolol.* 2. 16. 17. (5) *Theod.* Q. 19. *in* 4 *Reg.* (6) *Tertull. ibid.* (7) *Dan.* 3. 12. (8) 2. *Macchab.* 6. 21. *&c.* (9) 1. *Cor.* 8. 13. *Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum.*

hi sanè probaretur ratio illa legendi Textum originalem, qua de crimine jam commisso veniam deprecatus Naamanus experimitur ? vel saltem rogasse Naaman potuit, ut pravam hanc, cui assueverat, adorandi nempe in Templo Remmon una cum Rege habitudinem, exuere tandem sibi precibus Elisei daretur. Textus enim originalis non legit, Regem prosternere se, ac proinde Naamanum cui innitebatur secum ad prostrandum cogere, sed tantummodo habet : *Quando ingreditur Dominus meus Templum Remmon, ut adoret, & illo innitente super manum meam, ego adoravi in Templo Remmon. Cum igitur ego adoravi in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac re.* Ratio legendi, quam Septuaginta & Author Vulgatæ prætulerunt, pronior est, me etiam fatente [1] : *Si adoravere in templo Remmon, adorante eo in eodem loco.*

Quæ posterior lectio si retineatur, maluerim ego Naaman criminis, atque Eliseum indebitæ reum indulgentiæ damnare. Hæc opinio non ita singularis est, ut doctos, peritosque Scriptores nonnullos non habeat assertores [2]; vel potius Naaman veniam commissi criminis deprecatur, cum scilicet una cum Rege suo supplex coram Remmon sese prostraverat. Hæc posterior interpretatio planior mihi, & genuina creditur, magisque Hebræo, & Chaldæo consona. Syriacus, & Arabicus interrogationem interponunt : *ignoscet mihi Dominus servo tuo, si quando ingrediatur Dominus meus Templum Remmon, ut adoret, illo innitente supra manum meam, si adoravero in Templo Remmon, adorante eo in eodem loco? Cum, inquam, ego adoraverim in eodem loco, ignoscet mihi Dominus servo tuo pro hac re? Qui dixit ei : Vade in pace.* Servatur hic eadem lectio ac in Hebræo, & Chaldæo in illa voce *si adoravero*; dein vero ad alium sensum divertitur dutiorem plane ac in Vulgata, & Septuaginta. Interrogat enim juxta eam lectionem Naaman, num impetraturus sit a Domino veniam si una cum Rege coram Idolo se prostraverit.

Nostræ hujus Dissertationis articulum quemdam reprehendere visum est nonnullis [*]. Arduum enim & indignum putarunt adoptari a nobis *singularem Bocharti sententiam*, de postulata scilicet a Naamo commissi jam criminis venia, cum potius rogasse virum illum dicant Prophetam, ut sibi adesse daretur facultas una cum Rege Syriæ in Templo Remmon, & coram Idolo una cum Principe ejus brachio innitenti poštrari. Hanc autem nostram sententiam contendunt nullo argumento evinci posse. Numquid enim, addunt, Naaman nullum aliud Idololatriæ specimen exhibuerat, quam ut in Templo Remmon una tantum cum Rege se prosterneret? Et si plura commiserat Idololatriæ crimina, cur de uno tantummodo hoc veniam postulat? *Nullum ejus rei argumentum satis convincens adducetur. Adde, Textus omnes & Versiones præsentem vel futurum nunquam præteritum ferre. Tenenda est igitur communis catholicorum Interpretum sententia.* Hæc in nostram sententiam objiciunt, quibus aliquid reponendum est.

Hanc sententiam, quam Bocharti singularem dicunt, Scriptores longe plures eruditione linguæ sanctæ & phrasis Scripturæ scientia insignes defendunt. Videsis Joannem Andream Quen-stedium in Dissertatione singulari de hoc argumento [3]. Laudat ille in eamdem sententiam Saubertum, Valerium, Glassium, Dorscheæum, Danhawerum, Calovium, Dilherum, aliosque nonnullos; quibus addi possunt Vantilius & Cene in suo *Specimine Versionis* : ne quid dicamus de Bochatto, cujus nos sententiam secuti fumus in nostra Dissertatione.

Dissert. Calmet. Tom. I.

Potro Scriptores isti omnes indignum rati, si postulatam a Naamo [quantum verbis primo intuitu præseferetur] facultatem approberant; nec minus pernicio sas consecutiones timentes, quæ statim deducerentur, si postulata omnia ab Eliseo permissa dicantur, prosternendi se scilicet coram Idolo; adoptandam nostram hanc interpretationem censuetunt. Affirmare etiam nos justato possumus, viros plurimentis acumine præstantissimos offendisse, quibus cum vulgaris interpretatio Catholicorum minus probaretur, de sententia hujus loci mire angebatur.

Inconsulto profecto addunt criminatores nostri, rejectam in Dissertatione sententiam Catholicis omnibus, Interpretibus probari. Gregorius de Valentia Jesuita non obscuri nominis (4), hanc Naamani petitionem, si forte adeundi Idoli facultatem postulavit, criminis, quod etiam a nobis factum est, condemnat. Condemnat etiam Hugo de S. Caro Cardinalis in 4. Reg. c. 18, cui etiam Eliei indulgentia criminis arguitur. Hæc autem indulgentia usum Prophetam autumat in favorem Judaicæ Religionis, ita tamen ut viri fidem obligaverit, ut omnem tandem infidelis Principis famulatum abjiceret, cum opportunum tempus offendisset; nec interim alia ratione dissimulandum cum illo censuisse credit Prophetam, quam quod e re Judæorum futurum videretur, si in Aula Regis Damasci vir aliquis veræ Judaicæ religionis ens promoveret. Æquos Judices appello, an hæc satis habenda sint, ad permittendam Naamano in Aula Regis Idololatræ moram, tum & ad asserendam illi facultatem, externam cultus significationem Idolo impendendi. Post damnatos Ecclesiæ sententia Sinenses ritus, quis talia defendat?

Addunt, nullo satis idoneo argumento convinci posse, nullam aliam Idololatriæ significationem exhibuisse Naamanum, quam quod coram Idolo una cum Rege prostraretur, quæ nostræ sententiæ consecutio est apertissima. Possem ego totam hanc consecutionem negare. Numquid enim non potest quis grandioris alicujus criminis veniam petere, in quo cetera minora veluti contineantur, nulla facta de minoribus illis mentione? Fac virum aliquem, spectatæ alioquin vitæ, sed Idololatriæ criminis reum, veniam postulet de impensio publico aliquo & singulari scandalo Idolis cultus; nonne & de minoribus quoque Idololatriæ facinoribus idem præstitisse una simul censendus est? Quid in ea re non consetur, quid abionum rationi? An intolerabilia asserimus?

At enim Textus & Versiones præsens & futurum nunquam præterium habent. Qui tane hæc asserunt, numquam Chaldæum, numquam originalem Textum consuluerunt. Ita præterium legit Hebræus : *Quando ingreditur Dominus meus Templum Remmon, ut adoret, & ille innitente super manum meam, ego adoravi in Templo Remmon. Cum igitur ego adoravi in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac re. Elisæus dixit ei : Vade in pace.* Si hanc Textus authoritatem sequamur, de crimine ante ejuratam Idololatriam commisso veniam postulasse Naamanum aiseremus. Nec tane aliter verba illa interpretati pronum est, cum una eademque in Textu vox cultum Naamani & Regis æque defignet. Scitum est autem, Regem illum non externam tantum cultus significationem Idolo impendisse; tantumdem ergo & Naaman de se fatetur.

Si quis vero contendat utrumque virum cultum suum ex animi sententia impendisse, Regem Idolo, Naamanum vero, in Fano licet & coram Idolo prostratum, Deo Judæorum, ut unius ejusdemque externa

(1) *S. Hieron. legit hebiſchebhaco (pro) thachavishti. Septuag. en te proſcynein autan en oiko Remmon.* (2) *Vide Pet. Martyr. hic, & Hugon. & Greg. de Valent. apud Corn. a Lap. hic.* (*) *Memoir. de Trevoux. Martii 1713.* (3) *In 4. Reg. c. 18. In thesaur. Differ. Theol. Philol. Saubert. Variorum Paraphraſe in Bibliot. Norimberg. Vater. Centur. Miſcell. Theolog. artic. 6. Glaſſius ab Hakſpan de hoc loco conſultur. Dorſchæus Theolog. Zatch. par. 6. Danhaver. Conſolential. tom. 2. pag. 2. Calov. Annot. Antigrot. in 4. Reg. c. 18. Dilher. Diſput. Academic. p. 1. Diſput. 16. & 20. Pannil. Medulla pag. 436. Cene Projekt. de Traduction. pag. 471.* (4) *Tract. de Fide & Fidei profeſſione. Diſp. 1. Quæſt. 3. p. 2. ad 3. apud Cornelium a Lapide in 4. Reg. c. 18.*

ſpecie actionis alter alterius effet finis; illi ſane cavendum, ne Religionem ipſam in diſcrimen adducat. Ejus certe doctrinam Chriſtianorum probarit nemo, quibus id religione ſanctum, ut omnem in fide & præcipuo cultu ſimulationem tamquam prævaricationem quamdam abjiciant: *Qui me erubuerit, & mees sermones, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in majestate sua* (1). Reſtat igitur, ut dicant, Naamanum ad Templum una cum Rege ſe conferentem, obſequium Principi debitum, non cultum Numini impendiſſe. Imbecillitatem meam fateor; hanc ego ſententiam, cujus pernicioſas timeo conſecutiones, ferre non poſſum; nec in animum unquam inducam, virum ejus prudentia, ſcientiæ, & in Religionem ſuam ſtudii, qualem Eliſcum credimus, id commiſiſſe, ut rem illam ſuffragio ſuo confirmaret.

DISSERTATIO
DE RETROGRADATIONE SOLIS in horologio Achaz.

CElebre illud ſub Ezechia prodigium, cui Diſſertatio hæc noſtra debetur, non ſimplex prodigium tantummodo cenſendum eſt, cujus veritas contra impios, & abſurdos obtrectatores aſſerenda ſit, ſed pluribus miraculis conſtans prodigium, de quibus ſingulis pia fidelium ſtudia explere, ſiquidem fieri poſſit, eorumque inſtruere fidem, & Religionem, ſicut etiam philoſophantes quaſdam mentes paſcere opus eſt. Nos igitur impræſentiarum ſenſum textus in examen revocabimus, varias exponemus ſententias, ac tandem totum prodigium evolvemus; inquirentes inſuper an per univerſum late Orbem ſpectabile ſe illud exhibuerit, vel ſolum in Paleſtina; an Sol retrogrado curſu iter converterit, vel tantum horologii umbra receſſerit; an ea contigerit retrogradatio ſenſim, vel in inſtanti; ac tandem ad horologiorum originem divertemus.

Cum Rex Ezechias graviſſimo laboraret morbo, Iſaias juſſu Domini ad ægrotum veniens, incolumitatem infra triduum annunciavit, & eam incolumitatem, ut ſtatim poſſet ad Templum aſcendere. Certo quodam ſigno dictorum fidem adſtrui ſibi Ezechias poſcit. Cui Iſaias propoſuit, malleret Solis umbram 10. lineis procedere, vel tantumdem ſpatii recedere: Tum Rex, nullo, inquit, negotio fieri poteſt, ut umbra decem lineis acceleretur. Alterum igitur præfero. Nec mora, ſtatim enim verſo in preces Propheta, umbra decurſas jam decem lineas in horologio Achaz, iterum verſo curſu repetiit. Hæc hiſtoria legitur in 4. Reg. 20. 11. In 2. Paralip. 32. 24. prodigium illud tantum indicatur, exactiori ſingularum rerum deſcriptione prætermiſſa. Iſaias 38. 7. 8. ſingula juxta fidem Libri Regum proſequitur; quamquam non ſolum umbram receſſiſſe memorat, quemadmodum in Libro Regum, ſed & Solem: *Et reversus est Sol decem lineis gradus, quos descenderat.* In Textu Latino Iſaiæ exprimitur horologium Achaz, de quo etiam in libro Regum. Sed Textus originalis habet tantummodo gradus Achaz (2). S. Hieronymus fatetur Symmachi ſe fidem ſequutum verſtile horologium, & lineas, quod Textus habet gradus, & ſcalas. Jonathan reddit *lapidem horarium*.

Variant Interpretes in explicanda ſtructura horologii Achaz. S. Hieron. (3) hæc habet: *Sive ita extructi erant gradus arte machinica, ut per singulos umbra descendens horarum spatia terminaret.* Paria etiam S. Cyrill. Alexandrinus (4). Sequuntur hos Authores plerique recentiores Interpretes (5), inter quos non deſunt, qui autumaverint, potuiſſe Ezechiam e ſuo conclavi, ac lecto facile horologium ſpectare, ut totius prodigii teſtis eſſet oculatus.

Aliis vero creditur, verum horologium ſolare inſtar primigeniorum illorum, quæ olim obtinuerunt in Græcia, & in Italia, ita a Veteribus deſcripta; quaſi columna eſſent in medio areæ erecta, quam ſcilicet areæ variis lineis diſtinguebant. Percurrens igitur umbra columnæ varias illas lineas, horas diei notabat. Cum autem verſtiſſima dividendi horas ratio totam diem in 12. horas diſpeſceret, pro diebus variis & anni temporibus variaſſe etiam horas oportebat; quare horologii illius lineæ quamplures notari debuerant, quippe quæ non horis tantummodo reſponderent, ſed inæqualibus etiam horis pro ſingulis anni temporibus ſervirent. Hinc certum lineарum in horologio Achaz numerum definire vix poſſumus, nec certum notare ſpatium retrogradationis. Sunt qui 12. lineas notant; ſunt qui 24.; alii malunt 28. (6); alii etiam numerum augent.

Totam hujus horologii rationem ex R. Elia Chomer ita Grotius deſcribit. Concavus erat; atque hemiſphæricus globus, alterum in medio complectens globum, cujus umbra in varias lineas in hemiſphærio notatas incidebat, quæ ſane lineæ, inquit, 28. erant numero. Hoc horologium Græci *Scaphen*, nempe navim, vel *hemiſphærum* appellant, cujus inventi honorem Beroſo Chaldæo tribuit Vitruvius libro 9. cap. 9. Nos infra oſtendemus multo facilius credi, horologium Achaz ad Chaldæorum imitationem expreſſum fuiſſe. Similis ferme horologii inventionem, cujus poſtea formam deſcribemus, Moyſi tribuiſſe Appio videtur. Lineæ in ſphærica concavitate ſignatæ multum ad gradus referri videbantur. Sed quæcumque fuerit hujus horologii ſtructura, convenit inter omnes, opus illud horis diſtinguendis ſerviſſe; ſicut & indicio umbræ retrogradæ, hujus machinæ fidem dictorum ſuorum Iſaiam adſtruiſſe.

Sed negotium facit hujus retrogradationis ratio. Duplex eſt potiſſimum inter Catholicos Interpretes ſententia; alii Solem ipſum curſum verſtiſſe tenent; receſſiſſe tantummodo umbram alii malunt. Ambo hæc in examen revocanda. Patres, ſicut & Interpretum plerique (7), litteram Scripturæ tantum ſequuti, nihil inde objectas difficultates ſive alicujus momenti, ſive in ſpeciem tantum movantur. Ita enim philoſophantur: Res æque ac prodigium conſtat; ut quid phyſica ratione explicandum laboremus, quod ſupra naturam eſt? Idem ejuſdem rei Author, ipſe etiam ſe illam feciſſe prodidit; quem ſane ſapientiſſimum novimus, ut incommoda omnia, quæ objiciuntur, præcavere potuerit; ſicut etiam virtute pollet plurima, qua hæc omnia ſuperet.

Pſeudo-Dionyſio Areopagita (8) vium eſt, eam diem productiorem ceteris fuiſſe, in quam etiam ſententiam S. Gregorius Nazianzenus (9) inclinavit; utrique proinde ea fedit opinio, ut Sol retrogrado curſu iter converterit. S. Hieronymus in Iſai. c. 38. ad orientale horizontis punctum remeaſſe Solem cenſuit. *Ut quomodo Sol reversus est ad exercitum sui, ita*

Eccle-

(1) *Luc.* 20. 26. (2) *Maaleth Achaz Septuag. bathmoi, gradus.* (3) *In Isai.* 38. (4) *In Isai* l. 3. c. 4. pag. 496. (5) *Vatabl. Pagn.* (6) Vide ſi placet *Grot. in hunc locum & Pradam. part. 1. cap. 4.* (7) Vide ſi placet *Sanct. art. 19. Tir. Jun. Piſc. Perer. Nat. Alex. Diſſ 8. 1. 2. in V.T. &c. Prateſp. Lyran. Hug. Haimon. Adam. in Iſai. Serar. in Joſu.* (8) *Ep. 7. ad Polycarp.* (9) *Orat. 19. in laudem Patr. & Elias Gretzen.*

Ezechiæ vitæ ad decessos annos rediret. Paria meditatus est S. Augustinus de Civ. lib. 21. cap. 8. *Retroversum maximum sidus regnante Ezechia*. Eadem fert Author de mirabilibus S. Scrip. lib. 2. cap. 28. *Solis in ortum ab occasu per decem horas cursum recidivo Deus tramite retorquet*, additque insuper: *Sol in procinctu occasus sui positus, in diei initium reducitur*. Hanc Solis retrogradationem universum, qua late patet, terrarum Orbem fensisse Theodoretus ejusdem author, cujus, inquit, rei circumstantias omnes & causas disseere cupiens Rex Babyloniæ, Legatos suos Jerosolymam misit. (1).

Huic sententiæ plurimum conferre videtur tum expressa Scripturæ authoritas, ac PP. & Interpretum suffragium, cum etiam quod captui & menti vulgo Fidelium magis sedeat. Cum autem S. Spiritus potissimus Sacrorum Librorum Author, simplicium eaptui attemperare se decreverit, ideo dum certum quemdam sensum exprimit, nonnisi per summam audaciam & impietatem ejus verba alio detorqueremur, nisi forte vel absurda quædam atque repugnantia alia Scripturæ loca aliter persuasissent. Quæ vero in hanc sententiam afferuntur incommoda, hæc ex variis Philosophiæ systematibus petuntur. Sed quæ a Philosophis de dispositione partium Universi, quantum spectat ad terram, ad arbitrium excogitata, adeo mera sunt figmenta, ut jure Patres atque Ecclesiasticorum Interpretum plerique nihil sibi ab illis præexcendum censuerint. Ceterum quando de rebus obscuris, systematibus, atque meris opinionibus agitur, semper illud præferendum videtur, quod planius est & simplicius, tum & magis cum Scriptura, & communibus notionibus quadrat, quamvis non ea sit sententia quæ a difficultatibus eximatur. Si de Philosopharum placitis nobis negotium siat, quid eos magistros nos sequi compellit? quid earum figmenta cum S. Scriptura conciliare cogit? Nonne æquior ratio postulat, ut Philosophia potius ad revelationem, quam revelatio ad philosophiam perstrahatur? & id maxime cum Scripturæ verba aperta sint & explorata, & Philosophia nonnisi hypotheses incertas habeat, quippe quæ corpora cœlestia longissimo dissita intervallo vix prospiciat, atque naturæ secreta frustra hactenus tenaverit. Uni igitur Scripturæ & revelationi inhærendum, vel invitis philosophicis systematibus, nullo nisi humana ratiocinatione, rebusque exploratis per sensus sultis.

Hisce tamen reſonunt, Scripturam minus & philosophiam & naturæ arcana edocenda curare: quare uti non raro phrasibus vix aliter explicandis, nisi ad regulas rationis, & Philosophorum ratiocinationes revocarentur. Inter systemata vero Philosophiæ, addunt, quædam occurrunt certa adeo, & sensibus atque experientiæ probata, ut inter claras metaphysicæ notiones jure meritoque reponenda sint. Naturæ Author vias semper affectat simplices & naturæ consonas, atque prodigia nonnisi summa necessitate multiplicanda sunt, nisi forte pernicioſa fictorum miraculorum fæcina Religionem onerari voluerimus. Prodigia illa, quorum illustre est in S. Scriptura monumentum, maximique sunt ad fidem nostram momenti, cum legibus naturæ numquam non quadrant, id agente Deo, ut insitæ humanis mentibus credendi res supernaturales repugnantiæ, quantum fieri potest, minus averterentur. Porro Solis retrogradationem si quis ad litteram voluerit interpretari, hic statas a natura leges in motu Solis subvertentir omnes, universi Œconomiam turbaverit, tabulas & observationes omnes Astronomicas subruerit. Namque vel unus Sol retrogrado cursu decem lineas repetit, ceteris interim astris cursum suum tenentibus, quod legibus motus repugnat, cum impresso sibi a cursu superiorum Cœlorum impetu Solem rapi necesse sit; vel una cum Sole reliqua simul astra iter verterunt, quod non minus veritati repugnat. Præstat igitur ut retrogradationem illam umbræ tantummodo horologio Achaz deputemus; tunc enim promissorum Isaiæ fides liberatur, atque verba Scripturæ in Libris Regum ad litteram servantur. Fatemur quidem, Isaiam expressisse recessum umbræ simul & Solis: sed *Sol* in eo Scripturæ loco usurpari facile potuit pro luce, radiis, atque umbra ab iis resultante. Præstat enim obscuram phrasim per apertiores & expressiores alias explicare.

Sed umbram recessisse conoipere non possumus, ni corpus aliquod opacum alia quam prius ratione luci opponatur, vel a loco dimoveatur, vel saltem eo immoto corpus ipsum lucidum removeatur. Posterius hoc prodigium nihilo minorem fidem extorqueret, quam prius illud: utrimque foveæ sunt, incommoda utrinque. Si a Sole abstineatur manus, fatemur quidem omnibus Cœli astris parci, ne contrario motu retroverti cogantur; sed male tunc quia de rationis lumine & experientia communi omnis ætatis mereretur.

Scriptor inter acerrimos prodigiorum S. Scripturæ adversarios (2), prodigium tamen vel invitus agnoscere in recessu umbræ, Sole non recedente, cogitur. *Contra ordinem*, ait, *& naturalem effectum Solis & umbræ, miraculo, & modo hominibus ignoto umbra reducta fuerit retrorsum decem gradibus*. Isaias & Ezechias, addit ille, bona fide autumantes Solem circa terram torqueri, visam umbræ retrogradationem ad astrum transtulerunt. His authoribus, ceteris per Orbem gentibus impositum est. Sed neque a Prophetis, neque a Rege, & populis Astronomiæ peritia repetenda est, totumque prodigii mysterium non a Sole, sed umbra decem lineis recedente essiciebatur. Hoc unum prodigium est.

Audacior adhuc Scriptor alius (3) ea de re loquitur generosius. Primum enim simpliciratem illorum ridet, qui de Sole retrogrado fabellam credidernnt, cum, inquit ille, umbra tantum horologii decem lineis recessisse visa sit. Unde vero hujus umbræ recessus? ecce in prompru: parelio, ait ille, seu nube, quæ e regione Solis constituta exceptos ejus radios in stylum horologii ita regerebat, ut umbram effeeret decem lineis recedentem. Evanescunt hic omnia prodigia, prona sunt omnia, & naturæ legibus consentanea; ut si quid prodigii creditum fuerit, id non rei ipsi, sed vulgaris rudisque populi credulitati deputandum sit. Neque Isaias ceteris doctior fuit; quippe qui de parelii ne per somnium quidem cogitaverat, factaque est ad ipsum juxta ejus captum revelatio; atque in ea erat simul cum Rege Ezechia persuasione, ut Sol circa terram torqueretur. Quidni igitur prodigio rem sibi ignotam deputarent?

Felix plane sæculum nostrum, quo Spinosam vivere contigit, virum Prophetis & Authoribus Theodidactis, insignibus Synagogæ Doctoribus, Patribus Ecclesiæ eruditissimis, noltris Commentatoribus doctiorem; quippe qui unus intellexerit, quod illi unanimi consensu huc usque præ mentis imbecillitate, prodigia, & quidem maxima in paucis textus Scripturæ, deputarunt. Viri Babylonis Astronomiæ licet peritissimi, quam unam scientiam tot sæculis numquam intermisso studio excoluerant, in Schola hujus docti Incredulí infima auditorum subsellia tenuissent: eoque viro doctissimo audito, ab itinere Jerusalem capiendo abstinuissent, discentes inopinatum eventum parelio deputari. Unde vero tam opportunum accidit phœnomenon illud? unde eum temporis articulum expectavit, ut prædicta Isaiæ, atque promissorum ab illo fidei afferendæ inductum videretur? Plus sane in ea temporis circumstantia, quam in re ipsa apparet prodigii. Docet quidem Author noster alio in loco (4), *Prophetas semper signum aliquod habuisse, quo certi siebant de rebus, quas prophetice imaginabantur*. Norat profecto, addit ille, Ezechias prophetiæ dono Isaiam clarissime, ejusque

(1) *Theodor. qu. 52. in 4. Reg.* (2) *Prædam. par. 1. cap. 4.* (3) *Auth. Tract. Theologico-Polit. cap. 2. pag. 22. Esaiæ signum umbra retrograda ad ipsius captum revelatum fuit, ... & de parelii forte numquam nec per somnium cogitaverat, quod nobis sine ullo scrupulo statuere licet.* (4) *Auth. Tract. Theolog. Polit. cap. 2. pag. 16.*

que de rebus diu postea futuris oracula scieba-t: sed in hac occasione vult certo aliquo signo de veritate illius oraculi fieri certior. Verum si datum illud ab Isaia signum communes naturæ leges non transcendebat, qui fieri poterat, ut prophetiæ certam, & infallibilem veritatem demonstrarent; prophetiæ, inquam, quæ tota, juxta Spinosam, e Prophetæ imaginatione repetenda erat? Non erat plane signum illud ipsa, quam indicebat, re certius: cum utriusque eadem esset natura; quin & signum re ipsa quodammodo erat obscurius; namque, juxta eumdem, neque Propheta neque Rex veram ejus causam noverunt. Neque est cur dixerimus, Deum revelasse Prophetæ veluti supernaturale aliquid, quod re ipsa naturalis ordinis effectus esset; nam quis eredat Deum imponere voluisse Prophetis & populis, certæ & infallibilis veritatis signum adducens neque certum, neque naturale?

Authores Catholici, qui umbram tantum non Solem recessisse suspicati sunt, modestius de tota hac controversia senserunt [1]. Cum plane illi animadvertissent incommoda hujus opinionis supra diducta, omnem verterunt cnram, ut Scripturam eum Philosophia conciliantes, veritatem historiæ una simul cum miraculi fide comperirent. Notant igitur. 1. Textum Scripturæ diserte satis pluribus in locis exprimere Solis umbram recessisse. Porro si recessus Soli tribuendus fuisset, præpostere sane recessisse umbra perhiberetur. Fatentur quidem alibi expressam legi retrogradationem Solis; sed Solis nomen pro umbra ab eodem astro in horologio resultante usurpatum est; quemadmodum contigit sæpissime, ut effectus pro causa, & signum pro re significata ponatur. Ita Jon. 3. dicitur: *Perenpsit Deus super caput Jonæ, & offendit*; ubi Sol pro radiis Solis ponitur. Ita etiam cum Eccli. 48. 26. habetur: *In diebus ipsius* [Ezechiæ] *retro rediit Sol, & additis Regi vitam*, quo in loco diffitetur nemo Solem, sive umbram signum tantum fuisse valetudinis Ezechiæ. 2. Animadvertunt prodigium illud ad unum Ezechiam destinati, ejusque in horologio fuisse spectandum; quare opus non fuit, ut in universo Orbis theatro conspicuum præberetur. Erat enim Divinæ Sapientiæ, ut quod paucis perficere poterat, multis non ageret, parcit enim Deus frustra omnipotentiæ suæ, neque a legibus naturæ, nisi quantum necessitas poscit, sibi docuit recedendum. 3. Legati Regis Babylonize Jernsalem venerunt, *Ut interrogarent de portento, quod accideras super terram* [2]; nempe in Judæa, quæ terræ nomine consueta phrasi designatur. Porro si hæc Babylone æque ac Jerosolymæ contigissent, quid opus fuit ad veritatem exquirendam Jerosolymam adivisse? 4. Si res universum orbem habuisset spectatorem, vix fieri potuisse credimus, ut nullus de illa Scriptor exaret. Si Sol post decursus decem lineas iterum verso cursu eadem reperisset, ut iterum illas emetiretur, dies illa profecto longior fuisset, quam quæ sub Josue; illa enim duplo major fuit quam pro more, nempe 24. horarum; hæc vero ad 32. devenisset. Diserte autem Scriptura exprimit, nullam diem priori illa productiorem unquam fuisse sive antea, sive postea [3]. 6. Tandem omnia recurrunt incommoda supra sussus diducta, nempe corporum Cœlestium harmonia turbata violento illo, & irregulari motu &c.

Qua vero ratione retrogradatio ista in horologio contigerit, ita Scriptores illi rem deseribunt. Potuit Deus motum suspendere, Solisque radios ita determinare, ut umbra non a Sole aversa demitteretur, sed quemadmodum oriente sole fieri contingit in conclavi ad Occidenrem patente, umbra ipsa, quamquam ab orientis Solis radiis resultans, orientem ipsum spectat: ita prodigii ratio in eo sita erat, ut radii Solis reflexi in stylum horologii, umbram, seu ex iis fieri debuisset; demitterent. Porro reflexio illa radiorum ex compacto subitaneo opere corpore resultare potuit; quo scilicet subito radiis opposito, obstructa confuseaque luei via aliam plane diversam teneret. Si hujus sententiæ momenta omnia non æque ejusdem ponderis sunt, non ita plane se habent, ut penitus rejici mereantur, & sua pariter authoritate, sicut & Scriptorum merito veri aliquam speciem, & similitudinem obtinent.

Recentiores Philosophi, qui Solem in centro Mundi habitabilis constituunt, ac terram in vortice ejusdem astri perpetuo agitant motu, nramque hujus prodigii sententiam æque amplectuntnr; perinde enim est illis, sive Solis radii ex objecto corporis averti dicantur, ut umbram detorqueret; sive Patrum interpretatio præferatur, Solem averso cursu priorem viam repetiisse statuentium; namque quod ad nos, atque nostros sensus attinet, iidem resultant effectus sive Sol circa terram, sive terra circa Solem torqueatur. Debuit plane umbra habitudinem mutasse in horologio, si terra, averso plane a motu suo diurno cursu torqueri statuatur. De prodigio sub Josue agentes, aliam in hoc systemate de motu terræ hypothesim adduximus, quam ibidem Lectores consulant.

Agendum modo quanto temporis spatio duraverit dies illa, quæ Prophetici Oraculi veritatem Ezechiæ asserunt. Hæc quidem aliena sunt ab iis, qui totam prodigii rationem in horologio constituunt; quippe qui nihil aeeessisse Solis curiui, vel recessisse contendunt. Qui vero malunt Solem retrorsum vertere, illis non una fedit ea de re sententia; aliiennm diem illam intra 32. horarum spatium concludunt. Primus vel faltem perspicuus hujus opinionis Author innotuit Pseudo-Dionysius, eamdemque tamquam sua ætate communem amplexus videtur [4]. Tradit ille diem 20. solidis horis ceteris diuturniorem fuisse; quare cum juxta veterem supputandi rationem in horas 12. diem disperat, atque emensum jam Solem spatium 10. horarum ac decem insuper horas in recessu insumpsisse conftituat, totam deinde summam in 32. horas colligit [5].

Autumant alii, lineas illas five gradus apud Isaiam non horas designare, sed semi horas, sive quartas horæ partes, cujus opinionis has profecto conjecturas. Optionem præbet Propheta Ezechiæ ægrotanti, maluerit ne umbram decem lineis in horologio anticipare, vel totidem lineis recedere. Si Ezechias priorem conditionem acceptasset, dies emenso jam Sole decem lineas, five decem horas, ad 20. horarum spatium productus fuisset: cum autem in Palæstina nulla dies unquam tantum temporis spatium duret, non potuit sane in horologio tot horarum nota designari. Ita Solaria horologia notabant, ut multum, 16., quin & debebant tantum 12. designasse, servata Hebræorum, tum temporis obtinente, supputatione, diem in totidem horas dividente. Statuamus ergo oportet, lineas illas apud Isaiam non horas tantum, sed & semihoras, quin & quartas, imo & octavas horæ partes designare, quod plane necessarium erat in Judæa, ut receptæ in ea methodo, dividendi diem in 12. horas inæquales, serviretur [6].

Alii nihil huic diei præ aliis tribuunt, quam 5., vel ad summum 10. horas [7]. Statuunt illi singulos gradus horam vel semihoram notare, totiusque diei spatium intra 12. horas concludi; tum & Solem uno simul momento totum recessionis suæ 5. vel 10. horarum, pro valore nempe linearum, spatium confecisse; quare, inquiunt, confectum antea spatium iterum resumens, totidem horis, quot prius, ad idem punctum horizontis pervenit.

Subita hæc & prompta retrogradatio Philosophos habet adversarios, quippe quibus ægre concipiatur im-

(1) Vide si placet, *Burgens. Mens. Vat. Tir. Sa. Sanct. ad 4. Reg. 20. 11. art. 11. ..... 16. 17. & ex Acathol. Grot. Bochar. Chunaan lib. 1. cap. 14. Voss. de Orig. & progr. Idolol. lib. 2. cap. 9. & alii.* (2) 2. *Par.* 32. 31. (3) *Josue* 10. 14. *Non fuit antea nec postea tam longa dies.* (4) *Dion. Ep. 7. ad Polycarp.* (5) *Ita S. Maxim. Scholiast. Dion. & Georg. Pachymer.* (6) Vide, si placet, *Sanct. Tirin., & apud eum Bed. & Euther.* (7) *Andreas Masius in Josue cap.* 10. *Cajet, Malvend. Bertram. alii plerique.*

immane illud solare corpus tam prompte vastum adeo, & interminabile spatium conficere potuisse; quæ sane res est non supra naturæ leges tantummodo, sed plane, ut illis quidem videtur, contraria. Ut quid, inquiunt illi, novum hoc & incertum miraculum silente Scriptura adjiciatur? Corporis ex alio in alium locum transvectio numquam sine motu locali, & successivo fieri potest. Corporum penetratio nulla est; quare ut e loco dimoveatur, alia etiam commoveri opus est, usque relictum ab uno spatium ab alio statim occupari. Ad hæc, localis corporis motus suum habet celeritatis certum & determinatum gradum; quippe quod opposita nanciscatur in via corpora alia cursum suum remorantia, quibus de suo motu communicare aliquid necesse habet. Iter ergo illud, quod a Sole in stanti confectum statueretur, ineredibilem plane rapiditatem exigeret, cui etsi multum decessisse opus esset ex communicato immanibus illis corporibus in via occurrentibus motu, tantumdem tamen remansisset, ut interminabile illud spatium momento transigeret. Quanta porro tunc in œconomia Universi turbatio? quanta legum motus subversio?

Sed si retrogradatio admittatur lenta, & successiva, intra plures tantum horas petragenda, quomodo potuit Ezechias oraculi Prophetici veritatem statim intelligere? Optio Regi data erat, utrum mallet Solem decem lineis anteiisse diem, sive tantumdem spatii producere. Si primum accepasset, ac Sol 10. illas lineas successivo lentoque motu diurno, & ordinario percurrisset, qui locus fuisset prodigio? Plane voluisset ille, ut uno impetu umbra ascenderet, adeoque & eadem celeritate descendere illam voluit. Debuit ergo totum fieri in momento, neque recessum umbræ alia ratione selegit, quam quod difficilius contingere posse judicavit, ut umbra descenderet, quam quod ascenderet [1]. *Facile ab umbram crescere 10. lineis; nec hoc volo ut fiat; sed ut revertatur retrorsum 10. gradibus.*

Itaque utrimque recurrunt incommoda; æque enim naturæ legibus repugnans videtur, ut corpus uno temporis momento ex uno in alium locum transferatur, absque eo quod per interjectum spatium transducendum sit; cum maxime corpus illud immane fuerit, & duo illi termini vastissimo distent intervallo, quemadmodum impræsentiarum contingere deberet. Videtur etiam Ezechiæ autumasse, illam in horologio variationem momento fieri; neque ea spe frustratus apparet. Qui totam prodigii rationem in recessu umbræ constituunt, nihil de Sole statuentes, incommoda hæc omnia facile evitant. Alii vero quid hisce reponere possint, non satis intelligo; utrimque enim illis angustiæ, vel Solem lento motu, sive prompte recessisse statuerint. Sed post hæc omnia neutram sequi opinionem cogimur, quo prodigii veritatem illustramus. Satis est enim ad prodigium, ut umbra Achaz recessisse divinitus, & merito preeum Isaiæ dicatur. Ad hæc tantummodo expressis Scripturæ verbis cogimur.

Usserius in ea est sententia, ut Solem una cum cæteris astris totaque Cœlesti machina retrovertat [2]; quamquam id simul constituit, ut salvæ sint omnes observationes astronomicæ, spatium illud dici accedens a nocte detractum fuisse, Divina id agente, & disponente Providentia. Ita plane, inquit ille, nostra etiam ætate Eclipses Lunæ a Ptolemæo notatæ, Regum Ezechiæ præcedentes, cum eodem puncto componuntur, juxta calculum nostrorum Astronomorum, cui diu ante assignatæ sunt a Chaldæis. Totum igitur hujus diei spatium, compositis simul die nocteque, consuetum diurnum tempus non excessit. Sed hæc viri docti sententia sua habet incommoda; namque dum Isaias ad Ezechiam loquebatur, noctis jam spatio evoluto dies successerat. Quare quod accessit diei e nocte detrahi minime potuit; si ille subsequentem noctem breviorem fuisse contendat, miraculum addidit, de quo altum in Scriptura silentium, illudque inducere nulla cogimur necessitate, cum solvendi prodigii alia rationes occurrant.

Rabbini, fœcundi temperamentorum parentes, aliam ineunt rationem, ut Astronomicas observationes salvent, statuentes in obitu Achaz patris Ezechiæ diem 10. horis eurum breviasse suum, nescilicet spatium daretur impio Regi parentandi. Volunt autem eas horas restituras diei sub Ezechia, ut proinde in suas sedes restituerentur astronomicæ observationes, salvaque essent omnia.

Modo ne quid unquam omittamus contra opinionem de recessu Solis, in examen revocandum est, an apud veteres Authores quidquam ea de re occurrat. Vix enim fieri potuisse creditur, ut inauditi illius, atque in universo orbis theatro spectabilis prodigii memoria nulla apud posteros manserit; eamque negligerint in suis observationibus astronomicis, & in calculo Eclipsium Sapientes illi Babylonici, qui de re tota audituri Jerosolymam se contulerunt. Extabant adhuc Alexandri ætate [3], & post ipsum etiam [4], eorum observationes, jam inde supra Ezechiæ ætatem ab Æra, ut minus, Nabonassaris circa A. M. 3257. repetitæ. Quis autem crediderit, Græcos, sive Romanos, tam curiosos veteris historiæ scrutatores, numquam in historia Chaldæorum rem adeo mirabilem animadvertisse, vel animadversam posteritatis memoriæ invisisse?

Hisce tamen plura reponenda. 1. Multa e veteribus monumentis concidisse, ac potissimum Chaldaica, Phœnicia, & Ægyptiaca, ex quibus aliquid ea de re peti debuisset. 2. Novum non est, Veteres prodigium illud silentio pressisse, cum plura etiam memoria dignissima tenebris, & oblivione sepeliverint. 3. Præcavisse satis sese ab hac Vererum negligentia Divina Providentia visa est, prodigii memoriam in tribus Sacris Libris fervari disponens. Notatur enim in Libris Regum, Isaiæ, & Paralipomenis; nec etiam obscure de illa fermo est apud Authorem Ecclesiasticl, diu post captivitatem in vivis agentem.

4. Herodotus [5] vetustissimus Græcorum historicus subodoratus aliquid ea de re videtur; narrat enim ex Ægyptiis didicisse se, intra spatium 10340. ann. Solem quatuor vicibus inusitata quadam ratione ex horizonte emersisse; bis scilicet surrexisse ex Occidente, bis in Oriente occidisse. Verum si recte attendamus, Author iste plura in unum confundenda distinguit; debuit enim tantum dicere Solem bis verso cursu ex occidente orientem repetiisse, quod quidem semel sub Jolue, iterumque sub Ezechia factum novimus. Paria, sed minus etiam credibilia & multo exaggeratiora, traditione ex Ægyptiis accepta refert Solinus cap. 45. his verbis: *Ferunt a primis gentis sua avis traditum, ubi nunc occasus est, quondam ibi ortum Solis fuisse.*

5. Tandem Pseudo-Dionysius Areopagita [6] contendit, hujus prodigii memoriam mansisse apud Persas in cultu *Mitræ*, vel Solis cognomenti Triplicis; cujus nominis in causa fuit, quod duci dies sub Ezechia triplo major fuit, nempe juxta illum Authorem 32. horarum. Quare, inquit, Persæ prodigium illud celebraturi, Deum suum speciose *Triplicis* elogio insigniverunt [7]. Sed pertisimi nobis ætatis Critici [8], nec satis conveniunt de titulo hoc Mitræ, neque de causa. Quando autem Numini *Triplicis* cognomen adjectum esset, potuit ejus rei alia fuisse, quam quæ Dionysio assignata est, causa; facile id nominis inditum ex calore, luce, & discretione temporum, vel si mavis, ex sapientia, virtute, & charitate Numinis, &c.

Antequam ultimum Dissertationi modum imponamus, pauca de origine horologiorum differenda sunt, sieut & de ratione horas supputandi; quo Authoris Vulgatæ interpretationem vindicemus, reddentis eo lo-

(1) 4. *Reg.* 20. 10. (2) *Ad Ann. M.* 3291. (3) *Aristot. apud Simplicium lib.* 3. *de Cœle.* (4) Vide *Diod. Bibl. lib.* 2. *Cic. de Divinat. lib.* 2. (5) *Lib.* 2. *cap.* 142. (6) *Ep. ad Polycarp.* (7) *Ita Pachym. & Maxim. & Corder. Interpret. Dionys.* (8) Vide *Vossium de Idolol. l.* 2. *cap.* 9.

loco *Horologium Achaz*, sicut & pro gradibus nomen *linearum* substituentis. Non desunt enim Viri alioquin doctissimi (1), justinentes horologia, sicut & dieî horas, nulla fuisse Hebræis ante captivitatem; quorum sane Hypothesis omnia evertit, quæ hucusque a nobis de horologio Solari Achaz disputata sunt. Fatemur quidem longo temporis spatio nullas fuisse Hebræis voces peculares horologiis designandis; sicut & nomen horas exprimens desiderari in Libris, qui adhuc extant, Hebraice scriptis ante captivitatem Babylonicam. Sed hæc tanta non sunt, quæ latuisse Hebræos horologia demonstrent; sicut neque ignotum fuisse genti usum distinguendi horas per lineas, sive gradus, quod in historia prodigii sub Ezechia legimus. Tobias Ninive scribebat sub Manasse Rege Juda, in cujus exemplari Chaldaice scripto, quod ad manus habebat Sanctus Hieronymus, differte horarum nomen exprimitur cap. 12. 22. *Prostrati per tres horas*. Unanimis est etiam veterum, & novorum Interpretum sententia, lineas in horologio Achaz horas designasse, quorum opinio historiæ monumentis abunde fulcitur.

Nihil hic moror Appionis testimonium tradentis: *Moyses, ut accepi, Heliopolitanus erat, qui patriis institutis moribus, subdolales precationes ad Septa, quasita Civitas fuit habebat, reduxit, ad Solisolanum autem omnia conversebat. Ita enim Heliopolis sita est. Pro obeliscis vero statuit columnas, sub quibus ceu pelvis forma exprimebatur. Super columnam figura hominis posita eumdem semper cum Sole cursum circumvolvebat* [2]; nempe, quantum conjicio, umbra figuræ supra stilum constitutæ Solis circumvelionem observabat in subjectam pelvim incidens, ita facile variis dici horas distinguebat. Alioquin quid opus fuisset figuram statuere super columnam una cum Sole gyrantem? Opus non est imprasentiarum, adversiarium istum audaxum refutemus, cui satis inter omnes conveniat, nihil tale Moysen unquam statuisse, neque Judæis positum in moribus, ut subsolanas precationes observarent; atque ejusdem Legislatoris ætate, & diu etiam post nullas fuisse Judæis certas horas, & horologia, quemadmodum ex Libris ab eo scriptis ejusque legibus certo certius intelligimus.

Ægyptii jactabundi semper, & nullum lapidem non moventes, quo vetustatis, & scientiæ suæ famam augerent, contenderunt, jam inde a remotissima ætate horologia fuisse in sua regione familiaria. Erat, inquiunt, Achante, urbe ad Nilum, vas quoddam ingens, quod singulis diebus aqua oppletbatur, ejusque certo, & uniformi defluxu varix dici horæ distinguebantur [3]. Ad eam normam postea fabricatæ sunt apud Græcos, & Romanos Clepsydræ, usu deinde familiarissimæ. Horæ nomen a Deo Horo, quod Solis est, derivant; ac tandem apud Ciceronem sermo est de Cynocephalo (4) duodecies per singulos dies æquis observatis temporis intersitiis mingente; ex quo succurrit Trismegisto, ut diem in 12. horas distinxeret. Trismegistum hunc paulo Moyse recentiorem statuunt [5]. Hæc de horologiorum, & horarum antiquitate occurrunt, quamquam sicut antiquissima non ita plane certissima videntur.

Nihil satis expressum de horologiis apud Homerum, in cujus tamen Odyssea duo recurrunt versus, qui de horologiis explicari posse videntur [6]: *Insula quedam Syria vocatur, sicubi audis, Ortygia desuper, ubi mutationes Solis*. Hæc Insula una est ex Cycladibus, ubi, si fides sit veteri cuidam Scholiastæ, spelunca erat satis opportunc accedentem, & recedentem ad nostrum Meridianum Solem demonstrans. Sunt inter Eruditos qui fulpieantur, Poetam eo loci sermonem habere de horologio Solari; & Diogenes Laertius in vita Pherecydis Philosophi author est, manssisse etiam sua ætate in Insula Syro Solare horologium ejusdem Philosophi [7]: Hoc autem Pherecydis horologium ipsissimum esse Homericum quidam suspicantur, quod scilicet Philosophus ille sive restituerit, sive perfecerit; quæ si vera sint, usum horologiorum in Græcia ipla bella Trojani ætate demonstrant. Sed nihil certi statuendum ex ambiguo testimonio; quare solidius aliquid quærendum.

Herodotus affirmat [8], invaluisse apud Græcos morem horologiorum Solarium, & Stylorum ex Babyloniis deductum; ipsorumque Græcorum confessione Anaximander horas distinxit, atque horologia Solaria in Græciam invexit [9]. Fallitur autem Plinius, cum ejus rei honorem Anaximeni tribuit. Emortealem Anaximandri annum Usserius componit cum A. M. 3427. premente jam captivitate Babylonica, & sub Cyro. Porro Philolophus isse ex tineare in Chaldæam potuit horologiorum rationem didicisse.

Ex eodem, quantum conjicimus, fonte derivatum creditur ab Achaz horologium, de quo nunc sermo; docente enim Scriptura scimus, satis inter illum & Theglatphalassaren Regem Assyriæ convenisse, quem posttremum Regem in auxilium alter adscivit contra irruptionem Regis Syriæ, & Samariæ, ejus religionem adoptavit adeo, ut Aram Damascenæ tonilem, (quam ipse Achaz invisendum Regem conveniens fecerat) Jerosolymæ erigendam curaret. Horologiorum Solarium inventio nova erat tum temporis, & utilis; quare eam libens occasionem accepit Achaz, ut simile procraret in palatio suo Jerosolymæ. Nonnisi autem temere certi aliquid de ejus figura affirmaretur; verum cum Scriptura constanter vore *Maaleth*, quæ gradus sonat, utatur, quantum assequimur conjectura, facile credimus, nihil habuisse horologium illud similitudinis cum Græcorum, & Romanorum, ac facile concavam quamdam ipharam retulisse, quemadmodum Græca illa *Scaphe* appellata.

Rudis primum horologiorum ars perfici paulatim, ac successive cœpit. Ita quæ primum diurnas tantum horas distinguebant horologia, in usum deinde noctis etiam fabricata sunt, ut de Platonis horologio Athenæus lib. 4. animadvertit. Facile noctiurna hæc Clepsydræ erant, sive horologia arenaria. Dicitur Poeta quidam Græcus (9) Philosophum gerronem, & avarum subinde amplum quamdam oleo plenam sollicite spectantem, ac si horologium portaret. Scipio Nasica [11] Clepsydram dedicavit sub tecto A. U. C. 595. cum ad td usque Populus Romanus in noctiurnis, diurnisque horis, cum Sol non apparceret, incertus vagaretur. Apud Vitruvium lib. 9. cap. 9. fusius agitur de horologiis Solariibus, & Clepsydris.

Ante horologia distinguendo tempori pedes servichant, unusquisque enim umbram sui corporis dimetiebatur; qui plane uiius diutius manfit ruri, quemadmodum ex Palladio, Authore secundi sæculi, intelligimus, apud quem singuli duodecim libri *de re rustica* clauduntur cum mensura Solis singulorum mensium, quæ horas ejusdem menfis pedum dimensione distinguereт. Eadem occurrunt in tractatu de horologiis inter Opera Bedæ Venerabilis. Varia est quidem corporum mensura, sed tamen nihil ex eo incommodi in horum æqualitatem, cum pedum mensura plerumque corporis habitudinem sequatur. Computabatur umbra usque ad 20. pedes, atque horæ conveniendi cum amicis, horæ prandii &c. ad talem pedem destinabantur, quemadmodum apud nos ad talem horam certæ quædam res peragendæ constituuntur. Vir quidam ad prandium invitatus ad 12. pedes, cum nocte intempesta e lecto surrexisset, ad lunæ micantis fulgorem, (Solem ratus) umbram dimensus, condictam pedum mensuram deprehendit, quare statim ad prandium ante exortum Solis in amici domum convolavit (12).

IN

(1) *Usser. ad A. Mund.* 2391. *& Jaquelot. Dissert. t. in Existentiam Dei, c. 16. pag.* 150 191. (2) *Apud Joseph. l. 2. contra Appion.* (3) Vide, si placet *Died. l. 1. pag.* 61. *& Strab.* (4) *Tull. apud Victorin. a Macrobio cit. a. l. 1. c. 21.* (5) *Marsh. Sac. to. Can. Ægypt. pag.* 241. *Edit. Lyf.* 1676. (6) *Odyss. O. v.* 402. (7) *Diogen. in Pherec.* (8) *Lib. 2. cap.* 109. (9) *Laert. l. 2.* (10) *Ratio apud Casaub. in Athenæum l. 4. c. 17.* (11) *Plin. l. 7. cap.* 60. (12) *Menander*.

IN DUOS LIBROS PARALIPOMENON PROLEGOMENON.

GEminos Paralipomenon Libros una contextus serie jungebant olim Hebræi (1); hodie in Bibliis ad suum usum pro nostro more distinguunt; facile ne usum Concordantiarum, quas a Latinis acceperunt, sibi interdicant. Totum Opus inscribunt: *Verba dierum* (2), sive Annales, veteres illas Ephemerides sæpius in Libris Regum laudatas spectantes: *Nonne hæ scripta sunt in libro verborum dierum?* Falluntur illi tamen, siquidem veteres illos Commentarios Regum Juda & Israel cum Paralipomenis confundendos censuerint; sæpe enim in Paralipomenis (3) ad eosdem Annales Lectores remittuntur; quos fusius historias retulisse, & alia plura; frustra in Paralipomenis quærenda, continuisse constat. Nos Græco vocabulo *Paralipomena* appellamus, nempe *prætermissa*; est enim Opus veluti ceteris Scripturæ Libris adjectum supplementum, plura continens in aliis omissa. Sed, ut infra demonstrabimus, longe alius fuit Authoris hujus Libri scopus, quam ut ceteris S. Scripturæ Libris supplementum scriberet.

Quis potissimum Opus adornaverit, incertum. Sunt qui eidem Authori ac Libros Regum tribuerint, cum & eosdem utrimque Annales laudet, & easdem non raro phrases retineat. Verum quid unum eodemque Authorem induxerit, ut easdem utrimque historias, & iisdem sæpe verbis recitaret, ac vicissim in adscriptionibus temporum, in rerum circumstantiis, genealogiis, atque nominibus propriis variaret? Idemne Scriptor negotium nobis facessere per Judum suscepisset, nostrum torquens ingenium, utpote quibus nulla supperetet ratio, cur tantum in utroque Opere variare maluisset? Cum interim si duos Authores, amboş suo marte scribentes, produca mus, planum fit cur alter fusius, alter strictius historiam referat; cur insuper alter alteram chronologiam pro varia ducendorum annorum æra fine errari suspicione sequatur.

Judæi, & Interpretes nostrates ab Esdra scriptum Librum arbitrantur, cum nimirum captivitate soluta (4), dirigentibus Aggæo & Zacharia, Operi scribendo otium nactus est. Favet huic opinioni°, 1. Quod unicus Authoris opus esse stili æquabilitas, perpetua contextus series, historiarum fusius ante expositarum identidem subjectæ complexiones, & appositæ ad res animadversiones satis demonstrant. 2. Post captivitatem scriptum arguit edictum Cyri de Judæis in possessionem Jerusalem, soluta tandem captivitate, immittendis (5); genealogia a Davide adusque Zorobabelem, immo & infra, si Vulgatæ Textum sequamur (6), deducta. Porro Zorobabelem in Judæam venisse post factam a Cyro redeundi copiam quis nesciat? Mentio quin etiam 1. Par. 9. inducitur de primis Jerosolymæ incolis; imo & de aliis (7), soluta captivitate. Prosequitur etiam Author rerum Judaicarum labentium sub posteremis Regibus Juda historiam, universum Judam Josiæ funus prosaſſe dicit: qua occasione scriptæ Jeremiæ lamentationes in ore omnium Cantorum & Cantatricum, ait, versantur (8). Jeremias vero Templi eversionem, & populi captivitatem oculatus testis spectavit. 3. Plures ibidem voces occurrunt, sive recentius quam ante captivitatem invectæ, vel saltem frustra in Libris ante eamdem captivitatem scriptis quærendæ (9), cum vicissim plura Esdræ peculiaria sive in vocibus, sive in syntaxi occurrant.

Hæc quidem pro Esdra; nunc vero quæ contra ipsum promamus. Prosequitur Author genealogiam Zorobabelis ab eo viro adusque duodecimam generationem. Zorobabel, Ananias, Phaltias, Hieseias, Raphaia, Arnan, Obdia, Sechenias, Semeias, Naaria, Elioenai, Oduia. Hæc sane spatium, ut minus, 300. annorum exigentia, satis demonstrant Operis Authorem multo quam Zorobabelem ipsumque adeo Esdram, recentiorem fuisse; nisi ab altero scripto jamdudum Operi eamdem genealogiam adjectam maluerimus.

Hisce tamen facile reponere possumus, simulque repugnantia omnia conciliare. 1. Quæcumque in medium adducta sunt ad evertendam sententiam, qua Libri Regum & Paralipomenon uni eidemque Scriptori tribuuntur, prompte evanescunt, si quis statuat Esdram ex pluribus, quos ad manus habebat, Commentariis quædam in suum Opus, ne immutata quidem verborum phrasi, inseruisse; nihil interim curantem repugnantia inter se conciliare, nihil repetitas historias monentem, nihil unius ejusdemque narrationem modo fusius, modo contractius repetitam.

2. Quæcumque adversus Esdram congeruntur, illa sane attentum evincerent, si Opus, quale nos habemus, ab Esdra digestum constituatur. Nulla tamen sunt, si forte admittamus, post ejus viri obitum quædam aliena manu Operi accessisse, quod eo consilio fieri poterat, quo ipse pariter Esdras Operi ex pluribus aliis Commentariis a se digesto quædam e suo marte ceniuit adjicienda. Non est igitur, cur temere ab ea sententia recedamus, quæ unum eumdemque Esdram utriusque Operis, Regum & Paralipomenon habet Authorem.

Porro ejus Libri Scriptor non ætatis suæ historiam digessit, sed ab aliis jam memoriæ prodita in unam veluti summam collegebat. Post captivitatem vixisse, supra jam animadvertimus; loquutum tamen veluti si multo captivitatem ipsam præcessisset, statim adductis argumentis demonstrabimus. Commentariorum fidem, quorum ope utitur, vel ipsis eorum verbis adductis, obiervat; & quamquam aliioqui ætati, qua scribebat, verba illa repugnarent, maluit tamen singula exscribere, ut veritati potius, quam aliquibus demptis stilo serviret. Vel ipsas interdum genealogias parum in speciem inter se constantes refert, quas ne conciliare quidem, imo nec monere quidem ea de re Lectores audet; quòd illi quidem, extantibus adhuc veteribus monumentis, tam pronum fuisset, quam nobis post tot sæculorum oblivionem, & veterum monumentorum defectum arduum. Ubique vero sinceritatis, fidelitatis, & religionis ejus Scriptoris illustria exhibentur documenta; historiæ suæ veritatem ex limpidissimis fontibus deductam illinem servat, ut nulla inde suspicio in illum crearí jure meritoque potuerit. Ætate sua adhuc in Sanctuario cum vectibus arcam servari, quemadmodum jam sub Salomone, perhibuit [*] ; constat

(1) *Hieron. ad Domnion. & Rogatian.* (2) *Dibbre Hajamin.* (3) *Par.* 16. 2. & 24. 27. & 25. 30. & 27. 27. & 28. 26. & 32. 32. & 33. 16. & 35. 27. (4) *Lyran. in* 1. *Par.* 7. 12. (5) 2. *Par. ult.* (6) 1. *Par.* 3. 19. &c. (7) 1. *Par.* 2. (8) 2. *Par.* 25. 25.

(9) *Kephore, crater*, 1. *Esdr.* 1. 10. & 8. 27. & 1. *Par.* 28. 17. *Adar. kemoni, drachma* 1. *Par.* 29. 17. & 1. *Esdr.* 2. 69. & 1. *Esdr.* 7. 70. *raphodech, rates* 2. *Par.* 2. 16. *merhalaiia, colliciores* 4. *Reg.* 27. 4. (*) 2. *Par.* 5. 9. & 3. *Reg.* 8. 9.

ſtat autem poſt captivitatem Arcam ſive prorſus in Templo non fuiſſe, ſive aliter ac olim ſub Salomone poſitam.

Narrat 1. Par. 4. 41. filios Simeon, depulſis poſteris Cham, eorum regionem occupaſſe, quam ad ætatem uſque ſuam tenebant; & ibid. 43. refert expeditionem ejus Tribus in Amalecitas, quam ſub Ezechia ſuſceptam ſcimus. Porro, ait Author, devictam olim regionem illam hodie etiam poſſidere; nempe antequam Salmanaſar Simeonem una cum aliis Tribubus in captivitatem traduceret. Quamquam ea in re dubia quædam occurrunt, nobis in Commentariis ad examen revocanda. Deinde proxime ſuccedenti capite 1 3, de captivitate decem Tribuum agitur, quam ſua uſque ætate perſeverare idem Author teſtatur. Cum 2. Par. 8. 8. de ſubjectis a Salomone Chananæis illis, quibus Iſraelitæ pepercerant, termo eſt, ait idem Scriptor: *Subjugavit illos Salomon in tributarios uſque in diem hanc*. Stabat igitur ejus ætate Regnum Juda. Tandem 2. Par. 21. 20. exceſſum memorat ab Idumæis Hebræorum jugum; nec illos, ait, uſque ad hanc diem Dominos agnoſcunt; quaſi ſcilicet ea ætate adhuc Reges Juda Regnum obtinerent. Porro ex deductis hue uſque ſatis intelligimus, ſcripſiſſe quidem Authorem poſt captivitatem, ſed non raro verba Authorum diu antea ſcribentium in tuum Commentarium derivaſſe.

Potiſſimus vero ipſius ſcopus non eo ſpectat, ut ſupplementum ceterorum Librorum Sacræ Scripturæ daret. Fuit repetere hiſtorias antea deſcriptas; quin rara admodum nova reſeniet, & plura viciſſim omittet, quorum alioqui cognitio maximi eſſet ad hiſtoriam ſacram momenti. 2. Neque Annales ſcribere meditabatur, quibus rerum geſtarum hiſtoria ſuſius pariter & exactius una contextus ſerie, quam in hiſtoriis præcedentibus, exhiberetur, adjecta inſuper certiori temporum, atque perpetua adſcriptione. Nihil enim in toto Opere apparet, quod Authoris in ea re conſilium demonſtret. 3. Neque id præ oculis habuiſſe videtur, ut uno in Opere ceteros Hiſtoricos Veteris Teſtamenti Libros in epitomen compleeti voluiſſe; cum plurima ſileat in Moyſe, Joſue, Judicibus, & in Libris Regum relata. Hiſtoriam tuam potiſſimum ex obitu Saulis deducit; plura enim, nec minoris tane momenti, ad Regnum Davidis ſpectantia omittit; uti Principis eum Bethſabee ezimen, & quæ deinde ſequuta eſt calamitatem; inceſtum Amonis cum Thamar, totamque Abſalomi hiſtoriam. Ratus apud illum ſermo de rebus Regum Iſrael, ceteriique ad illud Regnum pertinentibus; ſilentio enim obvolvit totam ejus rei hiſtoriam poſt captum Amaſiam Regem Juda [2] per Joas Regem Iſrael. Profecto ſi Libros Regum in Epitomen redigere meditaretur, debuerat ſaltem non omiſiſſe poſtrema Regum Iſrael bella, quæ deinde captivitas decem Tribuum conſequuta eſt. 4. Neque id voluiſſe Author ereditur, ut in primis Operis capitibus exactas aliquas genealogias deduceret; bis genealogiam Juda deſcribit, nempe in cap. 2. & cap. 4. ubi per duos veluti ramos Phareæ & Sela eamdem deducit. Ut quid hæc, ſi ad Davidem tantummodo pertigiſſe volebat? Ut quid nomina Urbium & locorum Tribus Juda tam exacte deſcribit? Quid hane genealogiam per duos ramos ad uſque captivitatem non digerit? Semel etiam & iterum genealogiam Benjamin [3], ſicut & Saul [4], repetit, variam utrimque; nihil magis ſtuduiſſe videtur in ea re, quam ut ſedem & ſortem ſingulorum exacte deſcriberet.

Potiſſimum igitur Authoris ſcopum in eo poſitum eredimus, ut ſub ipſis legentium oculis exhiberet, quis olim ante captivitatem, ac deinde poſt eam ſoluram familiarum ſtatus fuerit, quæ hæreditas, quo ſcilicet jure poſtliminii ſinguli ſuis rebus reſtituerentur. Conſtitutum enim erat jam inde ab initio, ut ſingulæ Tribus relatas in tabulas haberent agrorum per ſingulas domos dimenſiones, quarum fide annis Sabbaticis & Jubilæis omnia veteribus Dominis integre aſſererentur, nec unquam in alienas manus familiæ bona tranſirent. Quare id potiſſimum curavit Author, ut Urbium, & locorum nomina potius quam hominum exprimeret. Quod vero potiſſimus Authoris curas occupabat, illud cenſendum eſt, nimirum ut munera, genealogias, familias, & ordines Sacerdotum, & Levitarum ſuſius deſcriberet 15; res enim erat maximi poſt captivitatem momenti, ut ſinguli vetus ordo priora munera, & avita hæreditas juxta veterum tabularum normam conſtarent 6). Quæ proinde ad regionem, cultum Domini & Templum pertinerent, totum Authorem occupant. Maxima illi cura in deſcribendis vafis Domus Dei, Principibuſque indicandis, quorum authoritate Idololatria five iteret, five ſtare permiſſa eſt; ſiſque viciſſim, quorum pietas veram Religionem aſſerut. Eas regulas ſequutus, laudes vituperationeſque diſtribuit: de reliquis nihil attingitur.

Quicumque tandem opus Paralipomenon digeſſit, huic plures Commentarii, Scripta, & vetera Monumenta ſuppetebant; quanta olim ſedulitate, & cura veteres Hebræi Reipublicæ ſuæ vetera monumenta ſervarent, documentum. Qua pariter conjectura intelligimus, quantum eorum hiſtoria ceteris præſtaret, ſi tanta Scriptorum lux in ſera tandem ætate non occidiſſet. Laudantur ſæpe in Paralipomenis [7] Libri *Juda & Iſrael*, quos Commentarios eredimus vel Ephemerides, memoriæ rerum in Republica five Religione geſtarum conſervandæ. Scribebant autem Commentarios iſtos non conducti mercede Scriptores, qui decora tantum & glorioſa, quæque maxime Principi placerent in Annales referrent; ſi plerumque enim id muneris agebant Propheteæ viri doctiſſimi æque & ſapientiſſimi, ſpectatæ pietatis, & fidei, qui nihil ſive aſſentationi, ſive quæſtui dari unquam toleraſſent.

Sub Davide ceteriique deinde Regibus Juda, ſemper Prophetæ Annales de rebus geſtis ætatis ſuæ conficiendos ſuſcipiebant. Regni Davidis hiſtoriam ſcriptis mandarunt Samuel, Nathan, & Gad [8]. Salomonis hiſtoria debetur. Prophetis Nathan, Gad, Addo, & Ahiæ [9]. Addo pariter & Semeias hiſtoriam Roboamł dederunt [10], & quibus primus etiam Abiæ hiſtoriam profecutus eſt [11]. Hanani ſub Aſa id muneris exercebat [12], ejuſque filius Jehu & Joſaphat & hiſtoriam Regum Judæ dirigebat, id expreſſe tradente Scriptura 2. Par. 20. 34. *Reliqua geſtorum Joſaphat ſcripta ſunt in verbis Jehu filii Hanani, qua digeſſit in Libros Regum Iſrael*. Sub eodem Joſaphat agebant hiſtoricos Prophetę Eliezer (13), & Jahazier (14). Iſaias res geſtas ſub Ozia primum (15), deinde ſub Ezechia (16) ad poſteros tranſmiſit. Idem publicis negotiis admotus eſt ſub Achaz, cujus totam ferme hiſtoriam in Libro oraculorum ſuorum ſcriptam reliquit (17). Olai Commentarius ſub Manaſſe ſcribebat (18), & Jeremias ſub Oſia, uſque filiis Regum Juda poſteremis (19). En ſeries Prophetarum Hiſtorias & Annales Regni Juda ſcribentium.

Regnum Iſrael, quamquam alioqui ſchiſmate a vera Eccleſia in Regno Juda avulſum, non ita tamen Deum expertum eſt adverſarium, quin varios probos quamplures inter malos longe plurimos ſervaret, Miſſi ſæpe ad illud Prophetæ, ut veros Iſraelitas ad officium revocarent; ut cogitanti olim Eliæ, unum ſe Prophetam Domini vivere in medio Iſraelis, Deus revelaret ſervaſſe ſe turbam 7000. hominum, quæ ſidem ſuam cultu Baal non violaſſet (20). Ahias Silonites ſub Jeroboamo filio Nabat (21), & Jehu filius Hanani ſub Baaſa paruit (22). Elias aliique Prophetæ permulti ad Regnum Achab pertinent continuato Prophetæ munere ſub Eliſeo, & Jona, aliiſque. Oded Prophetam agebat ſub Phacee (23) in ur-

(1) 1.*Par.*5.22.26. (2) 2.*Par.*25.17. *&c.* (3) 1.*Par.* 7. & 8. (4) 1.*Par.*8. & 9. (5) Vide 1.*Par.*2.14. (6) 2. *Eſd.*12.22 25. (7) 2.*Par.*16.2. & 24.27. & 24.26. & 27. 27. *&c.* (8) 1.*Par.*29.29. (9) 2.*Par.*9.29. (10) 2.*Par.* 12.25. (11) 2.*Par.*13.22. (12) 2.*Par.*16.7. (13) 2.*Par.* 20.37. (14) 2.*Par.*20.14. (15) 2.*Par.*26.22. (16) 2. *Par.*32.32. (17) *Iſai.*7.8.9. (18) 2.*Par.*33.19. (19) *Jerem.*17. & *ſeqq.* fere uſque ad finem, & 2.*Par.*35.25. (20) 3.*Reg.*19.18. (21) 3.*Reg.*11.29. (22) 3.*Reg.*16.7. (23) 2.*Par.*28.9.

urbe Samariæ ; quos omnes quamquam nullo Scripturæ testimonio scripsisse temporum suorum historias noverimus, verosimili tamen conjectura autumamus, quemadmodum in Regno Juda, ita etiam in Regno Israel id muneris præstandum Prophetis commissum fuisse. Præter eos Annales a Prophetis digestos, alii etiam supperebant Commentarii Sacerdotum sive Scribarum aulæ Regum Juda & Israel. Hos virgo appellabant a Secretis sive *Mascherim*, ac si diceretur *a libellis*, quorum potissimum munus erat, ut singulorum dierum eventus, qui majoris ad Rempublicam momenti censerentur, in Tabulas referrent. Memoratur sub Davide & Salomone [1] Josaphat filius Ahilud *a commentariis*, idemque munus sub Ezechia præstitisse Joahe filium Asaph [2], sub Josia Joha filium Joachaz [3] legimus.

Quamquam Regni Salomonici historiam suffori filio Prophetæ Nathan, Gad, Addo, & Ahias digesserint, eam tamen in publicas etiam tabulas relatam fuisse scimus, quas tabulas designari credimus illo 3. Reg. 11. 41. *In Libro verborum dierum Salomonis*. Idem fervavum scimus in historia Josaphat, quam licet Jehu filius Hanani litteris confignaverit, laudantur tamen, tamquam gesta sub eo Rege continentes. Annales Regum Juda [4]. Tandem quo loco 2. Par. 33. 32. scriptam legimus ab Isaia Ezechiæ Regis historiam, ibi pariter eadem historia ex Annalibus Regum Juda laudatur. Historia rerum Manassis & in Annalibus Regum Juda, & in Commentario Prophetæ Hozai scripta insinuatur 2. Paral. 33. 18. 19. Ibi etiam Author laudat orationem ejusdem Principis, dum arcto in carcere detineretur, quæ nostra ætate intercidit; cum altera in nostris Biblijs infesta apocryphi nota rejicienda sit. En igitur duo Commentariorum genera, quæ Auctori Paralipomenon supperebant; alia nempe quæ a Prophetis, alia a publicis Scribis adornata, quorum opera scripsit memorati sæpe in Scriptura Annales Regum Juda & Israel. Facile autem credimus Regni Israelis Annales post captivitarem decem Tribuum in Regnum Juda translatos servari, quo scilicet plures e Regno Israelis transfugæ sese receperant.

Supperebant etiam Authori Paralipomenon census variis temporibus in populo instituti; sicut etiam scripta, quæ sub nomine *verborum veterum* (5), nempe veterum traditionum laudat. Quatuor ex his censibus refert, nempe sub Davide [6] sub Jeroboamo [7], sub Joathan [8], & in captivitate decem Tribuum [9]. Innuit etiam censum jussu Davidis opera Joabi institutum, sed intercedente Domini furore intermissum. Præter hæc, ad manus erant tabulæ genealogicæ Tribuum, & clarissimarum familiarum, quarum posteros describit.

Probe ex his intelligimus, quanto studio olim Judæi veterea historiarum suarum monumenta servarent, quam Patrum suorum curam merito effere Josephus, ut scilicet veritatem & sinceritatem historiæ gentis suæ contra adversarios Judaici nominis assereret. Maximum, ait ille, argumentum historiæ Judæorum veritatem demonstrans, illud est, nimirum inter varios illorum Scriptores non variam de ipsis rebus testimonium; neque enim Græcis aliena scribentibus eadem adhibenda est fides, quæ suas historias referentibus debetur, quod per le certum, ad evidentiam pariter demonstrat eorum inter se dissensus, dum alienas historias referendas suscipiunt. Ægyptis & Babylonis peculiares erant regionis suæ historiæ, fidei & vetustatis exploratissimæ, opera Sacerdotum, & Philosophorum ejusdem gentis digestæ. Quod vero, addit ille, historiam nostram super ceteras omnes commendat, illud est, nimirum scribendis rerum nostrarum commentariis addictos esse viros amplissimos, Sacerdotes, & Prophetas, quorum studia, & in scribendo fidem ipse scribendi stilus, narratio accurata, rum & inter varios Scriptores consensus satis demonstrant. Quæ omnia tantam fidem scriptis apud gentem nostram venerationem conciliant, ut tamquam divina suspiciant, & addere illis aliquid sive detrahere ducant religiosum. Porro paucos illos, quos ejus generis habemus, Libros tanta veneratione, & religione servamus, ut alienum aliquid in Textum irrepsisse vix ac ne vix quidem possit.

Laudat etiam ibidem summam Sacerdotum curam in servandis sine adulterina admixtione gentis suæ integras inviolatasque genealogias; quod non ita Sacerdotibus Hebræis in Judæa tantum peculiare erat; sed ea demum cura illos five in Ægypto, five Babylone constitutos sequebatur. Scrutabantur enim Jerosolymis genealogias mulierum, si quando eum aliquibus connubia miscere meditarentur; & si forte finistri aliquid Judæis quo dispergi illos accidisset, summa tunc Sacerdotibus cura erat, ut veteres tabulas innovarent, & si quis contra Legis præscriptum alienigenas fœminas duxisse convinceretur, ille continuo e ministerio Altaris & jure Sacerdotii excidebat. Suffragatur huic Josephi authoritati Liber Esdræ, in quo post solutam captivitatem amotos a Sacerdotio legimus tam eos, qui genealogias suas fide publicarum tabularum non probassent (10), quam qui connubia cum alienigenis fœminis miscuissent (11). Iis tantum vetera jura Sacerdotum, & Levitarum manebane, qui scripti erant in Libro *verborum dierum* (12). Ex 1. Macch. 16. 23. 24. testimonio intelligimus pariter, res gestas Summorum Pontificum publicæ memoriæ mandari consuevisse, juxta illud : *Scripta sunt in Libro dierum Sacerdotii ejus*; quod tamen cum illis factum censeo, qui utrumque Principatum & Sacerdotii & Reipublicæ tenerent. Ex hisce posterais Commentariis Josephus gentis suæ post Macchabæos historiam deduxit.

Quod spectat ad Commentarios de rebus sub singulis Regibus gestis, mos erat utilis adeo, & commendabilis, ut non apud solos Israelitas obtineret; paria enim servabantur apud Chaldæos, Assyrios, Phœnices, Ægyptios, Græcos, & Romanos. Persarum sub Cyro, & Dario Annales laudantur. 1. Esdr. 4. 15. & 6. 1. 2. Sienti etiam eadem consuetudo sub Assuero legime Esther 10. 2. Commentarios rerum Alexandri Magni Plutarchus in ejus vita laudat; Ægyptiorum Herodotus lib. 2. cap. 2. & Diodorus lib. 2. quemadmodum fragmenta quædam historicorum ejusdem gentis Josephus (13) servavit. Tradit autem ille de Manethone agens, omnia ejusdem viri e Libris sacris Ægyptiorum deducta fuisse. Sacerdos quidam Ægyptius in Timæo Platonis monem in gente sua obtinuisse refstatur, ut res majoris momenti tam in Ægypto, quam alibi ubicumque contingentes in Annales referrent. Berosus litteris mandavit historiam Chaldæorum, sicut & Syrotum: Nicolaus Damascenus, & Dio, Phœnicum. Unde vero illis rerum gestarum monumenta, nisi ex Annalibus, ac tabulis earum gentium? Menander Ephesius uno fusiori Commentario complexus erat historiam omnium, qua Græciæ, qua ceterarum gentium Regum, consultis singularum regionum monumentis. Frequentes in nostris Bibliothecis (14) occurrunt Græcorum historiæ. De Romanis ait Tacitus Annal. 13. *Ex dignitate Populi Romani repertum est, res illustres Annalibus, talia (vulgaria) diurnis Urbis actis mandare.*

Interpretes leviori brachio res Paralipomenon attigerunt, ea falsa perfuasione ducti, parum ibi in Libris Regum ineadum referri. Fateamur tamen oportet, juxta S. Hieronymi testimonium in Ep. ad Domnionem: *Omnem eruditionem Scripturarum in hoc Libro contineri*; & ut addit ille Ep. ad Paulin. five in Prolog. Galeat. *Paralipomenon Liber, i. e. Instrumenti veteris epiteme, tantus ac talis est, ut absque ille si quis scientiam Scripturarum sibi voluerit arrogare, se ipsum irrideat.* Tandem veriffime S. Doctor adjecit, *in eo Libro innumerabiles Evangelii explicantur quæstiones.* His igitur rationibus inducti, solerter

(1) 2. *Reg.* 8. 16. & 12. *Par.* 18. 15. & 3. *Reg.* 4. 3. (2) 4. *Reg.* 18. 18. (3) 2. *Par.* 34. 8. (4) 3. *Reg.* 22. 46. (5) 1. *Par.* 7. 2. (6) 1. *Par.* 5. 17. (7) *Ibid.* (8) 1. *Par.* 9. 1. (9) 1. *Par.* 27. 24. (10) 2. *Esdr.* 2. 61. 62. (11) *Esdr.* 13. 28. 29. (12) 2. *Esd.* 12. 22. 23. (13) *Lib.* 1. *cont. Appion. ubi Manethon citat.* (14) *Joseph. Ibid.*

rer & pro viribus Librum exponendum ſuſcepimus, iis tamen omiſſis, quæ antea in Libris Regum in examen revocavimus. Primus Liber hiſtoriæ Sanctæ per generationes deductæ ab ortu Mundi adúſque Davidis obitum A. M. 2990. ſummam complectitur. Alter hiſtoriam deſcribit Regum Juda, & partim etiam Regni Iſrael ab exordio Salomonis ſine ſolo regnantis A. 2990. uſque ad ſolutam captivitatem A. 3468.

Variantia quædam in nominibus, ſcripturæ deſignandis inter Libros Regum & Paralipomenon reſultant; ſicut etiam numerus quandoque annorum, cenſus, & nomina virorum diſcrepant, unde contra Librorum Sacrorum authoritatem Sacrarum Scripturarum adverſarii deducunt, quorum cavilli, ſi tandem evicerint, ut authoritas Librorum in dubium revocetur, quæ tandem erit fatis explorata, & ab omni ſuſpicione immunis hiſtoria? Nihil enim magis ſpectatæ antiquitatis, & fidei in hiſtoria utpiam occurrit, quam quæ de expeditionibus Alexandri Magni poſſeritati commiſſa eſt; quot enim viri amplißimi ſapientia, fide, & diligentia inſignes coæva ſcribentes, ſtrenuè illius Ducis decora ſcribere non ſuſceperunt? eos tamen vel in centu copiarum ipſius, in ſubjectarum Urbium dimmeratione, ſicut & in ornamentis hoſtium ſumma, atque deviciarum gentium & Urbium nominibus numquam convenire conſtat. Quis autem hiſtoriam ejus Principis ſuſpicionis arguere, vel in dubium revocare audeat?

Quamquam alia plane eſt hiſtoriæ ſacræ authoritas, Sancti Spiritus ductu, eodemque ſuggerente, Divini Scriptores Opus dictabant, nec tamen eodem Spiritu prohibebantur, quin & varia ſimul monumenta conſulerent, atque hiſtorias ſcriptis mandandas ex illis veluti fontibus ita derivarent, ut ſingulorum veluti ſententias deferiberent. Nec tamen varia ab illis in eodem Opere relata teſtimonia niſi in ſpecie tantum repugnant ſ multiplex enim ſingula conciliandi ratio ſuppetit. Adde, audaciæ eſſe numquam ferendæ, ſi quis de rebus longa ætate remotis, explorataæ alioqui authoritatis, judicium ferre ex arduis nonnullis occurrentibus præſumpſerit. An forte ſupra fidem eſt, Libros tam longa traditione atque ſæculorum ſucceſſione ad nos tranmiſſos, corruptionis aliquid in adſcriptionibus temporum & numerorum notulis contraxiſſe? Cum de Sacris Scripturis, rebuſque ad religionem pertinentibus agitur, nihil illi indulgendum arbitrantur, cum interim reliquis omnibus parcant. Leviſſima quæque pro licentia adſtruenda argumenta, & quidquid tandem fuerit quo religioni invidia erectur, illud tamquam maximi momenti imbecilles illas mentes terret: eum alioqui nullo ſoliditſſimo pro religione adducto argumento moveantur. Libros & hiſtorias facile omnes ſuſcipiunt; cum vero de Sacris Libris reciplendis agitur, res eſt argumentorum validiſſimorum armis evincenda; ſemper enim imponi ſibi aliquid ſuſpicantur.

DISSERTATIO

DE PRÆFECTIS AULÆ, & MILITIÆ Regum Hebræorum.

CUM Hebræorum mores & conſuetudines adeo ſint a noſtris moribus diſſonæ, & Judæorum hiſtoria adeo parca ſit, cum de pluribus ejus gentis Regibus agitur; ideo operæ pretium nos lectores cenſemus, ſi curas omnes noſtras intendamus, ut munera omnia, titulos, & privilegia Præfectorum in Aula, & exercitu Hebræorum exponenda aggrediamur.

Primumque filii Regum incunda erat a Patre in Regno poteſtas; hinc filios David *primos fuiſſe* legimus *ad munus Regis* (1)ſ & alibi (2) *Filii David Sacerdotes erant*, nempe a Rege ſecundi. Regi Ochoziæ aſſidebant quadraginta Principes fratrum ipſius filii, qui Principatum in Juda atque ſumma apud Regem munera gerebant (3). Ad quem vero Regni hæreditas ſpectabat, illi potior erat ſupra ceteros fratres dignitas; nec raro poſt Salomonem Reges Juda, & Iſrael filium ſuum Regni futurum ſucceſſorem in ſocietatem imperii ſuperſtites adhuc adſciſcebant. Quod frequentius uſurpatum, deinde in morem, legenique tranſivit. Neque apud Hebræos tantum, ſed etiam apud Perſas obtinuiſſe lex videtur, ut Principes ad bellum extra Regni fines proceſſuri (4), ſucceſſorem ſuum deſignarent. Quo vero illi hæredes Regni futuri procederent apparatu, ex hiſtoria Abſalomi, & Adoniæ ſatis intelligimus; nec enim illi deerant corporis cuſtodes, non currus, non viri *qui illos precederent* (5).

Regiorum puerorum cuſtodes viri probatæ ſapientiæ, & gravitatis eligebantur, quemadmodum ex viris a Davide ſelectis intelligimus (6): *Jonathan patruus David conſiliarius, vir prudens, & litteratus: ipſe, & Jahiel filius Hachamoni, erant cum filiis Regis.*

De nutricius Regiæ familiæ ſermo eſt in Scriptura, cum de filiis Achab apud Optimates Samariæ educatis agitur (7). Rex Roboam educandos filios ſuos in ampliſſimas Urbes Juda, & Benjamin miſerat (8), quibus deinde jam adultis, & regias opes, & non imparis nobilitatis uxores paravit; ea facile cautione, ne quid diſſidii inter filios divertarum conjugum oriretur, occurrens.

Spectatiſſimum & princeps Aulæ munus gerebat Regiæ domus Œconomus, quem ego deſignari credo illis Scripturæ verbis: *Seemndus a Rege* (9). *Tu regnabis*, ait Jonathas ad David, *ſuper Iſrael, & ego ero tibi ſecundus; ſed & Saul pater meus ſcit hoc* (10). Eamdem dignitatem Joſephi ſub Pharaone obtinebat (11)ſ eamdem Aman (12)ſ primum, deinde (13) Mardochæus (14) ſub Aſſuero Rege Perſarum; & Elchana ſub Achaz (15). Huic ſimiles reſpondebat in Aula Conſtantinopolitana *Propoſitus magni palatii*, & veterum Francorum Regum *Major domus*. Appellabantur etiam viri ampliſſimi fideles, & Regum intimi; ita Moyſes *Fidelis* erat in domo Dei (16); & vir ſuper univerſam familiam conſtitutus, Fidelis & prudens a Domino deſignatur (17). Id muneris gerebat Eliezer in domo Abraham (18); & Zabadias filius Ismael conſtitutus legitur a David de *ſuper ea operis, quæ ad Regis officium pertinent* (19). Suſpicor tamen, Œconomum alium fuiſſe a Præfectis, qui res externas curabant, de quibus infra Porro hujus dignitatis, de qua imprætientiarum, inſignia fuiſſe videntur clavis ſuper humeros geſtata, magnifica quædam Zona, veſtisque, & titulus *Patris domus Juda*, & locus diſtinctus in primis (20).

Scribæ munus inter Aulæ primora ſine controverſia reponendum, quamquam quid illud potiſſimum eſſet, vix definire poſſumus. Sub David ea digni-

(1) 1.*Par.*18.17. (2) *Ibid.*18. (3) 2.*Paralip.*22.8. (4) *Herod. lib.*1. & *lib.*6. (5) 2.*Reg.*15.1. & 3.*Reg.*1.5. (6) 1.*Par.*27.32. (7) 4.*Reg.*10.1. (8) 2.*Paral.*11.23. (9) 2.*Par.*28.7. (10) 1.*Reg.*14.17. (11) *Geneſ.*41.42. (12) *Eſth.*13.3 6. & 15 2. (13) *Eſd.*8.1.2. & 9.4. (14) *Quem Principem eſſe palatii & plurimum poſſe noverant.* (15) 2. *Par.*28.7. (16) *Num.*12.7. (17) *Matt* 24.45. (18) *Gen.* 24.2. (19) 2. *Par.*19.11. (20) Vide *Iſai.*22.21.22.

rate auctus legitur Josaphat filius Ahilul [1], quam etiam sub Salomone gerebat [2]. Sub Ezechia Scribæ munere fungebatur Joahe [3]; & sub Josia Joha filius Joachaz [4]. Eorum potissimum munus videtur, ut in publicas tabulas redigerent, redactasque eustodirent Historias, & Ephemerides Regum Judæotum; ex quibus derivatos credimus Commentarios illos, toties in Scriptura sub nomine *Verba dierum* laudatos. Eos vivos Scriptura appellat *Mafechir*, ac si diceretur *Qui in memoriam revocat*, seu qui monumenta Reipublicæ servat.

Illud imprasentiarum addendum, eos, qui Scribas Veterum Hebræorum Cancellarios nostrorum Regum compararunt, nunquam mihi persuasisse. Memorantur enim apud Veteres Præfectorum aliqui, quorum munus multo sane melius exprimitur nomine *Mafechir*, seu *revocantis in mentem*, quam nomine Cancellarii. Erant ad latera Veterum Heroum admonitores sui, seu viri amplissimi, quos patris loco observabant, eorumque consiliis ducebantur. Ita Ulyssi monitor aderat *Mysiens* Cephalonicus [5], Achilli Noemon, Patrocio Ecedorus, Hectori Dares, Protesilao Dardanus, & Antiloche Chalcon ejus armiger. Hisce, quantum conjicio, respondebant apud Persas viri illi, quos Regis oculos & aures appellabant [6], quibus nihil inauditum, & inexploratum, ut de omnibus Regem facerent, certiorem. Ptolemæo Philopatori, quantum ex 3. Macc. 5. intelligimus, suus erat Monitor, singulis diebus Regem quid facto opus esset instruens. Reges Ægypti ita describit Diodorus Siculus, quasi in media Sapientissimorum corona assiderent, qui, ne aliquid contra leges molirentur, authoritate sua prohibebant. Cum mane e lecto vir illi surgerent, nihil habebant antiquius, quam ut statim literas undique te ad delatas legerent [7]. Erant igitur *Mafechir* apud Reges Juda idem plane vizi, quantum conjectura assequimur, ac Oculi apud Reges Persarum, Monitores apud Veteres Heroas, & Viri a secretis apud Reges Ægypti.

Viri Regi a Secretis plerumque in Scriptura Scribis juncti memorantur [8]. De munere Scribarum, sive virorum a Secretis fusius in librum Judicum [9] disputavimus. Tria illorum genera distinguuntur: alii Tabelliones erant, publica monumenta, & privatas Scripturas in tabulas referentes. Alii vero scriptis excipiebant, simulque exponebant Sacros Libros; ut proinde tamquam Doctores Judæorum haberentur. Tertium Scribarum genus referebant illi, qui a secretis erant Regum, quorum est imprasentiarum mentio. Regis edicta, & diplomata scriptis excipiebant; censum servabant, qua copiarum, qua Urbium, sicut etiam proventuum, sumptuumque rationem. Eorum æque munus in Aula & in exercitu necessarium [10], ex quo de amplissimo illius Magistratus, argumentum capere licet. Suæ illis sedes in Aula destinatæ erant, viro a Secretis Regis proximæ, apud quos summi totius Reipublicæ & militiæ Præfecti conveniße videntur [11]. De Præfecto *super bellatores viros* sermo est 4. Reg. 25. 19. cujus erat munus exercendi milites in arma, seu copias in bellum educendi, vel taltem copiarum omnium regionis censum servandi. Rationem omnem apud illos turrium, & arcium Regis servari Isai. 33. 18. insinuatur. *Ubi est Legis verba ponderans?* Hebr. *ponderans*, scilicet argentum, & census] *doctor parvulorum?* [Hebr. *numerans turres*] Apertius adhuc de illo legitur 1. Mac. 5. 42. Judas Præfectos armorum mandatis oneravit, ut ipeus torrentem manentes, neminem ex militibus ultra aquas relinquerent, sed omnes ad trantitum cogerent. Porro viri illi amplissima erant & spectata Reipublicæ portio, summam, si alias unquam, authoritatem soluta jam captivitate obtinentes. Ita sub Juda Macchabæo omnes simul Alcimum, & Bacchidem convenisse, ut populi nomine agerent, legimus 1. Mac. 7. 12.

Pariain Aula Regum Persarum observamus. Cum Xerxes exercitum suum lustrasset, singulas variarum gentium, quibus constabat, copias oculis inspectus, conscensoque curru per singulas turmas discurrebat, cujus essent regionis gentisque scisciatus, quid singulæ reipondissent, Regiis Scribis scripto interim redigentibus [12]. De Scribis Assueri ejus edicta in Tabulas referentibus, sermo est Esth. 3. 12. & 8. 9.

Amicus Regis peculiaris dignitatis titulus non erat, sed fortunæ, cujus beneficio numquam in Aula defuerunt, quibus Regius favor velificaretur. Ex alto licet Reges Orientis subjectos sibi populos despicerent, quamvis torvo dominorum potius supercilio, quam leni patris oculo illos intuerentur, luperbas tamen rigidasque mentes blanda semper amoris voluptas edomuit; qui si forte ad eos, quorum amore tenebantur, sese demittere recusalsent, eos tamen congestis honoribus, dignitatibus, & opibus, ad se quodammodo elevare conati sunt. Memoratur in Gen. 26. 26. Ochozath amicus Abimelechi Regis Geraræ: de Chusai amico David legimus 2. Reg. 15. 37. & 16. 16. De Zabud filio Nathan *Sacerdotes* seu Principe, & *amico* Regis Salomonis, 3. Reg. 4. 5. In Vulgata 3. Esd. 8. 22. & 1. Esd. 7. 14. seprem illi viri amplissimi, qui Regis lateri semper assitebant, *amicorum Regis* titulo designantur. Aman ad summos honores, favore Regis velificante, evectus, novo titulo *pater Regis* appellabatur [13].

Alia dignitas in Scriptura memoratur eo titulo: *Secundus a Rege*. Hanc obtinebat Eichanan sub Achaz Rege Juda [14]; hanc Joseph sub Pharaone Rege Ægypti [15]; Aman sub Assuero Rege Persarum [16]. Jonathas ad Davidem loquutus dicebat: *Tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus* [17]. Post dejectum Aman, ejus dignitatem in Aula Assueri Mardochæus obtinuit [18]. Sed quænam hujus dignitatis privilegia? Vix illa certo definire possumus; amplissima tamen fuisse oportet. Assidebat Secundus a Rege in loco post Regem honoratissimo [19], authoritatemque suam, qua late patebat Regis ditio, parum infra Regem, & super omnes Regios Præfectos obtinebat. Quin etiam cum Reges Orientis intra privatos palatii sui cancellos sese facile contineremt, totamque Regni administrationem per Præfectos exercerent: ideo non inviti credimus, Regis Secundum eodem plane apud illos in gerendis rebus loco fuisse, ac apud nos est primus Regni Minister, ad quem omnia Regni negotia deferuntur. Nihil æque favorem & authoritatem horum Præfectorum magis demonstrat, quam quæ de Holoferne, secundo a Nabuchodonosore Rege Ninive, legimus [20]. Viro enim illi ad Regnum cultum, & magnificentiam nihil deerat. Xerses, si Regnum sibi concederetur, Secundi dignitatem fratri suo Arianeni pollicitus est [21].

Erant etiam in Aula Regum Juda, & Israel Sacerdotes, & Prophetæ, qui speciali titulo Sacerdotes & Prophetæ Regis appellabantur: sive quod illi constituram haberent in Aula sedem, ut lateri Principis perpetuo adessent, sive offerendis sacrificiis & precibus pro voluntate Regis occuparentur, simulque jussu Regis Dominum consulerent. Gad munus obtinebat *Videntis David* [22]: cui etiam Regi sui erant Cantores, appellati *Prophetæ David* [23], ita facile dicti sive quod ministrarent in Tabernaculo ab eo Jerosolymis erecto, sive quod scriptos ab illo Psalmos cantarent. *Ita Jairites Sacerdos erat David* [24]; quamvis quid potissimum eo loci nomen Sacerdotis designet, an Sacerdotem, an Amicum, a consiliis, præceptorem Regis [25], quomodo Alcuinus Præceptor erat Caroli Magni, incertum. Neque enim Ira ad familiam Aaron, sed ad Jair filium Manassis spectabat. Nomen etiam Sacerdotis obtinet Banajas filius Jo-

(1) 2. *Reg.* 8. 16. (2) 3. *Reg.* 4. 3. (3) 4. *Reg.* 18. 18. (4) 2. *Par.* 34. 8. (5) *Ptolem. Hephest. l.* 1. (6) *Vide Xenoph. l.* 8. *Cyrop. Arsiid. Orat. Panegy. Cyzic.* (7) *Diodor. Sicul. l.* 1. *p.* 44. *seu* 63. (8) *Hassophorim.* (9) *Judic.* 5. 14. (10) Vide si placet, *notas Conflant. l'Emper. in cap.* 10. *Iberiam. de Rep. Hebr.* (11) *Jerem* 36. 12. (12) *Herod. l.* 7. *cap.* 100. (13) *Esth.* 16. 11. (14) 2. *Par.* 28. 7. (15) *Genes.* 41. 42. (16) *Esther.* 13. 3. 6. & 15. 2. (17) 1. *Reg.* 23. 17. (18) *Esther.* 10. 3. (19) 3. *Esdr.* 3. 7. *Joseph. Antiqui.* 11. c. 4. (20) *Judith.* 2. 4. *in Grac.* (21) *Plutar.* (22) 2. *Reg.* 24. 11. (23) 1. *Par.* 21. 11. & 25. 2. (24) 1. *Par.* 21. 12 & 25. 2. (25) 3. *Reg.* 20. 26. *Vide nest. Gimmeni.* 10.

jadæ (1), Zabud filius Nathan, amicus (2) sive intimus Salomonis, ac tandem filii David, quamquam nemo illorum munus Sacerdotis in Templo exercuerit. Consiliarii dignitas ipso satis nomine intelligitur. Inter eos celebratur Achitophel sub Davide (3). vir æque & consiliorum callidissime, & fcelere præstans. Roboamus seniorum consiliis, qui Salomoni aderant, spretis, juvenes una secum innutritos, non impune tamen, audivit (4). Ochozias Rex Juda vestigia Achab toceri tui legit, quod eosdem viros in consiliis adhiberet (5). Consiliariorum numerus apud Persas ad septem definebatur; quemadmodum ex 1. Esd. 7. 14. & Esther. 1. 10. intelligimus. Appellabantur oculi Regis, quorum consilio fortè edictum aliquod Rex propoſuiſſet, dein ne Regi quidem revocare integrum erat (6).

Cum apud Veteres Hebræos suus esset agriculturæ atque parsimoniæ honor, constituti erant a Regibus Præfecti agrorum, (7) arborum, vinearum, olivarum, gregum tam ex asinis, quam camelis, bobus, capellis, & ovibus. Alii erant constituti viri super opera, nempe super eos, qui Regis compendio diurnas operas præstabant, vel saltem super mancipia, quæ Regi laborabant. Præter hos omnes, memorantur Præfecti Ærarii sive thesaurorum Regis (8), nempe cellæ vinariæ, & olearia, & sicut & horrea cum imis sit enim Hebræis, ut rerum utilium pretiosarum acervum rhetaurum appellent; sicut & divitiarum nomine designant non aurum tantum, & argentum, sed etiam fructus terræ, vinum, oleum, & greges. Hæc omnia Regia cura non indigna Salomon arbitratus, in suis Libris plura œconomiæ axiomata sparſit, tum & imprimis illis operam tuam ipse in Ecclesia. 4. 5. 7. perhibet. His veteres delectabantur; nam & apud Homerum Democonon filius Regis Priami (9) greges equorum patris sui selectos in Abido curare jussus est; sicut & septem filii Ectionis Regis Ciliciæ eodemcurandi paterni gregis munere occupabantur.

Olim apud Reges Persarum ante Darium Hystaspem in moribus positum erat, ut a subjectis sibi populis fructus, aliarumque rerum genera, quarum singulæ regiones feraces erant, tributi loco reciperent. Sed his omnibus abrogatis, Darius Hystaspis pecuniam indixit (10). David, Salomon, & ceteri post ipsum Reges, tributi nomine aurum, argentum, greges, fructus pro singulorum facultatibus recipiebant. His colligendis sui erant Præfecti vectigalium constituti (11)? Aduram munus illud gerebat sub Davide (12), Adoniram sub Salomone (13), a quo etiam eodem munere colligendi tributa ex Ephraim, & Manasse (14) Jeroboamus auctus est; nisi eo loci tributi nomine non vectigal, sed potius pensionale singulorum obsequium & labor designetur. Eam igitur occasionem nactus Jeroboam, eum abalienatos a Salomone Israelitarum animos nosset, quod scilicet graviſſimo tributorum jugo a Salomone antea oppressis nihilo mitiorem habiturum Roboamum ejus filium sperarent, illos ad defectionem sollicitans, decem Tribus in suas partes adduxit, a quibus in Regem salutatus est. Seditioni compescendæ Roboamus misit Aduram vectigalium Præfectum, quem seditiosi, ne auditum quidem, lapidibus confecerunt (15). Olim apud Hebræos tributis nomen munerum dabatur; subjectique Regi populi munera ad illum defe rebant; & nostra etiam ætate apud Persas sunt Præfecti constituti, qui munerum Dominis suis collatorum rationes servant (16).

Rei erbariæ in Aula Regis Præfecti apud Salomonem non obscure insinuantur; quamquam apud alios post illum Reges pariores fuisse mensarum sumptus & magnificentiam facilis conjecturam. Erant igitur apud Salomonem duodecim Præfecti, qui annonas, reliquæ omnes ad victum necessarias in Regis Ædibus curabant (17). Ministrabant singulis mensibus per ordinem, assignata pariter singulis sua ditionis Israeliticæ parte, unde annonas exigerent, ne idem semper populus immodico sumptu gravaretur, & nihil unquam Regiæ mensæ deesset. Quotidie enim in mensa Principis erogabantur *triginta cori similæ, & sexaginta cori farinæ* (18). Porro eorum mensura est capiens 298. pintas & semis, cum semisextario & aliquanto amplius. Quod ad dapes carnium attinet, singulis diebus decem boves pingues, saginati in enim usum mactabantur, adjectis etiam e grege 20. bobus, 100. ovibus, ut nihil dicam de bobus sylvestribus, damis, cervis & altilibus venatione parariis. Ex his omnibus non obscuro arguimento intelligimus, quam immensa hominum multitudo in obsequium magnificentissimi Regis maneret. Regina Saba ad famam tantinominis Jerosolymam accita, nihil æque mirari le protestata est, quam numerum, ordinem, cultumque Præfectorum, & Armigerorum mensæ Regiæ ministrantium (19), sicut & dapium vere Regiam magnificentiam apparatumque. Ipse de se Salomon perhibet, Cantorum & Cantatricium choros adhibuisse; nihilque fecisse reliqui, ut quam magnifice potaret, cœnaretque; scyphos & urceos in ministerio ad vina fundenda (20), *omnia vasa potorii Regis erant aurea*. In mensa Regum Juda & Israel appositas eredimus dapes omnes, quæ deinde inter Præfectos Aulæ distribuerentur, quorum adeo immensa erat multitudo, ut si fides sit Scriptoribus alioqui exactissimis (21), ad 48600. sive 50000. in Aula Salamonis numerarentur. Jezabel præter Aulæ Præfectos, suis tumultibus, ac Regiæ mensæ dapibus alebat 850. Pseudo-Prophetas Baal, & Astartes (22). Reges Persarum singulis diebus cibum suppeditabant 15000. viris in Aulæ obsequiis manentibus (23); quibus ex appositis in Regia mensa cibis ministrabatur (24).

Samuel exponens pro concione Israelitis jus ejus, quem sibi poscebant, Regis, cogendas ab illo dixit filias Israelitarum, ut sibi unguenta, cibos, & cetera omnia ad victum necessaria pararent. Ad hæc usurpaturum sibi eorum famulos, famulasque, coacturum insuper Israelitarum juvenes, ut Regios agros colerent, sicut & cetera præstarent opera, quibus sibi a mancipio distarent. Hæc ille pro recepta patet Reges Orientis consuetudine, ut subjectis sibi populis mancipii loco utentes, graviſſimis impositis vectigalibus, qua in singulorum proventus, qua in capita virorum manus injicerent. His omnibus exigendis sui erant Præfecti destinati.

Postremo in Aula loco erant Eunuchi, quo nomine in Scriptura designantur mancipia ministrando Regi sive Reginæ destinata. Neque enim semper id nomen verum Eunuchum exprimit, cum Hebræis caverit esset, ne gentilem suum quemquam secarent; ministerio tamen alienigeni Eunuchi pro arbitrio utebantur. Erant igitur Eunuchi eo plane loco, quo famuli a cubiculis & a pedibus. Cum vero illis Regem conveniendi pro arbitrio facultas esset, ideo favore pollebant plurimum, nec raro servilem conditionem cum summa quacumque dignitate mutabant. Deus Iliæ verbis denunciat Ezechiæ commissurum se, ut posteri ipsius Regi Babylonis servire coacti, in Aula illius Eunuchos sese præstarent; quod sane Principibus summo probro erat futurum (25). Nec sane eventus fefellit oraculum, namque Danielem, Ananiam, Mitaelem, & Azariam ea conditione in Aula Babylonis ministrasse ſcimus (26). Eunucho Regis Sedeciæ demandatum copiarum imperium legimus 4. Reg. 25. 19. quo etiam in loco de famulis, *qui stetèrant coram Rege*, mentio occurrit, nempe de Eunuchis Regi a cubiculis. In fœdere ab eo Rege inito cum Domino subeunte anno Sabatico & undecimo ejusdem Regis: *Principes Juda, Eunuchi, & Sacerdotes, & omnis populus terra transierunt inter divisiones vitu-*

(1) 1. *Par.* 26. 5. (2) 3. *Reg.* 4. 5. (3) 3. *Reg.* 15. 12. (4) 3. *Reg.* 12. 6. 10 (5) 2. *Par.* 22. 4. (6) *Esth.* 1. 19. & *Dan.* 6. 17. (7) Vide 1. *Par.* 27. 25. 26. & *seqq.* (8) 1. *Par.* 27. 25. *Isai.* 22. 15. (9) *Homer. Iliad. D.* (10) *Herodot. lib.* 3. *c.* 89. (11) *Hal hammar.* (12) 2. *Reg.* 20. 23. (13) 1. *Reg.* 4. 6. (14) 3. *Reg.* 11. 28. (15) 3. *Reg.* 12. 18. (16) *Chardin. Voyag. en Perse p.* 275. 276. 277) 3. *Reg.* 4. 7. (18) *Ibid. ver.* 22. (19) 3. *Reg.* 10. 5. (20) 2. *Par.* 9. 20. 21 *Villalp. & Calvisius* (22) 4. *Reg.* 18. 19. (23) *Herod. l.* 7. 17. *Athen l.* 10. *c.* 10. (24) *Æ. then. l.* 6. *c.* 14 (25) 4. *Reg.* 20 18. *Isai.* 39 7. (26) *Dan.* 1. 6.

vituli in Sacrificium mactati; quod plane summam Eunuchorum authoritatem & potentiam demonstrat. Ita etiam Esther. 1. 10. describit Præfectos Regi Assuero assistentes, quo ad ejus nutum præsto essent. Tandem Ostiarii Principum, quos alios plane credimus a militibus præ foribus cum armis excubantibus, Eunuchi appellantur.

Eunuchi igitur Ostiarii, sive *liminaria ædium custodientes* juxta Hebræum, excubabant potissimum præ foribus conclavis sive cubiculi Regis, uti de Ostiariis Aod Regis Moab legimus Judic. 3. 24. Interdum vicarium loco fœminæ substituebantur. Ita ficarii exspirata occasione absentiæ ostiarię emundando frumento occupatæ, in conclave Isboseth filii Saul ingressi virum transfoderunt (17). Eunuchos præ foribus Holophernis excubantes describit Judith. 10. 18. in Græco & 12. 6. & 14. 9. sicut & alios ante fores Assueri legas Esther. 2. 21. & 12. 1. Apud Herodotum lib. 3. c. 72. 78. consilium initum a septem conjuratis, ut clam in palatium irrepentes necem Mago Perſidis Tyranno inferrent, describitur, ubi non obscure milites præ foribus cum armis stantes ab ostiariis vel Eunuchis, seu, quemadmodum ille appellat, *Eunuchis responsa ferentibus* distinguuntur. Nabuzardan Dux copiarum Nabuchodonosoris tres Ostiarios Sedeciæ ad eumdem Regem in Reblat versantem destinavit (2). Cur Eunuchis custodiam suam committeret Cyrus, plura in causa fuisse Xenophon Cyrop. lib. 7. commemorat; illud potissimum, quod scilicet a mulierum & liberorum, quin etiam ipse a parentum, furtivo enim connubio plures nati erant, cura liberi, toto Domi nos suos animi affectu prosequuntur, quos unicos forenarum suarum authores cognoscerent. Adde insuper humili loco natis superbos & ambitiosos spiritus defuisse. Tandem in fervili corpore ingenuum manere animum exemplo animalium, quibus vigor etiam absciſis idem manet, Cyrus docebat.

Milites corporis, seu Regis, & Regiarum Ædium custodes, magis ingenuum majoriſque momenti munus gerebant; quemadmodum & de iis frequentior in Scriptura mentio.

Achis Rex Geth, David tutelam quærenti 1. Reg. 28. 2. *Ego*, ait, *custodiam capitis mei ponam te custodis diebus*. In eum ordinem seligebantur viri bellicæ virtute, tum & fide præstantissimi; ita Abner Dux copiarum sub Saule, idem pariter inter Regii corporis custodes adlectus erat (3). Banaias idem gessiſſe munus sub Davide a nonnullis creditur (4); quamquam enim Vulgata habet: *Fecit eum filii David amicularium a secretis*. Hebræus tamen commode reddi potest: *Is obsequium adduxit*; nempe coram ipſe ſtatuit, ut ad nutum præsto esset. Banaias Præfectus erat Cerethi, & Pelethi, nempe custodum corporis Regis (5). Præter eas custodias, 24000. in singulos menſes destinati erant; ut Regi excubias agerent, præstoque essent, ſi quid Rex imperaret (6); suus illis Præfectus vir strenuus, & e numero Heroum, quos bellici factnoris laus aliqua commendaſſet. Nihil tamen de iis mirabilius, nisi sub Davide, sub Salomone; qui enim deinceps consequuti sunt Reges, minori gloriæ apparatu contenti, eum facile numerum extenuaſſe credendi sunt. Rex Josaphat plures milites *sub manu*, ut ait Textus, nempe sub signis Jerosolymis detinebat; quibus tamen non duodecim, sed quinque tantum viros præfecerat (7). Salomonem domo prodeuntem 300. militum pompa comitabatur, a quibus, dum Rex ad Templum iret, 300. auri clypei, & 300. tridoti aureæ hastæ ex armamentario Regio desumptæ, cum eundum esset, ibidemque depositæ cum redissent (8), deferebantur (9). Eumdem & in numero militum, & clypeorum vapparatum Roboamus servavit; quamquam post direptos a Sesac clypeos aureos Salomonis, ille aureorum defectum æneis supplevit (10). Tandem in Cant. 3. 8. mentio occurrit de 60. *Fortibus* gladio accinctis, lectum sive thorum Salomonis custodientibus. Quid deinde in militibus Aulæ custodibus apud Reges Judæos, ſervaretur, intuitare potest Xenophon Cyropæd. lib. 7. milites custodes Aulæ Perſarum juxta Cyri Magni dispositiones describens. Præter Eunuchos ostiarios, & milites interiorum conclavium custodes, de quibus jam supra, manus erat 10000. Perſarum, lanceis, ſive jaculis instructa, quæ diurnas nocturnasque excubias circa Palatium agebat, lateri Regis cum prodiret adequitans. Illis e Regio Æthario ſuppeditabantur veſtes, quantum fieri potest magnificentissimæ (11). Cum Rex in publicum procederet hinc inde viarum latera longus equitum peditumque ordo ſulciebat, ſed equites decencſis equis ſtabant, manuque habebant extra manicas, procerto in ea regione more. Accedebat præterea lictorum manus, flagellis instructa, qui plus nimio ad pompam accedentes, ordinemque turbantes, ictu flagrorum in ordinem cogebant. Quæ autem paſſu Regius currus procederet, eo etiam ad latera 4000 milites custodes sequebantur. Succedebat his 300. Asiorum militum turma bacillis instructa, quos excipiebant 2000. haſtati, totumque deinde agmen claudebant quatuor Perſarum equitum cohortes, ſingulæ 10000. Perſis equitibus constantes præter alias etiam cohortes externarum gentium, tam pedestres, quam equestres.

Secesſiſſe Salomonem ſingulis diebus in amœnam quamdam domum fontibus, lucisque ornatam, & in pomœrio extra Jerosolymam ſitam, Josephus Antiq. lib. 8. cap. 2. eſt author. Procedentem autem comitabatur manus 20000. equitum non inſignibus tantum magnique pretii equis ſpectanda; ſed etiam multo elegantior ſcita corporis habitudine atque flore juventæ qua ſinguli ſeſſores præstabant. Quid veſtes? ſinguli Tyria purpura nitebant, coma promiſſa luxuriabantur, cui fulgorem addebat inſperſus aureus pulvis, radios ſolis longe lateque reverberans. Armorum loco geſtabant ſpecula, ea ſpecie quaſi ad jaculandum semper inſtructi.

Hiſce militibus Regem comitantibus, nomen pleumque *Præcurſorum* tribuitur, quod illis ex agilitate inditum credo, vel forte quod ad nutum Regis ejus juſſiones deferrent, quemadmodum etiam noſtra ætate de *Haiducis* Principum Germaniæ ferunt. Samuel jus Regis exponens Iſraelitis, cogendos ab eo filios illorum denunciat, ut ſibi Præcurſorum obſequium præſtarent, (12). Eodem nomine appellatos milites cuſtodes Saulis ſcimus (13); eodem milites Abſalonem (14), & Adoniam (15), tamquam poſt Patris obitum Reges futuros, honoris gratia comitantes. Roboamus conſtari æneos clypeos juſſit pro Ducibus præcurſorum ſuorum, cæterique Aulæ excubias agentibus (16). Tandem conclavia militum cuſtodum *conclavia præcurſorum* (17) appellantur. Præcurſores illi sub Ezechia per ſingulas Urbes diſcurrebant Regis edicta, quibus ſinguli ad feſtum Paſchæ, & ad Templum Domini invitarentur, deferentes (18).

Nunc tandem ad Præfectos militares Hebræorum accedamus. *Princeps militiæ*, quem, nos Imperatorem appellaremus ſecundus a Rege copiis præerat. Minus illud sub Saule geſſit Abner (19); sub David Joab (20); ſub Salomone Banaias (21). Eodem nomine ſolent Hebræi deſignare Duces externarum copiarum; ita de Siſara Principe copiarum Jabin legitur 1. Reg. 12. 9. & Sobac Principe exercitus Adarezer Regis Syriæ 2. Reg. 10. 16. Legitur etiam nomen Naamai Ducis copiarum Damaſcenarum (22); Nabuzardani militum Nabuchodonoſoris Magni (23), & Holophernis copiarum alterius Nabuchodonoſoris (24). Omnes Regni copiæ in expeditionem procedentes, Præfectis hiſce parebant; militibus enim Principis cuſtodibus ſuos fuiſſe peculiares Duces, ex iis, quæ de Regno Davidis & Salomonis legimus,

(1) 2. *Reg.* 4. 5. 6. *Vulg. & Graec.* (2) 4. *Reg.* 25. 18. (3) 1. *Reg.* 26. 15. (4) 2. *Reg.* 23. 23. (5) 2. *Reg.* 20. 23. (6) 1. *Par.* 27. 1. 2. *&c.* (7) 2. *Par.* 17. 12. 14. *& ſequ.* (8) 3. *Reg.* 10. 17. (9) 3. *Reg.* 14. 28. (10) *Ibid.* 26. 27. 28. (11) Vide eumd. *lib.* 8. *Cyropæd. pag.* 213. *&c.* (12) 1. *Reg.* 8. 2. (13) 1. *Reg.* 22. 17. *Vulg. Emiſſarii* (14) 2. *Reg.* 15. 1. (15) 3. *Reg.* 1. 5. (16) 3. *Reg.* 14. 27 (17) *Ibid. ver.* 28. (18) 2. *Par.* 30. 10. (19) 1. *Reg.* 17. 55. (20) 2. *Reg.* 8. 16. (21) 1. *Par.* 11. 6. & 3. *Reg.* 4. 4. (22) 3. *Reg.* 2. 32. (23) 4. *Reg.* 25 11. (24) *Judith* 2. 4.

satis insinuatur. Illis enim rerum potentibus aderant 12. Duces copiarum, singuli 24000. militum manum sub signis habentes, ut pro suo quique mense ministraret; sui etiam Duces erant militibus Cerethi, & Pelethi, alii planè a Joab & Banaia [1], copiarum sub Davide, & Salomone Imperatoribus.

Principes vectigalium suæ singuli Provinciæ ordines ducebant. Appellantur interdum Principes Patrum, sive familiarum, vel Principes Israel [2]. Non inviti credimus subjectas illis tamquam peculiaribus Ducibus singulas Tribus, quas per secundarios ministros agebant; norant enim illi singulorum merita, & virtutem; nec aliter melius cæteros disciplina constare potuisse: cum Duces Supremi singulorum militum, quos numquam in obsequiis habuissent, nosse meritum, nisi ab iis Ducibus instruerentur, possent. Hos facile Duces & Tribunos infinuatos credimus 1. Par. 25. 1. cum in exercitu David memorantur *Magistratus exercitus*, [juxta versionem S. Hieronymi] quorum Magistratuum ope Rex ordines Ministrorum in obsequium Templi direxit. Porro Principes isti Tribuum in bello Duces, in pace vero Præfectos & Magistratus Principis tam in rebus sacris, quam politicis gerebant.

Chiliarchæ seu mille militum Præfecti, vel Tribuni, Centuriones, Præfectique 50. virorum, Schalischim sive Tertiani, ac tandem Decuriones, munera erant Supremo Duce inferiora. Totus exercitus in Tribus distinguebatur; viri enim singularum Tribuum cum militarem ætatem attigissent, bello adscripti arma ferre cogebantur. Tribus variis cohortibus ex 1000. militibus constabant, familiarum & Urbium, quantum fieri poterat, distinctione servata; cohortes Tribuno ex eadem Urbe seu familia lecto parebant, cui fecundi erant Præfecti, de quibus jam supra. Unaquæque vero militum manus pleruinque 50. non excedebat. Hujus rei documentum exhibent Duces illi, qui assumpta 50. militum manu semel & iterum ad Eliam venerunt [3], ut virum ad Regem Ochoziam deducerent. De Schalischim sive Tertianis satis eginus ad Exod. 14. 7. quorum munus licet bellicum fuisse apud Hebræos & Ægyptios constet, quid potissimum fuerit, nutpiam apparet. Horum omnium Ducum nomina leginus Exod. 19. 25. & Deut. 1. 15. quæ post longam temporum successionem adhuc manssile ex 1. Macc. 3. 55. intelligimus.

Apud Persas præter Imperatores noti sunt Duces 10000. Duces 1000. Centuriones, & Decuriones. Porro Centuriones suos & Decuriones Dux quisque decem millium legebat, referente Herodoto l. 7. cap. 81.

Fuit jam actum de *Scribis exercitus* [4], qui copiarum, & Præfectorum Regis censum servabant; addit etiam aliud eorum munus Scriptura 2. Par. 8. 10 & 26. 11. *Qui probabant tyrones de populo terræ*; quod ego dictum crediderim, non quasi peritimentanta belli recens adlectos milites instruerent; sed quasi in singulis Tribubus & Urbibus Israel, quos maxime ad bellum cogerent, quos vero sacramento solverent, judicarent: positum enim erat in moribus ejus ætatis, ut ad militiam etiam invitos cogerent. Sive igitur Princeps universis subjectis sibi populis bellum imperaret, sive partis tantum, semper milites legere ad Scribas pro suo singulos sorte pertinebat. Quare minus Scribarum maximi erat momenti. Horum Præfectorum nomina sub Regibus Juda & Israel merentium pleraque leguntur in Sacra Scriptura [5]. Nec ignotum erat munus in Aula veterum Persarum, apud quos honoris insigne baculus, sive sceptrum a Scribis gestabatur [*].

Cum Rex ipse per se bellum gereret, pedester olim veluti quidam e vulgo miles procedebat, cui ad latera aderant Armiger. Regia arma deferentes. David victoriæ de Goliath relatæ merito Armigeri munus apud Saulem gessit [6]. Suas etiam Armiger Abimelecho filio Gedeonis [7], Jonathæ [8], Joabo [*], & apud Philisthæos Goliath [9]. Meminit etiam Scriptura decem Armigerorum Joab [10]. Sed postquam Reges concenso curru in bella procedere mos obtinuit, nulla deinceps Armigerorum mentio: cnus tantum currus vacuus præsto euntibus aderat, quem si quid sinistri accideret, statim conscenderent.

Soterim Præfecti erant, quorum nomina, & munus, dum Hebræi in Ægypto versarentur, nota erant [11]. Servavit & Moyses in delectu: ut illi super commissas sibi turmas authoritatem, potestatemque suam exercerent. Fusius ea de re egimus Deut. 1. 15. & Josue 1. 10. Judicis etiam interdum munere fungebantur, interdum Caduceatoris, Præconis, & Lictoris. Sui erant Soterim in Templo [12], & in Aula [*]; quorum postremi sub ordinum Ducibus, & Centurionibus merebant. Ita servatum intelligimus in manu 40000. virorum, singulis membus Salomoni ministrantium. Plerumque adjunctos leginus Scribis vel *Soterim*. 2. Par. 26. 11. copiæ Oziæ Regis Juda erant *sub manu Jehiel Scribæ, & Maasiæ Doctoris*: Hebr. *Soter*, quod idem est ac *Soterim*] *sub manu Hananiæ, qui erat de Ducibus Regis*. Ex quo conjectura facilis ducitur, Soterim viros fuisse amplissimos, quorum dignitas non iisdem prorsus limitibus terminaretur: idem etiam insinuat Salomon Prov. 6. 7. ubi de formica ait: *Cum non habeat Ducem, nec præceptorem*] Soteriza] *nec Principem, parat in æstate cibum sibi* &c.

Non invitus crediderim milites Cyri, quos Xenophon [13] flagellis, bacillis, vel hastis instructos inducit, ipsos fuisse Soterim. Memorant etiam Itinerariis inter Præfectos Aulæ Persarum Schateres, sive Chateres [14]. Tandem Præcones Principum in obsidione Trojæ versantium ipsos referebant Soterim Scriptura, quo nomine facile designantur Præfecti, qui Principibus semper præsto adsunt, ut ad nutum pareant. His porro, tamquam Ministris Superum hominumque, honorem cereri deferebant [15], & illos rangere, seu violare omnibus nefas. Illis disponendarum in præsum copiarum, illis justionum Principum, sive Ducum referendarum munus commissum [16]. Ministrabant, cum solemnia Sacrificia offerrentur, victimas prope Altare adducebant, vina in libationibus miscebant, & aquam, cum Reges lavarent, affundebant.

DIS-

(1) 1. *Par.* 27. (2) 1. *Par.* 28. 1. & 27. 16. (3) 4. *Reg.* 1. 9. 10. (4) Supra eum de Scribis Regis agetur, & ad Judic. 5. 14. (5) Vide *Comment. in Judit.* 5. 14. *pag.* 75. 76. (*) Vide *Judic.* 5. 14. *in Hebr. & in Græc.* (6) 1. *Reg.* 14. 21. (7) *Judic.* 9. 54. (8) 1. *Reg.* 14. 21. (*) 2. *Reg.* 23. 37. & 1. *Par.* 10. 4. (9) 1. *Reg.* 17. 7. (10) 2. *Reg.* 18. 15. (11) *Exod.* 5. 6. 10. (12) 1. *Par.* 23. 4. & 26. 29. (*) 1. *Par.* 27. 1. (13) *Xenophon l.* 7. *Cyropæd. p.* 314. & *p.* 315. (14) *Favornier Tom.* 1. *c.* 5. *p.* 356. & 4. (15) Vide *Iliad. A.* (16) *Iliad. Pf.*

DISSERTATIO

De Regionibus, in quas decem Tribus Iſrael traductæ ſunt, & quem potiſſimum locum noſtra ætate teneant.

NIHIL in hiſtoria frequentius, quam gentis univerſæ in alios mores, ſermonem, religionem, fœdera, ac regiones tranſmigratio; ita ut vix aliquid de priori cultu retinentes ipſæ ſuos fallant inventores. Magna Imperia minora abſorbuerunt, & inelyti illi Debellatores populorum, quos Dei providentis latens conſilium identidem ſuſcitavit, rapido quodam victoriarum impetu, per Provincias diſcurrentes, obvia quæque in torrentis modum ita rapiebant, ut in varias diſtractæ partes, diſſoeiatæque gentes, & populi, alio alii traducerentur. Factum etiam, ut plures fortunam, religionem, & linguam victoris, vel ſaltem mores ejus gentis, ad quas impetu victoriæ ferebantur, ſecutæ, priſtinum cultum omnem abjicerent. Rara ſunt in Orbe gentes, quas idem fortunæ caſus non jactaverit: ſed nullum æque ejus rei magis illuſtre documentum, quam decem Tribuum, de quibus impræſentiarum, exhibitum fuiſſe arbitror.

Regnum igitur decem Tribuum poſt varias qua externorum, qua inteſtinorum bellorum viciſſitudines, & calamitates, tandem ultimum exeidium diu ante Divinis Oraculis prænuneiatum expertum eſt; coacticque vertere, vacuas ſedes genibus Tranſeuphratæis reliquerunt. Raro quidem Deus ita punit, quin ſimul rigorem plurima lenitate temperet; & vix unquam contingit, ut ptimo ſtatim flagelli ictu miſeros conficiat. Pro inſito ergo ingenio Deus minoribus flagellis ſummæ ultioni præluſit. Theglatphalaſſar Rex Aſſyriæ ab Achaz Rege Juda invitatus in ditionem Phacee Regis Iſrael ſeſe fudit, a quo belli impetu, fortiſſimæ Urbes Syriæ latera ſpectantes raptæ, deductæque in captivitatem Tribus Nephtali [1], Ruben, Gad, & dimidia Manaſſe, quæ Transjordanam regionem tenebant, in Lahela, Habor, & Hara translatæ ſunt [2].

Poſt annos 20. ab ea expeditione, circa A. M. 3283. Salmanaſar, qui proxime illi Regi ſucceſſit, ducto in Samariam exercitu, poſt trienii obſidionem, captæ Urbe populos omnes infelicis Regni refiduos in Tranſeuphratæa reduxit, ſedeique illis in Aſſyria aſſignavit *Hala Habor regionem juxta fluvium Gozan, & Civitates Medorum* [3]. Nunc igitur certus harum Regionum ſitus definiendus eſt.

Animadvertiſſe operæ pretium eſt, eumdem locum devictis Tribubus aſſignaſſe Salmnaſarem, quo olim priores illas Theglatphalaſſar tranſtulerat. Nomen quidem Hara in lecunda tranſmigtatione deeſt, in qua viciſſim legitur de Urbibus Medorum, nuſquiam in prima notatum. Lahela, & Hale idem ſunt nomen, & Gozan locus erat Chabor, ſive Chaboræ plane contiguus.

Hale ſive Lahela eumdem eſſe locum eredimus ac Hevila, de quo Gen. 2. 11. nempe Colchidem, ejus incolas, quod circumciſionem admiſerint, originem ab Ægypto referre Herod. l 2. c. 104. autumavit. Cur non eodem argumento potius Hebræi origine probarentur, cum illis tantum ex univerſis Orbis gentibus circumciſionis præceptum lege indiſpenſabili poſitum ſit? Nec a vero abludit, Colchos circumciſionem admittentes cum Iſraelitis decem Tribuum confundendos, quod etiam cenſemus de Syria, Cappadocibus, & ſuperiora amnis Thermodoontis tenentibus, circumciſionem admittentibus [4], utpote qui colonia eſſent Iſraelitarum Colchidis, ſive juxta Chaboram non longe a Cappadocia incolentium. Ad illos facile Iſraelitas Cappadoces Epiſtolam ſuam S. Petrus dedit [5]: *Advenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ.* Nota ſunt etiam in Meſopotamia nomina *Chalcitidis provincia* [6] & in Syria Septentrionali occurrit provincia *Calacina*, quæ ſane voces non abſurde ex *Chala* ſive *Lachala* dedu cerentur.

Habor, ſive *Chabor* nomen eſt amnem Chaboram in Scriptura, & apud Prophanos notiſſimum referens. Sunt etiam ejuſdem nominis ad orientem Ninive montes; influens enim in Euphratem Chaboras e monte Maſio [cujus facile portiones erant montes Chabores] apud Ptolemæum deſluit. Perluit amnis provinciam Gozan juxta 4. Reg. 18. 2. [6] cujus nominis regio verſus Tigridis fontes porrigitur. Plinio dicitur [7] *Elegeſina*, ac ſi diceretur Elonii Goza. Alibi vero idem Plinius [8] Elonios ſtatuit prope montes Gordios. Meminit Ptolemæus Gauzanitidis in Meſopotamia; & regionem *Gozan* [ita appellat], Conſtantinus Porphyrogenitus in minori Armenia collocat. Eſt etiam regio Gauzan in Media inter amnes Cyrum, & Cambyſem. Rabbini nomine Gozan deſignatum eredunt fabulis non minus, quam nomine celebrem amnem Sabbaticum, qui ex India, non longe a fontibus Gangis, ſupra Calchas originem ſuam refert. Hunc amnem venditant magno impetu tota hebdomada provolvi, cum interim ſive aterno menſque, vel ſaltem taeitis aquis die Sabbati quieſcat, obſtaſque habet eadem die igne ripas, ne quis unquam accedere audeat. Benjamin Tudelenſis Gozan in Media ſtatuit, quatridui itinere ab Hemdam. Quo etiam loco Ptolemæus urbem Gauzaniam conſtituit. Ita de hoc argumento variant Scriptores; quamquam ab iis, quas inquirimus, regionibus nemo multum aberrat. *Hara* ſive *Ara* altera eſt regio Iſraelitis deinde Tribuum aſſignata. Hunc locum in Media conſtituendum ex eo ſuſpicamur, quod 1. Par. 5. 26. legitur *Ara*, cujus loco in 4. Reg. 17. 6. eſt *Civitates Medorum*. Porro Arræi populi ſunt Mediæ apud Geographos, & *Aria* Provincia Perſidis terminatur ad Septentrionem Bactrorum & Margianorum regione; quare in veteri Media facile conrinebatur, vel ſaltem Medis regio illa paruit. Hebræum *Har* ſonat mons, & Sepuagiuta in Textu Regum reddunt *montes*, quo loco nos legimus, *Civitatibus Medorum*. Amos deducendos Iſraelitas in captivitatem ultra montem Armeniæ minitatur: *Projiciemini in Armon, dicit Dominus* [9]. Talmudiſtæ fratres ſuos in Media collocant, in cujus montibus 50. Urbes ab Iſraelitis eultas Benjamin Tudelenſis recenſet [10]. Judæos nonnullos ſedem eirca montes Caſpios habentes Eldras [11], ut ſecum in Judæam regrederentur, invitavit, Scirum eſt autem montes illos authore Ptolemæo, Mediam, & Parthiam interjicere. Ex Tobiæ 1. 11. & 3. 7. 8. frequentes eſſe Iſraelitas in Aſſyria, Perſide, Suſiana, Ninive, Rages Medorum, Suſis, & Ecbatanis intelligimus. Quibus olim limitibus Media terminareiur incertum; & nomina *Civitates Medorum* deſignare non ineongrue regionem erederentur, quam olim Aſſyriæ Reges puſſis Medis ſubegerunt.

Capraſſe Aſſyrios occaſionem Anarchiæ inter obitum Arbacis & initum a Dejoee Regnum, quo ſcilicet interyallo occupatam olim a Medis regionem ſuam vindicarent, autumat Uſſerius ad A. 3283.

Diſſert. Calmet. Tom. I.

(1) 4. *Reg.* 15. 29. (2) 1. *Par.* 5. 26. (3) 4. *Reg.* 17. & 18. 10. (4) *Herodot. ibidem.* (5) 1. *Petri* 1. 1. (6) 4. *Reg.* 18. 2. *In Habor fluvii Gozan.* Et 4. *Reg.* 17. 6. *In Habor. juxta fluvium Gozan.* (7) *Plin. lib. 6. c.* 27. (8) *Plin. lib. 6. cap.* 26. (9) *Amos* 4. 3. *Hebr.* (10) *Benjchlir. Rabb. ſect.* 33. (11) 1. *Eſdr.* 8. 16. 17.

Universam Tribum Nephtali una secum Ninive traductam Tobias 1. 11. 16. testatur. Ezechiel oraculo fundebat juxta flumen Chaboram [1]. Mardochæus & Esther Susis morabantur; & universæ Imperii Assyrii regiones Judæis frequentabantur [2]. Frequentabantur autem post solutam captivitatem; ut ex eo facilis conjectura ducatur, Judæos illos ad decem Tribus spectasse, admixtis etiam nonnullis ex Juda, & Benjamin: Jesu Christi ætate per totum late Orientem Israelitæ dispergebantur [3]: ita Persidem, Mediam, Elamitidem, Mesopotamiam, Cappadociam, Pontum, Asiam, Phrygiam; Pamphyliam, Ægyptum, Cyrenaicam, Insulam Cretam, & Arabiam tenebant; undique enim ex his regionibus Judæi Jerosolymam ad Festum Pentecostes, quod post Jesu Christi resurrectionem proxime fuccessit, convenerant. Eos vero omnes ad Tribum Juda, & Benjamin spectasse, nemo rerum peritus dixerit; pluries enim Israelitæ avitam religionem resumpserant, & Templum etiam ante captivitatem adibant. S. Petrus Epistolam primam Canonicam dirigit ad Judæos dispersos in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, Bithynia &c. S. Jacobus alteram dedit ad duodecim Tribus dispersio. nis [4]. Josephus decem illas Tribus sua adhuc ætate in provinciis Transeuphratæis numero hominum floruisse plurimum testatur [5]; addens insuper, solas Tribus Juda, & Benjamin ex universa Judæorum gente tam in Asia, quam in Europa, Romanis parere. Floruisse etiam in toto Oriente, Bithynia, & Imperio Persarum, Philo, Legat. ad Cajum testatur. Sanctus Hieronymus in Ezech. 23. inir. author est, sua adhuc ætate decem Tribus captivas in montibus & Urbibus Mediæ olim in sedes assignatis, manere; quod ille ex traditione Judæorum & Christianorum suæ ætatis asseruisse credendus est.

Author Lib. 4. Eldræ cap. 13. 41 &c. vir plane Christianus, quique juxta opinionem Judæorum ætatis suæ scribebat, deductos a Salmanasare Judæos in Transeuphratæa narrat. Cum vero, ait, inter gentes medios versari se cernerent, consilium reliquere ista plane dignum susceperunt: ne quid enim corruptionis ex eorum contrapositione contraherent, in novas terras secedere novaque sibi procurare sedes in regionibus plane desertis moliti sunt; quo scilicet nihil de Lege & Religione pericliteretur. Tantum profecto Legis studium suspicionisque est in populo cultu vituli infami, quique scelleris sui merito pristinas sedes amiserat, sed hæc ultro Scriptori concedamus. Religiosus ergo populus, ait ille, vada Jordanis sicco pede per augustos plane canales tranigressus, cum Dominus amnis aquas prodigio in arctum redegisset, post longas viatum ambages exactumque itineris annum & semis, tandem *Arsereth* pervenerunt. Eo loci sedes fixere numquam amplius revellendas, donec ab Altissimo revocari, per Euphratis vada eodem prodigio pervia reducerentur. Negotium est modo quid per regionem *Arsereth* designetur.

Nora est ad ostium Araxis ad mare Caspium Urbs *Arzareth* [6]; sicut etiam *Arzaria* & *Arzice* in minori Armenia; ac tandem provincia *Arzanena* in Mesopotamia. Sed loca illa minus distant quam anni & semis itinere ab Euphrate sive Regione illa quo decem Tribus primum jussu Salmanasaris deductæ sunt. Notior est etiam & frequentior adhuc ante hunc Principem regio. Nos tamen nullam aliam regionem Arzarer ulpiam audivimus. Non ita Judæi, quibus ea sedet opinio, hodie etiam decem Tribus in incognita & inaccessibili regione perseverare, vel saltem per Orbis faciem dispersas persiste. Celebratissimus Josippon lib. 2. cap. 10. quem virum poltremæ Jerosolymorum obsidioni coævum jactitant, narrat Alexandrum Magnum cum manu 1300. militum transitum *montium tenebricorum*, regionem illam ab omnibus aliis disterminantium, tentasse, quo scilicet ad terram filiorum Jonathan, & Bechal pervaderet; ab incœpto tamen desistere coactum subita clamantis voce, ne additum in domum Dei moliretur. Fuisse feu potius audacior Alexandro Benjamin Tudelensis, qui iter suum per Segregationem plagam instituens, post 21. dierum viam tandem ad Regnum Rechabitarum pervenit. Regio erat 16. dierum itinere porrecta, Urbibus frequentissima, quarum exacte historiam describit: omnia Geographis, atque iter facientibus incognita. Sed neque Benjamin, neque alii Rabbini, omnes Tribus in eo a contortio hominum remotissimo loco versari sibi persuadent.

Secretis ab historia quarti Esdræ fabellis, ceterisque cum veritate non plane congruentibus, sententia Authoris facile apparet; insinuat enim urbem Arsereth Israelitis frequentari maxime. Neque rerum peritio latet nostra etiam ætate in Media pro 100. familiis Judæorum vix 40. Christianorum resp ondere, ejusque gentis frequentissimas sedes potissimum secundum mare Caspium, adusque radices Caucasi spectari; ac tandem Reges Mengrelize originem suam ad Davidem referre [7]. Eadem venditabant veteres Reges Georgiæ, sicut & Reges Imeretiæ. Nec temere illi prorsus; namque Julius Africanus apud Syncellum refert, Artaxerxem Ochum confecta expeditione sua in Ægyptum, plures Judæos captivos secum abduxisse, quorum alios collocaverit in Hyrcania ad mare Caspium, alios in Babylonia, juxta ac plures Græci Authores memoriæ prodiderunt. Gemina habet Paulus Orosius lib. 31. cap. 7. addens sua etiam ætate Israelitas eadem loca numero hominum valde frequentes tenere, unde eduei se tandem sperant. Ex his facile Judæis Hyrcanis Reges Georgiæ originem suam retulerunt. Verum nihil hæc Judæis decem Tribubus favent, cum Judæi superiora maris Caspii tenentes ex eorum fuerint numero, quos Cyrus liberos in Judæam remiserat, quique excusso tandem servitutis jugo, hoc in caput suum infortunium provocarunt; infortunium, inquam a Josepho prætermissum, quamquam alioqui certissimum videtur, cum Josephus ipse in primo contra Appionem, locum ex Hecatæo Abderita laudet, ubi Judæi frequenti numero in Babylonium captivi a Persis deducti leguntur, quod vix aliter, quam de expeditione Ochi, intelligi possit.

Allatius, & Grotius in 4. Reg. nomine *Chabor* & *Chalh* designatam credunt Iberiam & Colchidem. Fullerus Miscell. 2. cap. 5. *Gelan* ad Araxem & *Cadusios* originem a Judæis retulisse ex nominis etymo demonstrat. *Gela* fonat advenas, & *Cadusii* Sarctos; *Arsereth* reddi potest *Urbs refugii*. De circumcisione Colchorum satis supra egimus. Apud Plinium lib. 6. cap. 27. legimus, parvam quamdam regionem Armeniam vicinis *Colchidem*, sive *Colchinam*, & urbem *Sabbaran* sive Sabbaticam appellatam. Tandem Eſdræ [8] testimonio discimus, montes Caspios Judæorum sedes fuisse; & vaticinio Amos 4. 3. transferendo, ultra montes Armon sive Armeniæ Judæos prædictum est. Berosus Rex Persidis Nephralites [9] sive Eualites [10], populum finitimum Medisque fœderatum bello affluxit. Huic genti peculiaris Rex imperabat, regionemque jam inde a multis sæculis tenebat; nec deiunt qui reliquias illos crediderint Judæorum Tribus Nephtali [11]. Author Historiæ Scholasticæ in Esther 5. & Vincentius Bellovacensis in Specul. hist. lib. 30. cap. 89. narrant, Alexandrum Magnum partem regionis Israelitas decem Tribuum multatos intra montes Caspios includisse. Omnia hæc loca populique, neque *Arsereth* excepta, sive intra Mediam, sive finitima jacentibique Israelitarum decem Tribuum vestigia præ ceteris alcius servata fuisse fatendum est.

In eadem regione constituendum credimus Regnum Cozar, Rabbinorum scriptis celebratissimum, quamquam illi, pro insito gentis ingenio omnia in majus offerendi; fabellisque narrationem suam inferciendi, in fabulam veram historiam transformarunt. Narrant igitur, Regem Cozar Judaicæ Religioni, octavo Christianæ æræ sæculo nomen suum addixisse, nihil moratum five Christianam, five Mahometanam, five Natu-

(1) *Ezech.* 1. 2. (2) *Esth.* 3. 8. (3) *Act.* 2. 9. 10. 11. (4) *Jacob.* 1. 1. (5) *Antiq. lib.* 11. *cap.* 5. (6) *Ptolem. l.* 5. *pag.* 135. (7) *Chardin. Voyag. de Perse.* (8) 1. *Esdr.* 8, 16. 17. (9) *Agathias lib.* 4. (10) *Procop. de bello Persico lib.* 2. *cap.* 3. (11) *Schickard. Tarich. pag.* 130.

Naturalem Philoſophorum religionem, quamquam ſe-
cula diſcuſſione ſingulas illas in examen ante revocaſſe
ſet [1]. Quod maxime in ea hiſtoria negotium facit,
illud eſt, nimirum ubinam potiſſimum in Regnum Cozar
ſtatuatur. Aliis collocandum maluit in Tartaria, alii
ab eadem provincia lingua Maris interjecta diſtermi-
nant. Urbs ejus Metropolis Togorma ſita eſt in montibus
Araxat, ait Judæus quidam, qui 18. dierum mo-
ra Regnum illud luſtraſſe ſe aſſeverabat. Alii vero
totum illud Regnum genio ludendi a Rabbinis fa-
bricatum, nullibi locorum niſi in vacua errantium
mente collocandum cenſent. Nos tamen, ſi veritatis
aliquid in fabella fuerit, ad litus meridionale maris
Caſpii, & Intra Mediam conſtituere mus. Mare Caſ-
pium Arabibus eſt *Cufber*, nos vero ad Gen. 2. 13. often-
dimus regionem *Cos* vel *Cuſch* ipſam eſſe *Aranxanen*; *Caſ-
chir*, five *Coſri* poteſt urbem Chuichi deſignare. R.
Petachia, quem laudavimus, Tartariam a Cozar in-
terjecta maris lingua diſterminat, additque Regnum
intra duo maria definitum, ſeptem ingentibus fluminibus perlui, ejuſque Metropolim in montibus Araxat conſtituit. Inepte ille quidem; ſed ejus deſcriptio nul-
li locorum magis, quam *Mediæ*, & Iberiæ quadrat.

Ex his regionibus Iſraelitæ in Tartariam migrarunt, ubi alea adeo veſtigia decem Tribuum ſuperſunt, ut Doctiſſimorum quorumdam judicio, noſtra etiam ætate decem Tribus eum locum teneriſſe credantur [2]. Exinde eenſent, derivatos Judæos in Ruſſiam, Moſcoviam, Poloniam, Lituaniam, quas regiones crebriores quam alibi uſpiam in Europa Judæi frequentant. Plures manent apud Tartaros recepti ex Judæis mores; quique ex illis duce Cingi regione ita profecti anno 1206. imperium Magni Cham conſtituerunt, circumciſionem, etiam ante adoptatam Mahometanam ſuppreſſitionem, admittebant. Polygamia apud illos obtinet, & ſi forte vir conjuge adhuc ſterile oberit, defuncti frater ſive propinquior ſuſcitare ſemen fraterſ ſui cogitur. A ſuillis abſtinent, & circumciſione nono ætatis anno initiantur [3]. Legimus apud Davitt [4], Regem Thabor in Tartaria, Franciſco I. regnante, in Galliam veniſſe eo conſilio, ut Regi Judaicam ſuperſtitionem perſuaderet; patria cum Carolo V. cæteriſque Europæ Principibus præ-
ſtiterat; nullo itinerum laborumſque ſuorum fructu, niſi quod male excepetus ab omnibus, temeritatis ſuæ pœnas reportaverit.

Manaſſe Ben-Iſrael [5] celebris poſtremi ſæculi Rabbinus, obviis maulbus opinionem de tranſitu decem Tribuum in Tartariam excepit, ſimulque conſtitutum apud ſe habuit, provinciam Thabor, quam ille in finibus Mediæ collocat, ipſam eſſe Chabor, quo tranſmigrare coactos Iſraelitas in libb. Reg. legimus. E Tartaria vero ad Sinas fratres ſuos deduxit. Ortelius in ſua Tartaria ſeu Tabula 62. Regnum Arſeret, de quo in 4. Eſdræ, intra Tartariam colloeat. Decem Tribus, ait ille, Scythiarum eadem loca incolentium ſedes occuparunt, indito ſibi novo *Hausheorum* nomine, quo eorum ſtudium pro Dei gloria deſignaretur; totique regioni nomen Cathai manſit. Celebris ille Geographus ſtatuit in Tartaria Nephtalitas, ſive Ephæalitas. Dacas vero ſive Danos, Tartaros Septemtrionales, ex Tribu Dan nomen ſuum derivaſſe arbitratur. Tandem Regnum Thabor in mediterullio Tartariæ collocat; *Thabor* enim in Hebræo ſonat *umbilicum*, ſive *mediterullium*; ipſumque etiam Tartarorum nomen quod pronunciandum *Totares*, i. e. Presbyter, contendit, ex Hebræo accerſit. Poſtellus Authorem Armenum tranſcripſerat [6], qui teanſmigraſſe in Tartariam Iſraelitas docuerat; cujus authoritas ipſum Poſtellum in eamdem ſententiam pertraxit.

Author recentior, qui ſententiam hanc de tranſmigratione Iſraelitarum in Tartariam ad examen revocaverat [7], ſolidis rationibus illam refutandam aggreſſus, demonſtrat, numquam id committere potuiſſe Iſraelitas, ut ſuſcepta in Scythas expeditione eaſ-
dem gentes, ſive Tartaros delerent. Gens enim illa Idololatriæ cultui uſque adeo addicta permanſit, donec ejus ſacris ejuratis, ad Mahometanam Religionem defleceret; cum qua & circumciſionem, cæteroſque Judaicos ritus Mahometanis communes ſuſcepe-
rant. Nomina Euſebiæ five *Ephralitæ*, & *Dani* leviſſimo ſunt pro Tribubus Nephtali, & Dan argumento, nil majora alia documenta acceſſerint. Ego quidem negare non auſim Iſraelitarum nonnullos in Tartariam, quod facile poterant, migraſſe; vix enim credideriim gentem longe lateque per univerſam orbis faciem diſperſam, ſolam Tartariam intactam reliquiſſe: non niſi tamen per ſummam impudentiam aſſereretur, decem Tribus plerumque intra Tartariæ fines contineri, ibique rerum noſtra etiam ætate potiri.

E Tartaria facilis in Sinas tranſitus, unde migraſſe plures familias e decem Tribubus, ſuperato murro utramque ditionem diſterminante, hujus opinionis aſſertores contendunt. Nonnullas Judæorum Synagogas ibidem conſtitutas inveniſſe ſe P. Ricci teſtatur; addens retineri ab illis Iſraelitarum nomen, quamvis Judæorum ignorent. Ex quo facilis conjectura, e decem Tribubus, non e Juda, originem illos duxiſſe. Servant volumen Legis ſine punctis vocalibus, ante 600. annos ſcriptum. Hebræus, quo idem Peter utebatur, narrabat, in urbe Hamcher Metropoli Chequiani plures erectas eſſe Synagogas, ſicut & Iſraelitis locum frequentari plurimum. Quam Hebræus ille ignorabat Scripturam Hebraicam, longa deſuetudine eo ſtudii genere neglecto; ejus frater calebat, cui Synagogæ adminiſtratio demandabatur. Norat ille pariter hiſtoriam Veteris Teſtamenti, maxime Abrahami, Judith, Eſther; exhibuitque a P. Ricci Virginis Filiæ ſimulacrum, quod Liæ uxoris Jacob per ſimulationem dixit, ſupplex provolutus adoravit. Jeſuita alter [8] nomine Gozani, inveniſſe aliam Synagogam in Honan provincia Sinarum teſtatus, deductos in regionem Judæos ante Jeſum Chriſtum autumat. Norant illi Eſdram, & Jeſum filium Sidrach. [Authorem Eccleſiaſtici credo]; eamdemque in ſuis interpretationibus ſervabant methodum, ac Talmudiſtæ. Hæc omnia minus cum Iſraelitis decem Tribuum e Tartaria in Sinas derivatos, quam cum Judæis e Regno Perſidis in eam regionem diu antecedigreſſis quadrant.

Extat prolixior Epiſtola Judæorum Coquinenſium, ad Synagogam Amſtelodamenſem [9], qua veniſſe ſe ad Indos perhibent, quo tempore Romanorum armis Paleſtina occupata eſt. Narrant inſuper, Judæos mille annorum ſpatio ita apud Sinas floruiſſe, ut 72. Reges continuata ſucceſſione numerarent. Cum vero duo fratres de Regno inter ſe diſputarent, oborto inter illos diſſidio, ea diviſione Judæorum viribus in partes diſtractis, finitimi Reges, noxia in illos armis, gentem ſubegerunt; quorum deinde jugum ſemper ad id uſque paſſi ſunt. Cum vero novis Dominis inviolabili fide & obſequio ſemper paruiſſent, ejus virtutis merito plurimum apud eas gentes æſtimationis & laudis ſibi conciliarunt; ut annos 1640. Samuel quidam ex eorum fratribus, Præfecturam Coquinenſem potitus obierit, muneriique ſui & nominis ſucceſſorem Judæum alterum reliquerit. Menaſſe filius Iſrael [10], perſuaſus Iſraelitas frequentiſſimos apud Sinas verſari, vaticinium illeliüæ 49. 12. vindicat, quo ſcilicet oraculo Hebræi ediderit in avitas ſedes de *terra Auſtrali* [Hebr. *Maarets Si-
nim*] nempe ut ipſe quidem interpretatur, e regione Sinarum perhibentur. Hebraicus Author ignorare non debuit, vocem *Sin*. Hebraice lutum ſonare; & Bochartus ſcite demonſtravit, Urbem Peluſium ex lutoſo ſitu olim *Sin* appellatam; ex quo etiam diverſum nomen *Peluſium*, cum Græce *Pelos* lutum ſonet.

Hæc omnia ſatis quidem demonſtrane, Sinas nonnul-
lis Synagogis Judæorum, & Iſraelitarum frequentari.

(1) *Antiquo. citeiter* Vide *Baſnag. Hiſt. des Juifs. l. 7. c. 1. n. 5.* (2) *Philipp. Marnaus de Verit. Relig. Chriſt. c. 26. Gonth. Gbron. Author Religion. Mundi. l. 2.* (3) *Itinerar. ex Europa Lutetiam 1698.* (4) *Etats du Turc en 1680 pag.* 124. & 168. (5) Vide *Baſnag. Hiſt. des Juifs tom. 4. c. 3. l. 6.* (6) *Poſtel. Deſcriptet Syria.* (7) *Baſnag. Hiſt. 7. 4. l. 6. c. 3. art. 15.* (8) *Journal des Sçavans 1707. 7. Maji.* (9) *Baſnag. 15. l. 7. c. 33.* (10) *In Libro de Spe Iſrael.*

Diſſert. Calmet. Tom. I.

Quid ergo? an proinde decem Tribus, ſive omnes, ſive poſtiſſima illarum pars ad Sinas migrarunt? Profecto eodem argumento demonſtraretur, Perſidem, Germaniam, Turcarum ditionem ipſas fuiſſe Iſraelitarum ſedes, cum plures ibi quam apud Sinas Synagogæ ſpectentur. Modo quæ de tranſitu earum in Americam feruntur, in examen revocanda.

R. Menaſſe, de quo ſupra, neque unicus eſt nec primus, qui Americanas terras ab Iſraelitis frequentatas autumaverit. Grotius de Orig. Gent. Americ. pluribus Scriptoribus cum ſtetiſſe ſententiam teſtatur, ut Iſraelitas decem Tribuum primum in Mediam, ac deinde in Tartariam, demum ad Americanas regiones deduxerint. Id autem ſibi jure aſſerendum arbitrantur, ex quo mores nonnullos Judaicos Americanis innotuiſſe compererint. Sed Grotio infirmior ea argumentandi ratio videtur, quam ut ſententiam ſuffragio ſuo fulciendam cenſuerit. Monteſinus in ſua narratione ad Menaſſe, deprehendiſſe ſe narrat non infrequentem Judæorum in populum collectorum turbam poſt montes Cordilleras, regionem Chily in America terminantes. Cum enim, ait ille, in eam Regionem aliquanto altius penetraſſem, amnis occurrit, e cujus ripa dato ſigno ſtatim prodeunt tes e latebris offendi viros quamplurimos, Hebraice pronunciantes illud Deuter. 5. t. *Audi Iſrael, Dominus Deus noſter ipſe eſt Dominus*. Norant Abrahami, Iſaac, & Jacob nomina, quos viros tamquam Patres ſuos ſuſpicierebant, genus ſuum ad Ruben referentes: Deductos ſe in eam Regionem ſpeciali quodam Dei conſilio nec fine prodigiis teſtabantur; cum vero Indos nacti fuiſſent adverſarios, accidit tandem, ut ipſos perſecutores ſuos in manus Hiſpanorum lapſos ultio conſequeretur. Addebant Magorum inſtigatione ſemel, iterum, & tertio bello afflictos fuiſſe, in quo tamen cum hoſtibus congreſſi, fuſis illis diſſipatiſque, inſignem victoriam reportarint; ex Magis vero quicumque ultimum ſupplicium veritate tandem coactus fuiſſe, ut Deum Iſraelis ſolum eſſe Numen, addictamque illi gentem tandem in exitu ſæculorum univerſum late Orbem imperio ſuo ſubacturam faterentur. Hæc Monteſinii narratio, quæ pura putaque fabella videtur, Manaſſi impoſuit; & cum ita natura comparatum ſit, ut dulci rerum, quas maxime optamus, ſpe nos ipſos & decipiamus frequenter, & aliorum deceptionem amemus: blanda rerum ſpecies ob oculos Hebræi obverſantes, Librum ſuum de *Spe Iſraël* dictavit, in quo tamquam certum conſtituit, Aſiam olim & Americam jugi continentis tractu conjunctam, quas deinde Deus ſua Aaiani interjecto diſterminarit. Ante eam diviſionem, ait, Judæi in Americam migrantes, ſedes ibi ſuas adverſus veteres regionis incolas munierunt. Nec deſunt Authori Scripturæ in rem ſuam teſtimonia. Iſaias 51. 5. *Me* [Dominum] *inſula expectabunt*, Et 42. 4. *Legem ejus inſula expectabunt*; Inſulæ Judæos expectantis nomine Americam deſignant.

Eques Pen in ſua Epiſtola de præſenti ſtatu Regionum Anglicanarum in America, invenifſe ſe Judæos in ea regione ſibi perſuadet ex eo potiſſimum, quod incolarum vultus, maxime puerorum, Hebræorum ora adeo referet, ut quicumque illos intueretur, Judæos ſe vidiſſe crederet. Computum ſuum per Lunas inſtituunt, primitias fructuum offerunt, Feſtum Tabernaculis ſimile celebrant; Altare erigunt ex 12. lapidibus; funus lugent in anuum. Fœminarum mores Judæarum exprimunt; ſermone utuntur virili, concio, vivido, brevi, non redundanti, quali & Hebræi, quorum unum verbum pro tribus valet, cum reliqua audientes per ſe ſuppleant.

Tradunt inſuper, obtinere apud Mexicanos circumciſionem [1], floruiſſe olim apud illos Gigantes; diluvii ideam aliquam ſervare, quamvis ejus hiſtoria varie a variis narretur. Deductos ſe jactitant e pelago, quod de tranſitatione maris Idumæę dictum intelligendum eſt. Solemne eſt etiam alicubi in Regno Peruano, ut nivcus agnus macletur, ejuſque cruore farina ſubacta in populos diſtribuatur, e qua in domorum liminaribus ſanguinea impreſſa nota pingatur. Sunt qui & reſurrectionem probent, perpetuum ignem in cultum Domini ſervent, annum Jubilæi poſt quinque annorum decades, & Sabbatum poſt evolutos ſex dies, colant: Solent pariter Caraibæ clamore vocis aliiſque lætitiæ ſignificationibus innovatæ in ſingulos menſus Lunæ plaudere; a ſuilla abſtinere; & apud Peruanos ſacrificiis quibuſdam agnus, ritu ab Hebræis non abſimili, immolatur. Mulieres menſtruo incommodo affectæ, a virorum interim commercio abſtinent. Incolæ Machoæ contactu cadaveris ſordem contractam aqua eluunt. Nec deſunt apud illos, quibus poſt mortem fratris conjugium cum uxore ipſius lege præceptum eſt. Connubiales etiam leges apud Peruanos fere ſimiles ac apud Hebræos vigent, cum de fratre agitur, ſuſcitare ſemen fratri ſuo recuſante [2]. Mos eſt apud illos, ut fœmina calceamenta ſponſo inducat; & fœminæ mox a puerperio impuræ cenſentur. Tanta morum, legum, & ſententiarum conſonantia de induſtria inducta, non caſu accidiſſe videtur. Ex hoc autem apertiſſimo documento deducitur, Iſraelitas in Americanas regiones penetraſſe, ſive per Sinas, ſive per Tartariam, ſive claſſe ex Hiſpania & Gallia devectos, juxta nonnullos Rabbinos, qui in eam ſententiam laudant Abdiæ verſ. 20. vaticinium, quo juxta Hebræam veritatem eorum Patres exilio in Hiſpaniam [*Sepharat*] & in Galliam [*Sarphat*] depulſos, migraturos inde in regiones meridionales prædictum eſt; quas Meridionales regiones Americanas illi quidem interpretantur [3]. Verum hæc argumenta quo plus in ſpecie, in re tanto minus habent ſolidi tatis. Quibus enim in locis ſimiles Hebræorum mores ſpectantur, plures etiam obtinent illis plane repugnantes. Ut aliquid in eam rem ſolidi adducatur, monſtranda eſſet integra gens, provincia, regio moribus, & cultu, quantum ab aliis omnibus plane diſcreta, tantum Iſraelitis conjuncta. Quod enim alibi a ſuilla abſtineant, alibi ſeptimam quamque diem obſervent, alibi agnum macſent &c. id plane levius eſt, quam ut Americanorum origo ad Iſraelitas referatur. Ecquis populus, ſi hæc valeant, non Hebræum habeat originem? Quem, rogo, offenderant in vaſtis illis regionibus terrarum tractum, ubi nomina Abraham, Iſaac, & Jacob innotuerint; circumciſionis ritus generatim obtineat; ubi Scripturæ genus & Hebræorum vernaculus ſermo utcumque maneat; Sabbati obſervatio unanimi, & conſtanti ritu vigeat? Hiſce enim characteribus genus Judaicumita exprimitur, ut ubicumque Hebræi fuerint, ibi ſtatim ultro ſe prodat. Populus enim in ipſa depreſſione ſua ſuperbus, ſemper ab aliis ſe populis ſeceruit, negatoque cum ceteris commercio, in unum cœtum coaleſcit. An ſimile aliquid in America deprehendere potuerunt, quicumque dubia Judaiſmi veſtigia ibidem legerunt? Nec tamen negavero ſive affirmare auſim, Hebræos per totam late orbis faciem diſperſos, gentem lucro inhiantem, ſæpiuſque ab avitis ſedibus depulſam, fortunæ quodam jactu, ſeu potius Divinæ Providentiæ conſilio, parvo numero in Americanas regiones perveniſſe, ibique temporis ſucceſſu ceteris admixtas, in Idololatriam, cæteroſque Paganorum mores, elapſa originis lingua, & legis ſuæ memoria, tranſire non potuiſſe.

Docet non obſcure nec ſemel tantum Scriptura [4], Iſraelitas decem Tribuum, poſt everſum Regnum Samariæ in Ægyptum ſeceſſiſſe; cum nullum haberent alium ſive commodiorem, ſive tutiorem effugii locum. Erat enim regio Paleſtinæ finitima; & Suam Regem Ægypti Iſraelitis faviſſe par erat, ſi nulla alia impellente ratione, ſaltem quod Oſee Rex Iſrael ejus partibus ſtuderit plurimum, confi-

(1) *Vide, ſi libet, Acoſtam, & alios Rer. American. Scriptores. Huet. Demonſtr. prop. 4. &c. Baſnag. Hiſt. des Juifs.* (2) Deut. 25. 7. (3) *Vide in eam ſententiam opus Gallicum de conſonantia morum inter Indos Orientales Judæoſque, Authore Domino de la C.. Bruxell. 1704. in 12. ſicut & Anglicum alterum de eodem argumento Thom. Thorevvgood aliaſque nonnullos, apud Fabricium Bibliograph. Antiquar. pag. 36. &c.* (4) Oſee 8. 13. & 9. 3. & 11. 5.

liumque suscepererit, ut fœdus cum illo iniret, quo se a jugo Assyriorum subduceret (1), ejusque rei merito bellum Salmanassaris, unde ultimum excidium inductum, in caput suum provocaverat. Verum idem Propheta, ex quo secessisse in Ægyptum plures compertum habemus (2), generem tamen universam in Transeuphrathea captivitatem toleratse testatur; addens insuper, ex iis, qui in Ægyptum contenderant, plerosque miseto lethi genere interiisse (3). Tandem vaticinatur, reliquias ejus gentis, quæcumque excidio superessent, ad propria tandem remeaturas (4): *Ipse* (Dominus) *vagiet, & avolabunt quasi aves ex Ægypto*. Frustra igitur in Ægypto reliquiæ decem Tribuum quærantur; quarum si plures in ea regione sub Regibus Ptolemæis deprehendantur, migrasse eo post obitum Alexandri Magni credendæ sunt. Hecatæo enim teste, post ejus Principis obitum plures Judæorum myriades ex Judæa in Ægyptum transiisse sunt (5).

Quærendi sunt etiam Israelitæ in Æthiopia, ubi jam inde a pluribus seculis sedes suas habuerunt. Quicumque Reginam Sabam Jerosolymam ad invisendum Salomonem venientem ex Æthiopia accessunt, illi ab ejusdem Reginæ ætate Judæos in ea regione constituunt. R. Eldad e Tribu Dan, Author noni, five juxta alios decimitertii sæculi, (6) autumat, sub ipso Jeroboami Regno Tribum Dan in Æthiopiam concessisse, initoque cum incolis fœdere ibidem coaluisse. Eorum deinde vestigia Tribus Nephtali, Gad, & Aser sequutas tradit; quibus idem Rabbinus accenset Tribum Moysis, cujus nominis, nisi si forte Tribus Levi designetur, quæ alioqui numquam in eam regionem migravit, juxta ac pluribus Scripturæ, & historiæ Judaicæ argumentis docemur, nullam fuisse constat. Hæc Moysis Tribus, si Rabbinum audiamus, Idololatriæ primum cultui addicta, cum tandem respuisset, luperbas in ea regione ædes sibi parandas susceperit. Porro universis illis Judæis præerat e gente ipsa selectus Rex, viribus potens, sub cujus signis ad nutum stare potuisse exercitus 100000. equitum, & 100000. peditum. Sed aniles fabellas omittamus, quo etiam amandandas sunt ab eodem Rabbino tradita de Tribu Issachar Persarum & Medorum dominationi subjecta; sicut & de Zabulone, cujus sedes a montibus Pharan adusque Euphratem porrigerentur. Nec meliorem fidem merentur, quæ apud illum legimus de Ruben retro post Pharan commorante, atque vernaculo Arabum sermone utente; de Ephraim, & dimidia Tribu Manasse in ulteriora ad meridiem penetrantibus; ac tandem de Simeone, & Juda in Regno Chozar numero hominum, atque sibi vectigalibus 25. finitimis Regibus florente. Hæc augendæ gentis gloriæ temere procusa pro historiis venditantur, ut proinde diutius talia prosequentes Lectorum patientia abuti videremur. Quod extra controversiam arbitror, illud est, nimirum plures hodie in Æthiopia Judæos versari, viros strenuos & bellicosos, potentes adeo, ut elapsi sæculi dimidio eorum quidam Regnum sibi modicæ regionis inter montes sitæ, & accessu difficilis usurpare tentaverit, quemadmodum ex duobus Legatis Regis Ethiopiæ D. Bernier in Aula Mogolis didicisse se refert (7). An vero Judæi illi ad decem Tribus spectent, nonnisi temere affereretur; quin & illi suam ad Judam originem referunt, quamquam nulla fide. Constat autem alio quam in Æthiopiam decem Tribus translatas a Salmanasare veniste.

Benjamin Tudelensis (8) temere prorsus Tribus Ruben, Gad, & Manasse, in *Gebar* constituit, loco tridui itinere a *Tilimasso* distanti, ultra quem, *sequitur*, horridis quædam solitudo 18. dierum itinere porrecta. Dan, Zabulon, Aser, Nephtali sedem habent secundum flumen *Gozan* in montibus *Nisbor*. Meminit etiam montium Hhaphton, quos Israelitarum portio a Salmanasare translata occupaverat. Fides harum rerum esto penes Authorem; cui si quis credere recusaverit, illi loca petere, ibique Tribus quærere licet; ductore tamen itinerario petito opus est, seduloque prius in Tabulis Geographicis quærenda *Gebar*, montes *Nisbor*, & *Hhaphton*.

Olaus Rudbeckius, filius Cl. Rudbeckii Authoris Atlantici, in sua *Laponia illustrata* defendit, non alio quam in ultima Septentrionali, nempe in patria sua Laponia, quærendas decem Tribuum reliquias, eujus opinionis generales qualdam affert conjecturas, & ritus quosdam æque apud Judæos Laponesque obtinentes. Quæ si valuerint, nulla non regio decem illis Tribubus assignaretur. Legesis Virsium Dissertatione 2. qua probat Evangelium non ante ad Americanos deductum, quam post frequentatas eorum regiones ab Europæis.

Postquam igitur frustra quærendis decem Tribubus sub his Ducibus varia loca lustravimus, nihil nisi subtilitæ fidei conjecturas nacti, hæc habemus, quæ ex itinere referamus. Decem Tribus nulla habent certa in Orbe loca, quantum novimus, ubi simul omnes in unum populum coaleleant; neque eorsum singulæ certam habent sitamque sedem, quam ita tenent, ut a ceteris distinctum populum constituant. Sed variis in locis & regionibus, reliquias infelicis populi cernere licet, qui in varias dispersus partes, nec gentem amplius, nec populum ab aliis discretum efficit, juxta vaticinium Isai. 7. 8.: *Desines Ephraim esse populus*. Jacent ubique inglorii sine Rege, sine Principe, sine Sacrificio, Temploque, nullo Sacerdotii, & Numinis honore, ut neque Judæos amplius, neque Paganos referant, juxta illud Oiee 3. 4. *Dies multos sedebunt filii Israel sine Rege, sine Principe, sine Sacrificio, sine Altari, sine Ephod, sine Teraphim*. Frustra illi vanam potestatem extra regionem suam, qua numquam extra regionem suam præstiterunt, jactitant. Quos Reges, & Principes genti constitutos venditant, illi nonnisi in errantium cerebro Regnum, & authoritatem obtinuerunt. Jam inde a tranmigratione ad nostram usque ætatem, sine capite, & sine Republica lacerati membra cadaveris dilperguntur. Si quid autem in medio gentium, & variis jactarum perfecutionibus, veteris populi spectrum manst, id Divinæ Providentiæ beneficio excepto referendum est, quæ populi sui miseratione tangetur, & infelicem populum illustre statuit documentum, sicut de veritate Religionis, ita etiam de futura in refractarios ultione.

Dispersus tamen alioqui, & in aliarum gentium nomen & corpus transitus populus, adhuc tamen altiora sui vestigia, simulque apertiora sui exhibet documenta in iis locis, quæ olim, transferente Salmanasare, incolere coactus est, uti in Assyria, Media, Mesopotamia, ad Euphratem, & circumjacentibus regionibus. Jactas olim in eo solo radices, tam alte demisit gens Judæa, ut neque plures recurrentes vicissitudines, atque 24. sæculorum incursus numquam extirpare annosam arborem potuerint. Exinde eam impellente ea late loca penetrarunt, in quibus nominis Israelitici vestigia aliquam deprehendimus. Quamquam non ii simus, qui omnia ea loca Israelitis decem Tribuum, frequentari autumemus; potuit enim facile maxima illorum portio ex Judæis derivare. Tribus Juda, & Benjamin ita Judææ repetitisse ducibus Zorobabele, Esdra, & Nehemia legantur, ut plures inter Assyrios remanerent. In censu populi apud Esdram minor sane populi numerus referetur, quam ut omnes duarum Tribuum populos complectatur. Quanta enim hominum turba per totam Assueri ditionem dispersa esset ex lectione libri Esther satis intelligimus. Legimus etiam in historiis frequentissimam transmigrationem Judæorum, quam Artaxerxes Ochus; post subactam Phœnicium & Ægyptum imperavit; quibus assignata regio ad mare Caspium; in Hyrcania, & Babylonia (9). Judæi

(1) 4. *Reg.* 17. 4. (2) *Oseæ* 7. 13. & 8. 9. & 10. 6. & 11. 5. & 9. 3. (3) *Oseæ* 9. 6. (4) *Oseæ* 11. 11.
(5) *Apud Joseph. contra App. lib.* 1. (6) Vide *Bartolocci Biblioth. Rabbinic. tom.* 1. *pag.* 129.
(7) *Voyage de Karchemir. tom.* 4 *pag.* 218. (8) *Benjamin. Itiner. pag.* 77. 81. & 87. *Edit. Plant. in* 1575.
(9) *Jul. African. apud Georg. Syncell. Oropius lib.* 3. *cap.* 7.

dæi Jerosolymitani Alexandrum Magnum rogarunt, ac libertatem Legis, & Religionis Exercitium permitterent Judæis Mediam, & Babyloniam tenentibus [2].

Concessa quidem a Cyro Tribubus Juda, & Benjamin facultas in patriam remeandi; favor, quo universa Judæorum gens sub felici, & diuturno Assueri Regno per orientem fruebatur, conciliante illis gratiam Esther Regis conjuge, & Mardochæo qui Regi proximus imperabat; ac tandem patriæ libertas, quam Principis privilegia cumulabant; hæc simul omnia plures Israelitarum, ut in Palæstinam reditum optarent, vehementer impellebant. Insitus est enim mortalibus omnibus in patriam amor; quo Hebræi, si quis alius populus, tenebantur magis, utpote promissæ patribus suis terræ studentes. Hæc vero concessa duabus Tribubus facultas non angustis ita limitibus terminabatur, ut vel sub ejus nominis obtentu, vel quacumque tandem alia de causa ad ceteras non propagaretur. Id autem compendio suo Judas reputabat, si reliquas Tribus e servitute liberaret; in unum enim populum Judæis omnibus coalescentibus, quanto major populi turba regredietbatur, tanto viribus & potentia augendus fuerat; sicut vicissim majori munimento se contra Samaritanos veteres regionis occupatores tueretur. Serviendum erat insuper Divinæ Providentiæ consiliis, quibus ita disponendæ res fuerant, ut vaticiniis Prophetarum non obicure nec semel reditum decem Tribuum prænunciantibus, sua fides constaret. Quomodo enim Jesus Christus fidem universo Israeli annunciare potuisset, si in Judæam veniente illo, insignis ejus gentis portio alibi verseretur? Nonne debuisset Christus, qui missum se ad Oves, quæ perierant domus Israel, profitebatur [3], remotas illas regiones adire, quo scilicet miseris illis gentibus, & in umbra mortis versantibus lætum exortæ lucis nuncium afferret? Nonne ita Apostolos egisse, ac locutos scimus, ac si eum omnibus Judæis rem habere se persuaderentur? Noane ita eam sententiam vaticinia de Ephraim [4], Nephthali & Zabulon [5] exposcerunt, quasi scilicet singulas eas Tribus avitas hæreditates tenere persuaderentur?

His omnibus gemina opponunt. 1. De reditu in patriam decem Tribuum nihil satis expressum utpiam in Scriptura legi. 2. Decem eas Tribus adhuc in dispersione manere compertum esse. Quibus ego respondeo: 1. Nusquam in Scriptura quidem ejus rei historia legitur; nusquam etiam apparet edictum aliquod Regum Chaldæorum, sive Persarum hanc populo facultatem indulgens. Sed ejus rei defectum supplent non obscura Prophetarum oracula [5], quibus de reditu illorum, quemadmodum & de Juda, nihil ambigendum relinquitur. Nec tamen Israelitas omnes decem Tribuum in Palæstinam redisse contendimus, quemadmodum nec ex Juda & Benjamin omnes sub Zorobabele, Esdra, & Nehemia avitas sedes repetierunt. 2. Potuit fensim, & per turmas populus redisse, ut nulla satis frequens tranimigratio in Annales referenda contigerit. 3. Id potissimum ad Alexandrum Magnum referri potest, a quo, referente Josepho, Judæis omnibus concessa facultas avitas sedes repetendi [6]. Non levibus argumentis docemur, Jesu Christi, & Apostolorum ætate Judæam omnium Tribuum Hebræis frequentari.

Iis quæ tecundo loco objiciebant, ita respondeo, ut argumentum in adversarios regeram. Compertum tenemus post Cyri, & Darii Regnum non infrequentes e Tribubus Juda, & Benjamin Judæos per omnem late Europam, Asiam, & Ægyptum vagatos; quid ergo? an sub Zorobabele, Esdra, & Nehemia Tribus illæ Judæam non repetierunt? Plus nimio, vel nihil argumentum probat. Quod nostræ opinioni de illo invidia creetur nihil est: poterant enim Israelitæ decem Tribuum magno numero redisse, pluribus aliis relictis. Leviori brachio hæc attigimus, peculiari Dissertatione alibi discutienda.

IN PRIOREM LIBRUM ESDRÆ PROLEGOMENON.

Inter Principes viros, qui politiæ Reipublicæ Judaicæ in melius reformandæ atque cultui Domini restituendo post solutam captivitatem Babylonicam utilem operam impenderunt, Esdras jure meritoque constituendus est. Præsita genesi suæ maximi momenti obsequia, peritia Legis, quæ viro immortale nomen pepererat, id apud mortales valuerunt, ut plurium insignium facinorum gloria temporis successu amplissimo viro tribueretur. Accessit insitum Judæis ingenium omnia in majus efferendi, quo summi viri laudes etiam veritatis dispendio amplificarentur. Ita Malachiam cum Esdra confundendum arbitrantur (7); huic inventæ Masoræ, & punctorum vocalium honorem; hunc separatorem Sacrarum Scripturarum, Authorem Canonis Hebraici, quo Libri Sacri ad 22. determinantur, autumarunt. Sunt tandem qui veteres Scripturas Hebraicas novis Chaldæis characteribus ab illo traditas credant; quibus de rebus omnibus legendi Virorum eruditorum Tractatus, & Dissertationes nostro huic Prolegomeno subjiciendæ.

Esdræ e Sacerdotali genere nato pater fuisse a nonnullis creditur Sarāia Summus Sacerdos neci traditus a Nabuchodonosore in Reblata post captam Jerosolymam; facilius tamen credimus eum virum vel avum, vel proavum Esdræ fuisse: vix enim aliter temporum ratio patitur, nisi forte virum illum ultra 150. annos vitam prorogasse dixerimus. Veniffo primum Jerosolymam una cum Zorobabele creditur, repetensque deinde, uti ferunt, Babylonem, quo profequendæ ædificationis Templi negotium urgeret, dein anno 7. Artaxersis iterum Jerosolymam se contulit. Studio Legis a teneris addictus, adeo in ea scientiæ genere excelluit, ut Scriba velox (8) in Scriptura appellaretur; quod viro nomen non ex facilitate, iterbendi, sed ex intima patriæ legis cognitione inditum constat. Anno septimo Artaxersis Longimani, bona Principis venia, Judææ iter una cum voluntariis ejus viæ sociis inivit, facta simul a Regæ copia deferendi Jerosolymam aurum, & argentum ex oblationibus populi collecta, una cum vasis auri, & argenti in usum Templi, mandatis insuper one-

(1) *Joseph. Antiq. lib.* 11. *cap. ult.* (2) *Matth.* 10. 6. (3) *Matt.* 2. 18. (4) *Matt.* 4. 13. 15. (5) Vide *Oseæ* 2. 10. & 11. 10. 11. 12. *Ezech.* 4. 6. & 37. & 38. & 39. *Amos* 9. 4. &c. (6) Vide *Prolegom. in Malac.* (7) *Joseph. lib.* 1. *contra Appion.* (8) 1. *Esdr.* 7. 6. *Sapiter mahir.*

oneratis Regii Ærarii Præfectis per Syriam, ut quæcumque necessaria in obsequium Domini, auri argentique, frumenti, vini, olei, & salis ad sacrificia, abunde sufficerent. Concessa pariter Sacerdotibus, cæterisque Templi ministris a vectigalibus, & oneribus omnibus immunitas; permissum Edræ Judices, & Præsides constituere, quibus in civium necem vitamque, si quid in legem, vel Principum jussiones attentassent iniqua, jus esset.

Tot igitur privilegiis auctus Esdras iter una cum sociis aggressus est, & cum ad amnem Ava pervenisset, lustrata suorum manu, neminem Levitici generis deprehendit; quare missis ad montes Caspios Legatis, qui eosdem montes tenebant Judæos, ut una secum Jerosolymam venirent, invitavit. Horum accessione 38. Levitæ & 200. Nathinæi in obsequium Templi collecti sunt. Secundum hæc, Dei ope precibus, & jejunio implorata, resumpto itinere Jerosolymam pervenit. Ibi sacrificia obtulit, & vasa oblationesque pariter omnes in ærarium Templi sepolivit; cum veriæ illius curæ tollendis abusibus, qui in populum irrepserant.

Cum ex optimatum relatione audisset, inter Israelitas plurimos connubia cum fœminis, quibuscum interdicta commercia miscuisse, alte eo nuncio fauciatus, vestes doloris sensu actus dilaceravit, evulsisque crinibus, & barba, terræ affidens, qua lacrymis, qua jejunio veniam a Domino deprecabatur. Intanto viri habitu populus permotus in Templo illum convenit. Tum Esdras mœroris sui causa indicata, quid facto opus esset consultavit. Visum est Optimatibus, ut innovato cum Domino fœdere mulieres alienigenæ, & nati ex illis liberi remitterentur. Nec mora, publicato per universam Provinciam edicto Hebræi Jerosolymæ se sistere jubentur: si quis contra faxit, omnibus bonis suis, & jure gentis multandus.

Condicta igitur die omnes in unum cœtum collecti, quæcumque ab Esdra sancirentur, servaturos se polliciti sunt. Cum tamen gravius anni tempus jam invalesceret, neque ædes sufficerent, quibus ie ab injuriis Cœli in tutum populus reciperet, selectis ad eam rem viris negotium commissum est, ut per urbes discurrentes ab alienigenarum fœminarum malo loca purgarent.

Secundum hæc, Esdras totum se instruendo populo, & exponendæ Legi, quæ illi potissima fuit religuæ vitæ occupatio, le contulit. Ita sub Nehemia religioso huic ministerio, legendi nempe, & exponendi Legem in frequenti populi concione potissimis recurrentibus anni solemnitatibus in Attio Templi, intentum videmus (1). Reliqua ejus viri gesta omnia latent, neque enim habendum hic sermonem censemus de iis, quæ in quarto Libro Edræ nomine inscripto leguntur. Ejus Operis Authorem amplissimi viri nomen impudenter ementitum infra demonstrabimus. Hunc non minus gloria, quam annis plenum obiisse, & magnifico funeris genere defuncto ejus corpori Jerosolymæ parentatum Josephus est author (2). Ejus obitum ante inductum de Nehemia sermonem idem Josephus describit, quamquam habemus compertum Esdram sub eo Principe vixisse, atque in cæremonia dedicationis Mœnium Jerosolymæ inter viros amplissimos locum habuisse (3). Quicumque Babylone reduem prima vice una cum Zerobabele virum constituunt, illi vitam ejus ultra 120. annos prorogant. Vide Comment. in 1. Esdr. 12. 1. In Perside obiisse cum secundo ad Artaxersem repeteret, a Judæis literis mandatum est, ejusque tumulum ejus regionis urbe Samuza ostendunt.

Extant sub ejus nomine quatuor libri, quorum duo priores una contextus serie apud Hebræos continuati, in Canonem universæ Ecclesiæ summo omnium assensu recepti sunt. Duo posteriores ad apocrypha ab Ecclesia Latina rejecti, in constituendis Religionis dogmatibus authoritatem obtinent nullam; quamquam apud Græcos tertius cum geminis prioribus in Canone recensetur. De singulis seorsum agemus. Primus Liber, cujus nomine inscribitur, ejusdem genuinus creditur, in quo plura sibi oculato testi explorata, quorum ipse potissimus Author fuerat, Esdras literis consignat. Sex priora capita historiam complectuntur libertatis a Cyro Judæis concessæ, adventus Zorobabelis Jerusalem, restitutionis sacrorum in Templo, sicut & sacri illius ædificii reparati, plura interim adversariis Judæorum in contrarium molientibus: intermissi etiam operis Artaxerse jubente, implentibus vicissim Prophetis Aggæo, & Zacharia, ut ædificium resumeretur: ac tandem Darii Literas absolvendum permittentis.

Aderat inter ceteros Author, cum Legati Regis Persarum Jerosolymam venientes quæsiverunt, qua facultate Judæi intermissum opus resumerent (4): *At quod respondimus eis*, addit, *quæ essent nomina hominum authorum ædificationis illius*. Cum pariter historiam narrat reditus Esdræ in Judæam, copia redeundi per Artaxersem facta, Scriptor de se numquam non loquitur, quasi Historicus simul & potissimus rei author. *Benedictus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde Regis &c. & in me inclinavit misericordiam suam &c. & ego confortatus manu Domini Dei mei, quæ erat in me, congregavi de Israel Principes* (5). Eadem semper phrasis usque ad extitum Libri regnat. Ex quo aperto satis argumento discimus, totum ab exordio Librum Esdræ authori tribuendum. Quædam tamen in hanc sententiam opponunt.

1. Author Operis Jerosolymæ versabatur, cum missi a Rege Persarum Legati Judæos de resumpta ædificatione interpellarunt (6), ut in superioribus demonstravimus. Porro Esdras, nomisi diu post Zorobabel redit: quare cum Persæ Jerosolymam veniunt, absuisse debuerat (7). Huic argumento duo reponimus. 1. Esdras potuit semel & iterum Jerosolymam venisse, primo cum Zorobabele, ac deinde iterum Babylonem repetens facultatem ædificandi Templi a Rege impetraturus, tandem ea obtenta, iterum se in Patriam contulisse (8). Quando ille absuisset, adhuc tamen quasi præsens loqui potuerat, recepto satis more, ut Scriptor e. g. Judæus, Romanus, Gallus ita de rebus gestis tuæ quasi de propriis agar, & abiens aliioqui quasi præsens loquatur. Hoc ita familiari sermone usurpatur: *Diximus, loquuti sumus, ivimus, &c.* quæ loquendi formulæ non semper Scriptoris præsentiam rebus ab eo narratis, sed tantum sententiarum, morum plerumque cum illis, qui præsentes fuerunt conjunctiones designant.

Objeciunt secundo, Authorem primi Esdræ censum rentisile sub Nehemia tantum instituisse; qui etiam fere totidem verbis in Libro ejusdem Nehemiæ nomine in Hebræo inscripto legitur. Hujus igitur historiæ, quæ in exordio Libri occurrit, alterum ab Esdra Authorem fuisse oportet. Hanc objectionem in Commentario occupavimus; duo tantum addenda. 1. Quando hunc censum totum ad Nehemiam pertinere concederemus, putuit tamen non incongrue ab Esdra, qui ad Nehemiæ ætatem vitam produxit, in scriptis referri; familiare est enim Scriptoribus, ut alter ab altero ejus generis documenta mutuentur. 2. Nehemias plura se ex veteri scripto suo Zorobabele derivasse profitetur, 2. Esdr. 7. 5. *Invenì librum census eorum qui ascenderunt primum* (*Haolim barischonah*). Huic censui ipse nomina eorum adjecit, qui secum, & facile etiam quicumque cum Esdra ascenderant. Nec additamentum sum dissimulat, ita enim censum exordiitur: *Isti filii, qui ascenderunt de captivitate cum Zorobabel, Josue, Nehemia, Azaria &c.* Summam igitur præcedentium censium retexuisse Author videtur.

At enim cur census Esdræ inde exordium ducit, unde & Nehemias, qui utrinque virorum summa constat ad

(1) 1. *Esdr.* 8. 1. (2) *Antiq. l.* 11. *cap.* 5. (3) 2 *Esdr.* 12. 26. 35. (4) 1. *Esdr.* 5. 3. (5) 1. *Esdr.* 27. 28.

(6) 1. *Esdr.* 5. 4. (7) *Huet. Demonstrat. Evang. propositione* 9. *pag.* 166. (8) Vide *Commentar. nostr. in* 2. *Esdr.* 12. 1.

ad 41350. [1]? Ideo fortasse, quia Esdras censum Nehemiæ ipsis pene verbis describserit. Facile etiam Amanuensis aliquis prioris censum jam ductum ad normam Nehemiæ fuisorem, & numero hominum majorem reformare potuit, & ut major constaret similitudo, eumdem titulum, quem in censu Nehemiæ nactus est, adscribere alteri voluit.

3. Si Esdras præcedentes census sub Zorobabele, & Esdra complexus est, cur utrinque Esdræ nomen filetur, cum tamen nec Zorobabelis, nec Josuæ Summi Sacerdotis, ac Nehemiæ desideretur? Respondeo, nomen Esdræ in altero censu seorsum a Nehemia [2] relato, in quo nomina Sacerdotum, & Levitarum cum Zorobabele ascendentium, adscribi. Quin etiam Esdras ipse satis se in fronte census eorum qui secum ascenderunt, appposuit [3]: *Hi sunt Principes Familiarum, qui ascenderunt mecum de Babylone.*

4. Tandem si prima Libri capita Esdræ Authori tribuantur, atque rediisse sub Zorobabele statuatur, debuit vitam ad 120. annos producere. Esto: an homines id ætatis vixisse impossibile est? Esdras ineunte juventa e Babylonia primum rediit: deinde quod ætatis roborate, sicut & agendi dexteritate valeret, ut rediret destinatus est. Omnia hæc prona sunt.

Autumant nonnulli, utrumque Librum Esdræ eidem Authori tribuendum, cum ambo una contextus serie apud Hebræos continuentur [*]. Author prioris Libri, addunt illi, refert uno in censu viros, qui nonnisi sub Nehemia ascenderunt: & Author secundi meminit Darii Codomanni ab Alexandro Magno Regno eruti, & Jeddoæ, sive Jaddi, qui victorem illum Regem Jerosolymæ excepit; quare alterum fuisse oportet Librorum Authorem ab Esdra, & Nehemia, & eum Alexandri Magni ætate, vel etiam post Macchabæos componendum[4]: quamquam ut nominis veneratione gratiam sibi apud Judæos conciliaret, Esdræ sibi nomen adoptavit.

His objectiones antea satis occupavimus. Junguntur Libri apud Hebræos ex connexa utrinque rerum serie. Olim Biblia universa unum fere perpetuum volumen constituebant; deinde ad arbitrium pleraque in Libros dissecta sunt. Potuit Amannensium opera irrepsisse in Textum Nehemiæ locus de Dario, Jeddoa, & Sanaballat. De censu satis supra mentem nostram explicavimus.

Primus Esdræ historiam complectitur 82. annorum, ab initio Cyri in Babylonios Regno A. M. 3468. adusque 19. Artaxersis Longimani, qui Nehemiam Jerosolymam misit A. M. 3550.

Epistola *Reum*, & *Samsai* ad Regem Artaxersem adversus Judæos [5], quemadmodum & altera Regis ad ipsos, ac tandem capp. 5. & 6. usque ad ver. 19. Chaldaice scripta sunt. Ita pariter exaratum est edictum Artaxersis Esdræ traditum [6]; reliqua Hebraico sermone constant.

DISSERTATIO
IN TERTIUM LIBRUM
ESDRÆ.

DUO postremi Esdræ nomine inscripti Libri, communi Ecclesiæ Latinæ consensu nostra ætate inter apocrypha rejiciuntur. Remota tamen adeo antiquitate præstant, atque a Patribus Ecclesiæ adeo frequenter laudantur, ut eorum de illis opinionem in examen revocare operæ pretium duxerimus, adjecta insuper disquisitione de Authore, tempore scripti Operis, & de iis quæ majoris momenti in historia occurrunt.

De tertii Esdræ authoritate Ecclesia Græca a Latina discrepat; Græci enim eodem venerationis gradu, quo duos priores, recipiunt. Exemplaria Græca vetustissima & probatissima, veluti Romanum, ita seriem Librorum constituunt, ut primo loco tertium Librum Esdræ præseferant, secundus Nehemiæ, tertius primo Esdræ locus datur. Alter quidem ordo in nonnullis Græcis Editionibus servatur [7], ut tertius Esdræ seorsum positus sit post Canticum rerum puerorum in fornace, & ante Sapientiam Salomonis; in aliis itidem Græcis idem Liber omnino desideratur [8]. Verum extra controversiam positum est, juxta ac Sixtus Senensis lib. 4. animadvertit, Patres Græcos tertium Esdræ ante Nehemiam constituum ramquam canonicum habuisse.

Neque magis ac apud Græcos in veteribus Mss. & Editionibus Latinis ea in re constat. In nonnullis Mss. [9] priori Esdræ Nehemias, huic secundus Esdræ [10] ita, quem nos tertium, appellant] succedit; in aliis tertius Esdræ omnino desideratur: in aliis vetustioribus in nova Editione S. Ambrosii [10] laudatis, multo magis etiam a nostris Editionibus recessum est. In vetustissimo Mss. S. Germani a Præ tis post duos Libros Canonicos Esdræ una serie continuatos succedit historia trium custodum corporis Darii, & problema ab iis Regi propositum. Dein statim sequitur quartus Esdræ in hæc verba: *Incipit Liber Esdræ Prophetæ secundus*, cui post duo priora capita continuatur tertius Esdræ excepta historia trium corporis custodum Darii: tum quartus Esdræ hoc titulo adscripto: *Liber Esdræ quartus: anno tricesimo ruinæ civitatis, eram in Babylone ego Salathiel, qui & Esra*, ac deinceps ad finem usque. In alterum incidi notatum 773. in quo Esdræ quartus a Capite tertio exorditur.

D. Faber, Ludovici XIII. præceptor, quartum Librum Esdræ valde a prioribus discrepantem invenerat, cujus variantia ad Cardinalem Baronium censuit transmittenda. In veteribus Bibliis Latinis impressis plerumque tres Libri Esdræ ordine adscribuntur; ita ut primo succedat Liber Nehemiæ, ac deinde tertius, vel, ut nonnulla ferunt Exemplaria, secundus Esdræ. Is ordo manfit usque ad Biblia Sixti V. ex quo tertium, & quartum extra ordinem Canonicorum amandari visum est.

Apud Hebræos duo priores Esdræ, vel si mavis, primus Esdræ, & alter Nehemiæ unicum Librum constituunt. Paria Græci servant; in eo tamen dissident, quod primus Esdræ in Exemplaribus Græcis, & in pluribus Latinorum idem, qui apud nos tertius, constituatur. Eum ordinem Patres sequuntur, quemadmodum satis intelligimus ex Origene in fine Hom. 9. in Josue, Pseudo-Athanasio in Synopsi, ex S. Augustino [11], & S. Cy-

(1) 1. *Esdr.* 2. 64. (2) 2. *Esdr.* 12. 1. (3) 1. *Esdr.* 8. 1. & *seq.* (*) *Vasser De la Verite de la Religion, l. 2. par. 3. c. 6. Author Trall. Theologico-Polit. c.* 4. (4) *Ita Auth. Trall. Theologico-Politic.* (5) 1. *Esdr.* 4. 7. 8. *ad cap.* 5. (6) 1. *Esdr.* 7. 12. *usque ad ver.* 27. (7) *Editio Græca Francofurti an.* 1597. *& Basileens. an.* 1545. (8) *Editio Aldi Venet. anno* 1518. (9) *Manuscripti. Manuscripti S. Michaelis in Lotharing. Item duo alia S. Germani.* (10) *Admonit. in Lib. Ambrosii de Bono mortis.* (11) *Augustin. lib.* 18. *de Civit. Dei cap.* 36. *Nisi forte Esdras in eo Christum prophetasse intelligendus est, quod inter Juvenes quosdam orta quæstione quid amplius valeret in rebus? cum Regem unus dixisset, alter vinum, tertius mulieres, idem tamen tertius veritatem super omnia dimonstravit esse victricem.*

S. Cyprianо (*), qui duo posteriores problema trium Præfectorum Darii tamquam a vero Eidra descriptum laudant. Laudat & S. Athanasius, seu Author Synopsis, de quo nihil quod miremur, cum receptа latis apud Græcos opinio, & probatissima illorum ætatis. Laudat & Josephus historicus Antiq. lib. 11. cap. 3. omnium illorum Patrum vetustissimus; quare constitutum habeamus oportet, ante Versionem S. Hieronymi tertium Librum Esdræ in universa Ecclesia Canonicum reputatum fuisse; cum Exemplaria Græca, in omnibus pæneps locus ei Libro datus, vel saltem Latina Versio ex Græca, obtinerent. Cum vero Patres, & Concilia priorum sæculorum (1) geminos Libros Eidræ in Canone recensent, id intelligamus oportet tum de primo Eidræ, & Nehemiæ in unum eumdemque Librum conjunctis, & tertio Eidræ, quem ipsi priorem constituebant.

Solemne est etiam PP. Græcis (2) & Latinis (3), ut tertium Esdræ contra Hæreticos, & in assertendis Fidei dogmatibus, ne cunctanter quidem laudent. Tandem cum Liber iste nihil ferme contineat, quam historiam in primo Libro narratam, paucis immutatis, adjecta tantum narratione problematis a tribus corporis custodibus Dario propositi (4), arduum plane videretur, ut ad apocrypha portius amandaretur Opus, quod alioqui totius Ecclesiæ Græcæ consensu probatum est. Ad hæc nihil habet fidei, & bonis moribus abhorrium; & historiam problematis fussi agio suo tamquam veram assertamque recipiunt Patres, & vetustissimi plures, ac recentiores Scriptores Ecclesiastici. Hæc omnia Genebrardo persuaserunt, ut pro authoritate ejus Libri adniteretur (5). Hebræi quidem e contrario primorum Canonicorum Librum abjudicant, simul tamen inter *Deuterocanonicos* summo assensu recipiunt. Hæc in Libri favorem congerere potuerunt.

Verum Ecclesiæ Latinæ authoritas Opus rejecit apocryphum pronuntians, quod satis esse eenseo, ut de ejus authoritate quæstio institui nontiquam possit. An forte Græcorum opinione moribusque tamquam lege ducamur, præsertim repugnante Concilii Florentini sanctione, qua solis Libro Eidræ, & Nehemiæ authoritas asseritur? Veterum PP. plerique, qui Librum tamquam Canonicum laudaverunt, ignorare poterant, & facile etiam ignorarunt multo illum ab Hebræo Textu diverepare; quę si novissent, multo cautiores fuissent, ne Opus reciperent, toties professi, neminem se probare Librum, quem Canonis Hebraici authoritas reipueret.

His rebus instructissimus S. Hieronymus, de illo pronunciat Ep. ad Domnion. & Rogatian. *Nec apocryphorum tertii, & quarti Esdræ somniis delectatur*. Quidquid, addit ille, ab Exemplaribus Judęorum abest, five a 24. Seniorum authoritate non derivatur, id nobis reprobandum est. Si quis vero Septuaginta authoritatem opponat, tanta est in eorum Exemplaribus varietas, ut corrupta illa & fœde deturbata satis demonstret. Neque enim Scripto tam vario, ac patum inter se constanti potest veritas ulla rata & constans haberi: *Nec potest utique assori quod diversum est*. Agnoscit ergo S. Hieronymus tertium hunc Librum a Græcis probari, ipse tamen tamquam a Textus Hebraici fide aberrantem penitus rejeiendum eentet. Quando autem nulla alia suspicionis causa subesset, invidię in illum ereandę satis haberetur problema Regi Dario propositum. Totam hanc historiam ad arbitrium confictam, plurasque veritati historię Esdrę repugnantia continere infra demonstrabimus.

Quod ad Authorem tertii Esdrę spectat, vetustissimum fuisse, quamvis ignotum, ex eo conflat, quod Josephus, & verera Græca exemplaria historiam problematis in eo Libro relatam legant. Judęum Hellenistam credimus, qui fabellis plurimis adjectis & Zorobabelis famam promovere, & Lectorem rerum varietate pascere voluerit. Noluerim ego virum doli mali in iis, quę addenda de suo eensuit accusare; potuit enim facile constanti apud suos traditione accepiam, historię Esdrę, ratum fe nonnisi vera referre, fabellam hanc adjunxisse. Sed traditionibus hisce popularibus veritas non semper assesta; quibus interdum veris rerum eventibus plurium fabellarum accessione authoritas detrahitur. Ita impręsentiarum accidisse reputandum est; mendacium ultro se prodit, quemadmodum infra demonstrabimus; & in eo fane Author accusandus, qui multiplici veritatis dispendio fabellam inam asseruit, ne quis unquam fraudem subodoraterur.

Continet ergo Liber describptionem solemnis Paschatis sub Josia celebrati (6). Additur deinde ejus Principis obitus, & ceterorum poſt ipsum Regum usque ad eversionem Jerusalem historia. Hęc omnia e duobus postremis capitibus Paralip. derivata. Secundum caput refert historiam solutę Cyro authore captivitatis Judaicę, & valorum sacrorum restitutionem, quantisque deinde conatibus hostes Judęorum Templi ędificationem oppugnarint. Addit eorum ad Artaxerien & viecissim Principis ad illos Epistolas (7). In tertio capite Darius Regio convivio excipit Aulę tuę Optimates, Medię pariter, & Persidis Magistratus, adjectis etiam Pigiechis 127. ditionis tuę Præfectis vicinarum. Cum vero Rex largiori cibo recreatus in somnum resolutus dormiret, tres corporis custodes excubias agentes, propositо problemate, constituto etiam victori præmio, quale a Rege traderetur, se invicem tentarunt. Quicumque enim, dicebant, ingenio vicerit, ille purpura vestietur, auro potabit, auro inluper quiescet, deductoque in curru magnifico, equis auro phaleratis, aureo pariter torque & *Cydari*, nempe capitis integumento nomini honoratissimis concesso, ornabitur. Locus quin etiam illi erit sub Dario, & Regis necessarius appellabitur. Ea igitur spe delíniti singuli problema suum scriptum, annuloque obsignatum sub Regis cervicali depoſuerunt. Alter ex illis tuebatur vinum esse omnium fortissimum; secundus Regem, tertius fœminas valere plurimum, veritatem tamen omnibus præstare affirmabat. Experrectus tandem Rex singulorum scripta tenuit.

Convocatis igitur omnibus Aulę Optimatibus, & Provinciarum Præfectis, ut ex eorum sedem singulorum problema, tum ilare singuli jussi, quid pro sua sententia afferrent, audiri. Primus pro vino disserens, ejus potentiam super mortalium mentes ostendit; vinum enim mœstarum sensum hebetat, voluptatem, lętitiam, animi vigorem & liberalitatem concitat, nec raro furorem incendit. Alter proxime succedens, potentiam Regis mari quę & terris imperantis extulit, enjus nutu tremiscent gentes, cujus armis fastigium suum montes demittereut, elatę turres, & mœnia deprimerentur, omnia cędibus, sanguine, & tertore repleremur; itque vicissim, adjecit, indulget, confirmat, fustentat. Subjecte illi gentes laborum fnorum tributa certatim afferunt, hostes terrore profiet nuntur. Mundus universus in obsequium inclinatur.

Tertius succesit Zorobabel, qui fœminarum potentiam pluribus commendavit; illis enim, inquit, subjecti vulgares ęque ac Reges; illis puſilli ęque ac summi quique viri originem inam seiunt accepto; ac tandem quicumque vinearn colunt, vinumque potant, numquam sine fœminis vitam tolerare potuiſſent. Undeveſtes, & pretiosa quęque ornamenta? Nonne homines deserto patre, amicis, & Patria fœmineę adhęrent? Mulierum beneficio feroces spiritus miteſcunt; efficnes quique ad officium redeunt. Reges ipsi, quamvis alioqui omnibus dare jura noverint, iniquius quandoque a fœmina, quam depereunt, haberi se ferunt patrienter. Vidi ego Apemam Filiam Besaci, quę dexteręe Regis assidens, ex ejus capite detractum diadema suo impoſuit, Regemque ipsum lęva manu blande percuſit. Ve-

(*) *Epist. ad Pompejan. Apud Esdram veritas vincit.* (1) *Conc. Carthag. 3. can. 47. Canon. Apostol. can. 83. Laodicen. can. ult. D. Aug. de Doctr. christ. l. 2. c. 8. Innoc. 1. Ep. 3 art. 7.* (2) *Athanas. Orat. 3. contra Arianor. Justin. Martyr. Dialog. cum Tryphon. pag. 297. & alii passim.* (3) *August. lib. 18. de Civit. cap. 36. Cyprian. ad Pompejan.* (4) 3 *Esdr.* 3. 4. 5. (5) *Genebrar. in Chronico ad ann.* 3730. *pag.* 95. 69. (6) 3. *Esdr.* 1. convenit cum duobus postremis capp. Paralip. (7) 3. Caput usque ad ver. 14. idem est ac primum cap. 1. Esdræ; a ver. 14. usque ad exitum convenit cum quarto primi Esdræ vers. 9. &c.

Verum, ait ille, quainvis fœmina potens, multo tamen mulierearum blanditiis potentior veritas, cui gentes omnes deferre, quam invocare singuli noverunt. Cœlum veritati fauſta appreeatur, terra timet, & colit. Vinum, Rex, mulieres poſſunt quandoque ad icelera & licentiam excurrere; incorrupta ſemper æternumque manens veritas; nec enim temporaria virtute pollet, nec viciſſitudinibus obnoxia. Numquam illa alteri præ aliis favet injuſte ſemper in judiciis ſuis rectam æquitatis lancem ſervans. Ex illa vis, ex illa decor, ex illa omnium ſæculorum potentia. *Benedictus ſit Dominus veritatis*. Exceptæ ſummo Auditorum plauſu viri oratio, acclamantibus omnibus: *Magna ſane veritatis vis*.

Tum Rex cauſę victoriam differenti pro veritate adjudicavit; eumque non iis tantummodo, quę ſibi certantes ſponderant, præmiis cumulatum voluit, ſed & quecumque poſceret omnia ſe darurum pollicitus eſt. Tum Zorobabel iu gemma provolutus, rogavit ut in memoriam Darius reduceret votum, quo ſe olim, antequam Regnum capeſſeret, obſtrinxerat reſtituendi ſcilicet Templi, ab Idumęis (qua occaſione Urbs a Chaldęis expugnabatur) incendio vaſtati; ſicut etiam remittendi vaſa ſacra, a Cyro, dum Babylone poſitus eſſet, Jeroſolymam ut referrentur deſtinata; id autem adjecit ſe cujuſvis pręmii loco receppturum. Supplicem complexus Darius, voluitata omnia concedit, Præfectis Provinciarum Tranſeuphrateis juſſionibus onerariis, ne gravius quidquam in Judęos audeerentſed quietam regionis ſuę poſſeſſionem immunemque illis relinquerent; quin & Idumęos Urbes, quas olim occupaverant, vacuas illis remittere: cogerentur; curarent inſuper, ut neceſſaria e Libano materia Jeroſolymam ſubveheretur; quecumque ad victum, & veſtes ſacras Levitarum, & Miniſtrorum Templi requirerentur, ſuppeditarent donec Urbs, & Templum perficerentur. Adjecit inſuper, ut 20. talenta e Regiis proventibus quotannis ædificationi Templi promovendæ penderentur, ſicut & alia decem tolerandis impenſulis jugis Sacrificii, matutini ſcilicet & veſpertini. Ad hæc omnia eſſe voluit Judæis privilegium perpetuę libertatis, tum & Urbis metropolis reſtituendę. His privilegiis auctus Zorobabel Jeroſolymam venieus, nihil antiquius habuit, quam ut de omnibus Regios proviciarum Præfectos faceret certiores; eorumque præſidium compararet 42340. Judæis, quos una ſecum, adjecta immenſa capitorum multitudine, adduxerat. Hæc ſumma capp. 3. & 4. & 5. tertii Eſdræ, ſimulque eotum quæ pariter in toto Libro majoris momenti occurrunt, eorumque xandem in quibus potiſſimum a primo Libro Eſdræ tercius iſte diſcrepat.

De univerſa hac trium corporis Regii cuſtodum hiſtoria hanc ſeutentiam ferimus. Primo plurimum abhorret ab hiſtoria genuina Eſdræ in Libris Hebræorum, & in Exemplaribus Canonicis relata. Si Darius Judæos una cum Zorobabele Jeroſolymam remiſerit, Regias pro illis literas ad Præfectos Tranſeuphrateos dediſſet, numquam illi interrogatum ventiſſent Judæos, qua poteſtate reſtituendum Templum ſuſcepiſſent? Nota illis Regia Edicta, quibus pariter impenſas in idem opus ſufficere cogerentur. Cur etiam novam hanc facultatem non obtendiſſet Zorobabel, (1) potius, quam veterem a Cyro datam? Conſtituit etiam Author, reducendi in Judæam gentiles ſuos, cum primum a Cyro facta eſt tegtediendi facultas, Ducem alterum fuiſſe a Zorobabele. Ecquem illum? Salmanaſarem nimirum Judææ Præfectum (2). Hæc omnia perperam ad veritatem (3). 3. Altaris conſecrationem, atque teſtitutorum ſacrificiorum epocham cum ipſo Zorobabelis reditu, fecundo Darii anno, componit (*), cum genuinus Eſdras hæc omnia poſt ſeptem menſes ſub ipſo Cyri Regno, ante interminſam Templi ædificationem juſſu Artaxerxis, facta commemorat (4). 4. Silet Epiſtolas a Præfectis Tranſeuphrateis ad Darium datas, quibus permotus Rex quæri in Archivis Edicti Cyri pro Judæis exemplar præcepit, eoque invento, intermiſſum Opus reſumendum permiſit (5), 5. Duo inſuper Author fide ſua tantum certa narrat: primum Zorobabelem inter corporis Regii cuſtodes Babylone veriari, cum interim Jeroſolymæ fuiſſe certo conſtet (6). Secundum nihilo meliori fide aſſerum eſt, Darium ante initum Regnum reſtituendo Templo Jeroſolymitanæ voti religione ſeie obſtrinxiſſe. Quæ ſi veritati conſtarent, cur exeuti tabularia juſſerat, quo certior fieret de permiſſa a Cyro ejus rei facultate? 6. Darii beneficio conceſſam Judæis aſſerit ab oneribus omnibus immunitatem, cum alioqui tributorum acceſſione oppreſſos Hebræos 2. Eidr 5. & 9. 37. noverimus. 7. Nehemiam, & Atheſiæam tamquam duos vitos diſtinguit (7); cum alioqui Atheſtata non viri peculiare, ſed officii, puteerpæ nempe (8), quo Nehemias in Aula Artaxerxis fungebatur, nomen ſit. 8. Putidum eſt meudacium, ſecumque pugnat, quod ab Authore aſſeritur de Zorobabele Darium rogante, ut Jeroſolymam remitteret facra vaſa olim ad eam tem a Cyro deſtinata (9). Quaſi ſciliet Cytus nihil remiſiſſet; cum alioqui appoſitum apud Eſdram, & etiam apud hujus libri Authorem eap 2. 11. 12. 13. 19. legatur. Idumæos invidia incenſi Templi, qua reipla liberandi videntur, oueret (10). 9. Omnem chronologiæ rerumque geſtarum ordinem turbat, voleus ſinguia in hiſtoria Eidræ relata colligere. Ad calceum poſtremi capitis rejcit hiſtoriam (11) nonnih ſub Nehemia, in cujus tantum Libro relata eſt, conſignandum (*). 10. Præſidium mille equinum Judæis a Dario aſſignatum narrat, quibus tutum illis iter Jeroſolymam pararetur; quaſi ſcilicet 50000. circiter hominum aliquid timendum fuiſſet. 11. Univerſæ tandem hiſtoriæ ſuæ fabulæ ſuſpeionem creat, cum tres illos viros dignitates ſibi deſtinaſſe referet; quaſi ſcilicet neceſſitatem Regi ſuppoſituros, ut in problemate victorem conſtituris ab illis præmiis remuneraretur. Et quænam illa? Summa plane, & exceſſiva: quid enim aliud iperare potuit ſupremus aliquis Exercitus Imperator poſt adjectas Regno provincias, & confectam gloriſam aliquam expeditionem? Quæ deinde vera in libro referuntur, vel talem quidquid verum & argumenti connexione conſtans eſt, totidem pene verbis e primo Eidræ derivatur, ut proinde ab eo referendo temperemus. Perſuaſum igitur habemus, Authorem ejus Libri Judæum aliquem Helleniſtam habendum, qui hiſtoriæ problematis fidem conciliaturus, opportunum cenſuit, ſi Textui veri Eidræ narrationem ſuam adnecteret. Cum vero majus eſſet quam pro ejus viribus opus, in aperta mendacia identidem incidit, quod in cauſa fuit, cur jure meritoque ab Eccleſia rejceretur, Textus Hebræi, cujus apud Hebræos uſus, & veterum Exemplarium Græcorum fidem ſequuta, in quibus nihil tale legitur.

DIS-

(1) 1. *Eſdr.* 5. 13. (2) 3. *Eſdr.* 2. 15. (3) 1. *Eſdr.* 1. (*) *Eſdr.* 5. 48. (4) 1. *Eſdr.* 3. 1. 2. 3. & 4. 13. (5) 1. *Eſdr.* 5. 6. & 6. 1. & 7. (6) 1. *Eſdr.* 5. 2. (7) 3. *Eſdr.* 5. 40. (8) Vide 2. *Eſdr.* 8. 9. (9) 3. *Eſdr.* 4. 24. *Omnia vaſa remittere, quæ ſeparavit Cyrus, quando maſtavit Babyloniam, & voluit ea remittere*. Vide etiam ver. 57. (10) 3. *Eſdr.* 2. 25. (11) 3. *Eſdr.* 9. 37. & ſeq. (*) 2. *Eſdr.* 8. 1. & ſeq.

DISSERTATIO IN QUARTUM LIBRUM ESDRÆ.

DE quarto Eſdræ non eadem ſedet omnibus ſententia. Eccleſia ejus verba in Eccleſiaſticis Officiis uſurpans probaſſe viſa eſt. Introitum feriæ tertiæ Pentecoſtes ex 4. Eſdræ 2. 36. 37. derivatum eſt : *Accipite jucunditatem gloriæ veſtræ ... Commendatum donum accipite, & jucundamini, gratias agentes ei, qui vos ad Cœleſtia Regna vocavit.* Et in Officio Paſchali Martyrum : *Lux perpetua lucebit vobis* (1) *per æternitatem temporum.* Et : *Hi ſunt qui mortalem tunicam depoſuerunt .... modo coronantur, & accipiunt palmam* (2).

S. Barnabas Ep. c. 12. hæc verba tamquam Authoris Sacri laudat : *Et quando hæc conſummabuntur ? & dicit Dominus : cum lignum inclinatum fuerit, & reſurrexerit, & cum de ligno ſanguis ſtillaverit.* Eo ſpectare pariter S. Joannes Apoc. 6. 9. viſus eſt : *Vidi ſub Altare animas interfectorum propter verbum Dei .... & clamabant voce magna, dicentes : Uſquequo Domine, ſanctus, & verus, non judicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum ?* Confer hæc Apoſtoli verba cum 4. Eſdr. 4. 35. *Nonne de his interrogaverunt anima juſtorum in promptuariis ſuis, dicentes : Uſquequo ſpero ſic ? Et quando veniet fructus aræ mercedis noſtræ ?* Facilius tamen crediderim, non Apoſtolum ab Eſdra, ſed Eidram ab Apoſtolo ſpectatum fuiſſe.

Veteres PP. Græci & Latini, non ſine addito eloglo Authoris Divino Spiritu affiati, idem Opus laudarunt. S. Ambroſius de Bono Mortis cap. 10. n. 45. ſententiam ex eo, tamquam e Libris Eidræ derivatam ideo ſe laudare proteſtatur, ut intelligant Pagani quæcunque habeant in Libris ſuis probata, noſtris Libris debere. Et cap. 12. n. 51. ſequutum Apoſtolum dicit non Platonis, ſed Eidræ Divino Spiritu affiati dogmata : Eſdras, ait, multo ſuperior Philoſophis omnibus habendus eſt. Pari emphaſi opinionem ſuam exprimit De Spiritu Sancto l. 2. Orat. de obitu Satyri cap. 7. Epiſt. 38. ad Horontian. in qua lectionem ejus Operis ſuadet, ut anima præſtantioris eſſe quam corpus naturæ intelligatur. Ubique Eidram non ſine adjecto ſacri Authoris elogio commemorat.

Tertullianus idem Opus, ſed nomine & elogio ſuppreſſo, tamquam Sacram Scripturam laudat (3). S. Clemens Alexandrinus Strom. lib. 1. Danielis vaticinium exponens, Eſdræ teſtimonio utitur, quod tamen fruſtra in Eſdra quæras. En autem ad litteram : *In Eſdra ſcriptum eſt : Et ſic fuit Chriſtus Rex, Dux Judæorum, cum impleta eſſent ſeptem hebdomades in Jeruſalem, & in ſexaginta duobus hebdomadis quievit univerſa Judæa, & fuit abſque bellis, & Dominus noſter Chriſtus Sanctus Sanctorum cum venit ſet, & viſionem impleſſet, & Prophetam, in carne unctus eſt Patris ſui Spiritu.* Eumdem etiam Scriptorem una cum Jeremia tamquam authoritate pares adducit Strom. lib. 4. ex 4 Eidr. 5. 35. Pſeudo-Athanaſius in Synopſi hunc Librum in recenſendis Canonicis præterit ; illud tantummodo poſt laudatos duos alios Eidræ Libros addens, memoriæ proditum eſſe Eidram ſervaſſe ſimulque in publicum protuliſſe Libros Sacræ Scripturæ : quod tamen non ex ſua, ſed ex vulgi ſententia, in nullo authentico libro expreſſa, retuliſſe videtur. Author Operis imperfecti in Matthæum (4) hæc habet : *Dicit enim Prophetia Eſdræ, omnium Sanctorum numerum eſſe quaſi coronam.*

Ea tandem ſententia, quæ olim S. Cyprianо (5) aliiſque ſedit, de immutenti mundi exitu e quarto Eidræ tamquam canonico libro derivata fuiſſe videtur. Nec aliunde pariter accepta eorum ſententia, qui Eidram dictaſſe iterum, & reſtituiſſe Sacras Scripturas affirmarunt (6) ; neque enim alibi unquam, quam in Libris Eidræ paria leguntur. Genebrardus, qui Opus illud vindicandum tuitcpit (7), author eſt a Pico Mirandulano ſervari Mſ. Hebraice inter ſeptuaginta duo de ſcientia rerum occultarum, quæ idem Eidras dictaſſe ſe profitetur. S. Hieronymus tertio & quarto Libris Eidræ aliquam inſeuſſiſſe, ejus tamen authoritatem non pennus rejeciſſe videtur in libro averſ. Helvid. *Sive Moſen volueris Authorem Pentateuchi, ſive Eſdram ejuſdem inſtauratorem, non recuſo.* His potiſſimum rationum momentis hujus Operis authoritas fulcitur.

His omnibus unum tantum, ſed peremptorium apponimus ; nimirum Græcorum & Latinorum omnium ſuffragio e Canone excluſi. Rejecit etiam Author Synopſis, rejecunt Patres, & Concilia, in quorum catalogo nonniſi duo Libri Eidræ commemorantur. Tandem Hieronymus ſtilo cenſorio duos poſtremos Eidræ configit in Prælatione ad Libros Canonicos ejuſdem Authoris (8) ; pariterque in Opere adverſus Vigilantium hæc habet : *Tu vigilans dormis, & dormienti ſcribis, & prophetis Librum apocryphum, qui ſub nomine Eſdræ a te, & a tui ſimilibus legitur* (9) ; addit deinde numquam ſe idem opus legere acquieviſſe ; cui enim bono Author ab Eccleſia reprobatum legendum ſuiſſe piſſet ?

Nec partum ad eum reprobandum facit alta ejus Libri apud Græcos oblivio, in quorum lingua nulla ſuppetunt ejuſdem Operis jamdiu a pluribus annis exemplaria ; quamquam aliioqui a veteribus Patribus Græcis laudarentur ; & Latinorum de illo incuria ex eo potiſſimum deducitur, quod raro in veteribus Exemplaribus veteſtique Miſſ occurrat 10. Hæc omnia non obicuro plane argumento demonſtrat, plurium ætculorum ea de re ſententiam ; ſi quos autem Vetetum Eidræ nomen in errorem adduxit, is tamen error brevi correctus eſt.

Non ſemel Genebrardus in eo Libro vindicando ſalluit. Primo errat cum apud Picum Hebraicum ejus Libri Exemplar ſervari tradit ; laudat enim Picus 12) tantummodo quartum Eidræ, cujus Authoris Hebraicum Exemplar 70 Librorum de ſcientia occulta, quos Eidras dictaſſe ſe profitetur, ſervare ſe tradit. Secundo minus appoſite 72. Libros recenſet, ut congruant confiſto ad arbitrium numero Patrum Magnæ Synagogæ, quorum dogmata Eidram totidem libris complexum ſuiſſe narrat. Inter eos Libros quartum Eidræ recenſet ; quamquam ea de re nihil apud Picum ; qui potius contrarium inſinuat ; laudat enim idem Opus tamquam authoritatem conciliatrius ſuis Libris de ſcientia occulta Hebræorum Eſto vero, inter eos Libros tuus locus quarto Eidræ aſſignetur : tan proinde Canonicum erit Opus, & divinum ? Quale nam judicium de Cabala, & ſcientia occulta Hebræorum feratur, planum eſt.

Nec minus a rejiciendo Opere veritatis amatores impelleret, quod Liber erroribus ſcateat. Animas Sanctorum in infernis detineri, quoadoque numero Juſtorum abſoluto dies Judicii ſuccedat, impiiſſime aſſerit. Poſthac omnes Animæ manumittendæ (12). Diem judicii coronæ ſive annulo comparat, in quo nullum nec

(1) 4. *Eſd.* 2. 35. (2) 4. *Eſdr.* 2. 45. (3) *Tertul. de Præſcript. initio* hæc citat ; *Oculi Domini alti ex* 4. *Eſdr.* 8. 20. *& contra Marcion. lib.* 4. illud : *Loquere in aures audientium, ex* 4. *Eſdr.* 15 1. Differt quidem aliquanto Vulgata, ſed ſententiam retinet. (4) *Author Operis Imperfecti in Matth. Hom.* 34. ut videtur *ex* 4. *Eſdr.* 5. 42. vel forte legendum *Propheta Eſaias ex* Iſai. 28. & 61. 3. (5) *Cyprian. ad Demetrian. circa initium.* Vide ſi placet 4. *Eſdr. cap.* 5. (6) Vide *noſtr. Diſſert. in idem argumentum*, (7) Vide *Geneb. in Chron. lib.* 1. *ad A.* 3730. Et 4. *Eſdr. cap.* 14. 46. (8) *Hieron. Epiſ. ad Demnion. & Rogat.* (9) *Laudaverat Vigilantius teſtimonium ex* 4. *Eſd.* 7. 36. 44. (10) Ratiſſimum eſt in antiquis Miſſ. in Editionibus non ante Norimbergienſem 1521. legitur. (11) *Pic. Apolog. pag.* 117. 118. (12) 4. *Eſdr.* 4. 41. 42.

que initium neque exitus. Ita omnes simul Animæ in felicitatem æternam recipientur; priores æque, & posteremæ omnes simul ingredientur, altera alteram ne gradu quidem præcedente [1]. Bella sane cunte 6. commentatio, de creatis felicet ab ipso mundi exordio duobus immanibus monstris, quorum alteri nomen Henoch, alteri Leviathan. Cum autem ambo simul intra septimæ partis Terræ spatium continerí non possent, Deus utroque segregato, Henoch in tractu terræ 1000. montibus frequenti collocavit; Leviathan vero in mari constituit, ubi diligenti custodia asservatur, esca convivio Electorum randem instituendo electa. Hæc de Rabbinorum traditione derivata constat. Sententiam hujus Authoris de proxime imminenti die Judicii, sicut & de tranimigratione deeem Tribuum in Regionem Arsceret [2]; ac tandem de restauratione Sacrarum Scripturarum authore Esdra, alibi adduximus.

His omnibus accessionem errorum facit Genealogia Esdræ in exordio Operis deducta, quæ ab Aarone 19. generationibus digeritur, qua in re nec satis convenit cum tertio [3]; nec cum primo [4] Esdræ. Hæc inter utrumque Opus discrepantia suspicionem nonnullis Veterum induxit, utriusque Authorem nomine quidem eumdem, re tamen alium fuisse. Vetus Ms. Abbatiæ S. Germani hujus quarti Libri Authorem in exordio ejusdem Libri, quod in Impressis capite tertio legitur [*]; hæc habet: *Anno tricesimo primo Civitatis eram in Babylone, ego Salathiel qui & Esras &c.* Verum Esdram venditat in fronte capitis primi, ubi genealogiam suam per Eleazarum filium Aaronis deducit.

Putido sane mendacio asserit, Deum populi sui nuper ex Ægypto egressi rebus consulturus, duas provincias Tyri, & Sidonis distipasse [5]; & paulo infra vers. 22. 23. *In deserta, ait, eum effatis in flumine Amorrhæe dixisse, & blasphemantes nomen meum, non ignem vobis pro blasphemiis dedi; sed missens illorum in aquam dulce feci fontem.* Semel & iterum meminit prodigii, cujus ne verbum quidem apud Moysem: nisi forte duo plane diversa ab illo confundendi malueremus; nempe correctum saporem aquarum in Mara paulo post egressum ex Ægypto [6], & alterum prodigium ad Torrentem Arnon in finibus Amorrhæorum [7]. In cap. 2. 39. duodecim Prophetas minores commemorat, quorum nonnulli, uti Aggæus, Zacharias, & Malachias, nonnisi post exitum captivitatis munus suum exercuerunt; serius proinde quam ut ab Esdra ad fidem adstruendam vaticinia in eodem Libro expensa [8], laudari potuerint. Ordinem etiam in iis Prophetis reeenlendis Græcorum Bibliotham servat; diversum sane ab eo, quem in Hebraicis tenemus.

Historiam itineris sui nescio cujus ad montem Horeb [9] instituit, quod sane ineundum nec ratio ulla suadebat; nec successus aliquis, ut postetitati illius memoria confignaretur, impellebat. Memoriam posterni Judicii jam imminenris pluries oggerit; utt eum ex duodecim portionibus, quibus totum sæculorum tractum distinguit, decem & semis ætate sua, & ante captivitatem elapsas jam infinuat [10], ex quo, si exacte computus ducatur, quameumque tandem tempore supputandi rationem ineamus, debuit sæculorum exitus jam inde a pluribus sæculis adesse. Si forte vaticinari instituat, vel præterita jam vel ab aliis Prophetis prænunciata vatis supercilio pronunciar. Ita alius verbis, & sub allegoria aquilæ e mari volitanris Danielis vaticinium ingerit [11]. Quam visionem suam his verbis, quæ per somnum impudenriam Deo attribuere non veretur, concludit: *Aquilam quam vidisti ascendentem de mari, hoc est Regnum, quod visum est in visione Danieli frater tuo.* Res erat plane non difficilis rerum præteritarum oracula fundere, & res antea gestas sub vatieiniorum specie indoctis obtrudere. Aliud etiam viti commentum reputandum est ea, quæ de Area Domini a Caldæis capta ibidem leguntur [12]; cum a communi Judæorum fato exemptam illam & inspelunca occultatam Jeremiæ Prophetæ eautione ex 2. Macc. 2. 4. conster.

Quod vero hujus Authoris singulare ingenium est, errorem ipse suum prodit æque & cum vera, & cum eriam a veritate aliena commemorat. Adeo in Testimonio de adventu Jesu Christi, ejusque obitu, & resurrectione fetendo sine ambagibus loquitur, ut fi forte a Judæis sive Paganis Opus illud alicujus authoritatis haberetur, actum esset de illis. Tam etiam frequenter sententiæ Evangeliis pares recutrunt, ut alterutrum ftatuamus oportet, sive nimirum Libri Authorem ex Evangelio, vel ex illo Evangelium excerpsisse. Ita ergo ait: *Revelabitur Filius meus Jesus cum his, qui cum eo sunt, & jucundabuntur, qui reliqui sunt in annis quadringentis. Et erit post annos hos, & mortetur filius meus Christus, & omnes qui spiramentum habent homines. Et convertetur sæculum in antiquum silentium diebus septem, sicut in prioribus judiciis, ita ut nemo derelinquatur. Et erit post dies septem, & excitabitur quæ nondum vigilat sæculum, & morietur corruptum: & terra reddet qua in ea dormiunt, & pulvis qui in eo silentio habitant, & promptuaria reddent quæ vir commendata sunt animæ. Et revelabitur Altissimus super sedem judicii & perrarisshmi miseriæ, & longanimitas congregabitur. Judicium autem solum remanebit, veritas stabit, & fides convalescet* [13] ..... *Dies enim judicii erit finis temporis hujus, & initium temporis futura immortalitatis.* Et cap. 2. 34. *Expectate Pastorem vestrum, requiem æternitatis dabit vobis: quoniam in proxime est ille, qui in fine sæculi adveniet.* Et de Martyribus ibid. 46. *Et dixi Angelo: Quis est qui sic coronas impenit, & palmas imanus tradit, & respondens dixit: Ipse est filius Dei, quem in sæcule confessi sunt.* De gentium vocatione non semel ita loquitur, ut Prophetæ omnis caligo abesse videatur [14]. Paria de resurrectione mortuorum [15], & de peecato originis [16] legas: *Oh quid fecisti Adam? Si enim tu peccasti, non est factus solius tuus casus, sed & noster, qui ex te adveniimus.* Sæpe vcribis Evangelii apertissime præluſum, ut in illo cap. 2. 23. *Dabo tibi primam sessionem in resurrectione mea*; & infra cap. 2. 26. *Servus, quem tibi dedi, mene ex eis mortuis.* Et præcipuoribus diei ultionis hæc legas cap. 5. 9. *Amici femetipsos expugnabunt*; & cap. 6. 24. *Devellabunt amici amicos ut inimici.* Geminas etiam vias inducit, angustiorem illam, latiotem alteram [17]; duodecim arbores fructibus onustas, & totidem fontes fluentes lacte & melle [18]; nempe duodecim Apostolos.

Est igitur eur hujus scripti Authorem Christianum aliquem facile ex Judæo reputemus; qui reducere ad fidem Israelitas Jesu Christo repugnantes aggressus Opus illud sub cmentito Esdræ nomine, quo venerationem illi conciliaret, procudit. Ut enim a Judæo scriptum autumemus, persuadent plura in eo Opere ex traditionibus Rabbinieis derivata; ut de Paradiso terrestri ante Mundum producto [19], de Angelo Domini eum Malachia confundendo [20], de Leviathana Domino sub ipium Mundi exordium producto [21], & alia fexcenta hujus faporis. Viri fides, & pro Judæorum conversione studium ubique ultro se prodit [22]. Quamquam probe fidei Christiano alienum videtur, simplicitatem & æquitatem Evangelii pari fraude doloque corrumpere, ut iis artibus Judæi ad faniorem mentem revoeentur. Pie ille fraudes falubrem deeepto errorem ferentes, esto

(1) *Ibid. c. 5. ver. 42.* (2) Vide *noſtram Diſſ. de Rigine, quo decem Tribus ſe receperunt.* (3) *p. 3. Eſdr. 8. 1. 2.* (4) *1. Eſdr. 7. 1. 2.* (*) *4. Eſdr. 3. 1. & 4. 1. A. M. 3446.* (5) *4 Eſdr 3. 11. In Oriente Provinciarum duarum populos Tyri & Sydonis diſſipavit. 1 (6) Exod. 15. 24. 25.* (7) *Num. 21. 16.* (8) *Ibid. c. 1. 39.* (9) *4. Eſdr. 1 8. 53.* (10) *4. Eſdr. 14. 11. 12.* (11) *4. Eſdr. 11. & 12.* (12) *4. Eſdr. 10. 22. Area Teſtamenti noſtri direpta eſt.* (13) *4. Eſdr. 7. 28. 29. 30. & ſeq.* Vide etiam ſi lubet *cap. 8. 18. 20. 61. & 9. 2. & 3. & 3. 36. & 14. 10. 11.* (14) *4. Eſdr. 1. 14. & 2. 9. 10.* (15) *Ibid. ver. 31.* (16) *4. Eſdr. 7. 48.* (17) *Ibid. 7. 18.* (18) *Ibid. 2. 18.* (19) *4. Eſdr. 3 6.* (20) *4. Eſdr. 1. 40.* (21) *4. Eſd. 6 49. 50.* (22) Vide potiſſimum *cap. 8. 15. &c.*

eſto interdum ſermittſntur ; numquam tamen niſi per ſummam audaciam , & contra præcipitas Chriſtiano regulas id committeretur , ut conflictis ad arbitrium verbis Sanctus Spiritus loeurus inducatur , & commentiria quædam oracula venditentur .

Credimus etiam non inviti , vixiſſe Scriptorem ſurentibus adhuc primis in Chriſtianos perſecutionibus , cum de Martyribus [1] mortiſque in veræ Fidei aſſertores perſecutionibus ſermonem habeat . Objectum ſibi per viſum hominem narrat cap. 13. 1. &c. e mari emergentem , qui Mundi univerſi œconomia turbata , e quatuor Cœli ventis adverſarios in ſe provocabat . Sculpſit ille ſibi impervium & inacceſſibilem montem , quo tutus ab adverſariorum conatibus evaſit ; unde veto mons ille exciſus prodierit , fruſtra indagatum eſt . Subeuntes adverſarios ſuos vir ille oris halitu exſuffiavit . Tum hominum turbam pacis amantem ad ſe invitavit ..... *Ipſe eſt quem conſervat Altiſſimus , qui per ſeipſum liberavit creaturam ſuam ..... Ecce dies veniunt quando incipiet Altiſſimus liberare eos , qui ſuper terram ſunt ; & alii adiſtet cogitabunt debellare , Civitas Civitatem , locus locum , & gens adverſus gentem , & Regnum adverſus Regnum . Ipſe autem Filius meus arguet , quæ adinvenerunt gentes* . Sermonem habet de bello quodam & clade futura Judææ , multo quam quæ ſub Chaldæis contigit fœdiori [2] ; ea occaſione ait : *De ligno ſtillabit ſanguis , & lapis dabit vocem ſuam , & populi commovebuntur , & regnabit quem non ſperabunt* . Quid hic Author infinuet , ſine gloſſa intelligimus . Extat locus iſte tamquam e Prophetæ aliquo relatus in Epiſtola Sancti Barnabæ nomine ſcripta , quamquam ſententia paulo a Vulgata diſcrepet : *Et quando hæc conſummabuntur ? & cicit Dominus : Cum lignum inclinatum fuerit , & reſurrexerit , & cum de ligno ſanguis ſtillaverit* . Non inviti ſuſpicamur fieri potuiſſe , ut Epiſtolæ Author , ſicut & Scriptor Libri ſub Eſdræ nomine vulgati , ex uno eodemque fonte , ſcilicet vel ex opere quodam apocrypho , vel e traditioue aliqua oraculum derivarint . Si quis contendat , Scriptorem Epiſtolæ ad locum 4. Eſdræ ſpectaſſe , novum ille habebit argumentum adverſus Epiſtolæ ſuccieritatem , tamquam ſub emendito Apoſtoli nomine prodiit ; vel ſaltem multo retrahenda illi erit ætas Authoris Libri 4. Eſdræ , & cum initio vel ſaltem dimidio ſecundi ſæculi componet Scriptorem Author iſte Libri recentius , quam ſub exitum ſecundi ſæculi , nequaquam conſtituendus , utpote cujus Opus legerint S. Irenæus , Tertul. & S. Clemens Alexand. & S. Cyprianus tertii ſæculi Scriptores.

DISSERTATIO

AN ESDRAS SCRIPSERIT, ſive reſtauraverit Libros Sacros.

SI quæri Eſdræ aſſerta haberetur in Eccleſia authoritas , nihil eſſet quare honor reſtaurationi Sacrorum Bibliorum Eſdræ invideretur ; a pertior eſt enim ejus Libri ſententia , quam ut per ambages alio deflectatur . Accedit etiam conſenſus complurium Patrum & Scriptorum Eccleſiaſticorum , quibus una ſedit ſententia , Libros omnes veteris Teſtamenti ante captivitatem ſcriptos , cum incendio vire ignoto alio caſu periiſſent , Eſdra Divino Spiritu afflato authore iterum Scriptis mandatos fuiſſe . Cum vero priotis hujus ſenteotiæ Authoris fides ſubleſta ſit in Eccleſia , nihil eſt cur eorum qui illum ſecuti ſunt , ſuffragium alicujus momenti habeatur ; quin eriam peroicioiæ ex illa conſecutiones facile deducendæ in cauſa fuerunt , cur nos exemplum & authoritatem præſtantiſſimorum Theologorum ſecuti , omnibus viribus refutandum commentum ſuſcipiamus [3] .

Tres ejus rei ſenteotiæ in vulgus feruntur . Prima tenet Eſdram Sacros Libros , qui captivitatis tempore prorſus intercideraot , iterum ſcripſis mandaſſe , & poſteritati deinde tradiſſe . Altera , virum illum a communi ceterorum fato Sacrum Exemplar ſervaſſe , quod deinde a ſe poſt captivitatem tranſcripturn Hebiæorum manibus commiſerit . Tertia tandem , recenſuiſſe illum , & reſtituiſſe vetera Originalia , quorum pro viribus ita verba ſervavit , ut illis tamen non ſerviret ; in unum etiam corpus omoia redegiſſe , cum alioquin antea nullo inter ſe vincta ſœdere jungerentur . Tres iſtæ opiniones in eo potiſſimum conveniunt , Scripturam omnes Divinas ſive unius , ſive plurium Opus habeantur , uni tamen eſſe Sancti Spiritus operationi deputandas : ut proinde nihil in Libris Canonicis habeatur , cui Divina & infallibilis authoritas deſit .

Author quarti Eſdræ fons eſt , & unicum momentum opinionis de abolitione Sacrorum Librorum , eorumque Eſdra authore reparatione . Narrat Author cap. 14. 19. 20. 21. ſe cum forte Dominо adſiſteret , vocem invitantis audiſſe , qua inſtruere fratres ſuos jubebatur . Repoſuit ille „ Ecce ego „ abibo ſicut præcepiſti mihi , & corripiam præſentem populum . Qui autem interim nati fuerint , „ quis commonebit ? Poſtium eſt ergo ſæculum in „ tenebris , & qui inhabitanr in eo ſine lumine ; „ quoniam lex tua incenſa eſt ; propter quod nemo „ ſcit , quæ a te facta ſunt , vel quæ incipient ope„ ra . Si enim inveni in te gratiam , immitte in „ me Spiritum Sanctum , & ſcribam omne quod fa„ ctum eſt in ſæculo ab initio , quæ erant in Lege „ tua ſcripta , ut poſſint homines invenire ſemitam , „ & qui voluerint vivere in noviſſimis , vivant . Et „ reſpondit ad me , & dixit : Vadens congrega po„ pulum , & dices ad eos , ut non quærant te die„ bus quadraginta . Tu autem præpara tibi buxos „ multos , & accipe tecum Saream , Dabriam , Sa„ lemiam , Echanum , & Aſiel , quinque hos qui „ parati ſunt ad ſcribendum velociter , & venias „ huc , & ego accendam in corde lucernam intel„ lectus , quæ non extinguetur quoadnſque finian„ tur , quæ incipies ſcribere . Et tunc perfectis „ quibdam palam facies , quædam ſapientibus abi„ conle trades ; in craſtinum enim hæc hora inci„ pies ſcribere .

In frequenti ergo populi concione Eſdras populo omnia expoſuit , injunxitque ne toto 40. dierum ſpatio quiſpiam ad ſe accedere auderet . Aſſumptis deinde viris ad eam rem deſtinatis , mane alterius diei vocem audivit iovitantis , ut aperto ore oblatam portiooem hauriret . Ille ore ſtatim inhianti aqueum liquorem , colore tamen ignem referentem , poravit : quo hauſto , nimio veluti intelligentiæ æſtu viri cor exundabat , ſapientia pectus redundabat , ſpiritum numquam memoria deſtituit , apertumque ad loquendum os numquam quievit . Eodem intelligentiæ Spiritu quinque ille viri ab Altiſſimo donati , qui dictantis verba ita excipiebant , ut ne obſcuris quidem ſcripto referendis deeſſent . Cibum ad noctem differebant , N cum

(1) 4. *Eſd.* 2. 34. *&c.* & 6. 25. *alibi* . (2) 4. *Eſdr.* 5. 2. & *ſeqq.* (3) Vide *Bellarm. de verbo Dei lib.* 2. *cap.* 1. *Natal. Alex. tom.* 2. *in Vet. Teſtam. Marian. Victor. in Epiſt. S. Hieronym. ad Paulin. Falcon. Proleg. &c.*

eum interim Esdras diu noctuque loquendo numquam lassaretur. Ita spatio 40. dierum non minus „ quam 204. Libri scripto exarati sunt. Et eum com- „ plevissent quadraginta dies, locutus est Altissimus „ dicens: Priora quæ scripsisti, in palam pone, & „ legant digni & indigni. Novissimos autem septua- „ ginta conservabis, ut tradas eos sapientibus de po- „ pulo, in his est enim vena intellectus, & sapien- „ tiæ fons, & scientiæ flumen.

An 100. priores Libri Veteris Testamenti scripta, 70. vero reliqui Novi Testamenti defingent, incertum. Illud constat, Patres & Authores Ecclesiastici eos opinionem inde suam de adornatis iterum ab Esdra Sacris Libris hausisse. Sententiam illorum qui Esdræ, & Senioribus ejus ætatis adornatam Psalmorum collectionem tribuunt, cum quilque si quæ memoria temereet in medium conferret, apud Origenem legas [1]. S. Clemens Alexandrinus intercidisse prorius Sacros Libros in captivitate Babylonica autumat, quos deinde Esdras Spiritu Dei afflatus restituerit [2]. S. Basilius Magnus [3] ostendi adhuc in Judæa planitiem narrat, in quam Esdras recudendis Sacris Scripturis ad omnium gentium utilitatem fecesse. Leontius [3]. S. Isidorus, [4] & recentiorum Authorum plurimi huic visioni fidem adhibuerunt, cujus unicum momentum est opinio de abjumpto incendio Sacrii Libris injuria Chaldæorum, vel saltem ineuria Hebræorum sive in excidio Jerusalem, sive in captivitate Babyloniea amissis, cujus opinionis fidem subleftam infra arguemus. Optatus Milevitanus autumat, Antiochum Epiphanem Sacros Libros igne aboleviste, quos tamen Esdras memoria suggerente omnes reparaverit: *Ut per unum hominem Esdram tota Lex, sicut antea fuerat, ad apicem dictaretur* [5]. Sed erasso plane errore Esdras cum Antiochi Epiphanis ætate comportior; facile autem vitio impoiuisse potuit Textus s. Hieron. [6. 3.], ubi *Esdras* pro *Eleazaro* legitur. Velsi mavis, Esdram sub Macchabæis florentem cum altero Esdra in captivitate Babylonica agente confundit.

S. Basilius cetersque Patres affatum Esdram S. Spiritu, ut reparandis sacris Libris par esset, post iolutam captivitatem, & reditum in Palæstinam statuunt. Sed ex ipso Authoris Textu planum est, vel saltem credulis Lectoribus infinuatur, Opus ab eo susceptum in agro Babylonico, 30. annis ante captivitatem [6]; simulque ex lectione veri Esdræ intelligimus, cum in Judæam venisset, Dei legem in manibus suis habuisse. Ita enim ad illum Artaxerses [7]: *Missus es ut visites Judæam, & Jerusalem in Lege Dei sui, quæ est in manu tua.*

Reliqui vero Patres hine Textus evidentia, & authoritate quarti Esdræ, quem Librum suipiciune & observant, permoti, veriti pariter, ne ex priori illa opinione suspicionis aliquid pernicioſæ creetur; perfuasique demum Sacros Libros numquam penitus intercidisse, mediam sententiam elegerunt, rati Esdram quidem Sacros Libros reparasse simul, & evulgasse, non quidem iterum procudendo, sed recentendo, atque a mendis, quæ sive Amanuensium incuria, sive longa sæculorum oblivione irrepserant, uno verbo, e naufragio illos servasse, collectisque pretiosis reliquiis nova Exemplaria transcripsisse, veterа pluribus in locis pristino nitori, adjectis etiam, si forte opus erat, explicationibus restituisse. S. Irenæus lib. 3. cap. 25. post institutum de Septuaginta Interpretibus, quos S. Spiritu afflatos eredit, sermonem, ut huic historiæ fidem conciliet, ait, Sacris Scripturis in captivitate fœde corruptis, post elapsos servitutis annos Esdram Divino Spiritu afflatum virum, a Deo sub Artaxerse excitatum, *præteritorum Prophetarum omnes rememorasse sermones, & restituisse populo eam Legem, qua data esset per Mosen.* Hunc Irenæi locum integrum retulit Eutebius [8].

Sed inajor videtur Textus Græci originalis quam Latini S. Irenæi energia; exprimit enim Esdram iterum veteres Prophetas recensuisse, & Libros Moysis restituisse. Quare eorum unus haberi potest, qui primam opinionem de refectis ex integro Sacris Libris ab Esdra tuentur; & dum corruptionem Scripturarum appellat, non Textus aliquam depravationem insinuat, sed integrum illius excidium, quasi prorsus interierit. Idem Eusebius in Commentario in Psalmos [9], non semel ea se persuasione teneri insinuat, quasi Judæi sub Regibus impiis tam alta Sacrarum Scripturarum oblivione tenerentur, ut nulla apud illos Legis Mosaicæ Exemplaria, sicut etiam avite pietatis monumenta restarent. Et in Chronico ad A. 740. ait: *Fuit Esdras eruditissimus Legis Divinæ, & clarus omnium Judaorum magister, qui de captivitate regressi fuerant in Judæam; affirmantque divinas Scripturas memoriter* [& sine ope Librorum] *concidisse; & ut Samaritanis non misceremur, literas Judaicas commutasse.*

An in eamdem sententiam consensisse credendi sint Tertullianus, & Sanctus Hieronymus, ambigo; ille enim de Cultu fœminarum lib. 1. capite 3. ait: *Omne Instrumentum Judaica literatura per Esdram constat restauratum*; alter vero adversus Helvidium scribit: *Sive Moysen voluerit Authorem Pentateuchi, sive Esdram ejusdem instauratorem, non nocet.* Apertior est Sanctus Chrysostomus pro sententia de reparatis tantummodo Sacris Libris, & exantibus adhuc Exemplaribus in unum corpus, cum antea separati vagarentur, digestis [10]. *Ingruit bellum*, ait ille, *omnes subtulerunt, conscidarunt: exusta fuerunt tabula: alium rursum virum inspiravit admirabilem, ut eas edoceret, Esdram, inquam, & ex reliquis ab eo composi fecit.*

Parcior etiam de Esdra Theodoretus, scribens tantum vitium illum Dei gratia plenum Sacros Libros, corruptos incuria Judæorum, & malignitate Babyloniorum, recensuisse; factumque ita ut Dei Spiritu vir ille afflatus Sacrarum Scripturarum memoriam innovaret [11]. Sed alio in loco ipse in eorum sententiam consentit, qui intercidisse Sacras Scripturas fœviente captivitate contendunt. Ait enim Præfatione in Cantica Cantieorum: *Cum Libri Sacri penitus intercidissent, qua scelere Manassis incendio Exemplarium parum corrumpentis, qua captivitatis infortunio: post aliquot annos vivisset, restituere jam captivato populo, divinus Esdras Sancto Spiritu afflatus omnes instauravit; hanc nobis plane necessariam operam præstans, ut ejus done haberemus non Moysen tantummodo, sed & Josue, Judices, historiam Regum, Librum Job, Psalmosque, sexdecim Prophetas, Proverbia, Ecclesiasten, & Cantica Canticorum. Si ergo*, addit ille, *Esdras nulla Exemplarium ope, sed sola Sancti Spiritus gratia adjutus potuit omnium mortalium commodis Libros istos Scriptura mandare: qua vos audacia negatis, hunc Librum Canticum Canticorum spiritualem non esse? &c.* Hic tane remotis ambagibus loquitur: quare & ipse cum ceteris, Sancto Basilio, S. Clemente Alexandrino, in sententiam de instauratis ex integro sacris Libris concessisse putandus est: non enim potuit apertioribus verbis mentem suam exprimere, ut qui ablbi obscure protulerat, ex his debeant lucem accipere. Itaque unus ex omnibus Patribus Sanctus Chrysostomus in ea fuisse sententia videtur, quę disperſos antea Sacros Libros recensitos, & in unum corpus redactos, repurgatosque ab Esdra autumavit.

Hęc tamen ſententia, arctioribus licet finibus adſtricta, nobis adhuc minus arridet; vix enim perſuademur ſacros Libros V. T. omnes incendio corruptos fuiſſe, ac vieiſſim e relictis exuviis quibuidam Eidram totum deinde Sacrorum Bibliorum corpus inſtauraviſſe. Ex his enim neceſſaria quadam conſequutione de-

(1) *In fragmente in Hexaplis D. Bernar. Montfaucon.* (2) *Strom. lib. 1. & poſtea pag. 342.* (3) *Epiſt. ad Chilonem.* (3) *Lyont. lib. de ſectis. act. 2.* (4) *Iſidor. lib. 6. Origin. c. 1. Kabay. Manr. Liran. Genebr. Sixt. Senenſ. lib. 1. & Joan. de Ragnſio or at. habita in Concil. Conſtant.* (5) *Optat. lib. 7.* pag. 114. *Edit. V. C. D. Dupin.* (6) Vide 4 *Eſd.* 10. 44. *&c.* & 12. 40. *&c.* & 14. 1. (7) 1. *Eſd.* 7. 11. 14. (8) *Hiſt. Eccleſ. lib. 5. cap. 8.* (9) *Item Præfatio in Pſ. & Comment. in Pſal. 62.* (10) *Chryſ. hom. 8. in Epiſt. ad Hebr.* (11) *Præfat. in Pſ.*

deduceretur, Sacros, qui nunc extant, Libros rudera quædam esse, & reliquias veterum, qui interciderunt; vel si integros habemus, id nos Eldræ Reparatori, & ea quæ deerant supplenti accepto referre debuisse. Quis in animum induceret, ante ejus viri in Judæam adventum, Zorobabelem, Summumque Sacerdotem Josue Exemplaribus Legis, collectione Psalmorum, Annalibus gentis suæ, & Scriptis Prophetarum saltem præcipuis caruisse? Ut quid gentem universam tantæ incuriæ desidiæque accusemus? Non deerant profecto in captivitate homines studio Legis addicti, & in eo scientiæ genere peritissimi, qui nihil habebant antiquius, quam ut ejus Exemplaria conservarent. Vix credimus Ezechielem, Danielem, Mardochæum, Esther, Tobiam, aliosque illustres captivos id committere potuisse, ut Legem Sacrosque gentis Libros in manus gentium permitterent. Ubi unquam legimus, Chaldæos, bello in Sacras Scripturas indicto, Exemplaria igni & exitio tradidisse? Qua olim cura Jeremias, & Sacerdotes tenebantur, ut ignem sacrum, & Arcam cum altari thymiamatum, & Candelabro aureo in lacebris servarent, eam ne forte ad Sacras etiam Scripturas extendere neglexissent; Scripturas, inquam, & sui pretio & hominum æstimatione illis rebus omnibus præstantiores? Tandem quo potissimum spectat elogium, in Sacra Scriptura, & Regis Pagani testimonio in Eidram collatum (1), *Scribe* nempe *velocis & in sermonibus Domini eruditi*, si vel nullum Legis tunc temporis monumentum, vel toltem nonnisi rudera quædam, & reliquæ ex igne reliquiæ supererant?

Qui vero servatos tantummodo ab Esdra Sacros libros digestos sanctæque cultoditos, quo tempore populus malorum captivitatis cura occupatus alia omnia negligebat, qui, inquam, ea sententia tenentur, illi plurimum ab authoritate quarti Eldræ, abolitos omnes penitus Sacros libros testantis, recedunt. Pseudo-Athanasius sententiam ex alio, uti quidem infinuare videtur, acceptam præfert (2). Idem Author, quemadmodum etiam S. Hilarius Præfat. in Ps. honorem collectorum Psalmorum in unum corpus, quale hodienum exstat, Eldræ vindicat: nihil tamen addunt, quo ita conditos ab illo Psalmos desiginent, ac Author Libri quarti Eldræ testatur.

Sunt tamen huic opinioni, non secus ac præcedentibus, sua incommoda. Statuit enim Exemplaria Sacrorum Librorum omnia, excepto Eldræ, penitus interciditse: quod veritati repugnare infra demonstrabimus. Ad hæc, periusiam habent ejus assertores, Libros Sacros jam omnes scriptos fuisse ante captivitatem, atque ita digestos, quomodo nunc etiam leguntur; quod repugnat rebus antea a nobis constitutis in Prolegomenis ad Josue, Judices, Reges, Paralipomena, optimisque Criticæ regulis, quarum ope plurima in iis Libris deprehendimus, non nisi post captivitatem adjecta.

Aliter est igitur ea de re nobis philosophandum. Primo nullum suppetere certum, assertumque rationis monumentum, quo five recusos, five collectos, five instauratos Sacros Libros ab Eldra doceamur: omnia enim ex authoritate quarti Esdræ tenemus, Libri fidei subleste, sicut & testimonio Hebræorum, autumantium eruditum illum Scribam Canonem Librorum Sacrorum recensuisse; simulque eorum numerum definitive assensu totius Cœtus, quem ipsi *magnam Synagogam* appellant; qua quidem in re neque Authores nostri inter se, neque Judæi secum ipsi conveniunt (3). Neque Patres hanc opinionem sequuti, aliam possunt illi authoritatem afferere, quam quæ a primo Authore, unde ceteri hauserunt, derivatur. Quare nulla major habenda est illis, quam quæ Pseudo-Esdræ fides: his vero submotis, recentiorum Authorum testimonium ultro corruit.

2. Si quis post captivitatem Libros sacros in unum corpus collegerit, id potius Nehemiæ, quam ceteris omnibus tribuendum, quem Bibliothecam collegisse 2. Macch. 2. 13. 14. legimus (4). Paria de Juda Macchabæo, nuspiam vero de Eldra legas.

3. Nehemiæ studium æmulatus Judas Macchabæus Libros, & monumenta omnia gentis suæ ledulo conquisivit. 4. Ex ipsis Sacris Libris, quales hodie exstant, argumentum in adversam opinionem deducimus; docemur enim nuspiam Sacros Libros ita in captivitate intercidisse, ut ab Eldra instaurari deberint; quemadmodum etiam eorum testimonio, neque servatas ab ipso in Exemplarium clade reliquias, nec intercidentibus omnibus unum ejus Exemplar intactum perstitisse intelligimus. 5. Inter Sacræ Scripturæ Libros alii numquam e Judæorum manibus recesserunt toto eo spatio, quod a Moyse ad nostram usque ætatem effluxit; alii vero quamquam serius, ante captivitatem tamen & deinceps innotuerunt; nonnulli tandem post captivitatem scripti. Authorem habent incertum; facile tamen ab Eldra ope veterum monumentorum adornari potuerunt.

Horum, quæ huc usque deduximus, partem in Prolegomenis ad singulos Eldræ Libros adductis argumentis jam probavimus. Pentateuchus jam inde a Moyse numquam apud Judæos cessavit. Post Josue, Judices, & Reges semper præsto fuerunt Annales, sive rerum ejus gentis memorabilium Commentarii. Davide authore major Psalmorum pars constat, quæ deinde perpetua successione ad nos usque devenit. Salomonis ætate, cum Librorum copia plus nimio crevisset, malum illud sapientissimus Princeps deplorat (5). Ipse tamen plurimos dictavit, quos adhuc tenemus. Prophetarum scripta quis ignoravit unquam, cum vel ipsam editorum oraculorum ætatem & tempus nossent? Scripta vix exemplaria ardenti populi studio rapiebantur transcribebanturque. Omnis ætas tulit apud Judæos viros scientia & Religione amplissimos, quibus nec studium deerat nec pietas servandæ Historiæ, Legum, Hymnorum, & Canticorum, quorum erat in Templo usus; quemadmodum & Prophetiearum lucubrationum, maxime ad historiam gentium conferentium. Superest hæc omnia susius discutiamus.

Scitum est, Moysen tum Leges dictasse cum patriet historiam veterum Patriarcharum, rerumque a se & in Reipublicæ administratione gestarum. Ambigunt tamen nonnulli, an Libri nomen viti præferentes genuinum illius Opus habendi sint; Author enim apocryphus sub Eldræ nomine latens, perinde genuinas Moysis lucubrationes, earumque loco alteras ab Eldra subtitutas antumat. Alii servata quidem Moysis Opera, sed contracta, interpolata & refecta censent. Utramque opinionem nos eversuros confidimus, id semel oltendentes, Hebræos semper ad manus habuisse l'entateuchum, quod Moysi Opus tribuerunt, nec unquam fieri potuisse, ut idem Opus, quantum ad fidem historiæ spectat, five interciderit, five corrumperetur. His autem probandis duo constituimus omnium confessione certissima: Primo, Moysen Leges & Historiam scripsisse: Secundo, Jesu Christi ætate eadem fuisse Leges, &. Historiam, quæ hodie Moysis nomine inscripta superest. Reliquum est igitur, ut tota temporis intercapedine inter Jesum Christum, & Moysen numquam eos Libros five corruptos, five abolitos, sive iterum procusos fuisse demonstremus. Nihil tamen moror levia quædam, quæ sive longioris temporis, sive Amanuensium incuria, sive tandem privatorum quorumdam audacia in Textum irrepserunt. Id enim vitii Libris Mosaicis, quemadmodum & omni-

(1) *Esd. 7. 6. Ipse Scriba velox in Lege Moysi & vers. 11. Esdra Sacerdoti Scribæ eruditæ in sermonibus præceptis Domini, & vers. 12. Scribæ Legis Dei altissimi.* (2) *Narratur & hoc de Esdra, quod cum Libri per incuriam populi ac diuturnam captivitatem periissent, ipse illos cum virtesset honesti studiosus, & industrius Lector, apud se omnes consolerit, & tandem protulerit, omnibusque tradiderit, atque ita servaverit.* (3) *Vide Genebr. in Chronic. Serar. Valten. Simon. Hist. Critic. V.T.* (4) *Construens Bibliothecam, congregavit de regionibus Libros & Prophetarum, & David, & Epistolas Regum, & de donariis.* (5) *Eccles. 12. 12.*

bus aliis, quorum est remotissima antiquitas, commune est.

Omnis vero historia, Religio, & politia Hebræorum his potissimum Mosaicis Libris accepto referenda est. Vix ergo in animum inducere possumus, eos Libros vel penitus, sive corrumpendos Judæorum injuriam permisisse, quo maxime tempore politia, Religio, & historia gentis adhuc manebat. Quando vero haec omnia a Moyse utique ad Jesum Christum desierunt? Ratum igitur habeamus, numquam ea temporis intercapedine incommodi aliquid Mosaicos Libros sensisse. Prima hujus argumenti propositio rata est & inconcussa; alioqui enim nulla historiae & Genealogiarum apud Hebræos ratio, si nempe Mosaici Libri amoverentur, constaret. Universa illorum Republica, tum & Religio ad Legum Mosaicarum normam dirigebantur. Qui vero integra Judæorum natio, floruentissima illa, Legumque & privilegiorum suorum tenacissima, id committere potuisset, ut Leges illas mas, tanti porro ad politiam momenti intercidere paterent?

Fac autem Sacerdotes & Levitas, quorum dignitas & proventus omnes ex eo Libro pendebant, illum eamen negleximse; an proinde Judices, Magistratus, Principes, privatique omnes, qui & cassere ipsi & filios suos docere Legem debuerant, qui verba Legis in superlimine aedium domorum inculpere, qui brachio & fronti alligatam tenere, qui denique Regna, Urbes, Provincias, familiam, ac se ipsos tandem ad normam ejusdem legis dirigere jubebantur, intercidere illam permisisse? Debuerant profecto studio in te, re in Patriam, in Religionem renuntasse prius, quam eo desidiae pervenirent. Debuerant universus Israel terga simul Domino vertere, atque in extremum furorem, stultitiam & impietatem devenire.

Totam quidem Israelitici Regni seriem intervalla quaedam obtecura & tenebrosa intercepernnt, uti sub Regibus impiis, idololatris, Sacerdotibus corruptis, populis licentissimis & Domino perduellibus: numquam tamen diu licentia, nec longe lateque obtinuit. Deus enim numquam non sive Principes, sive Sacerdotes, sive Prophetas studiosos piosque submisit, qui assiductis Religionis rebus succurrerent, licentiam ipsi parcarent, tamquam muros firmissimos impietati, & corruptioni ieae oppunentes. Populus quamquam alioqui Legibus Divinis refractarius, in vitia praeceps & licentiam, Legibus tamen in nonnullis deferebat animo adeo obstimato, ut dimoveri nequaquam potuerit. Neque enim deferere Deum penitus voluerat, sed ejus obiequius pro arbitrio servire; & in ipsa licentia cultuque ejus superstitioso, quicumque tamen sive Moysi sive ejus gloriae detrahere quidquam vel talem minimam aliquam literulam e textu Legis abradere, ipsamve Legem in aliquo reprehendere ausus fuisset, extremum vitae periculum in suum caput ab universo populo excivisset. Id enim natura apud plerosque mortales comparatum est, ut superstitionem in impietate retineant, ludiumque profiteantur ejus Religionis, quam moribus detur pant; & ad insaniam usque Legibus vindicandis ferantur, quas moribus tamen deditutant. Hæc Hebræorum imago.

Nihil antiquius habet Vates, quam ut studium & meditationem Legis commendet. Jubet transcripsum ejus Exemplar Regem apud se retinere 13; singulis septennüis in Festo Tabernaculorum aite coram populo legi 14. 15; ejus Originale in religiosissimo loco Tabernaculi, in Sanctuario seilicet, asservari 16. Cavet ne minimum quid addatur detrahatur ve (4). Sacerdotes Legem callere jubebantur, quippe qui & ceremonias ministerii sui praestare debuerant, exhibere ordinis sui genealogias, Sacerdotii privilegia; icire quin etiam res ad judicandas controversias pertinentes, jus populo dicturis a Moyse additis. Privati vero Israelitae, ne foeminis quidem exceptis, Legem nosse debuerant, cum plura servare juberentur; nec ex illis aliqua ignorare sine capitis dispendio licebat. Patres familias ita instruere filios suos tenebantur, ut simul ipsi omnia nutlent, cum Moysis Lex veluti municipalis apud Judæos haberetur.

Vix Josue gubernandum populum suscepit, haec habuit a Domino commissa (7): *Non recedat volumen Legis hujus ab oretuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus*. Idem vero Chanaanitidem divisit, expeditionemque in Chananæos juxta Moysis praeceptum suscepit. Frequenter fumnit illius Viri ejusque facinorum, & Legum mentionem ingerit; nec silet divisionem ab eo factam regionis Transjordanicae, pulsis Regibus Amorrhæorum, devictae (6). Si Altaria erigit in monte Hebal, & Garizim (7), jussionibus Moysi paret; si Urbes Sacerdotibus, & Caleb destinat, Legislatori obtequitur (8); uno verbo nihil omissile eorum, quae a Moyse statuta fuerant, maxima Viri hujus in Sacra Scriptura laus est (9). Paulo ante mortem populum in haec verba hortatur (10): *Estote solliciti, ut custodiatis cuncta quae scripta sunt in volumine Legis Moysi*. In postremo tandem Operis capite (11) totam historiam revocat a Thare patre Abrahami usque ad Moysen & Aaronem, in qua fitiam perlequitur gesta omnia Moysis, quaque deinceps Deo authore ipse Josue in populi favorem praestiterat. Legitur ibidem historia innovati inter Deum & populum foederis, quod populus fide sua obligata numquam a Lege & praeceptis Mosaicis recedendi veluti obligaveriat. Erat igitur sub Josue Lex Moysis omnibus aeque Israelitis exploratissima, cujus praescripto dirigebantur. Ipsi tandem Chananæi Moysi testimonium perhibent; fatentur enim Deum Moysi servo suo Chananitidem promisisse (12).

Sub Judicibus frequens mentio occurrit de exitu ab Ægypto, de Legibus Domini, atque ultione de transgressoribus exacta. Deus adversariorum manibus Israelitas permisit, ait Scriptura (13), *ut in ipsis experiretur Israel utrum audiret mandata Domini, quae praeceperat Patribus eorum per manum Moysi*. Jephte fuse prosequitur res gellas a Moyse cum Ammonitis, Moabitis, & Idumæis, cum iciicet Israelitas in Chananitidem duceret; quo valido argumento jus Israelitarum adstruebat in ea regione possidenda, quam reapta possedisse illos vel hostes ipsi Mosaicorum Operum lectione nolle poterant (14). Quantum etiam valeient Leges ne dum in Sacris sed etiam in politia, illustri sane testimonio apud Ruth (15) intelligimus. Contraria omnia ex historia Summi Sacerdotis Heli (16) parent, cujus filii Divinas Leges fusdeque miscerant; quamquam ex animadversione Dei, tum & querelis populi in illos satis etiam demonstrerur, quid maxime Israelitae per id temporis oblervarent. Samuel (17) ad normam Legum Mosaicarum jura populo dabat, ea integritatis & prudentiae fama, ut impune exprobrare populo ingrati animi vitium non in praestita tantum a se beneficia posset, sed in ea pariter, quae Dominus contulerat, cujus beneficio ex Ægypto eductus in Chananitidis possessionem devenerat. Tandem sub Judicibus, & Regibus (18) numquam non revocatur in memoriam Israelitarum vel secessus ab Ægypto, vel prodigia a Moyse patrata, vel ejus Leges, ad quarum etiam normam reformanda politia suscepta est. Harum legum sive contemptum, sive omissionem Deus severa animadversione punivit. Etant igitur apud universum late populum assertae Leges, & exploratae.

Nihil antiquius habuit David, quam ut Divinas illas jussiones sanctissime servans, custodiendas pariter religiose filio suo Salomoni paulo ante mortem commendaret (19): *Ut custodias ceremonias ejus, & praecepta ejus, & judicia, & testimonia, sicut scriptum est in Lege Moysi*. Salomon in Proverbiis (20) frequenter Legis mentionem adjecto etiam elogio inducit; ejus lectionem, studium simul & exercitium commendans; tum vero in sua ad Deum post de-

(1) *Deut.* 17 18. (2) *Deut.* 31. 10 11. (3) *Deut.* 31. 26. (4) *Deut.* 4. 2. (5) *Josue* 1. 8 (6) *Josue* 1. 13.... 17 (7) *Josue* 8. 31.... 35 *Deut.* 28 5. (8) *Josue* 14 13. (9) *Josue* 11 12...15. (10) *Josue* 23. 6. (11) *Josue* 24. 2. & 26. *Scripsit omnia verba haec in volumine Legis Domini*. (12) *Josue* 9 24. (13) 1. *Judic* 3. 4. (14) *Judic.* 11. 12. *&c.* (15) *Ruth* 4 7 *Deut.* 25. 7. (16) 1 *Reg.* 2. 22. *&seq.* (17 1. *Reg.* 7. 3 (18) 1. *Reg.* 12. 6. *&c.* (19) 3. *Reg.* 2. 3. & 1. *Par.* 22. 13. (20) *Prov.* 1. 8. & 3. 1. 21. & 4. 2. & 6. 20. & 28. 4 7. *&c.*

dedicationem Templi plece amplissimis verbis exaggerat liberatam a Deo fidem omnem promissionum, quibus Moyses sese populo obstrinxerat [1]. Mentio etiam fub eo Rege occurrit Tabernaculi a Moyse in deserto erecti (2); nihilque in Area servari traditur quam tabulas Legis Molaicæ (3). Tandem Templum, vasa sacra, & sacri Ministerii ordo restimonium pro Lege ferunt apertissimum.

Cum Joas in Regem inauguratus est, *impofuerunt ei diadema & teftimonium, dederuntque in manu ejus tenendam Legem* (4). Amasias filius Joas necem constituit in sicarios patris sui, filiis vero ipsorum pepercit (5), *juxta quod ſcriptum eſt in Lege Moſis: Non morientur patres pro filiis, neque filii morientur pro patribus*. Tandem Ezechias amulus juste serpentem aeneum olim a Moyse in deserto erectum; quippe qui Israelitis offendiculo & cultus superstitiosi occasio fuerat (6).

Quæ de Exemplari libri Legis sub Josia reperto feruntur 4. Reg. 22. 8. & 2. Paral. 34. 14. omnibus exploratissima esse arbitror. Porro Rex ille Legum Mosaicarum renascitmus celebratur (7); & cum reformandam Religionem atque politiam susceperisset, inlam Legum Mosaicarum normam sibi proponit (8). Josaphat reformandæ provinciæ consilio assumpto, misit Optimates, Sacerdotes & Lexitas per omnes urbes Juda & Benjamin, *habentes librum Legis Domini*, ut consona Legi Mosaicæ docerent atque constituerent (9).

Cum Jeremias fratres suos in captivitatem mox adducendos conveniffet, librum illis Legis ſeeum deferendum aſſervandumque tradidit (10). Non defunt inter Eruditos [*, qui credaot, datum Cuthæis de Legis Mosaicæ exemplar ante captivitatem, constat enim hodie usque apud illos servari Legem veteribus Hebraicis characteribus, quorum erat ante captivitatem, usus, ſcriptam; illud enim a Judæis receptiſſe. vix ereclimus, cum inſeriſſimi ejus gentis advertarii habeantur. Verſabantur igitur libri Legis in manibus Principum & populi fub Regibus Juda usque ad captivitatem; ex quo sane intelligimus, numquam ad id temporis commiti potuiſſe, ut ejus exemplaria corrumperentur, abolirentur.

Quamquam major esset in Regno Israelis præ Juda licentia, non ita tamen reputandum eſt, quaſi Lex prorſus apud eas gentes interiiſſet. Florebant enim apud illos magno numero Prophetæ, ejus ſtudio & obſervantiæ penitus addicti. Elias, Eliseus, eorumque diſcipuli, frequentes illi oppido [11], nihil antiquius habebant, quam ut in Prophetarum coetu Libros sacros incorruptos ſervarent. Oſee, Abias, Jonas, Amos, aliique plures in eodem Regno verſabantur: & cum regum potiretur Achab coetuprifſimus ſi quis alius Princeps, quo tempore aka erat, ſi unquam alio, Legis oblivio, plures tamen Iſraelitarum myriades integram incorrumpteamque Religionem ſuam & in Dominum fidem ſervaverant [12]. Coetus frequentebantur religioſi apud Prophetas ſingulis recurrentibus Sabbatis & Neomeniis [13], in quibus lectioni & expoſitioni Legis Domini populus vacabat. Joram filius Jechoziæ, & Jias filius Joachaz nullo certe virtutis ſingularis merito diſtinguebantur 4. colebant tamen Dominum. Prophetas obſervabant, neque ſub iis Regibus Domini memoria penitus obſoleverat. Sub Jeroboamo II. publicus Legis cultus in quibuſdam obtinebat [14]. Sacrificia in editis locis offerebantur, & religioſæ peregrinationes inſtituebantur ad loca viſionibus Domini, ſive mora Patriarcharum religioſa [15]; primitiarum, & decimarum tribuum ratum ſanctumque habebatur; feſto & Sabbatis ſervabatur, Canticique Domini loca Sacra inſtrepebant. Anne igitur reputabimus probos illos Iſraelitas, viros prophetia ampliſſimos, Eliam, Eliſeum, Oſee, Amos, Abiam, Jonam, Tobiam, Mardochæum, Giezi, Cosjenes hujuſce Elitei, aliosque plurimos auxilio Librorum Sacrorum ita deſtitutos, ut ne Sacras quidem hiſtorias noſſent? Nihil morer Annales Regum Iſraelitarum, quos velut incorrupta certiſſimæ fidei monumenta in Regno deeem Tribuum ſervatos conſtat; nec ſemel in Regibus & Paralipomenis laudantur [16]. Tandem Sacerdos ſive Levita ab Aſſaradone ad docendos Cuthæos vel Samaritanos miſſus, Legis codicem, quem ad noſtram usque ætatem ſervant, populis illis tradidiſſe ſermus. Erant igitur apud Iſraelitas captivos, apud quos Sacerdos ille tenebatur, Legis Domini exemplaria.

Frequens in Pſalmis mentio de Legibus & de hiſtoria Judæorum, ex quo illuſtri fatis documento intelligimus, ipſa Davidis ceteroruinque, qui Divina illa Cantica ſcripſerunt, ætate Leges, & hiſtorias Hebræorum exploratiſſimas in Republica Judaica habitas. Idem nonnino in loco infinuare Libri Prophetarum [17]; numquam illi non caſtigare Iſraelitarum in Legem pervicaciam crimina, populoque ab iis Legibus exorbitantes ad viam revocare; hortantur, ut ad Deum tandem converſi priſtina conſilia ſuſcipiant & ingerunt exempla veterum Patrum. Prophetarum vero oracula nec obſcura erant nec ineognita; cum pro concione palam in Templis & in Cœtibus religioſis præ foribus Aulæ, & Urbis, ſive in plateis loquerentur. Porro vaticinia ſua ſcribebant Prophetæ adjectis temporum adſcriptionibus; cujuſmodi Operum genera omnium manibus atterebantur. Nonnulla etiam illorum oracula in Annalibus gentis relata ſervabantur; nec in Annalibus tantum, ſed privati quique Exemplaria apud te habere ſtudebant, quemadmodum olim apud Prophanos ſumma cura colligebantur oracula de tebus majoris momenti, puta de politia Urbium, de Provinciis, Regnis, & clariſſimis familiis vulgata. Poſt tantam impenſam Libris Prophetarum ſervandis curam, intercidere ne unquam Libri illi putaeuntur? Porro Judæi in-ipſa captivitate, ne talia negligerent, multo impenſiori cura efficere debuerant, non de Libris agerctur, in quibus ſunt oracula de imminentibus in gentem malis & captivitate relata fuerant, ita etiam de futura mox præſtituto tempore felicitate expreſſis Varietiniis admonebantur.

Faciunt etiam in noſtrum argumentum Proverbia Salomonis, & Genealogiæ in Paralipomenis inſertæ; ſed argumenta huc uſque ex hiſtoriis deducta latis intenum evincere arbitror.

Quod ſpectat ad hiſtorias Joſuæ, Judicum, Regum, manſiſſe illas incorrupta fide usque ad captivitatem, nullo negotio demonſtraretur. Nihil enim in omnibus hiſtoriis monumentis frequentius, quam invecta olim Tribuum diſpoſitio; numquam non Urbes certæ Tribui, cui olim addictæ fuerant, aſſignantur; quæ ſi forte in ſortem aliarum Tribuum tranſierint, id tane ſolerter in eiſdem Libris exprimitur. Ita Sicceleg urbs olim Simeonis, deinde munere Achis Regis Geth in ſortem Davidis adeoque & Regum Juda tranſivit [18]. Priſtina Iſraelitarum hiſtoria non raro perſcriptura ita Samuel totam ferme illius ſeriem proſequitur [19]: David Abimelechum filium Gedeonis in exemplum adducit [20]. Revocantur etiam in memoriam malediƈta a Joſue in eos pronunciata qui reædificandæ Jericho conſilium inviſſent; quæ omnia in caput Hiel de Bethel recidiſſe narrantur [21]. In Pſalmis tota prorſus hiſtoria Judæorum ſtrictim perſcurritur [22]. Paralipomena, quæ ex veteribus corvisque monumentis expreſſa ne dubitamus quidem, paucis verbis plura Veterum hiſtoriarum facta commemorant. Quare omni ſerena dubitatione aſſerendum eſt, universam Judæorum hiſtoriam perpetua connexam ſerie ſibi optime conſtare, eique ſerti-

(1) 3. Reg. 8. 52. 53. (2) 1. Par. 21. 29. & 2. Paral. 8. 3. (3) 3. Reg. 8. 9. & 2. Par. 5. 10. (4) 2. Par. 23. 11. (5) 4. Reg. 14. 6. & 2. Paralipom. 25. 4. (6) 4. Reg. 18. 4. Num. 21. (7) 4. Reg. 22. 23. (8) Vide 2. Par. 23. 2. & 24. 6. & 30. 16. & 31. 2. 3. & 35. 6. 12. (9) 2. Paralip. 17. 9. (10) 2. Macch. 2. 2. (*) Vide ad 4. Reg. 17. 27 & ſeq. (11) 4. Reg. 2. 3. (12) 3. Reg. 19. 18. (13) 4. Reg. 22. 23.

(14) Amos 2. 2. 12. & 4. 5. & 5. 22. 23. & 7. 3. 5. 10. (15) Amos 7. 9. 13. & 8. 14. & 5. Oſee 6. 8. 14. (16) 4. Reg. 17. 27. (17) Vide v. gr. Iſai. 63. 10. & c. Jerem. 15. 1. Mich. 6. 4. (18) 1. Reg. 27. 6. (19) 1. Reg. 13. 11. (20) 3. Reg. 11. 21. Judic. 9. 53. (21) 3. Reg. 17. 34. (22) Vide Pſ. 56. 21. & 98. 6. & 102. & 104. & 105. & 82. & 77. &

bendæ opèram impendisse viros coævos, & fide spectatos; manisse vero illam incorruptam, saltem in iis Commentariis atque publicis Annalibus, manisse, inquam, ad eam usque ætatem, qua Libri ad nos usque derivati adornandi a Sacris Authoribus suscepti sunt. Cum igitur Libri Regum, & Paralipomenon post captivitatem primo litteris mandari fuerint, quemadmodum ex Prolegomenis ad singula illa Opera demonstravimus; ineluctabili plane argumento constat, Annales incorruptos, & Originales ejus gentis usque post captivitatem inviolatos manisse. Hos autem Annales consulebat, eosdemque modo laudabat, modo describebat, modo consulendos Lectoribus indicabat Author, cum lucubrationes illas daret.

Post demonstratam integram assertamque Librorum Sacrorum apud Judæos, a Moyse usque ad captivitatem Babylonicam possessionem, facili deinde negotio eamdem traditionem a captivitate usque ad Jesum Christum deducemus. Supra jam animadvertimus, ne verbo quidem in Sacra Scriptura insinuari Reges impios, sive qui apud Judæos, sive qui apud hostes ejusdem gentis regnarunt, bellum, quemadmodum in gentem, ita etiam in Libros Sacros indixisse. Jeremias, uti supra innuimus, Judæis mox Babylonem in captivitatem traducendis volumen Legis commisit, cujus aliqua exemplaria sibi ceteroque, qui secum manebant, retinuisse facile censemus. Sacerdotes, & Levitæ numquam iis Libris earuisse credendi sunt; cum singulis de illis consulentibus paratos sese exhibere tenerentur [1]. Servasse etiam illos constat musicas illas cantilenas, quemadmodum & musicæ instrumenta in usum Templi olim destinata; Babylone enim versantes Judæi exquirebantur in Psalmo 132. 1. &c. *Hymnum cantate nobis de Canticis Sion? Quomodo cantabimus Canticum Domini in terra aliena?* Ubi fatetur Daniel omnia, quæ in caput impiorum pronunciantur in Lege Moysis mala, in caput reipsa Judæorum recidisse [2]. Baruch ad captivos Babyloniæ loquutus, Moysis Legem, tum & historiam universam populi Dei Judar, & in memoriam revocat [3]. Daniel oracula Jeremiæ legens, penitiores sensus ceruta barat [4]. Regi Cyro indicatum fuisse Isaiæ [5] vaticinium, quo idem Rex vel nomine designabatur. Josephus Antiquit. lib. 11. cap. 1. eft author. Cum judicialis poteftas apud Judæos in Babylonia verfantes maneret, [6], deftrutos illos Legibus Mofaicis, ad quarum normam omnis eorum poltia dirigebatur, quis credat? Vix perfuademut fieri potuiffe, ut Mardochæus, Efther, Tobias, Ezechiel iis libris, quemadmodum & gentis fuæ hiftoria carerent: cum maxime de Sufanna apud Danielem legamus, inftitutam fcilicet illam ad Legem Mofaicarum præcepta, latamque in ejus aeculatores juxta præfcriptum ejufdem Legis fententiam; quippe quod juxta Moyfis fanctiones falfi teftes pœna talionis damnati funt [7].

Unde vero molienti Libros Regum & Paralipomenon fupperebant, quæ in ordinem redigeret, vetera monumenta, fi nulla in captivitate fupererant? In Epiftola Artaxerxis teftimonium ferri de Eldra, quafi de viro adfidue Legem Dei fui verfante, fupra animadvertimus [8]. Cavet infuper idem Rex, ut dicto ejufdem Legis morigeros fe præbeant, atque Judæis fua conforment Hebræi; ac tandem ipfe de fe Eldras [9] teftatur, cum Babylone verfaretur, paraffe eos fuum, *ut inveftigaret Legem Domini, & faceret, & docret in Ifrael præceptum, & judicium.* Inde glorioíus vito titulus *Scriba velocis* feu Legem Dei fui callentis. Cum vero ille Jerofolymam repeteret, una fecum Exemplaria Legis attulit, & poft reditum Nehemiæ hæc legimus 2. Eld. 8. 1. &c. *Dixerunt Efdra Scribæ, ut afferret Librum Legis Moyfi, quam præceperat Dominus Ifraeli. Attulit ergo Eldras Legem coram multitudine &c.* Malachias omnium Prophetarum ordine temporum noviffimus, quippe qui poft captivitatem fcribebat, populum hortatur illis verbis cap. 4. 4. *Memeatote Legis Moyfi, fervi mei, quam mandavi ei in Horeb.*

Nehemias, ut in fuperioribus obfervavimus, Bibliothecam Jerofolymæ inftruxit, in qua nihil deíideratum omnium quæcumque ad Reges, Prophetas, & David pertinerent [10]. Circa A. M. 3872. Joíeph filius Oxiel ex Hebræo in Græcum tranftulit avi fui Jeíu filii Sirach Librum, *Eccleſiaſticum* inícriptum, in quo ftrictim veluti Legis, Prophetarum, & hiftoriæ Judaicæ fumma continetur. Iu eo Opere poft conftitutas optimas quamplures dirigendorum morum regulas hiftoricum elogium inftituitur complurium præftantiffimorum virorum veteris Teftamenti [11]. Characteres ibi, & decora exhibentur Henochi, Noemi, Abrahami, Moyfis, Aaronis, Phineis, Joíue, Caleb, Samuelis, Nathan, Davidis, Salomonis, Eliæ, Eliei, Ezechiæ, Iſaiæ, Joſiæ, Jeremiæ, Ezechielis, duodecim minorum Prophetarum, Zorobabelis, Jehu filii Joíedechi, Nehemiæ, Enochi, Sethi, Seni, Simonis filii Oniæ Summi Sacerdotis, ac tandem Jeíu filii Sirach Autoris ejufdem Libri; & avi illius, qui Opus vertendum fuícepit. Judas Machabæus Bibliothecam inftruxit [12] in qua Libros omnes colligendos curavit, qui poft bella eladem fupererant.

Sub ipfa tandem Antiochi Epiphanis perfecutione factum eft, quod alias numquam acciderat, ut bello in Sacras Scripturas indicto, exemplaria omnia igne abimenda, dilaceranda [13], five imaginibus Deorum adpictis violanda [14], fedulo inquirerentur. Cum autem Macchabæi in Maípha coetus indixiíent, ibi coram Domino Libros facros ab adverfariorum furore fubtractos aperuerunt [15]; darique ad Lacedæmonios litteris fignificarunt, nihil fe capere poíſe tot malis afflictos ſolatii, niſi in lectione Sacrorum Librorum [16]. Habebant igitur Macchabæi Divinarum Scripturarum collectionem.

Verſio Græca Septuaginta adornata A. M. 3729. five illa omnes æque ſacros Judæorum Libros continuerit, uti Veterum plerique autumarunt [17], ſive ea tantum ſ. Libros Moyſis, quæ aliis ſedit opinio [18]; [nihil ego in ea re affirmandum cenſuerim] illuſtri ſatis documento Libros Hebræorum jam inde ante Jeſu Chriſti ætatem Græcis innotuiſſe demonſtrat. Conſtat autem inter omnes ea jam ætate certum fuiſſe illorum Librorum numerum, & quem appellant *Canonem Scripturarum* exactum abſolutumque obtinuiſſe.

Hac perpetua traditionum, & authoritatum ſerie docemur, a Moyſe ad usque Jeſu Chriſti ætatem ſemper apud Judæos Librorum Sacrorum depoſitum manſiſſe; ut quicumque illorum authorem Eldram invehunt, repugnantia illi plane & falſa contendant. Numquam enim apud Hebræos Scripturæ deſiit, neque ut fœdius corrumperetur, ſive prorſus ſupprimeretur, fieri unquam potuerat. Si a Moyſe ſcripti Libri ad captivitatem usque manſerunt, quid alios procudiſſe cogebat? Si integrum Opus manebat: ut quid in compendium, quod Critieis nonnullis vitium fuerat, redigendum? Profecto quicumque Operis acuminis epitomen adornat, ille repetitiones omnes, quæ tamen apud Moyſen frequentes, evitat, femper enim ad ulteriora ſtylum urget, nihilque parergon in Opus adducit. Plane ſi Nehemiæ opus breviare Author voluiſſet, poterant equidem Moſaicæ omnes repetitiones impune omitti. Si quis vero Operi manum admovere, ſive correcturus, ſive ſenſus immutaturus, ſive tandem aliquid ſubductorus adjecturusque, auſus fuiſſet, ille certe populi uni-

(1) *Malach.* 2. 7. *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus.* (2) *Daniel.* 9. 11. 13. (3) *Baruch.* 1. 19. & 2. 1. &c. (4) *Daniel.* 9. 2. (5) *Iſai.* 14. 28. & 45. 1. (6) *Dan.* 13. 3. & 62. (7) *Deut.* 19. 18. 19. (8) 1. *Eſd.* 7. 14. 25. & (9) 36. 6. & 10. (10) 2. *Macch.* 2. 13. (11) Vide 2 *cap.* 44. *uſque ad cap.* 50. (12) 2. *Macch.* 2. 14. (13) 1. *Macch.* 1. 59. (14) 1. *Macch.* 3. 48. (15) *Ibid.* (16) 1. *Macch.* 12. 9. (17) *Juſtin. Cohort. ad Gent. Iren. lib.* 3. *Tertul. Apolog. cap.* 18. *Clem. Alex. Strom. lib.* 1. *Cyrill. Catech.* 4. &c. (18) *Joſeph. Proem Antiqu. & lib.* 12. *cap.* 2. *Cont. Appion. Hieron. Quæſt. Hebr. in Gen. Talmudici.*

versi excitatum furorem in suum caput provocasset. Debuisset ille, qui tantum opus moliretur, omnia apud se Exemplaria servare, vel saltem tantum obtinuisse authoritatis, quantum opus fuisset, ut exactiones suas appeobaret recipiendaque curaret omnibus per universum late orbem dispersis Judæis Exemplaria servantibus, uti per Ægyptum, Babyloniam, Persidem, Mediam, Syriam, Cappadociam, Insulas, Palæstinam, cum Eidæ ætate Judæorum gens omnia loca penetrasset.

DISSERTATIO

An Esdras veteribus characteribus Hebraicis Chaldæos substituerit?

Quæstio de origine & vetustate characterum, quibus Judæi nostræ ætatis utuntur, viros doctissimos in partes jam inde a pluribus annis, & nunc etiam distraxit. Nec magis inter Doctores Hebræos ea in re convenit, quam inter eruditissimos Christianos utriusque communionis Scriptores: adhuc enim inter Protestantes, sicut & inter Catholicos in medio res est, & arduum problema, diu multumque discussum, in medio relinquitur. Quæ cum ita sint, audaci prorsus consilio sententiam in ea re nostram, tamquam linem direpturi, ferendam suscipieremus, quasi scilicet post doctissimas tot amplissimorum virorum lucubrationes, qui argumentum plene excusserunt, addendum aliquid de nostro haberemus. Id ergo potissimum nobis impræsentiarum statuendum est, ut alterum criticæ punctum huic veluti succedens, in examen revocemus. Dilucidandum est igitur nobis, an Esdras eam characterum Hebraicorum, quam contigisse autumant, immutationem primus author invexerit. Fruftra erimus Scriptoribus illis, qui eamdem scribendi rationem semper apud Judæos obtinuisse contendunt: cum vicissim plurimum in ea momenti posituri sint adversæ opinionis assertores, qui nimirum recentes Judæorum characteres primum invectos credunt post abolitos veteres, Phœnicios, qui apud Judæos ante captivitatem obtinebant, & modo etiam apud Samaritanos Palæstinæ vulgari usui seruntur. In eo autem quæstionis statu id a nobis præstandum esse, ut in ipso examinandæ quæstionis limine utriusque sententiæ monumenta afferamus, facile lectores intelligent.

Si præjudiciis res ageretur potior sane habenda esset illorum causa, qui numquam apud Judæos immutatam scribendi rationem sustinent. Gentis enim superstitiosæ fere in excessum indoles vix aliis moribus allueiere, quam suis, possit: neque enim tot sæculorum, quot cum externis mixti fuere, spatio, neque persecutionum, neque bellorum, atque publicarum privatarumque calamitatum vi id unquam evictum fuit, ut veteribus consuetudinibus abolitis alienas reciperent. Manet apud illos receptum a Patribus suis Sacrorum Librorum depositum, ea plane forma, qua ab illis traditum est, & cum alias Librorum formas usus induxerit, cum typographiæ ars a tædio exferibendi Libros nos liberaverit, comparata etiam tam prompta multiplicandorum Exemplarium facilitate: cum insuper punctuationis beneficium, quo clarissimi etiam Judæorum Doctores usi sunt, & lectionis difficultatem minuerit, & sensuum vagam alioqui significationem magis determinaverit: nihil tamen secius in Synagogis Judæorum Librorum Sacrorum, & uno quidem latere tantum atque sine punctis vocalibus, manu descriptæ membranæ longo volumine circumvolutæ servantur; inpurum rati illud Exemplar, quod sive alienigenarum manibus descriptum, sive typis excusum Synagogæ usibus forte destinaretur. Gens igitur eo usque præjudiciis suis inhærens, potuillentne id committere, ut veteribus, quibus utebatur, characteribus neglectis, extraneos alios & patribus suis ineoguitos admitteret?

Fac autem id gentis superstitionem permisisse: an facile res exequutioni mandari potuerat, eo vel maxime tempore, quo contigisse vulgo arbitrantur, nempe post solutam captivitatem, cum scilicet per universam Orientis faciem Judæi disperti vagarentur? Judæos quidem in Chaldæa verlantes, regionis literas didiscisse nec factu impossibile nec arduum eensemus; sed & paria Judæos in Ægypto, Phœnicia, Syria, in Insulis aliisque remotissimis Regionibus, quo per Nabuchodonosorem translatæ sunt, agentes uno veluti consensu præstitisse quis credat? Neque enim ita reputandum est, quasi Judæi omnes, & Israelitæ decem Tribuum simul omnes e captivitate redierint, usuque in regionem conveuerint: longissimi enim temporis opus illud fuit, nec unquam factum est ut omnes regredeientur. Quot enim Hebræorum avira regione semel deserta, Provincias Asiæ nec facto unquam in Patriam regressu frequentarunt? Hos vero inductam ab Esdra characterum mutationem ne nosse quidem, nedum probasse, credimus. Quin potius facile conligisse arbitramur, ut Levitam eadem molientem si forte audissent, leeleris & inexpiabilis in Libros Sacros violationis reum accusarent.

Profecto si in medio prolixæ captivitatis fine externarum fæce, linguæ suæ puritatem Hebræi servare potuerunt, ut Ezechiel, Esther, Daniel, & Esdras ipse, Aggæus, Zacharias, Malachias sub ipsa captivitate vel paulo post scribentes, non alio quam Hebræo sermone, qualis ante captivitatem obtinebat, uterentur; eos deinde temere sive levissimis tantummodo de causis priscinos characteres penitus abjecisse vix in animum induxerimus. Utrum, rogo, magis ardnum, sermoninæ puritatem inviolatam, an scribendi rationem priftinam servare? Cui inimper bono characteres immutandi suscipereutur? Si quis vero Chaldaice loquendi scribendique prurtus Judæos, ut commercuis serviront, vellieabat, poterant simul utriusque linguæ usum conciliare; alterius quidem in sermone familiari, alterius in Religione. Ita plane nostra ætate constanti consuetudine servant, ut per varias diiperli gentes Judæi vernaculo sermone in commercio, Hebraico in Religione utantur.

His argumentis ex rei æquitate ductis accedit etiam testimonium vetustissimorum apud Judæos Authorum, qui veteres semper mantisse apud gentem suam characteres contentunt; eosdemque qui modo obtinent, prisca etiam ætate adhibitos contendunt. Quam enim Moyses sive Deus ipse probavit scribendi rationem, hanc, dicunt, non sine scelere inexpiabili Esdras, vir alioqui sanctissimus, tam levi maxime ratione, inductus immutasset. Laudant in eam rem *Judam Sanctum*, qui *Misnam* collegit, Opus ipso Origene, primo ex fidelibus adversæ sententiæ assertore, vetustius. Gemina tradunt ambo RR. Eliezer in Talmude laudatissimi; quos deinde pone sequitur turba Rabbinorum in Gemarra, & Buxtorfius, quem ducem plures virt doctissimi sibi in ea re statuerunt. Porro cum de facto aliquo agitur, ut Judæis de suis rebus celiantibus, major quam ceteris omnibus fides habeatur, ratio ipsa suadet. Hæc majoris momenti argumenta in hanc opinionem afferuntur.

Hic plane adversa sententia nec authoritatum, nec argumentorum minori pondere stat: Quibus tamdiu utebantur Judæi characteres, neque ipsis tan-

tum peculiares erant, nec gentis prærogativa singularis. Quam enim Moyses in Ægypto didicerat scribendi rationem, hanc Phœnices omnes & Palæstini ante Josue in regionem adventum familiarem habebant. Qui vero nostra ætate obtinent apud Judæos characteres, a veteribus Phœniciis literis seu veteribus Ægyptiis plane diserepant [quod enim ab ipsa origine eadem esset Ægyptiorum & Phœnicum scribendi ratio in Proleg. in Gen. demonstravimus]. Alii sunt ergo veterum, & recentiorum Hebræorum characteres. Cum vero Samaritanorum literæ veteribus Phœniciis affines sint, illud constituamus oportet, veterum Hebræorum characteres a Samaritanis nostræ ætatis non abluisse. Hanc autem literarum immutationem eum nullo alio tempore opportunius fieri potuisse intelligamus, quam quo soluta primum captivitate Judæi una cum Esdra patriam repetierunt; ideo jure meritoque suspicamur, cum ea potissimum ætate veterum characterum immutatorum epocham componendam.

Quando vero concederemus, Ægyptiorum literas Moysis ætate a Phœniciis plane diserepasse, non ideo tamen evinceretur, veterem scribendi apud Hebræos rationem a Phœnicia, vel Chananæa abluisse. Namque si Moyses in omni sapientia Ægyptiorum exemtissimus, & in Ægypto nutritus, aliis quam vernaculis Ægyptiorum literis in luebrationibus suis scribendis usus est, non alias sane potuit, quam Phœnicum adhibuisse, quas a Patribus suis in Ægypteum transmigrantibus acceptas tenebat. Quemadmodum enim viri illi vernaculum Chananæorum vel Phœnicium sermonem retinuerunt, ita & literas easdem nullo negotio potuissent. Re tamen utraque sententia convenit, si id constituamus, nimirum Ægyptios & Phœnicios characteres ab origine non diserepasse.

Samaritanas literas, quales hodie in Pentateucho Samaritanorum spectantur, ipsissimas esse veteres Phœnicum, a nemine, qui oculatus illas testis inspexerit, negaretur. Porro literas illas, quemadmodum & Legem ipsam Moysis non aliunde plane, quam ex Sacerdote Israelita Samaritani receperunt; Sacerdote, inquam, ab Asſaradone Rege Assyriæ illis instituendis misso, quo tempore res Judæorum, & Phœnicium florentissimæ habebantur, neque alia scribendi ratio, quam quæ ab ipsa origine obtinebat, eorum ergo constitutum habeamus, Samaritanos characteres ipsissimos esse Hebræorum ante captivitatem. Nullos alios norat Sacerdos vel Levita ad eos populos missus; neque aliter deferiptam Legem Moysis, quam literis in universa Palæstina unice obtinentibus, habere potuerat. Interim Samaritani in medio duarum florentissimarum gentium, Hebræorum scilicet, & Phœnicum, pauci ipsi rarique constituti, eorum linguam atque scribendi rationem adoptare nolentes voluerunteque coacti sunt. Neque semel acceptum morem dimisisse illos conjectura ulla satis firma sive argumento discimus. Manent ergo apud illos hodienum veteres characteres cum vetustis Hebraicis sive Phœniciis confundendi.

Si vero Hebræorum nostræ ætatis characteres alii habeantur a Chaldaicis, illud evinceretur, scribendi apud Chaldæos rationem, quamquam alioqui propius nostra tempora obtinuerit, maneantque non raræ eo sermone scriptæ Lucubrationes, ita penitus intereidisse, ut ne fama quidem superfit. Eo etiam deveniendum esset, ut Authores in media Chaldæa scribentes, quo tempore literæ Chaldæorum florebant, aliud iane a Chaldaico scribendi genus adoptasſent. Ardua sunt hæc & vix serenda; ut proinde in animum inducendum sit, characteres apud Judæos nostra ætate familiares ipsissimos fuisse, quibus Chaldæi utebantur, cum eosdem præseferant scripta primitus Chaldaiee Opera, non ea tantum quæ in Chaldæa, sed etiam in Judæa, & alibi quocumque exarata sunt.

Si quis argumentum illud retorquere malnerit, regerens Chaldæas quidem & Hebraicas literas plane in unum confundendas, cujus tamen rei in causa fuisse, quod Chaldaicum Hebraicis characteribus scripturæ genus obtinuillet, quem olim morem Abraham Chaldæus origine in posteros, & illi deinceps in successores perpetua constantique traditione derivarint; His ego respondeo: 1. Vix in animum induci posse, Isaacum, Jacob, ceteroſque Patriarchas diutius in Chananæa versantes, cujus vernaculum sermonem adoptarunt, quorum virorum posteri post Josue cum Phœniciis & Chananæis commercii consuetudinem habuere, extraneam & ignotam in ea regione scribendi rationem retvasse. Si enim avito patrum suorum sermone abjecto, vernaculo regionis assueverunt, ut quid etiam a Chaldæorum in scribendo more, ut ad Phœnicum transirent non desueverunt? 2. Quam Legem Samaritani a Judæis receperunt, hanc Phœniciis characteribus deseripsam, quemadmodum nostra etiam ætate servatur, acceperunt. Eadem ergo scribendi ratio apud Israelitas erat. 3. Judæi in hanc sententiam omnes conspirant, quorum eo minus suspiciolum habendum est testimonium, quo oceultandæ veritati non solum nulla utilitate dueuntur; verum etiam e re ipsorum fuisse videtur, si tenebras offundere possent historiæ, quam hodie probro aliquo dueunt. Neque enim id committere hodie ausi fuissent, quod olim sub Esdra accidisse multis probatur, ut nimirum veterem scribendæ Legis rationem immutarent; quod hodie facinus capite luendum ducetent.

Judæi, inquam, vetustissimi ultro fatentur, post solutam captivitatem e veteri scribendi ratione gentem suam recessisse. Eam sententiam R. Jole in Mina adversus Judam Sanctum, & utrumque Eliezer defendit, contendens Hebraieas recentiores literas Assyrias apud Judæos appellari, quippe quæ ab Assyria originem duxerint. Suffragantur Jole R. Mussura in Gemarra, & alter Judæorum Doctor, fiuc & R. Moſes Nachman, qui ante 500. annos florebat. Gemina pariter habent eruditissimorum Ecclesiæ Patrum trias, Origenes, Eusebius, & S. Hieronymus, quibus recentiorum Critieorum doctissimi accedunt. Refert Origenes in fragmento recens edito a P. Montfaucon (1), in exemplaribus Hebraicis fui temporis spectari nomen *Jehovah* veteribus Hebraicis characteribus, aliis sane a vulgaribus ejus ætatis, deseriptum; ferunt enim, Esdram veteri scribendi more abrogato, novum post captivitatem subtituisse. Eadem nee obscure scribit Eusebius in Chronie. ad A. 4740. addens, tamquam omnibus exploratissimum, Eidtam, quo omne intereideret Judæos inter & Samaritanos commercium, abrogata veteri scribendi ratione, novam Hebræis induxille. Paria nec semel nec obiter, & tamquam rem exploratissimam, inculeat S. Hieronymus: *Samaritani*, ait ille Præf. in Libros Reg. *etiam Pentateuchum Moysi eodem utuntur litteris scripturam, figuris tantum & apicibus discrepantes*. Addit insuper: *Certum est, Esdram Scribam alias literas reperisse, quibus nunc utimur, cum ad illud usque tempus eidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint*. Et in illud Ezech. 9. *Signa Thau in frontibus eorum* &c. tamquam certum constituit: *Antiquis Hebræorum literis, quibus usque hodie utuntur Samaritani, extrema thau littera Crucis habet similitudinem*. Origenes in eumdem locum ex testimonio Judæi ad fidem converſi affert, veterem Thau formam Crucis exhibuisse, quod plane eonsonat cum Veteribus elementaribus literis Samaritanis, typis expressis, in quibus Thau rudem quamdam Cruecm præsefert (2).

Ita sententiæ hujus veritas non authoritate tantum veterum PP. notæ eruditionis fuleitur, sed etiam Rabbinorum testimonio, veterumque adeo Librorum Hebraicorum fide, in quibus Origenis ævo nomen Jehovah veteribus gentis characteribus præferebatur. Neque enim Origenes aliorum testimonio, dum hæc afferret, nitebatur; sed ipse, vir alioqui eo scientiæ genere excultissimus, teuilis a se explorata memoriæ prodebat. Ita pariter S. Hieronymus non cun-

(1) *Palæograph. Græc. lib. 2. cap. 1. pag. 119. Origen.* (2) Vide *Palæograph. Græc. lib. 2. cap. 1.*

cunctabundus, sed certa assertione mentem suam prodidit. Res erat igitur eorum PP. ætate exploratissima, nec ipsis Judæis diffitentibus. Agedum modo sententiæ oppositæ momenta expendamus.

Fateamur quidem oportet, Judæos literæ Legis summa adeo religione semper inhæsisse, ut si quis hodie aliquid de characteribus Librorum Sacrorum immutandum susciperet, supremum ille diserimen in se provocaret. Si quis vero apud se reputet, 1. Hanc veterum Phœnicum characterum in Chaldæos transmutationem nihil in rebus, sed tantum in apicibus & literis aliquid innovare; cum characterum Chaldæorum vis, numerus, valor eum Hebraicis prorsus conveniant, ut alii in aliis transmutari integra sensuum omnium fide facile possint. Quare multo pronius erat hujus reformationis negotium, quam si de transformandis Hebraicis in Græcos characteres, quod ab Origene in Hexaplis factum est, ageretur, sive substituendorum Lexicorum characterum Hebraicis, quod aliquando in favorem Hebraicas literas ignorantium solemus, res esset. 2. Judæorum cum Samaritanis simultas vetus erat & omnium sæculorum experimento probata; neque enim unquam inter utrosque populos convenire potuit. Quare nonnisi inverosimiliter crederemus, Judæos, cum non possent a veterum characterum possessione Samaritanos deturbare, alienos adoptasse, ne quid unquam commune inter utramque gentem intercederet. Facile politicæ quædam, vel etiam, si mavis, Religionis ratio, quemadmodum Eusebius in loco supra relato infinuat, momenti aliquid ad eam transmutationem adjecit. Potuerunt enim gentes Optimates ea cautione commereium omne cum Samaritanis Judæis intercidere, metu ne tandem Samaritanorum consuetudine, sub communis Legis prætextu introducta, tandem Judæi corrumperentur. 3. Subita quidem characterum immutatio, veteribus, quibus ad id usque scripta lex fuerat, abolitis, novos incognitos & insuetos substituens privata quadam authoritate, numquam in populo maxime superstitiosissimo & veterum consuetudinum tenacissimo inducerctur; sed sensim veluti per gradus inducta mutatio, authoritate legitima & viri clarissimi opinione fulta, potuit quietis omnibus introduci; quemadmodum fere simili exemplo contingere facile posset, ut e manibus populi Novum Testamentum literis Gothicis scriptum, & obsoleto Gallico sermone ætatis Caroli V. traditum subduceretur, quo lucidiora nitidis characteribus, & puritate sermonis Editio substitueretur.

Inclinabat autem animis universus populus Judaicus in literas Chaldaicas, quibus longo usu, eum in captivitate Babylonica teneretur, in civili ac familiari commercio affueverat. Quid igitur obstare poterat, quin etiam in usus sacros & in Libros Scripturæ adoptaret; cum maxime Editas & viri quique in universo populo amplissimi novam Librorum Sacrorum collectionem, novumque Canonem adornarent? Hunc vero Canonem instituerunt illi, ut exactius darent correctiusque Sacrarum Scripturarum corpus, Chaldaicis inscriptum literis, notissimis illis, & præ veteri Phœnicum charactere maxime familiaribus, iis potissimum qui Tranleuphratæa tenerent.

Neque arduum videbatur, ut receepta illa Jerosolymis immutatio sensim ad Judæos per varias provincias dispersos transunderetur. Plerumque enim loca, quæ Judæis dispersis frequentabantur, Regum Chaldææ ac deinde Regum Persidis, quibus tandem Chaldæa accessit, imperio subjiciebantur. Quare Chaldaico vel Syriaco sive Aramæo (unus erat iis omnibus) termino, tamquam Prineipi & in Aula Chaldææ, & Persidis familiari, potissimum utebantur. Hujus erat in commereio per universum Imperium usus; nec alio scripta sunt edicta Regum Chaldæorum & Persidis in Daniele (1), & Esdra (2), sicut & Epistolæ ad eosdem Prineipes apud Esdram pariter (3) relatæ. In eo statu res maniserunt usque ad Alexandrum Magnum ceteresque post ipsum Reges Græcos, obtinente ubique in Mesopotamia, Palæstina, Phœnicia, Syria & ceteris Asiæ regionibus plerisque Chaldæi vel Syriaci sermonis consuetudine. Quibus ita se habentibus, facile Judæi per universas late regiones dispersi inductam publica authoritate a viris in gente sua Prineipibus reformationem, non statim quidem totam, sed sensim, & per gradus, quemadmodum in hisce rerum immutationibus accidit, adoptare potuerunt. Nec sanæ Judæus aliquis sive Israelita non opportunam sibi hanc reformationem reputasset, quippe quibus magis familiaribus descriptæ literis Sacræ Scripturæ tum primo suppeterent. Cum vero tunc primo certus Librorum Sacrorum numerus constituì, atque nova Sacrorum Exemplarium receenso suscepta esset, omnes sane oblatam sibi occasionem arripuere, ut ad notmam restituti publica authoritate a Viris doctissimis Exemplaris sua etiam reformarent recuderentque. Simili exemplo nostra etiam ætate accidit ut Christiani avidius conquirant Versionem Librorum Sacrorum in vernaculam linguam. Minor eit autem innovatio, Sacros Libros ignoto quodam charactere antea descriptos notioribus literis tradere, quam si ex veteri Originali linguæ populo ignotæ, quæ pluribus antæ sæculis obtinuit, nova quædam in vernaculam linguam Versio tradatur.

Quamquam autem Prophetæ Ezechiel, Daniel, & post ipsos Esdras, Nehemias, Aggæus, Zacharias, & Malachias purum putumque Hebraicum sermonem in Lueubrationibus suis adhibuerunt, ubique tamen apud omnes æque Judæos captivos obtinuisse, ut Hebraicæ linguæ puritatem retinerent, nullo argumento probatur. Quemadmodum & si forte aceiderit, ut in Occidente ad nostram usque ætatem Libri Latinis literis frequentius mandarentur, ejusdemque sermonis usum Ecclesia Latina nunc etiam in Solemni Officio retinuerit, non inde tamen est, ejusdem linguæ usum familiaritter apud omnes æque obtinuisse. Quod vero nobis aperto satis argumento demonstrat, populum Chaldæo æque ac puro putoque Hebræo affueviſſe, illud est, nimirum in Daniele, & Esdra ingentia superesse fragmenta Chaldaice scripta, nulla adjecta interpretatione. Tandem vix poteſt in dubium revocari, Danielem e. g. & Nehemiam, qui suprema quæque munia in Aula gerebant, Chaldæum sermonem non ignorasse, quamquam alioqui Lucubrationes suas Hebraicis literis tradere maluerunt. Utramque ergo collebant: quid autem non etiam utramque ceteri Israelitæ, quibus maxime cum finitimis gentibus commereium detinendum erat, nec alio plane quam Chaldaico sermone apud illas gentes vernaculo? Quare cum nulla appolita limitatione asserirur, Hebræos in captivitate detentos Hebraicæ linguæ puritatem servasse, ex quo opportuna satis conlecutione inferunt, numquam ab illis commissum, ut literarum apices reformarent, illud tamquam certum statuitur, quod maxime dubium, ne dixerim falsum, reputandum est; ex quo nihilo melior argumentatio deducitur.

Post conflitutam igitur veterum characterum apud Hebræos in novos aliquos, quibus Chaldæi hodie utuntur, immutationem, restat ut in examen revocemus, quonam Authore mutatio ista acciderit, qui potissimus est hujus Dissertationis scopus S. Hieronymum, Origenem, & Eusebium ejus rei honorem Esdræ vindicasse supra animadvertimus. Suffragantur inter recentiores Critieos plerique, qui subsituras Chaldaicas literas Phœnicicis vel Samaritanis contendunt; ut contra traditionem communi suffragio probatam constantemque repugnare vix ac ne vix quidem posse videamur. At enim qui fieri unquam potuit, ut Esdras, vir privatæ authoritatis, excogitatam a se immutationem suaque authoritate tantum inductam Hebræis omnibus per universum late Orbem dispersis adprobaverit? Minime id quidem; nam Esdras non privatæ authoritatis vir erat, neque minimi apud suos nominis; omnes enim vi-

(1) *Dan.* 2.4 &c. & 3.24.91.94. & 5. & 6. & 7. (2) 1. *Esd.* 7.11.12. (3) 1. *Esd.* 4.7.8. &c.

virum verebantur ; tamquam morum probitate , & rerum geſtarum gloria , ſicut etiam literarum ſtudiis , inſignem : cujus nomen apud ipſos Paganos clariſſimum habebatur ; qui ſumma fultus authoritate ab ipſo Rege Perſidis in Judæam (1) miſſus , ut gentem ſuam juxta patrias Leges gubernaret, atque refractarios in ordinem cogeret . Uno verbo Eſdras tamquam Summus Judæorum Doctor , & Divino Spiritu afflatus Vir apud omnes merito habebatur . Tantus igitur tantuſque cum eſſet , & poſt exactam ſumma cum populi approbatione vitam , accedente inſuper Nehemiæ ceterorumque virorum Principum authoritate , miramurne , ſi novam hanc characterum reformationem in Libris ſactis perſuadere Judæis univerſis potuerit ?

Hieronymus numquam illud authoritatis culmen in Eccleſia Latina , quod Eſdras in Synagoga , attigit . Hieronymus , inquam , Verſionem Veteris Teſtamenti ex Hebræo adornavit , qua in re adverſarios quamplurimos nactus eſt , nec ipſe quidem aliam in Eccleſia implebat dignitatem , quam Sacerdotis . His tamen nequidquam obſtantibus , eadem Verſio in publicis Eccleſiæ Lectionibus recepta eſt , ſenſimque apud Fideles obtinens , eo authoritatis devenit , ut nullo licet aditente Concilio , nullaque ſuprema authoritate cogente , ſupra ceteras omnes ſola intra brevioris temporis ſpatium regnaret . Nec regnavit tantum , ſed ita ejus luce vetera Exemplaria diſcuſſa ſunt , ut hodie vetus integrum vix & ne vix quidem inveniatur . Tandem eo deventum eſt , ut poſtremum generale Concilium unam eam Verſionem authenticam declararit , abjudicata novis omnibus verſionibus cauſa . S. Hieronymus , dicam iterum , minori eruditionis fama , minori authoritate , & dicere etiam audeam , minori intelligentia quam Eſdras pollebat ; numquam enim S. Doctor Divino Spiritu afflatus ad ſcribendum ſe contulit ; nihilo tamen ſecius Verſionem ſuam Eccleſiæ Latinæ univerſæ ita potuit commendare , ut cereris abolitis ſola regnaret . Quæ cum ita ſint , cur Eſdræ Authori Divino Spiritu afflato , viro ſui temporis doctiſſimo , & prophetiæ dono inſigni , non tantum tribuerimus , ut univerſæ Judaicæ Eccleſiæ perſuadere potuerit levem hanc characterum immutationem , qua , ſalva Textus veritate , Phœniciis apicibus novos alios ſubſtituerit ?

Aliud etiam in eam rem non prætereundum argumentum accedit , quod Eſdræ ætate Judæi , ſi unquam alias , ad eam tranſmutationem recipiendam aptiſſimi cenſebantur ; ut eam exigere , quin & facere videri potuiſſent . Hebræorum enim quicumque in Tranſeuphratæis , & Syriæ regionibus verſabantur , Chaldaicis literis , & ſermoni potiſſimum ita aſſueverant , ut ſoli inter eos viri literis addicti vererem ſcribendi rationem noſſent . Quare ſi Textus notis populo literis redderetur , via inſtruebatur pronior , ut vulgaribus omnibus lectio , & ſtudium Legis pateret . Semel etiam ab incommodo diſcendi geminum characterum genus onere relevatus populus , eodem quo utebatur ſtudio in diſcendis literis Chaldaicis pro familiari commercio , ipſo pariter ad lectionem S. Scripturæ , iiſdem deſcriptæ characteribus , juvabatur . Poſcebant ergo Judæi , ſummique votis hanc characterum immutationem flagitabant .

Tandem in obſcuro licet verſetur tota hujus tranſmutationis hiſtoria , cujus altum eſt in S. Scriptura ſilentium , neque inter Judæos ipſos de illa ſatis conſtet : certam licet ejus rei epocham , & quantum inſuper Eſdræ laborandum fuerit , ut conſilium ſuum univerſo populo perſuaderet , ignoremus ; facile tamen credimus , neque brevioris temporis rem illam fuiſſe , nec operæ ; nulloque magis adjumento eam immutationem promotam , quam inſito Judæorum in Samaritanos odio . Quod enim penes Samaritanos eſſet , Pentateuchus veteribus Phœnicium characteribus deſcriptus , id vel unicum in cauſa fuiſſe poterat , cur Judæi priſtinum ſcribendæ Legis morem deſerentes , novum adoptarent .

Ceterum ea , quam hactenus ſtatuimus , reformatio , quamvis nec Eidra vetuſtior , nec multo recentior illo credatur , non ita tamen ejus rei certam epocham definire audemus , quin exorbitare ab illa per nos minime liceat . Neque ita Eſdras ejus rei author conſtituitur , ut etiam operam in illa ſuam impendiſſe Principes totius gentis viros negaverim . Totum etiam hujus ſubſtitutionis opus non ita ſtatim abſolutum perfectumque eſt , quin veſtigia plurima veteris Scripturæ in Sacris Libris manerent . Ita Origenis ætate vetera quædam Exemplaria ſuppetebant , in quibus nomen *Jehovah* veteribus ſcriptum characteribus exhibebatur ; & ſub Simone Maccabæo excuſos nummos veteribus Samaritanis characteribus conſtat . Quare ea etiam ætate negotium reformationis non adeo procelleat , quin veteris Scripturæ veſtigia aliqua manerent . Cujus rei five in cauſa fuiſſe potuit , quod Attificibus Phœniciis , quibus regionis characteres ignoti eſſent , Simon ut tereretur ; five quod ætati ſuæ quamdam vetuſtatis authoritatem conciliare volebat , priſtinos gentis ſuæ characteres iterum revocans , quemadmodum apud noſtros Reges in moribus poſitum eſt , ut Latinam edicriptionem in nummis excudendam ſtatuant, quamquam vernaculus Regni ſermo alter ſit a Latino . Quæcumque tandem Simonem impulerit ratio , vix tamen credimus committere potuiſſe , ut characteres populo prorſus ignotos excudendos in nummis curarer .

Nihil igitur moramur totam hanc Samaritanorum characterum , quos vernaculos fuiſſe ulque ad captivitatem Babylonicam credimus , in Chaldaicas literas tranſmutationem (quam populo , Chaldæorum moribus aſſuero , Eſdras ceterique viri in tota gente Principes perſuaderint) non ſtatim quidem totam , ſed ſenſim , & veluti per gradus inductam , pro veteribus characteribus novis paulatim ſucce-dentibus .

IN SECUNDUM ESDRÆ PROLEGOMENON.

NEhemias cognomento *Athorſata* (2) nempe *Pincerna* , a munere quod in Aula Artaxerſis Longimani Regis Perſidis obibat ; Nehemias , inquam , Author hujus Operis vulgo reputatur . E familia Levi , & ex ordine Sacerdotali originem ducens , juxta quorumdam ſententiam (3) , five e Tribu Juda juxta alios (4) , factem habuit Helciam five Chelciam . Quicumque e genere Sacerdotali virum arceſſunt , laudant in eam rem illud 2. Macch. 1. 18. 21. *Juſſit Sacerdos Nehemias aſperge Sacrificia aqua* ; ac illud : *Ædificato Templo & Altari obtulit Sacrificia* : ad hæc in eodem Libro 10.

(1) 1. *Eſd.* 8. 11. 12. *&c.* (2) Vide 1. *Eſd.* 2. 63. *&* 2. *Eſd.* 7. 65. (3) *Malv. Eſt. Tirin. Menoch.* (4) *Euſeb. Iſidor. Genebr. in Chronic. Rab. Arab. in Cabbala , Scaliger ad Euſeb. Chronic.*

bro 10. 2. *Signatores autem fuerunt, Nehemias, Sedecias, Saraias &c.* vers. 10. *Hi Sacerdotes.*

Eo tamen Macchabæorum testimonio nequidquam obstante, quæ virum ad Tribum Juda revocat opinio, tum apud Veteres fere omnes, tum apud plerosque Recentiores obtinuit. Persuasum enim habebant Veteres, eos omnes qui populo e captivitate restituto jura dederunt usque ad Asmonæos, ad Tribum Juda spectasse. Nehemias ipse fratres suos, *Hanani*, & alios e Tribu Juda Judææ reputentes, fratres appellat: *Venit Hanani, unus de fratribus meis, ipse, & viri ex Juda.* Princeræ munus illustre erat ea ætate, nec nisi virtis clari generis demandabatur, ut proinde virtus principea e Tribu Juda decreret. Tandem Nehemias ne in Templum ingrederetur se continuit, quasi scilicet vitro non initiatus ingredi nefas reputaret (1): *Et quis ut ego, ingredietur Templum & vivet? Non ingrediar.*

Authoritati autem ex Macchabæis adductæ reponunt, 1. Nehemiam a Sacrificiis per se offerendis abstinuisse, jussisse tamen veluti totius gentis Principem, ea a Sacerdotibus offerri: familiari enim temerare impurumus, ut quæ ab aliis, auctoribus nobis, facta tunt, eadem a nobis facta habeantur. 2. Textus Græcus nihil legit de Sacerdotali viri dignitate, habet enim: *Justit Sacerdos Nehemias aspergere aqua* (crassa scilicet, e pureo, ubi olim ignem abdiderant, hausta) *ipsa* (sacrificia) *& ligna &c.* quo aperte satis documento intelligimus, non Sacerdotalem ieu Leviticam dignitatem egisse virum, sed supereminenti populum facultatem, & tuppemam. 3. Si nomen suum in adscriptionem primum ante Sacerdotes, & Levitas posuit, illud in causa fuit, quod summum in Republica locum, veluti Regis Persidis nomine regionem administranti, sibi deberi arbitrarentur. 4. Tandem viti nomen postquam in censu Sacerdotum sive apud Esdram, sive apud Paralipomena legitur.

Cum Nehemias afflictas esse prostratasque res Jerosolymæ, Babylone agens, didicisset; certior insuper factus mœrumdes dei, incensique portis, Judæos in summo luctu & gentium omnium opprobrio versari; essulus in preces, & corpus jejunio macerans, tempus oppetebatur, quo & munera suo præstando adfuit, & cum solito tristior videretur, (2) Rex primo intuitu sinistrum aliquid moliri suspicatus est; sed cessior ab illo factus, Patræ le vices dolere, copiam fecit ut in Judæam reverteretur, ea tamen conditione, ut intra præscriptum tempus rediret; quod propensionis an illum Regiæ cupidissimum erat argumentum. Scripræ insuper pro viro Regis Epistolæ ad Præfectos Provinciarum trans Euphratem, quibus ligna omnia præfari Nehemiæ jubebantur, quotquot opus esset in usum Templi, mœnium, & ædium Præfecti regionis.

Venit itaque Nehemias Jerusalem (4), totoque triduo consilium suum suppressit. Nocte tertiæ diei Urbem totam circumvit, mœnia lustrans, ut eorum statum omnem haberet exploratum. Sub hæc, Optimatibus ad concionem evocatis authoritatem suam omnem, & adventus consilium aperuit. Cum omnes assentientes & favorem pollicentes nactus esset, ipse quidem ceterique omnes summo consensu ad opus suscipiendum se contulerunt. Qua re gentis adversarii statim cognita, ea qua tenebantur in Judæos invidia, statim ad inhibendam ædificationem procurrerunt; sed Regis jussionibus prohibiti in irritionem versi (5) illud ferum invecem dictitabant. Quid Judæi struc hac cementi, & lapidum moliuntur? Si vulpes subsidiendos illos muros suscepertint, profecto fabricam omnem dejecient? Cum verò reparatos muros, recuiamque Urbem cernerent, vertio tunc consilio, omni sibi opera adnitendum censuerunt, ut Nehemiam e medio tollerent. Frustra tamen omnia; namque insidiis omnibus viro revelatis (6), ipse armati suos, atque militari ordine adversatios oppertri jussit. Quare illi cum se proditos intellexissent, abjecto consilio recesserunt. Exinde Nehemias civium suorum partem semper sub armis tenuit, cum interim ceteri exigendo operi incumberent; jussit etiam populum ita ædificationi incumbere, ut simul tamen suis armis accinctus semper præsto esset ad prælium (7).

Nec tamen propterea Sanaballar ceterique gentis adversarii animis delponderes, insidias in Nehemiam moliti sunt. Fœderis igitur sanctendi specie virum invitarunt, ut secum in agrum conveniret; quibus tamen invitantibus respondendum ille mandavit (8), præsentiam suam opus exigere, nec alio divertere interim posse; quod non tenuit, & iterum, sed quatenus repotuit; virosque ab eo missos simili semper responsio vacuos Nehemias remisit.

Tandem Sanaballat ejusque clientes datis ad Virum literis significarunt, spatio in populum rumore vulgatum esse, illum res novas in Regem moliri, eoque consilio mœnia Urbis sarcire. Ferebant insuper, accusari illum de suscitatis sibi Prophetis, qui populum ad eligendum se gentis Regem excitarent. Suadebant proinde, uti turbidam in te conceptam amolliturus, simul opportunora consilia suscepturi convenirent (9). Nihil his commotus Nehemias respondit, omnes in te accusationes mera esse & ad arbitrium excogitata commenta. Consulendum tamen censuit Semaiam, quem Propheram reputabat; quo hortante ut in Templum tele reciperet, futurum enim ut proxima nocte in illius cedem armati adversarii eum supervenirent; renuit Nehemias, & breve dicit, virum illum adversariorum arte corruptum, conficta oracula veritatis. Plures etiam ex Optimatibus Jerusalem junctis cum adversariis illum consilii, secreto in ejus necem conpiravertant (10). Nihil tamen retrahere virum ab opere jam incepto valuit; brevique ejus potitimum operum intra sedecim ipatio tota moles steiit (11).

Celebrata deinde absolutorum mœnium dedicatio, eo apparatu, quem tantum opus exigebat (12). Divisi igitur in duas alas Sacerdotes, Levitæ, Principes, ceterique populi; ambæ ieorum procedebant, altera meridionale latus, altera septentrionale mœnium tenentes, omnibus interim perstrepentibus, qua muficis cantilenis, qua instrumentorum concentu, donec Templum ingrederentur, ubi duæ simul alæ in unum corpus coaluerunt. Facta ibi lecto Mosaicæ Legis, oblata sacrificia, nullaque omissa ingentis gaudii significatio. Cum vero in ea forte tempora incidisset Festum Tabernaculorum, geminata solemnitas gaudium cumulavit.

Amplior erat restituæ Urbis ambitus, quam ut incolarum rarior numerus exigeret; quare illi augendo, jubet Nehemias Optimates omnes ædes suas Jerosolymis exeitare, atque insuper decimam totius populi portionem jactu sortium discretam eo migrare coegit. His artibus tum ex iis quibus sortito Urbs obtigit, tum ex iis, qui sponte venerant, satis frequens civium numerus comparatus est (13). Milites exsubias præ foribus Urbis agentes adjecit Nehemias, ne quid ab hostibus, semper in excidium novæ Urbis paratis, incursionis pateretur (14). Ex quibus satis ab externorum injuriis tutus, curas suas omnes reformandis, qui irrepserant, in populo abusibus vertit.

Illi præ omnibus exscindendo laboravit, qui maxime detestandas videbatur imporenziæ nempe, qua divites in tenuiores ceteros furebant; eo enim crudelitatis proceslerant, ut eorum filios, & filias mancipiorum jure servitiis suis addicerent; eorumque substantias omnes obligurierant (15). Tor miserorum clamoribus excitatus Nehemias, in frequenti Optimatum, & Magistratuum ceetu eorum immanitatem pluribus detestatus est; cum enim, inquit,

nos

(1) 2. *Esd.* 6. 11. (2) 2. *Esd.* 2. 1. *& seq.* (3) 2. *Esd.* 2. 2. *&c.* (4) 2. *Esd.* 2. 11. 12. *&c.* (5) 2. *Esdr.* 2. 19 *&* 5. 12. (6) 2. *Esd.* 4. 7. *&c.* (7) 2. *Esd.* 4. 16. *&c.* (8) 2. *Esd.* 6. 1. *&c.* (9) *Ib. vers.* 6. *&* 7. (10) 2. *Esd.* 6. 8. 17. 18. (11) 2. *Esd.* 6. 15. (12) 2. *Esd.* 12. (13) 2. *Esd.* 11. (14) 2. *Esd.* 7. 1. 2. *&c.* (15) 2. *Esdr.* 5.

nos fratres, & forores nostras e captivitate redemptos in hanc regionem reduxerimus, vos rerum excussæ captivitatis jugum imponitis. An iterum redimere captivos nos cogeris? Ego meique plura mutuo dedimus: jis nostrum omne remittimus; remittatis & vos suadeo, quæque oppignorata servatis, ultro restituite. Dicentem pronis auribus auscultarunt Israelitæ, statimque ex alienum omne remissum, manumissa Hebræorum mancipia, restitutæ oppignorantibus possessiones.

Alter restabat perniciosus maxime, & inveteratus in populo abusus, quem Esdras deleturus laboraverat; connubia nempe Israelitarum cum fœminis alienigenis. Felici in illum successu declamavit Nehemias, quo suadente omnes præcepto Legis morem gesturi, alienigenas uxores una cum filiis eo connubio genitis, remiserunt [1]. Verum cum abesse deinde Urbe atque Babylonem contendere duodecimo anno Præfecturæ sue cogeretur [2], non defuerunt, qui ejus absentiæ occasione captata, pristinas uxores resumerent; quin & Jojadas ipse filius Eliasib Summi Sacerdotis filium suum connubio cum filia Sanaballat Moabitæ junxerat. Eum rei iniquissime ferens Nehemias, studio Legis armatus, illum Urbe extrusit, sicut & utensilia omnia Tobiæ in domo Domini commorantis, ejicienda præcepit e Templo; quippe qui ejusdem criminis reus tenebatur; ceteroquin deinde Israelitas omnes coegit, ut reductis iterum fœminis repudium darent.

Cum Sacerdotibus, & Levitis pristina stipendia deessent, atque adjunctus Templo ædes sibi destinatas a Tobia occupare tenerent, desertus Templi ferventis alio quique divertebant [3]. Nehemiæ opera omnia in suum locum restituta sunt; coactus populus stipendia Ministris Domini præstare, & ipsi victimis Ministri ad pristina munia revocati. Præterea insuper Sacerdotum obsequiis, & tempori illorum ministeri regulæ, juxta constitutam olim a Davide, & Salomone normam; reddira Sabbato sua religio, ad eam usque diem Jerosolymis neglecta, clausisque Urbis foribus prohibita alienigenæ, ne quid venderet ea die audirent.

Quo autem rectissimus politiæ ordo constaret, inductaque in Israele morum reformatio diutius retineretur, innovatum solemni ritu inter Deum, & Populum fœdus, jurantibus in verba Domini Nehemia, Sacerdotibus, ceterisque Optimatibus. Sanctum est ut jussionibus Domini morigeros se Israelitæ præstarent, Legem Mosaicam sancte custodirent, connubia cum alienigenis fœminis ne conciliarent, neve quid venderent, emerentque die Sabbati; septimo quoque anno terra feriaretur; singulisque annis tertia sicli pars pro sartis tectis Templi Domini penderetur; ligna in usum sacrificiorum conferrentur, primitiæ fructuum penderentur, ac tandem pretium solveretur primoribus aru redimendis &c. Hæc statim post mœnium ædificationem facta sunt [4]. Hinc usque secundus Liber Esdræ de rebus Nehemiæ.

Nonnulla etiam ejus viri in Libris Macchabæorum [5]. Legimus enim ibi Nehemiam ad quærendum missile sacrum ignem, quem Sacerdotes in arenti & alto puteo occultaverant; inventaque pro igne aqua lutulenta Aram omnem aspersit; & cum radius solis incalentibus aqua illa ferveret, excitatus subito non fine divino prodigio ignis victimas super Aram absumpsit. Certior de his factus Rex Persidis, prodigio attonitus plura Israelitis concessit [6]. Auxit Sacerdotum Urbis proventus, ejusque præceptor factus, ubi ignis delituerat, novorum mœnium ambitu clausus est.

Tandem Nehemias, ut de posteris fois omnibus optime mereret, Bibliothecam instruxit [7], omnibus, quotquot antquam reperiri potuerunt, Libris Prophetarum, Davidis, & Principum, qui munera Templo obtulerant, refertam. Tandem felici senectute diem clausit extremum Jerosolymis, post administratam 30. circiter annorum spatio Rempublicam.

Quo autem ad Librum Nehemiæ ingrediamur, communi licet sententia genuinum ejusdem Authoris Opus, cujus nomen in primi capitis fronte præsefert, habeatur, eum maxime in prima persona veluti de se Author loquatur, plura tamen nec contemnenda rationum monumenta in dubium revocant, num saltem Liber, qualis nunc extat, ad Nehemiam authorem pertineat. Quamquam enim in re jus gentium Opus habetur, suspicioni tamen locus relinquitur, num ex relictis ab eo Commentariis alterius labore derivatum sit. Primo enim observant, in Textu Hebræo una ferie cum præcedenti Libro olim continuatum fuisse [8]; quasi scilicet ad unum eumdemque Authorem utrique pertineat.

2. Commentarii Nehemiæ in Macchabæis laudantur [9]; relataque ibi verba in Libris ejusdem nomine inscriptis nusquam occurrunt; quare alteruttrum e duobus statuendum oporter, sive partem tantum vel summam operum Nehemiæ nostra ætate supersesse; sive qui in Macchabæis laudantur Libri, alios esse ab iis, quos idem Author sub titulo *Verbi Nehemiæ* dictavit. Id autem vix contingere potuisse persuadetur, ut scilicet duos de eodem argumento Libros Nehemias scriberet.

3. Liber Nehemiæ, qualis nunc extat, plura continet a Nehemia plane aliena. Laudat e. g. Memorias sive Commentarios, in quibus nomina referebantur Sacerdotum, & Levitarum, pertinentium ad ætatem Jonathan filii Eliasib, quin & Jeddoe Summi Sacerdotis, Regique Darii Condomani [10], qui ambo, utpote ad ætatem Alexandri Magni pertinentes, ultra 120. annos post Nehemiæ in Judæam adventum recentiores fuit. Non est igitur cur ejus capitis author Nehemias habeatur. Cui insuper bono Commentarii illi laudantur? An forte ut constaret fides rebus omnibus ea ætate exploratissimis? Hujus generis testimonia tam potissimum exigunrur, cum supra fidem vel incognita narranda sunt, vel saltem cum de rebus agitur tempore ab ætate Scriptoris distitis.

4. Agit etiam ibidem Author de Nehemia quasi de alieno aliquo, & de Viro tamquam longa jam ætate latis functo: *His in diebus Joachim filii Josue, & in diebus Nehemiæ ducis, & Esdræ Sacerdotis Scribæque* [11].

5. In historiæ serie multa extra suam sedem vagantur. Ita dedicatio mœnium extra locum aberrat [12]; aberrat caput quintum, in quo Nehemiæ de rebus gestis anno duodecimo administrationis suæ agit, quamquam capite proxime sequenti, & præcedenti historiam complectirur ab initio Præfecturæ usque ad quinquagesimum inde diem. Ex quo illud intenendum, siquidem Nehemiam operis Authorem arbitremur, saltem versus 22. usque ad 26. eorumque adeo verium 26. capitis duodecimi aliena manu in Textum irrepsisse [13]; sive potius Nehemiam exactas admoniitrationis suæ Ephemerides reliquisse ad errum usque Macchabæorum superfluere; ex quibus uniformem hoc Opus, ipsis etiam Nehemiæ phrasibus servatis, quamquam non rerum serie, nec tempore, quin etiam pluribus omisiis, derivatum fuisse. Quam posteriorem sententiam præ aliis probamus. Hujus Libri Authorem Esdram reputandum esse Genebrardus autumavit; qui sane debuit ad multos annos viram prorogare, urhæc litteris mandaret. Adde inter utrosque Libros Esdræ, & Nehemiæ adeo multa in iisdem capitibus familiarum reflexendis variare, ut neque unius ejusdemque Authoris Opus, neque eadem utrinque inppetere Veterum monumenta appareat.

Nehemiæ Liber historiam continet 30. annorum circiter; quot nempe excurrunt a primo ejus viri in Judæam adventu A. 3550. usque ad A. 3580. emortualem ipsius.

I N

(1) 2. *Esd.* 9. 1. 2. (2) 2. *Esd.* 13. 6. *&c.* (3) 2. *Esd.* 10. 11. *&c.* (4) 2. *Esd.* 9. & 10. (5) 2. *Macchab.* 1. 19. 20. (6) *Ibid. ver.* 34. 35. (7) 2. *Macchab.* 2. 13. (8) *Hieronym. Præfat. in 2. d. & alii passim.*

(9) 2. *Macchab.* 2. 13. *Inferebantur autem in descriptis ejus & commentariis Nehemiæ hæc eadem.* (10) 2. *Esd.* 12. 22. (11) 2. *Esd.* 12. 26. (12) 2. *Esd.* 12. 27. (13) Vide *Capellum Chronol. Sacr.*

IN TOBIAM PROLEGOMENON.

TObias e Tribu & urbe Nephtali in superiori Galilæa, & studio in Legem suo, & pietate a prima juventa supra cæteros Israelitas præstitit. Statis enim per annum temporibus ad Templum cum primis ventitabat, decimas primitiasque suas perfoluturus; cum interim cæteri Israelitæ in Regno Samariæ verfantes Vitulos aureos frequentarent. Post captam Samariam, in captivitatem a rege Salmanasare transfatus, Ninivem incoluit, ubi in Aula Regis munus obivit Præfecti annonæ, non sine integritatis & justitiæ laude, qua favorem in se Principis conciliavit. Cum forte Ecbatanis verfaretur, rogatus a Gabelo Israelita summam 10. talentorum argenti, mutui nomine contulit; de fratribus enim suis, qua erat humanitate, benemereri non dubitabat.

Post obitum Salmanasaris rerum potitus Sennacherib, neminem habuit præ Judæis invitum, quare exacerbatum Tobiam remisit. Et cum in immensum excrevisset Regis in Judæos furor, post infelicem expeditionis ipsius in Exechiam Regem Juda exitum, nihilque jam ad miseros opprimendos fecisset reliqui, Tobias undique impavidus discurrens, jacentium defunctorum cadavera sepulturæ mandabat, tanta pietatis sollicitudine, ut ne refleciendo quidem corpori vacaret. Certior de omnibus factus Sennacherib virum conquirendum jussit ad necem. Præmisso tamen populi in eum studio factum est, ut facile Regis solertia eluderetur. Accidit interim, ut Rex post breve temporis spatium violenta nece fublatus interiret, quo veluti aggere remoto, Tobias in priftina studia effusior procucurrit. Dum his occuparetur, calu factum est, ut post demandatum nocte intempesta sepulturæ cadaver, reliquum ejusdem noctis in atrio domus suæ ante murum quemdam, arctum durumque somnum capturus, ageret. Cum autem resupino vultu dormiret, hirundo quædam in superiori muri parte ædificans, excrementi fui partem quamdam in dormientis oculos demisit, ex quo statim cæcitas viro inducta. Adversæ fortunæ casum ea animi habitudine toleravit, qua deinde querelas & insultus tum necessariorum, tum etiam uxoris suæ plurima in faciem exprobrantis.

Ratus vero exitum vitæ imminere, filium suum ad Gabelum misit, pecuniæ olim viro muruo datæ repetendæ. Cum socius itineris quæreretur, Angelus Raphael in ipso Urbis foro sese offerens, assumpta viri in primo ætatis flore specie, se comitem exhibuit. Prima itineris die immanis quidam piscis minacibus faucibus in juvenem Tobiam in Tigri amne lavantem jamjam insiliebat; cum animis a Raphaele confirmatus apprehensam ferenue belluam ad se reduxit exenteravitque, selle, corde, & jecore in usum mox referendum servans. Cum non longe esset ab Ecbatanis, Raphael Tobiæ aperuit filiæ Raguelis illi conjugia refervari; filiæ, inquam, Raguelis Sarræ, cujus septem priores conjuges Dæmon Asmodæus ipta nuptiarum nocte præfocaverat. Elegantissima erat puella, & locuples, quin & Tobiæ arctissimo præ omnibus aliis necessitudinis vinculo adstricta; quare juxta Legis Mosaicæ reseriptum & puellæ nuptiæ, & hæreditas ad illum spectabant. Secretum revelavit Angelus, quo Dæmonum astum & tyrannidem eluderet. Nuptiarum pompa celebrata est, incensisque cordis, & jecoris excitevati piscis fumus Dæmonem Asmodæum fugavit, quem deinde malum Dæmonem in desertum superioris Ægypti relegatum legimus.

Dum Ecbaranis hæc agerentur, Raphael in Rages contendens pecuniam a Gabelo recepit. Dein Tobias ad Patrem se referens, virum & præsentia, & restituta collyrio fellis ejusdem piscis, quo oculos inunxit, luminum valetudine, geminato gaudio cumulavit. Raphael suo munere functus, coram utroque Tobia conditionem suam (hominem enim ad eam usque diem reputaverant) aperuit, qua rei novitate attonitos subito evanescens deseruit. Post 42. annos Tobias Senior in ipso mortis limine constitutus, filios suos, & ex filiis nepotes ad se accitos salutaribus multis præceptis instituit; admonuit etiam tum de proximo Ninives excidio, cum de futura Jerosolymæ restitutione. Quare Tobias junior statim post parentum suorum obitum relicta Ninive, Ecbatanas sese recepit, ubi post 99. vitæ annos, quo temporis spatio impleta patris sui in Ninive oracula oculatus testis spectavit, diem clausit extremum.

Liber Tobiæ nomine inscriptus utrumque Tobiam habuit Authorem, vel saltem ipse monumenta reliquerunt, quibus inspectis recentior quidam Author Librum hunc digessit, omnibus fere phrasibus priorum Scriptorum servatis. Tobias pater semper tamquam de se loquitur in Exemplaribus Græcis, Syriacis, & Hebraicis, a primo usque ad quartum Operis caput. In Græco, & Hebraico cap. 12. legimus, Raphaelem mandatis viros illos onerasse, ut totam hanc historiam literis traderent: & in cap. 13. eorumdem Textum legimus scriptum a teniori Tobia Canticum, quod statim ibidem subjungitur. Qui vero Opus digessit, quasdam suo marte animadversiones subdidit, tum & in exitu postremi capitis adjecit: *complevit annis nonaginta novem in timore Domini cum gaudio sepelierunt eum. Omnis autem cognatio ejus, & omnis generatio ejus in bona vita, & in sancta conversatione permansit, ita ut acceptus esset tam Deo, quam hominibus & universis habitantibus in ea.* Hæc probabilissima visa sunt eorum, quæ de Authore Operis feruntur. Estius perfusum habet, Opus illud primo post captivitatem Babylonicam scriptum, quod in eo clarius exprimatur dogma de vita æterna, & beatitudine (1). In quam etiam rem facere videntur nomina Gabriel, & Michael, sicut & nomina menfium, quæ omnia e Babylonia derivata Judæi opinantur (2). Sed hæc omnia æque tis favent, qui scriptum premente captivitate Librum arbitrati sunt.

Fruftra quis discernendum assumeret, quæ ab utroque Tobia scripta sunt, ab iis, quæ Operis Authori debentur, totum enim unica stili, rerum, & animadversionum serie constat. Ferunt 12. priora capita ad Patrem, reliqua ad Filium pertinere; duo postremi versus ad Collectorem sine controversia spectant. Cum vero in diversis ejusdem Libri Textibus fusiores breviores que sint orationes, cum historiæ relatæ occurrant, si quis a Scriptoribus Sacris diversis vicibus recensitum Opus conteuderit, variis semper adjectis vocibus, sententiisque, in nihilo tamen historiæ fidem labefactantibus, unoquoque pro eo quo agebatur Spiritu, per me liceat velim.

Si duo Tobiæ Opus illud adornarunt, in Assyria five Medorum regione verfantes, quemadmodum certum constituunt, usos illos vernaculo regionis sermone, nempe Chaldæo, & Syriaco, satis credimus. S. Hieronymus, cum forte Exemplar Chaldaicum nactus esset, Originale dubio procul exisitmavit; flatimque Latine verterndum suscepit; ministerio usus viri in ea lingua instructissimi, quo Hebraice Librum reddente, a S. Hieronymo Latinis literis actum excipiebatur (3). Hæc Latina Versio modo obtinet, cui Divina authoritas per Concilium Tridentinum asserta est. Simplicissima est omnium, & præ

(1) *Tob.* 2. 18. & 11. 9. (2) *Bereschit. Rabb.* & *Talmud Jerosol.* (3) *Hieron. ad Chromatium & Heliodorum.* *Quidquid ille mihi Hebraicis verbis expressit, hoc ego accito Notario sermonibus Latinis exposui.*

præ cæteris perspicua, ab iis circumstantiis, quibus suspicionis aliquid induceretur, immunis. Absit proinde ab omni corruptionis invidia, cui ceteræ omnes Editiones, uti ætatim observavimus, obnoxiæ sunt.

Vetustissima, quæ superest, versio Græca reputanda est; cujus sive tempus sive Author ignoratur. Neque Josephus, neque Philo Tobiam norant, vel saltem de illo nihil memoriæ prodiderunt; nihil etiam ea de re in scriptis Apostolorum; plura tamen apud veteres Christianos Authores. Opus uno consensu receperunt Pseudo-Clemens in Constitutionibus Apost. lib. 1. cap. 1. & lib 3. cap. 15. & libro 7. cap. 2. S. Polycarpus Epist. ad Philipp. S. Clemens Alexandrinus Strom. lib. 1. ceterique tum Græci, tum Latini Patres [1], & Scriptores. Versus Latina Versio olim ante S. Hieronymum obtinens ex Græco adornata, sola ante S. Doctorem Canonica habebatur. Dom. Huetius hanc Græcam Versionem præ omnibus maxime puram, & originali conformen æstimavit [2]. Cur tamen S. Hieronymus novam versionem e Chaldæo susceperit, quæ maxime a Græco non uno in loco recedit? Cur Sanctus Augustinus in Speculo novam hanc S. Hieronymi versionem prætulit; cum ipse antea veteri Vulgatæ ex Græco Versioni assueverit? Cur eandem Ecclesia Latina pro Versione S. Hieronymi sententiam tulit, quam in disputationibus pro Religione unice Canonicam haberi justit?

Summam deberi fatemur reverentiam Versioni Græcæ a Patribus primorum sæculorum probatæ, cui nostra etiam ætate a Græcis primæ deferuntur. Neque alio collimare scimus argumenta pro authoritate Libri Tobiæ, ex testimonio Scripturum Ecclesiasticorum, & Conciliorum ante S. Hieronymum deducta, quam ut Libri Græce scripti & in Latinum ex Græco traditi autorem efferant. Non est tamen cur inde Græcus Textus, seu Vetus Vulgata, præ Versione S. Hieronymi potior habeatur: hæc enim claritate, puritate, & accuratione ceteris præstat. Ex quibus fontibus Versionem suam derivarit Sanctus Hieronymus, scimus; unde vero Græca; ignoratur; neque enim ad Versionem Septuaginta spectasse crediderim, cum & a Canone Hebræorum Liber abfuerit, latuerituque veteres Judæos Authores, Josephum, & Philonem. Ita pariter a Versione Theodotionis aliena est, cum a S. Polycarpo, Theodotione ipso vetustiori, laudetur. Post Septuaginta tamen adornata ex eo convincitur, quod illud Gen. 11. 18. [3]: *Faciamus ei adjutorium simile sibi*, ex Versione Septuaginta laudet. Quædam etiam in Libro sententiæ occurrunt, totidem fere verbis in Daniele [4], in Ecclesiastico [5], quin & in Evangelio recurrentes, ut illa: *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne aliquando tu alteri [6] facias*; ex quibus tamen nihil de stante scripti Operis jure meritoque inferretur; fieri enim æque potuit, ut sive digesti Libri Tobiæ Author e Daniele, Ecclesiastico & Evangelio aliquid hauserit; sive vicissim illorum Librorum Authores Opus illud præ oculis sibi statuerint; sive tandem S. Spiritus eadem omnibus suggesserit. Suspicamur ergo eam Versionem Judæo cuidam Hellenistæ, Chaldæo Exemplari uso, accepto referendam. Cum tamen in ea Versione adornanda liberius, quam quod Interpreti permissum, vagaretur, novam alteram sibi ex Originali procurandam S. Hieronymus arbitratus est.

Vetus Latina Versio, olim ante S. Hieronymum obtinens, cujus aliqua in Scriptis Veterum Patrum superstant fragmenta, varia erat in variis Exemplaribus. R. P. Martianæus integrum ejus Exemplar ex Autographo Mss. Bibliothecæ S. Germani Pratensis nobiscum communicavit, satis quidem illud Græcæ ex Romana editione conforme, differme tamen in multis; modo enim narrationis series contractior, modo productior exhibetur; plura supprimit, quæ in Græco & Vulgata leguntur; plura vicissim addit, frustra utrimque quærenda, qua facile conjectura intelligimus, adornatam Versionem, sive ex Originali Græco a ceteris diverso, sive ejus Authorem minus litteræ servire voluisse. Satis barbaro etiam stilo digeritur, & summam Latinæ linguæ corruptionem vel in nominibus propriis exhibet. Ita pro Sennacherib legit *Alterim*, & pro Nabat *Navis* [9]. Insinuare videtur Sennacheribum e Judæa reducem in Urbe Charan sive *Nacharim* nece traditum fudisse. Legimus etiam ibidem *Amos* oracula fudisse in Bethlehem; tandem duo postrema Operis capita, sicut & duodecimi partem supprimit.

Quo specimen hic aliquod variantium inter Græcum, & Chaldæum exhibeatur, animadvertendum ducimus in capite primo Græcam Versionem insinuare (uti quidem credimus) destinatam esse Aram, tuper quam primitiæ omnes deponerentur, sive quæ e fructibus terræ, sive quæ e gregibus pendebantur (*). In cap. 3. 11. loquens Sara inducitur impio plane termone; se enim laqueo præfocaturam mulier illa clamitat, nisi infamis lethi mœrore mortem parentibus suis se inducturam timeret. Legimus etiam cap. 6. 14. Dæmones Saram puellam deperisse. In annis vitæ utriusque Tobiæ referendis, sicut & in præscribenda cæcitatis Seniore Tobiæ periodo, Græca variat a Vulgata. Gabelum depositi loco pecuniam a Tobia recepisse, eamque sigillo ejusdem Tobiæ in facculo munitam restituisse Raphaeli legimus [8] in Græco; cum Vulgata mutui nomine receptam a Gabelo summam diserte habeat. Tobiam juniorem eadem die ad patrem perveniße, qua Sara ejus uxor [9] in eodem Græco traditur; capitale fuisse Raguelı, si filiam suam Tobiæ elocare detrectasset [10]. Nihil in illo de tribus noctibus continenter ab utroque conjuge exactis [11]; conventum fuisse ante nuptiarum ictu cum Raphaele de mercede solvenda, unius nempe drachmæ in singulos dies, adjectis quotidianis alimentis, & aliquo in præmium confecti feliciter itineris [12]; tandem tamquam historiæ parergon additur vicissitudinum Amani historia, quem acerrimum Judæorum persecutorem in tertum deinde de carcerem trusum, & tupplicio traditum ibidem legimus; cum interim Achiachar necessarius Tobiæ e tenebris deductus ad summas dignitates eveheretur [13]. Nihil sane ea additione magis præpostere, cum historia Amani multo serius post captivitatem Babylonicam, & obitum utriusque Tobiæ contigerit. Docemur autem his omnibus, Græcis Hellenistis & fidem, & accurationem in eo vertendo Opere defuisse.

Hebraicum hujus Libri Exemplar non unum habemus; sed illud de omnibus statuendum, neque Originale esse Tobiæ Textus, neque versiones ante Jesu Christi ætatem ex Originali adornatas. Certior factus fuerat Origenes, Libros Tobiæ & Judith in sua lingua legere Judæos, eosque inter Apocrypha rejicere, scriptosque adeo post confectum jam ab Esdra Hebraicarum Scripturarum Canonem [14]. Istud vero Hebraicum Tobiæ Exemplar, de quo Origenes, ipsissimum fuisse Originale Chaldaicum, quo S. Hieronymus usus est, suspicamur [15]; nullum enim Hebraicum Tobiæ Exemplar S. Hieronymus laudat; quod sane numquam ab eo omissum credimus, siquidem aliquod in ea lingua scriptum superfuisset. Hebraica lingua usurpatur in Operibus recentius scriptis, ex quo scilicet Chaldæus pro Hebræo puro apud Judæos jam obtinere cœpit. Quare non inviti suspicamur. Exemplar Hebraicum Tobiæ ipsissimum esse ac Chaldaicum S. Hieronymi.

Quod spectat ad Textus Hebraicos ejusdem Libri a Sebastiano Munstero, & Paulo Fagio variis temporibus publici juris factos, tamquam Exemplaria quædam seu Versiones recentissimas ex Græco, vel La-

(1) *Iren. lib. 1. cap. 30. Cypr. l. de opere & Eleemosyna, August. lib. 3. de Doctrina Christ. & in Speculo, Ambr. lib. de Tobia*, & 3. *Offic. Hilar. in Psal. 129. num. 7.* (2) *Huet. Demonst. Evang. prop. 4. de Libro Tobiæ num. 4.* (3) *Tob.* 8. 8. (4) *Tob.* 4. 12. *Dan.* 14. 24. (5) *Eccli.* 3. 33. & 17. 18. & 29. 16. (6) *Matth.* 7. 12. *Luc.* 6. 31. *Tob.* 4. 16. (7) *Tob.* 11. 20. (*) *Tob.* 1. 7. (8) *Tob.* 1. 16. 17. (9) *Tob.* 11. 18. (10) *Ibid.* 6. 14. (11) *Tob.* 6. 19. 20. 21. & 8. 4. 5. (12) *Tob.* 7. 19. & 12. 1. (13) *Tob. ultimo vers.* 12. (14) *Orig. Epist. ad Afric.* (15) Ita *sentit D. Huet. Demonst. Evang. Prop.* 4.

Latino adornatas, liberius ab utroque quandoque divagantes, habendos esse credimus. Editio Hebraica Fagii Septuaginta conformior, exactior, & castigatior est, quam Munsteri. Hujus posterioris hæc sunt variantia. Tobias [1] marsupium a Gabelo accepit, veluti pignus & cautionem restituendæ ad nutum pecuniæ, quam deposiri loco idem Gabelus acceperat. Jeremiam laudat [2] Prophetam, qui post Tobiæ obitum floruit. Tobiam contractam maculam non statim eluisse in terra impura, ut potuisset in terra Israel: quasi scilicet contracta ex tactu eadaveris macula etiam in terra Israel statim expiaretur [3]; Tobiam ante 20. annos pecuniam suam Gabelo contulisse [4]; solidum pro diurna Raphaelis mercede assignatum; solidum autem ne nomine quidem Assyrii norant. Tandem in ea Versione plures deprehenduntur, nec levioris momenti additiones; multo etiam plura omissa, uti in cap. 12. totum deest post versum 16. usque ad 20. totumque demum caput 14. quod manco Exemplari minime tribuendum constat ex illis verbis in fine Operis appositis: *Benedictus sit Deus in æternitate. Amen, Amen. Finit Libri Tobiæ filii Tobiel. Laus Deo.*

Hebraicum Exemplar a Fagio vulgatum, multo Græco conformius, omnia fere servat, quæ nos in præ ex Græco annotavimus; addit tamen quædam singularia, uti de tertio decimarum genere, quod a Tobia Jerosolymam allatum conviviis in Templo instruendis cedebat [5]; id autem nulla Legis sanctione præceptum est. Insinuare etiam videtur cap. 9. 9. Raphaelem unius diei itinere e Rages Ecbatana venisse, quod Hebræo Munsteri repugnat [6], bidui iter inter duas illas urbes statuenti. In cap. 11. 11. legimus Tobiam seniorem, postquam e Regis Sennacheribi favore excideras, iter Elymaidem versus instituisse [7] Germaniam habet Textus, sed nos corrigendum Elymaidem juxta fidem Græci Textus censemus]. In ea Regione sita erant Ecbatana, quæ etiam *Elymais* appellabantur. Legimus pariter cap. 5. 19. Azariæ, qui socium se itioeris Tobiæ eunti Jerusalem exhibuit, genealogiam; quæ omnia in Græco quidem, in Syriaco, aliisque editionibus ex Hebraico, non autem in Vulgata apparent. Ibi etiam Urbs illa, quo Tobias & Azarias prima itineris nocte perveneiunt, Laodicæa appellatur [7]. Tandem fermo ibi de maxima captivitate [8], post eversionem secundi Templi futura; quam deinde sequeretur universi Israelis libertas, restitutio Jerosolymæ, Templique in majorem amplitudinem & magnificentiam, absque eo quod evertendum Templum deinceps unquam deserendumque timeretur. Quæ ista captivitas, nisi maxima illa tot jam annorum patientia tolerata, quam inani spe solvendam tandem sibi blandiuntur?

D. Huetius olim Episcopus, Abrincensis [9] Hebraicum Tobiæ Ms. servat, qnamquam ab utroque ista, de quo jam egimus, plane diversum, multo tamen Munsteriano Exemplari conformius. Versio Syriaca ad Græcam adeo accedit, ut five altera ex altera, five ambæ ex uno eodemque Originali adornatæ videantur. Variantia tamen utrinque nec leviora. Sed ubi nou? Inter ipsa Græca Exemplaria non uno in loco plura reiultant. Pauca Justiniani in Tob. Præfat. num. 6. persuasum habet, Textum Syriacum, sibi olim in Bibliotheca Medicæa Romæ visum, in nonnullis ab altero in Polyglottis Anglicis excuso discrepantem, a Tobia Seniori in ium Chaldæorum, & Judæorum descriptum fuisse; Textum vero Chaldaicum, Latine a S. Hieronymo versum, Tobiam filium Authorem habuisse; ex quo duo ejusdem historiæ Originalia statuenda essent; Chaldaicum nempe, & Syriacum; quorum primum Latina versio, secundum Græca præseferret. Sed cui bono bis eadem historia literis mandaretur; semel a Tobia parente Syriace, iterumque a Tobia filio Chaldaice? An forte illorum ætate Chaldaicum, & Syriacum eloquium distinguebantur? Ad hæc cum Syriaca eadem menda, quæ Græca, præseferat, veluti ex Græco Versio mendosa plane, & minus accurata jure meritoque reputatur.

Non duo, sed tria Tobiæ Originalia admittit Scarius; Chaldæum nempe, juncta simul opera ab utroque Tobia de mandato Angeli scriptum; & gemina alia Hebraica a singulis illis viris scorium Suspecta tamen est tot Originalium unius ejusdemque historiæ, nulla ferme necessitate cogente, multiplicitas. Commode enim intentum haberi potuerat, si unius ejusdemque plurima Exemplaria scriberentur. Sola quin etiam Originalium, uti quidem autumant, Hebraicarum lectio satis convinet, ea quæ Originalia Hebraica Serarius appellat, nonnisi mera putaique versiones esse Græci five Latini recentissime adornatas, & liberius, pluribus ad arbitrium adjectis, quam interpreti par sit, excurrentes. Editio Constantinopoli delata Græcum Originale præsefert, cui fere in omnibus adhæret, Germana a Munstero vulgata Latino Textui inhæsisse videtur, quem tamen plurimis adjectis interpolavit. Sola ejus lectio eversione Jerosolymitana recentiorem esse abunde demonstrat.

Laudat interdum Justiniani Versionem quandam Arabicam sibi communicatam a Victorio Matonita, Theologiam in Universitate Romana profitenti. Opus illud numquam lucem aspexit, sed referre dicitur Vulgatam, quasi ambæ ex uno eodemque Originali expressæ; nisi forte, quod malumus, e Vulgata ipsa Opus adornatum sit.

Liber Tobiæ deest in Canone Judæorum, perinde ac in vetustissimis Sanctorum Librorum Catalogis. S. Hieronymus in Præfatione in Tobiam scribit: *Argumnt nos studia Hebræorum, & imputant nobis contra sunm Canonem Latinis auribus ista transferre.* Inter Canonicos sacrosque Libros non apparet apud Melitonem, Origenem, Concilium Laodicenum, S. Athanasium [10], S. Cyrillum Jerosolymitanum Catech. 4. S. Gregorium Nazianzenum carmine de verit. Script. S. Epiphanium de Pond. & Mensur. S. Hilarium in Prolog. Psal. & S. Hieronymum [11]. Non satis etiam a quibusdam Recentioribus observatur; quorum aliqui in tantam venerunt audaciam, ut non veram historiam, sed fabellam aliquam pian, & dirigendis moribus aptam referre Opus arbitrarentur [12]; quasi scilicet gemini Tobiæ personam referant probi parentis ac filii morigeri, quorum vices depingant, quæ sint a Deo præmia pro bonorum operum exercitio, eleemosyna maxime & sepultura mortuorum. (13)

Quamvis Opus illud in priorem Judæorum Canonem, eos tantum Libros Hebraice scriptos continentem, non cooptetur; quamvis Patres qui solum Canonem Hebræorum retulerunt, nullum illi locum assignaverint, certum tamen ratumque habendum est, Libro Tobiæ Divinam manssse tum apud Hebræos cum apud Ecclesiam Christianam authoritatem. S. Cyprianus non semel Tobiam velut Opus Divinum, & a Spiritu S. dictatum laudat [14]. Sanctus Polycarpus in sua Epist. S. Clemens Alexandrinus, Origenes [15], Author Constitutionum Apostolicarum lib. 1. cap. 2. & lib. 2. capite 15. Sanctus Basilius Hom. de avarit. Sanctus Ambrosius [16], Sanctus Hieronymus Epist. ad Chromatium, S. Augustinus [17], aliique Patres una cum ceteris Sacrorum Librorum Tobiæ authoritate usi sunt. Recensetur in Catalogis Librorum Canonicorum Concilii Hip-

(1) *Tob.* 5. 3. & 9. 6. (2) *Tob.* 11. 10. (3) *Ibid. vers.* 9. 11. (4) *Tob.* 3. 2. 19. (5) *Tob.* 1. 7. (6) *Tob.* 5. 8. (7) *Tob.* 6. 1. (8) *Tob.* 14. 7. (9) *Huet. Demonst. Prop.* 4. (10) *Athanas. Epist. Festali, & Synopsi.* (11) *Hieron. Prolog. Galeat. Tobiæ & Psalter non sunt in Canone; Et Præfat. in Libb. Salom. Judith, & Tobiæ, ... Legit quidem Ecclesia, sed eos inter Canonicas Scripturas non recipit.* Vide & *in cap.* 8. *Dan. & Præfat. in Jean.* (12) Vide si placet *Epist. Pelagii ad Eræm.* (13) *Paul. Fagius.* (14) *Cyprian. lib.* 3. *Testimon. & lib. de Opere & eleemos.* (15) *Origen. contra Celf. lib.* 5. *Mysterium Regis celare bonum est.* (16) *Ambrosi. lib.* 6. *in Hexaemer. lib. de Tobia & lib.* 3. *de Officiis cap.* 16. (17) *Augustl. lib.* 2. *de doctr. Christ. cap.* 8. & *lib.* 3. *cap.* 18. & *in Speculo &c.*

Hipponenſis [1] Carthaginienſis Tertii [2], Epiſt. Innocentii Primi ad Exuperium, Synodi Romanæ ſub Gelaſio; & deinceps apud omnes probatur, uti Caſſiodorum, Rabanum Maurum, Sanctum Iſidorum Hiſpalenſem, & in decreto Unionis ſub Eugenio Quarto ac tandem in Concilio Tridentino Seſſione 4.

Quod ad Judæos ſpectat, hæc de illis refert Sanctus Hieronymus [3]: *Quem Hebræi de Catalogo Divinarum Scripturarum ſecantes, his quæ Hagiographa memorant, manciparunt.* Lectum ab illis Tobiam Hebraice, id eſt Chaldaice, Origenem in Epiſt. ad Africanum tradidiſſe, ſupra retulimus. Summe tandem Opus illud a Judæis obſervatum & tamquam veram hiſtoriam habitum dubitaverit nemo [4]. Nec ſane niſi veræ hiſtoriæ colorem exhibet ſive narrationis contextus, ſive digerendæ illius ratio; ſi enim tota rejiciendi alicujus Operis cauſa habendum eſſet mirum aliquid & prodigioſum factum, quod in hiſtoria occurreret; quis, rogo, Sacer Liber admitteretur? Plura ſunt, fateor, in Libro Tobiæ abnda; ſed in quo non? Singula nos in decurſu Commentarii explicare pro viribus ſtuduimus. Poſtquam nomina propria perſonarum, locorum, temporum ratio, atque ſexcenta alia veram hiſtoriam produnt, fruſtra quis invidiam in illam crearit; nec citra infamiæ in Scripturam irrogatæ notam, non veram hiſtoriam, ſed fabellam prodi aſſereretur.

DISSERTATIO

In Dæmonem Aſmodæum.

CUM ſæpe adeo in Scriptura de bonis maliſque Angelis, eorumque per viſum objecta ſpecie, geſtis prodigioſique mentio recurrat, mirari ſubit cur rarus admodum in illa ſermo habeatur de dotibus, viribus, gloria, agendi poteſtate, ſicut & ratione qua Spiritus illi, nobiliſſimum Dei producentis opus, ſeſe ceteris communicant. Quidquid autem ea de re in Sacris Libris occurrit, ad tria potiſſimum capita revocandum eſt: Dari nimirum bonos maloſque Spiritus: Illos qua ſemel in creatione donati ſunt gratia retenta, Creatori pariter ſuo morigeros ſe præbentes deſtinata ſibi gloria frui: Hos vero typho ſuperbiæ inflatos, & loco ſuo excidiſſe, & in tartara detrudos acerbiſſimas ambitionis ſuæ pœnas dare; furorem quin etiam ſuum in miſeros mortales exercere, nullamque omittere artem, quo nos eodem una ſupplicio obvolvant. Tandem bonos Angelos beneficis & gratiis Divinis ad nos deferendis miniſtros eſſe deſtinatos; ſicut & Dæmones Divinæ ſe ultionis & juſtitiæ exequutores impendere. Inter Dæmones vero & Angelos eam conſtitui politiam, cujus tamen leges ignorantur, qua alter alteri ſubdatur; agere pariter utroſque in corpora & in ſpiritus ſubtiliori quadam tatione, quam ne mente quidem aſſequi, nedum verbis effari valemus. Singulis Regnis, quin & ſingulis hominibus ſuos eſſe Angelos Præſides, qui noſtris rebus & conſervationi advigilant; illud potiſſimum adnitentes, ut ſalutem nobis procurent, modo ne quid obſtaculi Divinis a ſe delatis gratiis per nos, pervicacius malo inhærentes, ponatur.

Sed in iis etiam quæ Deo revelante novimus, quot ſane obſcura, quot tenebris obſita? Angeli & Dæmones numquam ferme niſi corpore aliquo conſtantes exhibentur. Quæ inſuper de illis narrantur hiſtoriolæ, parabolæ verius quam genuinæ hiſtoriæ ſaporem plerumque habere videntur. Si quis enim hiſtoriam pellectæ ad crimen Evæ, ſicut & alteram Angeli minitantis necem aſino Balaami; Dæmonis Aſmodæi de quo in præſentiarum: Dæmonis Jeſum Chriſtum in deſerto tentantis; ac tandem Jobi tentatione probati; ſi quis, inquam, ea omnes hiſtorias ſedulo perpenderit, nonne angeri potius ſcrupulos & dubitationes, quam depelli ignorantiam ſentiet? Id egiſſe Deus videtur, ut anguſtioribus terminis humanæ curioſitati præſcriptis, ab eorum cognitione nos revocaret, quæ impune prorſus ignorarentur, ut ſeilicet totam mentis intentionem reſus majoris momenti & noſtræ utilitati magis conducentibus impenderemus.

Nec ſane multum in exploranda Angelorum natura Judæi olim ante captivitatem ſtudii contulerunt. Nullum etiam ad eam uſque ætatem illis impendiſſe cultum ſive legitimum, ſive ſuperſtitioſum legimus; quin ne nomina quidem illis tributa norant. Quæ enim deinde collata ſunt Angelis nomina, ipſis fatentibus de ſe Judæis, non Hebræi ipſi per ſe excogitarunt, ſed e Chaldæorum diſciplina diſcentes, uſurpata voluerunt nomina Michaelis, Gabrielis, & Raphaelis; ſicut & ex eodem fonte ſeptem Angeli Principes Throno Dei aſſiſtentes derivati ſunt. Neque plus aliquid de malis Angelis norant; nomen enim *Satan*, quod alicubi occurrit, nonniſi *adverſarium* ſignificat; ſic *Beelſebub* peculiaris Idoli nomen eſt. Apud Iſaiam 14. 12. ſermo eſt de Lucifero; ſed eo nomine matutinum ſidus nuncupatum, nec niſi figurata quadam locutione ad Dæmonem translatum eſt. Primum omnium mali Angeli nomen Aſmodæus occurrit; quamquam & dubitationis locus eſt, an peculiare aliquod Dæmonis nomen voce illa defignetur; poteſt enim Tobiæ locus 3. 8. reddi, *Demon exterminator*, cum in Vulgata habeatur: *Dæmonium nomine Aſmodæus occiderat eos*. Fateamur tamen oportet, receptum in Vulgata ſenſum proniorem eſſe & maxime ad litteram Textus, ſi Aſmodæus pro ſingulari Dæmonis alicujus nomine uſurpetur. Græcus legit: *Aſmodæus malus Dæmon*: Sanctus Proſper [5] *Aſmodæum neciſſimum*; Hebræus Munſteri: *Aſmodæi Rex Dæmonum* [6].

Inter varias nominis *Aſmodæus* etymologias hæc jure meritoque ſeligenda eſt, quæ vocem derivat ex *Samad* [7]; deſtruere, exterminare, perdere, deſolare; quæ ſane cjuſdem vocis ſignificationes omnes quadrant cum Dæmone id potiſſimum intendente, ut animas omnes perdat, virtutis & pietatis opera deſtruat, proba etiam conſilia ſummoveat omnia, uno verbo in partem gloriæ & honoris ducente, ſi quos potuerit criminibus & ſceleribus implicare, ſubdeque omnem mundi œconomiam vertere. S. Joannes in Apoc. 9. 11. meminit Dæmonis, cui nomen in Hebræo *Abdon*, in Græco *Apollyon*, in Latino *Exterminans*. Angelus iſte exterminans ultionem Domini in Ægyptum intuliſſe, excuſſo decem plagarum flagello, ereditur (8); eodemque gladium ſtringente animadverſum ferunt in Iſraelitas perduellionis & murmuris reos in deſerto (9); quemadmodum & ejus gladio exercitum Sennacherib in Paleſtinis agris deletum (10). Ecquis alius perſecutores Eccleſiæ in Fideles animavit; quis Hæreticos & impios, ut pravis dogmatibus Fidei ſanctitatem corrumpant, incitavit, & nunc etiam incitat?

Cum

(1) *An.393.can.38.* (2) *An.397.can.47.* (3) *Epiſt. ad Chromat. & Heliod.* (4) *Grot.Præfat. in Tob. Sixt.Senenſ.Bibliior.lib.8.* (5) *Proſper. de Promiſſis par.2.cap.39. A qua Aſmodæum Dæmonium neciſſimum expulit.*

(6) *Hebr.Munſt.* (7) *In Nisbil.* (8) *Exod.8.9.10.11. & Sap.11.* (9) *1.Cor.10.10. & Judith.8.24.25. Exterminati ſunt ab exterminatore, & a ſerpentibus perierunt* (10) *4.Reg.19.35.*

Cum vero nomen Exterminans æque omnibus malis Angelis commune esse potuerit; adhuc quæstionis locus est, quinam Angelus ille malus, qui Sarai obsidebat, gravique institit fœpremi viris ad puellæ thalamum accedentibus? Scitum est enim plures esse, nec unius generis, Dæmones [1]; horum enim alii primas inter suos obtinent; alii subjectorum jure serviunt. Sunt qui avaritiæ, sunt qui ebrietati, licentiæ, gulæ præsideant. Illis cura est, ut fururorum Oracula procudant vendantque; illi tentandis hominibus graves instant; illi mali hospites hominibus insident. Non desunt, qui morbos excitent; & eam de illis opinionem habere Judæos in Evangelio intelligimus, ut morbos fere omnes Dæmonibus ferant accepto. Tandem vulgo creditur, Dæmonum aliquos aerem obsidere, alios deserta, alios Provincias, & Regna. Quis ergo Dæmon Asmodæus?

Hebræum, supra a nobis laudatum, *Regis Dæmonum* titulo illum distinguit, sed inter malos illos Angelos Regis titulus multis communis est. Christum in *Beelzebub Principe Dæmoniorum ejicere Dæmonia* Judæi spargebant in vulgus [2]. S. Hieronymus in Habac. 3. Principem Dæmonum ex doctrina Hebræorum *Resephph* appellat; sonat autem vox prunas, scintillas, sagittam, quæ omnia cum Diabolo, sive illius expedita in omnibus agendi ratio, sive diræ in illum a Deo pronunciatæ post pellectam ad crimen Evam respiciantur, optime quadrant. Eumdem Dæmonum Principem S. Chrysostomus appellat *Sathael*, ac si diceretur, qui terga Deo tamquam invito vertit [3].

S. Joannes in Apoc. 12. 9. pluribus illum suggillat; uti *Draconis magni, serpentis antiqui, Diaboli, Satanæ, qui seducit universum orbem*. Apud Job 1. 6. & Matth. 4. 10. *Satban* vocatur, quo nomine nihil aprius alto in illo odio adversus homines & veritatem experimento; sonat enim hostis, adversarius, calumniator; in quam etiam significationem convenit vox Græca *Diabolos*, quæ adversarium injustum, & sycophantam, calumniatorem exprimit. Depingitur 1. Petri 5. 8. veluti Leo rugiens undique pererrans, ut prædam aliquam, quam voret, anxie scrutatur. Tandem non Samuel Principi Dæmoniorum nomen tributum est *Lucifer* [4]. Sunt qui credant, Asmodæum Principem esse Dæmonum Mediæ, qua in regione suam exerceret potestatem; quemadmodum Dæmon ille apud Dan. 10. 13. Perfidi imperans S. Michaeli populi Dei patrono aliquantum restitit. Sane nomen Asmodæus derivari potest ex Hebræo *Esch-Madai*, ignis Mediæ, impuras enim flammas fovet. Natus est ex Rabbinorum doctrina ex connubio Noemę sororis Tubalcain cum Simeon: ipsissimus est Simeon cum Sammael, de quo in Targum ad cap. 28. Job. Docent insuper Talmudistæ, Asmodæum super Dæmones universos principem locum tenere [5].

Quę tamen opinio præ cęteris probatur Asmodæum libidinis Dæmonem constituit; an vero Regem supra cęteros Dæmones agat, quod cum Hebręis affirmemus nihil est, cum in sacra Scriptura id muneris egisse legatur, quod facile inferior quisque Dæmon obire potuisset. Namque permissa a Deo potestate, quicumque procaciores ad Sarę thalamum accederent, illos neci tradebat; nihil tamen habebat virium in honestissimam probamque puellam, atque invitus reluctansque quin & rei exitum ignorans, in felicitatem illius, sicut & Tobię, etiam atque etiam conferebat. Nimirum ambo illi morum affinitate sese invicem reposcebant; quos proinde alto providentię suo consilio respiciens Deus, neminem alterum ad puellæ thorum accedere permisit, quam inviolatam sectissimo conjugi reservabat.

Hujus necis causam nomen Raphael ipse juveni *Differt. Calmet. Tom. I.* Tobię, Tob. 6. 17. aperuit: *Offendam tibi, qui sunt, quibus prævalere potest Dæmonium. Hi namque, qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum a se & a sua mente excludant, & sue libidini ita vacent, sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus: habet potestatem Dæmonium super eos*. Nec Sara aliter suspicata est, Tob. 3. 19. *Aut ego indigna fui illis, aut illi forsitan me non fuerunt digni*. Ita plane; neque enim digni erant eo conjugio brutales viri, quamquam non ea sola fuit eorum necis ratio, nisi etiam procacioris libidinis crimen ultionem in ipsos Divinam provocaret.

Quod in hac re negotium facessere videtur, illud est, nimirum Dęmonem Asmodęum e fumo de jecore, & corde pueris prunis impositis fublato depulsum fuisse [6]. Quomodo enim sive fumus, sive nidor, sive aliud quodcumque corporeum, & e corpore expressum gravius esse Spiritibus poterat? Quamquam enim procedentes a corpore impressiones, si forte in sensus impingant, statim horroris voluptatisve sensum in anima excitant; quo sane horrore, & voluptate etiam spiritus a materia secretos tangi posse intelligimus; numquam tamen ex ipia tangi persuademur, si omne absuerit Divinum prodigium, quo Deus supremus rerum omnium arbiter potentia sua jubeat, occasione quarumdam corporearum impressionum, quę in corpora, ab illis Spiritibus plane secreta, fierent, similes motus in Spiritibus respondere. Ita in torquendis apud Inferos Dęmonibus & impiorum animabus servatum intelligimus; ut scilicet occasione ignis, ubi illi meriantur, sensus quidam doloris, Deo ita volente in ipsis excitetur; quemadmodum soler, cum spiritus, vitali cum corpore junctus fœdere, ejus dolore tangitur. In hunc plane modum Dęmones, & impiorum animas materiali igne in Inferno torqueri creduntur; non enim vorax illud elementum cremandis animabus impendirur; sed eo posito, Dei omnia potentis voluntate intimo tam doloris sensu anima tangitur, veluti si corpore induta igne torresentibus membris angeretur.

Faciliori negotio ab ea se difficultate extricabant Pagani, quorum solemnis erat sententia Dęmones subtili ac tenui quodam corpore veluti e puriori ęthere constare; rati insuper liquoribus illos, qui sibi libarentur, pasci [7]; sicut etiam nidore carnium, quæ in victimas cremabantur; ac tandem fumo illos thuris & aromatum, & cruore victimarum nutriri. Verum, ait Porphyrius, vir sapiens ab hisce sacrificiis plurimum cavebit, metu ne forte Dęmones, omnis mali authores, ad se alliciat. Una huic curæ fedebit, ut animam ab omni macula eluat; neque enim in animam omnis corruptionis expertem nequissimi illi Cacodęmones aliquid possunt. Eadem plane sensisse credimus Chaldęos, apud quos Liber Tobię scriptis mandatus est; sicut & Israelitas, pro quibus scribendum Author hunc Librum suscepit: ambo enim populi Dęmones a materia non omino secretos arbitrati, sensus illis, & impressiones, quales nonnili corpora paterentur, aptabant. Horum proinde opinioni, & populi prejudiciis sese accommodans Tobias, Raphaelem aliquem [8] dicebat, Dęmonem Asmodęum Saram deperire, i. e. tam cautę blandam elegantemque puellam custodire, ut neminem ad illam accedere permitteret. Hic sane, si alias unquam, valet illud S. Hieronymi in Jerem. cap. 28. *Multa in Scripturis Sanctis dicuntur juxta opinionem illius temporis quo gesta referuntur, & non juxta quod res veritas continebat* [9]. Neque errorem illum veteres Ecclesię Patres prorsus deposuisse constat, cum Dęmones subtili corpore constare, ut delicatis odoribus cęterisque tenuioribus sensuum functionibus aptum esset, arbitrarentur. Origenes tamquam ex-

(1) Vide si placet 1. *Cor.* 15. 24. *Cum evacuaverit omnem Principatum, & potestatem, & virtutem. Et Abb. Serun. apud Cassianum Collat. 8. cap. 14. Serar. ad Tobiam* 3. 9. 4. *Origen. contra Cels. l.* 8. (2) *Matt.* 9. 34. & 12. 24. *Marc.* 3. 22. *Luc.* 11. 15. (3) *S. Chrysost. Hom. de lapsu primi hom.* (4) *Isai.* 14. 12. (5) Vide si lubet *Serar. quæst.* 9. *Eliam Levit. in Thisbi, Targum in Job*, 28. & *in Ecclc.* 1. 1. (6) *Tob.* 6. 8. *Cordis particulam si super carbones ponas, extricat omne genus Dæmoniorum sive a viro sive a muliere*. Alibi vero cordi jungitur jecur; quemadmodum etiam utrumque in Græco exprimitur. S. Prosper nihil habet nisi de felle, memoriæ, uti credimus; lapsu par. 3 cap. 29. Promiss. (7) *Porphyr. de abstin. lib.* 2. (8) *Tob.* 6. 19. (9) Vide & *in Matth.* 24. & *in Helvidium*,

gra controversiam positum constituit, Dæmones liquoribus & allarum carnium sapore delectari [1]; interdum assumpta Sanctissimorum Virorum atque bonorum Angelorum persona simplicioribus illudere, impuris cupiditatibus & sono musicorum instrumentorum tangi [*], locoque pelli tam carminum quam herbarum ac imagunclarum occulta vi, quæ medendis morbis, ab illis causatis, pharmacum sunt præstantissimum. Hæc sane omnia tum vetustate tum authoritate & numero eorum, quorum suffragio fulciuntur, probatissima sunt [2]; & quamquam alia Ecclesiæ sedisse sententia videatur, non deiunt tamen nostra quoque ætate Viri eruditi, genus quodam corporis Angelis omnibus sive bonis sive malis tribuentes. Non se continet Grotius in Psalm. 103. quin de fautoribus Aristotelis amarius conqueratur, quem Philosophum ille primum authorem rerum omnis corporis expertum arbitratur. Si igitur hæc constituantur, nihil plane nos movebit, dum Angelis & Dæmonibus sive corporea forma; sive potus & cibi usus, sive causandorum atque depellendorum morborum efficacitas tribuatur: est enim naturæ maxime consentaneum, ut corpus in sensus & corpora agat.

Quomodo ab hac se expediant sententia quicumque nidorem assati cordis, & jecoris Dæmonem vi sua expulisse autumarunt, non facile conceperim [3]. Quantum enim viri illi philosophico acumine conniterunt, numquam tamen evincent, eam, quam constituunt, inter Asmodæum & nidorem istum antipathiam id efficere potuisse, ut Spiritus fumo depelleretur. Cum enim antipathia omnis qualitatum inter se oppositione & repugnantia inducatur, nulla plane erit inter spiritus & corpus, quæ inter nulla ratio communis est, antipathia; alioqui etenim non unus vel alter spiritus simultatem exerceret in corpora, sed omnes plane spiritus æque corpora horrerent; æque enim omnes ingenium habent a corpore abhorrens.

Si quis vero totam hujus nidoris efficacitatem constituere voluerit in sensu, quo non Spiritus quidem, sed junctum Spiritui corpus afficitur; cum mirum subita hominum & sanguinis agitatione prævæ in corpore affectiones, quibus Dæmon affligendo corpore utitur, corrigantur; si quis, inquam, eam sententiam maluerit, ille sane opinionis suæ nec religiosissimos Theologos, nec delicatissimos exactissimosque Philosophos refragatores habebit. Profecto si retro melancholiæ morbo correptus Saul angebatur, poterat sane David insanientem humorem leni plectro compescere, atque intestino eorumdem humorum bello sublato, instrumenta noerendi Diabolo subduxisse; ex quo illud consequebatur, ut musicis cantilenis depelli Dæmonem rectissime diceretur. Paria de radicibus apud Josephum Antiquit. lib. 8. cap. 2. & de Bello lib. 7. cap. 23. philosopharemur; illis enim vix manibus oblatis Dæmon, uti quidem ferebatur, e corpore hominum abibat, quo præsentissimo in Dæmoniacos pharmaco usos fuisse Judæos instructore Salomone narrabant. Similem depellendi arcendive Dæmones vim habuisse radices plurimas, herbas, plantas, petras, & alia legimus [4], quibus omnibus illud S. Augustini de fumo, quo pelli Dæmones creduntur, optime quadrat: *Non quia nidore ac fumo, sicut nonnulli vani opinantur, sed hominum pascuntur erroribus* [5]. Non equidem fumo, herbis five lapidibus Dæmones pelluntur vel allicuntur, sed vana hominum, qui eo tenentur errore, superstitione; illis enim in pravis hisce opinionibus detinendis alliciendisque solent interdum Dæmones eorum votis obsecundare; ut quantum detrimenti ex eo quod pellantur, accipiunt, tantum sibi lucri ex superstitione & errore, quem foverunt, comparent.

Quod autem ad verba quædam & notas magicas, ficut etiam genus quoddam plantarum spectat, aliter plane nobis philosophandum est. Solent enim Dæmones ultro sibi legem imponere, ut nihil sibi nisi ad nutum clientulorum agendum permittant: in eo siquidem imperii sui impii sævique rationem constituentes, ut nocentibus ad nocendum serviant; illud maximum lucrum suum rati, si hominibus famulatum exhibentes, illos sibi eriam atque etiam devoveant. Sed hæc omnia nihil plane in rem præsentem faciunt; certo enim constat, nihil in historia Tobiæ & Dæmonis magicę superstitionis interfuisse.

Inter duas hasce opiniones, illam nempe quæ naturali virtute, & illam quæ Divina pulsum Dæmonem constituunt, mediam sibi viam tenendam Serarius in Tob. 8. q. 31. arbitratur. Observat ille rem aliquam fieri potuisse, five boni five tantum pravi Angeli operatione, five solo nutu & imperio Dei, nullo Angeli vel alterius cujuscumque naturalis agentis ministerio utentis; vel tandem huic præstando posse Deum Angelum five Dæmonem mittere, qui Divinis justionibus implendis instrumento aliquo naturali uterentur; uterentur autem five necessitate quadam coacti, five sponte, vel instrumentum illud rei producendæ natura aptum sit vel ineptum. His autem constitutis, opinatur Serarius, fumum jecoris vi quadam naturali pellendo Dæmoni aptum fuisse; cujus rei argumentum esse dicit Angeli cum Tobia colloquium, qui humano loquendi more insitam jecori piscis virtutem pellendi Dæmonem narravit [6]. Nec aliter quam quomodo dictum hominis accipi solet, junior Tobias Raphaelis, quem merum hominem arbitrabatur, dictum suscepit; nec aliter volebat idem Tobias, cum de virtute ejusdem jecoris Angelum interrogaret [7]: ad cujus proinde mentem eumdem Angelum respondisse par est. Censet igitur idem Author, Deum, cum mundum crearet, plantis quibusdam virtutem coercendi Dæmonem, cujus jam inde perspectam in homines nequitiam habebat, indidisse. Aliquid tamen supra naturam in eodem fumo agnoscit, ex eo scilicet quod Angelus inter loquendum Tobiæ revelavit, pulsum semel Dæmonem jecoris fumo numquam deinceps reversi, quod sane prodigiosum est & prorsus supra pharmaci naturam. Hujus prodigii in causa fuisse censet tum junioris Tobiæ continentiam, & precandi studium, cum puta duorum conjugum in conjugio ineundo consilium: ac tandem Angeli Raphaelis præsentiam non modice in eam rem contulisse sibi persuadet.

Totam hanc historiam ad parabolam & Rhetorum allegoriam Grotius redegisse videtur [8]; neque enim Dæmonem five prodigium aliquod in deliberatione Saræ agnoscit. Quum Scriptura Asmodæum, septem priores Saræ viros occidentem, nominat nihil est Grotio, præter noxia quædam in corpore ejusdem fœminæ qualitas, qua viri illi correpti interimerentur. Solemne est enim Hebræis, ut morbi omnes & incommoda, quorum latuerint causæ, Diabolo deputent; ut suos esse furditatis Dæmones, suos silentii, quibus homines & mutt & surdi redderentur, crediderint [9]. Epileptici, & ignotis aliis morbis pharmacis omnibus contumacibus laborantes, Dæmonibus, ut illi quidem autumabant, torquentibus angebantur. Ejus opinionis dogmata in Evangelio habemus perspecta. Eo igitur morbo Sara laborabat, cui a te depellendo plurimum contulit tum ejusdem Tobiæ continentia, tum fumus, quo conclave universum, quo lectus, quo cetera omnia purgarentur. Ita Grotius nodum indissolubilem præcidit, & unico calami tractu probatissimam, & omnium tam Judæorum, quam Christianorum assensu probatam historiam evertit; probatam, inquam, totius Ecclesiæ Christianæ contentu, neque enim alicujus esse momenti reputanda est quorumdam recentiorum Interpretum singularis opinio, qui nullo satis firmo ducti argumento, de illius veritate dubitarunt.

Qui-

(1) *Origen. contra Celf. lib. 3. pag. 28. & pag. 33.* (*) *Idem lib. 8. pag. 417. & 418. Edit. Cantabrig.* (2) Vide Huet. *Origenian. l. 2. cap. 2. quæf. 5.* (3) *Bart. Fanus in Energumenis; & P. G. Tholosan. Syntagm. juris l. 24. cap. 22.* (4) Vide *Serar. in Tob. 8. q. 8. art. 2. 3. 4. &c.* (5) *De civit. l. 2. c. 22.* (6) *Tob. 6. 7.* (7) *Tob. 6. 7.* (8) *Ad Tob. 3. 8. & 6. 8.* (9) *Luc, 11. 14. Matt. 9. 32. Marc. ad Matt. 4. 24.*

Quicumque divina virtute pulsum Asmodæum judicant, illi sane inter se minime conveniunt. Sunt enim, qui censeant (1) fumum illum non nisi tymbolum quoddam fuisse precum Tobiæ & Saræ, quibus unice eo tempore valetudinis prodigium tribuendum; quemadmodum olim in luto, quo cæci oculos linivit Jesus, accidisse legimus: vix enim lotis in piscina Siloe ejus viri luminibus, statim videndi facultas restituta est, non luti sive aquarum, sed ipsius Jesu virtute. Ex eo erat Dæmonum genere Asmodæus, qui continentia & oratione pelluntur, quemadmodum Dæmones, de quibus in Evangelio, non nisi prece & jejunio ejiciebantur. Malunt alii [2], Raphaelem unum Asmodæum depulisse, qui ne prodigium sentiretur, jecur adhiberit; ejus enim obtentu Angelus latete Tobiam voluit, ne quis esset [latere enim Deus Angelum volebat quoadusque Tobias regtederetur] viro proderet. S. Prosper omnia ad Jesum Christum piscem mysticum [3] Dæmones expellentem, & nos a morbis curantem deflectit. Sed mysticum sensum prosequi se idem Pater declarat, ut proinde hæc ejus opinio e litteralium expositionum centu expungenda sit.

Quicumque hæc sententia de pulso Divina virtute Asmodæo tenentur, his potissimum argumentis valent. 1. Multum inter se duo hæc abhorrent, spiritus nempe & fumus, crassus ille, corporeus & sensibilis. 2. Multum etiam abhorrent inter se morbus ille & pharmacum. Solent quidem in morbis contrariæ indolis medicamenta adhiberi, vel saltem peccantes humores emissione compesci, vel recta sanguinis & humorum œconomia restitui, quod non una ratione confici potest; sive in humores ipsos agendo, sive causa peccandi illis sublata, sive restituta spiritui pristina quiete & tranquillitate; semel enim ae ille aequieverit, continuo quies omnis & tranquillitas sanguinis & humorum restituatur oportet, totaque deinde influaretur corporis habitudo. Tandem potest morbus destitutione spirituum induci, cui depellendo unice prodest spirituum igniculos excitare, atque adhibito nutrimento sanguinem & humores, animia effusione erogatos reparare.

Nihil simile in præsentia. Uxor junioris Tobiæ nullo, quantum scimus, corporis vitio laborabat. Id unice præstandum erat, ut Dæmon, quo puella obsidebatur, eaque illigia in procaces ejus amatores debacchabatur, pulsus abiret. Porro neque fumus in Dæmonem corpore destituum agere poterat, neque in spiritum mulieris: quid enim corpus ad spiritum? 3. Si quid fumus in Saram valuisset, ut quid in alios ad similes effectus non valeat? Suffumigia & odoramenta omnia, quæcumque tandem fuerint, numquam pellendo Dæmoni, sive e corpore sive e loco virtute sua valuerunt. Si forte in Exotcismis quibusdam [4] sulphur & alia acerrimi odoris cremanda præferibantur, non odori tamen sed precibus, quibus ea cæremonia adsolvitur, Dæmonis expulsio tribuenda est. Tandem si fumus pellendo Dæmoni se solo valuisset, ut quid orare atque continentiam servare conjuges jubentur? Ut quid Raphael Tobiam admonuit in eos tantum valere Dæmones, qui brutales voluptates unice sectantur? Naturalis medicina nullam exigebat recti cordis habitudinem.

Inter tot varias repugnantesque sententias illud nobis statuendum jure meritoque arbitramur; 1. Fumum jecoris piscis nihil insita virtute in Dæmonem valuisse. 2. Nihil illum potuisse nisi in sensus Tobiæ & Saræ, in quibus forte calentis voluptatis titillationes compescens, continentiæ servandæ plurimum contulit; quam sane virtutem ceetis quibusdam plantis, fuecinis, & odoribus tribuendam Naturalis historiæ Scriptores omnes noiunt [5]. Factum inde, ut obstructa Dæmoni nocendi via nihil in Tobiam valuerit, neque illi petimendo, quemadmodum iit ceteros ante ipsum, quidquam virium habuerit; ac proinde victus ac rubore suffusus e loco se pioripiens in superiorem Ægyptum impiis artibus exercendis sese transferret. Nec modice illi depellendo contulit duorum conjugum in studio castæ precis, & vigiliarum per tres succedentes noctes continuus. 3. Tandem Angelus Raphael non minimum victoriæ in Asmodæum momentum fuit, quippe qui & attem vincendo Dæmoni revelavit, atque constituram vero Israelitæ in conjugio inemndo disciplinam docuit; ac tandem ea qua pollebat virtute, Dæmonem, ut victus daret manus, coegit. Maximam enim victoriæ partem eidem Angelo tribuendam satis insinuat Scriptura, narrans catenis revinctum Asmodæum in ultimam Ægyptum a Raphaele amandatum fuisse. Id plane, ut catenis Dæmonem vincirer, neque fumo e jecore piscis, neque precibus, neque Tobiæ continentiæ tribuereture. Quare tota hujus prodigii ratio tribus potissimum constat. In revelatione singularis atque prorsus extraordinarii pharmaci. 2. Quod Raphael veram causam mortis priorum Saræ conjugum aperuerit, simul ostendens quid facto, opus esset, ut simile malum cvitaretur. 3. In ope a Raphaele præstita, quo Dæmoni arcendo atque in perpetuum eliminando Tobias valeret.

Reliquum est disquirantus relegationis Asmodæi rationem, causam, & locum: rem enim tantummodo narrans Scriptura, cetera omnia silet [6]. *Tum Raphael apprehendit Dæmonium, & religavit illud in desertos superioris Ægypti.* Hebræus legit Asmodæum vix nidore jecoris perecpto in superiorem Ægyptum sese proripuisse; catenis ab Angelo religatum in Græco additur; quod vero idem Angelus Dæmonem apprehenderit, in neutro, sed in Vulgata quidem legimus. Instituta autem eadem Vulgata, Angelum hæc omnia in zelibus Ragaelis præstitisse, devinctumque veluti ad carcerem in deserta Thebaidis destinasse. Ucumque res habuerit sese, illud constat, hujus historiæ narrationem aliter accipiendam, quam quomodo rigidus litteræ sonus designat. Qui Dæmon alligaretur, qui certo alicui loco addiceretur; qui apprehenderetur & veluti captivus, detruderetur in carcerem? Verbum igitur *alligare* in præsentia eodem fenio usurpandum esse constat, quemadmodum & alibi fæpe in Sacra Scriptura, ubi iisdem fere verbis de Cacodæmone agitur. Ita Jesus Christus numquam e custodia viri fortis detrahi arma & vastari ædes posse dicit, *nisi quis prius*, ait, *alligaverit fortem*. 7]: & in Apoc. 20. 2. *Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est Diabolus & Satan, & alligavit eos per annos mille*. S. Petrus Ep. 2. cap. 2. 4. de lapsu Angelorum perduelliam ait: *Rudentibus inferni detrahes in Tartarum tradidit cruciandos, in judicium reservavit*. S. Judas de Angelis *qui non servaverunt suum Principatum* scribit: *In judicii magni diei vinculis æternis sub caligine reservavit*. Has omnes phrases aliter plane intelligamus oportet, quam de reali quodam alligatione, qua veris catenis vincti Dæmones detinenterur, cum potius vim quamdam superiorem infinuent, cujus potestate impius Dæmonum furor coercetur, atque inviti in togmentis detinentur.

S. Augustinus [8] totam hanc alligationis Dæmonis rationem ita exponit: *Alligatie Diaboli est non permissi exercere totam tentationem, quam paciscitur, vel vi, vel dolo ad seducendos homines*. Detinetur modo vinculis alligatus in inferno Diabolus, cum exerere vires suas fallendis hominibus per Idololatriam, quemadmodum olim ante prædicationem Jesu Christi per uni verfum mundum, prohibeatur. Hunc

(1) *Lyran. ad cap. 6. Munst. ad Tob.* 8. 3. *Tirin. ad 6.* 8. (2) *Valef. Philef. Sac. c.* 38. *Est. ad Tob.* 8. 2. Vide si lubet *Guillel. Parisc. De Universo, Carthus. ad Tob.* 8. *Serar. ib. q.* 2. (3) *Prosp. de promiss. p.* 2. *c.* 39. *Ichthys* Græce est piscis, & etiam monogramma Jesu Christi. nec infrequenter Jesus pisci apud Veteres comparatur. Vide *Tertull. de Bapt. Hieron. ad Bonif. Optatum lib.* 8. *Aug. de Civit. l.* 18. (4) Vide *Damonicorum flagell. Exercif. 4. & 6.* Quamquam eos ritus una cum Libro censura inuisisse S. R. Ecclesia videtur. (5) *Plin. l.* 24. *c.* 9. *de Salice & Amomo; lib.* 25. *cap.* 13 *& l.* 26. *c.* 10. *de Nymphæa, & lib.* 30. *c.* 15. *&* 32. *Ovidius de Remed. Amor. l.* 1. (6) *Tob.* 8. 3. (7) *Matt.* 12. 29. *Mar.* 3. (8) *De Civit. l.* 20. *c.* 7. *&* 8.

fortem Christus alligavit, arcem illius expugnavit, arma diripuit omnia, & spolia divisit. Raphael cum Aimodæo, quemadmodum cum victo, dispotice egit, ut veluti in vinculis captivum atque in extremam ignotamque oram relegatum habucrit: justit enim de mandato Domini e loco secedere, subslatamque illi significavit concessam antea (revendi in vitos procacesque ad thorum Satæ accedentes facultatem. Hæc omnia uno illo verbulo *religavit* desygnatur. Cum enim Dæmon nihil injustu Domini valeat, eo permissam facultatem revocante veluti alligatur. Scite enim Pseudo- Augustinus [1] illum cani alligato compatat: *Alligatus est, tamquam innexus catenis canis: neminem potest mordere, nisi eum, qui se illi mortifera securitate conjunxerit ..... Latrare potest, sollicitare potest, mordere non potest, nisi volentem.*

Verum quinam fieri potest, ut Dæmon uni certo loco addictus teneatur? Nonne æque repugnat sive spiritus uno certo in loco claudatur, sive vinculis alligetur, quorum utrumque a natura intellectuali penitus abhorret? Reipondemus tamen utrumque nullo negotio fieri potuisse: sicut enim Dæmon alligatus dicitur, cum ejus nocendi potentia certis quibusdam finibus Deo jubente coarctatur; ita pariter idem Spiritus uno certo in loco teneri dicetur, cum Dei jussu nihil agere nisi certo in loco, rebus, & personis permitteretur. Quare cum Aimodæus anteq uni Satæ alligatus detineretur, ut nihil posset, nisi in eos, qui prava cordis habitudine ad puellæ thotum accederent: inde postea depulsus in deserta superioris Ægypti amandatus fuit, non ut ibi veluti in carcere cluderetur, sed ut eum locum veluti theatrum exerendæ virtutis suæ haberet, seu potius ut ibi veluti in deserto inculto loco nemini noxius detineretur. Igitur clausus in loco Dæmon nihil est aliud, quam Dæmon intra certi loci spatia agere permissus. Dæmon, cui Deus tentare aliquem permittit, ille eo in loco clauius, ubi vir ille degit, rectissime dicitetur.

Qui malis spiritibus ita imperet, ut ad arbitrium atque supremo jure possit illos certis quibuldam locis & temporum articulis addicere, finibus eorum nequitiæ præstitutis, & ne ultra noceant inhibere, unus est Deus. Fatemur tamen Angelos interdum & homines eadem potestate usos, ut Dæmones certo quodam in loco religarent, atque impotentem illorum furorem frangerent; sed nemo unquam inventus est sive homo sive Angelus, qui propria virtute in Dæmones valuerit, sine tantum Dei nomine prævalens; eo nomine pollens Raphael; eo S. Michael Sathanam corpus Moysis rapere audentem coercuit [2]: *Imperet tibi Dominus*. Tandem si quid SS. Martyres, Confessores, & Exorcistæ nostra ætate coercendo Dæmoni possunt, id unice virtuti & nomini Jesu Christi tribuendum.

Alia vero est de Magis, qui posse se in Dæmones aliquid gloriantur, ratio. Si quid enim illi veri asserant, cum alligatos gestare Dæmones in annulis, in cubiculis aliisque locis habere fetunt; non illi quidem nominis Dei sive invito Deo propria virtute agere credendi sunt; sed sive vana & chimerica peccstate in Dæmones utuntur, sive Deus latenti quodam & tertibili providentiæ suæ consilio permittit, ut infelices illi, qui ab obsequiis Dei recesserunt, detestabili servitute malis Angelis addicantur, specie quadam authoritatis, qua sibi aliquid in Dæmones posse videntur, allecti, cum interim specie imperii indigna & impia servitute opprimantur. Facile etiam opinaremur, Dæmonum Principem quodam imperii genere in suos usus, subjectos sibi spiritus cogere, ut Magorum, qui Dæmoni se totos addixerunt voluntati obsequantur. Utcumque tamen res habeat iste, semper tamen tum rectæ rationis sensu, tum religione ipsa docemur, neque Principes Dæmonum, neque subjectos illis Dæmones, neque tandem Magos dispotieam & absolutam authoritatem exercere; tota enim Dæmonis virtus & actio ad nutum Summi Spirituum Principis, qui infinita potestate sua & sapientia dirigit & conservat omnia, dependet.

Extorzi Dæmoni superior Ægyptus arens plane, sterilis, arenosa, inculta & habitatorium pene vacua regio assignata est. Cum enim Ægypti solum nullo Cæli imbre irrigetur [3], atque exundantis Nili aquæ, ne superiorem regionem fœcundent, objectu montium & soli altitudine prohibeantur, arescere illam, atque squallescere necesse est. Quin & serpentibus venenatisque bestiis totam teneri S. Hieronymus in Ezechielem cap. 30. autumavit. Profecto horrentia illa & deserta loca in oblivione & horrore semper mansissent, nisi SS. Eremicolarum frequentia celebrarentur; quorum religione & virtute factum est, ut quæ olim horrori habebatur regio, deinde tamquam deliciarum Paradisus & terra selecta, ubi insignium virtutum exempla florcscerent, fuisi eretur. Quare Dæmon ab universo qua late patet orbe virtute Crucis exclusus, cum ad extrema illa loca confugiens in tuto se crederet, inde etiam virtute & auctoritate veterum Solitariorum secedere coactus est. In hanc arenam defcendentes Antonius, Pacomius, Macarius, Paphnutius, cæterique plures, sæpius cum Dæmone congressi, de hoste, quamquam alioqui furibundo, ferosi, atque assignati sibi loci strenuo defensore, insignes nec raras victorias reportarunt.

Quantum temporis religatus Aimodæus in Ægypto detinueretur, in Scriptura quidem non legimus; suspicandi tamen locus est, toto vitæ Tobiæ & Saræ tempore in exilio mansisse, cum Tob. 6. 8. legamus Dæmonem iemel ea arte, qua ibidem exprimitur, expulsum, numquam ad illos reverti potuisse; *Ita ut ultra non accedat ad eos*. An vero eo elapso termino denegata prius facultas nocendi iterum Dæmoni concessa sit, altum est Providentiæ arcanum, cujus consilium scrutari nemini licet. Animadvertisse juvat Jesum Christum Matt. 12. 43. insinuare, vulgatam hanc esse Judæorum perluasionem, Dæmonem scilicet ex hominibus, quos obsidebat, depulsum, loca petere squallentia & deserta, donec aptum rei tempus nactus, pristinum illud hominis contubernium repetat. Ita pulsus e Saule Dæmon per intervalla redibat. Septuagintaillud Isaiæ 13. 21. 22. ita reddunt, quasi Babylonem in solitudinem ab hostibus redactam habitaturæ essent Sirenes & Centauri, eodemque choreas ductari Dæmones ventitarent.

Mira quædam narrantur [4] de angue in spelunca superioris Ægypti versante, quæ tane naturæ vires superare facile quisque in animum induceret. Latet enim in specu montis e regione urbis Saata, centum lenes supra Cairum ad ripam occidentalem Nili. Nemini nocet bellua, sed singulis se palpandam, quin etiam occidendam atque in frusta secandam præbet. Si forte in dissitas plurium dierum itinere regiones transferatur, adhuc tamen occilus revivisceit, atque in charo sibi specu quærentibus inveniatur, Sentire illum crederes; obvius enim occurrentibus procurrit, longisque spiris complectitur; cum interim aliarum compectum evitet promptusque diffugiat. Tandem si vera sunt, quæ de hoc serpente narrantur, prodigiosum aliquid in illo agnoscere cogimur. Sunt qui ipsissimum esse Aimodæum in superiori Ægypto religatum opinentur. Sed optandum esset certum tempos indicaretur, ex quo in eas regiones anguis appatuit, de quo altum est apud Veteres silentium. An forte hæc fabella ad imponendum credulis fallendumque otiosiorum tempus procusa est?

IN

(1) *Ser. 197. de Temp. nunc 37. Append. nov. Edit.* (2) *Judæ Epist. ver. 9.* (3) Vide *Herod. l. 2. Diod. l. 2. Ptolem. Strabo &c.* (4) Vide *Voyag. de Paul. Luc. de Levant. t. 1. c. 9. & 14.*

IN LIBRUM JUDITH PROLEGOMENON.

LIBER Judith hiſtoriam potiſſimum complectitur liberatæ Bethuliæ ab obſidione Aſſyriorum, quibus Holofernes præfuerat. Nabuchodonoſor Rex Ninives relata de Arphaxad Rege Medorum victoria tumens, univerſas ſibi orbis gentes ſubigere, ſolumque le Numen ab univerſis late populis colendum præſtare mollitus eſt. Eo conſilio Holofernem immani inſtructum exercitu ad imponendum Cappadociæ, Ciliciæ, Arabiæ, Meſopotamiæ, Syriæ, Phœniciæ, & Palæſtinæ jugum miſit. In tanto rerum terrore contremiſcere omnia, ultro colla ſubmittere, abolitiſque undique avitæ religionis monumentis, aræ quaquaverſum Nabuchodonoſori tanquam Numini erigi.

Tot ſimitatum gentium ærumnis docti Judæi, atque victoria ceterarum per circuitum gentium tumentiorem impotentioremque hoſtem animadvertentes, conſilium in ſpeciem quidem temerarium & præpoſterum, re tamen & eventu ſalubre inverunt. Bethulia Urbs vix ad Ægyptum imminens, occluſis foribus victoris legem recuſavit. Obſtinatis frangendis obſidio Urbis ab Holofernе ſuſcepta eſt, opportuniſque circa illam locis occupatis, fontes potiſſimum, unde aquæ Bethuliam derivabantur, obſtruxit. Quare in ultimas angustias redactis civibus, ad tumultum vergere omnia, paſſimque in Optimates exclamare, ut intra quinque dies, niſi interim obteſtis auxilium extrinſecus obvenilet, deditionem polliceri cogerentur.

Inter hæc Judith vidua Manaſſe relicta, ſpectatæ virtutis & nominis fœmina, optimates ad ſe accitos pluribus objurgavit, quippe qui tempus auxilio Dei præſcribere auſi fuiſſent. Adjecit, ſtatuiſſe ſe populum ab iis, quibus præmebatur, angustiis, in caſtra hoſtium ſeſe conferens, relevare. Nec mora: aſſumptis ſplendidiſſimis veſtibus totaque muliebri apparatu compta, caſtra hoſtium & Holofernem convenit, quem & veluſtæ elegantia, ſapientique de induſtria compoſito ſermone ita cœpit, ut ſtrenuus ille miles nihil ultra cogitatet, quam ut fœmina potiretur. Eam nacta occaſionem Judith, ad cœnam in tentorio Holofernis invitata, contenlit, ſolaque poſt cibum una cum illo manens, largiori vino madentem & in ſomnum reſolutum obtruncavit, raptumque Bethuliam ſeſe recepit. His ſimul geſtis, Judæi clamantes undique in Aſſyrios proruerunt, qui tubita hoſtium effuſione attoniti, concurſu ad Holofernem facto, Duci juſſiones exquiſituri venerunt; ted illum obtruncatum nacti, ſubita ſtatim conſternatione omnia turbarunt, & uti in re trepida, ſua omnes quærere, ſalutemque fuga procurare coacti ſunt. Terga vertentes hoſtes Judæi Damaſcum uſque prolecuti ſunt, ingentibus de illis ſpoliis relatis. Tantæ victoriæ ſolemnes Deo gratias Judith Cantico recitato perſolvit, totamque illam diem ſingulisque deinde recurrentibus annis ſolemnem Judæi habuerunt.

Hujus Libri Auctor omnium Interpretum conſenſu latet (1): doctiores ſumus de tempore, quo eadem hiſtoria referenda, ſicut & quo potiſſimum ſermone primitus conſcriberetur. Sunt qui cum Regno Manaſſis ante captivitatem Babyloniçam componant; ſunt qui cum Regno Sedeciæ Regis Juda. Alii malunt poſt captivitatem ſub Dario, Xerſe, Cambiſe: ſunt tandem qui ab omni te difficultate expedientes, totam hanc hiſtoriam meram putamque fabellam ſive parabolam, quæ ſub ementitis nominibus victoriam Eccleſiæ Judaicæ in adverſarios ſuos, ae poſtiſſimum in Antiochum Epiphanem celebraverint, autumaverint. Singula hæc ſuſius in examen revocanda ſunt.

Interpretum plerique ſuſpicantur, Summum Sacerdotem Joacim ſive Eliacim, cujus eſt in eo Libro ſermo, genuinum illius Auctorem habendum eſſe. Hujus tamen opinionis ſolæ tunc, veriſimiles conjecturæ. Munus erat Sacerdotum Judæorum, ut geſta omnia gentis ſuæ, quæ maxime memorabilia viderentur, in commentarios redigerent (2). Ad Summum Sacerdotem Joacim, ſi ad alium unquam, liberato Bethuliæ ſpectabat, quare potuit rei geſtæ hiſtoriam ſcriptis redegiſſe. Sed levia hæc; ſi quid enim ex eo argumento liceret, illud ſtatim conſequeretur, Summos Sacerdotes omnes eos Scripturæ Hiſtoricos Libros dictaſſe, quorum Author in ipſis Libris non legitur. Suſpicantur alii Joſue filium Jehedech Summum Sacerdotem Judæorum, ætatis ſuæ hiſtoriam ſcriptis redegiſſe (3). S. Hieronymus in Aggæum. 1. 6. aſſumere videtur, Judith geſtas ſe omnia ſcripſiſſe; ſed optimanis ſua nullum documentum affert. Animadvertione dignum eſt, Authorem, licet in deſcribenda hiſtoria non legnem nec oſcitantem, nunquam tamen, nec obiter, prodidiſſe nullumque reliquiſſe indicium, quo coævum ſe hiſtoriam ſcribere inſinuaret. Quin & contrarium nobis deprehendiſſe videmur, cum legimus ejus Authoris tempore adhuc familiam Achior in Iſraele veriatam fuiſſe (4), & feſtum victoriæ Judith adhuc celebrari (5); hæc enim omnia deſignare rem inperiori ætate geſtam videntur.

Si aliquid certi definiri potuiſſet de tempore incepti ſive abolitæ hujus Feſti, facile etiam ejuldem hiſtoriæ tempus colligeretur; ſed in omnibus vetuſtis Calendariis, exteriique Hebræorum monumentis deſideratur. Ceterum ſi nihil aliud ex eo cruerire, vetuſtiſſimum tamen elle Librum certo conſtat; agit enim de Feſto, cujus nulla eſt memoria in monumentis poſt captivitatem Babyloicam.

Apud Joſephum, Philonem, & Scriptores, N. T. altum eſt de Judith ejuſque Libro ſilentium, cujus tamen non magni facienda eſt ratio, neque enim id ſibi negotii Authores illi ſuſceperunt, ut de hiſtoria univerſa Judaica agerent; & Joſephus nihil ſibi ſcribendum aſſumſit, quam quod in Libris Hebraice ſcriptis invenilſet (6). In novo Teſtamento quædam occurrunt, quæ ex eo Libro tranſcripta videntur, uti Cor. 10. 9. 10. *Neque murmuraverilis, ſicut quidam eorum, & perierunt ab Exterminatore*; ſcripſerat enim illi Judith 8. 24. 25. *Illi autem, qui tentationes non ſuſcepernnt .... & improperium murmurationis ſuæ contra Dominum protulerunt, exterminati ſunt ab exterminatore, & a ſerpentibus perierunt*: & quæ S. Elizabeth ad Virginem dixit: *Benedicta tu inter mulieres*, expreſſum videtur ex illo Oſiæ ad Judith: *Benedicta es tu filia a Domino Deo excelſo, pra omnibus mulieribus ſuper terram*. Originale hujus Operis Chaldaice ſcriptum ſuiſſe S. Hieronymus præfat. in Judith aſſeruit, teſtatus inſuper ſe variantibus quamplurimis olim in variis Exemplaribus ejuldem Libri reſidibus relecatis, uni Textui Chaldaico in Latinum transferendo inhæſiſſe; *Magis autem ſenſum ſenſui, quam ex verbo verbum* expreſſiſſe. Prufecto ſi Chaldaice Liber ſcriptus eſt, non inviti opinaremur, ipſo captivitatis tempore exaratum fuiſſe, vel ſaltem poſt ſolutam captivitatem, ſuppetentibus Authori veteribus Commentariis ſub Manaſſe, & Summo Sacerdote Eliacim ſcriptis.

Verſio Græca, quæ modo ſupereſt, a noſtra Vul-

Differt. Calmet. Tom. I.

(1) Vide *Serar. Prolegom. in Judith, Huet. Demonſt. Evangel. prooſ. 4. Natal. Alex. Hiſt. Vet. Teſt. Differt. 7. art. 4. Interpp paſſim.* (2) *Joſeph. lib. 1. contra Appion.* (3) *In Theophilo lib. de temporibus, Rab. Azarias Sixt. Senenſ. Juli. Roger. de Libb. Canonic. cap. 20.* (4) *Judith 14. 6.* (5) *Judith. 21. 31.* (6) *Joſephus in Proleg. Antiq. Lib. 1. c. 11.*

gata discrepat, adeoque nec satis constare potest cum Chaldæo, quod jam intercidit, ut ambas istas Versiones ex uno eodemque Originali expressas vix ae ne vix quidem credamus. Nisi forte Græcus Interpres non Versionem genuinam & litterale suscepisse dixerimus, sed paraphrasim variis & ad arbitrium excogitatis circumstantiis ornatam; vel saltem S. Hieronymum, qui in eo opere, quemadmodum & in versione Tobiæ Interpretes ejus est Hebraice exponente quæ ipse Latine scriptis excipere; vel saltem, inquam S. Hieronymum sive Interpretem in compendium redegisse historiam eredamus, pluribus de industriis, ut pronior sensus efficeretur. Nemo enim ad certum definire potest, quomodo verba illa S. Doctoris accipienda sint: *Magis sensum e sensu quam ex verbo verbum transferens*. Versionem Syriacam e Græco expressam satis constat tum collatione utriusque Textus, tum ex variantibus quibuidam ex varia legendi verba quædam Græca ratione resultantibus (1). Quicumque in eam Versionem laboraunt, correctionibus Græcis Exemplaribus, quam quæ modo supperant, utebantur. Nomina in illis Urbium exactissima erant, cum modo corruptissima in nostris Editionibus legantur; redundant etiam nonnulla, desiderantque in Græco in Syriaco saniora.

Quod ad variantia Veterum Latinorum Exemplarium spectat, de quibus tam alte S. Hieronymus conqueritur, jure illum queri suis intelligimus, si vecera MSS. Vulgatæ ante S. Hieronymum recepiæ, & hodie usque exstantia, sicut & testimonia Veterum Patrum, ex iis relata consulantur. Author novæ Editionis S. Hieronymi Exemplar nobis communicavit satis quidem ad Græcum Romanæ editionis accedens, sed & in pluribus discrepans. Interdum propius ad nostram Vulgatam accedens a Græco recedit. Exemplar illud nomine Veteris Latinæ Versionis sive Italicæ, seu Veteris Vulgatæ laudatur. Veteres Patres solent plerumque verbositatem e Græco laudare, quamquam non sine variantibus. Ira Origenes refert ex Judith: *Prævaricationem invotabe, & invecabit prævaricationem* (2). Quæ verba nec in Vulgata, nec in Græco leguntur. S. Fulgentius Ep. 2. ad Gallam refert genealogiam Manassis viri Judith, cujus ne verbum quidem in Scriptura. Sunt etiam Eruditi quidam, qui dubitent, an Latinus Textus ipsa fit S. Hieronymi Versio, cum phrasibus quibuidam redundet, quæ Versionem potius ex Græco, quam e Chaldæo adornatam iubodient. Ita quæ leguntur cap. 9. 13. *Percute eum labiis charitatis meæ*, mendum aliquod insinuare videntur ex corrupta Græci lectione, cum Interpres *Agapes* legerit pro *Apates*, uti hodie usque in Exemplaribus Græcis, & in Syriaco olim lectum est. Ita pariter Judith 10. 3. legimus: *Unxit se myro* (sive, ut in veteribus Exemplaribus, *myrte*) *optime*, expressum est ex Græco *myron*, unguentum. In eodem etiam versiculo est *mitra* Græca vox.

Origenis ætate Hebraicum Exemplar apud Judæos cerebatur (3); sed Hebraum sic pro Chaldaico, quod sequiori ætate cum Hebræo confusum est, facile usurpatur. Si enim Hebraicum Originale, vel saltem optimum Exemplar ætate Sancti Hieronymi supersuisset, nec vir ille ductus ignoralet, nec neglexisset. Cum igitur e Chaldæo Versionem suam adornare coactus esset, nullum plane exstitisse Judæorum lingua scriptum dicamus oportet. Sebastianus Munsterus Præfat. in Tob. Hebr. ne dubitare quidem se dicit, Judæos Constantinopolitanos, qui nostra ætate Hebraicum Libri Exemplar servant, Opus illud typis vulgasse; sed falli virum credimus, cum nullum unquam Hebraice scriptum publicam lucem aspexerit. Quare nullum de illo judicium ferre possumus, an scilicet ad Vulgatam, an ad Græcum accedat.

Tempus historiæ Judith res est omnium operosissima, unde potissimum eetera pendent, quæ de opere illo ambiguntur. Semel enim ac rei gestæ epocha statuatur, cur suspicionem aliquam in veritatem ejus Libri creare adverfarii laborent, nihil est. Recepta olim Eusebii ætate Hebræorum traditio tenebat, Nabuchodonosorem Ilepium fuisse Cambysem (4), quo rerum potiente Judith historia contigerit. In eamdem sententiam plures abierunt (5), uti legere est apud Suidam (6), Bedam Venerabilem, Rabanum Maurum, Othonem Frisingensem, Hugonem Cardinalem, Lyranum, Magistrum historiæ Scholasticę, aliosque. S. Augustinus de Civit. lib. 18. cap. 26. nomen Principis silet, sed historiam constituit inter Cyrum, & Darium, quos inter unus Cambyses regnavit. Sed hanc opinioni plura refragantur. 1. Metropolis Regni sub Cambyse non Ninive, sed Babylon constituta erat. 2. Cambyses 7. annis ac tribus mensibus regnavit (7), cum interim Nabuchodonosor ann. 13. Regni sui expeditionem in Arphaxadum susceperit legatur. 3. Omnia tandem loca, quę Holofernes ditioni Regis subjecit, omnia, inquam, Cambysi in exordio Regni parebant, & numquam jugum excusserunt, ne Judęa quidem excepta.

Malunt alii historiam Judith cum Regno Xersis componere, cujus opinionis assertores laudantur Iulius Africanus apud Suidam v. Iudith, Torniellus ad A. M. 3572. Ribera in Nahum 2. P. Alexander hist. V. T. Dissert. 9. aliique nonnulli. Addunt ilk Xerxem, post infelicem in Græciam expeditionem, in contemptum tam hostium, quam gentilium suorum venisse; quare Nabuchodonosor, tum urbis Ninivæ Præfectus, suis ad defectionem sollicitatis, bellum in Arphaxad Regem Medorum intulisse, cujus victoria tumens de subigendo sibi terrarum orbe consilium agitasse narratur. Sed hęc fabella de Imperio Nabuchodonosoris in Ninive ad arbitrium prouia est; neque enim Torniellus verbo tem alterius fidem exterquet. Legimus quidem apud Iustinum (8), affectis Persidis rebus sub Xerie *Artabanum* occasionem nactum Imperii occupandi consilium agitasse; sed vir ille Regnum Medorum seu Ninives administrasse, nusquam apud eumdem Iustinum legitur. Cum de rebus historicis agitur, nulla habenda est illarum ratio, ceteris omnibus in speciem licet verosimilibus, cum ille, de quo potissimum agendum est, sive nutpiam in rerum natura exstitisse, vel latem non exstiterit, ambigendi locus esse demonstratur; quemadmodum in præsenti de Nabuchodonosore accidit.

Estius in Iudith 1. aliique nonnulli historiam illam rejciunt ad Darium filium Histaspis, cujus edicto Templum reparare Hebræi permissi sunt; stetisse enim Templum sub Iudith vix ambigimus. Serius etiam, nempe ad Regnum Artaxersis Ochi, amandat Sulpitius Severus hist. Sacr. lib. 2. ex eo potissimum ductus, quod Ochus Princeps esset violentus, & Eunuchus ille, qui Regem interemit, Bagoas appellatetur. Porro Rex ille bellum amvit, expeditionemque in Ægyptum suscepit, occupavit Iericho, & ludęos magno numero captivos adduxit (9). Sed non omnia ejus Principis in rem præsentem quadrant: nomen Bagoę eque omnibus Eunuchis commune est; ille vero, de quo apud Iudith, Holoferni non Nabuchodonosori serviebat. Ad hęc, Regnum Darii filii Hystaspis, sive Ochi cum Nabuchodonosoris gestis componi vix potest. Hi enim neque Ninive regnabant, neque in Assyrios, nullamque in Reges Medorum expeditionem suscepisse leguntur. Quis audivit unquam Reges illos Cappadociam, Ciliciam, Syriam, Arabiam, Mesopotamiam, Phœniciam ditioni suę adjecisse? cum potius omnes illas regiones hereditario jure a decessoribus suis acceptas tenerent?

Recepta magis, quęque nostra ætate apud optimes

(1) *Ita cap.* 8. 21. Græcum legit, *Epideixometha*; cum Syriacus legerit, *Epideixometha*, nos recepimus. Et *cap.* 9. 2. verbum *mitran* vitta, sive cingulus virginalis, pro crinum vitta sive mitra usurpatur. (2) *Origen. hom.* 29. *in Ierem.* (3) *Orig. ad Afric.* (4) *Eus. Chronic.* (5) *Histor. Schol. Dion. Carthus.* (6) *Suidas verbo Holofernes.* (7) *Herodot. l.* 3. *cap* 66. (8) *Justin. lib.* 3. *Nortes Rex Persarum, terror antea gentium, bello in Græcia infeliciter gesto, etiam suis contemptui esse cepit. Quippe Artabanus Praefectus ejus in spem Regni adductus est.* (9) *Solin. cap.* 35. *Syncell. ex Iul. Afric. Oros. lib.* 31. *cap.* 7.

mos Chronologos invaluit, sententia (1) tenet, historiam hanc cum tempore ante captivitatem componendam; quamquam nec satis inter ejus asserores conveniat. Aliis enim statuitur sub Manasse, aliis sub Sedecia, cujus posteremæ opinionis patronus Genebrardus missum credit in Judæam Holofernem a Nabuchodonosore regni sui anno 13. cum interim ipse Rex sexennio post exercitu in Jerusalem ducto, Urbe capta Templum evertit. Sed plura in ea sententia reprehendenda. Quomodo in ea hypotesi longa pacis per plures annos quies explicaretur, quam pacem a victoria Judith partam neque ad ejus vitæ exitum, & diu etiam post mansisse legimus Judith 16. 30.? Quicumque sub Manasse constituunt, illi inter se committuntur; sunt (2) enim, qui tempori captivitatis ejus Principis in Babylonia affignent, quibus suffragari Scriptura in eo videtur, quod nullum in Juda Regem nominet, & alterum rebus gerendis præfuisse neminem significet, nisi unum Summum Sacerdotem Eliacim sive Joacim (3), cujus nutu omnia gerebantur, nec alter totius gentis nomine gratias Judith actuus venit. Revocatum jam e captivitate eumdem Regem alii malunt, quem tamen nullis fe Reipublicæ negotiis immiscuisse ea occasione dicunt, cum quod palam cum Regibus Assyriæ se committere alienum rebus suis crederet, tum quod totum se pœnitudini, atque implorandæ de criminibus suis veniæ addixisset. Hæc posterior sententia, quam melioribus fultam rationibus credimus ceteris omnibus a nobis præferenda.

In tanta opinionum diversitate negotium etiam facit non leve, quis potissimum Summus Sacerdos tum sacris præesset, qua de re in Dissertatione de successione Summorum Sacerdotum apud Judæos.

Duo etiam nec levioris momenti pro evertenda totius Libri authoritate opponuntur (4). IV Librum esse apocryphum cujus nulla in controversiis de Religione authoritas. 2. Non historiam veram continere, sed fabellam sive parabolam elegantem, scitam, sed veritate vacuam, ut proinde frustra sit, quicumque eotam illam cum historia generali sive particulari Judæorum, vel Assyriorum componere laboraverit. Numquam Author, inquiunt illi, sive temporum ordini, sive Geographiæ, vel Chronologiæ serviendum sibi sumpsit, eo solo contentus, si characterem eorum quos in scenam adduxebat, quam egregie servaret. Fabella est, ait Grotius Præfat. Comment. in Lib. Judith, sub persecutione Antiochi Epiphanis ante violatam sub eodem Principe, Idolo constituto, Templi Religionem procusa. Ejus scribendæ consilium fuit, ut Judæi prompti auxilii spe erigerentur. *Judith* sonat Judæa (5); *Bethulia*, Templum sive Domus Dei (6); gladius Bethulia egrediens ipsæ sunt sanctorum preces; *Nabuchodonosor* est Diabolus; *Assyria*, fastus sive audacia. Antiochus Epiphanes Diaboli sævientis minister erat quem proinde Scriptor nomine *Holofernis* obscura quadam ambage designavit; reddi enim potest nomen illud lictor, satelles serpentis (7). Summus Sacerdos *Eliacim* sive *Joachim* (8) sonat Dominus exurget, suscitabit (nempe auxiliatorem). Judith in ea historia vidua elegans & spectatæ virtutis depingitur, ut veluti facie agnoscerertur Judæa sub Antiochi persecutione. Gloriatur Judith numquam se prævaricationem Patrum suorum imitatam externis Numinibus prophana manu litasse (*).

Hæc ingenio equidem dicta nihil præter ingenium viri docti demonstrant; quamvis enim acute, quamvis feliciter excogitata sint, numquam tamen fidem extorserint, nisi ejusdem opinionis solida argumenta afferantur. Tam bellum enim Grotii ædificium totum uno hoc verbulo, *nego*, everterit; si enim semel ejus methodus admittatur, continuo historia Patriarchæ Joseph, Moysis, Davidis & Salomonis æque parabolis deputarentur. Numquam ad allusiones detorquendi omnia occasio deesset, semel ac quis mysterium aliquod, sive figuram in historia quærere animo destinavit. Itæ, quas laudavimus, historiæ nec minori arte, nec minori rerum connexione, quam narratio Judith referuntur. Vel igitur omnes ad fabellas amandandæ sunt, vel omnes probandæ. Demonstrentur in historia Judith, si qua sunt, veris Judæorum historiis totius Orbis consensu probatis repugnantia, flatimque nos fabellam clamabimus. Id vero nunquam ab obtrectatoribus ejusdem Libri factum est, quamquam nec legniter laborarunt, si quid reperiri posset, quod suo intentui serviret. In ipso Operis vestibulo ipsum se prodere Authorem ejusdem obtrectatores contendunt; quippe qui de Nabuchodonosore Rege Assyriorum agat, cujus nominis nemo in Ninive, sed in Babylonia tantum regnasse legitur. Meminit etiam Arphaxad Ecbatanorum conditoris, quam Urbem fundasse Dejoëm in Herodoto l. 1. c. 8. 9. legimus. Addit, Arphaxadum bello victum a Nabuchodonosore gladio victoris interisse, cum alioqui D. joes plenus annorum, & gloriæ diem claudent. Varia illa loca, quæ præsius Nabuchodonosoris cum Arphaxad celebrantur, nec apte affignata sunt, nec vere; sunt enim sive ignota, sive inter se immodice distantia. In adscriptionibus etiam annorum menda plurima; quo enim loco Latinus habet anno 13. Nabuchodonosoris, Græcus ponit 17. (9). Post deductos ab Autore in scenam duos illos Principes, qui ante captivitatem regnarunt, cam personam agentem, Judith, Summum Sacerdotem Joachimum ipsum inducit, quasi post solutam captivitatem & restitutum Templum viverent (10). De Regibus Juda, atque Præfectis eorum militaribus ne verbum quidem apud illum; omnia ad nutum Summi Sacerdotis, ejusque Sanhedrii aguntur. Porro Senatus ille, vel Sanhedrin recens inventum est, nec Maccabæis antiquius. Quod autem majoris est momenti, vixque ferendum, ita agentem personam Summi Holofernem inducit, ut mores omnes Persarum imitaretur, cum hujus, quicumque fuerit, Nabuchodonosoris, ætate ne nomen quidem Persarum notum esset. Hæc plane ad sensum repugnant nullaque vi cohærent; nec minus incongrua in Chronologia affert. Imperium Assyriorum ante captivitatem cum Imperio Regum Juda; & hæc duo cum administratione Summorum Sacerdotum, post solutam captivitatem simul miscentur.

In Geographia lapsus plures. Bethulia constituitur non longe a Bashneon, & Bethmasta, ac Dothaim, nec non a valle Esdrelon, & torrente Ciffon; quod numquam potest, si eadem Urbs in Tribu Simeon, & vie e Judæa in Ægyptum imminens statuatur. Si Authori fides, solo trium mensium spatio Holofernes tam vastum regionis spatium occupavit, quantum nemo unquam non minus valido instructus exercitu vix percurreret. Post tot emensas victoriis suis regiones, post felicem per tot itineris spatia armorum cursum, victorem exercitum minima quidam Urbs remorata est, eui obsidendæ integro mense, & etiam altero & ultra, juxta Græcum, iners, & ne aggressione quidem tentata, sed tantum occupatis fontibus, substituit: Addit idem Author, Holofernem distructis aquæductibus aquam in Urbem prohibuisse, quasi scilicet ex inferiori in superiorem locum per aquæductus, & canales aqua deducererur. Dum quietus in obsidione Bethuliæ Holofernes morabatur, Summus Sacerdos Judææ omnem in fe belli molem suscipit, omnia per totam regionem disponit. In Genealogia Judith turbata omnia (11); geminis Textus inter se numquam non discrepant. E Simeone, & Ruben Judith contra historiæ fidem deducitur. Sepulchrum Manassis viri Judith inter

Differt. Calmet. Tom. I.

(1) *Salian. ad A. M. 3333. Genebrar. Usser. Serar. in Judith* 2. (2) *Vide Melch. Can. Bellar. Huet.* (3) *Judith* 4. 5. 6. 7. & 2. 5. 9. 10. (4) *Anabaptista Luther, Vitteber. Chytræus, Berould. Reinerius &c.* (5) *Judæa Judith,* (6) *Beth ol jah. Domus Dei.* (7) *Halpher Nachach. Lictor serpentis, seu Diaboli.* (8) *Eljakim sive Joakim. Dominus exurget, suscitabit*, supple, *auxiliatorem.* (*) *Judith* 8. 18. (9) Vide *Græc. t. I. ... 12 & 2. 1.* (10) Vide *c.* 4. 2. 22. & 5. 22. 23. (11) *Judith*, 8. 2.

Baal-meon, & Dothaim sium legitur cum Vulgata etiam atque iterum sepulturæ Bethuliæ mandatum habeat (2). Repugnantia virtuti ejus verba, & facta Judith tribuuntur; non semel enim mendax est (2); & fœminam agit affrictæ frontis, Holoferni teneriores amores instillat, atque minus casta cogitantem, molientemque non caste fovet. Historia deductæ Judith in tentorium Holofernis implicata est (3). In Græco ipse Dux e tentorio egreditur, simulque fœmina ingreditur. Tandem frequentissimæ adeo variantes inter Græcum, & Latinum (4). resultant, ut suspicionem maximam, sin minus in Librum, saltem in fidem Interpretum crearent. Si enim uterque, tam Latinus nempe quam Græcus, unum idemque Originale sub oculis habebant, alterutrius fidem in discrimen venire oportet; si vero utrique diversa suppetebant, quomodo una & eadem historia aliter & aliter describi posset?

His potissimum cavillis veritatem historiæ Judith impetunt adversarii; sed Authores Catholicos non movent. Nec unus aut alter ejus libri authoritatem vindicandam suscepit: turba est, quæ nihil in illo sive Scripturæ sive historiæ repugnare aggressa est demonstrandum. Eamdem spartam, nec infeliciter, adoriuntur Sixtus Senensis Bib. Sacr. l. 8. Bellarm. de Verb. Dei l. 1. c. 12. (5) Huetius Episcopus Abrincensis Demonst. prop. 4. & omnium postremus D. Montfaucon in Opere de hoc argumento. Nos etiam pleraque ex his objectionibus in Commentario solvimus, quas illic fusius deductas nos hic in compendium afferemus. Nomen Nabuchodonosori Regi Niuive attributum mendum est, si Historiæ rigor attendatur; sed Ritus, & consuetudo Judæorum tale aliquid patitur: solebant enim post captivitatem eo nomine appellare omnes, qui in Transeuphratheæ regnabant; quod adeo verum est, ut in Tobia eodem appellentur Nabopolassar, sicut & Assueri nomine Astyages nuncupatus est (6). Esdras etiam, cujus Libri veritas omnibus asserta est, Darium Hystaspis *Regem Assur* denominat, (7) quamquam alioqui Assyriorum Regnum tum temporis Persarum Monarchiæ accederet. Tandem nomen Assueri Artaxerxi collatum apud Esther etiam legitur. Quid? Nonne in Veteri Testamento Reges Ægypti Pharaonis nomine ubique designantur? Erit igitur supra fidem, si nomini Saosduchin in Libro Judith subtitutum sit nomen Nabuchodonosoris; cum maxime ea ætate viveret hujus Libri Scriptor, quo nominis magni Nabuchodonosoris gloria ceterorum nomina obfuscaverat?

Quod sequimur systema historicum, sale optimorum Scriptorum fulcitur. Regnum Assaradonis Babylone, quo Manassem duxerat caprivum, optime compuni potest cum Nabuchodonosoris Ninive; utrinque enim Reges illos imperasse ea ætate constat. Si quæ vero sive in adscriptionibus temporum, sive locorum minus congrua, id unice tribuendum est, quod plurium annorum spatio continuatum bellum plura habuit & pluribus in locis commissa prælia, ex quibus locorum varietas resultat.

Ad captivitates, & dispersiones Juda quod spectat, plures distinguere oportet captivitates particulares, & brevioris temporis, longe ab aliis caritivitatibus duturnioribus & majoribus diversas. In mentem etiam revocandum est, Græcam Versionem circumstantiis nonnullis, nominibus Urbium & hominum, ac adscriptionibus temporum redundare, quæ neque in Vulgata, nec facile in Originali legebantur. Hæc omnia sive incuria Amanuensium sive audacia correctorum in Textum irrepentia improbum defendendi laborem non suscipiamus (8). Menda sunt: quod dictum iis volumus, qui in nominibus locorum corrupta, sive confusa omnia clamant; sicut etiam iis, qui paria reprehendunt in Genealogia Judith, in sepulchro Manassis aliisque hujus generis. Ex collatione Originalis Chaldaici, si nostra ætate superesset, de sinceritate utriusque Versionis judicium ferri posset. Cum vero jam inde intercideritit, historiam omnibus veritatis characteribus distinctam ex mendo aliquo, sive corrupto Textus sensu, quod incuriæ Amanuensium tribui jure meritoque potuerit, nemo prædiciis vacuus rejecerit. Quot enim alioqui Authores veteres Græci, & Latini hodie in situ & squallore relinquerentur, nisi viri aliqui periti repurgandos illos e barbarie, & mendis, quibus incuria & teneritate Amanuensium redundabant, suscepissent? Simile aliquid non inani labore tentaretur, si Versionum Græcarum copia suppeteret. Syriaca Versio pluribus in locis Græcis nostris Editionibus correctior est, quod ejus Author vetustius, & correctius Exemplar sub oculis haberet, quo documento quid nobis sperandum esset intelligimus, si Optimorum Exemplarium copia inlitueretur. Quid si etiam Originale supersesset? Uno oculi ictu omnia depellerentur, quæ ab adversariis ex varietate nominum, & adscriptionum annorum in apertam ejus Libri lucem affuia sunt.

At eum Holofernes non unum ex Persarum moribus imitatus est. Ebo. Sed hæc Persarum consuetudo æque apud Assyrios Reges obtinebat. Græci, quorum tantum relatione aliqua de moribus Orientalium scimus, non nisi post Regnum Persarum ad teribendum tese conferentes, nonnisi de Persis exacti aliquid sive peculiarius egerunt. Aliorum Imperia solo nomine norant. Numquid propterea, quæ Persarum consuetudo fuisse scribitur, hæc aliis communis fuisse non poterat? Supra fidem arbitrantur celerem victoriarum Holofernis cursum, quo tot terrarum spatia emensus est: sed quicumque talia mirantur, illis animadvertendum, nihil victorem exercitum retardasse, nisi unam Bethuliam. Plus sibi negotii in Ægypto futurum credebant; quare in Palæstina immoratidm aliquanto censuerunt, tum ut copias usque majores sciberent, tum ut sessum exercitum curarent. Hæc Imperatori fusdebant ut in obsidione Bethuliæ senior immoraretur, veritus ne exercitum fatigaret, cum maxime res habenda esset inter anfractus viarum, & cum advertariis obstructissimis, qui præsium in montanis instituentes, facile paterant exercitam non levi incommodo afficere. Quod ad Judith spectat, quamquam ejus fœminæ agendi rationem plures doctissimi Interpretes defendendam non aspernandis rationibus susceperint, eorum tamen consilium nobis in præsentia probandum esse non duximus. Quo enim tenemur, veritatis amor ultro fateri nos cogit, in consilio hujus fœminæ aliquid esse reprehendendum, quippe cui & mendacium fuisset irandum, nimiusque le Holoferni amoribus indulgentiorem præbere opus fuisset. Sed ea, qua se ad facinus disposuit, cordis habitudo, prodigium illud, quo Deus fœminæ consilium adjuvit, & prosper rei eventus satis demonstrant, hanc sibi mentem a Deo inditam fuisse, totamque rei gerendæ rationem eodem docente didicisse. Cujus tamen seuretiæ vades nos præstare nolumus.

Quando vero plures in eo Libro difficultates coacti agnoscerenus (cum revera nullæ occurrant) quibus vix ac ne vix quidem satis fieret; quid inde contra illius veritatem & authoritatem? Semper nobis id pateret, ut totam ejus rei invidiam in Exemplarium corruptionem, quæ aliquoi manifestissime appareat, refunderemus. Quis, rogo, liber sive prophanus sive facer ab his difficultatibus, non aliunde derivatis quam ex ea, in qua versamur, Veteris historiæ omnium gentium ignoratione, immunis? Si Annales Regum Juda, & Israel saspius in Scriptura laudati supperenti, quantum ex illis lucis ignorantiæ nostræ affulgeret? Si Veteres Commentarii gentis Judaicæ, quibus gestorum omnium majoris momenti apud illos memoria ad posteros transmittebatur, non intercidisent; quot agitatæ modo controversiæ sopirentur, quot dellerentur obscura? Patia philosophemur oportet de veteribus historiis Chaldæorum, Per-

(1) *Bid. ver.* 3. (2) Vide *capp.* 9. & 11. (3) *cap.* 10. 17. 19. (4) Confer *capp.* 8. & 9. & 13. & 14. (5) Vide & *Serar. Prolog. in Judith.* (6) *Tob. ult. ver.* 16. & *seq. in Græc.* (7) *Esd.* 6. 22. (8) *Bellar. l. 1. c. 12. de Verbo Dei, Serar. in Judith* 8. q. 1.

Persarum, Assyriorum, Medorum, & Ægyptiorum, quibus omnibus genibus nihil antiquius fuisse, quam ut historias suas servarent, ex Scriptura intelligimus [1]. Jure ne reprobationis sententia feratur in ea, quæ prisca omnis ætas velut authentica ad nos transmisit; quæ Judæi, apud quos res gesta est, vera arbitrantur; quæ apertissimos veritatis characteres exhibent; uti e. g. eum familiam Achior adhuc ætate Authoris inter Judæos distinctam narrant; cum de festo in memoriam victoriæ Judith instituto agunt; cum nomina locorum, & personarum exacte exprimunt; eum adscriptiones ipsas temporum, & rerum circumstantias, ac eandem epinicium victoriæ Judith non omittunt?

Quando vero ea protulissent rationum monumenta adversarii, quibus cogeremur totam hanc historiam ad parabolam, sive ad fabellam, solandis afflictis Judæis procusam, & ad exhibendam in Judith minime fucatæ virtutis ideam deflectere; quid proinde illis ad isthmandam ejusdem Operis authoritatem? An propterea in eo scribendo Opere Author Divini Spiritus afflatu destitueretur? An Patres, qui ex eo testimonia laudarunt, Concilia quæ in Canonem Scripturarum coegerunt, Ecclesia quæ Opus probavit, sive in errore versari, sive in dilectimen Religionem adduxisse crederentur? Novum Testamentum redundat parabolis; redundat & Vetus, ea diligentia & accuratione scriptis, ut possent pro veris historiis haberi. Non desuerunt etiam viri docti, qui in parabolis Jesu Christi historicum aliquid suspicati sunt; quamquam alioqui plus esse quam parabolas, nullo argumento persuademur. Cum Nathan Davidem allocuturus parabolam induxit divitis ovem pauperis rapientis, ut convivium supervenienti amico instrueret [2]; cum fœmina Thecuitis eumdem Regem detinuit, parabolam narrans duorum filiorum; quorum alter ab altero vulneribus affectus occisus est, superstitem vero Judices ad necem quærerent [3]; cum Jesus Christus parabolam prosequitur Lazari & Divitis improbi [4]; cum hominis in itinere e Jerusalem Jericho in latrones incidentis [5]; eum inquam, hæc omnia quis ad parabolas deflexerit, an propterea ille minus recte de Religione sensisse crederetur? An earum parabolarum veritati, & authoritati quispiam propterea derogatum censeret, quod parabolæ sint moribus instruendis aptissimæ? Nisi quis absurdum aliquid sive pernitiosum dogma in eo Libro contineri demonstraverit, numquam evincet contra ejus veritatem. Id ante nos obiervavit contrasiæ opinionis assertor præcipuus [6], cujus sententia Liber optimus est, egregius, sanctus, utilis, dignus qui Christianis omnibus in deliciis sit; quidquid in eo legitur tamquam sancti alicujus Vatis sive Prophetæ Sancto Spiritu afflati sermo habendus est, quo ad mores informamur, deductis veluti in scenam personis, quas aptissimas in eam rem censuit. Si historia Judith, ait ille paulo superius, potuisset certis, & probatissimis historiis fulciri, dignus sane Liber esset, qui cum ceteris Sacris Libris in Canonem referretur.

Cum itaque Liber Judith nihil habeat probatissimis historiis repugnans, & veritatis characteres plures, nec obscuros, quemadmodum huc usque demonstratum est, præsertim, tamquam probatissimam & genuinam historiam recipiendum esse nullus dubito. Nullo vero negotio extrinseca illa authoritas, ex accepiantote Ecclesiæ deducta; eidem Operi asseretur. Quamquam ut vera fatear, de illo subdubitatum fuit aliquando, apud quamplurimos Authores, quo tempore ejus authoritas nondum Ecclesiæ fuerat explorata. Desideratur in Catalogis Divinarum Scripturarum apud Melitonem, Origenem, S. Athanasium in ejus Epistola Paschali, S. Hilarium, S. Gregorium Nazianzenum, S. Cyrillum Jerosolymitanum, & Concilium Laodicenum, Origenes intuper in Epistola ad Africanum differe testatur, apud Judæos nec legi nec inter sacros, sed inter apocryphos tanum recenseri. S. Hieronymus Præfat. in Libb. Salomonis hæc habet de illo: *Legis Ecclesia ad ædificationem plebis, non ad auctoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam.* Et Præfat. in Judith. ex nov. edit. confimat superiorem sententiam de Judæis, quos dicit eum Librum legere *inter apocrypha*, sive juxta alia Exemplaria, *inter hagiographa*; nec tamen dijudicandis de religione controversiis ex eo testimonia peti. Historiæ tamen veritatem ab illis probari dicit, ejusque Exemplar Chaldæum servari.

Verum ante S. Hieronymum vetustissimi PP. tamquam Canoniam Scripturam Opus laudarunt, veluti S. Clemens Papa in Epist. ad Corint. Pseudo Clemens in Constitutionibus Apostolicis, Origenes Hom. 19. in Jeremiam, & in Joannem lib. 3. Africanus, S. Clemens Alexandrinus Strom. lib. 4. Tertullianus de Monogamia. c. 17. & S. Ambrosius de Offic. l. 3. & de Viduis, qui omnes in publicis ad populum catechesibus Judith in exemplum virtutis proponunt. Paria apud S. Hieronymum Epist. ad Furiam servata intelligimus, eumdemque Librum a Concilio Nicæno receptum agnoscit, non quidem expresso ea de re sancito decreto, sed facile quod hujus Concilii Patres nonnulla testimonia ex illo laudent [7]. Pseudo Athanasius in Synopsi confpectum exhibet ejus Libri, sicut & ceterorum Sacræ Scripturæ. S. Augustinus [8] sicut & Ecclesia Africana universa expresso canone [9] probat. Gemina præstant Innocentius I. in Epist. ad Exuperium, & Gelasius in Concilio Romano, Laudatur a S. Fulgentio Epist. 2. ad Gallam, & a geminis vetustis Scriptoribus, quorum Sermones in Appendice 5. to. S. Augustini leguntur [10]. Longam tandem & tot annorum serie continuatam ejus Libri possessionem, ut Canonicus & Divinus haberetur, Concilium Tridentinum sess. 4. firmavit.

Quicumque ex Patribus Opus illud e suis Catalogis remotum voluerunt, Canonem illi solummodo Hebræorum instruendi [i. in quo sane omnes alia quam Judæorum lingua scripti Libri desiderantur] propositum habebant. Nihil tamen prohibet, quin illam etiam historiam tamquam genuinam agnoscerent, neque S. Spiritus afflatu scriptum Librum unquam negarunt. Judæi, qua sunt in veteres Scripturas suas superstitione, addere aliquid veteri Scripturarum suarum catalogo religiosum duxerunt, quare recentiorum Authorum opera scripti Libri, quamquam eorum etiam confessione sacri & probati, e censu Sacrorum ableganeur. Easleges numquam sibi præscribens Ecclesia Catholica, Canonem suum ita instruxit, ut plures etiam alios Libros authenticos omnes complecteretur.

DIS-

(1) 1. *Esdr.* 4. 19, 20. *Esther.* 2. 23. (2) 2. *Reg.* 12. 1. 2. *&c.* (3) 2. *Reg.* 14. 6. (4) *Luc.* 16. 20. *&c.* (5) *Luc.* 10. 30. *&c.* (6) *Lucher. Præfat. in Lib. Judith. Germanice.* (7) Vide *Not. Mariani & D. Jo. Martianai in Præfat. Hieron. in Judith. Idem Epist. ad Princip. Ruth, Esther & Judith. tanta gloriæ sunt, ut sacris voluminibus nomina dederint.* (8) *De Doctr. Christ. l. 2. c. 8.* (9) *Conc. Carth. 3. can. 47.* (10) *Serm. 48. & 49. nov. Edit.*

DISSERTATIO

DE ORDINE & SUCCESSIONE SUMMORUM Sacerdotum apud Judæos.

EUM ſemper in Republica Hebræorum gradum tenuit Sacerdotium, eamque in rebus tam religioſis quam politicis authoritatem obtinuit, ut Sacerdotum privilegiis, muneribus, & ſerie inexploratis, plenior de Republica & Religione illorum idea concipi numquam poſſit. Porro Sacerdotii dignitas uni Tribui Levitice, & familiæ Aaron reſervabatur. Neque enim ſacra illa dignitas vel ſuffragio totius populi, ſive authoritate Principum, ſive ambitu & induſtria, ſed nec virtutum merito, ac generis tantum privilegio petebatur, Factum inde, ut viri ejus familiæ omnem intenderent curam tabulis Genealogicis ſervandis, ne unquam contingeret, ut in ſæculorum caligine alienus aliquis furtim in familiam irreperet.

Nec minor illis cura, ait Joſephus, ne unquam cum aliarum Tribuum fœminis jungerent connubia [1], quod non ab incolis tantum Judææ, ſed etiam ab aliis in Babylonia, Ægypto, & alibi verſantibus ſervatum eſt. Mulierum enim, quibuſcum eonubia jugere volebant, Genealogias, & avorum nomina ſcrutaturi Jeroſolymam mittebant, vel ſin minus Genealogias, viros tamen earum rerum peritos ſedulo interrogabant. Si quid forte ſiniſtri in regione accidiſſet, veluti eum regio bellis vaſtaretur, quemadmodum ſub Antiocho Epiphane, Pompejo Magno, Quintilio Varo, & potiſſimum ſub Tito & Veſpaſiano; Sacerdotes qui forte ſupererant, veteribus Catalogis reparandis, atque nominibus fœminarum, quæ publicæ calamitati ſupervixerant in Tabulis referendis intendebant: neque enim captivas fœminas ducebant unquam, quarum nuptias potius, non ſtcus ac alienigenarum abhorrebant. Factum inde, addit Joſephus, ut *judicium integritatis hoc maximum ſit, quia Pontifices apud nos a duobus millibus annis denominati ſi-lii a patre conſcripti ſunt.*

Sacerdotium apud Hebræos nullum Reipublicæ munus a ſe alienum cenſebat, non juris dicundi, non militiæ, non ſæcularis cujuſque dignitatis. Erant enim Sacerdotes in exercitu, modo copiarum Ductores, modo Scribæ, interdum milites. Ecquis alius quam Sacerdotes buccinis in exercitu canebat? Jojada Sacerdos 2 [2] & Sadoch ſub Davide [3] manu lecti ſſimæ, & ad omnes uſus belli inſtructiſſimæ Sacerdotum & Levitarum præerant. Achimas filius Sadoch ſub Salomone Regiarum ædium œconomum gerebat, tum & impenſas per unum anni menſem Regiæ menſæ curabat [4]. Banajas filius Jojadæ Sacerdotis præerat manui 24000. Præterianorum, ſuo menſe Augſto excubias agentium [5]. Sub Ezechia Præfectus aulæ Regiæ Eliacim filius Helciæ Summi Sacerdotis legitur. Macchabæi, quorum eſt inclytum in armis nomen, & quorum opera uſus eſt Deus, ut prolapſum cultum & Religionem tuam reſtitueret, non ipſi tantum, ſed maxima etiam copiarum ipſorum pars genus ex Aarone referebant. Joſephus hiſtoricus tum rerum geſtarum ſuum Scriptorum gloria inſignis, unus erat ex Ducibus. Omnia ferme Iſraelis Tribunalia a Sacerdotibus tenebantur, qui ad præſcriptum Moſaicarum Legum normam jus populo dicebant [6]. Sed potiſſimum æque ac nobiliſſimum ipſorum munus illud fine controverſia habendum eſt, quod miniſterium Altaris, populi inſtitutio, & ſtudium Legis ad Sacerdotes unice ſpectaret.

Tres nati ſunt e Levi filii, Gerſon, Caath, & Merari, ex quibus totidem numero hominum florentiſſimæ familiæ, Dei ſervitiis addictæ, non eodem tamen ſingulæ honore & dignitate, derivatæ ſunt. Namque Aaron e poſteris Caath electus fuit a Deo, ut ipſe primus, ceteræque deinde ejus poſteri Sacerdotii munus in Iſraele obirent; cum interim reliqui ex eadem familia, ſicut & Gerſonitæ ac Meraritæ, inferiores minoris momenti dignitates obtinerent. Aaronis igitur poſteris electis unis ex omnibus in Sacerdotes Domini commiſſum munus, ut ſoli ad Altare Domini thymiamati & Sacrificiis offerendis accederent. Caathitæ, Gerſonitæ & Meraritæ intra Levitarum ordinem tantum, ad Sacerdotum notum miniſtrantium, & ab illis ſecundi fefe continuerunt. Singulorum munera, ordo & gradus ſuſius in Sacra Scriptura exponuntur.

Univerſo Clero præerat Summus Sacerdos, qui totius Religionis cardo & vertex habebatur. Permiſſus illi in Sanctuarium ingreſſus, cujus aditus ceteris omnibus claudebatur; quin nec Summo Sacerdoti niſi ſemel in anno, recurrente ſolemnis Expiationis die, patebat [7]. Summa illi in Judiciis poteſtas [8] & arbitrium in controverſiis de Religione majoris momenti. Non niſi puris ortus natalibus in Summum Sacerdotem eligebatur; cautumque ne quis certis quibuſdam corporis vitiis, de quibus in Lege, affectus aſſumeretur [9]. Funus illi lugere nefas [10]. Deus illi ſingulari privilegio Oraculum veritatis contulerat [11], quo futurorum eventus referaret, cum Sacerdotalibus veſtibus inſigniretur. Veſtes illæ, quibus in Templo utebatur, Regali dignitate ſplendebant, nec imparibus, quam Summum Sacerdotem decerent, proventibus ditabatur. Levitis decima cedebat omnium proventuum Iſraelis, cum ipſi viciſſim earum decimarum decimas ſolvere Sacerdotibus juberentur; ſemper tamen opimior portio ad Summum Sacerdotem ſpectabat.

Ampliſſimis hiſce privilegiis muneribuſque tanta Summo Sacerdoti authoritas conciliabatur, ut ne ipſi quidem Regi plurimum concederet. Aceidit etiam interdum ut ambæ illæ dignitates, ſacra nempe & civilis, in unam perſonam coaleſcerent. Phinees & Heli una ſimul Principes erant & Reipublicæ & Sacrorum. Rerum potiente Joas, Summi Sacerdoti Jojadæ ampliſſima habebatur in univerſa gente authoritas. Summus Sacerdos Heliacim antequam ad ſupremam dignitatem elevaretur Aulæ Præfectus erat ſub Ezechia; ad Sacerdotium deinde elevatus arbiter fuiſſe Reipublicæ ſub Manaſſe legitur. Poſt ſolutam captivitatem, nempe poſt Joſiæ filium Joſedech adufque Antiochi Epiphanis perſequutionem Summorum Sacerdotum authoritas plurimum inter Judæos obſervabatur; donec poſt obitum ejuſdem Principis delatum ad Aſmonæos Sacerdotium, cum ſuprema Reipublicæ dignitate ſociatum eſt. Herodes Magnus e re ſua judicavit ſi a Sacerdotio eadem familia amota arbitrariam & ad nutum Principis conferendam eam dignitatem præſtaret.

Conſtat ſeries Summorum Sacerdotum ab Aarone fratre Moyſis adufque Phanniam a Zelotis in poſtrema Urbis obſidione per Tirum electum, quæ ſcilicet ſaries 78. Sacerdotum ſucceſſione conſtans 1532. annorum ſpatium occupat. Expanſum hic omnium catalogum exhibebimus ſedulo pro viribus annotantes, tum obitus, tum Sacerdotii annos.

L A-

(1) *Joſeph. contra Appion. lib.* 1. (2) 1. *Par.* 12. 27. (3) *Ibid. ver.* 28. (4) 3. *Reg.* 4. 15. (5) 3. *Reg.* 26. 5. (6) Vide *noſtram Diſſert. de politia Veterum Hebræorum*. (7) *Levit.* 16. (8) *Deut.* 17. 12. 13. (9) *Levit.* 21. 17. 18. (10) *Levit.* 21. 10. 11. 12. (11) Vide 1. *Reg.* 13. 9. & 20. 7. *Exod.* 28. 30.

LATERCULUM CHRONOLOGICUM SUMMORUM SACERDOTUM HEBRÆORUM.

Series ex variis Sacrorum Librorum locis deducta.	*Series ex 1. Par. 6. 3. 4. 5. 6. &c.*	*Series ex Joſepho Antiq. lib. 5. c. 25.*	*Series ex Chronico Judæorum inſcripto* Seder Olam Zuta.
1. Aaron frater Moyſis, obiit A.M. 2552. juxta Uſſerium.	1. Aaron.	1. Aaron.	1. Aaron.
2. Eleazar, obiit circa A. 2571.	2. Eleazarus.	2. Eleazarus.	2. Eleazarus.
3. Phinees, obiit circa A. 2590.	3. Phinees.	3. Phinees.	3. Phinees.
4. Abiezer ſive Abiſue.	4. Abiſue.	4. Abiezer.	
5. Bocci. } ſub Judici-	5. Bocci.	5. Bocci.	
6. Uzi. } bus.	6. Uzi.	6. Ozi.	
7. Heli e familia Ithamari, aſſumptus A. 2848. obiit circa 2888.	7. Zaraias.	7. Heli.	4. Heli.
8. Achitob.	8. Merajot.	8. Achitob.	
9. Achia 1. Reg. 14. 18. circa A. 2921. ſive 2912. vitam agebat.	9. Amarias.	9. Achimelec.	
10 Achimelec ſive Abiathar a Saule occiſus A. 2944.	10. Achitob.	10. Abiathar.	5. Achitob.
11. Abiathar, ſive Achimelec, ſive Abimelech ſub Davide ab A. 2944 uſque ad A. 2989.			6. Abiathar ſub Davide.
12. Sadoc ſub Saule, Davide, & Salomone ab A. 2994. uſque ad 3000.	11. Sadoc.	11. Sadoc.	7. Sadoc ſub Salomone.
13. Achimas ſub Roboamo ab an. 3030.	12. Achimas.	12. Achimas.	8. Achima ſub Roboamo.
14. Azarias ſub Joſaphat idem forte ac Amarias 2. Par. 19. 11. circa A. 3092.	13. Azarias.	13. Azarias.	9. Azarias ſub Abia.
15. Johanan, forte Jojada ſub Joas 2 Par. 24 15. circa an. 3126. annis 130. grandævus obiit.	14. Johanan.	14. Joram.	10. Joachaz ſub Joſaphat.
16. Azaria facile idem eum Zacharia filio Jojadæ occiſus an. 3164.	15. Azarias.	15. Iſus.	11. Joiarib ſub Joram.
17. Amarias, ſorte Azarias ſub Ozia ann. 3221.	16. Amarias.	16. Axioza. 17. Phideas.	12. Joſaphat ſub Ochozia.
18. Achitob II. } ſub Jona-	17. Achitob.	18. Sudeas.	13. Jojada. } ſub
19. Sadoc II. } than Rege Juda.	18. Sadoc.	19. Julus.	14. Phadea. } Joas.
20. Urias ſub Achaz florebat an. 3265.		20. Jothan.	15. Sedecias ſub Amaſia.
21. Sellum pater Azariæ, & avus Helciæ.	19. Sellum.	21. Urias. 22. Nerias.	16. Joel ſub Ozia.
22. Azarias qui ſub Ezechia floruit 2. Par. 31. 10. circa an 3278.	20. Hil. ſive Helcias,	23. Odeas. 24. Saldum. 25. Elcias.	17. Jothan ſub Joathan. 18. Uria ſub Achaz. 19. Nerias ſub Ezechia.
23. Helcias ſub Ezechia,			
24. filium habuit Eliacim, ſive Joakim, qui florebat ſub Manaſſe, & obſidionis Bethuliæ tempore rerum adminiſtrationem gerebat circa ann. 3348. etiam ſub Joſia præfuit ann. 3380. & ultra etiam ſub nomine Helciæ. Vide Baruc. 1. 7.			20. Hoſaiah ſub Manaſſe.
25. Azarias facile Nerias pater Saraiæ & Baruc.	21. Azarias.		21. Sallum ſub Amone.
26. Saraias noviſſimus Pontifex ante captivitatem, occiſus anno 3414.	22. Saraias.	26. Sareas.	22. Helcias ſub Joſia. 23. Azarias ſub Joachim & Sedecia.
27. Joſedech in captivitate Babylonica ab an. 3414. uſque ad 3469.	23. Joſedech.	27. Joſedech.	24. Joſedech poſt captam Jeroſolymam.
28. Joſue redux Babylone ann. 3468.	24. Joſue.	28. Jeſus vel Joſue.	25. Jeſus filius Joſedech poſt captivitatem.

29. Joachim Xerxe regnante. Antiq. l. 11. c. 5.
30. Eliaſib, ſeu Joaſib, ſive Chaſib, ſub Nehemia an. 3550.
31. Jojadas, ſive Judas, 2. Eſdr. 12. 10.
32. Jonathan, ſive Joannes.

33. Jeddoa ; sive Jaddus. Jerosolymis excepit Alexandrum Magnum ann. 3673. Mortuus an. 3682.
34. Onias I. assumptus a. 3682. regnat ann. 21. moritur a. 3702.
35. Simon I. cognomento Justus, assumptus a. 3702. seu 3703. mortuus a. 3711.
36. Eleazarus assumptus a. 3712. Sub eo Pontifice Versio Septuaginta adornata fertur a. 3727. Mortuus a. 3744.
37. Manasse assumptus a. 3745. mortuus a. 3771.
38. Onias II. assumptus a. 3771. mortuus a. 3786.
39. Simon II. assumptus a. 3785. mortuus a. 3805.
40. Onias III. assumptus a. 3805. exauctoratus a. 3819. mortuus a. 3834.
41. Jesus sive Jason a. 3830. exauctoratus a. 3832.
42. Onias IV. sive Menelaus a. 3832. interemptus a. 3842.
43. Lysimachus Menelai Vicarius occisus a. 3834.
44. Alcimus seu Jacim, vel Joachim assumptus a. 3842. mortuus a. 3846.
45. Onias V. in Ægypto ; Templum ibi ædificavit a. 3854.
46. Judas Maccabæus Aliare, & sacrificia restituit a. 3840.
47. Jonathas Asmonæus, assumptus a. 3853.
48. Simon 2. 3880. mortuus a. 3869.
49. Joannes Hircanus mortuus a. 3898.
50. Aristobulus mortuus a. 3899.
51. Alexander Jannæus regnat annis 27. moritur a. 3926.
52. Hircanus 32. ann. Summus Sacerdos. Mortuus a. 3974. Antigonus ejus nepos Pontificatum occupavit a. 3964. Occisus a. 3967.
53. Ananelus Babylonius assumptus a. 3968.
54. Aristobulus Asmonæorum postremus mortuus a. 3970. unius anni Pontifex. Iterum Ananelus a. 3971.
55. Jesus Phabi filius exauctoratus a. 3981.
56. Simon Boethi assumptus a. 3981. exauctoratus a. 3999.
57. Matthias filius Theophili assumptus a. 3999. cujus Sacerdotium Ellem unica die intercepit.
58. Joazar filius Simonis filii Boethi assumptus a. 4003.
59. Eleazar frater Joazar 4002. seu 4008.
60. Jesus filius Siah assumptus circa a. 4007. seu 4008. Joazar secundo a. 4010.
61. Ananus filius Seth a. 4016. adusque 4027. annis 11. Pontifex.
62. Ismael filius Phabi assumptus a. 4027.
63. Eleazarus Anani filius assumptus a 4027.
64. Simon filius Camithi a. 4028.
65. Joseph cognomento Caiphas a. 4029.
66. Jonathas filius Anani assumptus a. 4038.
67. Theophilus filius Jonathæ assumptus a. 4040 exauctoratus a. 4044.
68. Simon Cantharus filius Simonis I. assumptus a. 4044.
69. Mathias filius Anani a. 4045.
70. Ælionæus a. 4047.
Simon Cantharus secundo a. 4048. exauctoratus eodem anno.
71. Josephus filius Canei a. 4048.
72. Ananias filius Nebedæi a. 4050.
73. Ismael filius Phabei a. 4066.
74. Josephus cognomento Chabei a. 4066.
75. Ananus filius Anani a. 4066.
76. Jesus filius Ananæi a. 4067.
77. Jesus filius Gamalielis a. 4067.
78. Mathias filius Theophili a. 4068.
79. Phannias filius Samuelis a. 4073.

Summi Sacerdotis munus egisse Moysen in deserto, cum scribunt Asronem ejusque filios initiavit, ex Levit. 8. 2. satis constat. Sed jus dignitas cum morte absoluta ad posteros non transivit.

Aaronis gemini filii nati sunt, ex quibus gemine familiæ suo fingo ac tempore sacris præfuerunt. Eleazar natu major patruum dignitatem obtinuit, quam ad posteros transmisit (1) ; sub Heli e genere Ithamari Sacerdotium in eam familiam translatum est (2).

Tempus Sacerdotii veterum Pontificum exacte definiri non potest ; quare si 23. (3), sive 25. (4) Sacerdotii Phinees, qui post Eleazarum Sacris præfuit, a nonnullis tribuantur, id arbitrio tantummodo factum est. Chronicon Judæorum nonnisi duos, Eleazarum nempe & Phinees, inter Aaronem & Heli constituit, cui proinde intercapedini replendæ plura vitæ Phinees sæcula RR. comminiscuntur. Sunt etiam qui non hominem illum fuisse suspicentur, sed Angelum mortalibus artubus indutum, qui pro libito in mundum veniret abiretque. Illum eumdem Phinees dicunt ad Summum Sacerdotem Heli venisse (5) ultionis a Deo in ipsum ejusque familiam nuncium tristissimum : Hunc iterum sub Salomone (6) paruisse, assumpto Phinees filii Eleazari nomine ; hunc tandem venturum expectant postrema sæculorum die, priori quidem nomine retento, sed personam Eliæ Prophetæ cmentitum. Apage Rabbinicas fabellas. Opinati sunt alii, Phinees & Heli gemina esse unius ejusdemque Pontificis nomina. Sunt qui tradiderint, Phineem inper vorum sum a Jephte consultum (7), nulla dispentatione rigidum litteræ sensum temperare voluisse ; quare a Sacerdotio amotus vacuum dignitatem Heli permisit. Sed hisce conjecturis nullum est in Scriptura fundamentum. Illud constat, Eleazarum eodem ferme tempore ac Josue obiisse (8) ; post quem suprema dignitas ad Phinees ejus filium perveneriit, tunc temporis Pontificem, cum bellum undecim Tribuum in Benjamin caleret (9). Post illud tempus altum de ipso silentium in Scriptura.

Patris honor in filium *Abisua* vel Abisue, Josephio *Abiezer* (10), transivit. Hunc Abisue Chronicon Alexandrinum componit cum Judice *Aod*, sicut & Boccai cum Samgar, & *Uzi* cum Thola. Post Uzi abrogatum a familia Eleazari Sacerdotium, Heli e familia Ithamaris demandatum esse ex Joicpho (11) intelligimus. Eo eodem Josepho Antiq. lib. 8. c. 1. discimus, a Phinees, quo Sacerdotali dignitate potiente idem honore e familia Eleazari ad Ithamari transivit, seriem numerari posterorum Phinees, qui a Sacerdotio amoti sunt ; sunt autem *Vocat* sive *Boccias* filius Joiephi Sum-

(1) *Num.* 20. 28. 29. (2) *Ita Josepho. Antiq. l.* 5. *cap.* 15. *& post eum Chronologi & Interpp. passim.* (3) *Thesaur. temporr.* (4) *Smid. Batricid.* (5) 1. *Reg.* 1. 27. *Author Traditt. Hebr. in Libb. Reg.* (6) 1. *Par.* 9. 20. (7) Vide *Seldon. lib. de Success. in Pontif. & Comment. nost. in Judic.* (8) *Josue* 24. *ult.* (9) *Judic.* 20. 28. (10) *Antiq. l.* 5. *cap.* 11. (11) *Antiq. lib.* 5. *c.* 11. *ad finem.*

Summi Sacerdotis, *Jonathan* ſive Jothan filius Vocar, *Maraioth* ſive Marajoth filius Jonathan, *Aſoph* ſive Azophæus filius Mareoth, & *Achitob* filius Aioph. Porro ex Achitob natus eſt Sadoc, qui Davide regnante munus ſuum inivit. Itaque a Phinees uſque ad Sadoc nemo e genere Eleazari Summus Sacerdo occurrit, qui ſupremæ dignitatis munus exercuerit.

Tabulæ genealogicæ, de quibus 1. Par. 6. 3. non omnibus numeris abſolutiſſimæ videntur, cum in aliis Scripturę Libris (1) Summi Sacerdotes quidam appareant, quorum nomina in eo catalogo deſiderantur. Diſcrepat etiam chronologia illa ab altera apud Joſephum deducta.

Utramque ſupremam dignitatem, civilem & ſacram, Heli 40. annorum ipatio habuit (2), cujus vergentibus ad exitum annis, Ophni & Phinees filii potiſſimis Sacerdotii muneribus functi ſunt. Verum Sacra dignitate turpiſſime abutentes, ipſi quidem condigna nece pœnas ſolverunt acerbiſſimas; Arca in poteſtatem hoſtium venit, ipſi ceciderę, & Heli eorum parens e ſella prolapſus, cervice contracta diſperiit (3). Quis potiſſimum vacuam ejus obitu cathedram aſcenderit, variis varia ſentientibus non ſatis conſtat. Joſephus (4), quem alii plures ſequuntur, maluit Achitob tertium ejus filium; alii *Aciam* ſub exordio Regni Saulis fat notum (5); qui tamen potuit optime Achitob patri ſuo in Summo Sacerdotio ſucceſſiſſe.

Achiæ ſubſtitutus eſt Achimelech alter filius Achitob, quo perempto una cum aliis Sacerdotibus forte præſentibus in Nobe Saulis juſſu (6), Abjathar ejus filius ævientem gladium clam evitans ad Davidem in deſertum dilapſus eſt. Hic Abjathar interdum etiam Achimelech & Abimelech (7) appellatur, quemadmodum patenti ipſius nomen Abiathar manet Marc. 2. 20.

Cæſis igitur juſſu Saulis omnibus Sacerdotibus forte in Nobe verſantibus, ſive odio Regis in Achimelech e familia Ithamari, ſive, quod nemo edet in ditione Saulis ex eadem familia, qui ſupremæ dignitas demandaretur, Sacerdotium ad Sadoc & familiam Eleazari tranſivit (8). Hebræorum nonnulli inter Abjathar & Sadoc *Jojadam*, conſtituunt de quo 1. Par. 12. 27. & 27. 5. ted hunc eredimus potius Principem Levitarum & Tribus ſuæ, quam olim dignitatem Eleazarus ſub Aarone obtinebat (9).

Veterum plurimi (10) Samuelem in eenium Summotum Sacerdotium regiſſe; ſed pius ille vir Prophęta & Judex Iſraelis a genere Aaronis alienus non niſi Levitam agebat (11).

Cum David duobus Sacerdotibus ad duas Sacerdotales familias ſpectantibus, Abjathar & Sadoc, beneficiis devinctus æque teneretur, inauditum in Iſraelem exemplum invexit. Quemadmodum enim in ſe unum duo Regna Juda, & Iſrael ita conjunxerat, ut ſolus in univerſa gente regnaret; ita pariter voluit, ut Sacerdotio in utraque familia Eleazari & Ithamari retento, uterque ſimul ſacra curarent (12). Ambo illi Pontifices ſacrum munus eodem tempore exercebant, Sadoc quidem in Ara Gabaon (13), Abjathar in Tabernaculo Jeroſolymæ a Davide excitato.

Sed vergentibus Regni Davidis annis, cum Abjathar deſtituto Salomone, quem Deus ad Regnum deſtinaverat, partes Adoniæ ſequutus fuiſſet, eumque ſacra unctione initialiſſet in Regem (14), e favore Regis excidens, Sacerdotio amotus eſt; ſolusque deinceps Sadoc ſub Salomone Sacris præſuit (15). In hunc modum ſua veritas oraculis geminis conſtitit, quorum alterum Heli futurum prænunciavit, ut ejus familiam honore Summi Sacerdotii privaretur (16); alterum perpetuum ſpondebat Phinees, vi-

ro zelo Legis & obſequio in Deum præſtantiſſimo, Sacerdotium (17).

Poſt Sadoc ad uſque captivitatem Babylonicam perpetua ſerie Summorum Pontificum ex eodem ſonte profluxit; quem tamen ordinem inter ſe tenuerint, quo ſinguli tempore vixerint, ex incertis, quæ ſuperſunt, monumentis in incerto vagatur. Factum inde, ut nos varios illorum catalogos deduceremus. Ex illis unus in Paralipomenis deductus eſt, alter in Eidra, non ſatis inter ſe conſtantes; incertum an error in nominibus irrepierit an generationes altera alteram proxime ſequatur; non enim detruncatæ & manęę genealogiæ exempla in Scripturis deſunt. Tertium tandem catalogum Joſephus profecutus eſt (18), quem nos vitioſum ſuſpicamur, cum ipſe idem alio in loco diſerte annotaverit 83. Summos Sacerdotes ab Aarone omnium Principe adulque Phanniam, a Zelotis in poſtrema Jeroſolymæ obſidione aſſumptum (19). Tredecim enumerat ab Aarone ad uſque Salomonem, ac deinde 28. a Salomone uſque ad everſionem Templi per Nabuchodonoſorem; 15. poſt Joſiæ filium Joſedech, primum poſt ſolutam captivitatem Pontificem uſque ad Antiochum Epiphanem. Spatium inter Epiphanem & Herodem Magnum 9. habuit; & 28. inter Herodem & extremum Urbis excidium. Hæc Joſephus, cum intetim in catalogo eorumdem Sacerdotum ab Aarone undecimum Sadoc conſtituit, & 15. ab illo uſque ad Joſedechum eodem tamen Joſedecho & Sadoc excluſis. Namque Joſedech ſæræ dignitatis functiones Jeroſolymæ nunquam obivit, cum ante mortem patris in captivitatem translatus, ibi vitam abſolverit.

Chronicon Hebræorum inſcribitur *Seder-olam-zuta* ſingulos Summos Sacerdotes ſub ſingulis Principibus in ordinem digeſſit. Locupletior eſt Catalogus, quam Paralipomenon & Eidræ, ſatiſque eum alteto Joſephi componi poteſt; fede tantum quorumdam nominum in Joſepho tranſmutata, atque nonnullis ex illis nominibus in alia translatis. Qui apud Joſephum eſt *Jeram*, in Sedet-olam eſt *Joiarib*; ſicut & *Iſus* Joſephi, *Iaabaz* in Chronico appellatur; quare in Hiſtorico ſimplex tantum duorum nominum tranſpoſitio notabitur. *Axiaram* Joiephi numquam congruere videtur neque cum *Iojaphat*, neque cum *Iojada* Chronici: ipſiſſimum ſuſpicor cum *Azaria* Paralipomenon, vel cum Joſaphat viro fotte binomine. *Sudeas* Joſephi reſpondet Jojadæ Chronici, quamquam hiſtoricus tranſpoſitione ordinem prævertit. Poſt *Phideam* adulque Joſedechum omnia plana funt apud Joſephum, ſolo ſubſtituto nomine *Sedechia*, qui deeſſe in Textu videtur. *Iolus* idem eſt ac *Ioel*; *Odea* idem ac *Hoſaiah*; *Saldum* idem ac *Sellum*; *Elcias* idem ac, *Helkiahu*; *Sareas* ac *Azarias*.

Quantum ad *Iojada*, quem virum nos cum *Sudea* Joſephi confundendum cenſemus: quamquam ejus nomcu in Libris Regum & Paralipomenon Sacerdotis titulo adſcribitur 20); deeſt tamen in catalogo Summorum Sacerdotum in Paralipomenis & in Eidra; nec in Scriptura unquam nomine Summi Sacerdotis appellatus eſt. Alioqui tamen ex univerſa ejus hiſtoria ſatis infinuatur, omnem illum Pontificis authoritatem & dignitatem obtinuiſſe. Summum Sacerdotem agnoſcunt Joſephus (21) & vulgo omnes Interpretes, quorum opinioni nihil uſpiam repugnans occurrit. Licet enim Hiſtoricus Judæus *Iaabon* nominet, quod multum a *Sudea* diſcrepat, ſat tamen notum, quantum ſibi lictere arbitrentur Græci Scriptores, eum de nominibus barbaris res eſt.

Quod ſtupere liceat illud eſt, nimirum Zachariam filium Jojadæ inter Templum & Altare cæſum (22) apud Summos Sacerdotes nuſpiam appatere. Quin ne nomen quidem legitur ſive in Joſepho, ſive in Chronico Iudæorum, ſive in Catalogo Paralipomenon.

Sed

(1) *Urias* 4 *Reg.* 16. 16. (2) 1. *Reg.* 4. 8. (3) *Ibid. verſ.* 18. (4) *Antiq. l. 6. c. 7. Niceph. Georg. Monac. & alii.* (5) 1. *Reg.* 14. 18. (6) 1. *Reg.* 22. 16. 17. *Vc.* (7) 2. *Reg.* 8. 17. *&* 1. *Par.* 18. 16. (8) Vide 1. *Par.* 6. 53. (9) *Num.* 3. 32. (10) *Aug. Ambroſ. Chryſoſ. Greg. Magn. Sulpic. Sev. Bern. &* alii. (11) Vi-

de *noſt. Comment. in* 1. *Reg.* 25. (12) 4 *Reg.* 8. 17. *&* 1. *Par.* 18. 16. *Antiq. l.* 7. *c.* 6 (13) 1. *Par.* 16. 39. (14) 3. *Reg.* 1. 7. 19. (15) 3. *Reg.* 2. 26. 27. (16) 1. *Reg.* 2. 30. 35. 36 (17) *Num.* 25. 13. (18) *Antiq. l.* 5. *c.* 15. (19) *Antiq l.* 20. *c.* 8 (20) 4. *Reg.* 12. 2 *&* 2. *Par.* 24. 2. (21) *Anti q. l.* 9. *c.* 7. (22) 2. *Par.* 24. 21.

Sed ex eorum albo expugendum non esse, statuendumque fecisse filium ita & successorem Jojadæ, nullus dubito: nec alter facile est ab Azaria filio Johanan, de quo in Paralipomenis.

Magno etiam discrimine inter se absunt duo Catalogi Paralipomenon, & Eidræ, sive numerus, sive ordo Pontificum spectetur. Apud Eidram medius inter *Marajoth* & *Amariam Azarias* constituitur, de quo tamen nihil in Paralipomenis. Octo priores & sex posteriores utrimque satis constant. Esdras alterum ab Amarias constituit Achitob II. patrem Sadoc II. septem aliis Pontificibus silentio pressis. Prosequitur inde seriem suam ad exitum usque per *Sellum*, *Helciam* [in Paralipomenis Hil.] *Azariam*, *Sariam*, *Ejdram* deducens. Posterior iste, quamquam alioqui non desine, qui eum inter Pontifices reponant, facrum tamen munus exercuisse nusquam legitur. Locus est etiam ambigendi, num Summum Sacerdotem Saraiam a Nabuchodonosore occisum parentem habuerit: sunt enim qui avum potius illum suspicentur, cum Eidras diu etiam post cum Nehemia vixerit. En genealogia Eidræ juxta Authorem Libri quarti Eidræ: Aaron, Eleazar, Phinees, Abisai, Borith, Ozia, Arna, Maximoth, Aziel, Ameria, Heli, Phinees, Achia, Achitob, Sadoc, Sadania, Helcia, Azarei, Sarei, Eidras. Sed hujus Authoris fides fabulela est.

Authores Hebræi neque cum Josepho neque cum Scriptura in numero Summorum Sacerdotum conveniunt, nonnulli enim ex KR. 80. Summos Sacerdotes enumerant, in secundo Templo munus sacrum obeuntes [1]; malunt alii 81. alii 82. & alii deinceps usque ad 85. quin nec desuisse testatur Gemarra Babylonica vitros doctos, qui ultra 300. Pontifices recenseant inter solutam captivitatem & everlionem Templi per Titum. Chronicon Judæorum 28. constituit Sacerdotes, qui Templo a Salomone constructo præfuerint: a Sadoc usque ad Josue filium Josedech, qua in re satis cum Josepho convenit. Paralipomena 12. tantum agnoscunt [2]; & 8. Talmudistæ; 12. R. Salomon [3], juxta Codices impressos; sed corruptum esse eo loci textum R. Azarias contendit [4], addens utrumque Talmud, & veteres Hebræorum Libros omnes eum Josepho consentientes 18. recentiore. Nomen *Sadoc* sub Salomone satis notum est: nec magis ignotum nomen *Achimaas* ejus filii nata majoris [5], *Azarias* filius Achimaas legitur tantum 1. Par. 9. nisi forte confundendus eeniciatur cum *Amaria* Scripturæ [6] & Amasia Josephi [7]. Sub Josaphat Johanan legitur in Paralipomenis loco laudato, quem confundendum nonnulli arbitrantur cum *Jojada* viro sub Joas celeberrimo. Horum opinio nihil habet Chronologiæ repugnans.

Azarias filius Johanan, insigni quodam honoris elogio in Scriptura celebratur; sed locus ille mire torquet Interpretes: *Ipse est qui Sacerdotio functus est in domo, quam ædificavit Salomon in Jerusalem*[1]. Dubium est an verba illa ad Johanan, an ad Azariam referantur; pronius tamen est ut ad posteriorum hunc spectent. Malunt autem nonnulli his verbis designari Azariam sub Salomone vixisse, quod tamen vix ac ne vix quidem probarent [8].

Autumant alii hunc Pontificem sub Ozia Rege Juda vixisse, eidemque Principi in faciem restitisse, cum prophanis manibus thus in Templo offerre præsumeret [9]. Hæc posterior opinio communior est, & rationi congruior, sua tamen habet incommoda, cum Ozias Rex Juda, cui strenue restitisse Azarias dicitur, temerarium ausum aggressus est A. 3221. & Zacharias filius Jojada, quem cum Azaria confundendum, quemadmodum & Jojada cum Johanan arbitramur, neci traditus fuerit An. 3164.

Hæc tamen omnia salva erunt, si statuatur Scripturam voluisse quidem elogium Zachariæ, alio nomine Azariæ, profequi, perhibendo gestissise illum facrum munus in Templo Salomonico; Azariam vero Oziæ eo zvum eumdem esse ac Amariam in eodem catalogo. Hæc plane sententia nostræ Chronologiæ melius cohæret. Achitob II. & Sadoc II. constitui possunt sub Rege Joathan ab anno 3221. usque ad 3264. sive 3265. qui nempe annus Sacerdotio Uriæ sub Achaz congruatur [10]. Hujus nomen, quod ante *Sellum* constituimus, in nostro catalogo e Paralipomenis & Eidra desideratur. Sub Ezechia mentio fit Helciæ [11] Summi Sacerdotis, cujus filius Eliacim sub Manasse [12] Sacris præfuit. Sacerdotio fungebatur Ierosolymæ, cum Holofernes obsidionem Bethuliæ aggressus est [13]. Nos una cum aliis nonnullis doctissimis Interpretibus hunc ipsum Eliacim credimus [14], de quo Isai. 22. 20. *Vocabo servum meum Eliacim filium Helciæ, & induam illum tunica & cingulo tuo & corroborabo eum, & potestatem tuam dabo in manu ejus, & erit quasi pater habitantibus Jerusalem & domui Juda; dabo clavem domus David super humerum ejus, & erit in solium gloria domui patris ejus.* Quibus semel constitutis, nomen Eliacim sive Ioachim adscribendum est post Helciam, sive Eliacim sub Ezechia summum Sacerdotem; fatuendumque Eliacim filium, Manasse & Iudith supparem, eumdem esse ac Helciam, qui ad Iosiam [15] usque & deinceps [16] vitam prorogavit. Neque supra fidem res est, nam ambos illos Reges non nisi biennale Amonis Regnum disterminat: Nomina *Hil* sive *Helciæ* satis cum Eliacim quadrant, positumque est in moribus apud Hebræos, ut nomina, ea maxime in quibus nomen Dei adjungitur, varie transmutent.

Nonnihil ea opinio carpitur, quod genealogiis e Paralipomenis, & Baruch deductis repugnet, in quibus Helcias filius Sellum, & pater *Azariæ*, alio nomine Ioachim, apud Baruch constanter appellatur [*] 3 minus etiam cohærere videtur cum testimonio Regum, & Paralipomenon, quo Helcias filius Azariæ statuitur (17).

His omnibus respondemus: 1. Fieri optime potuisse, ut quemadmodum supra indiscriminatim usurpari nomina patris pro filio, & vicissim, in Abiathar, Abimelech, & Achimelech animadvertimus: ita etiam duo hæc nomina Eliacim & Helciæ inter se confundentur. 2. Nomine patris, & filii in præsentia, quemadmodum & alibi sæpe, pro avo & nepote poni. Quibus semel constitutis, ftatim consequitur Sellum patrem esse potuisse. Azariæ, alio nomine Helciæ, qui sub Ezechia paruit. Azariam vero hunc sive Helciam filium habuisse alterum Helciam, alio nomine Eliacim sive Ioachim Pontificem sub Manasse primum, deinde sub Iosia; ex eo vero natum esse Azariam sive Neriam patrem Saraiæ, qui Sacerdotum numerum ante captivitatem clausit.

Ad catalogos Iosephi, & Chronici Iudæorum quod spectat, neque defendendos illos, neque conciliandos cum vetustis monumentis genealogiæ Iudæorum suscipimus. Suppetebant quidem Iosepho probatissimæ genealogicæ tabulæ, quæ ætate nostra interciderunt; sed neutiquam justum censemus, Paralipomenon, & librorum Regum sidem ea in re deserere, ut cum Historicum ducem sequamur, cujus maxime Textum pluribus in locis corruptum non immerito suspicamur. Ultro rahdem fatendum est, fieri vix ac ne vix quidem posse, ut in ea, qua offundimur, tam veterum ac intricatissimarum rerum caligine satis certi aliquid dispiciatur.

Iosedech filius Saraiæ Summi Sacerdotis in exilio, & facile ante regnum Cyri, diem clausit extremum; Iesus

(1) *Talmud. B. Jerof. tract. Joma cap. in Gemar.* (2) 1. *Par.* 6. (3) Vide *Salom. Jarchi in* 1. *Par.* 6. *Gemar. in Talmud, tract. Joma* c. 1. *Vajikra Rabba & in Siph. fol. Phinees.* (4) R. *Azarias Meor Enaim* c. 20. (5) 2. *Reg.* 15. 27. 36. & 17. 17. & 1. *Par.* 6. 8. (6) 2. *Par.* 10. 10. 11. (7) *Antiquit. l.* 9. c. 1. (*) 1. *Par.* 6. 10. (8) Vide *si placet Selden de succes. in Pontif. Hebr. l.* 1. c. 5. (9) 2. *Par.* 27. 17. 18.

(10) 4. *Reg.* 16. 10. *Isai.* 8. 2. (11) 4. *Reg.* 1. 8 18. 26. 37. (12) *Isai.* 22. 20. 21. (13) Vide *Serar. in Judith.* 4. 9. 1. *Bellar. de Verbo Dei l.* 1. c. 12. *Trin. & Niceph. Chron.* (14) *Ita Cyril. Alex. in Isai. Hieron. in Isai.* 21. 21. *Procop. & Recentiores plerique.* (15) 4. *Reg.* 22. 4. & 2. *Par.* 34. 9. (16) *Baruch* 1. 7. (*) 1. *Par.* 6. 13. *Baruch* 1. 7. 17) 4. *Reg.* 22. 4. & 1. *Tar.* 6. 13. & 19. 11.

Iesus tamen, sive Iosue ejus filius concessa a Cyro Hebræis libertate opportune usus, in Iudæam regressus plurium annorum Sacerdotio functus est. Ejus nomen frequenter in Esdra & Nehemia recurrit; legitur etiam in Aggæo [1], uti & Zacharia [2]. Sacris præsuerunt post illum Ioachim, Eliasib, Iojada, Ionathan, Ieddoa, quorum successionem 2. Esd. 12. 22. legas.

Sunt qui historiam Iudith post captivitatem Babylonicam revocantes [3] aurument, Eliacim sive Ioachim, qui in obsidione Bethuliæ per Holofernem sacris præfuisse legitur, ipsum esse Ioachim filium Iosue, cui fratrem alii statuunt Eliasib Ioachimi succesforem [4]. Porro Eliasib alio nomine interdum appellatur Ioasib, & Casib, cujus filius Iohanan [5], an idem sit ac Iojada ejus successor, ambigo. Ionathan Pontifex post Iojada, appellatur Ioannes apud Iosephum [6], Eusebium [7] & S. Hieronymum [8]; quorum primus fratrem illi tribuit Iesum, de quo narrat, fidem suam de summo Sacerdotio illi tradendo Vagosium Præfectum Iudææ ab Artaxerxe Mnemone datum obligasse; quibus audacior factus Iesus, fratrem suum in Templo convenisse, injuriisque ultro provocatum invitum coegisse, ut se armis, ac nece ejusdem Iesu defenderet. Ioanni sive Ionathan successor datus est Ieddoa sive Iaddus, cujus nomen, honore ab Alexandro Magno Iesu rotolymam venienti exercto, tat in historia celebratur. Hanc historiam fuse describit Iosephus [9]; e quo deinceps feriem Summorum Sacerdotum derivare cogimur, Scriptura in Ieddoa desinente. Rara tamen quædam in Libris Macchabæorum de Summis Pontificibus ejus ætatis occurrunt. Historiam Alexandri Magni obsequium Summo Sacerdoti præstantis, non ad Iaddum quemadmodum Iosephus, sed ad Simonem Iustum, quem interdum Iaddum, vel Iddo appellant, Rabbini revocandam contendunt; nobis vero plus aliquid deferendum videtur Iosepho, qui illos & vetustate superat, & monumentis abundabat, eorum ætate jamdiu abiumptis; ne quid dicam de Authoris fide, & sinceritate, cui Rabbini omnes longissime concedunt.

Post Jaddum filius Onias [10], Simeonis & Eleazari pater, ad Sacerdotium ascendit, cujus obitu vacuam dignitatem habuit Simon Justus, & post illum Onias II. puer ætate adhuc imbecilli. Quare sacro muneri loco illius fungendo destinatus est Eleazarus ejus patrius, donec ipse per ie Pontifex ætate valeret. Ad hujus Pontificis ætatem revocant plerique [11] Versionem Septuaginta Interpretum, Ptolemæo Philadelpho res Ægyptiacas curante. Hecatæus apud Josephum [12], tradit *Ezechiam* Summum Sacerdotem Judæorum 66. annorum ætate grandævum in Ægyptum venisse salutatum Ptolemæum filium Lagi, patrem Philadelphi; qui post victum in prælio ad Gazam Palæstinæ Demetrium Poliorcetem, Syriam sibi universam vindicaverat. Nemo in serie Summorum Sacerdotum ejus nominis occurrit a Josue filio Joiedech usque ad Eleazarum filium Oniæ; quare vel binominem fuisse Ezechiam oportet, vel inter Sacerdotes Jerotolymitanos primus tenens Summi Sacerdotis titulum apud Hecatæum obtinuit. Hoc sane obscurum; illud constat, Eleazarum post continuatum 30. circiter annorum spatio Sacerdotium, vitam cum morte commutasse; datum ejus dignitatis successorem, non Oniam II. ejus nepotem, ad quem de jure spectabat, sed Manassem I. avi fratrem, & Jaddi germanum [13], qui propter contractas antea nuptias cum muliere extranea filia Sanaballat, cedere solo, & Samariam ad socerum suum divertere coactus fuerat [14].

Tandem avitam dignitatem Onias II. post Manassem I. recepit, vir ingenio pusillo, quem honoris nullus sensus tangeret, & pecuniæ avidissimus. Temnit virum despicabilem Josephus, pluribus ejus imbecillitatem, quæ in extremum discrimen deduxit Judæam, relevans [15]. Non desunt tamen, qui hunc ipsum credant Oniam, quem nomine Simeonis appellatum infigni elogio Jesus filius Sirach in Ecclesiastico cap. 50. celebrat. Eidem pariter scripsam dicunt Epistolam Lacedæmonum, apud Josephum Antiq. lib. 12. cap. 5. relatam. Sed melius ipse Josephus ad Oniam III. hujus nepotem datam credit ab Areo Rege Lacedæmonum; ad Oniam III., inquam, cujus viri elogium pluribus, nec semel Scriptura profequitur [16].

Simon II. Onias II. excepit [17]. De illo 3. Macchab. 2. 1. Successit Onias III. Oniæ II. filius, cujus virtutem, & sapientiam ipsi demum hostes admirati sunt. 18). Quis deinde ad Sacerdotium ascenderit, res est in ancipiti; aliter enim traditur a Josepho, aliter ab Authore 2. Macchabæorum. Narrat Historicus Judæus, fatis functo Onia III. Jasonem ejus fratrem prohibito Onia IV. prioris Oniæ filio, & hæredi dignitatem occupasse, cujus pacificam possessionem ab Antiocho Epiphane ingenti oblata pecuniarum summa emisset. Verum successu temporis cum e favore Antiochi Jason excidisset, cedere Sacerdotio vacuamque dignitatem Oniæ fratri suo linquere coactus est. Sacris igitur præfectus est Onias, non alio summa illam dignitatem meritus, quam aqua majori oblata summa emisset; ftatimque ab obtento Sacerdotio, priori abrogato, Menelai nomen assumpsit. Ita tres fratres Onias III. Jason, & Menelaus raro felicitatis exemplo continuo ordine regnarunt; cum interim Onias IV. ad quem hæreditario jure dignitas pertinebat, in Ægypto privatam fortunam agere cogeretur; ubi deinde Templum Onion ædificavit.

Aliter plane rem totam narrant Author 2. Macchab. 2. 23. &c. Cum, inquit, Onias III. diuturnum Sacerdotium egeret, mœræ pertæsus Jasonis ejus fratter exanthorandi illum seque promovendi apud Antiochum Epiphanem negotium assumpsit. Quare grandi pecuniarum nundinatione emptam ab eodem Antiocho sacram dignitatem a fratre in se transtulit. Secundum hæc Menelaus Judæus e Tribu Benjamin frater Simonis Præfecti Templi Antiochiam a Pontifice missus, negotium suum tanta dexteritate in Aula profecutus est, ut majori summa pecuniæ Regi promissa, & Jasonem loco pelli, se vero intrudi obtineret. Expectabatur a Rege pecunia, cum insolente impar Menelaus Antiochum ad causam suam diendam appellatus est. Paruit ille, ac relicto Jerotolymis muneris sui Vicario Lysimacho fratre, ad Regem se contulit. Interim Lysimachus authoritate sua abutens, pretiosissima Templi vasa e sacro ærario detrahens, ad Menelaum mittebat; quod cum iniquissime populus ferret, tandem in seditionem commotus, Lysimachum non longe ab Ærario Templi trucidavit. Vasorum partem Menelaus tum pecuniæ comparandæ gratia, tum corrumpendis Aulæ optimatibus distraxit.

Agebat tunc temporis Antiochiæ Onias III. ante aliquot annos a Sacerdotio amotus, qui totius sacrilegii in expilatione Templi invidia Menelaum oneravit. Cum tamen metu ne quid in se grave tentaretur, in Asylo Daphnitico juxta Urbem sese contineret, inde fraude Andronici tandem abstractus statim trucidatus est. Miserandum viri, cujus virtutem perspectam habebat, casum doluit Antiochus, qui tunc aderat Antiochia, justisque severe in Andronicum reum proditionis animadvertit; nec similem ultionem evitaffet Menelaus, nisi authoritate Ptolæmei filii Dorimenis protectus fuisset.

Reliquos Regni Epiphanis annos quietos in Pontificatu egit Menelaus, nec iniquiores expertus est priores annos Eupatoris post Epiphanem regnantis. Quamquam sacrum munus parvo temporis spatio egit, pro-

(1) *Agg.* 1. 1. 12. & 2. 3. 5. (2) *Zach.* 3. 1. 3. 6. 8. 9. & 6. 2. (3) *vide Torniel. ad A.M.* 3572. *Selden. de succeff. in Pontific. Natal. Alexand. tom.* 2. *Hift. V. T.* (4) *Apud Lyran. in* 2. *Esdræ* 3. 1. (5) 1. *Esdr.* 10. 6. & *Joseph. Antiq.* l. 11. *cap.* 5. (6) *Joseph. Antiq.* l. 11. *cap.* 7. (7) *Euseb. Chronic. & lib.* 18 *Demonst.* (8) *Hieron. in Dan.* 9. (9) *Joseph. Antiq. lib.* 11. *cap.* 8. (10) *Joseph. Antiq. lib.* 11. *cap. ult. ad finem.* (11) *Joseph. Antiq. lib.* 12. c. 2. (12) *Contra Appion. lib.* 1. *pag.* 1048. (13) *Joseph. Antiq.* l. 12. *c.* 3 *ad finem.* (14) *Item l.* 11. *c.* 7. (15) *Idem l.* 11. *c.* 4. (16) *Eccli.* 50. & 2. *Macch.* 1. 1. & 15. 12. (17) *Antiq.l.*12.*c.*4. *ad fin.* (18) 2. *Macch.*4.37.

prophanato sub Antiocho Epiphane Templo, ac integro triennio sacrificiis intermissis. Post triennium expiato per Judam Templo, Menelaus, qui velut intrusus a Sacerdotibus habebatur, abstinendum sibi censuit ab illo.

Altero jam anno regnabat Eupator; compositaque cum Judæis pace, Menelaum omnium in Judæa turbarum, uti quidem ferebatur, authorem interimi instigante Lysia præcepit. Præceps igitur in turrim cineribus plenam ex alto dejectus est, & in vacuam ejus dignitatem immissus a Rege Alcimus, Sacerdotali quidem familia natus, sed non earum, quæ primas obtinens inter avos Sacerdotes Summos numerantur (1).

Sollicitus apud Demetrium Eupatoris successorem instabat Alcimus, ut valida sibi manu possessionem dignitatis suę ineunti assisteret; quare in Judæam cum Bacchide primum, deinde cum Nicanore instructissimo semper protectus exercitu missus venit. Frustra tamen semper, Juda hostiles conatus iteratis præliis numquam non dissipante. Sed Juda tandem in prælio adversus Bacchidem lubato, Alcimus optata dignitate potitus est; donec cum evertere murum atrii inferioris, per Prophetas ædificatum, aggressus esset, impium conatum Deus ulturus, immissa in virum impium paralysi, post tres vel quatuor Pontificatus annos (2) oppressit. Hæc in Libris Macchabæorum meliori plane fide quam apud Josephum.

Post Alcimum præsuit quidem sed non statim ab ejus obitu Jonathas, cum interregnum septem annorum turbis Judææ causatum Josephus constituat (3). Antequam tamen gesta Jonathæ, & Sacerdotium decisibamus, nonnulla hic expendenda, quæ ad Sacerdotium Jude Machabæi pertinent. Authore est Josephus, post Alcimi obitum sacrum dignitatem deferente populo Judæ collatam fuisse (4), quam triennio habuit (5). Sed errare virum constat, cum Judas ante Alcimum obierit, juxta ac r. Maccli. 9. 54. 55. 56. intelligimus. Quare si Judas Sacerdotii Summi dignitatem obtinuit, ut ambigendi nullus est locus; gessisse illam, post obitum Menelai oportet. Idem ex Scriptura constat, cum Alcimus quæstum veniisset ad Demetrium de Nicanore, qui Judam in Summum Sacerdotem agnoverat (6).

Veterum nonnulli (7), sicut & multi ex Recentioribus (8) autumarunt, Mathatiam patrem Macchabæorum summam Sacerdotii dignitatem gessisse; quorum tamen opinio neque Scripturæ, neque Josephi fide, ago fulta hodie a viris doctissimis improbatur.

Opinio, nec futilibus innixa conjecturis, tenet Sacerdotes Asmonæos genus e Phinee retulisse: *Phinees pater noster*, ait ad filios suos Mathatias, *zelando zelum Dei accepit testamentum Sacerdotii æterni* (9). Et alibi (10) de genere Jojarib, qui sunt ad familiam Phinees pertinuisse creditur (11), affirmatur.

Ut autem ad Jonathæm regrediamur, vir illc. septennio post Alcimi obitum anno 160. Seleucidarum, & Mundi 3892. sacram dignitatem adivit (12); ex quo factum est, ut duo illa culmina honoris, civilis nempe & sacri, olim divisa in unam personam coalescerent. Namque idem ipse Summus Sacerdos & Princeps gentis tuæ duplicem Principatum novennio tenuit (13). Successor ei datus est Simon frater ipsius, cui post 8. annorum & 3 circiter mensium (14) Principatum Joannes cognomento Hircanus ejus filius subrogatus est. Viginti & novem annis Hircanus præfuit (15).

Quinque ex Hircano libri relicti, quorum natu maximus Aristobulus, Regio diademate assumpto, anni spatio rerum potitus est. Tres ille fratres, & matrem arcta custodia inclusos habuit: unum Antigonum, alterum ex fratribus, amare plurimum, sociato cum illo imperio, visus est (16). Verum dolo adversariorum ipsius Antigoni deinde circumventus, proditione illum perimendum curavit. Fratris obitum brevi ejusdem Aristobuli mors secuta est, relicto dignitatis hærede Alexandro Jannæo fratre suo. Novus Rex unum ex fratribus fibi infidias molientem peremit, posteremum vero fratrem, qui supererat, Absalomum, quod in vitæ privatæ quiete se contineret, bonis plurimis cumulavit (17).

Alexander Jannæus diuturno 27. annorum gestio Principatu satis cessurus, Salomen sive Alexandram uxorem suam Regni administratricem reliquit, ejus arbitrio permittens utri ex filiis Summum Sacerdotium conferret. Illa Hircanum præculit, virum ingenio tegni & apatho (18), qui sacram dignitatem novennio tenuit, civili vero integra matris administrationi remissa. Post Alexandræ obitum Hircanus titulum & authoritatem Regis capessere tentavit (19), sed ab Aristobulo fratre, viro indolis plane oppositæ, solo trium mensium bello in ordinem redactus est. Hæc fratrum simultas mala in Religionem plurima invexit, Romanis maxime armis in illam inductis (20). Aristobulus in potestatem Pompeji veniens Romam deductus est; Hircanus Regno, & sacræ dignitati permissus, modo tamen a diademate abstineret.

Antigonus filius Aristobuli, copiis & suis & Parthorum in Hircanum patruum suum ductis, adversario potitus est, eumque præsidis auribus impotentem sacro munere gerendo effecit (21). In hunc modum Antigonus occupata Judæa, Regnum biennio nonnullique intuper mensibus tenuit, donec captus M. Antonii jussu Antiochiæ capitali supplicio affectus est (22). Hircanus vero Babylonem deductus Phraortem Regem Parthorum humanissimum expertus est; tum & Judæos in ea regione magno numero dispersos adeo habuit obsequentes, ut ab illis non secus ac Rex & Pontifex suspiceretur (23). Tandem Jerosolymam redux, summo quidem honore ab Herode filio Antipatri exceptus est, abstentus tamen a Regno & a Sacerdotio, & aliquanto post (24) ab eodem Hircano accusatus de secreta cum hoste conspiratione, atque de tentata ad Regem Arabiæ una cum sua familia ceterisque suarum partium fuga, neci traditus est (25). Pontificem egit 32. annis, quamvis magnis interstitiis Sacrum munus intermittere cogeretur.

Nata erat Hircano filia Alexandra, quæ Alexandro filio Aristobuli, & fratri Antigoni nupsit; eodemque conjugio filius Aristobulus, & filia Mariamne nata est. Hæc Herodi Magno conjugio copulata (26). Porro Herodes Summam Pontificum authoritatem metuens, in ordinem illam redigendi abrogatis Asmonæis consilio, ex hæreditaria electivam ad suum arbitrium reddidit. Quare accitum Babylone *Hananelum* (27), virum Sacerdotali quidem, sed infima inter eas familia natum, ad summam dignitatem evexit. Ita abstentum a Sacerdotio habuit Aristobulum fratrem Mariamnes uxoris suæ, ad quem hæreditario jure honor pertinebat. Sed instante demum Alexandra socru sua & accedentibus Mariamnes uxoris precibus, ut dignitas in Aristobulum rediret, tandem Herodes acquievit (28). Nec diu eo honore

---

(1) *Antiq. lib.* 20. c. 8. (2) *A. M.* 3844. *Tres habet Josephus lib.* 20. *cap. penult. quatuor vero notat lib.* 12. 17. (3) *Lib.* 20. c. 8. (4) *Idem l.* 12. c. 17. (5) *Idem c.* 18. (6) 2. *Macch.* 14. 26. (7) *Enf. Eras. Georg. Syncell. Genar. Babyl. ad tit. Mozill. c.* 1. (8) Vide si placet *Joseph. Scalig. de Emendat. temp. l.* 10. *c.* 131. *Selden de Succes. in Pontif.* (9) 1. *Macch.* 2. 54. (10) *r. Macch.* 2. 1. (11) *Jr. Par.* 24. 7. (12) 1. *Macch.* 10. 21. (13) *Usser. ad A. M.* 3860. (14) *Idem ad A. M.* 3869. (15) *Idem ad A.* 3898. Ubi probat Josephum modo 33. vitæ annos, *modo* 31. eidem tribuere. Eusebius, & S. Hieronymus legerunt 29. annos. *Enf. Demonst. lib.* 8. *cap.* 2. *Hieron. ad Daniel.* 9. (16) *Joseph. lib.* 1. *de bello cap.* 3. *& Antiq. lib.* 13. *c.* 19. (17) *Idem Antiq. lib.* 13. *cap.* 20. *& c.* 8. (18) *Idem Antiq. lib.* 13. *c.* 23. *& cap.* 20. *cap.* 8. *& lib. de bello cap.* 8. (19) *Idem Antiq. lib.* 14. *cap.* 1. *& de bello lib.* 1. *cap.* 4. (20) *Tacit. lib.* 5. *Hist. cap.* 9. *Plor. Hist. lib.* 3. *c.* 5. *Diodor. lib.* 37. *Joseph. de bello lib.* 1. *cap.* 4. *& Antiquit. lib.* 20. *cap.* 8. (21) *Joseph. Antiq. lib.* 14. *c.* 24. 25. *& de bello lib.* 1. *c.* 1. *in Graco.* (22) *Joseph. Antiq. lib.* 14. *cap. ult. lib.* 15. 1. *& cap.* 8. *& de bello lib.* 1. *cap.* 13. (23) *Joseph. Antiquit. lib.* 15. *cap.* 2. 3. (24) *A. M.* 3974. (25) *Joseph. Antiq. lib.* 15. *cap.* 9. (26) *Joseph. Antiq. lib.* 14. *cap.* 27. (27) *Antiq. lib.* 15. *cap.* 2. (28) *Joseph. Antiq. l.* 15. *cap.* 2. 3.

nore potitus eſt junior ille Princeps, cui nimium populi ſtudium & elegans corporis habitudo invidiam apud Regem creavit. Ejus proinde juſſu, cum forte in urbe Jericho animi recreandi gratia innataret, aquis demerſus interiit (1); revocatuque ad Sacerdotium Hananelus (2). Ita ſeries Pontificum Aimonzorum deſiit.

Strabo l.16. non obſcure tradit, Auguſtum ſupremam Sacerdotii dignitatem in Herodem contuliſſe, qui tantam ſibi vindicarit authoritatem, tantumque ſibi de privilegiis Sacerdotii ſumpſerit, quantum ad id uſque nemo alius. Straboni adſtipulatur Sanctus Juſtinus-Martyr in Dial. cum Tryphone, in eo poteſtiſſimum Herodianorum errorem verſari animadvertens, quod Herodem tamquam Pontificem Summum haberent. Numquam tamen, ut vera fatear, Herodes Summum Sacerdotem egit, contentus tantum Sacerdotalia ornamenta in turri Antonia ſervare (3), ſibi authoritate vindicata aſſumendi abrogandique ad arbitrium Pontifices.

Exinde nemo non inauſpicatus, ſeu contra Legis præſcriptum ſacram dignitatem adire viſus eſt; cum omnes ad tempus Pontifices eligerentur, ad nutum Principum & Præfectorum Provinciæ abrogandi, nihil neque familiæ genere, neque virtute eligendorum ſpectata. Qui in electionibus genus Aaronicum exigeret, nemo erat. Curſim hos omnes Pontifices attingemus, cum breviſſimum Sacerdotium, & artiſſimis authoritatis limitibus concluſum geſſerint; ut proinde nihil memorabile ex illis referatur.

Loco cedens Hananelus, dignitatem Jeſu filio Phabi (4), vito obſcuri nominis, reliquit. Huic ſuffectus eſt Simon filius Boethi Alexandrinus; quem Herodes ad ſummam dignitatem elevavit, quo nuptias ſuas cum ejus filia Mariamne honeſtiores redderet (5).

Simon conſpiraſſe in proditionem Herodis cum Antipatro in ſuſpicionem veniens, exauctoratus eſt, ſubſtituto in ejus locum Mathia filio Theophili (6). Huic Pontifici crimini datum, quod una cum ſocciis ad renovandam Aquilam auream ſupra Templi fores ab Herode conſtitutam conſpiraverit; ſtatimque facris interdictus eſt (7). Cum adhuc Sacerdotio fungeretur, nocte Expiationem ſolemnem præcedenti, qua feliciter die Pontifex ingredi Sanctuarium jubetur, vitii aliquid Mathiæ contingit, quo agendis ſacris muneribus inauſpicatus efficeretur; quare ad eam rem Joſephus filius Ellem diurno Sacerdotio (8) agendo ſuffectus eſt. Poſt Mathiam ſacris præfuit Joazar frater Mariamnes filiæ Simonis, & uxoris Herodis (9). Joazar five Azar Pontifice Jeſus Chriſtus humana carne indutus in Mundo apparuit (10).

Archelao Tetrarcha Judææ rerum potiente, Eleazar frater Joazaris Pontifex creatus eſt (11); amovendi enim Joazaris eam cauſam prætendit Archelaus, quod contra ſe conſpirantium partes ſequutum diceret. Brevi Sacerdotio ſunctus eſt Eleazarus; quem deinde agente Archelao Jeſus filius Sia excepit (12). Aliquanto poſt Joazar, jam poſt Mathiam Pontifex, qui Romanorum partibus ſeſe dediſſet, cum feliceret de accuſando Archelao atque innovandis poſtiæ rebus ageretur, iterum eorum favore ad ſupremam dignitatem evectus eſt; iterumque Cyrenio, qui in provinciam venerat, cogente, quippe cui minus faveret populus, loco ceſſit, relicto Anano dignitatis ſucceſſore (13).

Ananus in Evangelio (14) Annas, diuturniorem ceteris deceſſoribus ſuis atque ſucceſſoribus Pontificatum agens, ad 11. annos ſacro munere functus eſt; quin & poſt demiſſam dignitatem adhuc & titulum & authoritatis partem retinuiſſe ex Evangelio (15) intelligimus. Appellatur enim Pontifex una cum Caipha, quo tempore Sanctus Joannes Baptiſta miniſterium ſuum inivit; cum feliciter alter plane ab Anna Pontifex regnaret. Notat Joſephus (16), hunc virum omnium gentis ſuæ felicitiſſimum habitum; quippe qui & ipſe diuturnum Sacerdotium egit, novo plane exemplo, & ex quinque liberis totidem Pontifices nactus eſſet.

Ismael filius Phabi poſt Ananum Sacerdos (17), brevi Eleazaro filio Anani locum ceſſit; qui viciſſim Simonem filium Camith habuit ſucceſſorem. Omnes iſtæ Sacerdotum ſucceſſiones artibus Valerii Gratidebentur. Nondum annum egerat in Sacerdotio Simon, cum opera ejuſdem Grati Joſeph Caifas (18), fatis in Evangelio (19) notus, clevatus eſt. Eo Pontifice Jeſus Chriſtus neci traditus fuit. Octo vel novem annis facris præfuit, eidemque tandem opera Vitellii Judææ Præſidis (20) amoto, Jonathas filius Anani Summi Sacerdotis ſuffectus eſt; Jonathas viciſſim Theophilo fratri dignitatem invitus reſignavit (21); huic enim Vitellius Jeroſolyma petrancſens, cum in expeditionem Arabicam pergeret, dignitatem conceſſerat.

Simon filius Simonis Boethi, de quo in ſuperioribus, Cantharas cognomento, ad ſacram dignitatem iterum evectus, ſub Imperatore Claudio Herodem Agrippam habuit Sacerdotii ſui procuratorem (22). Poſt illum ſacra dignitas Mathiæ filio Anani Pontificis delata eſt. Conſilium quidem agitabat Herodes Agrippa reſtituendi Jonathæ filium Anani, de quo ſupra; ſed ille gratiis Regi actis, Mathiam fratrem ſuum exhibuit, quem virum dicebat eo honore magis dignum (23), quare Mathias ipſe electus eſt.

Alionæus five Elionæus filius Cithæi Mathiæ ſubrogatus (24), dein ab Herode Rege Chalcidis fratre Agrippæ, qui jus nominandi Pontifices eo tempore ab Imperatore Claudio obtinuerat, exauctoratus (25), Joſepho filio Cami five Canæi vel Camithæ locum fecit. Hunc excepit Ananias filius Zebedæi, ab eodem Principe promotus (26). Porro jus illud nominandi Pontifices Herodi conceſſum in ſucceſſores tranſiit.

Sublatum Ananiæ Sacerdotium Iſmael filius Phabi occupavit. Cum illo ceteri Pontifices exauthorati conſentientes, ad ſe jure dominii pertinere contendebant decimas, & oblationes reliquis Sacerdotibus deſtinatas. Eam vim a ſe propulſuri Sacerdotes, Optimatibus in auxilium accitis, turbas in illos Jeroſolymæ etiam & in ipſo Templo excivierunt. Commiſſis igitur inter ſe utrimque, ad jurgia primum & minas, dein etiam ad plagas ventum eſt. Iter etiam Romanum Iſmael ſuſcepit ad Agrippam II. delaturus de tentata abolitione parietis Templi, qui aſpectum ex Aula in Templum prohibebat. Poſtulata quidem ſua omnia Pontifex impetravit Pompeji, qui Judæis favebat, authoritate; ſed Romæ in cuſtodia detentus, Summo etiam Sacerdotio ab Agrippa multatus eſt. Ejus loco electus Joſeph filius Simonis [27], cognomento Cabæi five Gaddis, breve Sacerdotium obtinuit.

Ananus Simonis ſucceſſor [28], ſecta Saduceus, vir ingenio truci & acerbo, favorem populi ſibi conciliaturum ſperans, S. Jacobum in Scriptura nomine Jacobi fratris Domini notum, ſupplicio affecit; quod ejus facinus pro favore publicam invidiam in ipſum concitavit. Sacerdotium inſuper poſt tres menſes abdicare coactus eſt.

Subſtitutus ab Agrippa *Jeſus filius Damnæi* [29], qui

Differt. Clavet. Tom. I.

(1) Annum agebat ætatis 18. & annum in Pontificatu habuit. (2) *Joſeph. Antiqu. lib.* 15. *cap.* 3. (3) *Antiquit. lib.* 15. *cap.* 14. (4) *Antiq. lib.* 15. *capite* 12. *Græc.* (5) *Joſeph. Ibid.* (6) *Antiq. lib.* 17. *capite* 6. (7) *Ibid. capite* 8. (8) *Joſeph. Ibid. Gomar, Jeroſ. tit. Jome capite* 1. (9) *Antiq. lib.* 17. *capite* 8. (10) *Uſſer. ad A. M.* 4000. (11) *Joſeph. Antiqu. libro* 17. *capite* 25. *aut* 19. *Latine.* (12) *Joſeph. Ibidem.* (13) *Joſeph. Antiquitat. libro* 18. *capite* 1. 3. (14) *Luc.* 3. 2. *& Joan.* 18. 13. 24. (15) *Luc.* 3. 2. Vide *Baſnag. hiſt. des Juifs lib.* 1. *cap.* 5. *art.* 4. *&* 5. (16) *Joſephus Antiq. lib.* 20. *cap.* 8. *in Græc.* (17) *Joſeph. Antiq. lib.* 18. *cap.* 3. (18) *Idem ib.* (19) *Luc.* 3. 2. (20) *Antiqu. lib.* 18. *capite* 6. *Græc.* (21) *Ibid. capite* 7. (22) *Antiqu. lib.* 19. *capite* 12. (23) *Antiqu. lib.* 19. *cap.* 6. (24) *Antiqu. lib.* 20. *capite nlt.* (25) *Antiqu. lib.* 20. *cap.* 1. (26) *Idem Ibid. capite* 3. (27) *Joſeph. Antiquit. lib.* 20. *capite* 15. *Latin.* 7. *Græc.* (28) *Ibid. cap.* 8. (29) *Joſeph. Ibid. & Euſeb. Hiſt. Eccl. lib.* 2. *cap.* 22.

qui eum pauciis elapsis mensibus alterum haberet, ab eadem Agrippa datum, dignitatis æmulum Jesum filium Gamalielis, sumpris annis dignitatem suam defendere aggressus est. Turbis sedandis utroque exauctorato, Matthiæ filio Theophili dignitas collata [1]; quo Pontifice postremum Judæorum bellum exarsit [2].

Zelotæ vel Seditiosi in tantam devenerant audaciam, ut occupato Templo jus sibi eligendi Pontifices arrogarent. Electio sortis arbitrio commissa in Phanniam sive Phanam reeidit [3]. Luctuosum ejus Pontificis Sacerdotium fuit, everia Urbe Templo cremato, & dejecto. Notat Josephus Zelotas illos hanc præreudisse facti sui, Sacerdotes nempe sortito eligendi, excusationem, quod sortes olim in electionibus adhiberentur. Recte illi quidem, si de ordine & dispositione familiarum Sacerdotalium Templo in suo gradu ministrantium [4] ageretur. Sed quid hæc ad Summum Sacerdotium? Quin & plures ab iis constitutos Pontifices idem Author insinuare videtur [5], a Phannia non dissimiles, indoctos, rudes, obscuris natalibus, & Sacerdotio penitus indignos; quamquam idem Joseph nullum præter Phanniam nominat, nec nos alterum noscimus.

Is finis impositus est Sacerdotio Judæorum, futuri Sacerdotii umbræ, quod in tantis rerum turbis & vitiis semper tamen in genere Aaronis mansit. Labare pontificium coepit sub Herode Magno, cujus opera Ananelus evectus est. Corruit sub Vespasiano Imperatore; ac tandem eum ipsis Templi ruinis sepulcrum, locum fecit Sacerdotio Jesu Christi, æterni secundum Ordinem Melchisedech Sacerdotis.

GENEALOGIA SUMMORUM PONTIFICUM, qui sacris præfuerunt post captivitatem Babylonicam usque ad Antiochum Epiphanem & Macchabæos.

JOSUE.
JOACHIM.
JOJADA.
JONATHAS sive JOANNES.



GENEALOGIA ASSAMONÆORUM.

MATTHATHIAS.



IN

(1) *Idem de bello lib.6. cap.15.* (2) *Antiq. lib.20. cap.8.* (3) *Idem de Bello lib.4. cap.5.* (4) *1. Par. 24. 7.* (5) *Joseph. lib.4. de Bello cap.5.*

IN LIBRUM ESTHER PROLEGOMENON.

ASluerus, alio nomine Darius, filius Hystaſpis, Rex Perſarum, magnifico convivio Optimates Regni ſui ſolidis 18. diebus excepit. Menſas etiam inſtruxit per hebdomadam univerſo populo Suſarum, urbis imperii ſui Metropolis. Septima convivii die largiori vino lætus Reginam Vaſthi, ut ſpectaculum ſui præberet convivis, accire. Cum illa venire pervicacius recuſaſſet, Regis Conſilii decreto ſtatutum eſt, ut e thoro Regis excidens ad privatam fortunam redigeretur; datis inſuper litteris per univerſum Regnum, ut fœminæ deinceps viris ſuis per omnia ſubmitterentur.

Secundum hæc, alteri fœminæ in locum repudiatæ ſubſtituendæ, forma indictum puellæ undique per provincias conquiſitæ, Suſas deductæ ſunt. Præterea ceteris viſa eſt oculis Aſſueri Ediſſa vel Eſther, fœmina Judæa, neptis ſive conſobrina germana Mardochæi e Tribu Benjamin. Hæc igitur puella in vacuum Regis thorum aſſumpta eſt.

Regio favore eo tempore poſſebat Aman, qui, divinos honores, quemadmodum ſibi ceteri ſolebant, reddere Mardochæo Judæo recuſante, adeo in virum exæſtuavit, ut excidium ipſius & univerſæ nationis Judaicæ ſacramento decreverit. Edictum a Rege impetratum, ut quotquot in Regno verſari contigiſſet, Judæi omnes bonis expoliati trucidarentur. Decreta in eam rem dies decima-quarta menſis Adar; cum edictum illud anno ferme ante, die nempe 13. Niſan, datum eſſet. Hæc diei præfinitio ſorte quidem, ſed non ſine latentis Divinæ providentiæ voluntate conſtituta eſt.

Re audita Mardochæus, ſimulque reputans ſe unum in cauſa necis populo imminentis fuiſſe, quippe qui debitos Deo honores Amano impendere recuſaſſet; de omnibus ceteriorem fieri Eſther curavit, rogavitque, ut Regem adiens edicti abolitionem poſceret. Illa tridui prius jejunio, ac orationi præmiſſo, (quemadmodum & a ceteris Suſarum Judæis præſtitum eſt) Regem convenit poſtulans, ut ad ſe venire una cum Amano prandendi gratia dignaretur. Acquievit Rex; abſolutoque convivio, ut altera die rediret rogans Eſther impetravit.

Statuerat eadem die Aman in trabe in atrio domus ſuæ ſuſpenſum Mardochæum infami ſupplicio premere. Eo conſilio mane ſummo Regem adivit. Caſu quodam contigerat, ut Rex ea nocte inſomnii tædium levaturus, legi ſibi Commentarios Regni ſui juſſiſſet, auditaque conſpiratione, quam Mardochæi indicio ipſe detexerat, ſimulque intelligens nihil adhuc præmii virum recepiſſe; ſtatuit viri fidem regali munere donare. Quid autem Rex largiretur Aman ipſe imprudens deſignare coactus eſt; quin & æſtis ſtare juſſus honoris in Mardochæum collati, cujus ipſe inſtrumentum fuit, & momentum. Præcepit enim Amano Aſſuerus, ut virum illum deduceret per fora Suſarum, elataque voce vulgare, eo honore virum donari, cujus fidei Rex plurimum ſe debere profitebatur.

Aderat jam convivii hora, cum Rex una cum Amano ad Reginam ſeſe conferens, lauto ab illa convivio exceptus eſt. Eſther occaſionem nacta Regis largiori cibo potuque hilarefcentis, ſimulque polliscentis omnia ſe illi, quæcunque poſceret, collaturum; quæ Judæis imminebant mala omnia, cotumque innocentiam, tum & malum Amani animum referavit. Nec mora: eadem die Aman de trabe ſuſpenſus eſt, quam ipſe prius Mardochæo paraverat; revocata inſuper quæ a Rege prius dolo malo impetrata fuerant adverſus Judæos edicta. Permiſſi tandem Judæi Suſis & in omnibus Regni Provinciis verſantes, die 14. Adar eorum cædi antea deſtinata, impune in adverſarios ſuos ſeviere. Hæc dies per annos ſingulos recurrens feſta, quam *Purim*, ideſt ſortes appellarunt, habita eſt. Hæc ſumma hiſtoriæ Eſther.

Inſcribitur Hebraice Opus: *Volumen Eſther* (1), & inter canonicos Judæorum non accenſetur tantum, quin & magni temper factum eſt, tamquam inter omnia eximium. Ejus præſtantiæ concedere autumant ipſa Danielis, & Iſaiæ ſcripta. Addunt, omnes quidem Prophetarum & Hagiographorum Libros in adventu Meſſiæ fore abolendos, uno tantum Libro Eſther excepto, cui parem cum Libris Moyſis geternitatem adſtruunt. [*Maimon. Hilcot. Megillah capite* 2. §. 18. *Vide Sikard. Not. in orat. de Purim.*] Licet autem veterum gentis malorum ne memoria quidem perſeveraret ultra illud temporis debeat, ſua nihilominus ſolemnia Feſta Sortium ſtabunt, ſtabit & lectio ejus Libri, juxta fidem oraculi Eſth. 9. 28. *Hi ſunt dies, quos nulla unquam delebit oblivio.*

Verſio Græca (2) ejus fatis ab Hebræo diſcrepat, e qua additiones plurimæ in veterem Vulgatam ante S. Hieronymum derivatæ ſunt; ac deinde in noſtris Editionibus Latinis etiam poſt verſionem S. Doctoris manſerunt, quamquam rejectæ ad calcem Libri, & e reliquo Textu ex Hebræo adornato avulſæ. Porro additiones iſtæ in Græco diſſeminatæ ſunt, parenteque e. g. ante primum caput [*], in quo de ſomnio Mardochæi, & prodita conſpiratione duorum Eunuchorum (3), & cap. 3. poſt verſ. 13. (3) legitur epiſtola Aſſueri pro exterminandis in univerſa ditione ſua Judæis data; & cap. 4. poſt verſ. 17. (4) oratio Mardochæi, ac deinde Eſther pro ſalute univerſæ gentis Judaicæ a Deo impetranda (5): cap. 4. poſt verſ. 8. legitur parva quædam additio, inſerta in cap. 15. verſ. 2. 3. noſtræ Vulgatæ. Græcus capite 5. [6], ubi additi ab Eſther Aſſueri hiſtoria, ſatis diſcrepat tum ab Hebræi, tum a Vulgatæ narratione. In nonnullis Græcis Exemplaribus ad caput 6. poſt verſ. 10. quædam leguntur, fruſtra quærenda in Hebræo & in noſtra pariter Vulgata; nec in fragmentis ad calcem ejus Libri in eadem Vulgata legenda; quin & deſunt in editione Græca Complutenſi. Edictum Regis pro Judæis legas cap. 8. [7] poſt verſ. 12. cap. 10. poſt verſ. 3. uſque ad exitum capitis [8] legitur interpretatio ſomnii, quod Mardochæo per quietem contigit, tum & inſtitutio Feſti *Purim*. Ibidem pariter annus adſcribitur, quo Verſio Græca ejus Libri e Jeruſalem in Ægyptum tranſlata fuit (9). Fuſius hæc adnotavimus, quo ſi forte libuerit, conferantur inter ſe additamenta ex Græco, & veteri Vulgata cum Textu Latino, & ad ſuum ſingula loeum revocari poſſint, ut de variis ejus hiſtoriæ circumſtantiis earumque connexione judicium feratur.

Verſiones etiam Græcę inter ſe non penitus conſentiunt. Editio Romana, & ea quam Uſſerius nobis procuravit, *Obelis & Aſteriſcis* Origenis notam, fatis inter ſe conveniunt; fuſiores tamen ſunt quam alia Verſio Græca, ab eodem Uſſerio e regione Origenianę publici juris facta. Editio Complutenſis minus variat a Romana.

Vetus Latina Verſio S. Hieronymo vetuſtior, cujus P. Martianæus Exemplar Mſ. ab alterio vetuſtiſſimo Exemplari S. Germani Pratenſis derivatum nobis

P a

---

(1) *Megillah Eſther.* (*) *Vide in Vulgata capite* 11.
(2) *Vide in Vulgat a cap.* 12. 2. *&c. per totum.* (3) *Vulgat. cap.* 13. 17. (4) *Vulg. cap.* 13. 8. *&c.* (5) *cap.* 14. *per totum.* (6) *Convenit per omnia cum cap.* 15. 4. *&c. noſtræ Vulgatæ.* (7) Vide *cap.* 16. (8) Vide *Vulgat. cap.* 10. 4. *&c.* (9) *Vulg. cap.* 11.

bis communiceavit ; plurimum & ab Hebræo , & a. Versionibus Græcis abhorret . Varianta in ea plurima , tum & addita atque detracta quædam non levioris momenti . Sæpe illam laudavimus sub nomine Veteris Vulgatæ , seu Veteris Latinæ , sive Italicæ Versionis . Plures fane ferebantur in Ecclesia Latinæ versiones non minus quam nostræ ætatis Græcæ , inter se diverepantes . Porro hæc Latina Versio , de qua modo , mira interdum barbarie , & obscuritate horret . Ita quæ leguntur ibidem de secundo Artaxersis edicto , vix Lector assequitur .

Quis potissimum Græcam illam Versionem adornaverit , res est apud Eruditos ambigua . Veterum nonnulli [1] , cum plurimus Recentiorum [2] opinati sunt , Septuaginta Interpretes una cum ceteris Hebraice scriptis Libris hanc etiam historiam vertisse . Moventur autem potissimum , quod Interpretes illi Græcæ fidei , reddidisse leguntur quidquid in Canone Judæorum , ætate Ptolemæi Philadelphi relatum erat . Porro in Canonem ea ætate digestum Librum Esther cooptatum fuisse ne ambigunt quidem .

Sed opinio illa ipsi plane Textui Esther repugnare videtur , eum in Græco ejusdem Operis cap. 11. 1. hæc legantur : *Anno quarto , regnantibus Ptolemæo & Cleopatra , attulerunt Dositheus , qui se Sacerdotem & Leviticæ generis ferebat , & Ptolemæus filius ejus hanc epistolam Thurim , quam dixerunt interpretatum esse Lysimachum Ptolemæi filium in Jerusalem* . Porro si nomine Regis & Reginæ Ægypti Ptolemæus & Filometor ejusque conjux Cleopatra significantur , illud constituamus oportet , diu post Septuaginta Interpretes ; siquidem illi sub Ptolemæo Philadelpho claruerunt [3] . Versionem hujus Libri in Græcum a Lysimacho fuisse adornatam ; ut quid enim alioqui e Jerusalem in Ægyptum transferendum fuisset Opus , quod diu antea opera Septuaginta ibidem innotuisset ? Si quis vero quartum hujus Ptolemæi annum , de quo in superiori textu , non ad Philometorem , sed ad Philadelphum referendum contendat [4] , censeatque Versionem ante Septuaginta in Ægyptum advectam ; ut quid Interpretes illi vertendo Operi jam in Græcum a Lysimacho translato laborassent ? Fac autem vertissent , nihil ad nos : quæ etenim supereret Versio , hæc non nisi a Dosithæo in Ægyptum translata videtur , quemadmodum verba supra relata satis insinuant .

Eidem Lysimacho authori facile tribuendi credimus additiones frequentes , de quibus satis in superioribus . Cave etiam credas eumdem Lysimachum religiose adeo verbis Textus inhæsisse , quemadmodum ab aliis vetustis Sacrorum Librorum Interpretibus servatum est . Liberius non raro excurrit ; nec eamen Opus minus probatum est , neque ab authoritate sua excidit , cum nihil ab illo adjectum sit sive Textui , sive veritati repugnans . Quicumque in ea fuerunt sententia , illa scilicet omnia quæ in Græco supra Hebræum redundant , varios Exemplarium Originalia [varia enim fuisse eredunt] tribui oportere ; illi sane nullum dicti sui doeumentum solidum exhiberent . Hæc enim varia Exemplaria nemo , neque S. Hieronymus , neque Origenes , veteresque Scripturæ Interpretes , Aquila , Symmachus , & Theodotion unquam noverunt . Josephus Gorionides in sua Historia Judaica lib. 2. cap. 2. eas omnes additiones probat , & in Opus suum transfert . Nihil de illis Josephus Historicus , quod in suo Græce Exemplari deesset .

Cum S. Hieronymus versionem hujus Operis ex Hebræo fuisset , Textum hunc tamquam originalem unice habendum ne ambigebat quidem . In ejus sententiam convenisse Ecclesiam , ex probata S. Doctoris Versione , atque in canonem receepta satis constat . Eruditissimi etiam Scriptores nostrates [5] animadvertunt , Lysimachum in sua versione adornanda ingenio suo plus nimio obsecundasse ; uti e. g. eum in edicto Assueri pro Judæis loquentem induxit eumdem Regem , veluti tempore belli Persarum in Macedones vixisset , his verbis : *Aman animé & gente Macedo* [6] cogitasse insuper *Regnum Persarum transferre in Macedonas* . Observat etiam Sanctus Hieronymus [7] , Amanuenses hujus Operis plus nimio sibi indulsisse , cum non raro viros in eadem historia loquentes induxerint , quemadmodum sibi aptissimum videbatur : *Sicut solitum est Scholaribus discipulis , sumpte themate , exegitare quibus verbis uti potuit , qui injuriam passus est , vel qui injuriam fecit* . Luculentum hujus rei exemplum præbet Ms. veteris Vulgatæ , e quo plura nos animadvertimus ; tum & Græci Textus additamenta .

Nec timen jure quis in suspicionem revocaverit tamquam minime canoniea fragmenta illa , quæ in nostris Bibliis post cap. 10 4. ad extrum usque Libri leguntur 8 . Ecclesia , & Patres in tot Exemplarium & additamentorum quæ Amanuensium ingenio in Opus irrepserunt , varietate , satis distinguere potuerunt quid legitimum , verum , & Dei affatu dictatum , quidve secus habendum esset . S. Hieronymus , quamquam alioqui Hebraicæ veritati addictissimus , quamquam e re ipsius fuisset , ut versionem suam ex eodem Textu adornatam magis magisque omnibus adprobaret ; ea tamen additamenta religiosis servanda ratus , in calce Versionis sæe appouit , simul notans quem locum in Græco Textu interent . Ea insuper omnia , quæ necessaria ad authoritatem ereduntur , in fragmentis illis minime defiderari constat . Nihil habent veritati historiæ repugnans , nihil falsi , nihil fidei bonisque moribus abionum . Numquam non probata ab Ecclesia , [9] in Canone Scripturarum & in ejus Officio [10] ; reeepta sunt . Laudantur a Patribus [11] , probantur a Conciliis , & antequam Versio Latina S. Hieronymi in Ecclesia obtineret , & modo etiam in Ecclesia Græca a reliquo Libri Textu non distinguebantur . In Catalogis librorum Librorum ante S. Hieronymum adornatis , Liber Esther eum additamentis receptus est ; nec post S. Doctorem additamenta illa expuncta sunt .

Vix igitur , ac ne vix quidem audaciam illorum probamus , qui de authoritate illorum fragmentorum dubitatse visi sunt ; multisque pariter improbamus illorum arrogantiam , qui totum Librum Esther non nisi confictam ad libitum fabellam , & veluti Tragediam , in qua tamquam in theatro plures sententiæ personæ ludant , arbitrantur [12] . Ur invidium Operi confient , Authoris ejusdem Libri imperitiam affectata exemplorum conquisitione exaggerant . Nec præterеundum sibi ducunt repugnantia in speciem quædam inter Textum Græcum , & Hebraicum ; uti e. g. quod in Græco legitur de muneribus Mardocheo collatis [13] in præmium proditæ conspirationis duorum Eunuchorum ; cum in Hebræo nihil illi repensum , quo tempore conjurationem revelavit , lueulenter exprimatur (14) . Aliter etiam utrimque instituitur narratio de adito ab Esther Assue-

(1) *Origen. ad African. & in Jean.* to. 2. Vide *& Hieron. Prafat. in Josue , & in Esther & Annot. ad fragm. Esther.* (2) *Huet. prop. 4. Demonstr. Nat. Alex. alii* . (3) *Obiit Philadelphus A. M.* 3758. *& Philometor A.* 3861. (4 *Ita Huet. Propos. 4. num.* 5. (5) *Huet. Demonst. Evangelic. Propos. 4. de lib. Esther. Nat. al. Alexand. Hist. V.T. tom 2. art. 5. de lib. Esther propos. 1.* (6) *Esther* 15 10. 14. (7) *Hieron. ad Paulam & Eustoch. Prafat. in Esther. In a Grot. in hunc Librum , & Sixt. Senens. lib. 8. Bibliotheca.* 8. *Non canonica censent Hugo Card Lyran. Carthus. Sixt. Senens. & ex Reformati plures.* (9) *Origen. Expos. Psal. 1. apud Eusseb. Hist. Eccl. lib. 6. cap. 25. Cyrill. Jerosol. Epiph. de Ponder. & Mensur. cap. 28. Damasc. de fide Orthodox. lib. 4. cap. 18. Hilar. prafat. in Psal. Hieron. Prolog. Galeato , & Epist. ad Paulin. & Prafat. in Esther, Augustin. lib. 2. Doctr. C. capite 8. Const. Laod. can. ult. Conc. Carthag. 3. canon. 47. Innoc. 1. Epist. ad Exuper. Gelas. 1. Synod. Rom. Eugen. I. in Instruct. Arm. cone. Trid. sess. 4.* (10) *Ter. 4. post Dom. 2. Quadr. ex capite* 13. *Esther , & in Missa contra Paganos , & in Missa Dom. 26. post Pentec. ex Esther cap. 14.* Vide si placet , *Ruperti libro* 18. *cap.* 12. *de victoria Verbi Dei , & lib.* 12. *de divin. Officie. cap.* 15. (11) Vide *Orig. Epist. ad Afric. & tom. 2. in Joan. cap.* 14. *Basil. contra Eunom. Chrysf. hom.* 3. *ad Antiochenos , Augustin. Epist.* 262. *nov edit. Hieronym. in Epist. ad Galat. capite* 1. *&c.* (12) *Lutherani quidam & Anabaptista , & Author scripti Gallici , cui titulus : Sentiment de quelques Theologiens de Holland. let.* 8. *& 11.* (13) *Esther* 12. 5. (14) *Esther* 6. 3.

fuero (1). In Græco legitur decreta neci Judæorum dies 14. Adar; in Hebræo dies 13. (2). Hebræus ſupplicium ſumptum legit de filiis Aman die 13. Adar (3); cum interim in edicto Regis 8., vel 9. menſibus antea vulgato legitur in Græco, Amanum cujuſque filios infami ſupplicio præ foribus Suſarum ſuſpenſos vitam jam abſolviſſe (4). Ita tandem loquitur in edicto illo Aſſuerus, quomodo non Perſam ſed Judæum prorſus deceret (5). Stilus etiam utriuſque edicti qui originalem tubolet, neque genium Hebraicum, neque ſervitutem Verſionis ſatis refert (6). Mentio eſt ibidem de Macedonibus, veluti de gente potentia, & viribus floreniſſima; unde genus referre Aman narratur (7). Jubet Aſſuerus Feſtum Sortium a Perſis omnibus tamquam diem illis ſanctiſſimam celebrari (8); quaſi ſeilicet Judæorum felicitas multum Perſis conferret; quibus potius probro ea dies fuiſſet, quam decori. Exitus vero hujus hiſtoriæ adeo ſingularis eſt, ut fabellam magis referat, quam hiſtoriam. Quam diem Aman ſupplicio Mardochæi deſtinaverat, ipſe ſupplicio ſuo in eadem, quam æmulo paraverat, trabe ſuſpenſus, infauſtam reddidit; quæ pariter neci Judæorum deſtinata erat dies, hæc in adverſarios illorum recidit; quo poriſſimum tempore Mardochæus imminens in ſuum caput exitium horrebat, ad ſummos honores evadit, inſperato & feliei ſupra fidem eventu. In Libris Eſdræ, canonicis illis quidem omnium aſſenſu. Mardochæus inter ceteros e captivitate Babyloniea reduces legitur; nihil tamen de admirabili illa, de qua in præſentia, hiſtoria. Tandem crimini datur, quod Dei nomen nuſpiam in Texru Hebraico adſcribitur; & in canone Scripturarum a nonnullis Veceribus Liber omittitur (9).

Hæc majoris momenti adverſus hiſtoriæ hujus veritatem opponuntur. Quæ tamen in medium deducta ſunt repugnantia, plerumque in ſpeciem tantum diſſident. Exiguis adeo muneribus Mardochæi in Regem fides donata fuerat, ut ne referenda quidem in Annalibus videretur. Hiſtoria Reginæ eorum Aſſuero ſeſe ſiſtentis fuſius hic, brevius ille Textus proſequutus eſt. Græcus Interpres narrationem ſuam ornandam ſibi aſſumpſit, pluribus adjectis circumſtantiis, fruſtra quidem in Hebræo quærendis, ſed hiſtoriæ veritati ne minimum quidem repugnantibus. Fieri potuiſſe concedimus, ut mendum in Græcum irrepens pro die 13. diem 14. reddiderit; neque enim ulque adeo ſincerum eum Textum defendimus, quin vitii aliquid contraxiſſe poſſerit. Deeem filii Aman poterant eodem tempore ac ſupplicio cum parre extingui, quamquam in Textu tum primo mentio ejus rei fiat, cum de neee hoſtium Judaici nominis Suſis narratur. Repetitio eſt enim & veluti ſumma eorum quæ antea contigerant.

Ultro quidem fatemur ſtilum Græci Interpretis aliquando, in iis maxime quæ de ſuo ingenio inſerenda ad ornamentum hiſtoriæ cenſuit, cultiorem eſſe & elegantiorem, quam pro more ceterarum Verſionum litteralium Sacræ Scripturæ. Sed numquid properera totum Opus ad fabellas amandandum, ejuſque addiramenta non niſi humani ingenii fœtus habenda ſunt? Quædam interdum occurrunt [10] ex Hebræo ſatis manifeſte derivata, Illumque referunt Helleniſtarum, & gnſtum Sacrorum Scriptorum, qua in periodis, qua in phraſibus expreſſum. Nec monſtri loco habendum eſt, Aſſuerum Deum Iſraelis obſervaſſe, eum non minus de illo religioſe locuti ſint Nabuchodonoſor apud Danielem [11], & Cyrus apud Eſdram [12]. Plura ſane oculis Regis Perſarum obverſata fuerant Divinæ potentiæ documenta, quibus ea edoceri de Deo, quæ in fuo edicto fatetur, potuiſſet. Quin & illud jure meritoque afferendum nobis videtur, Mardochæum, quo authore edictum illud prodiit, nec a dcbita in Regem obſervantia receſſurum ſe quidquam eredidiſſe, neque contra Regis voluntatem actурum, ſi pios item & obſequii plenos in Deum ſenſus exprimeret. Quæ ad genus Amani e Maecdonibus relatum, quæque ad conſilium ipſius tranſferendi Imperium Perſarum ad Reges Macedoniæ pertinent, ſatis alibi diſcuſſa ſunt [13].

Aſſueri edictum Perſis omnibus obſervantiam *Feſti Sortium* edicens, non ad religionem, ſed ad politiam pertinebat. Summæ enim felicitatis loco habendum erat, ab Amani tyrannide viri ſuperbi & impotentis imperium relevari. Quod autem prodigioſa quædam & mira in hiſtoria vel Saera vel Prophana contineantur, numquam adeo valuerunt, ut falſitatis ſuſpicionem in hiſtorias crearent. Actum eſſet enim de certiſſimis & aſſeretis quibuſque Hiſtoriis, ſi illis rejeiendis prodigioſis aliqua ſive mira continens narratio ſatis haberetur. Quid tunc fieret de hiſtoria Joſephi Patriarchæ, Moyſis, Saulis, Davidis, aliiſque? An Mardochæus apud Eſdram idem ſit cum noſtro, ambigimus. Fac autem eſſet; quid inde? Nonniſi ante triennium a ſecunda Templi Jeroſolymitani dedicatione in tantam fortunam Eſther devenit [14]. Potuit autem Mardochæus Jeroſolymam ſe contuliſſe ſive ante, ſivo poſt obtenram ſupremam dignitatem, ac deinde Suſas reperiſſe, ubi fatis funcum eredimus.

Ultro quidem concedimus, nec Eſdram neque Jeſum filium Siraeh, neque Authores Librorum N. T. mentionem ullam de hiſtoria Eſther intuliſſe. Sed quæ inferendi neceſſitas? 2. Macchab. 15. 37. ſermo eſt *de die Mardochei*, nempe de Feſto Sortium. Porro Feſtum illud poſt eventum, de quo in Libro Eſther, inſtitutum, ac deinde ſemper apud Judæos religioſe ſervatum, & veritate ejuſdem hiſtoriæ argumentum eſt apertiſſimum. An forte Feſtum aliquod inſtituitur ad fabellæ alicujus memoriam in poſteros perennandam? Si Dei nomen nulpiam in Exemplaribus Hebraieis legitur, id caſui tribuendum eſt; eum alioqui tota narrationis ſeries luculentiſſimos divinitatis & veritatis characteres exhibeat; quin & venerabile illud nomen, ſin minus in Hebraieo, certe in additionibus in calce Operis appoſitis, quas canoniear recipimus, ſæpius repetitum eſt. Rari tandem Scriptores ſi li, qui in cenſu Sacrorum Librorum Eſther non retulerunt, quid valeant adverſus teſtium phalangem, quam nos in favorem Operis produximus? quibus accedit unanimis Judæorum & Chriſtianorum fere omnium conſenſus, veritatem hiſtoriæ ejuſque authoritatem agnoſcens? Quorumdam Patrum ambiguitas nullius plane momenti habenda eſt adverſus tot ſapientiſſimorum virorum expreſſam aſſertamque authoritatem.

De Authore hujus Operis non ſatis convenit. Sunt qui Eſdram ſtatuant [15]. Eſdra recentiorem autumat Euſebius; quis tamen iſte Author recentior, ſilet. Pieudo-Philo Judæus in Chronico, tradit Joachimum ſummum Saeerdotem Judæorum filium Joſue Opus illud rogante Mardochæo ſuſcepiſſe. Magnæ Sinagogæ tribuunt Hebræorum plures [16]. Conſtat autem confecto Canone Judæorum veruſtiorem eſſe librum, cum in eodem contineatur. Porro Canon ille ante obitum Eſdræ, regnante Artaxerſe Longimano, abſolutus eſt; quare ſive Eſdras ſive magna Synagoga Author Operis

(1) *Conf. Eſther* 3. 2. *cum* 15. 4. *&c.* (2) Conf. *capite* 13. 6. *cum* 3. 12. *&* 9. 1. *&* 8. 12. (3) *Eſther.* 9. 6. (4) *Eſther* 16. 18. (5) *Eſther* 8. 16. (6) Vide *petiſſimum capp.* 13. *&* 16. (7) *Cap.* 16. 10. 14. (8) *Ibidem verſ.* 22. 23. (9) Vide *Euſeb. Hiſt. Eccl. lib.* 4. *cap.* 26. *de Melitone Athanaſ. Epiſt.* 39. *Peſtali, Gregor. Nazianz. carm. de Script. SS.* (10) Vide *Eſther* 14. 11. *Ne tradas ſceptrum tuum his, qui non ſunt.* Et *cap.* 16. ubi *paramythia* uſurpatur pro *ultione*. In examen etiam revocandus eſt ſtilus orationis Mardochæi & Eſther. (11) *Dan.* 2. 47. *&c.* *&* 3 65. 96. (12) *1. Eſd.* 1. 2. 3. (13) *Eſth.* 16. 10. (14) *Templum dedicatum eſt A. M.* 3489. *& convivium Aſſueri incidit in A.* 3486. (15) *Epiph. de Ponder. & Menſur. Auguſt. de Civit. lib.* 8. *cap.* 36. *Iſid. Origen. lib.* 6. *cap.* 2. (16) *Talmudiſte in Baba Batra cap.* 1. *Rabb. plures.* Vide *Huet. Demonſtr. Evang. propoſ.* 4. *de Libro Eſther, art.* 2.

ſtatuatur, nihil prohibet. Plerique tamen Criticorum [r] autumant, Mardochæum ipſum quæcumque ſe poſtiſſimum authore geſta ſunt, ſcribenda ſuſcepiſſe. Huic ſane una cum Esther tribuendam conſtat Epiſtolam ad omnes undique Judæos miſſam pro Feſti Sortium celebratione [a]. Porro Epiſtolam illam, levioribus quibuſdam adjectis, Librum confiçere, ex lectione cap. 9. Esther ſatis intelligimus. Jure igitur Esther & Mardochæus Libri hujus Authores potiſſimi habentur.

Potiſſimi, inquam, nonnulla enim in Opere occurrunt, quæ ſane ab Epiſtola *Purim* aliena, & recentiori manu adjecta conſtat; ut illud [3]: *Suſceperunt Judæi in ſolemnem ritum cunctæ, quæ eo tempore facere cœperant, & quæ Mardochæus litteris faciendas mandaverat ..... Atque ex illo tempore dies iſti appellati ſunt Purim, ideſt ſortium, eo quod Phur, ideſt Sors, in urnam miſſa fuerat. Quapropter ſuſtinuerunt, & deinceps immutata ſunt, ſuſceperunt Judæi ſuper ſe, & ſuper ſemen ſuum, & ſuper cunctos, qui Religioni eorum voluerunt copulari, ut nulli liceat duos hos dies abſque ſolemnitate tranſigere, quos Scriptura teſtatur, & certo expectant tempora annis ſibi jugiter ſuccedentibus.* Verba illa & cetera deineeps in Texru Hebræo ad exitum uſque Libri adjecta, eſſe veluti epilogum Epiſtolæ Esther & Mardochæi, ut Epiſtolæ Libri forma daretur, nemo ſane non videt. Ibi de Mardochæo, tamquam de viro extraneo agitur; Epiſtola Sortium laudatur, ſimulque infinuatur majorem Operis partem ex illa conſtare [4]. Tandem ad Annales Regum Perſarum & Medorum provocatur, ut certum haberi poſſit teſtimonium de gloria, authoritate, & potentia ab Aſſuero in Mardochæum collatis. Huic igitur, quicumque tandem eſſet, Authori vetera ſuppetebant monumenta, eoque ſcribebat tempore, quo & Epiſtola *Purim*, & Annales Perſarum intacti adhuc ſervabantur. Quare ſin minus coæva ſcriberet, certe tamen ex probatiſſimis monumentis Esther & Mardochæi ætate ſcriptis, quæ litteris mandaret, excerpebat; ut nihil prorſus illi deſuiſſe authoritatis conſtaret, etiamſi luo tantum marte, & non Dei Spiritu aſſlatus ſcriberet. Rerum, de quibus in hac Hiſtoria, geſtarum tempus crucem figit Eruditis. Malunt alii ante ſolutam captivitatem conſtituere; alii poſt ſolutam. Harum etiam opinionum Authores in varias abeunt ſententias; ſunt (5) enim qui Aſſuerum hunc Scripturæ ipſum credant *Aſſyagem* patrem Darii Medi [6], ſive Darium ipſum [7]. P. Hardouinus [8] contendit, *Aſſuerum* hunc filium eſſe Cyaxaris, & fratrem Aſtyagis Medi, qui Perſidem univerſam ſubegit, & tributarium reddidit Babylonem, fatis jam functis Nabuchodonoſore & Balthaſſare.

[a] Qui poſt ſolutam captivitatem hiſtoriam illam revocant, alii quidem *Aſſuerum* hunc [9] confundunt eum *Cambyſe*, alio nomine *Aſſuero*, ſive *Artaxerſe*, qui ædificationi Templi Jeruſalem interceſſit [10]. Ex illo parente ſtatuunt Darium, qui annono Regni ſecundo intermiſſam Templi ædificationem permiſit [11]. Alii *Xerxem* malunt [12]; alii *Artaxerxem* Longimanum [13]; hi [14] *Mnemonem*, ac tandem *Ochum* [15]. Recepta tamen hodie opinio Darium Hyſtaſpis tenet [16]; ad cujus ætatem vitam prorogaſſe potuit Mardochæus, una cum Jechonia in captivitatem Babylonieam deductus [17]. Steriſſe Templum ſub Esther ſatis conſtat ex capite 14. 9. In univerſa ditione Aſſueri frequentiſſimi erant Judæi pariter & Iſraelitæ, omnes Regio favore pollentes, ex quo Esther & Mardochæus ad Summas dignitates evecti ſunt. In Aula hujus Principis nihil non Perſarum indolem refert. Hiſce conjecturis de ætate hujus hiſtoriæ indicium capiendum eſt, omneſque Regno Darii Hyſtaſpis quadrant.

DISSERTATIO

De re militari veterum Hebræorum.

QUÆ hodie contempta jacet & deſpecta Judæorum gens, olim potentia, virtute, atque rei militaris peritia bellicoſiſſimos omnes per orbem populos vincebat. Sive enim bellorum multitudo ſpectetur, ſive devictorum hoſtium potentia, ſive copiarum numerus, ſive tam hoſtium quam peculiares illorum vires, rarus erit populus, qui Hebræorum gloriæ non concedat. Plura in Iſraele anterior ætas ſpectavit virtutis roboriſque ſpecimina, plura impavidi cordis faeinora, plura exempla ſapientiæ ſimul, & prudentiæ, quorum memoria multo ſane dignior eſt, ut cedro tradatur, quam quæ de aliis populis vetuſtate celebrantæ ad poſteros tranimiſſa ſunt. Quin & hiſtoriæ fortiter ab illis ſtrenueque facta narrantes, eo ceteris Heroum hiſtoriis præferendæ ſunt, quod multo præ illis certiſſimæ ſint, multoque abſint ab aſſentationis, erroris, ignorantiæ, tum & exaggerationis ſuſpicione. Neque enim ſive Romanenies fabulæ ſive Heroum poetica commenta in illis narrantur. Vanos triumphorum titulos non jactantia hic & populorum aſſentatio, ſed res fortiter geſta contulit; procul Urbium & Provinciarum prædones, quibus gerendi belli non alia ratio ſuppetit, quam vincendi aliorumque bona diripiendi cupiditas. Viti ſunt plerumque bellicæ virtutis & ſapientiæ gloria præſtantes a Deo ejuſque Spiritu excitati animatique, ut ejus ultionem adverſus crimina, & defenſionem innocentium profequerentur. Clara ſunt inter illos nomina Joſuæ, Calebi, Gedeonis, Jephtæ, Samſonis, Davidis, & Machabæorum, quorum nomina æternitati paria durabunt.

[b] Ea ſolet Judæorum ratio haberi, quaſi gens rara, brevioribus in Aſia clauſa limitibus, opprobrium & contemptum ceterorum populorum ſuſtineret. Quicumque talia de Judæis opinaterur, ille certe longiſſime a vero aberraret. Eos enim ſcribebant exercitus Hebræi, quos Græci numquam, nec Romani. Potentiſſimis quibuſque Aſiæ Regibus populiſque ſive copiarum numero, ſeu virtute nihil concedebant; quin & ſuperaſſe illos aliquando, ingentibus de his omnibus relatis victoriis, viſt

(1) *Clemens Alex. libro 1. Strom. Abenezra, Abraham Sapiens, Bonfrer. Serar. & alii.* (2) *Esther. 9. 20. 23. 26. & 11. 1. & 12. 4. Scripſit Mardochæus omnia hæc, & litteris comprehenſa miſit ad Judæos .... & ſuſceperunt Judæi in ſolemnem ritum cunctæ, quæ Mardochæus litteris facienda mandaverat ..... Cunctæ, quæ geſta ſunt, Epiſtola id eſt Libri hujus vel. continentur.* (3) *Esther. 9. 23. 26. &c.* (4) *Esther. 9. 20. 23. 26. 32.* (5) *Mercator in Chronolog.* (6) Vide *Joſeph. Antiqu. lib. 10. capite 12.* (7) *Ita Cedren.* (8) *Hardoin. Chronol. V. T. pag. 101.* (9) *Hebr. in Seder. Olam. Genebr. Chronol. Ver. ab.* (10) *1. Eſd. 4. 6.* (11) *1. Eſd. 6. 1. &c.* (12) *Joſeph. Scalig. Emend. temporum lib. 6. Druſ. in Eſth. 1. Calviſius Sikard.* (13) *Bellar. de Verbo Dei libro 1. Joſeph. Antiqu. libro 11. cap. 6. Nicepher. Chronic. Suid. Zonar. Sallian. Menoch. Cajet. Petav.* (14) *Euſeb. Chronic. Beda Hieron. in Ezech. 4. & in Dan. 8. Sulpit. lib. 2. Hiſt. Sixt. Senenſ. libro 8. Bibl. alii.* (15) *Serar, in Esther, Gordon. Chronic.* (16) *Rab. Salom. Abenezra Lyr. Feuard. Tirin. Cornelius, Bonfrer. Viſer. Lanpeller.* (a) Nos etiam hanc prætulimus in Commentariis. (17) *Eſth. 2. 6. 12. 4.* (b) Validi Hebræorum exercitus.

visi sunt : Abia Rex Juda exercitum adversus Jeroboamum Regem Israel duxit 400000. viros instructum, cum vicissim Jeroboamus sub armis haberet 800000. commissoque inter eos prælio ad 500000. e militibus Jeroboami cæsi sunt [1]. Phacee filius Romeliæ [2] Rex Israel unius diei spatio trucidavit 120000. virorum ex copiis Juda. Zara Rex Æthiopiæ, seu potius Arabiæ exercitum in ditionem Judæ 1000000. militibus ac 300. curribus constantem duxerat, cui 600000. fortissimorum Rex Juda opposuit [3], cujus præsidi victoria contra Judæos steit. David, & Salomon sub signis jugiter habebant ultra 300000. virorum [4]; & Josaphat præsto fuisse leguntur 1160000. militum, quem numerum dispositis in arcibus custodes milites augebant [5]. Quale, rogo, nostræ ætatis Imperium eam validum, florentemque scribere potuisset ? Eo copiarum robore Chananæa omnis natio jugum subdere coacta est, cum & diffipari illani contigit ; eo Syri, Philistæi, Ammoni, Arabes, Amalecitæ, Madianitæ, Moabitæ pluribus præliis fracti, dejecti, diffipati sunt. His viribus æqua diu lanee pugnatum est cum Ægyptiis, Assyriis, Chaldæis, Syris, & Romanis ; quin & non ignobiles de illis omnibus relatæ sunt victoriæ, nec ante succumbere Judæis aeeidit quam infami criminum, & impietatum suarum ponderi succubuissent.

[a] Tanta Hebræorum potentia sive Persas, sive Græcos, Romanosve non latuit. Artaxerxes Rex Persarum 1. Esdr. 4. 19. 20. bellicosissimam esse Judæorum gentem & extranæ dominationis impatientem, cum Regibus suis bellicosissimis parere didicisset, ultro fatetur. In florentissimo illo Xerxis adversus Græcos exercitu inter innumeras, quibus constabat, gentes, Hebræos glorioso *Solymorum* nomine supra ceteros omnes gentes distinctos fuisse Josephus est author [6]. Militum Hebræorum virtutem simul & fidem in pretio habuisse Alexandrum satis constat [7] ; illos proinde habere in exercitu studuit ; illis ab eo Rege concessa privilegia, cum & sexcentæ amoris in eos sui datæ significationes. Demetrius Soter ad 30000. Hebræorum in exercitu suo scribi, si totidem potuissent, imperavit [8]. Reges Ægypti Alexandri successores, eodem, quo author Imperii sui, amore Judæos prosequuti sunt ; non semel enim armorum illis imperium commiserunt [9], corporis custodiam, tum & maximi momenti arces. Quid Macchabæi in armis possent, Antiochus Epiphanes & Demetrius Syriæ Reges dispendio suo experti sunt.

Virtutem & constantiam Judæorum insigni laudis elogio Diodorus Siculus commendans [10] testatur, Moysen insignem prudentia Ducem id præstitisse, ut commissus sibi populus ab ineuntibus annis belli artibus & toleranais militaribus laboribus se tradexet ; susceptæ autem illum bella in finitimos populos, quibus florentissima regione exutis, Judæis loeum amœnissimum fecerit. Taeitus etiam Hist. lib. 6. hoc de illis testimonium tulit : *Animas prælii peremptorum æternas putant ; hinc generandi amor & moriendi contemptus.*

Quod igitur tractamus argumentum, nec minoris momenti est, nec Lectorum sedulitate indignum ; quin & eo majorem exigit animi intentionem, quo expeditiones plurimæ ab ipso Deo susceptæ bantur [11]. Universa belli gerendi disciplina ad normam Legis Mosaicæ pene dirigebatur. Duces plerumque dati sunt viri non militari tantum, sed etiam probitatis laude insignes ; ut jure meritoque Dissertatio hæc nostra inferibi potuisset : *Tractatus bellorum Domini ;*

Dissert. Calmet. Tom. I.

nihilque sanctius ad recte gerendi belli institutionem præseribi potuisset, quam bella illa, de quibus in præsentia, siquidem Reges a præscripta sibi ea in re disciplina, numquam exorbitent.

[b] Quamdiu Israelitæ in Domini obsequio & fide manere visum est, prospero semper successu bella gesserunt. Quæ enim Domini jussu susceptæ expeditiones, illæ semper sub signis habuisse prodigia victoriæ præmuntia leguntur. Semper Dei manus pugnantibus aderat, quæ robur victoribus, terrorem victis ingerebat. Elementa ipsa in Pharaonem ejusque exercitum in transfretatione Erythræi militare visa sunt. Occulta manu perculsus Amalec, cedere coactus est ; occulta, inquam, manu, quæ Moysis in monte orantis protensæ manus motum sequi videbatur ; Moysi enim ad preces puras manus tendente, Josue eum hoste manus conferens prævalebat. Israelem (patio 40. annorum in deserto iter habentem per mediam Arabiam & Idumæam hostes stupentibus similes immoti spectabant. Edom, & Moab Divinorum armorum fulgore perstricti hærere visi sunt. Og & Sehon Reges Amorrhæorum finitimarum gentium terrores, territi ipsi, ne resistere quidem Moysi ausi sunt. Quid Josue gesta post obitum Moysis ? nonne perpetua victoriarum series ? Idem semper virtum & felicitatis tenor perseveravit in expeditionibus Othonielis, Calebi, Gedeonis, Barach, Jephte, Samsonis, Saulis, & David, cum illi jussu Domini arma sumpserunt.

Cum vero pro arbitrio rem gerendam Reges illi susceperunt, exeusfoque Domini jugo omnia impotenter agere, omnia ad libitum disponere, bella, quæ maxime voluissent, gerere cœperunt, tunc Deus omnem a se curam rei ad prosperum exitum deducendæ amovit, Reges illi læva impotentia in prosperitate & pace feroces, cum bellis premerentur imbecilles, hebetes, infelices in ludibrium & contemptum hostium venerunt.

[c] Duo apud Hebræos bellorum genera distinguuntur ; alia enim jussu Domini gerebantur ; alia sponte sive Regum, sive populi voluntate susceptæ sunt, Deo jubente manus conferta est potissimum cum Chananæis, Amalecitis, quæ duæ gentes diro anathematati devotæ fuerant. Jussi proinde Hebræi exterminio illos delere ; cautum ne fœdus ullum ferire quispiam sive in fidem recipere auderet. Reliqua in hostes Israelis suscepta bella arbitrio eorum, qui Respublicam administrabant, permittebantur. Justis probatisque de causis poterant adversus hostes arma capere, suppetias sociis ferre, injuriam propulsare, de crimine sive injuria ultionem expoteere ; uno verbo, quod aliis in suscipiendo bello permissum, id neque Judæis interdictum.

[d] Politioribus quibusque populis jure & moribus institum est, ne bellum prius suscipiatur, quam sive hostibus indicetur, sive debita injuriæ reparatio poscatur. Non antea inter bellum Mopses præcepit, quam ut prius æquæ pacis conditiones hostibus proponantur [12]. *Si quando accesserit ad expugnandam Civitatem, offeres ei primum pacem. Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea est, salvabitur, & serviet tibi sub tributo ; sin autem fœdus inire noluerit & coperit contra te bellum, oppugnabis eam ; cumque tradiderit Dominus Deus tuus illam in manu tua, percuties omnes, quod in ea generis masculini est in ore gladii, absque mulieribus & infantibus, jumentis, & cæteris, quæ in Civitate fuerit. Omnem prædam exercitui dividet,*

(1) Vide 2. *Paralip.* 13. 3. 17. (2) 2. *Paralip.* 28. 6.
(3) 2. *Paralip.* 14. 9. 13. (4) Vide 1. *Paralipomen.* 27.
(5) 2. *Paralipom.* 17. 14. 19. (6) Hebræorum in armis virtus. (6) *Joseph. contr. Appion. Tib.* 2. (7) *Annig. lib.* 11. *cap.* 8. & 12. *Appion. lib.* 2. & 2. (8) 1. *Macc.* 10. 36. (9) *Joseph. in Appion.* lib. 2. narrat Oniam, & Dositheum Imperatores copiarum Ægypti a Philometore constitutos. Et de *Macch. lib.* 4. *cap.* 5. de Helcia & Annania ducibus pariter a Cleopatra matre Ptolemæi Latyri constitutis. (10) *Died. Eclog.* 6. *Photii ex lib.* 40. (11) 2. *Paralipom.* 13. 2. *In exercitu nostro Dux Deus est, & Sacerdotes ejus qui clangunt tubis* ; inquit Abias Rex Juda. Vide etiam 2. Paralipomen. 14. 18. (6) Prodigia in bellis Judæorum. (e) Duo bellorum genera. (d) Indicendi belli ratio. (12) *Deuteronom.* 20. 10. *usque ad* 14.

comedes de spoliis hostium tuorum, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi; sic facies cunctis Civitatibus, quæ a te procul valde sunt, & non sunt de his Urbibus, quas in possessionem acceperunt ex. De his autem Civitatibus, quas dabuntur tibi, nullum omino permittes vivum, sed interficies eos ore gladii.

Hæc igitur ad alia spectabant bella, quam adversus Chananæos; in illis enim non aliæ Israelis partes erant, quam ut pronunciatum olim in illos anathema exequutioni mandaret. Neque enim gentis adversus gentem tes erat, ad præscriptas humanitatis leges, & veluti ex æquo gerenda. Dei erant omnia: parere tantum Israelitæ jussi. Ad inevitabile tunc malum e suo capite avertendum, datum antea Chananæis tempus; si rebus illi suis per pœnitentiam consulere recusarunt, id sibi fuerat imputandum; norant enim quid grave in se diu ante fuerit statutum. Ita nihil præter æquum sive Deus justit, sive egisse Israelitæ visi sunt, dum justionibus divinis obtemperarent.

In bellis indicendis nulla solemnis & consueta forma præscripta erat. Jephte ab Israelitis Transjordanicis in Dueem accitus, renunciandum justit Ammonitis arma in Israelitas ferentibus. *Quid mihi & tibi est, quia venisti contra me, ut vastares terram meam?* Quærentibus istidem Ammonitis de Judæis, tamquam debitam sibi regionem occupantibus, Jephte post repulsam eorum calumniam, ita tandem concluſit: *Judicet Dominus arbiter hujus diei inter Israel & inter filios Ammon* [1]. His simul dictis, consertis eum hoste manibus illum fudit fugavitque. Cum Philisthæi infesta arma in dictionem Juda tulissent, ultionem pro ineunsis messibus suis a Samsone repetituri; ejusdem Tribus viri illos rogatum venerunt [2]: *Cur ascendisti adversus nos?* Data autem ab illis fide de tradendo Samsone, Philisthæi pedem retulerunt. Post detestabile illud crimen violatæ uxoris Levitiæ a Gabaonitis, Israel in unum cœtum coactus ultionem exptendam statuit; missi tamen prius ad Tribum Benjamin, qui tradendos sibi noxios infami supplicio in medio Israelis petimendos, ut opprobrium universæ gentis tolleretur, postularent [3]. Nec nisi postquam Benjamitæ postulata facere recusarunt, arma in illos mota sunt.

Similem indendi belli motem legimus, cum inter exercitum David, cui Joab imperabat, & exercitum Isboseth, cui Abner, manus conserenda fuit [4]: *Surgant pueri, & ludant coram nobis*, ait Abner ad Joab: *Surgant*, respondit Joab: statimque prima veluti prælii velitatio inter duodecim utrinque selectissimos commissa est. Amasias Rex Juda prospero quodam armorum successu adversus Idumæos relato tumens [5], misit ad Joas Regem Israel, qui sub nomine invitarent: *Veni, & videamus nos.* Cui Rex Israel renunciari justit: *Carduus Libani misit ad cedrum, quæ est in Libano, dicens: Da filium tuum filio meo uxorem. Transierunt que bestiæ saltus, quæ sunt in Libano, & conculcaverunt cardunum. Percutiens invasisti super Edom, & sublevavit te cor tuum: contentus esto gloria, & sede in domo tua.* His minime acquiescens Amasias arma popovit, commissoque utrinque in Bethsames prælio, victoria penes Regem Israel fuerit. Majori fastu bellum indixit Benadad Rex Syriæ, cum atma adversus Achab susciperet [6]; castris enim e regione Samariæ positis, Feeiales ad Regem Israel misit, postulatum: *Argentum tuum, & unxum tuum meum est; & uxores tuæ & filii tui optimi mei sunt.* Cui Achab imparem se resistendo sentiens, renuneiari justit: *Juxta verbum tuum Domine mi Rex tuus sum ego & omnia mea.* Eo responso tumentior Benadad per Feeiales iterum edixit: *Argentum tuum, & aurum tuum, & uxores tuas, & filios tuos dabis mihi. Cras igitur eadem hora mittam servos meos ad te, & scrutabuntur domum tuam, & domum servorum tuorum, & omne quod eis placuerit, ponent in manibus suis, & auferent.* Ea iniquitate commoti tum Achab eum viri Regi a consiliis, bellum deeernendum atque tolerandam obsidionem censuerunt; quam tamen deinde non sine ingenti suorum dispendio solvete Benadad coactus est. Necliao Rex Ægypti in expeditionem Chareamarum pergens, transitum per regionem Juda tentavit. Josias fines suos valido exercitu defendit; cui ptoinde Nechao edicendum justit: *Quid mihi & tibi est Rex Juda? Non adversum te hodie venio, sed contra aliam pugno domum, ad quam me Deus festinare ire præcepit. Desine adversum Deum facere, qui mecum est, ne interficiat te.* In incœpto perstitens Josias, arma in se Ægyptiorum provocavit, quibus victus lethalique vulnere affectus est, [2] Deeteto jam bello, qui genti præerat sive universo populo, arma capere jubebat si res ita posceret, vel selectissimos quosque mittebat in expeditionem, si minoti molitione res agenda fuisset. Josue cum selectissimis, jubente Moyse, manus cum Amalecitis conseruit [7]. Universus Domini Exercitus cum Sehon Rege Amorrhæorum, & Og Rege Basan congressus est [8]; eum interim adversus Madianitas non nisi cum 12000. selectissimis proeederetur [9]. Copiæ Israelis omnes obsidionem Jericho susceperunt [10], cum in alteram Hai expeditionem non nisi 3000. primum destinarentur [11]; deinde vero omnis exercitus adductus est [12]. Eumdem gerendi morem secutus est Josue, cum Gabaonitis adversus 5. Reges Chananæorum suppetias ferret [13]; sicut & cum bellum agendum esset in Jabin cetetosque Reges plaga Chananitidis septemtrionalis [14]. Ratæ sub Judicibus leguntur expeditiones ab universo Israele susceptæ. Prius enim bellum in Adonibesechum a geminis Tribubus Juda & Simeon illatum est [15]. Aod cum Ephraimitis jugo servitutis Moabiticæ Israelem relevavit [16]. Sub signis Barac & Deboræ pumquam Tribus Ruben, Gad, Dan, & Aser militasse leguntur; unicis tantum Tribubus illaserat, Zabulon, & Nephtali res illa commissa videtur [17]. Ex 20000. quos in suo exercitu numerabat Gedeon e Tribu Manasse, Aser, Zabulon, Nephtali collectos, solos 300. in expeditionem adversus Madianitas, nec improspero eventu, duxit [18]. Exercitu ex Transjordanicis Israelitis constante, Jephte manus cum hostibus conseruit [19]. Unieum ejus ætatis bellum ab universo Israele susceptum, illud est, quod communi decreto adversus Tribum Benjamin statuerunt. Ea expeditione confecta, cum solos ex omnibus cives Jabes in Galaaditide abstinuisse ab armis animadvertissent, statim manus 10000. virorum immissa est regioni depopulandæ, diripiendæ Urbi, nece tradendis viris, fœminis & matibus omnibus, solis exceptis puellis, quæ deinde nuptui reliquis Tribus Benjamin concessæ [20].

Sub Regibus, universo Israele uno sub Principe coalescente, instructiores erant exercitus, majoris momenti & gloriæ expeditiones, militaris disciplinæ rigor exactior. Saul in ipso Regni sui exordio, cum ab aranda terra regrederetur, certior factus Ammonitas arcta obsidione urbem Jabes vallasse, statim in frusta discerpto, quem ducebat, bove, ejus dissecti partes per universas regiones misit, simul edicens: *Quicumque non exierit, sic fiet bobus ejus* (21). Idem Rex, jussus a Domino, arma delendis Amaleeitis capere præcepit omnibus, & *recenſuit eos quaſi agnos* (22), rum & copias ex om-

(1) *Judic.* 11. 12. (2) *Judic.* 15. 10. &c. (3) *Judic.* 20. 12. (4) 1. *Reg.* 2. 14. (5) 4. *Reg.* 14. 8. 9. 10. (6) 3. *Reg.* 20. 1. &c. (7) Copiæ Hebræorum (7) *Exod.* 17. 9. (8) *Num.* 21. 23. 24. (9) *Num.* 31. 4. 5. (10) *Josue* 6. 7. (11) *Josue* 7. 3. 4. (12) *Josue* 8. 1. *Tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum.* (13) *Josue* 10. 7. (14) *Josue* 11. 7. (15) *Judic.* 3. 4. (16) *Judic.* 3. 27. (17) *Judic.* 5. 15. &c. (18) *Judic.* 6. 35. & 7. 3. 6. (19) *Judic.* 11. 29. & 12. &c. (20) *Judic.* 21. 9. 10. (21) 1. *Reg.* 11. 7. (22) 1. *Reg.* 15. 4.

ribus collectas in expeditionem adduxit. Qui poſtea regnarunt Principes, immanes illos exercitus inſtruxerunt, de quibus in ſuperioribus.

[a] Dux omnium ſupremus in Exercitu Iſraelis Dominus habebatur, cui proinde nomen iuditum *Deus exercituum*; quemadmodum & copiæ Iſraelis non ſemel a Moyſe appellantur *exercitus Domini*. Totus in bellum non exercitus ſed populus Deo Duce movebatur. Non ſemel ejus Arca, Dei præſentis tymbolum, in mediis caſtris ſiſtebatur; exaudiebatur buccinarum Autæ Domini ſonitus, quas Sacerdotes Deique miniſtri inflabant. Copiarum Imperator non niſi Dei ſupremi Imperatoris vicibus fungebatur; ipſe vero, qui in exercitu Imperator, in Republica Rex, Judex, Princeps habitus eſt. Milites ad bellum procedentes, in ædibus ſuis uxores filioſq; tamquam obſides fidei ſuæ, relinquebant. Semper in bellum ad progrediendum expediti feliciq quadam neceſſitate egregie præſtandi muneris ſui remebantur, cum pro Patria & Religione pugnandum illis fuerit, quæ charorum omnium in mundo chariſſima habebant. Ex ægris & exempeditibus exercitationibus ad militiam aſſumpti, *neſcio quomodo minus mortem timebant, qui minus deliciarum nouerunt in vita*, ut verba Vegetii lib. 1. cap. 3. uſurpem. Ira ſub manu exercitus inſtructiſſimi ſimul & florentiſſimi parabantur. Stipendium ſolvendi militibus primum Authorem fuiſſe Joannem Hircanum Joſephus Antiq. lib. 13. cap. 16. teſtatur.

[b] Moribus Iſraelitarum numquam olim receptum fuerat, ſive ut militia ad vitæ profeſſionem redigeretur, ſive mercenarii milites publica impenſa detinerentur; milites ſimul erant & cives vel agri cultores, vel artifices. Sub Davide primum obtinere cepit, ut milites perpetuo ſub ſignis haberentur Principis impenſis [1]. Legimus 2. Paral. 25. 6. Regem Juda olim ſibi 100000. Iſraelitarum ſoluto 100. talentorum pretio comparaſſe. Sed hæc pecuniarum ſumma non militibus ſed Regi ſolvebatur. Plerumque, qui feriberentur, ſuis impenſis ad bellum procedebant, ſingulis de ſuo armis inſtruebantur, ſingulis cibos impendio ſuo parabant, nec aliud laborum ſuorum præmium expectandum illis fuerat, quam hoſtium ſpolia poſt victoriam. Militaris hæc diſciplina, quæ ſub Moyſe, Joſue, & Judeibus ſervabatur, ſub Regibus manſit, nec deſiit poſt captivitatem ſub Macchabæis, donec Simon una ſimul Summus Sacerdos, & Princeps gentis ſuæ mercenarios milites ſub ſignis ſemper habeendos conſeripſit. Vide 1. Macch. 14. 32. Eadem recepta fuiſſe olim apud Romanos, Græcoſque in hiſtoriis legimus, iiſdemque moribus cenſeri conſueviſſe Orientales arbitror. De conſcribendorum militum ætate nihil certi. Apud Romanos 17. annorum ætate juvenes ſacramento militiæ adigebantur.

Iſai patri David tres erant in exercitu Saulis liberi; David naru minimus paſcendis gregibus patris ſui domi manſerat, eumque ſubinde pater ad deferendas fratribus neceſſarias annonas [2], nempe 10. panes, & menſuram ciceris toſti [vulgaris eo tempore cibus erat] in caſtra mittebat. Delatæ etiam a Davide, a patre commiſſa munera, ad Imperatorem 10. rotulæ caſei. Ipſe David coactus tumultuariam ſuam Jeroſolymam capere, metu ne ab Abſalone ſupprimeretur, oblatos ſibi a Siba famulo Miphiboſeth commeatus in itinere recepit [3] 200. panes, uterem vini, 100. alligaturas uvæ paſſæ, & totidem maſſas palathariam, ſeu dactylorum. Subventum eſt etiam laboranti Principi ab amicis, qui in Transjordanis verſanti neceſſaria ſuppeditarunt [4], tam de ſtratis, tapetibus, vaſis fictilibus, quam de hordeo, frumento, farina, fricis ciceribus, & frixo item tritico, melle, butyro, ovibus, vitulisque ſaginatis. His exemplis quæ potiſſimum annona ſufficeretur militibus apparet.

[c] Arma quisque ſua providebat. Armamentaria publica conſtituendi mos primum poſt Davidem obtinuit; ſub Judicibus & prioribus Saulis annis rariſſima erant in Iſraele arma. Scitum eſt Sangar 600. Philiſthæos ſtricto vomere peremiſſe [5]. Debora in ſuo Cantico victoriam celebrat Iſraelitarum, quorum exercitus 40000. militibus conſtans lanceis & ſcuto carebat [6]. Conſuetis armis uſum Samſonem nunquam legimus; quidquid enim primum ad manum veniebat, ſtringebat in hoſtes, five mandibulam aſini, ſive clavam &c. In bellis Saulis adverſus Philiſtæos, ſoli in toto exercitu Iſraelis Rex, & Jonathas ejus filius gladio & lanceis armati apparent. Omnem ponebant curam Philiſthæi, qui Hebræos opprimebant, ne uſus unquam armorum Artifex in regionem veniret; ut ſi quid forte virii inſtrumenta colonica contraxiſſent, illis corrigendis venire in regionem Philiſthæorum oporteret.

[d] Sed non diu poſt Saul Regnum ſibi ſtabilitum inſtruens, ſuos armavit corporis cuſtodes [7], ſuoſque exercitibus Duces conſtituit. Abner copiarum ipſius Imperator, militibus etiam ſub Iſboſeth filio Saulis præfuit [8]. Copiarum Davidis Præfectus datus eſt Joab [9]; Salomonis Banaja [10]. Davide regnante ſub ſignis perpetuo habent 288000. virorum, adjectis inſuper Cerethim & Phelethim, qui ex Philiſthæis milites ducti Regi ſervibant. Ejuſdem Regis cuſtodiæ aſſignati erant 4000. virorum ſingulis menſibus [11]. Nihil de numero militum detractum ſub Salomone; quin & adjecti equi plures & currus. Ad 40000. præſepia equorum currilium [12] & 12000. equeſtrium enumerat Scriptura; ſeu ut alibi etiam annotatum eſt [13], 1400. currus & 12000. equites inſtructos habebat; quorum partem in Urbes munitiſſimas diſtribuit, partem ad cuſtodiam Aulæ retinuit. Rex ille, qui paciſici elogio donatur, ſuadente inter Regios Hebræos, qui equites & bellatores currus detineret; neque enim ſive Davidis patris ipſius, ſive Regum poſt ipſum luxus eo uſque proceſſerat, ted vel ſolis contenti erant peditibus, vel curribus quidem, uti a Regibus Salomonis ſucceſſoribus factum, ſed rarioribus & exercitui formando imparibus. Quin & adeo a curribus abhorrebat David, ut quos olim e Syris ceperat currus & equos, illos quidem exemaverit, hos vero præciſis eorum nervis ad omnes uſus inutiles effecerit [14]. Rabiaces unus ex Præfectis Sennacherib hæc Judæis exprobrabat [15]: *Dabo vobis duo millia equorum, & videte an habere valeatis aſcenſores eorum*. Græci pariter & Romani olim ſolis peditibus bella gerebant; lege etiam vetitum fuerat, Imperatores equo vehi; huic in favorem Fabii Maximi derogatum eſt [16].

[e] Solebant ipſi per le Reges in bella proceder, & inter pedites, non ſecus ac vulgaris quiſque miles, manus conſerere. An Saul & David equittibus five curribus ureretur, nullibi conſtat. Ut ſtudium ejuſdem David, conſerendi ſciliect per ſe cum hoſtibus manus, & vita ſua ſæpius in ardore pugnæ periclitandi inniverſus Hebræorum populus reprimeret, etiam atque etiam rogando vix impetravit [17]. Verum ſequioribus annis Reges Juda & Iſrael, omni Regio cultu ſpectabiles, de curru pugnabant. Sequebatur plerumque Regium illum currum vacuus alter, vel oſtentationis gratia, vel ut in omnes eventus Regi præſto haberetur [18]. Cum Achab & Joſaphat junctis viribus in Syros certarent. Rex Syriæ mandatis ſuos oneraverat, ut omnem pugnæ impetum in unum Achabum verterent.

(a) Exercitus Domini Imperator. (b) Hebræorum militares. (1) Vide 2. *Reg.* 13. & 1. *Paralip.* 11. & 2. *Paralip.* 28. (2) 1. *Reg.* 17. 13. (3) 2. *Reg.* 16. 2. (4) 2. *Reg.* 17. 28. (c) Arma. (5) *Judic.* 3. 31. (6) *Judic.* 5. 8. (d) Equi & currus. (7) 1. *Reg.* 22. 7.

(8) 1. *Reg.* 26. 7. 14. & 2. *Reg.* 2. 8. (9) 2. *Reg.* 8. 16. (10) 3. *Reg.* 2. 35. (11) 1. *Paralip.* 28. (12) *Reg.* 4. 26. (13) 3. *Reg.* 10. 26. & 2. *Paral.* 9. 25. (14) 2. *Reg.* 8. 4. (15) 4. *Reg.* 18. 23. (16) *Plut. in Fabio*. (e) Reges ipſi per ſe bellum gerebant. (17) 2. *Reg.* 21. 24. (18) 2. *Paralip.* 35. 24.

sent. Achab vaticinium Michææ Prophetæ, quo sibi mortem portendi audierat, elusurus, ementitis vestibus, & nullo a ceteris distincto cultu, in pugnam proceſſerat. Solus qui Regiis insignibus micaret, Josaphat ſpectabatur; cujus proinde alpectu deceptí Syri, omnem in illum pugnæ impetum verterunt. Sed elamoris ſublati indicio agnitus a Josaphat, declectentibus alſo hoſtibus diſcrimen evaſit. Interim caſu projecta ſagitta Achabum in pectore transfodit, qui te vulneratum ſentiens Aurigæ injunxit: *Verte manum tuam & ejice me de exercitu, quia graviter vulneratus ſum* (1). Joſias tantum Regi Ægypti in expeditionem Aſſiriæ proficiſcenti per terras ſuas prohibitumus, ementitis veſtibus & nullo Regio cultu inſignis in pugnam proceſſit; nec tamen his omnibus cautionibus vitavit, quin lethali vulnere affigeretur; ſtatimque conſoſſus domeſticorum opera transtulus *de curru in alterum currum, qui ſequebatur eum more regio* (2). Abſalom nullum adequitans certabat fatale illud prælium, in quo ipſe ex arbore ſuſpenſus demum enecatus eſt (3). Amalecita ille, qui nuncius de occiſo a Rege Saule ad Davidem venerat, ſubdolam ab eodem Saule armillam & baltheum Regium detulit (4); his ergo ornamentis inſignis Saul in pugnam ad Gelboe proceſſerat.

(a) De Imperatoribus exercitus Iſraeliticí & Præfectis ſecundariis ſuſius hic agendum non duximus, cum alibi de illis longius nos acturos ſperemus. Illud tantummodo animadvertendum, præter *ſupremum Ducem*, quod olim nunus ſub Saule præfabat *Abner*, ſub Davide *Joab*, ſub Salomone *Banaja*, notum fuiſſe in Exercitu *Chiliarcham* ſeu miſſe viris Præfectum, quem Vulgata plerumque Tribuni nomine deſignat. Alter ab illo ſuccedebat *Centurio*, cui inferiores *Clamiſchim*, ſive Præfecti quinquagintæ. Erant etiam inter ceteros *Schalischim*, quorum præciſum munus adhuc latet (5). Decuriones in Exod. 18. 21. & 1. Macch. 3. 55. legunur. Reeenſentur eſam inter militares Præfectos *Scriba* vel *Legati*, & *Soterim*, Feciales. Hi militiæ Iſraeliticæ Præfecti, de quibus ſuſius in Diſſertatione de Præfectis Regum Juda.

[b] Expediciones, de quibus in Scriptura, plerumque brevi temporis ſpatio abſolvebantur; nec major potuiſſet immanes adeo exercitus detineri, cum maxime nulla compararetur annona, quam ſinguli ſibi parare ac ſecum deferre cogebantur, niſi forte aliquam nacti fuiſſent in agro & ex hoſtili patriam. Tota inſuper regio miſere vaſtata jacuiſſet & deſerta, ſi univerſus ille exercitus plurium menſium morain agro traxiſſet. Bellum Moyſis in Amalec intra unius dici periodum abſolutum eſt. Unius prælii cum Og & alterius cum Schon præmiuni ſint intrinſeque Pentepiis dictis, quam ſtatim a victoria Iſraelitæ poſſederunt. Cum enim in montibus poſitum eſſet arate illa, ut copias omnes Regni in prælium deducerent, poſt inſehecm illius exitum, nihil erat quo alterum prælium inſtaurare poſſent. Pauciſſimorum etiam dierum ſes ſuerunt, per Joſue ſuſceptæ expeditiones. Anguſta erat regio, hoſtes in fronte, & prælium poicentes, ut ditius quærendi non eſſent; ſtatim manus conſerenda, intrnendumque prælium plerunque acre & cruentum, quo de re tota ſtatim decernebatur. Nec raro poſt eam victoriam actum erat de victis. Morbitis e Palæſtina pelleadis, ſicut & Madianitis regione ſua exuendis unicum prælium, illud ab Aod, hoc a Gedeone commiſſum, valuit. Celeberrima, undecim Tribuum in Benjamin expeditio paucarum hebdomadarum ſpatio decreta ſimul ſuſcepta, & abſoluta eſt. Omnium quotquot intra Palæſtinæ limites geſtæ ſunt, expeditionum diuturniſſima fuit, qua olim Goliath Iſraeliticis copiis petulans inſultabat. Utrique enim hoſtes, Philiſthæi ſcilicet & Hebræi, in caſtris e conſpectu poſitis 40. ſolidis diebus hæſerant, cum David in caſtra veniens ſingulare cum Gigante certamen inivit. Bellum Abſalomi in David, cum Regum Iſrael & Juda ſive inter ſe, ſive cum Philiſthæis non menſibus & annis, ſed diebus tantum diratat. Cum vero ſive formandæ obſidiones, ſive in remotas regiones expeditio ſuſcipienda erat, tunc dinturniora erant bella & ardua, comportandæ maxime annonæ difficultate, Peracto bello, populus, ne expectata quidem regrediendi facultate, propriis ædes & aætes repetebat.

[c] Quo ordine acies in prælium inſtruerentur apud Hebræos ignotum, His ſæpe phraſibus Scriptura utitur: *Dirigere aciem, inſtruere aciem* (6): *Terribilis ut caſtrorum acies ordinata* (7). Textus aditeram habet, *ut chorus in exerc.* Legimus 1. Paral. 12. 38. fagieni Sanlis fuiſſe ſuorum Davidi nunu ſtrenuiſſimorum virorum *expeditorum ad pugnam*, vel juxta vim originalis, *qui acies velut greges inſtruebant*, ſeſe adjunxiſſe. Legimus in ſuperioribus Saulem *recenſuiſſe ſuos quaſi agnos* (8) & 3. Reg. 20. 27. ſermo eſt de Syris, qui validiſſimum exercitum in Iſraelem duxerant; cum viciſſim Iſraelitæ caſtra adverſus illos poſuiſſent, *quaſi duo parvi greges caprarum*. Eadem etiam phraſi uſus Jeremias 6. 3. Aliorios deſcribens, venientes dicit: *Adversus Sion pastores & greges eorum venerunt in ea tentoria in circuitu, pascet unuſquiſque eos, qui ſub manu ſua ſunt*. Acicm inſtruentes Duces veluti Paſtores gregem ordinantes Homerus partuer inducit [9].

Porro ſine controverſia receptum eſt, Orientales olim acies fatis inconditas in pugnam produviſſe; maximumque prælii momentum poſuiſſe in impetu quodam, ardore, & virtute militum potius, quam in apta ordinum diſpoſitione, & militari ad Ducis imperium ſancte cuſtodita diſciplina. Egregia ſane virtutis & roboris documenta exhibita ab illis miramur: ſed peccatum in his non raro adverſus optimam belli gerendi diſciplinam.

[d] Agilis in jcenlando projiciendiſque funda lapidibus peritia, ſicut & in cuiu pernicitas plurimum habebantur; qua in re (nempe quod validis tamquam aneus lacertis inſtructus eſſet, & patrieiatæ quanta cervos æquaret) quod magnopere præſtaret David gratias Deo agit (10). Azael frater Joab pernicitate omnes ſui temporis vineebat, quem proinde Scriptura *caprea que morantur in ſylvis*, comparat (11). Lecta erat in Tribu Benjamin nec infrequens manus hominum fortiſſimorum, qui utraque manu expeditiſſime utebantur (12). Viri illi fortiſſimi, qui Davidi Saulem fugienti ſeſe adjunxerunt robuſtiſſimi dicuntur, *& pugnatores aptimi tenentes clypeum & haſtam; facies earum quaſi facies leonis, & veloces quaſi caprea in montibus* (13). Eodem ferme epitheto Homerus Achillem donat: *curſu promptus*. Hæc una in re ſupra Ajacem præſtiiſſe Achillem, cum virtus utrique eſſet non impar, Idomeneus ingenue profiterur (14). Heroes illi, qui in prælis maxime ſub Davide excellebant, inſigni aliquo virtutis facinore diſtinguebantur; illis autem gloriæ dabatur leones non gladio, ſed ſuſte interimiſſe; his, tribus tantum viris, per media hoſtium caſtra impune tranſiſſe; erant quos 300. homimum uno ſingulari certamine interfectorum gloria commendabat, quos 800. ac tandem tertius his omnibus præſtabat, qui ſolus exercitui Philiſthæorum ingruenti reſtitiſſet. Nec minor in eo honoris certamine a Maechabæis gloria relata eſt, quorum fortiter non minus ac pie & religiose geſta ſola hiſtoriarum Judæ, Eleazari, Jonathæ & Simonis ſectione fe produnt.

(c) Sub ipſum ineundi prælii articulum, vel forte an-

te-

(1) 3. Reg. 22. 34. (2) 2. *Paral.* 25. 23. 24. (3) 2. *Reg.* 18. 9. (4) 2. *Reg.* 1. 10. (*a*) Militares Judæorum Præfecti. (5) Vide *noſtrum Comment. in Exod.* 14. 7. (6) Bella non longius protracta apud Hebræos. (*c*) Ordo aciei in prælium inſtruendæ. (6) *Gen.* 14. 8. *Judic.* 20. 22. & 1. *Reg.* 4. 2. & 17. 21.

(7) *Cantic.* 6. 3. (8) 2. *Reg.* 15. 4. (9) *Iliad. B.* (*d*) Arcus, funda, curſus maximi apud Iſraelitas habita. (10) *Pſ.* 17. 34. (11) 2. *Reg.* 2. 18. (12) *Judic.* 20. 16. & 1. *Paralip.* 12. 2. (13) 1. *Paralip.* 12. 8. (14) *Homer. Iliad. N.* (*e*) Quid ante prælium edicere-

requam in hostes progrederetur, ante singulas turmas edicebatur (1): „ Quis est homo, qui ædificavit domum novam, & non dedicavit eam? vadat & reverta tur in domum suam, ne forte moriatur in bello & alius dedicet eam. Quis est homo, qui plantavit vineam, nec dum fecit eam communem, de qua vesci omnibus liceat? vadat & revertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, & alius homo ejus fungatur officio. Quis est homo, qui despondit uxorem, & non excepit eam? vadat, & revertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, & alius homo excipiat eam. Quis est homo formidolosus & corde pavido? vadat & revertatur in domum suam, ne pavere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est. His simul dictis, continuo Sacerdos ante ipsam aciem stans denunciat: *Audi Israel: vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis: non persimescat vor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos; quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra adversarios dimicabit, ut eruat vos de periculo.* Hujus disciplinæ exemplum habes 1. Macch. 3. 56. Tradunt RR. retro posse militum ordines statui consuevisse formissimos quosque Duces secundarios eum latebus & asciis, ut si qui forte terga verte re aut fugissent, statim ab illis eruciderentur. Sed hæc silente Scriptura, tamquam Rabbinica commenta deridenda sunt. Ex nonnullis Scripturæ testimoniis suspicor, signum prælii non a stantibus sed ab assidentibus militibus audirum (2); quod pluribus aliis populis commune fuisse satis constat.

Signum committendi prælii a Sacerdotibus clangore buccinarum dabatur: *Filii Aaron Sacerdotes clangent tubis*, ait Moyses Num. 10. 8. *erituque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris. Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes, qui dimicant adversus vos, clangetis ululantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, ut eruamini de manibus inimicorum vestrorum.* Sacræ habebantur buccinæ apud Ægyptios, ceteroſque populos; quin & apud eaidem gentes sacris hisce instrumentis uti nisi ingenuis nefas, amplissimi etiam quique viri e dignitate sua arbitrabantur, si buccinis clangerent (3). Ad bellum in Madianitas Phinees filius Eleazari Summi Sacerdotis missus est, *ut vasa sanctu & tubas ad clangendum* (4) in exercitu haberet. Clangor buccinæ præstandæ a Deo opis & divinæ præsentiæ veluti pignus reputabatur. Balaam sub oculis habens subjecta Israelitarum castra exclamavit (5): *Non est Idolum in Jacob. Dominus Deus ejus cum eo est, & clangor victoria Regis in illo.* Abia Rex Juda his verbis copias Regis Israel effatus est (6): *In exercitu vestro Dux Deus est, & Sacerdotes ejus, qui clangunt tubis, & resonant contra vos. Filii Israel nolite pugnare contra Dominum.* Processum inde ad pugnam, in qua præstantes licet viribus & numero copiæ Jeroboam, quamvis universum per circuitum exercitum hostium clausissent, versis tamen militibus Abiæ in pugnam, atque sacrarum buccinarum clangore confirmatis, tantus repente terror Israelitas incessit, ut in fugam statim effusi passim ab hostibus cæderentur, desideratis ea pugna ex illis 500000. virorum. Scitum est quid in obsidione Jericho insonantibus sacris buccinis monstri acciderit: repente enim corruentes muri aditum in Urbem hosti fecerunt. Josaphat Rex Juda in expeditionem adversus Moabitas, Idumæos, & Ammonitas procedens, Levitas cum musicis Templi instrumentis in ipsa aciei fronte statuit, veluti si ad triumphum proficiscendum fuissent; certam enim sibi spondebat victoriam, quam Johaziel Propheta oraculo prædixerat (7). Successu temporis Joannes, & Juda Macchabæi filii Simonis Summi Sacerdotis exercitum Cendebæi non aliis armis quam buccinarum clangore fugarunt. 1. *Macch.* 16. 8.

(a) Sedulo tamen distinguenda sunt duo buccinarum genera: alterum, de quibus modo, solis Sacerdotibus permissum; alterum, quod ipsissima erant cornua in usum Ducum, cogendis militibus & canendo receptui destinata. Aod post occisum Eglonem Regem Moab, montes Ephraim discurrit, inflato cornu copias ad pugnam cogens, collectisque militum manu inspectum in Moabitas fecit (8). Simili apparatu Gedeon milites in Madianitas coegit (9). Saul cornu in Philisthæos signum prælii dedit, delectis antea a Jonatha hostibus Gabaam defendentibus (10). Joabpariter cornu receptui cecinit, ut arderent insequendi hostes fuorum reprimerent (11). Idem præstitum in prælio adversus Abialon (12). Seba filius Bochri populum ut una iceum arma caperet, inflato cornu excitavit (13). Hic arte facile ingens copiarum numerus cogebatur; longe enim lateque discurrens sonus omnes excitabat, cum maxime regio esset angustis limitibus clausa, incolis frequens, seu vicis parum inter se distantibus consita; ac tandem populus ecbus novis studeret.

(b) Receptum etiam apud Palæstinos; speculatores in turribus editisque locis constituere, qui si fortehostes prospexissent, five clangore buccinæ, five malo aliquo in cacumine levato indicium ejus rei civibus præbeant: *Si clanget tuba in civitate, & populus non expavescet*, ait Amos 3. 6. *Si speculator viderit gladium venientem*, ait Ezechiel 33. 3. 4. *& non insonuerit buccina, & populus se non custodierit, venerit que gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est.* Et Jerem 6. 1. *In Thecua clangite buccina; & super Bethaccaren levate vexillum, quia malum visum est ab Aquilone.* Porro signum illud in ediis montibus statuebatur; lucis enim cacumina montium vestiebantur, quorum arbores accensis in fastigio ignibus ardebant, vel panno aliquo, cujus longe prospectus foret, distinguebantur: *Omnes habitatores Orbis, qui moramini in terra*, ait Isaias 15. 2. 3. *cum elevatum fuerit signum in montibus, videbitis, & clangorem tubæ audietis.* Et alibi (14): *Lacessi sunt funiculi tui, fic erit malus tuus, & dilatare signum non queas.* Absalon Regnum affectans socios conspirationis admonuit, ut cum primum tubam clangentem audirent, statim ab omnibus clamaretur: *Vivat Absalon* (15). Salomonem (16), & Jehu (17) venientes tubæ clangentis indicio agniti sunt. Cum Holofernes in obsidionem Bethuliæ processisset, constituti in montibus & angustiis viarum milites, tum & in omnibus Urbium turribus ignes accensi (18).

(c) Modo de armis Hebræorum agendum. Currus ferrei five falcati armorum genus erat, quod maxime in prælis apud Antiquos timeretur. Duo sunt in Scriptura currurum bellicorum genera; alii vehendis tantum Principibus, Ducibusque, alii ferro armati, ut in fragem peditum adversus hostes regerentur. Omnium vetustissimi memorantur currus a Pharaone adversus Israelem ex Ægypto digredientem ducti; qui omnes currus Erythræi vorticibus 600. numero absorpti sunt (19). An vero armis instructerentur, sive tantum vectorii essent currus, Moyse silente non constat. Chananæi quibuscum Josue manus ad aquas Merom conseroit, habebant in exercitu *equos & currus immensæ multitudinis* (20). Nunquam Tribus Juda valuit in expugnatione Urbium agri Chananæi; quippe quæ armatis five ferratis curribus defenderentur (21). Sisara Dux copiarum Jabin Regis Asor 900. currus in exercitu suo ducebat (22).

Sed

(1) *Deuter.* 20. 5. (2) 1. *Reg.* 17. 48. & 2. *Reg.* 2. 14. (3) Vide *Lipf. de Milit. Rom. lib.* 4. *cap.* 10. (4) *Num.* 23. 21. (5) *Num.* 31. 6. (6) 2. *Paralip.* 13. 12. (7) 2. *Paralip.* 20. 14. 21. (a) Duces cornibus clangebant. (8) *Judic.* 13. 27. *Statim insonuit buccina in monte Ephraim, descenderunt cum eo filii Israel.* (9) *Judic.* 6. 34. (10) 1. *Reg.* 13. 3.

(11) 2. *Reg.* 2. 28. (12) 2. *Reg.* 18. 16. (13) 2. *Reg.* 20. 1. (b) Speculæ & signa in editis turribus, & montibus. (14) *Isai.* 33. 23. Vide, si lubet, & *Isai.* 5. 26. & 11. 12. & 13. 2. & 30. 17. & 49. 22. *Jerem.* 4. 7. &c. (15) 2. *Reg.* 15. 10. (16) 3. *Reg.* 1. 34. (17) 4. *Reg.* 9. 13. (18) *Judith.* 7. 5. (c) Currus bellici. (19) *Exod.* 14. 7. (20) *Josue* 11. 4. (21) *Judic.* 1. 19. (22) *Judic.* 4. 3.

Sed omnium maximè terribilis erat, quantum ad currus attinet, exercitus Philistæorum, qui ad 30000. currus (nisi mendum sit in numero) & 6000. equos in Saulem actnasse feguntur (1). Omne exercitus Syriæ robur, cui sæpius cum Davide res fuit, curribus erat potissimum. David captos 1000. currus Regis Adarezer (2), præcisis equorum nervis inutiles reddidit, ac 900. igne absumpsit; ut ex omnibus 700. tantummodo sibi reservaret. Alio prælio ad 700. currus ex hostibus cepit (3). Cum Benadad Rex Syriæ insigni clade, in qua 100000. virorum desiderata, a Rege Israel affectus esset, fugerentes suos suiscultavit: *Dii montium sunt Dii eorum, ideo superaverunt nos; sed melius est ut pugnemus contra eos in campestribus. Tu ergo instaura numerum militum, qui ceciderunt, & equos secundum equos prissinos, & currus secundum currus, & videbis quod obtinebimus eos.* Vanum igitur Syrorum robur, currus nempe & equos, reddiderant Israelitæ, prælium in montanis conserentes. Sed altero illo prælio in agro commisso, id effecit Deus, ut illustri documento demonstraretur, victoriæ unicum momentum non currus & equos, non locum & tempus, sed Deum esse. His machinis usos Hebræorum Reges nullibi apparet; quamquam enim plures instruxerat Salomon, numquam tamen illa bella amavit, nihilque de militaribus ejus gestis in Scriptura proditur.

(a) Curruum bellatorum origo incerta. Diodorus Siculus (4) ex testimonio Cteſiæ tradit, Semiramidem in Bactrianos armasse ad 600. currus falcatos, Xenophon (5) instruxisse pridiur, Medos, Syros, & Arabes in prælium duxisse currus duobus equorum paribus tractos, quibus unus tantum miles insidebat; quem morem Cyrus reformaturus, rotas eorumdem curruum falcibus instruxit. Heroes omnes expeditionis Trojanæ apud Homerum curru vecti prodeunt, quos tamen currus armis instructos numquam legimus. Currus simplici, vel bino equorum pari tracti peculiares erant Heroum. Equos ducebat singularis Auriga, inserendo, & propulsando bello idoneus. Darius Rex Persarum his machinis in Alexandrum pugnavit (6); his etiam Mithridates instructus erat; his Antiochus Magnus in Romanos (7); his Galli in Julium Cæsarem (8); his, quamquam an falcibus armatis incertum, veteres Britanni in hostes (9). Alexander Severus signis collatis cum Artaxerse Rege Persarum, 700. Elephantis, & 1800. falcatis curribus valido, decertavit (10). His omnibus documentis origo & progressus hujus machinæ satis demonstratur, cujus ramen usus deinde, quod scilicet minus expeditus esset, & incommodis longe pluribus obnoxius, non semel malo, quod in hostes parabatur, in eos qui parabant, verso, obsolevit.

(b) Forma curruum varia varias etiam eorum descriptiones apud Authores effecit. Diodorus Siculus lib. 17. ita depingit. Jugum equi utriusque binis cuspidibus tribus cubitis porrectis armatum erat, quæ scilicet cuspides antrorsum extentæ in ora hostium urgebantur. Vernibus pari numero, forma, & ad latus itidem versis, quamquam longioribus, & in falces ad extremitates desinentibus, axis horrebat. Plus aliquid Q. Curtius lib. 4. addit. Porrectæ ab extremitate temonis eminebant hastæ simul & cuspides; utramque jugi extremitatem efferebant gladii utrimque extantes, inter rotarum radios spicula quædam eminebant, sicut & in rotarum circulo falces inserræ obviis quibuscumque secandis aptæ. Validis instructos rotis currus illos Xenophon (11) testatur; ut scilicet impetum, quo in hostes urgebantur, sustinerent. Axem habebant longiorem, ut minus facile everterentur; auriga catafractus & omni armorum genere instructus, lignæ cuidam turri sed firmæ & ad medium pectus surgenti, assidebat. Cum vero militares currus quatuor insidere rotis amplioribus & firmioribus, quam vulgares soleremt; milites plutimos jacula & sagittas ex eminenti interquentes patiebantur. Alterius generis currus erant, nemini quidem ferendo destinati, sed geminis equis catafractis totidem equites insidebant item catafracti, ad certamen expediti (12). Interdum pro geminis unus erat & equus & eques. Hujus postremi generis curribus gemmis tantum rotis jugoque instructi erant, gladiis & falcibus utrinque prominentibus aſperis. Porrectæ ex axe falces ea paratæ erant atte, ut in gyrum torquerentur, quidquid inter gyrandum affequerentur fecantes; interdum flagra eo artificio disposita erant, ut dum rotis hærerent, simul in ictus equorum moverentur.

Ex his omnibus satis intelligendum datur, quantam late cædem in hostes ederent machinæ illæ, antequam satis valida tuitio adversus vim & impetum illarum opponeretur. Eleganter suo more rem prosequitur Lucretius, argumentum ex eo capiens de animarum dividua substantia [13].

Falciferes memorant currus abscindere membra
Sape ita desubito permixta cede calentes,
Ut tremere in terra videatur ab artubus id, quod
Decidit abscissum: cum mens tamen atque hominum vis
Mobilitate mali non quit sentire dolorem:
Et caput abscissum, calide viventaque trunci
Servat humi vultum vitalem, oculosque patentes,
Donec relliquias animai reddidit omnes.

Adi nostrum Comment. in primum Regum cap. 13. V. 5.

Iildem armis in prælium armabantur Hebræi ac finitimæ nationes ceteræ; nihil enim ignotum, non gladii, non jacula, non lanceæ, non hastæ, arcus, sagittæ, fundæ. Usu receptæ apud illos galeæ, loricæ, scutum, ocreæ. Virum armatum nominem exactius, quam Goliath Scriptura describit; cum enim pondere & magnitudine armorum ceteros omnes immanissimum illud monstrum vincerer, debuit pariter exactius singula illa persequi Divinus Historicus. Illud autem generatim animadvertendum, ærea fuisse arma; cujus rei testimonia nonnulla in medium afferenda sunt, ut illorum error plane convincatur, autumantium in descriptione armorum *aerum* appellari, quod ex aurichalci generis metallo, sive ferro, sive calybe constat. Fatemur quidem æris nomen interdum pro ferro usurpari [14]; sed illud tum primum commissum est, cum ferri & calybis tum & ceterorum metallorum usus ita vulgatus est, quemadmodum olim ęs ferebatur.

[c] In ea, quę apud Hesiodum legitur, primarum mundi ętatum distributione [15], primas aurum tenet, secundæ partes argento, tertiæ æri, postremæ demum ferro assignantur. Cum ad æris ætatem ventum est, testatur, non arma tantum & colonica instrumenta ex eo metallo constata, quin & æneas fuisse domos, nondum ferro in usus vulgares substituto. Proculus unus ex Commentatoribus ejusdem Poetæ, apud veteres artem quamdam obtinuisse tradit, duritiem ferri & calybis æri inducendi; quod secretum nostra ætate, qua ferrum invaluit, penitus excidit. Ejus rei documentum præbent veterum arma quædam casu reperta, sicut etiam clavi cavi-

(1) 1. *Reg.* 13. 5. sunt qui 3000. currus totidem equorum paribus tractos legant. Vide Commentar. (2) 1. *Paralip.* 18. 4. & 2. *Reg.* 8. 4. (3) 2. *Reg.* 10. 18. (*a*) Bellatorum curruum origo. (4) *Bibliot. lib.* 2. (5) *Cyropæd. lib.* 6. (6) *Curt. lib.* 4. *Diod. lib.* 17. (7) *Veget. lib.* 3. *cap.* 24. (8) *Frontin. Strateg. lib.* 2. (9) *Tacit. Vit. Agric. Quædam nationes, e curru prœliantur. Honestior auriga; clientes propugnant.* (10) *Lamprid. in Alexand.* (*b*) Bellicorum curruum descriptio. (11) *Cyropæd. lib.* 6. & *lib.* 1. *Anabasi.* (12) Vide *Libellum de Rep. bellic. post Notit. Imper.* (13) *De Rer. Nat. lib.* 3. (14) *Voss. Lexic. Etymolog. v. Æs. Æs pro ferro capit accipi postquam ferrea arma in usu esse cœpere. At pro ære fumebatur cum æreum solum obtinerent.* (*c*) Ætas ære constata. (15) *Hesiod. Oper. & dies.*

lybis duritiem æmulantia (1). Ærei etiam forfices inventi sunt, firmæ adeo temperaturæ, ut æreas laminas seenderent (2). Sunt etiam ejus metalli claves, lances, pateræ, scyphi, soluli, gladii, asciæ, hastarum cuspides, & fexcenta hujus generis. In architecturis nihil vulgarius, quam æs; ferrum enim minus aptum habebatur, quod rubiginem contrahens facile absumeretur. Arcus egregiæ planæ temperaturæ hodie ex calybe, tunc vero ex ære constabant.

Primo omnium inventa aurum & argentum, e quibus instrumenta omnia & arma parata sint, Lucretius autumavit: dein [3]

Posterius ferri vis est, aeriique reperta
Et prior aeris erat, quam ferri cognitus usus.
Inde minutatim processit ferreus ensis,
Versaque in opprobrium species est falcis aenea.

Item de fortilegis canit Poeta [4].

Falcibus & messa ad lunam quaerentur ahenis
Pubentes herbæ &c.

Notat Servius, in moribus olim positum fuisse, ut in rebus Religionis ære potius quam alia quacumque re uterentur, servatumque ex veteri consuetudine Romæ, ut coma Sacerdotis Jovis æreo forfice præcideretur. Id ab illo observarum, occasione carminis Virgiliani de Templo Didone Carthagine excitato (5).

Æreus cui gradibus surgebant limina, nexæ
Ære trabes, foribus cardo stridebat ahenis.

Quidquid nostra ætate supereſt de Sacrificiorum veterum instrumentis, ænea sunt omnia. Animadversione etiam dignum est, Moysen, sicut & Salomonem, non nisi aurum, argentum, & æs, illud pro vasis Tabernaculi, hoc Templi adhibuisse.

Colonica instrumenta ex ære conflata Homerus commemorat (6). Legitur apud illum descriptus currus ferreo axe, aneo rotarum circulo, æneisque ornamentis omnibus instructus; leguntur dein milites alii ænea arma, alii ferrea gestantes. Apud Messagetas non ferures tantum, sed & hastæ, phareræ, asciæ ex eodem erant metallo (7). Sæpius de armis ejusdem metalli fermo recurrit apud Zenophontem, ubi de loricis galeisque æreis Perſis familiaribus (8). Ocreæ & enses ænei sunt apud Alcæum (9). Sparserat in vulgus Philippus Rex Macedoniæ, velle se Religionis gratia in ipsa Danubii ripa Herculis statuam conſecrare (10). Renunciari illi jusserunt Scythæ sese eam dedicaturos; si vero ipsis invitis constituisset, scire Regem ex eo metallo totidem se fagittarum cuspides conflaturos. Virgilius tandem nigil frequentius quam ærea arma commemorat (11).

Æratasque micans peltas, micat æreus ensis.

Et Æneid. 8.

.... Fluit æs rivis aurique metallum,
Vulnificusque calybs vasta fornace liquescit.

Nec infrequentius sive obſeurius ea de re Scriptura. Scitæ sunt apud illam fores, & vectes ænei (12), scuta itidem, galeæ, & arcus (13); quin & vincula ac catenæ (14); rotæ insuper & axes (15); ocreæ tandem ex eodem metallo (16). Porro si eo nomine semper ferrum sive calybem designare voluisset; ut quidem eamdem semper vocem usurpavit, ne semel quidem proprio ferri nomine expresso? Tolerabilius id quidem conecederetur, si æris nomen in scriptis tantum poeticis recurreret, in quibus scilicet major loquendi licentia & figuratæ dictionis erebriores; id enim prophanis quidem Vatibus concederetur, minusque acriter reprehenderetur in sacris. Quod vero in Libris historicis Scripturæ, in quibus nulla loquendi licentia, sed simplex quædam & inornata narratio quæritur, vix tolerari potuisset, si nimirum alieno semper nomine & numquam proprio ferrum designaretur.

(2) Agendum modo de singulis armorum generibus. Præ omnibus spectandus venit ensis, quem fesmori appensum Hebræi ferebant (17): *Accingere gladio tuo super femur tuum*. Sexagina viri in Israele fortissimi gladio in femore accincti præ thoro Salomonis excubabant (18). Moyses ob impensum virtuti aureo cultum furore excandescens ad Levitas conversus (19): *Ponat vir gladium super femur suum*, ait. *Ite & redite de porta usque ad portam per medium castrorum*. Sinistro lateri appensum gestari consuevisse inde suspicamur quod Aod pugionem suum *super fagum in dextro femore* occultavit (*). Præterea ensem appensum lateri tenebant cultrum vel siccam vaginæ zeeonditam. Esau venatum pergens, *accinxit gladium suum juxta vaginam ensis sui* (20). Receptum est pariter nostra ætate apud Arabes militiam profitentes, ut latiorem ensem lateri, siccam vel gladium cingulo appensum gererent (21). Idem pariter de militibus Romanis & Perſis traditum (22). Agamemnon apud Homerum gladium eduxit, quem semper juxta ensem appensum gestabat (23).

(3) Militare cingulum, unde ensis dependebat, & cui gladius infertus, non ex utroque humero ad pectus deſcendebat, quemadmodum olim apud Græcos, sed renes tantum stringebat (24). Omnibus qui ædificandis mœnibus Jerusalem operam præstabant, edicit Nehemias, ut *gladio accincti renes habeant*. Baltheus plerumque pretiosus militibus aliquando in præmium rei egregiæ gestæ dabarur. Ita Jonathas Davidem baltheo donavit (25). Joab cum viro, qui suspensum Absalonem in arbore viderat, loquutus ait: *Si vidisti, quare non confodisti eum cum terra, & ego dedissem tibi decem argenti ſicles, & unum baltheum* (26)? Dei porentiam & majestatem laudibus celebrans Jobus, *baltheum Regum dissolvere* illum dicit, *& præcingere fune renes eorum* (27).

(4) Familiares pariter Hebræis ferebantur hastæ, spicula, lanceæ. Lancea lignum erat, ferrea vel æerea cuspide apti ad ferendum ponderis armatum. Goliath ferream hastam pondere 600. Sielorum tractabat (28). Jesbibenob alter ex Giganribus ferrea itidem hasta 300. ſiclorum armabarur (29). Hasta sive laneea sive ſceptrum, quemadmodum & Antiquitatis Heroes solebant, familiaris erat Sauli, eamque non semel, dum morbo insaniret, in Davidem vibravit (30). Porro interquebantur jacula & lanceæ in adversarios, in quem usum plures quandoque manibus gestabantur, Joab tres assumpsit ut Absalonem coma capitis sui ex arbore suspensum transfoderet (31). Notum erat Antiquis jaculi genus, quod longiori corrigiæ alligatum, corrigiam illam interim tenente jaculatore, vibrabantur (32). An jaculum illud defignetur illis Davidis verbis (33)? Gla-

(1) Vide *D. Bernard. de Montfaucon. Diar. Italic. cap. 5.* (2) *Flamin. Vacca apud eumdem capite* 12. (3) *Lucret. libro* 5. (4) *Virgil. Æneid.* 4. (5) *Virgil. Æneid.* 1. (6) *Homer. Iliad. E.* (7) *Herodot. lib.* 1. *cap.* 25. (8) *Xenophon libro* 7. *Cyropæd. Vide eumdem Anabaſ. libro* 4. (9) *Apud Athen.* (10) *Juſtin. lib.* 9. (11) *Æneid.* 7. (12) 3. *Reg.* 4. 13. (13) *Job.* 20. 24. *Pſal.* 17. 35. & 3. *Reg.* 14. 27. (14) *Daniel.* 4. 2. (15) 3. *Reg.* 7. 30. (16) *Deut.* 28. 35. (17) *Eniis.* (17) *Pſalm.* 44. 4. (18) *Cant.* 3. 8. (19) *Exod.* 32. 27. (*) *Judic.* 3. 16. *Accinctus eſt ea super fagum in dextero femore.* (20) *Genes.* 27. 3. *Vulg. Sume arma tua, phareiram & arcum.* (21) *Rogerus Terr. Sanct. lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 339. & *alii.* (22) Vide *Lipſ. de milit. Rom.* 3. *Dial.* 3. & *Analect. capite* 3. (23) *Homer. Iliad. D.* (24) Cingulum, vel balteus. (24) 2. *Reg.* 20. 8. & 2. *Eſdr.* 4. 18. *Ezech.* 33. 15. *Iſai.* 5. 2. (25) 1. *Reg.* 18. 4. (26) 2. *Reg.* 18. 2. (27) *Job.* 12. 18. (*c*) Lancea, hasta, spicula (28) 1. *Reg.* 17. 7. (29) 2. *Reg.* 21. 16. (30) 1. *Reg.* 18. 10. & 19. 9. (31) 2. *Reg.* 18. 14. (32) Vide *Homer. Iliad. B. Xenophon. lib.* 3. & 4. *de Exped. Cyri, & Servius in Æneid.* 7. *in Alcides.* (33) 2. *Reg.* 1. 22.

Gladius Saul non est reversus inanis. Et Psalm. 7. 13. *Nisi converti fueritis, gladium suum vibrabit.* Gladii enim nomen æque de omnibus armis apud Hebræos usurpabatur.

Aliud militaris jaculi genus erat, de quo apud Statium [1] t

Spiculaque & multos trinium missile flamma

Et apud Virgilium Æneid.

Jamque faces & saxa volant, furor arma ministrat.

Hisce flammeis jaculis, quibus alligata pix & alia ignis fomenta, in Urbium obsidione maxime Veteres urebantur [2]. Recentissime etiam idem belli tormentum in obsidionibus valuit. Nec Hebræos eadem latuisse infinuare videtur Scriptura (3): *Paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit* 5 & Ps. 119. 4. *Sagitta potentis acuta cum carbonibus desolatoriis.* Familiare est apud Prophetas, ut fulgura *sagittas Domini* (4) appellent, veluti si ad flammeas illas sagittas spectarint. Lampades illæ seu funalia, quæ Gedeon in Madianitas excogitavit [5], & quorum ignem lagenis clausum absconditi, donec iniro prælio statim proditus adversarios subito rei novæ pavore perstringeret, ad ignita hæc jacula non incongrue referrentur.

[d] Areus, sagittarum, & pharetræ nomina sæpius in Libris Sacris leguntur, eum nihil vulgarius in armis Judæi haberent. Porro hujus generis arma adeo nota sunt omnibus, ut nihil peculiare de Israelitis occurrat. Arcus & pharetræ plerumque ære conflabant [6]. Areum habetem & inertem *appellabant arcum mendacii* [7]. Cum una arcus extremitas ad eumdem intendendum comprimeretur, conterere pedibus arcum diebebatur. Explodendis ex arcu ad certam metam sagittis loca extra Urbem feligebantur (8); huic enim runc, & nostra etiam ætate in Oriente exercitio maxime vacant. Scopus ille luteus est murus, madefactus semper de industria, quo facilius & excipere sagittæ valeat & detinere. Agilem in jaculando Jonathæ amici sui petiriam David commendans ait: *Sagitta Jonathæ numquam rediit retrorsum* (9). Nec Jonathas tantum, sed & omnes passim Hebræi plurimum in jaculando (quod potissimum erat apud illos armorum genus) valebant.

Funda in pretio erat & usu apud Hebræos, quemadmodum, & forte etiam amplius quam apud cæteras Orbis nationes. Sunt enim in eorum historia fundidorum præclara adeo specimina, ut eorum, qui apud prophanos leguntur, gloriam superent. Quid in ea re David valerer, etiam antequam tractare arma nosset, dejectus ab illo uno fundæ ictu Goliath abunde demonstrat. Peritum in ea re Beniamitarum iis phrasibus celebrat Scriptura, ut hiperbolem suspiceamur, sed eam hiperbolem, quæ veritatis habet plurimum. Certum enim adeo ictum ad scopum direxisse illos perhibet, ut vel crinem explodo e funda lapide peterent [10]. Addit etiam de illis utraque dextera valuisse. Narrat etiam Scriptura 1. Par. 12. 2. Davidem in Siccleg versantem duos expertissimos funditores convenisse, qui lapidem e funda utraque manu explederent. Fundæ usus maxime in prælliis eminus commissis valebat, nec inutilis in obsidionibus, arcendis a muro militibus (11). Earum copia in armamentariis, non sceus ac ceterorum armorum, a Regibus parabatur (12).

[b] An familiares esset Hebræis alterum, apud veteres conjectum, armorum genus, inceritum. Narrat Herodotus lib. 7. cap. 85. populos illos, quos *Sagarces* appellat, neque ferrum, neque æs in armis nosse, quorum defectum supplerent laqueis quibusdam e funium plexu, qui in hastæ modum vibrati collo hominum, sive equorum excurrentia nodo stringebant; & ita demum miseri illi veluti vinčti ad adversarios trahebantur. Alii implicandis dejiciendisque hostibus retia vibrabant. Solemne id maxime apud Persas, Græcos, & Alanos. Pitratus unus e septem Græciæ sapientibus, his laqueis implicitum hostem stravit (13). Ex quibusdam Scripturæ phrasibus paria apud Hebræos præstita insinuatur. Ezechiel 12. 13. (14) de Sedecia: *Extendam retes meum super eum.* Paria frequenter apud illum legas de laqueis ad capiendos incautos subdole paratis, sicut & de funibus, rectibus, cæcisque in terra foveis in perniciem prætercuntium. Quibus omnibus satis insinuatur iisdem artibus, quibus bellum, homines olim in bello captos: utrique enim venatorio quodam more petebantur. *Funes peccatorum circumplexi sunt me* (15); & Psal. 10. 7. *Pluet super peccatores laqueos*, & Psal. 17. 6. *Præcesserunt me laquei mortis*, nempe adversariorum vitæ meæ insidiantium laqueï. Tandem Psal. 7. 14. *Incidit in foveam, quam fecit*; & Psal. 56. 7. *Foderunt ante faciem meam foveam, & inciderunt in eam.* Isaias etiam cap. 24. 16. 17. *Formido & fovea & laqueus super te, qui habitator es terræ. Et erit: qui fugerit a voce formidinis, cadet in foveam; & qui se expliaverit de fovea, tenebitur laqueo.* Jeremias 5. 27. Judæis vitio vertit fuisse iliter eos viros adeo impios, qui occultos laqueos hominibus intenderint, eo plane modo, quo retia avibus capiendis explicantur. Sexcenta hujus generis occurrunt; nec desunt viri Eruditi, qui dictum illud de Nemrod ad litteram accipiant (16): *Eras robustus venator coram Domino: i. e. tyrannus, & hominum venator.* Theseus, referente Plutarcho, venatorem quemdam suum occidit, qui arborum ramos in viam Regiam deflectens, occultos laqueos expiandis hominibus abdebat.

(e) Inter arma propulsandæ injuriæ parata, non infimo loco scutum habebatur; cui defignando Hebræis quatuor varia nomina suppetunt, singula enim clypeum significare conflat; quamvis inter varia seu-ta aliquid habercur five in forma five in materia discriminis. Scutum, quod Goliath in humerum levatum portabat (17), & alterum (18), quod Josue in prælio ad Hai in altum porrigens signum latentibus in insidiis exhibuit, eadem in Scriptura voce expressa *Chidon* appellantur. An eo nomine clypeus designetur in utramque partem ambigitur. Vide Josue 5. 18. Job. 41. 20.

Clypei aureis laminis obducti, quos in Templo Salomon conseravit (*) *Zinna* dicti sunt; alii vero auro item obducti, eadem, qua vulgares clypei, voce *Magen* appellati. Scutum *Zinna* totum prorexisse hominem, obiture significasse Propheta videtur: *Ut scuto bona voluntatis tuæ coronasti nos* (19). Ita pariter apud Homerum ampli illi clypei turri ab eodem comparati leguntur, quos ille apro hoc epitheto donat, *clypeo totum undique hominem protegentes.* Et Virgilius Æneid. 2.

.... clypeique sub orbe teguntur.

Amos (20) Dei verbis ita Israelitas effatur: *Levabunt vos in cantis*, (Hebr. in clypeis) *& reliquias vestras in ollis ferventibus.* Morem hunc efferendi levata in clypeis cadavera innuit Virgilius, ita de funere Pallantis eancns Æneid. 10.

..... At socii multo gemitu lacrymisque
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.

Da-

(1) *Stat. l. 5.* Vide *Lipf. Poliorcet l. 4. Dial. 4.* (2) *Du Cange Notes sur l'hiſtoire de S. Louis par Joinville* (3) *Ps. 7. 14.* (4) Vide *Habac. 3. 11. Pſal. 17. 15.* (5) *Judic. 7. 7. 20.* (a) Areus, sagittæ, pharetra. (6) *Pſal. 17. Job. 20. 24.* (7) *Jerem. 9. 3.* (8) *1. Reg. 20. 20. & Jerem. Therem 3. 12.* (9) *2. Reg. 1. 22.* (10) *Judic. 20. 16.* Vide *noſtrum Comment. ibid.*

(11) *4. Reg. 3. 25.* (12) *2. Paral. 26. 17.* (b) Funes trahendo profternendoque hosti. (13) *Lucrt. lib. 1.* Vide *notas in eum locum.* (14) Vide etiam *Ezech. 17. 20. & 19. 8. & 32. 3.* (15) *Pſal. 118. 61.* (16) *Gen. 10. 9.* (c) Clypeus. (17) *1. Reg. 18. 6. Chidon.* (18) *Joſue 8. 18.* (*) *3. Reg. 10. 16. 17. Zinna.* (19) *Pſal. 5. 13.* (20) *Amos 4. 2.*

Datum ſecundæ centuriæ militibus apud Romanos narrat Livius lib. 1. clypeum adeo amplum patentemque, ut cum lorica careret, *ſcutum & clypei, & loricæ loco eſſet, & totum corpus protegeret.*

Apud Philiſtæos ſcutum *Zinna* ab altero, quod *Sabarah* appellat, diſtinguitur, facile quod diverſæ eſſet figuræ (*). *Sabarah* lunam ſonat, & lunaræ Amazonum peltæ notæ ſunt apud Virgilium Æneid. 1.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Conſtabant vero clypei ſive ligno ſive calybe vel eorio, adjecta metalli lamina, quo totum tegererur vel ſaltem metallo, quo extremus ejus limbus muniretur. Iiaias 21. 5. ſermonem habens ad populum e Babylone reduendum, *Surgite*, ait, *Principes, & arripite* [Hebr. impinguate] *clypeum*. Porro impinguare clypeum nonnili de coriaceo dicereiur. Pſalmus 45. 10. *Arcum conteret, & confringet arma, & ſcuta comburet igni*. Aureis laminis obducta ejus generis arma conſtituenda Salomon euravit [1], æneis Roboamus [2] ejus filius. Nahum [3] de clypeis ſtrenuiſſimorum in exercitu Chaldæo Virorum habet: *Clypeus fortium ejus ignitus*. (Hebr. *rubricatus*, ſive colore ſanguineo, ſive tandem igneo fulgore micans) Huc etiam pertinet illud Virgilii Æneid. 10.

..... Vaſtos umbo vomit aureus ignes.

Læva manu ſeutum tenebatur in prælio; cum vero ab exercitu proficiſcendum eſſet, portabatur in humero. Goliath ad inſultandum Iſraeliticis copiis venientis, *Clypeus aereus tegebat humeros ejus* [4]. Solent etiam Arabes noſtræ ætatis corrigia ad humerum ſuſpenſos umbones portare [5]; quod ex more veteſtiſſimo petitum eſſe ſexcentis Homeri teſtimoniis docemur. Suſpenſos etiam ad collum, & in humum lævum rejectos clypeos memorat Herodotus (6). Omnium primi, qui interendis brachiis anſulas clypeo addiderunt, Carii feruntur. Seutum Patroeli in humeros levatum depingit Homerus [7]. *Triarii*, ait Livius lib. 7. *ſub vexillis conſiſtebant, ſiniſtro crure projecto, ſcuta innixa humeris &c.* Veteres Luſitani ſcuta item in humero, ſed anterorſum pendentia geſtabant.

[a] Hebræorum galea, quemadmodum & ceterarum gentium, ærea; ærea item galea Goliath [8], & Saulis [9], ſicut & militum Antiochi Eupatoris apud Macchabæos [10]; ac tandem veluti ſi omnes ex ære fuiſſent, galeis deſcribit Polybius. Plura hic congerenda fuiſſent de forma, & materia veterum galearum, niſi a noſtro argumento nimis longe abduceremur.

[b] Fuſius de lorica agendum, cujus non ſemel in Scriptura mentio. Varii erant generis; lineæ, ſive e goſſypio, ſive ex lana compacta inſtar coactilium; erant etiam quæ ex ſolido metallo, æreæ, ferro dureſcerent. Nec poſtremi hujus generis loricæ ejuſdem erant artificii; alias enim tegebant laminæ inſtar ſquammarum, alias alias admordentes, veluti ſquammæ in piſcibus; aliæ ferreis lieiis textæ; aliæ tandem ex duplici æris, ſive calybis lamina, anteriorem, & poſteriorem pectoris dorſique partem ſtringentes. De his omnibus Scriptura. *Loricæ ſquammata*, juxta vim Textus originalis, Goliath veſtiebatur [*], loriea nempe, quam laminæ ferreæ plures aliæ ſuper alias incumbentes inſtar piſcis ſquammati reddebant. Putant alii eam loricam minutis quibuſdam annulis aliis alios connexis intextam. Hujus loricæ genus 1. Maech. 6. 35. appellatur: *Lorica concatenata*; Latinis *Lorica ſquammea*, quam vocem retinuit etiam Author Vulgatæ. Virgilius Æncid. 9.

Nec duplici ſquamma lorica fidelis, & auro.
Et Silius lib. 5.

Loricam induitur; tortos huic nexilis hamos
Ferro ſquamma rudi, permixtoque aſperat auro.

Sed quæ neceſſitas, ut proprium & litteralem vocum in originali ſignificationem deſeramus, quæ luculenter exprimunt *loricam ſquammis conſtantem?* Nonne ejus loricæ genus æque priſcis innotuerat? Periæ apud Herodotum loricis veſtiebantur ferreis, quas ejuſdem metalli laminæ, veluti piſcem ſquammæ, veſtiebant [11]. Narrat etiam alibi [12], Maſſitium copiarum Perſidis Imperatorem aurea lorica veluti ſquammata micuiſſe.

[c] De loricis lineis, ſive ex goſſypio lanave, exemplum habemus in Scriptura, cum Saulis in prælio Golboe arma deſcribit [13]. Amalecita ille, qui nuncius de obitu ejuſdem Regis ad Davidem venerat, narravit ineumbentem illum vidiſſe ſuper enſem ſuum, ut ſibi necem conſciſceret, ſed ileam loricam gladio transfodere non valuiſſe. Vox Originalis non uſque adeo exploraia eſt; ſed egregii plures Interpretes eodem, quo diximus, ſenſu uſurpant, & pro veſte ſive tela acceptam conſtat Exod. 28. 3. (14) & Pſalm. 44. 14. Nec ignotæ hujus generis loricæ apud Perſas, Græcos, & Romanos. Peculiarem fuiſſe Perſis veſtem inſinuat Xenophon videtur (15). Ajax & Adaſtus apud Homerum *Linothoracum* epitheto donantur (16). In expeditione Trojana Heroas lineo thoracе armatos Plinius commemorat (17). Otho Romanorum Imperator eodem armabatur. Iphicrates Dux Athenienſium milites ſuos coegit, a loricis ferreis ad lineas tranſire (18); ex quo factum, ut in conſerenda manu expeditiores & ad morum agiliores eſſent, minori enim pondere premebantur. Nihil autem deerat hiſce armis de ferri æriique ſolidiate. Porro non ex lino tantum, ſed etiam ex lana confieiebatur. Totum lineas texendi artificium explicans Nicetas (19), paratum antea linum longa in aceto maceratione adjecto ſale deculcari narrat, veluti cum lana conficiendis pileis apud nos ſubigitur. Craſſa erat plerumque loriea octies vel decies quam vulgares. Ferro contumaees reſiſtebant, cum tamen ſuum corpori motum expeditum permitterent. Eodem artificio laneæ parabantur (20).

[d] Orcearum æncarum mentio tantum in Scriptura, cum arma Goliath deſeribuntur. Solebant veteres Græei apud Homerum tibialibus æneis pedem pariter & crus defendentibus armari (21); qua de re ſuſius diſſeruimus in Deuter. 33. 24. ad illa Moyſis verba, quibus Tribum Aſer aſſatur: *Ferrum & æs calceamentum tuum*. Vox Originalis caligas Goliath deſignans, anteriorem tantum eruris partem tectam infinuare videtur (22); ſonat enim frontem. In columna Antonini Romæ, milites inſculpti apparent, latiorem quamdam metalli laminam in anteriori erurium parte præſeferentes. Tradit Vegetius milites Romanos primorum ordinum caligis qui-

(*) *Pſal.* 90. 4. (1) 3. *Reg.* 10. 16. (2) 3. *Reg.* 14. 17. (3) *Nahum* 2. 3. (4) 1. *Reg.* 17. 6. (5) Vide P. Roger. Iter Terræ Sanctæ *pagina* 239. (6) *Herod. lib.* 1. *cap.* 171. (7) *Homer. Iliad. P.* (8) Galea. (8) 1. *Reg.* 17. 5. (9) 1. *Reg.* 17. 39. (10) 1. *Macc.* 6. 35. 39. (*b*) Loriea e metallo. (*) 1. *Reg.* 17. 5. (11) *Herod. lib.* 7. *cap.* 61. (12) *Idem lib.* 9. *cap.* 22. (*c*) Lineæ lorice. (13) 2. *Reg.* 1. 9. (14) Vide *Noſſ. Comment. in hunc locum.* (15) *Xenophon Cyropid.* (16) *Iliad. B.* (17) *Plin. lib.* 10. *cap.* 1. *Bello Trojano thoracibus linei, paucos tamen pugnaſſe, teſtis eſt Homerus.* (18) *Cornel. Nepos in Iphicrate. Item genus loricarum mutavit, & pro ferreis atque æneis lineas dedit. Quæ facile expeditiores milites reddidit, nam pondere detracto, ut ejus corpus tegerent & leves eſſent, curavit.* (*d*) Orceæ. (19) *Nicet. in vita Iſaac. Angeli lib.* 1. Vide ſi placet *Notas Caſaub. in Sueton. pag.* 292. (20) Vide *Juſtum Lipſium de milit. Rom. lib.* 3. *Dialog.* (21) *Iliad. H.* (22) 1. *Reg.* 17. 6. *Ocreas æreas in pedibus.*

quibuſdam ferreis in levo crure armati [*]; quod ego infinuatum credo veteri illo nomine *milites graviorii armaturæ*.

Poſt decurſa noſtra hac diſſertatione varia armorum populi Dei genera, nunc de armamentariis pauca. Ex iis, quæ hucuſque deduximus, tanis demonſtratum arbitror, ſub ipſis Regibus præcipue crepundiis nulla fuiſſe ſervandis armis ſimul omnibus loca deſtinata. Singuli de tuo milites, quantum pro viribus poterant, armabantur. Cum Saul Regnum iniret, vix tanto Regi ejuſque filio Jonathæ arma neceſſaria ſuppetebant. Sub Davide & Salomone tantum inſtructiſſima armamentaria parari cœpta ſunt. Ingentem armorum copiam a te collectam David in Tabernaculo dedicavit. Summus Sacerdos Jojada e Theſauro Templi arma, quot armando populo ſufficerent, qua die Joas in Regem ſalutatus eſt, protulit [1]. Moribus etiam receptum, ut arma & ſcuta e turribus ſuſpenderentur, ſicut de turri David, unde illi clypei pendebant, in Cant. 4. 4. legimus. Milites eopiarum Tyriarum, Perſidis, Lybiæ, & Lydiæ ſcuta ſua & galeas præ mœnibus Tyri ad Urbis ornatum ſuſpendiſſe Ezechiel perhibuit [2]. Quas Salomon vectigales fecit, nationes finitimas ad arma pendenda coegit [3]. Erat in Palatio ſaltus Libani ab eodem Principe conſtructo amplior aula omni armorum genere referta, in qua potiſſimum 300. clypei & 200. haſtæ aureis laminis obductæ ſpectabantur [4]. Tantum armorum apparatum uniùs prælii cum Seſac Rege Ægypti intelici exitu Roboamus amiſit; quam jacturam ſubſtitutis totidem æneis armis uteumque reparavit [5]. Adjecit etiam Salomon in ſingulis Urbibus Juda, quas munitionibus firmaverat, oppotunia armamentaria [6]. Sed in ejus generis fabricis conſtruendis, nemo Oxiæ Regis Juda ſedulitatem vicit [7]; ejus enim cura non vulgaria tantum militum ſcuta comparata, uti lanceæ, galeæ, clypei, loricæ, enſes, arcus, funditæ; ſed machinæ etiam plures ſcitendis obſidionibus opportunæ. Nec minus ſtudioſus Ezechias univerſi generis arma congregaſſe legitur 2. Paralipom. 32. 27. [8]. De machinis obſidionalibus infra agemus. Sub Macchabæis, Jonathas & Simon omnem intenderunt curam, ut armorum quam maximam vim compararent, quibus deinde Syriæ reſiſtere valeuerunt [9].

[a] Teſſeræ vocalis uſum in hiſtoria Jephte deprehendiſſe ſibi nonnulli viſi ſunt. Cum enim relatæ ab illo inſignis ex Ammonitis victoriæ gloriam invido animo Ephraimitæ ſuſpicerent, ejuſque rei cauſa quereſam in Virum moviſſent; ad arma tandem ventum eſt, conſertaque manu Ephraimitas victos fugatoſque affeuerunt milites Jephte, vada Jordanis obiederunt. Accedebant tranſvadaturi Ephraimitæ, interrogatique an Ephraimitæ eſſent; ſi negaſſent ſe ad eam Tribum ſpectare, ſtatim teſſeram vocalem reddere jubebantur, nempe pronunciare *Schibbolet* [10]. Si ejus loco *Sibbolet*, vitio linguæ eidem Tribui infixo, protuliſſent, ſtatim veluti ſi a teſſera reddenda deſtiſſent, interficiebantur. Facilius tamen eredimus, hanc vocem *Schibbolet* non teſſeram fuiſſe, ſed vernaculi idiomatis tentamentum. In bello undecim Tribuum adverſus Benjamin voceм *Enſis* in teſſeram datum militibus Iſraeltis in inſidias conſtitutis autumant ſeptuaginta [11].

[b] Bellici clamoris genus creditur quod Gedeon turbis edixit (12) : *Cum clamaverint Domino & Gedeoni*. Scita tunt, quæ de inſignibus Macchabæorum ſeruntur: inſcripteam enim geſtaſſe dicunt in inſignibus illam Exodi ſententiam (13): *Quis ſimilis tui in fortibus, Domine?* Hoc autem verborum compendio uſos dicunt, ut primas tantum literas ſingularum Hebraicarum vocum adſcriberent; ex quibus, ſi conjunctim legerentur, nomen reddebatur, *Macchabæi*; quod deinde viris illis perpetuo manſit. Sed hæc incerta. Legimus 2. Macchab. 8. 23. Judam Macchabæum in prælio adverſus Nicanorem ea teſſera uſum: *Adjutorium Dei*; ſicut & in prælio eum Lyſia: *Victoria Dei* (14).

[c] De inſignibus patrum ſuorum tab Moyſe fuiſſime agunt Hebræi; ſed quo fuſiores & exactiores, eo magis ſuſpecti (15). Singulis Tribubus ſua erant inſignia, & ſingulæ aeies ex tribus conſtantes eommune alterum vexillum habebant. Juda, Iſſachar, Zabulon pictum levabant in inſignibus leunculum, adſcripto lemmate: *Exurgat Deus & diſſipentur inimici ejus*. Ruben, Simeon, & Gad emblema cervi præferebant cum inſcriptione: *Audi Iſrael: Dominus Deus tuus Deus ſolus eſt*. Ephraim, Manaſſe, & Benjamin puerum phrygio opere pictum fuſtulerant cum adſcriptione: *Dominus in columna nubis præcedebat eos per diem*. Tandem Dan, Aſer, & Nephtali Aquilam prætulerunt, ea ſententia adjecta: *Revertere Domine ad multitudinem exercitus Iſrael*.

Certius aliquid in Textu Scripturæ occurrit. Poſt relatam de Amaleenitis victoriam Moyſes Aram exciavit, appoſito lemmate: *Dominus exaltatio* (Hebraice. vexillum) *mea* (16). Joſue in ſummo haſtæ clypeum ſuum levavit, ſignum militibus ſuis exhibiturus (17). Pſalmiſta ita Deum affatur (18): *Latabimur in ſalutari tuo, & in nomine Dei noſtri magnificabimur*. Hebr. *Levabimus vexillum nominis Domini*. Sponſus in Canticis de Sponſa: *Terribilis ut caſtrorum acies cum vexillis*, ſive ut Vulgata, *ut ſquadronum acies ordinata* (19). Sponſa vicißim Sponſum comparat *electo ex millibus*, nempe ſignifero in exercitu inſtructiſſimo vexillum ferenti (20). Iſaias 5. 26. in ſigura ſolutæ captivitatis Babylonicæ Meſſiæ Regnum deſcribens, *Deus, ait, elevabit ſignum in nationibus procul*. Et capite 11. 10. 12. *Radix Jeſſe, qui ſtat in ſignum populorum &c.* Quid vexilla hæc, an galea, an haſta, an clypeus, an lorica in ſummo haſtæ elevata, vel quid ſimile? Neque enim in eam rem adhuc velorum uſus obtinuerat. Eorum origo latet in incerto; neque enim eum Græci Trojam obſiderent, invaluerant, cum agmenunon diſperſos milites ſuos collectinus, purpureum velamen in altum porrexit, quo ab omnibus proſpiceretur (21).

Poſt Moyſen uſque ad Regnum Salomonis, quo Templum conſtructum, Arcam Fœderis in caſtra deferendi mos erat receptiſſimus. Cum in deſerto itet haberetur, in medio caſtrorum ſuus erat Arcæ locus conſtitutus. Sed poſt impenſum Vitulo aureo cultum (22), Moyſes in ultionem criminis Tabernaculum longe a caſtris tranſtulit. Cum Hebræi terras Chananæorum pervadere, prohibente Domitero, aggreſſi fuiſſent, animadverſione dignum eſt, neque Arcam Domini, neque Moyſen caſtra deſertuiſſe (23). Certiſſimum hoc Divinæ opis pignus Joſue nunquam a ſe remotum voluit. Cum Iſraelitæ infigni clade a Philiſthæis affecti ſub Heli Summo Sacerdote diſperſi fugerent, ſeniores populi nihil habuerunt antiquius, quam ut Arcam Domini in caſtra deferrent (24). Ejus aſpectu confirmari Iſraelitæ, in ultimam conſternationem Philiſthæi dejecti. Sed Divinæ providentiæ conſilio in ultionem criminum, late per Sacerdotes & populum pervagantium, factum eſt, ut Arca in poteſtatem hoſtium veniret, & inſigni victoria a Philiſthæis Iſrae-

(*) *Veget. lib. 2. cap. 20.* (1) 2. *Paral.* 23. 9. (2) *Ezech.* 27. 10. *Perſæ & Lydii, & Lybii viri bellatores tui clypeum & galeam ſuſpenderunt in te pro ornatu tuo.* (3) 3. *Reg.* 10. 25. (4) 3. *Reg.* 10. 16. (5) 2. *Par.* 12. 10. (6) 2. *Par.* 11. 12. *ſed in ſingulis Urbibus fecit Armamentaria ſuorum & haſtarum, firmavitque eas ſumma diligentia.* (7) 2. *Paral.* 26. 14. (8) Vide *& Iſai.* 22. 8. (9) Vide 1. *Macch.* 10. 21. *&* 15. 17. (a) Teſſeræ militares. (10) *Judic.* 12. 6. *Vide Septuag. in Edit. Baſilean.*

(11) *Judic. cap.* 20. 38. (b) Bellicus clamor. (12) *Judic.* 7. 18. (13) *Exod.* 15. 11. (14) 2. *Macch.* 13. 15. (c) Militaria ſigna. (15) De ſingulis illis ex eorum fide egimus *in Comment. in Num.* (16) *Exod.* 17. 15. (17) *Joſue* 8. 18. *Leva clypeum, qui in manu tua eſt, contra urbem Hai.* (18) *Pſal.* 19. 6. (19) *Cant.* 6. 4. 9. (20) *Cant.* 5. 10. (21) *Iliad.* 8. (d) Arca Fœderis in caſtra. (22) *Exod.* 33. 7. (23) *Num.* 14. 44. (24) 1. *Reg.* 4. 5.

raelitæ frangerentur. Quo tempore Saul offerendis Sacrificiis prophanas manus extendit, Arcæ Domini locus erat, uti facile credimus, in Galgalis constitutus (11); rogavit enim Rex paulo post Abj atharem Sacerdotem, ut ad Dominum coram Arca consulendum iret. (12). Transferendam illam pariter in castra ad Rabbath Davidem curavisse, satis insinuas Urias illis verbis: *Arca Domini Dei Israel & Juda habitat in papilionibus, & Dominus meus Joab super faciem terræ manet; & ego ingrediar domum meam, ut comedam & bibam* (13)? Tandem ipse David furorem Absalomi declinare coactus, Arcam Domini ad se opera Sadoc Sacerdotis delatam excipere recusavit mandans Jerosolymam referri (14). Mos iste Numina in castra deferendi, non peculiare tantum Hebræis, sed commune etiam ceteris habebatur. Sua detuliste Philisthæos legimus 1. Par. 14. 12. Vitulos etiam aureos delatos ab Israelitis decem Tribuum constat ex 2. Par. 13. 8.

Castra Israelitarum in deserto ita disposita erant, ut Dominus, sive ejus Tabernaculum, pars Arcæ omnium Tribuum media versaretur. Tres igitur Tribus orientem spectabant; totidem occidentem; pariliqué numero septentrionem, & meridiem (15). Tribus Levi circum Tabernaculum disposita. Eumdem ordinem manssisse credimus, quoties Arcam Domini in castra transferri contingeret. In medio pariter castrorum Aras & Statuas Deorum collocat Homerus (6): in medio, inquam, ubi & jus reddi & annona vendi consueverat. Ex quo vero ceetior in Chanaanitide assignari Arcæ locus cœpit, quo soleret castra ordine disponi incertum; facile tamen tentorium Regis five Ducis eumdem tenebat locum, quem Domini Tabernaculum. David in castra Saul per quietem noctis ingressus, jacentes circa Regem milites offendit (7). Eo pariter exemplo diximus, exeubias tum temporis negligenter admodum servatas, cum in ipsum castrorum centrum penetrare inobservato liceret.

(a) Tentoria plerumque tum apud Hebræos, cum apud cæteras nationes, pellibus conficiebantur. David ædificandi Deo Templi consilium agitans, dicebat Nathan Prophetæ: *Ego habito in domo cedrina, Arca autem fœderis Domini sub pellibus est* (8). Erat equidem Tabernaculum, sive Tentorium fœderis a Moyse in deserto excitatum perpetuis pellibus in. exteriori facie protectum. Cœlum instar magnifici Tentorii Psalmista deterbit (9). Et Isaias profiteur, Deum Cœli convexa ducere veluti carbasum, vel ex pilis camelorum seu capræ contextu pannum subnigri coloris (10). Huc etiam spectat illud Sponsæ Cantic. lib. 4. *Nigra sum sicut Tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis*. Cedaritæ populi erant Arabiæ, in tentoriis habitantes, sicut olim Madianitæ, de quibus Habacuc capite 63. 7. *Pro iniquitate vidi Tentoria Æthiopiæ, (Hebr. Cuschi) turbabuntur pelles terræ Madian.* Isaias capite 54. 2. de Israelitis: *Dilata locum tenterii tui, & pelles Tabernaculorum extendas; longes fac funiculos tuos, & clavos tuos confortida.*

(b) In ipsis bellorum tumultibus leges tamen ab Hebræis sancte servabantur. Numquam ab observantia Sabbati cessatum; nec raro contigit, universum Israelis exercitum in ipso itinere gradum sistisse, expeditionibus etiam majoris momenti relictis, ne quidquam a Legibus recedere cogerentur. Accidit etiam quandoque, ut hostes mores eorum probe callentes, qui neque operis aliquid, neque itineris die Sabbati suscipere auderent, eam nacti sint occasionem, ut collapsa munimenta reficerent, expedirent opera, quia & illud impetum ferendi tempus captarent. Proleræus Lagi, nemine resistente, Jerosolymis potitus est, quam festa Sabbati die tentaverat (11). Macchabæi pariter diutius quietos fe adversus insilientes hostes ea die continuerunt; ex quo cædi plures in abditis montium ab hostibus inventos contigit, cum ne obstruere quidem speluncæ ostium sibi permitterent (12). Statutum est tamen communi decreto, ut si forte ea die hostes aggrederentur, injuria propulsaretur: nihil tamen de veteri disciplina immutatum, cum de inferendis armis, non vero de propulsandis ageretur. Arma igitur adversus insilientes hostes vitæ conservandæ gratia capiebant; hostis vero opera ea die subverterere five prohibere ducebant religioni. Illustre hujus rei documentum in obsidione Jerusalem Pompeji armis suppetit. Dux ille diem Sabbati urgendis operibus & machinis, aggeribusque construendis elegerat, nihil ab hostibus tentandum ea die securus (13).

Nulla adeo molestia res erat, veluti lex purificationis pro minima quacumque macula contracta, quæ minus sancte in castris servaretur. Eos omnes, quibus casu aliquo & imprudentibus vitii aliquid in lomno obreperet, recedere e castris atque ab illis longius se continere, nec prius redire, quam ut frigida totum corpus & vestes eluerent, Moyses Deut. 23. 10. edicit. Mulieribus aditus in castra numquam permissus. Quicumque cum hoste forte congressi ejus sanguinem fudisset, eamdem contrahebant maculam, ac defunctum corpus tangentes. His omnibus interdicta castra, nisi post evolutos septem dies, & post consuetas lustrationes, iis qui funeribus adfuissent, præscriptas (14). In præsio adversus Madianitas aliter servatum. Victor de hostibus exercitus universus cum omnes pariter mulieres legalem maculam contraxissent, nihil cum illis egerunt; neque enim alter ab altero tamquam purus ab impuro observare se debuissent. Jubet etiam Moyses, singulos milites cum exonerando ventri e castris egrederentur, paxillum deferre, ut offossa terra ac deinde aggesta excrementa tegerentur (15).

(c) Licet autem in sacra historia monstruosa quædam crudelitatis in hostes exempla occurrant; jure tamen meritoque asserendum est nobis, nihil magis a Lege, & mente Legislatoris illorum fuisse, quam ut impotenter devicti hostes haberentur. Quæ humanitatis legibus averfantur, omnia Moyses ita interdicit, ut arboribus etiam agrorum in obsidione Urbium, cum maximus est lignorum in machinis construendis usus, parcendum edicat (16). Si quando Deus sæva quædam & acerba five jubere five permittere visus est, id semper ab illo summa æquitate, cujus aliquando jura nos latuerunt, factum est. Ita cum David medios Moabitarum populos a se victos lapidibus carpentisque (17) ferratis (qualibus ad executiendum tritticum Veteres utebantur) contrivit; cum pari severitatis rigore in Ammonitas animadvertit (18); Scriptura quidem acerbum illud factum nusquam laudat; sed cum reprehendere quidem nullibi deprehendatur ideo non inviti suspicemur, rem totam permissse Deum, suoque nomine Davidi a Prophetis indici jussille. Josaphat Rex Juda, & Joram Rex Israel junctis viribus Moabitas in Arabiam Deserta deficiscentes gravi bello afflixerunt (19). Diruptæ arces, incensi agri, præsitæ arbores fructuarie, obstructi fontes, & optima quæcumque arva lapidibus difleminata, ac tandem exereitus trucidatus. Rex cum reliquis copiis in Metropolim suam sese recepit, & cum prope esset ut in hostium manum veuiret, abreptum filium suum in conspectu hostium immolavit; cujus rei horror tantus invasit Hebræos, ut soluta obsidione actutum recesserint. Hoc bello nihil in speciem sævius, inhumanius nihil. Sed jussu Domini susceptum, gestaque in eo omnia ex Dei per Prophetam præ-

Dissert. Calmet. Tom. I.

(1) Vide 1. *Reg.* 13. 9. (2) 1. *Reg.* 14. 18. 19. (3) 2. *Reg.* 11. 11. (4) 2. *Reg.* 15. 24. (5) *Numer.* 2. 2. *&c.* (6) *Iliad.* 11. (7) 1. *Reg.* 26. 15. (8) Tentoria e pellibus confecta. (9) 2. *Reg.* 7. *&* 1. *Par.* 17. 1. (9) *Psal.* 103. 3. *Extendens Cœlum sicut pellem.* (10) *Isai.* 40. 22. *Extendit veluti nihilum Cœlos. Hebr. velut tenuis* (*b*) Leges Domini in tumultu bellorum servatæ.

(11) *Joseph. Antiquit. lib.* 12. *cap.* 1. *&* *Agatharcid. apud eumdem ibid. lib. c. contra Appion* (12) *Macc.* 2. 38. 41. *Joseph. Antiquit. lib.* 12. *cap.* 8. (13) *Antiquit. lib.* 14. *cap.* 8. *& de bello lib.* 1. *cap.* 5.

(14) *Numer.* 31. 10. (15) *Deut.* 23. 12. 13. (*c*) Impotentis severitatis exempla in hostes. (16) *Deut.* 20. 19 (17) 2. *Reg.* 8. 2. (18) 2. *Reg.* 12. 31 (19) 4. *Reg.* 3. 19. 27.

scripto; facta Scriptura docentè intelligimus. Gedeon spinis contrivit Optimates Socoth, negatæ sibi annonæ reos [1]; & Amasias Rex Juda ex alto populi deturbari justit 10000. Idumæos in bello captos [2]: quis facta illa probet, quæ Scriptura numquam laudavit?

[a] Rariora occurrunt humanitatis exempla, quamquam frequentissima in præliis Israelitarum præberentur. Præposterum Chananæis impensam humanitatem reprehendit Scriptura; quos enim Deus exterminandos præceperat, illos in regione sua toleratos voluerunt Hebræi. Achab Rex Israel infignem victoriam non fine Dei prodigio de Benadad Rege Syriæ retulerat; quem Regem ille non commendabili clementia non superstitem tantum, sed & fœderatum voluit [3]; hanc illi rem vitio Deus vertens, edicendum suo nomine per Prophetam præcepit: *Quia dimisisti Virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima ejus, & populus tuus pro populo ejus.* Manus quædam Syrorum ad supprimendum Elisæum missa: ille implorata a Deo ope eam caliginem in oculos hostium induxit, ut imprudentes mediam usque Samariam adducerent [4]. Cum igitur infestissimos hostes inclusos haberet Rex Israel, consuluit facto opus esse Prophetam rogavit. Cui ille ab omni injuria abstinendum edicens, cibo refectos, liberos permitti volunt. Israelitæ decem Tribuum pluribus incommodis ditionem Juda adeo afflixerant, ut 200000. ex eorum fœminis & pueris captivos Samariam deduceret: venientibus occurrens [5] Oded Propheta Dei vindictam minitatus est, nisi prædam omnem & captivos remitterent. Quare vestibus donati, cibo refecti, tum & suppeditatis, si quibus opus haberent, equis, omnes in ditionem Juda deducti sunt.

(b) Quæ Judæorum esset in obsidionibus Urbium disciplina, modo in examen revocanda est: quæ enim olim obtinebat obsidendarum Urbium simul & muniendarum ratio, multum a nostris moribus abhorret. Munitissimæ arces in præruptis editisque locis statuebantur; validis illæ muris instructæ, ut neque ab ariete quati, neque machinarum proceritate superari possent. Machinæ illæ præter mobilesque turres extant, vel aggeres, qui obsessores in capita defensorum graves redderent. Mœnia vero muri erant in obliquo varieque sinuosi, quo patens nullum latus satis amplum ictibus arietis præberetur. Id potissimum in mœnibus Jerusalem observatum a Tacito hîstor. lib. 5. *Claudebant muri per artem obliqui, aut introrsum sinuati, ne latera oppugnantium ad ictus paterescerent.* Id etiam apud omnes æque Veteres receptum Vegetius lib. 4. cap. 2. testatur: *Ambitum muri diversum Veteres duci voluerunt, ne ad ictus arietum esset dispositus. Sed sinuatis anfractibus jactis fundamentis clausere Urbes.* Inter regulas egregie constitutæ munitionis has statuit Vitruvius lib. 1. cap. 5. *Turres sunt projiciendæ in exteriorem partem, ut cum ad murum hostis impetu velit appropinquare, a turribus dextra & sinistra, apertis telis unineretur.* Quod autem ad portas attinet, præscribit, *ut non rectum & apertum aditum exhibeant, sed occultum, conrectumque.* Cautum ne Urbes in quadro, sive pluribus instructæ angulis muniantur; ne quatienti arieti pateant; *sed ita circumdandum ad loca præcipitia, & excogitandum, ut per tarumum itinera non sint directa, sed scaia. Collocanda autem oppida sunt*, addit, *non quadrata nec procurrentibus angulis, sed circuitionibus, uti hostis ex pluribus locis conspiciatur.* Eas regulas a perfectissimo illo Architecto præceptas servasse adamussim Hebræos satis constat. Regum Hebræorum plerique inter Regni curas maximam habuerunt, ut quamplurimas Urbes munirent. Salomon [6], Roboam [7], Asa [8], Josaphat [9], Ozias [10], Ezechias [11] eo nomine plurimum in Scriptura celebrantur. Instructissima armamentaria, & postremis Reipublicæ sæculis machinæ etiam paratæ, de quibus infra. Porro in munitionibus Jerosolymæ nihil ferme defideratum est eorum, quæ ad egregie constitutam munitionem Veteres requirunt. Sed tempora fuerter distinguenda; neque enim omnia simul eodem tempore obtinuerunt, & vetustior ætas aliam tulit disciplinam, quam proxime subsequens abrogavit.

[c] Quæ sub Moyse obtinebat obsidendarum Urbium ratio, eadem pluribus post illum sæculis manfit. Sub Moyse tamen deerant machinæ, quas recentior ætas invexit [12]: *Quando obsederis Civitatem, & munitionibus circumdederis ut expugnes eam, non succides arbores, de quibus vesci possis, nec securibus per circuitum debes vastare regionem: quoniam lignum est, & non homo, nec potest bellantibus augere numerum. Si qua autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia, succide & instrue machinas.* Stringebantur, igitur Urbes fossa, aggeribus, fudibus; mœnibus quin etiam & turribus, omnem ex Urbe exitum prohibentibus. Non raro ad deditionem fame cogebantur cives, ne expectantes quidem, ut sive mœnia arriete quaterentur, sive fealis in superiora hostes evaderent; ac tandem capiendi Urbes mille tum ab industria, tum a necessitate excogitatæ fuit artes. Abhinuisse veteres a muris fossique, quibus omnis obsessarum Urbium ambitus claudereturr, docent RR. fanctæ asserentes, semper liberum quoddam spatium patuisse, unde volentibus in tutum se recipere extus daretur. Sed hujus disciplinæ nullum extat in Scriptura vestigium. Neque fossa neque aggere urbs Troæ ab aggressoribus interclusa ulpiam apparet.

[d] Usus & origo machinarum in obscuro manet. In omnibus obsidionibus a Josue usque ad Josiam Regem Juda, ne vestigium quidem earum in historia Sacra ullum superest; sola ibi de fossis, vallisque mentio; fealarum, & ligonum usus absque proditur. Josue urbem Hai strategemate cepit [13]: cum enim fugam simulantes Hebræos e parentibus Urbis junxis erumpentes defentores insequerentur, insidiæ interim juxta Urbem dispositæ vacua mœnia subierunt. Eadem servata disciplina ad urbem Gabaa [14]; nec alia facile in Amalec [15]. Hæc belli gerendi ratio plurimi apud Veteres Hebræos, fortissimi quique ut in insidias locarentur electi. Vide Homerum Iliad. 1. & 13. David Jerosolymam vi cepit, pollicitus in præmium militi, qui primus in Urbem evaderet, supremum in exercitu imperium. Joab primus omnium scandit [16]. Porro Dux ille Abelam [17], & Rabath [18] ducta ad regulam obsidione vallavit, neque enim sive fossæ, sive vallum, sive aggeres defuerant: nihil de machinis traditum. Homerus omnium Græcorum de Urbium obsidione agentium vetustissimus, vallum describit, mœnibus & turribus per intervalla dispositis, ficut & fossa fudibus instructa firmatum; nihil tamen sive de vallo obsidionali, sive de machinis, quamquam opportuna non semel occasio, maxime in descriptione obsidionis Trojanæ, fupperet. Sardanapalus, celebre inter Assyriæ Reges nomen, obsidionem Ninives feptennio sustinuit, quod scilicet nullis machinis Urbs premeretur; non enim adhuc obtinuerant, ait Diodorus Siculus lib. 2. Nullæ tunc balistæ interquendis lapidibus, nullæ testudines suffodiendis mœnibus, nulli arietes dejiciendis. Aliquanto post obsidio Samariæ a Salmanassare suscepta triennio duravit (19), altera Azoti per Psammitichum 20. (†). Scitum est, quantum annorum in obsidenda Troja Græci insumpserint. Hujus morę causa omnis in machinarum defectum referenda est.

(e) Ofias Rex Juda, cujus Regnum ab A. M. 3194. usque ad 3247. duravit, ac fere proinde suppar Sardanapalo, qui post 20. Regni annos diem clausit A. 3257. Ofias, inquam, instructissima armamentaria comparavit (20); in quibus clypei, & hastæ & galeæ, lori-

(1) *Judit.* 8. 16. (2) 2. *Par.* 25. 12. (2) Humanitatis in bello exempla. (3) 3. *Reg.* 20. 37. (4) 4. *Reg.* 6. 21. 22. (5) 2. *Par.* 28. 8. 9. &c. (6) Urbium obsidiones. (6) 2. *Par.* 7. 4. (7) 2. *Par.* 11. 5. 6. (8) 2. *Par.* 14. 7. (9) 2. *Par.* 17. 17. 18. (10) 2. *Par.* 26. 6. (11) 2. *Par.* 32. 28. 29. (*) Vallum quo obsessæ Urbes cingebantur. (12) *Deut.* 20. 19. 20. (4) Machinæ obsidionales. (13) *Josue* 8. 2. 4. (14) *Judic* 20. 29. (15) 1. *Reg.* 15. 5. (16) 2. *Reg.* 5. 6. 7. (17) 2. *Reg.* 20. 5. (18) 2. *Reg.* 11. & 12. (19) 4. *Reg.* 17. 5. (†) *Herodot. de 70. Interrp.* (c) Ofias bellicarum quarumdam machinarum inventor (20) 2. *Par.* 26. 14.

loricæ & fundæ ad jaciendos lapides. *Fecit etiam Jerosolymit diversi generis machinas, quas in turribus collocavit, & in angulit murorum, ut mitterent sagittas & saxa grandia; ejusque est nemen ejus procul, eo quod auxiliaretur ei Dominus, & corroboraſſet illum.* Rex igitur ille machinarum ejusmodi primus author habendus, ut nihil simile superior ætas viderit. Post septuaginta annos earum usus aperte in Scriptura exprimitur, quas a Regibus Chaldæis adhibitas legimus. Nabuchodonosor in obsidione Jerusalem An. 3416. & Tyri triennio post An. 3419. balistis & aretibus obsidentes premebat. Ita futuram Jerusalem obsidionem describit Deus apud Ezechielem (1): *Sume tibi laterem, & describes in eo Civitatem Jerusalem, & ordinabis adversus eam obsidionem, & ædificabis munitionet, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietet in gyro.* Alia etiam de arietibus mentio apud eumdem Prophetam, cum Nabuchodonosorem inducit (2) deliberantem, & virgas divinatorias commoventem, num obsidio Jerosolymæ suscipienda, & urgeudi in occluſas ejus fores aggeres. Vox Hebræa originalis, sicut Græcæ, Latinæ, ac Gallicæ Verſiones, verum arietem significant; quod sane præpoſitum eſt ut ad litteram intelligatur. Vox Hebræa eſt *ear*, e quâ *Carcamuſes*, vetus arietis nomen apud Gallos: *Carcamuſas arietes vulgo reſonantes*, ait Abio in Historia obsidionis Parisiensis.

Idem Ezechiel Tyri obsidionem, quam prophetico oraculo prædicit, ita plane ſuscipit deſcribendam (3): *Circumdabit te munitionibus, comportabit aggerem in gyro, & elevabit contra te clypeum, & vineas, & arietes temperabit in muros tuos, & turres tuas deſtruet.* His phraſibus: *Elevabit contra te clypeum*, tuſinuari facile credimus teſtudinem, cum nempe militum manus, conſertis ſupra caput ſcutis, quandam teſtudinis ſpeciem ictibus imperviam faciunt. Porro hæc clypeorum teſtudo, quibus veluti pilcium ſquammatæ loricæ ſpecies exprimebatur, adeo ſolidæ erat texturæ, ut interdum pavimentum alteri militum manui ſuper illam in prælium gradienti præberet. Quin & equos & currus tuto ſuper illam procurriſſe aliquando plures teſtantur (4).

Quod ad machinas, funibus inſtructas, quarum in Prophetæ mentio, ſpectat, de balistis ſive catapultis Interpretum plerique dictum interpretantur; de machinis nempe, quibus ſagittæ telaque vel etiam immanes lapides ejaculabantur. Non incongrue pariter de ariete uſurparetur; immani nempe trabe æneo atietis capite in extremitate armata, (5) quæ enim a militibus in murum ſolidiſſimæ etiam ſtructuræ urgeretur, nihil erat tam firmum, quod non diſſolveretur. Interdum omnibus amotis funibus, ipſi per ſe milites machinam ſuſtinebant; interdum funibus ſuſpenſa, vel ſubjectis cylindris rotata impellebatur. Porrigebantur trabes illæ aliquando ad 80. interdum ad 100. & ad 120. pedes. Quem Appianus in obſidione Carthaginis deſcribit, aries immanis erat, adeo ut non minus quam 6000. militibus urgeretur. Ejuidem machinæ inventæ honorem Epeo an obſidione Troje Plinius tribuendum cenſet (6); ſed Vitruvius lib. 10. cap. 19. & Tertullianus de Pallio aliique a Carthaginienſibus repetunt. De primo ejus Authore nihil quidem in Scripturæ; ſed ejus uſum in obſidione Jeruſalem, & facile etiam Tyri per Nabuchodonoſorem obtinuiſſe faris ex illa intelligimus. Tandem *funicea illa machina* exponi poſſunt, unci five maniceæ ferreæ, quæ longum trahentes funem in ſuperiora mœnia projiciebantur, dejicendæ five mœuium ipſorum loricæ, five defenſoribus deturbandis. Noti enim erant apud veteres corvi five maniceæ ferreæ in obſidionibus ad eumdem uſum opportunæ (7). Hucpariter ſpectaſſe potuit locus 2. Reg. 17. 13. Achitophel Abſalomo ſuggeſſerat, ut inparatum adhuc, & ne dato quidem ſe colligendi tempore, Davidem aggrederetur, ſtatimque prælio fractum, & in Urbe quacumque ditionis ſuæ ſele continentem premeret obſidione; tunc enim, pergebat, *circumdabis omnis Iſrael Civitati illi funes, & trahemus eam in torrentem, ut non reperiatur ne ſa'unlus quidem ex ea.* Trojanos caſtra Græcorum aggreſſos deſcribens Homerus (8), avultas ab iis dicit pinnas murorum, ſicut & turrium fundamenta luſſi ſta.

(a) In Urbibus vi captis alta furoris lui veſtigia relinquebant victores. Quæ olim iniuetæ crudelitatis exempla in Chananæuide eddiderunt Hebræi, illa Divinæ ultionis Juſtitia ab omni crimiuis iuſpicione exeulat. Cavet enim Deus, ne præpoſtera miſericordia in hoſtes illos tangeretur (9): *De his Civitatibus, quas dabuntur tibi, nullum omnino permittes vivere ſed interfices in ore gladii.* Id ſi alias unquam, adverſus Jericho a Joſue præſtitum (10), quam Urbem ille funditus evertit; cives omnes trucidavit, atque diris devotus, qui illius reſtituendæ conſilium ſuſcepiſſet. Abimelechus ultionem in urbem Sichem tam acerbe proſequutus eſt, ut ejus ruinas ſale diſſeminaverit (*). Nec clementiores Iiraclitæ, quibus non raro furor & impotentia ſimulta in devictas Paleſtinæ Urbes, & in ſtatres etiam ſuos conſilia tuggerebant. Sed nihil magis five a Regibus Judaicis, ſive a puſſionibus Divinis abhorrens. Vidiſſes illos mites, pioſque in Chananæos, quos peidere jubebantur; jacebos vero lævolque in ſtatres ſuos; quemadmodum & alias non raro, ſed potiſſimum in bellis inter Reges Juda & Iſrael, ſicut & inteſtinis domeſticiſque ſpectatum eſt.

Quid potiſſimum in dividenda præda ſervaretur, alibi fuſius profecuti ſumus (11). Optimior portio Deut cedebat. Si quid fuiſſet diriſſimum, illud munus Domino in Templo conſecrandum reſervabatur. Quidquid reliquum erat, æquis portionibus inter milites, tam eos qui manum conſeruerant, quam qui ad farcinas manſerant, dividebatur. Plus aliquid ſibi præſtandum cenſuit Judas Maechabæus, miſſa de manubiis Nicanoris ad ægrotos, viduas, & orphanos portione (12). Quo præmio aliquo virtus, & prudentia Judith donaretur, omnia quæ ad Holofernem pertinebant, tentoria, veſtes, aurum, argentum, illi a populo collata. Reliquæ æquis portionibus diſtributa ſunt. Judith 15. 14. &c.

(b) Repenſa militibus præmia varia fuerunt pro rei geſtæ, & circumſtantiarum varietate. Quicumque Goliath Gigantem viciſſet, illum ſocupletem gazam, nuptias regias, & omnem a vectigalibus immunitatem ſperare Saul juſſerat. David ſingulari prælio victoriam reportavit; Saul tamen gloriæ hinc derogatarum ſe ratus, ſi præſtitam fidem religioſe liberaſſet, vitium coegit, ut antequam optatis nuptiis potiretur, centum ex oceiſis Philiſthæis præputia rependeret. David Regno potitus, copiatum ſuarum imperium viro illi ſpopondit, qui primus in mœnia Jeruſalem, pulſis Jebuſæis, evaſiſſet (13). Quo eam conditionem implevit, & præmia reportavit. In bello Abſalon adverſus Davidem miles quidam vidiſſe te Abſalonem ex arbore ſuſpenſum Joabo renunciavit; cui ille (14): *Si vidiſti, quare non confeciſti eum cum terra? Ego dediſſem tibi decem argentiſicles, & unum balteum.* Suprema in Iſraelitas, qui Transjordana tenebant, authoritate potiundi Jephte in cauſa fuit, quod populatium ſuorum animos, liberata a tyrannide Ammonitarum regione, ſibi obſtrinxiſſet (15). Præmii militaris genus ſunt etiam epinicia, quæ in laudem victorum a fœminis puellisque cantabantur. Jephte e prædio regredienti occurrit filia cum puellarum choro, cantilenas chorea ſque ducens; 16. & fœminarum Iſraelis chori in honorem Davidis ingeminabant. 17.; *Percuſſit Saul mille, & David decem millia.*

Diſſert. Calmet. Tom. I. Q 2 An

(1) *Ezech.* 4. 1. 2. (2) *Ezech.* 21. 22. (3) *Ezech.* 26. 8. 9. (4) Vide, ſi placet, *Lipſium Poliorcet. Dial.* 5. & *Liv. I.* 44. (5) *Vide Joſeph. de Bello l.* 3. *cap.* 9. (6) *Plin. lib.* 7. *cap.* 56. (7) *Dioder. lib.* 17. (8) *Iliad. M.* (9) Victorum crudelitas. (9) *Deut.* 20. 16. (10) *Joſue* 6. 26. (*) *Judic.* 9. 45. (11) *Num.* 31. 27. & 1. *Reg.* 30. 24. 25. (12) 2. *Macch.* 8. 28. (13) Præmia militaria. (13) 2. *Reg.* 5. 8. (14) 2. *Reg.* 8. 11. (15) *Judic.* 11. 8. 9. (16) *Judic* 11. 34. *Occurrit ei unigenita filia ſua cum tympanis & choris.* (17) 1. *Reg.* 15. 12.

(a) An apud Hebræos receptus fuerit mos erigendi trophæa, & perpetua relatæ victoriæ monumenta, ex Scriptura non dissimulo. Unicum tamen ejus rei exemplum suppetit de Saule, eo nomine reprehenso, quod sibi fornicem triumphalem in Carmelo erexisset (1). Hebræus exprimit tantum: *Manus*; quod sive de columna, sive de alio quocumque monumento non incongrue interpretaremur. Religiosior Moysis non prophanum aliquod monumentum, sed Aram Domino de victoria in Amalecitas relata monumentum consecravit, eo adjecto lemmate (2): *Dominus vexillum meum*. Eamdem Legislatoris mentem secutus David, Gigantis gladium, & reliqua arma omnia trophæum Domino in Tabernaculo suspendit; quem admodum & ditissime quæque hostium spolia in sacra Ærasia ab illo relata legimus; legimusque pariter de Samuele, Saule, & religiosissimis quibusque eorum successoribus (3). Ita relatus de prospero armorum successu in Deum honor, agnitusque ipse eo veluti tributo summo armorum omnium arbiter, & Dominus.

IN LIBRUM JOB
PROLEGOMENON.

CUM Job laudabilem in rebus pietatis, & religionis vitam plurium amorum patio (4) exegisset, permissus a Deo Satanas, ut virum tentaturus bonis omnibus exspoliaret, filiis orbaret, domum everteret, necessariis tandem omnes arceret. Datum illi pariter, ut lævo morbo, & adversus omnes medicinas contumaci corpusculum illius depasceret, eo rigore, ut citra mortem nihil relinqueret intentatum. Pius ille vir suorum omnium auxilio destitutus, ad extremas rei familiaris angustias redactus, perpetuo ulcere contabescens, subiitrato fimo decumbens, & fluentem toto corpore saniem tella radens, numquam tamen tot ingruentibus malis tentatus animo dejectus est. His accedebant vilissimorum hominum insultus (5), uxoris numquam non recte pieque facta viri exprobrantis mollitiæ (6); ecquid non? Numquam tamen a Dei plagas infligentis manu parce mentis oculos Jobus avertit.

Sparsa jam longe lateque calamitatis illius fama quatuor ex ejus amicis ad luctuosum spectaculum accivit. Cum primum venissent, ulceribus scatentem nacti, vix notum vultum agnoscere valuerunt. Septem integros dies in silentio utrinque perseveravit est; hæreutibus viris illis ad tristè miserandumque spectaculum. Tandem primus Job longum silentium abrumpens, acerbas eas vicissitudines alterando luit. Tunc amicus, quibus illud (aiburdum alioqui) constitutum erat, neminem malo aliquo immeritum premi; nec ledulo distinguentes inter pœnas a Deo pericli faciendi virtutis amicorum suorum gratia immissas, ceteraque quibus in crimina animadvertebatur, viri sancti querelas veluti animi humanum aliquid in tot malorum angustiis patientis haberunt, seriosque hortati sunt, ut eruditum pœnitendine, atque devoti animi subjectione inflicta a Deo mala portaret; sciret enim neminem nisi pro meritis puniri. Job vitæ si se actæ probe conscius, & eo conscientiæ lux testimonio securus, contendebat, omnia, quibus premebatur, mala graviora esse, quam pati pro meritis debuisset; falli proinde amicos, si eas omnes, quas homines patiuntur, pœnas pro meritis repensas crederent. Quæ cum plenus fiduciæ differeret, nihil se timere dixit, si eorum Divino tribunali vocatus causam suam dicere cogeretur. Dicto illo offensi amici, pro eo, ut virum blandioribus verbis solandum aggrederentur, velut impium & blasphemum durius reprehenderunt.

Totum igitur Libri argumentum in agitanda maximi momenti quæstione illa versatur: an scilicet Deus viros tantum impios, sibique adversarios infictis in hac vita malis puniat, quos inter Jobus jure meritoque accenseatur. Affirmabant Amici. Contra vero Job pluribus contendebat, sæpe viros etiam amicos malorum experimento a Deo probari; te autem nulla gravissimorum adeo criminum conscientia reprehendi, ut tam acerbe secum a Deo agi necesse esset. Hinc controversiæ tandem finiendæ Deus e nube spectandum se præbens, pronuntiavit, vera quidem Jobum defendisse; non tamen probare se significavit, ea, quæ inter disputandum, & in zelli doloris impetu aceurata Jobo exciderant. Simul autem amicos illos reprehendit, injungens, ut sacrificiis crimen tuum expiarent. Secundum hæc, justus a Deo Saran, viro tancto tandem abstinere; statimque a morbo convaluisceus, tum & pristinam sanitatem, cum & duplo locupleriorem, quam olim potiebatur, gazam, tum & filios recepit, &, quod caput est, felici exitu vitam ille suam meritis plenam claussit. Hæc Libri Job summa.

Ea quoudam, & nostra pariter ætate, falsa quidem & abhinda per universum ferme Orientem obtinet persuasio, neminem nisi eximium fuorum merito, puuri, ut nihil nobis mali contingat, nisi quod in nos antea criminibus provocaverimus. Is autem ex metempsychosis in illis regionibus longe lateque pervagata opinione malæ radicis malus surculus prodivit. Nec ab ea re in specie quidem plausibili abhorruisse plurimum Hebræi videbantur, ut non minimi momenti rem moliretur, si quis argumentum erroreni fulciprsset. In hunc fecpum celliunant historiæ Tobiæ, & Job, ambæ viros justos malis plurimis iisque gravissimis oppressos exhibentes. Porro documenta illa & exempla semper quidem necessaria habenda sunt, tunc vero maxime, cum perseeutiones & publicæ calamitates delæviunt. Invaluit inde opinio hunc Librum in ipsa Ægyptiaca sive Babylonica captivitate adornatum fuisse, quo Hebræi fulatio aliquo levarentur.

Nullus est in Sacra Scriptura Liber adeo adversariorum obtrectationibus petitus. Libro Jobi obnoxius, nullus implexior; quibus dubitationibus subinvolvendis parum lucis in ipso Opere affulget. De Jobo ipso quis, & an fuerit, quo vixerit tempore, quave in regione, ambigitur: obicura etiam viri origo, Religio, Operis Author, scribendi oeeasio, veritas & authoritas. Earum quæstionum partem in Commentariis excussimus, pars reo in examen modo revocanda est.

An Idumæum, vel Arabicum, vel Syrum, vel Israëlitarum genus retulerit Jobus, non iatis convenit. Duæ tamen præ ceteris & numero Scriptorum & authoritate probantur opiniones. 1. Ab Ebru, 2. a Nachor vium illum accersit. Utriusque opinionis afferiores viri doctissimi, nec infirma ratiouum monumenta afferuntur; quibus tamen eave credas ut certi aliquid exploratumque habeatur. S. Hieronymus QQ. Hebr. in Gen. Alcuinus, Beda (7) S. Isidorus (8), Rupertus in Gen. 22. & 36. Lyranus, Spanhemius

(a) Trophæa (1) *1. Reg.* 17. 54. *Quod venisset Saul in Carmelum, & erexisset ibi fornicem triumphalem Hebr. Hinni matzsif. le.* (2) 4. *Reg.* 11. 10. (3) 1. *Par.* 26. 26. 27. 28. (4) *Job* 13. 16. *Vide Commentarium.* (5) *Job* 30. 9. *Filii stultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes, nunc in eorum canticum versus sum.* (6) *Job* 2. 9. 10. (7) *Beda seu quis alius in Job* 1. (8) *Isidor. seu alter de vita & obitu Patrum.*

mius (1) e genere Nachor repetunt. Reliqui Patres Græci, Latinique (2) & vulgo Commentatores (3) contrariam opinionem defendunt; quibus suffragatur vetustissima additio in calce Exemplarium Septuaginta, & Veteris Vulgatæ Latinæ, qua diserte dicitur. Jobab quintus ab Abraham e genere Esau statuitur. Eusebius Præpar. lib. 9. cap. 17. ex Alexandro Polyhistore refert Artifex sententiam, ex eadem additione deductam. Porro additio illa neque in Hebræo legitur, nec in Aquila & Symmacho; sed Teodotion, qui filem Exemplarium Septuaginta religiosius sequitur, nihil in ea re fibi licere arbitratus, sancte illam servavit. Quare ut opinionem tanta vetustatis asfertione munitam deseramus nihil apud nos valere poterit, nisi major aliqua & omnino irrefragabilis authoritas. Quæ sane tam longe abest ut ab Allertoribus contrariæ opinionis afferatur, ut nihil habeant tam firmum, quod tolvi minime possit. Eam vero sequutis hypothesim, quæ ad Jobum ejusque amicos pertinent omnia prona sunt & aperta.

Qua vixerit ætate Jobus, res est in ambiguo. Sunt qui coævum statuant Patriarchis, & Moysi vetustiorem (4); sunt qui Moysi, & servituti Ægyptiacæ Hebræorum supparem, malunt; alii cum tempore itineris Israelitici per desertum, sive cum Judicum ætate componunt (5). Revocant alii ad Davidis & Salomonis tempora (6); alii ad usque captivitatem Babylonicam, vel ea durante circiter. Tandem sub Assuero Rege & Esther vixisse, atque scholam Tyberiadis in Palæstina rexisse, antequam Babylonius Babylonem duceretur Rabbinorum quorumdam est sententia (7). Sanior tamen Judæorum pars natalem ejus annum componunt cum priori Patrum fuorum in Ægyptum ingressu; obiisse vero dicunt, quo anno ipsos Deus eodere contigit. Ad illum vero spectare credunt locum Numerorum 14. 9. *Recessit ab eis omne præsidium.* (Hebraic *umbraculum*) Deus enim, inquiunt, educto e Gentilibus Job, omni illos præsidio nudavit (8). Recepta magis opinio (9) ad Moysis ætatem revocat, ut historia Jobi inter Genesim Exodumque media statuatur: ac proinde calamitas viri accidisse credenda est, antequam Israelitas ex Ægypto faecssere contingeret. Sed in ejusdem Libri contextu animadvertisse quædam autumamus, quibus nosse Jobum prodigium in transfretatione Eiytheæi, & de Lege Domini quædam probaretur. Quare certam opinionis malis Jobi epocham post aliquot ab egressu ex Ægypto annos statuimus.

Alterum, quod negotium faceste, illud est, minimum quis potuisse num Libri Author habendus sit. Sant qui Jobum ipsum de se scripsisse crediderint (10); sunt qui Eliu maluerint, vel saltem Jobum ipsum cum amicis; sunt etiam, qui Moysen, vel Salomonem, Isaiam, aut recentiorem adhuc Scriptorem. Nihil sane in Textu occurrit, quod satis aperte Authorem prodat; neque an ipse de se Jobus sive alius quicumque, Judæusne, vel aliam professus Religionem, scripserit. Ceterum quis hæc scripserit, ut verbis S. Gregorii Magni Præf. Moral. in Job utar, *valde supervacue quæritur, cum tamen Author Libri Spiritus Sanctus fideliter creditur.*

Origenes contra Celsum lib. 6. testatur Opus illud esse Moysi ipso vetustius; nec Syros ab ea sententia recessisse credimus, quippe qui omnium Librorum canonicorum primum Jobum statuant. Pseudo-Origenes in Comment. in Job, ejusdem viri opera Syriace scriptum Librum autumat; a Moyse vero ita Hebraice translatum, ut litteræ non serviret. Nonnulla enim de suo adjecere sibi visus est, veluti de obitu Jobi historiam, sicut & alteram in ipso Libri exordio de Satan, qui coram Deo in cœtu Angelorum, sive filiorum Dei stetit; cequis enim alius, inquit ille, præter Moysen, noscere rem illam poterat? Addit insuper, Operis illius lectionem diebus jejunii, sicut & cum Passioni Domini, cujus Jobus figuram exhibet, sacrum tempus recurrit, in Ecclesia fieri.

Alius etiam Jobi Interpres sub cmentito Origenis nomine latens (11), luculentius asserit, Moysen ipsum eum Librum litteris mandasse; quæ etiam sententia nostræ ætatis plerisque probatur (12). Scriptum autem censent a Legislatore, quo tempore in Ægypto populus opprimebatur, vel saltem cum tædio longioris peregrinationis affligeretur, ut eo solatio molestiam levaret. Verum si Moysi Authori sine controversia tribuendum esset Opus, numquam Judæi de illius Authore inter se discepatasent. Cur in Veteri Testamento ante Ezechielem, & Tobiam ne nomen quidem Jobi legitur? Unde tanta barbararum vocum eluvies, unde Chaldaicarum, Syriacarum, & Arabicarum, cum Pentateuchus purissime fluat?

Opinio quæ Salomonis Operis Authorem constituit, jam inde a pluribus ætculis cœpit, cum & asserforem habeat Gregorium Nazianzenum Orat. ad Exequatorem, & Polychronium (13), aliosque nonnullos; inter Recentiores vero defenditur a Spanhemio Hist. Job, Jaqueloto (14), & P. Harduino (15). Porro Harduinus animo emortuali m Jobi constituit anno 35. Davidis i scriptique Operis a Salomone epocham confert in annum 30. ejus Regni. Verum quando posbuerint ea hypothesis, Opus illud Salomonis tribuens, ut Jobum sub Regno Davidis, sive Salomonis collocaremus quis cogeret? Habemus plane perfuasum, virum illum Sanctum utroque eo Principe multo esse vetustiorem.

Quod eam opinionem de Salomone invexit, illud potissimum fuisse videtur, multam scilicet sententiarum, vocum, & phrasium ejus Libri cum Libris Salomonicis, Proverbiorum, & Ecclesiastæ consensionem: ut nempe enim insigne Sapientiæ elogium extitur (16); vera Sapientia in eo constituitur, si timor in Deum teneatur; ejusdemque Sapientiæ solus author Deus ab Authore utriusque Operis asseritur (17). Ad hæc, phrasium & vocum consensus utrinque summus (18). Sermonem habet Jobus de mortuorum statu: idem ferme apud Salomonem recurrit (19). Patere oculis Dei sepulchrum, & Infernum habet Jobus, habet & Salomon (20). Bibere iniquitatem velut aquam, phrasis est utriusque (21). Invehitur tam Jobus quam Salomon in eos, qui muneribus fludent æquitatis dispendio (22). Spiritus seu ventos appendere Deum utrinque legimus (23).

(1) *Spanheim Histor. Jobi cap. 4. & alibi frequenter Vide & Bellarm. de scriptor. Eccles.* (2) *Athanas. in Synops. Chrysost. Hom. 2. de patientia. August. lib. 8. de Civit. cap. 47. Ita Esseb. Apollinar. & alii passim.* (3) *Abul. Rimd. Sanct. Sixt. Senens. Genebr. Torniel. Salian. Cornel. alii innumeri* (4) *Chald. alii, qui Dinæ sponsum esse volunt.* (5) *Gregor. Magn. Rabb. Eliezer, & Jachonan, Talmud. tract. Baba Batra, alii in Catena apud Cæyssot. & Polychron.* (6) *Talmudista, & alii apud Maim. more Nebech. c. 22.* (7) Vide *Talmud, Tract. Baba Batra.* (8) Vide *Talmud. loc. cit. cap. 1. Juchasim Olam Rabba cap. 3.* (9) *Ita Chronica & Hist. Hebr. Arabum, Orientalium. Petav. Usser. Voss. Sixt. Senens. alii passim.* Vide *Spanhem. Histor. Jobi cap. 6. pag. 106.* (10) *Gregor. Magn. Præfat. in Job. Pseudo-Origen. Sixt. Senens. Dion. Brix. Præfat. in Moralia Greg. alii plures apud Spanhem. Hist. Jobi cap. 13. pag. 221.* (11) *Comm. in Job a Perionio Latine editus* (12) *Talmud in Baba Batra, Kimchi, Polychron. Philipp. Abul. Isidor. Julian. Halicarnass. Torniell. Salian. Bellarm. Mercer. Baldus. Huet. Origenian. lib. 3. in appendice & alii innumeri.* (13) *Polychron. in Catena* (14) Jacquelot. *Dissert. de existent. Dei cap. 23.* (15) *Chronol. Vet. Test.* (16) *Job.* 28. 12. *Prover.* 8. 11. (17) *Proverb.* 1. 7. *Job.* 28. 28. (18) *E. G. yhoshiyah lob.* 5. 12. & 6. 13. & 11. 6. 12. 16. & 26. 2. & 30. 22. *Prover.* 7. 3. & 3. 21. & 8. 14. & 18. 2. *Item havah, pravitas, Job* 6. 30. & 30. 13. & 7. *Prover.* 10. 3. 11. 6. & 17. 4. & 19. 13. *Item shachhu luth. Prover.* 1. 5. *Job* 37. 12. *Item posha lob.* 5. 2. *Proverb. passim. Item avadon scheol Iob.* 26. 6. & 38. 12. & 30. 2. *Prover.* 27. 20. & 15. 11. &c. Grot. notavit in Ecclesiaste voces quasdam Chaldaicas. Vide Præfat. in hunc Librum. (19) Confer *Job* 21. 33. & 26. 5. & 12. 22 *cum Prover.* 9. 18. (20) *Job* 26. 6. *Prover.* 15. 11. (21) *Job* 15. 16. & 34. 7. *Prov.* 26. (22) *Iob* 15. 34. *Prever.* 15. 27. (23) *Iob* 28. 25. *Prov.* 16. 2.

Jobus ad amicos dicebat, ex eorum silentio, si nullam unquam vocem emisissent, judicium de ipsorum sapientia capiendum fuisse; stultum silentem tamquam sapientem. haberi Salomon docuit [1]. Gigantes in inferno collocat Jobus: cœtum sive locum Gigantum infernum denominat Salomon [2]. Divitiis inique collectis numquam juvari virum impium, sed illas in manus justorum dilabi, ait Jobus; ait & Salomon [3]. Tumidæ mentis audaciam humilitatem consequi plerumque, sæpius inculcat Salomon: quod ipsum & Jobus asseruit [4]. De creatione terræ, marisque pacta utrinque specties [5]. Peritiarum impium ejusque memoriam, futurum tandem ut male oleat veluti dapes corruptæ utcunque profiteur. [6].

Plura hujus saporis cogerenda fuissent; quamquam ea quæ ad moralem spectant disciplinam, minus argumentum urgere videntur. Quod autem in rem præsentem facit, illud est, plura utrinque spectari principia, sententias, & voces; voces, inquam, quarum partem frustra alibi quam apud Jobum, & Salomonem quæras. Porro de hac principiorum Jobi & Salomonis contentione alibi etiam sermo redibit. Ad hæc stilus florentior, sublimitas sententiarum, argumenti dignitas, digerendi ratio, eruditionis pompa, & ingenii fœcunditas satis produnt Salomonem.

Veram in Libro historiam contineri Grotius faretur [7]. Vixisse autem Jobum credit in Ausitide; Idumæam originem trahere; atque ad tempus illud spectasse, quo Judæi iter habebant in deserto. Authorem Operis constituit Judæum aliquem Davide, & Salomone recentiorem, cum plures in eo phrases, & sententias animadverterit e Psalmis, & Proverbiis derivatas. Scribendi vero Operis consilium fuisse credit, ut Idumæi in captivitate Babylonica tabescentes, solatio aliquo levarentur, simulque in cultu Domini confirmarentur. Quare Operis scriptor Idumæus aliquis habendus est, postremis Nabuchodonosoris annis floruisse; hæc enim ab Authore constituta Idumæorum captivitas nonnisi post quintum ejus Principis annum [8] contigisse videtur.

Verum captivitatis hujus nullum extat in S. Scriptura vestigium. Minitantur quidem Idumæos Prophetæ futurum, ut bellis, dispersione, ac extremis quibuique malis opprimantur; nihil tamen habent de captivitate: & cum sermo est apud illos de gentibus e Babylonia regredientibus, filiorum Esau ne nomen quidem exprimunt. Videsis nostram Dissertationem de regressu e captivitate Ammonitarum, Moabitarum, aliorumque. Ad hæc, Ezechiel eversionem Jerosolymæ ante aliquot obsidionis a Nabuchodonosore susceptæ annos prænuncians; sermonem habet de Jobo, veluti de Viro jam longe lateque fama notissimo. Nec de viro adue in viris agente loquutus fuisse Propheta credendus est, quemadmodum & Danielem tunc temporis Babylone versantem commemorat: nam præterquam quod ea Jobi ætas systemati Grotii repugnaret, autumantis virum illum Hebræis iter per deserium agentibus iupparem fuisse; Tobias, qui pluribus ante Ezechielem annis in urbe Ninive florebat, calamitates Job, veluti historiam quæ jam inde a pluribus annis contigisset, commemorat. Rejiciamus igitur eorum opinionem oportet, qui Jobum sive Operis illius Authorem constituunt, vel statim ante captivitatem, sive ipsa jam premente, vel jam soluta; nec melior reputanda, quæ adversus omnem veri speciem cum ætate Affueri, alio nomine Darii filii Histaspis, Jobum componit.

Coduetus in eo cum Grotio consentit, quod Opus illud a puoli Jobum literis mandatum fuisse teneat. Virille Sanctus, inquit, Moyle ipso recentior fuit; sed rerum ab ipso gestarum historia multo ea ætate recentior est, cum ad Psalmos Davidis & Proverbia Salomonis non semel spectasse deprehendatur; illis utatur vocibus, quæ non prius quam post illos duos Reges obtinuerint. Quæ de Angelis Satan apud Authorem legas, hæc cum ætate noviisimorum Regum Juda satis congruunt. Voces ultra centum occurrunt in veteribus Libris Hebræorum plane ignotæ, quarum significatio nonnisi e Chaldæo, Syriaco, & Arabico ac recentioribus Judæorum Scriptis repetenda est. Nec minoris in eam rem momenti habenda sunt expressa aftrorum nomina, & ornamenta sermonis, veteribus Judæis insueta. Hæc Coducrum movent, ut Authorem hujus Operis suspicetur sive Prophetam aliquem Idumæum [9], sive Isaiam Prophetam, scriptum enim circa ea tempora Opus arbitratur. Eruditio, sententiarum, & stili majestas, ac eloquentia satis cum Isaia quadrant; recurrunt etiam voces nonnullæ eidem Prophetæ familiares. Ipsum Isaiæ nomen sub verborum quibusdam ambagibus latens in ipso Libri exordio deprehendisse sibi Coducus blanditur, in primis illis Textus originalis verbis *Isch-haiah*, vir fuit &c. Bellum argumentum.

S. Gregorius Magnus to. 1. p. 110. & 665. tradit, Librum hunc Latine ex Hebræo, & Arabico versum fuisse; & S. Hieronymus in Præfatione in eumdem Librum, scriptum esse testatur Hebraice, Syriace, & Arabice, vel saltem trium illorum specimina quædam unum idemque Exemplar præferre.

Ingeniosus aliquc nonnulli Opus vindicant Elihu amico & acciisimæ cognitionis vinculo cum Jobo conjuncto, si uterque e Naehor, uti creditur aliqui-bus, deducatur. Huic opinioni favet utcumque locus Job 32. 16. 17. ubi ita loquens Elihu inducitur: *Exiimeunt, nec respondeerunt ultra, Quoniam igitur expectavi, & non sunt loquuti; respondebo & ego partem meam.* His verbis tamquam Operis Authorem designare te Elihu videtur. Sed quid facient ejus opinionis aff-rtores, cum non ille tantum sed & ubique in toto Opere ipsi de se viri amici Jobi loquentes inducuntur, quasi actores in scena? Ipsemet Jobum hunc [10] Paganum quemdam esse suspicatur, qui e superiori loco in humilem fortunam recidens, ac tandem priori restitutus, de Providentia Divina disceptandi occasionem pluribus exhibuerit & materiam: ipium vero Operis Authorem credit Librum scribendum per otium luiscpisse, non verba quidem Jobi referentem, sed varias aliorum sententias. Quo autem magis magique Opus placeret, ad normam Poeticarum Lucubrationum formasse, cœtum Deorum, cui se Momus vel Satan exhibuerit, in medium adducendo. Opus est igitur, si Authori credamus, a pagano scriptum, quod tamen Hebræus aliquis recentiusse debuit cum & nomen Jehovah scriptum legatur: 11; & ab Idololatria quacumque, ea pariter, quę Soli & Lunæ cultum minus illum reprehensibilem impendit, Lectorem arcear [12].

Profecto si Pagani nomine vir aliquis significaretur, qui nec Mosaicam L: gem neque ceremonias ritusque servarit, concedimus non invisi Jobum tamquam Paganum aliquem habuisse, quod vulgo Commentatoribus maxime probatur. Si quis tamen Idolatram aliquem designari contenderit, qui nec Deum noverit neque cultum ipsi purum impenderit, nec vitæ sanctimoniam coluerit; illi plane Paganum appellare Jobum numquam per nos licuerit.

Quicumque tandem habeatur Operis hujusce Scriptor, illud exploratum certumque est: 1. Authorem esse Dei Spiritu afflatum cujus mente Divino irradiata lumine, manus & spiritus dirigebatur, ut viri sancti gesta omnia & sermones religiose sanctæque referret. 2. Judæum esse, eloquentia & scientia & philosophia insignem, qui de Numine nec absurda nec vulgaria sentiebat. 3. Relatos ab illo sensus omnes Jobi ejusque Amicorum, quos ipse deductis ex Scriptura vocibus ita exprimit, ut characteres omnes loquentium, ita-

(1) *Prover.* 18. 28. *Job.* 13. 5. (2) *Prov. 9. ult.* & 11. 28. & 15. 16. *Job* 15. 5. & 21. 32. (3) *Job.* 27. 16. 17. *Prover.* 28. 8. (4) *Prover.* 16. 18. & 18. 12. & 29. 23. *Job* 22. 29. (5) Confer *Job* 38. 4. 8. *Prov.* 30. 4. & 8. 26. 27. (6) *Job.* 20. 7. & *Prover.* 10. 7. (7) *Grotius Prolog. in Job.* (8) Vide *Ioseph. Antiq. lib.* 10. *cap.* 11. *pag.* 345. (9) *Namque Idumæos aliquos prophetas fuisse autumat ut Judæum. Vide not. Preſat. in illum* (10) *Tyrell. Theol. Philit. c.* 10. *pag.* 830. (11) *Job* 12. 9. *Item cap.* 1. 21. & 42. 11. *Sapins* (12) *Job.* 31. 26.

ætatem, religionem, sensus, præjudicia, mores, situm regionis servavit. 4. Utitur plerumque nominibus *El*, *Eloha*, *Elohi*, *Saddai*, cum loquentem Job ejusque Amicos induxit; raro vero nomine Jehovah, nisi eum personam Historici ipse per se agit. Deum præterea designat ea phrasi: *Perfecta scientia*; quæ sane Authori peculiaris est ceteris ejus ætatis [1]. 5. Arabes Scenitas pro stylo Hebræorum [2] *Orientales* appellat [3]. 6. Proœllam a meridie ingruere dicit [4]. 7. Aurum a Septentrione [5]. 8. Sidera poli meridionalis in abdito latere [6]. Hæc plane omnia sive in Idumæum sive in Palæstinum quadrant, 9. Jordanem tamquam proximum celebratissimumque amnem commemorat. 10. Animalia omnia, plantas, gemmas, aves, quorum ibi mentio, in Idumæa, Judæa, finitimisque regionibus notissima sunt. Hisce characteribus Hebræum quemdam Authorem Operis agnoscas, qui Idumæum sive Arabem aliquem loquentem induxit.

Solemne esse Arabibus, inter quos Idumæi censebantur, defunctorum suorum curam negligere, ptiseis Scriptoribus referentibus diseimus [7]. Defuncta corpora, ait Strabo, sive inhumata relinquebant, sive fimo regebant, loesive immundis tradebant sepelienda, contra ac apud Ægyptios, & plerosque Orientales soleret. Veteris hujus indolentiæ vestigia cernimus in Jobo, apud quem de funie & vermibus, quibus defunctorum corpora scatent, mentio [8]. Sermo est etiam vicissim apud illum de sepulchris in perra excisis, & in solitudine constitutis; ex quo morem illum apud omnes æque Arabes non obtinuisse suspicamur. Vide Job 2. 14.

Receptum erat apud Hebræos, ut paternam hæreditatem, cum mares supperterent, fœminæ non adirent [9]. Contraria omnia apud Arabes, quod Auctor sedulo norat, narrans Jobum æquis portionibus hæreditatem suam inter filios filiasque distribuisse [10]. Elegantem veteris moris imaginem idem Auctor in rerum a Jobo gestarum serie depingit. Ipse per se vir sanctus sacrificia pro familia sua universa filiisque offert, nec nisi holocaustа [11]. Ipse per se juri dicundo præ foribus urbis adest [12]. Distissimæ domus proventus, nonnisi in gregibus onerariisque censentur. Greges camelorum, boum, caprarum, asinarum: nihil de equis; municipiorum ingens turba. Dominus spectandum se præbet frequenter [13]. Jobus vitam ad multos annos prorogat. His omnibus elegantem vetustæ ætatis ideam habemus; nondum superstitionibus, impietatibus ceteriisque criminibus, quæ deinde in mundum irrepserunt, corruptis hominum moribus. In omnibus æque sive Jobi sive amicorum sermonibus pura regnat ratiocinatio, ex inditis a natura Dei notionibus, debitoque in illum officio deductæ: exhibetur insuper sapientiæ Patriarcharum Legem præcedentium specimen illustre. Raro ex revelatione & Scriptura petita aliqua adducuntur; quæ si forte referri contingat, temper tamquam natura ipsa & experientia suggerente promantur.

Ejus Libri authoritatem omnes æque Christianorum Ecclesiæ profitentur [14]. Hebræorum nonnulli [15] & Christianorum etiam aliqui [16] in dubium revocarunt, sed rari illi, nec multæ apud suos auctoritatis. Theodorus Mopsuestenus nihil de Jobo, sed tantum de Operis Authore obloquitur. Illum enim accusat quasi degeneri quadam & fœda sapientiæ fuæ ostentandæ vanitate, simul ut omnem, quam comparaverat, fabularum & prophanarum historiarum mercem expanderet, Jobum ipsum absurda & tanto viro ejusque Religione indigna loquentem induxerit: quibus non morum ædificationi, sed potius corruptioni serviret. Addit ipsos Tragœdiarum Authores Scriptorem illum expressisse, qui pretium ex historia argumentum pluribus de suo adjectis corrumpunt verius quam ornant, contenti admirationem potius quam laudem sibi ab æquis Lectoribus comparasse. Ita plane, inquit, Author Libri Jobminus curavit, ut res gestas viri sanctissimi sincera narratione exprimeret, quam ut coneeptum in mente sua Heroem daret.

Hujus opinionis suæ momentum constituit Theodorus in iis, quæ in posteemo Operis cipire leguntur, de impostio scilicet filiæ Jobi nomine, *Cornu abundantiæ* sive *Cornu Amalthea*. Sed quid facier audax ille Criticus, cum in Textu Hebræo non Cornu abundantiæ, sed *eorum* seu *vas pigmenti* legatur? Nec cetera ejus momenta meliora sunt; Author enim Operis quicunque tandem censeatur, Jobum exhibuit, [quem ipse maxime in scribendo scopum intendebat] tamquam illustre justitiæ & patientiæ documentum. Id nobis semper ratum erit exemplique Ecclesiæ maxime consentiu nostram hanc sententiam probante, quoad usque contrarium omnino Theodorus non demonstraverit.

Præter Judæorum & Christianorum ea de re consensum, possent eriam veritati probandæ Sacrorum Authorum testimonia proferri. S. Paulus 1. Cor. 3. 19. hanc ex Jobo sententiam laudat: *Comprehendam sapientes in astutia sua* [17] Alibi etiam in novo Testamento ad nostrum hunc Librum apette spectatum. Confer e. g. illud Rom. 2. 11. *Non est acceptio personarum apud Deum*, cum altero Job 34. 19. *Qui non accipit personam Principum*; illud etiam 1. Timot. 6 7. *Nihil intulimus in hunc mundum; haud dubinm quod nec auferre quid possimus*, cum altero Job 1. 21. *Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc*: illud Hebr. 12, 5. *Filii mei noli negligere disciplinam Domini neque fatigeris cum ab eo argueris*, cum illo Job 5. 17. *Beatus homo, qui corripitur a Deo; increpationem ergo Domini ne reprobes*. Tandem Author Libri Sapientiæ ad idem Opus alludit, vel potius aperius aliquanto spectat [18].

Salva tamen Libri authoritate non defuerunt plures [19], qui de historiæ veritate ambigerent, rati, quæ in eo continentur, omnia ad parabolas & allegorias detorquenda. Job igitur, si illos audias Scriptores, Eliphaz, Eliu, ceterique Jobi amici, mentita sunt nomina, non secus ac mixta inter illos colloquia, omniaque ingenium sapiunt viri alicujus docti, qui non veram historiam, sed vere historiæ imitamentum, non quid contigerit, sed quid potuit contigisse, exponendum susecpit. Ut fidem opinioni suæ Scriptores illi afferant, omnia reducunt in medium; quę in historia majoris admirationis, & minus communia affeiuntur. Princeps quidam ditissimus, potentia & fortuna pollens, numerosa fobole felix, subitę fortunę casu in extremas rei familiaris miserias dejectus, malis omnibus oppressus, in ulcera faniemque desluens, suorum

(1) *Job* 36. 4. *Themim deeth immach: hunel. Kabir, velo jimat.* & 37. 16. *mipheleth themim deim.* (2) *Matth.* 2. 1. (3) *Jobi.* 1. 3. (4) *Job.* 37. 9. *Confer, Zacch.* 9. 14. (5) *Job.* 36. 22. (6) *Job.* 9. 9. & 23. 9. & 37. (7) *Strabo lib.* 16. (8) *Job* 17. 14. & 21. 26. & 24. 20. *&c.* (9) *Num.* 27. 8. (10) *Job* 42. 15. (11) *Job.* 1. 5. (12) *Job.* 29. 7. 8. 9. (13) *Job.* 4. 12. & 33. 15. & 38. 1. *&c.* (14) Vide *Natal. Alexand. Hist. Vet. Test. Differ.* 13. *propof.* 3. & *Concil.* & *PP. ab eo citat.* (15) Vide in *Talmud. Tract. Baba Batra par.* 4. *Maimon. More Nebochim*, *R. Schem Tob.* (16) *Theodor. Mopsuest.* Vide *Synod.* 5. *Oecumen. Coll.* 4. *art.* 63. *Jul. Afrikan. Anabaptiste* & *Luther. serm. Conviv. red. de Luthero negant Scultet.* & *Spanhem.* (17) *Job* 5. 13. *habet*: Qui apprehendit sapientes in astutia eorum. (18) *Job.* 28. 12. & *seq. Sapientia vero ubi invenitur? .... nescit homo pretium ejus ...: non dabitur aurum obryzum pro ea nec adpendetur argentum in commutatione ejus &c.* & *Sapien.* 7. 8. *Præposui illam Regnis & Sedibus, & divitias nihil esse duxi in comparatione illius. Quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tamquam lutum æstimabitur in conspectu illius. Job* 34. *Qui non accipit Personas Principum, nec cognovit Tyrannum, cum dixerimus contra pauperem. Opus enim manuum ejus sunt universi. Sap.* 6. 8. *Non enim subtrahet personam cujusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cujusquam, quoniam pusillum & magnitudinem ipse fecit.* (19) *Rabb. quidam in Talmud Tract. Baba Batra Maimon.* & *Anabaptiste, Salmas. in familiari colloquio apud Spanhem. Hist. Jobi.*

auxilio destitutus, orbatus filiis, & extremæ indigentiæ mala omnia sustinens; animo tamen ille instactus manet; & cum ab Amicis qui invisendum miserum hominem convenerant, impietatis & hypocrisis argueretur, innocentiam ipse suam acriter defendendam suscipit. Inter has disceptationes, Deus e nube, seu juxta veterem parænam, *Deus e machina* spectandum se præbens, Jobo litem adjudicat, amicos condemnat, ac tandem miserum in prioris fortunæ statum restituit. Quæ, rogo, Tragœdia si hæc non habeatur? Nihil hinc abest, non Actus, non Scenæ, non Actores, non rerum vicissitudines, non mirabile illud quod scena exposcit. Tria priora Operis capita veluti incundi Operis scenam parant; argumentum exponunt, & actores (1). Primus, quem vocant, Actus exordiitur a cap. 3. & in cap. 15. desinit. Secundum Actum aperit caput 15. & claudit cap. 22. Tertium tandem ducit cap. 22. desinit vero in cap. 30. cum icilicet Deus e machina spectandum se præbens, Tragœdiæ nodum exsolvit.

Inter duas hasce extremas sententias medii Scriptores nonnulli (2) sistentur, Jobum quidem in vivis egisse, ejusque Librum canonicum, sicut ejus historiam re quidem genuinam habendam: an vero colloquia illa inter Jobum ejusque Amicos ingenio Authoris deputanda sint ambigunt. Habent igitur persuasum, saporem aliquem Tragœdiæ ab Authore Dialogis illis inspersum, adscititius quibusdam ornamentis adjectis: ut singulos loquentes addúcat ætati suæ & rebus consona, salva tamen semper conceptuum & historiæ veritate.

Posteriores illi Critici quamdiu in hisce se limitibus continuerint, nihil nisi quod maxime probatur afferre videntur. Priorum sententia tum & veritatis habet parum, cum & periculi plurimum, rationum vero, quibus opinionem suam probent, nihil; totamque tandem ex Opere proventuram utilitatem subducunt. Quis enim viri patientissimi, itemque piissimi exemplo moveretur, si hæc omnia phantasiæ somniantis ludibria habenda sint? Qui inter Canonicas Scripturas reciperetur Opus ad arbitrium conflictum & allegoricum, cujus nihil utilitatis tamquam ex historia minime vera meniter? Merito proinde sententiam illam indignatges rejiciunt quicumque veritatis & Religionis amore tenentur; rejiciunt autem ferme omnes Interpretes Catholici, Judæi, Protestantes.

Porro adjiciendam hist otiæ veritatem moventur illi potissimum silentio Philonis, & Josephi, quorum postremus in catalogo Divinorum Librorum Jobum penitus omittit (3). Verum eodem in loco Josephus agnoscit probarque, non secus ac Judæi omnes, 22. Libros Canonicos, qui plane numerus numquam constabit, nisi in eenium Jobus referatur. Quæ autem neceslitas Josepho, & Philoni de Jobo loquendi? An omnes Scripturæ Libros referre, singulosque laudare profitebantur? Si gemini Judæi Authores silent, satis loquuntur Ezechiel (4), Tobias (5). S. Jacobus (6), Aristæas (7), apud quos aperta de Jobo mentio. Multum, etiam in eam rem confert assensus veterum Interpretum Græcorum, Chaldæorum, & Syrorum, tum & Judæorum in Canonem Librum illum recipientium, & Historiæ veritatem agnoscentium. Omnes tandem Patres, Origenes 8), Tertullianus (9), S. Cyprianus (10), S. Basilius (11), S. Chrysostomus (12), S. Augustinus (13), S. Hieronymus (14), S. Ambrosius (15), S. Gregorius Magnus: uno verbo, Judæi omnes, Christiani Ecclesiæ Græcæ paritet & Latinæ Catholicæ, & Protestantes, non intertuptæ traditionis seriem pro veritate hujus historiæ consituunt: exemplum Viri Sancti laudant, Festam illius diem celebrant, opem imploranr; solis iterum duobus tribusve entusiastis remere prorsus reclamasse fuecurrit, contra omnium Ecclesiarum, Synagogarum, cum & Sapientissimorum Doctorum consensum, reclamasse, inquam, fuccurrit, ac Viros Sapientissimos falsa venditasse, historiam illam tamquam genuinam etadendo jactare. Quis tantam audaciam ferat?

At enim multa sunt in sermonibus Jobi ejusque Amicorum absona, quæ veram pietatem corrumpunt magis quam confirment. Veterum hæc quæcumque tandem delicaulos hosce offendunt absurda, hæc, inquam, non in exemplum legentibus proponuntur. Ubinam scriptum legimus, quæcumque mala in Scriptura tamquam ab impiis facta dictaque traduntur, hæc in exemplum Lectoribus proponi? An impiorum dicta omnia, quod in Scriptura refertantur, probare oporruerit? Deus quin etiam ipse, si quæ minus recta Jobo ejusque Amicis inter loquendum exeideratur, hæc iuis verbis coreigenda fuisepit.

Quæcumque ardua de Jobo ipio ejusque ætate, origine, regione, Religione congeruntur, hæc sane numquam inter mortales egisse virum evincent. Quot enim occurrunt in historia Viri, quæ Scriptorum Operis, quorum tamen regio, professio, ætas, omnia latent? Profecto si inlueti aliquid retulisse ad damnandam falsitatis historiam satis habebitur, si intricati rerum nodi eventu aliquo subito exeussi, si insperata & prodigiosa valetudo suspicioni falsitatis ingerendæ sufficiunt; actum plane erit de historiis Iliac, Josephi, Moysis, Samsonis, Saulis, Davidis, Danielis, aliisque iexcentris.

Quod autem in historia Job, & Amicorum ipsius sermonibus indolem aliquam Tragœdiæ spectemus; nihil est quod miremur. Nihil enim ad verum accedit magis quam veri species. Tragœdiæ argumentum semper ex historia repetitur (16). Quot enim Tragœdiæ formatæ sunt ex historia Josephi, Esther, Mardochei, Cyri, Oedipi, Drusi, quos sane inter mortales egisse constat?

Nec tamen probanda sunt nobis Theodori Mopsuesteni commenta, Historicum Sacrum poeticę conjudam libertatis aceusantis, quippe qui vera falsis admiscuerit, pro vero fabulolum Heroem, pro genuina confictam historiam effeeerit. Veram enim ad literam Jobi historiam tuemur; nihilque in ejus sermonibus quod non exacte veros illius conceptus expresseerit, contineri profitemur; quamquam prosa ab illis oratione dicta, hęc Sacer Historicus non verbo verbum reddens, metro alligata maluit referre. Quibus alia seder opinio, illis verbo assentientibus, nullam sibi fidem prestandam neverint, quin prius dicti sui non futiles tantum conjecturas, sed argumenta solida, non eadem confidentia neganda, qua proponuntur, attulerint.

Post deductas fusius tot sententiarum varietates, atque intricatissimas quæstiones sedulo examine discussas, certiora modo aliqua promenda sunt de Jobo ceteresque ad illum pertinentibus. Tota igitur antiquitate assertionis nostrę fidem vindicante, asserimus, Jobum eumdem esse virum ac *Jobab* (17) e genere Edom in Austride Idumęę Orientalis regione (quę sub Arabię deserte nomine innotescit) regnantis. Cultum Deo vero Cœli terrąque authori, cultum, inquam, purum impendebat; morum etiam sanctitate vitam excolebat puram, & ad normam Legis naturalis, lumine fidei & revelatione præcuntibus ductam; absque eo quod tamen Legis Mosaicę jussionibus serviret. Florebat, quantum conjicimus, Moysi & Hebręis iter per desertum habentibus (superpar (18). Hęc ex ejus historia ac colloquiis certiora

(1) *Vide Mercer. in exordio c. 15.* (2) *Grot. Prolog. in Job, Spanhem. Hist. Jobi c. 2. p. 17. Menasse Ben. Israel. Alii.* (3) *Cens. Appion. l. 1. pag. 1036.* (4) *Ezech. 14. 14. Si fuerint tres viri isti in medio ejus, Noe, Daniel, & Job.* (5) *Tob. 2. 12. 15. Hanc tentationem idee permisit Dominus evenire illi, ut posteris daretur exemplum patientia ejus, sicut & Sancto Job . . . . nam sicut beato Job insultavant Reges &c.* (6) *Jacob. 5. 11. Sufferentiam beati Job audistis &c.* (7) *Aristæ. apud Alexan. Polyhist. apud Euseb. l. 9. Prap. c. 25.* (8) *Hom. 4. in Ezech.* (9) *De patient. c. 24.* (10) *De Bono Patient.* (11) *Hom. 4. de Grat. actione.* (12) *Hom. 5. ad populum & hom 3. de B Job.* (13) *Serm. 81. & 91. & 343. nov Edit.* (14) *Epist. 103* (15) *Ambros. l. de Paradiso cap. 2. & Enarrat. in Ps. 37.* (16) *Arist. Poetic.* (17) *Gen. 36 31-32. & 1. Par. 1. 43. 44.* (18) *In communiter Hebræi, Arabes Orientales, Persæ, Osser. Spanhem. alii.*

tiora collegisse nobis videmur, ut sententiam de illis omnibus a nobis antea constitutam firmemus.

Paruit Jobus, quo tempore veti Dei cognitio e mentibus Idumæorum non penitus exciderat. Erant vero in turba, qui ad primum solis & lunæ aspectum manus suas osculabantur [1], cultum astris impendebant, sed illas omnes superstitiones Jobus & ejus Amici detestabantur. Summo enim illi obsequio, ut ex eorum colloquiis intelligimus, tenebantur erga Deum, ejusque justitiam, misericordiam, potestatem, providentiam. In sapientiæ, & Religionis studio unice occupabantur; nihil nisi grave, sententiosum, & sublime promebant in verbis. Porro Idumæi, & Arabes, & omnium maxime Themanitæ [2], sapientes audiebant. Solebat eriam ea ætate Deus facile se hominibus communicare, sive per quietem, sive per nocturnas visiones, sive tandem sensibus sese offerens [3]. Ea fedebat amicis Jobi sententia, hodie ajunt in Oriente familiaris, nihil scilicet contingere hominibus mali, nisi crimine aliquo promeruerint. Sapientior Jobus sedulo distinguebat inter mala tentandi gratia inflicta, & inter pœnas; consuevisse nimirum Deum experimenti capiendi gratia amicos fuos flagellis cædere iis similimos, quibus impios animadvertit; quod ab illo eo consilio præstari credendum est, ut opera deinde sua magis magisve manifestet.

Abhorrere se plurimum ab Idololatria [4], blasphemia [5], & injustitia [6], Jobus ipse disertissimis verbis expofuit. Detestabatur vit ille sanctus non adulterium tantummodo, & falacia quæque crimina, fed vel ipfas turpes cogitationes; ipium quin etiam pernicioſum rerum aſpectum evitaſſe ſignificat. Pactum cum oculis ſuis ferierat, ne virginem ea aſpicere ſuſtineremi [7]. Lætulentam de creatione mundi ideam ſibi formaſſe, ſicut & de diluvio, incendio Sodomæ, tranſitu Erythræi, & ipſa pariter Lege Divina ſatis apparet. Quamquam enim veritates illas pro more Poetarum figurarum velamentis & hyperbolicis ambagibus obduxit, transluet tamen ſubinde rectus viri ſenſus. Quæ eum ſummi momenti eſſe videantur, atque adverſarios habeant Interpretes pleroſque adductis in medium argumentis demonſtranda ſuſcipimus.

Deus Jobum alloquens, iiſdem fere verbis mundi, aquarum, & animantium creationem exponit, quibus apud Moyſen exprimitur [8] *Ubi eras, quando ponebam fundamenta terræ; cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & jubilarent omnes filii Dei* (Angeli)? *Quis concluſit oſtiis mare, quando erumpebat, quaſi de vulva procedens? Circumdedi illud terminis meis, & poſui vectem, & oſtia, & dixi: Uſque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos* [9]. Et infra vers. 38. *Quando fundebatur pulvis in terra, & glebæ compingebantur?* Quibus verbis ſpectatur terreſtris materies, cum ab aquis in diverſa abiret; & ſolida cruſta obduceretur.

Alibi vero Eliphaz non obſcure diluvium defignet [*]: *Numquid ſemitam ſeculorum oſtenderе cupiſti, quam conculcaverunt viri iniqui? Qui ſublati ſunt ante tempus ſuum, & fluvius ſubverſus fundamentum eorum. Qui dicebant Deo: Recede a nobis . . . . Videbunt juſti, & lætabuntur, & innocens ſubſannabit eos.* Divinæ in impios ultionis teſtes Noemum, ejuſque familiam deſignat, additque [10]: *Nonne ſucciſa eſt erectio eorum, & reliquias eorum devoravit ignis?* Hæc ad cives Sodomæ, & Gomorræ dignos Gigantum antediluvianorum ſucceſſores ſpectant. Alibi etiam cap. 28. 5. eadem ſubverſio inſinuatur: *Terra de qua oriebatur panis, in loco ſuo igne ſubverſa eſt.* Cum autem cap. 26. 5. de Gigantibus, qui *gemunt ſub aquis*, ſermo, nonne ad diluvium ſpectatum eo ſermonis tropo, quo non raro veteſtiſſimi etiam Pagani Scriptores utuntur?

Spiritus Domini hominem ab exordio vivificans, *inſpirationis Domini* nomine ſæpius inſinuatur [11]. De transfretatione maris Idumææ hæc habes Job 26. 12. *In fortidine illius reponte maria congregata ſunt (intumuerunt, obrigerunt) & prudentia ejus percuſſit ſuperbum.* Hanc hiſtoriam iiſdem phraſibus exprimunt Iſaias & Pſalmiſta, quod in rem noſtram maxime facit [12]: *Confurge, induere fortitudine brachium Domini: confurge, ſicut in diebus antiquis. Numquid non tu percuſſiſti ſuperbum, vulneraſti draconem? Numquid non tu ſiccaſti mare &c.?* Et Pſal. 88. 11. *Tu dominaris poteſtati maris, motum autem fluctuum ejus tu mitigas: Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum: in brachio virtutis tuæ diſperſiſti inimicum tuum.* Et in cap. 15. 24. 25. Jobi, pervicacia Pharonis ſolo tantum iuppreſſo ejus Regis nomine exprimitur: *Terrebit eum tribulatio, & anguſtia vallabit eum, ſicut Regem, qui præparatur ad prælium. Tetendit enim adverſus Deum manum ſuam & contra Omnipotentem roboratus eſt. Cucurrit adverſus eum erecto colle, & pingui cervice armatus eſt.*

Primus homo & ejus crimen inſinuatum videtur illis verbis (13): *Si abſcondi, quaſi homo* (Hebr. quaſi Adam) *peccatum meum.* Omnia Dei Spiritu patienter nata prodiiſſe Job. 26. 13. docet: *Spiritus ejus ornavit Cælos, & obſtetricante manu ejus eductus eſt coluber tortuoſus*; quæ ſane conſona ſunt Gen. 1. 2. & 2. 7. *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas, & inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ.* Sicut & Pſalmo 32. 6. *Verbo Domini Cœli firmati ſunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.*

Plures etiam occurrunt phraſes in Jobo, quæ aliis Scripturæ, & maxime Pſalmorum, (14), Jeremiæ, & Proverbiorum (15) reſpondent. Cœlum ramquam Sedem incolere Deum & nubibus velut tentorio uti habet Job: *Nubes latibulum ejus* (16). Altera illius phraſis: *Concepit dolorem & peperit iniquitatem*, ipſis verbis

(1) *Job* 31. 26. (2) *Jorem.* 49. 7. *Baruc.* 3. 22. (3) *Job* 4. 12. & 15. 17. & 33. 15. & 38. 1. &c. (4) *Job* 31. 26. (5) *Job* 1. 5. (6) *Job* 29. 7. (7) *Job* 31. 9. (8) *Job* 38. 4. (9) Confer *Job* 7. 12. & 26. 10. *Pſ.* 103. 9. &c. (*) *Job* 22. 15. 16. 17. (10) *Job* 22. 20. (11) *Job* 12. 10. & 26. 3. & 32. 8. & 34. 4. (12) *Iſai.* 51. 9. (13) *Job* 31. 33. (14) *Job* 15. 27. *Operuit faciem ejus ex adipe, & de lateribus ejus arvina dependet. Pſal.* 16. 10. *Adipem ſuum conclauſerunt, os eorum locutum eſt ſuperbiam. Vide & Pſal.* 72. 7. *Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum. Job* 34. 14. *Si diroxerit ad eum cor ſuum, ſpiritum illius, & flatum ad ſe trahet. Pſal.* 103. 29. *Avertente autem te faciem tuam turbabuntur, auferes ſpiritum eorum, & deficient. Job* 21. 9. *Domus eorum ſecura ſunt & pacata, & non eſt virga Dei ſuper illos. Pſal.* 72. 5. *In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Job* 21. 10. *Bos eorum concepit, & non abortivit, vacca concepit, & non eſt privata fœtu ſuo. Pſal.* 143. 14. *Oves eorum fœtoſæ, abundantes in egreſſibus ſuis, boves eorum craſſæ &c. Job* 21. 18. *Erunt ſicut paleæ ante faciem venti, & ſicut favilla, quam turbo diſpergit. Pſal.* 1. 4. *Non ſic impii, non ſic, ſed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ. Job* 22. 19. *Videbunt juſti, & lætabuntur, & innocens ſubſannabit eos. Pſal.* 57. 11. 12. *Lætabitur juſtus cum viderit vindictam, manus ſuas lavabit in ſanguine peccatoris. Job* 38. 41. *Qui præparat cervo eſcam ſuam, & pullis ejus clamant ad Deum. Pſal.* 146. 9. *Qui dat jumentis eſcam ipſorum, & pullis corvorum invocantibus eum. Job* 12. 21. *Effundit deſpectionem ſuper Principes, & eos qui oppreſſi fuerant, revelaat. Pſal.* 106. 40. *Effuſa eſt contemptio ſuper Principes, & adjuvit pauperem de inopia.* (15) *Job* 3. 2. *Job maledixit diei ſuæ, & locutus eſt: Pereat dies in qua natus ſum. Jerem.* 20. 14. *Maledicta dies in qua natus ſum, dies in qua peperit me mater mea, & non ſit benedicta. Job* 21. 7. *Quare ergo impii vivunt ſublevati ſunt, confortatique divitiis? Jerem.* 12. 1. 2. *Quare via impiorum proſperatur, bene eſt omnibus, qui prævaricantur? &c. Job* 28. 12. *Sapientia vero ubi inveniur, & quis eſt locus intelligentiæ? Job* 28. 13. *Neſcit homo pretium ejus, & non invenitur in terra ſuaviter viventium. Job* 28. 20. *Unde ergo ſapientia venit, & quis eſt locus intelligentiæ? Abſcondita eſt ab oculis omnium viventium. Baruc.* 3. 14. *Diſce ubi ſit prudentia, ubi ſit virtus. Baruc.* 3. 15. *Quis invenit locum ejus, & quis intravit in thæſauros ejus? Baruc.* 3. 29. *Quis aſcendit in Cœlum, & accepit eam, & eduxit eam de nubibus?* (16) Confer *Job* 22. 14. & 26. 9. & *Pſal.* 17. 12.

verbis in Hebræotum Libris recutrit (1). Defunctum viri corpus ramquam ædem priſtino habitatore detertam & in perpetuum derelictam exhibet. *Memento* (2), *quia ventus ſpiritus mea, & non revertetur oculus meus ut videat bona, nec aſpiciat me viſus hominis; oculi tui in me, & non ſubſiſtam. Sicut conſummitur nubes, & pertranſit; ſic qui deſcendit ad inferos, non aſcendit.* Et cap. 20. 8. *Velut ſomnium avolans non invenietur, tranſiet ſicut viſio nocturna: oculus, qui eum viderat, non videbit, neque ultra intuebitur eum locus ſuus.* De loco mortuorum & Gigantum non aliter apud illum, ac apud Salomonem, & Prophetas ſermo (3). Figuratam eam loquendi rationem habendam potius credierim, ramquam popularis opinionis expreſſionem, quam genuinam præſtantiſſimorum virorum ſententiam. Sed in rem noſtram ſola ſpectatur phraſium utrimque contiouantia.

Majori etiam animadverſione digna ſunt, quæ de Lege Domini Sophar in cap. 11. 5. 6. commentatur. *Utinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia ſua tibi, ut oſtenderet tibi ſecreta ſapientiæ, & quod multiplex eſſet lex ejus, & intelligeres, quod multo minora exigaris ab ea, quam meruere iniquitas tua.* Et Eliphaz Job 22. 22. *Suſcipe ex ore illius legem, & pone formenes ejus in corde tuo. Si reverſus fueris ad Omnipotentem ædificaberis & longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo.* Ipſe tandem Job ad Eliphaz ait cap. 23. 11. 12. *Veſtigia ejus ſequutus eſt pes meus; viam ejus cuſtodivi, & non declinavi ex ea; a mandatis labiorum ejus non recedi, & in ſinu meo abſcondi verba oris ejus.* Ultra ne aliquid ab Israelita jure exigeremus? Hæc omnia ſatis probant Jobum, ſi non Judaïcæ Legi (neque enim tantum affirmare audemus) certe in nonnullis aliquid deſtruiſſe, illam tandem noſſe; quippe qui Moyſi luppar vixerit; & quo tempore Judæi iter habebant per deſerta Idumææ proxima; commercia aliquid cum illis detinuiſſe potuit. Minus equidem fieri potuiſſe credimus, ut prodigia, quibus Deus gentis Hebraïcæ nomen longe lateque vulgaverat a finitimis circa nationibus ignorarentur; neque ille, quo Jobus ejuſque amici in ſapientiam flagrabant, amor illos ad Legem ipſo ſtatim Sinaï in monte Sinai ſcriptam intime nofecendam impulerit. Fatium inde, ut ea, quæ moribus corrigendis, optima norant, in ſuum veluti ſuccum transferrent; cetera ad politiam & ritus pertinentia remitterent Hebræis.

Erit qui noſtris hiſce conjecturis reſponderit, Judæum Operis hujus Authorem loquemem Jobum juxta ina gentilique Judaïcæ præjudicia moreique induxiſſe; neque illos, quos ſupra laudavimus, ſenius Jobum ſatis ſpectare, quippe qui nulla neceſſitate ad obſervantiam Divinarum, quæ ſcripto traditæ eſſent, Legum cogerentur; nec alium habuiſſe Jobum vitæ ſuæ ducem inſtructoremque, quam rationis & gratiæ ductum. Ira philoſophanti reſpondemus, vix poſſe nos in animum inducere, Scriptorem, qui in ceteris omnibus proprios viri a gente ſua & a Lege Judaica extranei characteres expreſſerit, in ea primum occaſione defuiſſe, & propria ſequutum præjudicia, conſilium priſtinum deſeruiſſe; quippe qui ex alieno homine Judæum in avita Judæorum hiſtoria Legeque inſtructum effecerit. Itaque dum in hæc verba loquutum Jobum induxit, in cauſa fuiſſe eredendum eſt, quod Jobus ipſe, tamquam Moyſi coævus, plura noverit de hiſtoria creati mundi, de crimine Adami, ac de transfretatione Erythræi. Quod ad locea ex Proverbiis, Pſalmis, Jeremia imitatione expriſſa ſpectat, hæc jure meritoque in Operis Scriptorem referuntur, qui Hebraïce loquenti Jobo Hebraïcas phraſes adprobavit, ac ſententias ſuas Scripturæ voribus tradenerem induxit. Quod autem ad rem ſpectat, nihil in illo de Hiſtoricl ſincerirate defideratur.

In toto etiam Operis deeuſu perſuaſum habuiſſe Jobus videtur, manere pro hominum merito pœnas & præmia in altera, quam exprctamus, vita; fuſe enim protequitur [4] aecidiſſe non raro, ut viri quique ſceleſtiſſimi lætos totius vitæ dies ducant; cum interim viri juſti luctum numquam non trahant; quod tane Deum argueret injuſtitiæ, omnemque Religionem non niſi erranris phantaſiæ lubſidium eſſe demonſtraret, niſi in altera vita præmia & pœnas pro ſingulorum merito expectarentur. Luculenter etiam Jobus reſtimonium ferit de bonis malisque Angelis; namque Satanam exhibet infeſtiſſimum ſanctorum virorum adverſarium, & Deo in malis inferendis adminiſtrum; cum interim bonos Angelos temper in obſequio eſſe, & miiericordiæ Divinæ miniſterium impendere aſſerat. Quid orando poſſint pro nobis Angeli & viri quique Sancti demonſtrat cap. 33. 23. De futura corporum reſurrectione dogma traditur cap. 19. 25. & ſub allegoria reſtituræ valetudinis ſuæ, reparatæ jam amiſſæ poſteritatis, futurus noſtrorum corporum ſtatus poſt reſurrectionem exprimitur. Eam veritatem optime norant, quicumque additamentum Græcum in calce Libri Job appoſitum adornarunt. Sermo etiam apud eumdem Jobum de Redemptore Mundi (5), ipſe & ſalute hominum. Quod autem Jobus ipſe exhibuit in ſe ſanctiſſime vitæ, tum virtutis & in malis perſeverndis longanimitatis documentum, illuſtre futuri erat præſagium; futuri, inquam, Jeſu Chriſti, hoſtium ie paternæ juſtitiæ puram exhibentis, & illuſtre veritati teſtimonium uſque ad mottem Crucis perhibentis, nequidquam cum inferno viris omnibus impiis ſuccubius.

Perſuaſam habuiſſe Jobum eam veritatem conſtat. Deum nempe ea, qua pollet in mundum univerſum authoritate, de hominibus pro arbitrio, nec expectatis meritis ſingulorum, diſponere. *Unum eſt quod loquutus ſum: & innocentem, impiumque ipſe* [Deus] *conſumit* (6). Et cap. 10. 15. *Si juſtus fuero, non levabo caput, ſaturatus afflictione & miſeria. Si impius fuero, ve mihi eſt.* Et Job 9. 15. *Etiamſi habuero quidpiam juſtum, nec reſpondebo, ſed meum judicem deprecabor.* Idem luculentius inſinuat Eccleſiaſtes (7), quod conjecturam illorum, ſcriptum a Salomone Opus autumantium, confirmat.

Contraria plane ſedebat opinio Elipbaz cereriique Amicis, id evinecre argumentis conantibus, Deum pro merito hominum de illorum utraque fortuna diſponere: *Numquid timens Deus arguet te, & veniet tecum in judicium, & non propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas?*

Myſterium etiam Trinitatis deprehenditſe ſibi in eo Libro Veteres nonnulli ſibi viſi ſunt (8). Agit enim de Deo Creatore, de Omnipotente, & de Spiritu Dei. Conſtat quidem Jobum de Creatore Deo, de Omnipotente, de Redemptore, qui e pulvere ſeſe eſſerret, de Sancto Spiritu vivificante non obſcure locutum. Hæc majuis momenti nobis vita ſunt, quæ in medium proferentur e Libro Job, ad Virum ipſum, dogmata, & religionem ſpectantia. Opus eſt partim ſoluta, partim ſtricta oratione digeſtum. Duo priora capita & poſtremi quidquid exeurrit poſt verſ. 7. proſa oratione ſcripta, quidquid hiſtoricum in Opere

(1) *Job* 5. 6. & 17. 35. *cum Pſal.* 7. 15. *Iſai.* 59. 4.
(2) Confer *Job* 7. 7. *cum Pſal.* 28. 14. & *Job* 7. 10. *cum Pſal.* 102. 16. *ac tandem Job* 20. 8. 9 *cum Pſal.* 102. 14. *Vide etiam Job* 14. 11. 12. (3) Confer *Job* 38. 17. 31. 32. 33. *cum Ezechiele* 32. 28. 29. 36. *Iſai.* 26. 9. *Prover.* 2. 18. & 10. 18.

(4) *Job* 12. 6. &c. & 21. 7. &c. (5) *Job* 19. 25. (6) *Job* 9. 22. (7) *Eccle.* 6. 8. *Quid habet amplius Pruens a ſtulto? Et* 7. 16. *Juſtus periit in juſtitia ſua, & impius multo vivit tempore. Et* 3. 17. *Dixi in corde meo, juſtum & impiorum judicabit Deus, & tempus omnis tui* *tunc erit. Et* 8. 14. *Eſt & alia vanitas, quæ ſit ſuper terram; ſunt juſti, quibus mala proveniunt, quaſi opera egerint impiorum; & ſunt impii, qui ita ſecuri ſint, quaſi juſtorum facta habeant. Et* 9. 1. 2. *Sunt juſti atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen neſcit homo utrum amore an odio dignus.* (8) *Job* 27. 2. *Vivit Deus, qui abſtulit judicium meum, & Omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam.* 3 *Quia donec ſuperet halitus in me, & Spiritus Dei in naribus meis. Job* 33. 4. *Spiritus Dei fecit me, & ſpiraculum Omnipotentis vivificavit me.*

re continetur, complectuntur. Reliqua poeticis legibus adstricta. Sed hujus Poesis artificium omne nos latet, & alibi demonstrandum suscepimus (1), nihil illam habuisse cum Græcorum, & Romanorum commune; & quamquam rythmi indolem aliquam referre videtur, an rythmum semper servarit, certisque quibusdam syllabarum numeris adstricta fuerit, nihil certi proferre nos potuisse. Uno verbo, Hebraicæ linguæ peritia, & genuina ejus pronunciandi ratio majori lui parte nos latet, ut nemo sibi quantumvis sapiens blandiri jure meritoque possit, certi aliquid de natura Poesis veterum Hebræorum assecuturum.

Ad calcem Bibliorum Græcorum & Arabicorum additio quædam rejecta est, Jobi genealogiam, & alia nonnulla ad avitam ejus regionem pertinentia, frustra in Textu Hebræo quærenda, complectens. Invidiam in illam creare Recentiores quidam conati sunt (2), pluribus demonstrantes meram esse ad libitum confictam fabellam. Nec plurimum illi deesse Origenes (3), S. Hieronymus (4), & Polychronius (5) visi sunt; & nos etiam, quidquid pro illa vindicanda afferatur, fateamur oportet, neque in Canone recenseri, neque omnibus numeris certam assertamque haberi posse. Quod autem in illa relatum est de Genealogia, & Patria Jobi, id verissime adeo dictum credimus, ut nihil verius alibi uspiam legatur; ne quid dicamus de authoritate, quam apud nos obtinet Antiquitas, additamentum illud, & ejus hypothesim sectata. Quæ sane ratio tandiu apud nos valebit, quandiu validis argumentis erroris non arguemur.

Veteres Patres, velut Origenes, & S. Hieronymus, curas suas omnes vertentes Textui Septuaginta, & Hebraico inter se conferendis, variantia plurima hodie etiam spectanda deprehenderunt. Plura congerit Origenes (*) quibus demonstret, addita, & detracta plura in Exemplaribus Græcis, contra fidem Originalis. Notat enim post relata plura additionum exempla, accidere non raro, ut tres, & quatuor, interdum etiam 14. 16. & 19. versus in Septuaginta desint, qui in in Hebræo ordine sibi succedentes leguntur. Et S. Hieronymus Præfat. in Librum Job hæc a se observata notavit: *Apud Latinos ante eam translationem, quam sub asterisci & obeli nuper edidimus, septingenti fere aut octingenti versus desunt, ut decuriatus & laceratus corrosusque Liber studiorum sui publica legentibus exhibeat.* Ejus querelæ documenta nostra etiam ætate exhibent Græca Evangelaria, & Latinum Veteris Italicæ, pluribus discrepasse ab Exemplaribus Latinis ex Hebræo opera S. Hieronymi adornatis, quæ sola in Canonem Concilii Tridentini authoritate relata sunt.

Cum certa Jobi ætas lateat in obscuro, ut de emoruali ipsius anno certi aliquid statuamus, vix est. Constituta tamen ejus calamitatis epocha ad nonnullos post exitum Hebræorum ex Ægypto annos, vitam produxisse potuit ad usque Judicem Othonielem (6). Diem clausisse credimus Denabæ in Arabia deserta, ubi Regnum ipsius constituitur. Non uno in loco viri sancti monumentum colebatur: celebratissimum erat in Trachonitide regione Transjordanica ad fontes amnis, quo in loco pluribus sæculis pyramidale monumentum, quod Jobi ferebatur, steterat (7). Locus hujus pyramidis constituitur inter Urbis Themam, Sueth, & Naamath, quas olim specasse ad Eliphaz, Baldad, & Sophar amicos Iob viros insignes fama est. Sed regionem Hus multo ab iis locis abfuisse satis demonstratum arbitror in Commentariis.

Paraphrastes Chaldæus Josephus Cæcus Jobum ex Armenia deducit, ubi ejus tumulum monstrari, qui per ea loca iter habuerunt, testantur. Verum Jobus iste Mahometanus quidam copiarum Ductor creditur, nostro multo recentior (8). Paraphrastes alius Chaldæus e Constantinopoli Jobum accersit (9); unde facile error autumantium, Jobi lypsiana condita esse Constantinopoli, quo ex Arabia translata Eruditi quidam autumarunt; fed vulgo ceteri ibi primum sepulturæ mandata asseruerunt. Hæc autem opinio non in Christianis tantum, fed & in Turcis pariter invaluit (10). Verum satis deinde demonstratum est (11), virum illum, cujus sepulchrum in Suburbiis Constantinopolis monstrabatur, Arabem fuisse ejus ejusdem nominis, in obsidione Costantinopolis anno 672. occisum, & sub ipsis Urbis mœnibus terræ illatum. Extat adhuc ejusdem Templum, quod Moscheam dicunt, ubi & Ducis illius sepulchrum non minori religione, quam Sultanorum sepulchra, frequentatum. Vide Tournefortium Itineris Oriental. tom. 1. Epist. ult. ad finem.

Ejus reliquias Romæ servari plurium sæculorum periuasio tenuit; verum jam inde a 90. annis sacra ea lypsiana furto sublata nuspiam apparuerunt. Sancti viri nomen legitur in vetustis Martyrologiis (12) adjecto Propheræ, Sancti, & Martyris titulo; ejus vero cultus in Italia & Hispania maxime obtinet. Plures etiam Ecclesiæ & Nosocomia in ejus honorem erecta sunt; & sæculo septimo ejus nomine Ecclesia, & Monasterium Costantinopoli spectabatur.

DISSERTATIO IN MORBUM JOBI.

NIgris adeo coloribus Jobi morbo oppressi imago in Libris sacris depingitur, ut horridum viri spectaculum sustineri vix possit. Non una tantum morbi species, sed morborum veluti exercitus festum tot malis corpus aggressus est, exercitusque singuli viribus lacerare, torquere, alius alium efferare: quique uni ferendo impar fuisset habitus, omnium simul furorem sustinere cogebatur. Quando etiam nihil ultra ea de re memoriæ proditum fuisset, nisi illud tantummodo, furenti nempe Satanæ viri sancti corpus torquendum permissum fuisse, id satis haberetur, ut extrema omnia ominaremur. Victus æque pluribus cum illo commissis certaminibus Dæmon, corporis tandem torquendi permissam a Deo potestatem obtinuit. *Ecce in manu tua est*, ait Dominus Job. 2. 6. 7. 8. *verumtamen animam illius* (vitam nempe) *serva. Egressus igitur Satan a facie Domini percussit Iob ulcere*

(1) *In Dissert. de Poesi Hebr. ad Exod.* (2) *Spanhem. Hist. Iob cap. 4. n. 6. 62. &c.* (3) *Origen. ad African.* (4) *Hieron. Præfat. in Dan. & in Iob & Ibi, Hebr. in Genesim.* (5) *Polychron. in Catena.* (*) *Origen. ad African.* (6) *Collato enim calamitatis ipsius exordio in annum 3520. & 7. ab exitu ex Ægypto, & vita Iobi prorogata post adeptam valetudinem adhuc ad 140. annis, emortualis ejus annus incidit in annum 3660. biennio ante obitum Othonielis.* (7) Vide *Brocard. Adricom. Molest. Tirin. Montan. Ziegler. Corovi. Brist. La Rue, &c.* (8) *Vide Spanhem. Hist. Iobi cap. 3. pag. 32. apud eum Druss. Horsinger. Walton. Thevenot, cap. 31.* (9) *Paraphr. Chald. in Bibl. Regiis & Venetiis.* (10) *Rigaut de Imperio Othoman. l. 1. pag. 16. Elmacin. Hist. Saracen. l. 1. c. 7.* (11) *Du Change Constantinop. Chron. lib. 4. pag. 104. num. 18.* (12) *Baillet, Vitæ SS. Vet. Test. 10. Maji.*

re pessimo a planta pedis usque ad verticem ejus, qui testa faniem radebat, sedens in sterquilinio; vel juxta Hebræum : *Tulit sibi ut scalpendum se ab ea*. Hæc de morbo Iobi Scriptura ; sed in Operis decursu plura ea de re Iobus ipse commemorat, quæ nos simul omnia oculis Lectorum in hac nostra Dissertatione subjiciemus, quo de calamitate Iobi nihil nobis inexploratum relinquatur.

Pineda (1) qui hoc argumenti genus fusissime pariter & exacte tractavit ad 31. five 32. variorum morborum genera in Iobo enumerat. Sunt quidem plures solo inter se nomine distincti, & multo etiam minor summa resultaret, si morbos singulos ad suos veluti fontes & capita referremus. Bartholinus minus exacte eamdem rem prosecutus (2) ad 12. circiter deprehendit ; sed & numerum multo ampliorem morborum recentiore pronum esse, si quis iparsim a Commentatoribus omnibus obvertata in censum referre voluisset. Neque prætereundum est, virum illum insigne patientiæ exemplar solidi anni spatio tot malis tolerandis parem fuisse. Sunt etiam qui solido triennio eas angustias sustinuisse contendant ; sunt pariter qui integrum septennium ; nec desunt qui decennium maluerint. Eo temporis intervallo intentatum aliquid reliquisse Satanam, & partem vel minimam eorporis tam intimam quam extimam incolumem permisisse quis credat ? Nihil a nequissimo Spiritu sceleris alienum reputandum est. Accessisse his omnibus eredimus affectæ tot malis animæ tædium, irrequietæ conscientiæ agitationes, tentationes, & si quæ alia torquendæ animæ opportuna ; ut quantum corpus externis malis angebatur, tantum, & magis etiam, anima premeretur. Tandem S. Ioannes Chrysostomus afferendum sibi arbitratur, omnia quæcumque torquendo homini mala unquam illata sunt, eorum nihil a Iobo alienum fuisse : nihilque tolerabile passum, Damone futorem suum omnem in illum exercere permisso ; quare, ait, omnia mundi mala unius viri corpusculum expertum est.

Quando igitur in Scriptura legimus, viri sancti corpus perpetuo ulcere a vertice usque ad pedes (3) inhorruisse, quamquam nihil tolerabile concipendum exhibeat, plus tamen multo Iobus tolerasse credendus est. Eo proinde nomine varia illa mala omnia comprehendit censenda sunt, quæ Moyses *Infirmitates Ægypti pessimas* appellat (4) ; ulcera illa, quibus crura, & os miserę depascebantur, morbi genus in Syria & Ægypto, juxta Veterum restimonium, familiare ; uno verbo quidquid *elephantiasis* nomine censetur, nempe morborum phalanx, id totum Iobum invaserat.

Ipse de se vir sanctus perhibet, 1. totum corpus perpetuo ulcere contectum (*) ; ictuique ingeminasse adversarium, ne dato quidem respirandi intervallo (5). 2. Ulcera illius scaturisse vermibus & sanie (6). Quæ de vermibus diximus semel tantum in Textu Hebræo & Vulgata expressa sunt ; sapius tamen apud Septuaginta, & vermibus ulcera omnia Iob scatuisse vulgo Patres autumarunt. 3. Eo malorum devenerat Iobus, ut ulcera ipsa testa raderet (7) ; etenim ne manus admoveret sive metus irritandi morbi, sive ulcera ipsa omnis contactus impatientia, sive tandem intolerabilis ulcerum tumor in causa erat. 4. Intimo quodam & noxio calore, ut in febribus acutis solet, torrebatur (8). 5. Tandem macie & ariditate cutis reducta, atro quodam colore inficiebatur ; rugisque toto corpore sulcato, nihil e pristina partium œconomia remansisse videbatur, nisi circa dentes labia (9) ; quidquid denique cutis contegeret, sola relicta erant ossa. 6. Halitum reddebat fœtentem ; ut ne ab uxore quidem tolerateretur, omnesque circa se domesticos depulisset (10) ; quare extra urbem rejectus solus dolores roleare cogebatur. 7. Ne pristina quidem viri forma remanserat, ut ab amicis reipicientibus non agnosceretur (11). 8. Dira pariter angina suffoeabatur adeo, ut sanctus elisis prompræ sibi mortis levamen optasset (12). 9. Mortali languore per noctes diesque continuato, & intolerabili rerum omnium tædio (13), molestiam augentibus tristissimis somniis (14), angebatur. 10. Vexabant sessum tormina, renum dolores (15). 11. Os fœde intumuerat, & numquam a lacrymis cessantes oculi caligaverant (16). Tandem terrebat aspera vox, ut non humanum loqui, sed ferinum rugire crederetur (17). His omnibus malis tentata est patientissimi viri constantia, & hæc ægritudinis illius varia symptomata, unde de natura morbi conjectura capienda est. Posium autem extra controversiam censeo, horum malorum partem maximam lepræ quadrare ; quemadmodum ex afferendis a nobis documentis apertissime demonstrabitur.

Ineuntis lepræ prima indicia in ore spectari, succrescente in naribus noxio quodam tumore instar lenticulæ, Plinius l. 26. c. 1. est author. Explicatur deinde sœdissimi morbi vis, totamque inficit cutem asperam, fœdis maculis varii coloris aspersam reddens : coriacea quin etiam cutis ipsa soliditate obdurescit, cum interim variis corporis locis exilis, subtilisque gracilescat. Tandem atro, torridoque colore totum leprosi corpus horrescit. Accedit his omnibus corporis sordidissimæ exedens macies, ut ossa tantum pelle contecta spectantibus appareant. Pedum, manuumque articuli enormiter intumescunt. Peculiaris est Ægyptiis morbus : & cum Reges lepra afflci contigerit, prosequitur Plinius, e qua totam hanc morbi historiam hausimus, balneo ex infantum sanguine remedium malo paratur. Testatur Galenus (18), contigisse aliquando, ut lepra in ulcera degeneraret, ex quo tota ejus œconomia turbatur. Natus, cujus radices lepra abrodantur, finus efficitur ; aures tenuissim decrescunt ; quod glandulæ illas aures, nonnisi morbi viru corripiantur ; labia horrende intumescunt ; ex quibus omnibus inditum morbo nomen *Satirissus*, quod scilicet humana in Satyri faciem transisse videatur. Nihil esse in corpore leprosi a morbo illæsum, Celsus testatur, ne ossibus quidem, & intimis quibusque partibus intactis (19). Pellis variis pustulis maculisque subrubris deformatur ; extima vero superficies inæqualis, crassior hic, illic exilior, lævis, rudis, dura, molliscens. Quæ loca maxime lepra inficiuntur, asperiora sunt, horrentibusque crustis obducta. Corporis macies & exilitas extrema ; pedes & suræ tumescunt ; & morbo jam veterescente, articuli manuum pedumque pariter intumescunt : lentæ tandem febris calor languinis massam intendit, affectumque toc malis corpus pus tandem absumit.

Qui-

(1) *Pined. in Job* 2. 6. 7. (2) *Bartholin. de Morbis Bibliæ. cap.* 7. (3) *Job* 2. 7. *Jab eth ajus: hafchchajin. vag.* (4) *Deut.* 17. 27. *Percutiat te Dominus ulcere Ægypti &c. & vers.* 35. *Percutiat te Dominus ulcere pessimo in genibus, & in suris, sanarique non possis, a planta pedis usque ad verticem. Et vers.* 60. *Item cap.* 7. 15. (*) *Job* 11. 7. *Percussit Iob ulcere pessimo a planta pedis usque ad verticem.* (5) *Cuncidit me vulnere super vulnus.* (6) *Job* 7. 5. *Induta est caro mea putredine & sordibus pulveris.* Et 17. 4. Et 30. 17. & *vers.* 18. *Vide & cap.* 2. *post vers.* 9. *in Græc.* (7) *Job* 2. 8. *Testa faniam radebat sedens in sterquilinio.* (8) *Job* 30. 30. *Ossa mea arserunt pra caumate. Et vers.* 16. *In memetipse marcescit anima mea.* (9) *Job* 7. 5. *Cutis mea aruit & contracta est. Et* 16. 8. *Ad nihilum redacti sunt omnes artus mei, ruga mea testimonium dicunt contra me. Et cap.* 19. 20. *Pelli mea consumpsit carnibus adhæsit os meum, derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Vide & cap.* 30. 15. 30. (10) *Job* 19. 17. *Halitum meum horruit uxor mea.* (11) *Job* 2. 12. *Cum elevassent oculos, non cognoverunt eum.* (12) *Job* 7. 15. *Suspendium elegit anima mea, & mortem ossa mea.* (13) *Iob* 6. 11. 12. 13. & 14. 13. & 7. 4. 13. 14. & 17. 1. & 30. 16. 17. (14) *Iob* 6. 4. *Terrores Domini militant contra me. Et* 7. 14. *Terribis me per somnia.* (15) *Iob* 16. 14. *Convulneravit lumbos meos, effudit in terra viscera mea. Vide & cap.* 20. 27. *Interiora mea æstuverunt absque ulla requie, prævenerunt me dies afflictionis.* (16) *Iob* 16. 17. *Faciet mea intumuit a fletu, & palpebræ mea caligaverunt.* (17) *Job* 3. 24. *Tamquam inundantes aquæ, ita rugitus meus.* (18) *De causis morbor. c.* 7. (19) *Celf. l.* 3. *c.* 23.

Quicumque noſtra hac ætate iter per Palæſtinam Ægyptumque habuerunt, gemina de morbo narrant: nec alia tradunt, qui de lepra, morbo pluribus ſæculorum ſpatio in Europa familiariſſimo, egerunt. Anglus quidam (1) itineris ſui per Palæſtinam habiti Scriptor narrat, vidiſſe ſe hujus regionis leproſos diverſo plane morbi genere affectos, ac leproſos in Britannia. Illorum enim morbus, ait, perpetua atraque cruſta extimam corporis ſuperficiem obducit; fœdo tumentes juncturæ omnes, & qua maxime manus cum braehio continuatur: tali turgeſcunt, ferosum pariter humorem ſtillantes, ut eorum extra veteraſcentium equorum pedes, quos morbi virus corrupit, videantur. Tandem ea eſt morbi hujus vis, ut ſuperſtitis corporis maxima corruptio haberi jure meritoque poſſit.

Porro hæc omnia, quibus lepræ morbus proditur, ad unum in Jobo deprehenduntur. Si Rabbinos audias, prima contractæ agritudinis die viri ſanctí corpus rubræ quædam maculæ veluti impetigines affecerunt; ſucceſſit deinde maenlis tumor, qui ſecunda die prodiens, tertia in extremum aeerevit; quarta puſtulæ atrum liventemque colorem induerunt; quinta rubenti quodam & corrupto liquore turgeſcere viſæ ſunt; ſexta humor in ſaniem degeneravit; ſeptima tandem in vermes ſuſſlit. Hæc, nulla licet Scripturæ authoritate ſulta, rectiſſime tamen dicta videri potuiſſent, ſi de cauſis per effectus eeterilique, quæ morbum præceſſerunt ac deinde conſecuta ſunt, indiciis conjecturaa ducatur; vix enim fieri potuiſſe eredimus, ut ulcera illa, quibus totum Jobi corpus obducebatur, primo morbi impetu cruentarent.

Explorato jam & in apertum prodeunte morbo, cum pereuſſus a Deo Jobus palam intelligeretur, his enim phraſibus utitur Scriptura, cum de leproſis eſt ſermo (2), ex urbe ſubducere ſe, & e conſortio hominum remotus ſolitarium agere vitam, & in pulvere verſari (3) veluti deplorate jam vitæ homo, & ipſis domeſticis ſuis ac vilißimis quibuque e populo habitus horrori, coactus eſt (4). Quem ille, altos dare ejulatus, tot ſimul malorum pondus minime ferens. Filiorum orbitas, bonorum amißio, proceaioris conjugis inſultus nihil emovendo homini valuerunt; ſed ad primum ſæviſſimi morbi aſpectum inhorreſcens, e ſtatu infractæ mentis dimotus eſt. Lugebant illum Amiei tamquam mortuum, veſtes ſcindebant ſuas, einere aſpergebant, veluti ſi ſuum lugerent.

Seitum eſt, quanto horrore populi quidem omnes, ſed Orientales maxime lepram habuerint, qui eum leproſis egerint, metu ne haliti tuo, ſi propiores accederent, inficerentur. Apud Perſas (5), & apud Hebræos (6) ex Ubibus pellebantur, & tamquam virulente morbo laborantes ne aeeedere quidem ad ſe ſuſtinebant; eo oeulo leproſos reſpicientes, quaſi Deo æque & hominibus horrori fuiſſent. Non deſunt apud Judæos Regum exempla, qui eo morbo affecti (7) Regia ponere inſigna, ſeque a Republica & Aula interdiecre eogebantur, longe ab hominum conſortio ſe continentes; quin nec poſt obitum quidem Regiorum ſepulchrorum honore digni facti ſunt, veluti ſi peſtilentis morbi vis deſſinctis etiam timeteret.

In ſingulari ejus argumenti Diſſertatione [8] demonſtrandum ſuſcepimus indueendæ lepræ cauſam tribuendam eſſe cæcis quibuſdam vermiculis, ex ipſo leproſi corpore ebullientibus, qui cutem exedentes abrodenteque, fœda uleera ſcabiemque, qua corpus aſperatur, indueunt. Totum ſe in ſaniem defluere & paſtum dari vermibus Jobus non ſemel conqueritur, ut ad vermes converſus quandoque dicere: *Soror mea & Mater mea vos (9). Qui me eomedunt, inquit ille, non dormiunt* [10]; ac tandem, *Io multitudine eorum*, addit, *conſumitur veſtimentum meum, & quaſi capitio tunica ſuffeinxerunt me* [11]. Corpus tandem ſuum perinde habet, ac ſi tumulo jam illatum mareeſceret, nec ſpe ſibi ulla valetudinis blandiebatur. Nulla equidem ea ætate ſævientis jam lepræ remedia ſueeurrebant, quorum ſane & hodie nulla ſuppetunt, morbo jam veteraſcente. Teſtatur tandem vir ſanctus] pellem habere ſe in ulcera & ſaniem defluentem, areſeentemque, atram, liventem. Quis tot ſimul expreſſis eharaeteribus non lepram agnoverit?

Lepræ etiam ſævientis indieia ſunt aperti ſſima tornnina illa, tædia, inſomnia, terrores, quibus vir Sanctus angebatur. Hæc ejus verba cap. 7. 3. 4. 13. 14. *Noctes laboriosas ennmeravi mihi. Si dormiero, dicam: Quando conſurgam? Et rurſus expellabo veſperam, & replebor doloribus uſque ad tenebras..... Si dixero: Conſolabitur me lectulus meus..... Terrebis me per ſomnia, & per viſiones horrore conentes. Quam ob rem elegit ſuffocationem anima mea, & mortem ſua mea. Deſperavi; nequaquam ultra jam vivam.* Et cap. 6. 4. *Sagitta Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum, & terrores Domini militant contra me.* Et cap. 30. 16. *In memetipſo marteſcit anima mea, & poſſident me dies afflictionis; nocte os meum perforatur doloribus &c.* Hiſce doloribus, quibus animus angebatur, pœnas expreſſit patientiſſimus: eum enim immaniſſima in corpore toleraret, quibus tota ſanguis, & humorum maſſa turbata intimum doloris ſenſum in animam refundebat, ea triſtitiæ nube immoræ mentis ſerenitate obducta, ſævam undique malorum proeellam in ſuum eaput exeuſſam dolebat.

His ſimul omnibus permoti Patres, qua expreſſis, qua taeitis verbis Jobum lepræ morbo affectum ſigaifieraunt. In eam ſententiam itum eſt a S. Chryſoſtomo [12], Polychronio [13], Apollinario [14], Philippo Presbytero, Ven. Beda, & Authore Sermonis 32. ad Fratres in eremo ſub S. Auguſtini nomine latente, a Pineda, Bartholino eeteraque plurimis ex Commentatoribus. Ineliniaſſe etiam Eeeleſiæ vita eſt, quippe quæ Aras longe plurimas, zdieulas, & picturas S. Jobo five in Noſocomiis five aliis ſimilibus loeis, leproſis juvandis deſtinatis, dediravit. Quieumque pariter lepra vel ſimili aliquo morbo afficiuntur, illi opem S. viri imploraturi aeeedunt; quaſi ſcilicet unum illum habeaut ab Eeeleſia ſibi patronum aſſignatum [15]. Præſentiſſimum etiam ejus patrocinium eentertur pro obtinenda a morbo venereo valetudine, cui pariter olim nomen indiitum, morbus S. Jobi.

Porro morbi genus illud, quod attigimus, ipſa eſt, ex plurium ſententia [16], lepra, iisdem ſymptomatibus obnoxia, iisdem indieiis, eadem indole, iisdemque pariter medicaminibus levanda. Si morbi vis nondum plane expleiaeta medicaminibus hebetanda aſſumatur; quam fruſtra poſtquam vires exeruerit ſuas, totamque ſanguinis & humoris maſſam ſubegerit, edomandam ſuſeiperes. Pluribus nec obſeuri nominis Commentatoribus viſum eſt, Jobum probroſo eo morbo laboraſſe. Vatablus [17], Cyprianus [18] Ciſtereienſis, Pineda [19], Bolduens [20] aliique nonnulli [21] totidem verbis ſententiam hanc ſuam propoſuerunt. Bartholino [22] contraria fedit opinio, autumanti nonniſi per ſummam injuriam de viro ſanctiſſimo aſſertum, eamdem illum toleraſſe, que impios pœna infamis criminis a Deo vindiee manet.

(1) *Maundr. Iter Jeroſolym. p.* 249. (2) *Iai.* 53. 3. *Reputavimus eum quaſi leproſum; Heior. quaſi tactum.* Vide 2. *Par.* 26. 21. *Oz.* (3) *Job* 2. 8. (4) *Job* 6. 15. *Eeeenim eſt auxilium mihi in me, & neceſſarii quoque mei receſſerunt a me. Fratres mei prætereierunt me ſicut torrens, qui raptim tranſit.* (5) *Herodot. lib.* 1. *cap.* 138. (6) *Levie.* 13. 45. (7) 2. *Par.* 26. 2. 21. 22. 23. *De Aſa Rege Iuda.* (8) *Diſſert. de Lepra ad Exodum.* (9) *Job* 17. 4. (10) *Job* 30. 17. (11, *Job* 30. 18. (12) *Chryſoſt. in Catena pag.* 76. (13) *Polychron. Ibid.* (14) *Apollin. Ibid.* (15) Vide *Baillet Vit. SS. Vet. Teſt.* 10. *Maji.* (16) *Gaſſend. Gaſſarel. Tournefor. Vide noſtram Diſſert. in Leprum.* (17) *Vatabl. in Lib* 2. *Szabio ſudiſſima quam vocant Indicum.* (18) *Cyprian. Ciſtere. Comment. in Iob Edit. Complut.* 1582. (19) *Pineda in Iob cap.* 2. *verſ.* 7. *pag.* 143. (20) *Bolduc. in Iob.* 30. 30. *pag.* 290. (21) *Deſgeuues Epiſt Medicinal. Hiſt. de lues venerea.* (22) *De Morb. Biblie. cap.* 7.

manet. Addunt, morbi genus illud Jobo ipso multo recentiorem originem habuisse, cum in Europa non ante innotuerit, quam post Americanas regiones detectas. Malum illum mercem Hispani ex illis regionibus ad nostras deportarunt, Gallisque in obsidione Neapolitana verlantibus sub Friderico V. Imperatore & Carolo Octavo Rege Galliæ communicarunt. Inde morbo nomen apud Gallos quidem *Morbus Neapolitanus*, apud Italos, *Morbus Gallicus*. Sed hisce eorum argumentationibus facilis paratur responsio. Nullo enim negotio demonstraretur prioribus hunc morbum, sed variis nominibus designatum, & quem effari ipsius pudor ipse prohibet, unum eumdemque fuisse cum lepra, morbo tota antiquitate notissimo. Quod autem ad Virum Sanctissimum attinet, nullam creari in illum invidiam credimus, si Dæmonis opera læviissimum hunc & teterrimum morbum incussum illi dicamus. Sed hæc fusiori examine jam discutienda.

Morbus, quem Neapolitanum vocamus, quamquam fœdas plenumque voluptates consequi, & nimia in venerem procacitate induci contagia, non semper tamen malæ hujus radicis surculus censendus est. Virulentus est maxime morbus, & contagiosus, ut cum lacte ipso ab infante trahatur, si forte nutrix eo incommodo laboraverit; sicut vicissim infantis virus ex infecto parentum sanguine derivatus in nutricem transfunditur. Vir itaque sanctus quicumque luem illam contrahere potest imprudens, si cum aliquo ea pestis infecto vel communem habeat lectum, vel poculum vel mappulam vel indumentum aut vestem, qui maxime vitio obnoxii sunt, quicumque delicato quodam, & imbecilli temperamento gracilescimus, & cum rebus illis utendum fuscipimus, tactu corruptissimarum partium antea infectis. Chardinus Iterum in Persidem tom. 2. part. 2. cap. ult. testatur, in Oriente & apud Persas maxime pernicioſam esse quandoque loquendi ipsam consuetudinem cum hominibus eo morbo infectis cujus rei in causa esse dicit; quod ex adusto calidoque clymate ac balneorum frequentiu, excipiendo morbo patentibus undique poros corpora sint aptissima.

Non est igitur cur probro viro sanctissimo fuerit, si pernicioso hujus morbi viro infectus dicatur, neque immodica Dæmoni tribuceretur potestas, si in corpus illius adeo valuisse credatur, ut turbata humorum harmonia lepram luemque venerem induxerit. Salvo igitur, quod in virum Sanctum profitemur, obsequio, neque summa potestate Dæmoni permissa, asserendi nobis jus est contingere facile potuisse, ut Jobus luem contraheret, sive vestis pestiferis hue infectis contactu, sive in eodem illius lecto decubitu, quæ omnia Dæmon opportune suppeditaverit. Juvat enim animadvertisse, hæc omnia viro sancto non antea provenisse, quam post ultimas angustias rei familiaris. His plane limitibus potestatem illius omnem terminamus. Infectus ille virtuti adversarius potuit Jobi patientiam in discrimen adducere eo inducto morbo, cujus indolem ferocissimam & maxime probrosam norat. *Ne lues quidquid in aliis ejt horrendum, una secum trahit*, ait Erasmus Epist. 92. ad Regni Polon. Cancellar. Malorum crisin opinio tener, Sophar, ex Amicis Jobi, nihil tale meritum virum de inconsiderata fugilasse illis verbis cap. 20. 11. *Ossa ejus implebuntur vitiis adolescentiæ ejus, & cum eo in pulvere dormient.* Verum imponi eam opinionem Sophar arbitramur; non enim probrosio commercio induci morbum olim autumasse Veteres credimus. Nihil in Lege de lepra præscriptum, quod suspicionem ejus rei promoveat, nisi unum tantummodo, cum fcilicet capitis suppurio animadvertendum edicit in maritum ad uxorem menstruatam accedentem [1]. Nihil gravius de leprosis apud Judæos censebatur, quam quod irato Deo pœnas dare crederentur acerbissimas.

Morbum illum, quem variolas dicunt, ex Medicorum doctrina ulcera non raro, vel taltem pustulæ comitantur in corpore disseminatæ, miteræ affectum hominem angentes. Porro morbi illius virus non extrinsam tantum carnis superficiem pellemque inficit, sed ad intima usque ossa pervadens, abditas partes simul & sanguinem & humorem depopulatur. Prodeunt autem in externum rotundæ quædam crustulæ, in medio quidem planiores circum protuberantes, quarum subflavus color nigrescit. Decidunt spontè interdum barba, supercilia, comæ, atque secretam quamdam in corpore gliscentem corruptionem febris tandem, ni prompto remedio ægroto fuerit subventum consequitur; qua vitales partes depascente, brevi exitium corpus abluminitur. Cum itaque eorum nihil a lepra alienum censeatur, illud statuamus oportet, Jnem veneream lepræ cujusdam genus habendam; & cum lepra laborare Jobum, eaque pessima supra demonstraverimus, probrosi crimini morbi veterno correptus haudquaquam facile credendus est. Quamquam ejus contrahendi morbi alia fuerit Viro honestissimo, alia ceteris salacibus hominibus causa.

Quæ si vera statuantur, illud consequitur, quod sine controversia verum esse arbitramur, probrosi illius morbi virus jam inde a vetustissimis sæculis gliscere in mortalium pectoribus cœpisse; cum lepra morbus tota adeo antiquitate innotuerit, ut frequentissimam fuisse luem, veterum omnium tam Sicrorum, quam prophanorum Scriptorum testimonio dicamus. Profecto si mala ista venereæ luis mercis ex salaci commercio comparatur, quis vetustissimum non esse malum crediderit; cum probrosissimarum voluptatum monstra tot elapsa retro sæcula spectarint? Plures sane inter eos, quorum in venerem proclivioribus fuisse licentiam ex historia novimus, eo genere morbi interisse legimus, quo impiissimus quosque nostræ ætatis vicemus. Quare sin minus probrosi morbi nomen, tem tamen antiquitati innotuisse satis constat [2].

Hunc eumdem morbum Lucianus in Pseudo-Logista *morbum Lesbium* appellat; quod scilicet Lesbiorum in Archipelago mores corruptissimi essent. Morbum Campanum appellat Horatius [3], quod Campanorum & maxime Capuanorum licentia ea ætate effet insignis; ut proinde de Capua dictum illud a Cicerone feratur: *Domicilium impudicitiæ* [4]. Eodem ipectat Antoni ille morbus quem *Lucum Nolanum* [5] nuncupat. Nec alio laborasse Augustum credimus, cui proinde levando olei facipius adhibita fomenta, cum sudore ad flammam provocato, & gelidæ post sudorem affusionibus [6]. Nequidquam tamen iis remediis Princeps convaluit, cum certis anni temporibus residui morbi vestigia quædam apparerent, & languores, malæ hujus radicis mala germina. Tiberius omnium, quorquor unquam fuerunt, falacissimus Princeps malis hisce impudicitiæ comitibus tamquam satellitio semper stipatus est, ejus plerumque facie ulceribus exesa, emplastris ceratisque fœdata [7]. Quod essatissimi in venerem Principis probrum Julianus Imperator in suis Cæsaribus non silens, cicatrices, ulcera, tumores, impetigines lepræ omnes, & cetera incontinentiæ argumenta exprobrat. De Cleopatra hæc habet Horatius lib. 1. Od. 37.

Funus & imperio parabat
Contaminato cum grege turpium
Morbo virorum ....

Ne-

(1) *Levit.* 18. 19. & 20. 18. (2) *Vide Eccli.* 19. 3. *Qui se jungit fornicariis, erit nequam; putredo & vermes hereditabunt illum, & exalteltur in exemplum malis; & tollatur de numero anima ejus*; sive juxta alia Exemplaria, *Exsecrabitur, ut statuatur in exemplum*, & *Prov.* 5. 10. *Ne des alienis* (Heb. *aliena mulieri*) *honorem tuum & annos tuos crudeli* (fœminæ). *Ne forte gemas in novissimis, quando consumpseris carnes tuas, & corpus tuum.* (3) *Horat. lib.* 1. *Satyr.* 5. *Campanum in morbum permodica vocatus.* (4) *Tull. Orat. in Rullum.* (5) *Anton. Epigr.* 90. *de Cæsar.* (6) *Sueton. in Augusto. Authore Antonio Musa* (Medico) *usitum sæpius suadasse ad flammam, deinde perfusum gelida.* (7) *Tacit. Annal. lib.* 4.

Neque hæc in Regina Ægypti miranda, cum lues ista in Ægypto numquam non familiaris. Eumdem morbum iis verbis insinuat Juvenalis Satyr. 11.

.... Pedice lævi
Cedunturque tumidæ, Medico ridente, marisca.

Cur Medicus rideat, dum secat, in promptu causa est; quod scilicet morbi probrosam originem non ignoret. Semel & iterum ea de re Apulejus; ista enim habet Asini aurei lib. 10. *Mercator ad cauponariam divertebat; illa Virgine pereita illum cubili applicans suo, statim ut cum ista acquievit, ab unico congressu pestilentem, & annosam contraxit affectionem.* Et lib. 1. *Ut quidam fupino sibi mortem sua confessione manu voluerit, prius quam inquinata Uxoris contagio maculaverit.* Valerius Maximus lib. 3. de Pulchro filio Claudii scribit: *Perdito amore meretricis infamis, erubescendo morbi genere consumptus fuit; abdomine enim avide devorato, fœdæ ac feridæ intemperantiæ spiritum reddidit.* Vide quæ Julianus probro vertit Tiberio: vide Svetonium in vita Augusti, & Taeitum Annal. lib. 4. de Tiberio, ac tandem consule medicinales theses, quas Parisiis defendit in hoc argumentum D. Allioe de Muffey A. 1717.

Is igitur morbus nomine ignotus, re tamen notissimus erat apud Veteres; nequo recens est malum, sed *veterum morborum farrago.* (1) Quæ de allata lue hac ex America in Europam ab Hispanis narrantur, neque fidei sunt inconcussæ; atque non longe a vero suspicari quis possit, non ab America in Hispaniam, sed ab Hispania in Americam, quod ab Hertera asseritur, transfretasse; ipsumque esse morbum cum lepra, actorum retro seculorum lue familiarissima, quæ annorum successione plures in nominibus vices experta fit. In eo plane ætatis nostræ morbus veteri felicior est, quod medicamina patiatur, olim remediorum omnium impatientissimus. Factum inde ut leprosorum turba & Nosocomia augerentur frequentareturque.

His omnibus morbis, quibus patientissimus opprimebatur (2), addunt nonnulli ulcera in faucibus sive in glandulis, quas amygdalinas vocant, frequens in Syria vitium, teste Aretæo (3). Misere eo morbo affecti torquentur calore, non secus ac igniti carbonis, fauces torrente. Halitus atram spirat mephitim, ex imo pectore provenientem, qua ipsi sibi miseri graves reddunt. Oris facies pallens livensque. Molesta angit sitis; acuta tandem torrensque febris intima depascitur. Quare veluti si in medio igne versentur, audere se undique sentiunt, sublato illis potus levamine, quod ulceratæ glandulæ amygdalinæ liquoris lentum vix patiantur. Cum primum in lecto quieverint, continuo stratum deserere coacti, sessionem quærunt; dein sessione pariter abjecta, cubituri corpora sternunt, stantes plerumque ambulant, quietem aliquam venaturi; hinc fugere solitudinem, societatem amare, quo intimos dolores fallant. Longa trahunt suspiria, paulatim & veluti per partes respirantes. Vox est rauca, & inæqualis, hæreque non semel.

Eo morbo laborasse Jobum inde suspicari daretur, quod æger se cibum capere profitetur (4): *Antequam comedam, suspiro* deglutire salivam non sine incommodo significat (5); intestino calore torreri (6); neque morbo suo levamen ullum sive stantem sive quiescentem continuatis diebus noctibusque experiri (7).

Accessisse his omnibus anginam & maxime scorbutum aurumat Bartholinus. Porro quæ de priori illo morbo asseruntur, hæc testimonio Jobi probari possent, qui eo se dolore vexari profitetur, ut tolerabilius lecum agi putaret, si præcisis laqueo faucibus prompta morte prolixis adeo impotentibusque cruciatibus subducereiur (8). Conferunt etiam in eam rem, quæ supra de cibi potusque capiendi difficultate obiervavimus. Conjecturæ de scorbuto capiendæ occasionem præbuit Medico Scriptori depravata humorum Jobi œconomia, teter melancholiæ humor, & ægritudo, quibus oppressum virum eredit; accedente insuper promitcui cibi nutritione; his enim causis scorbutus debetur. Profecto si Dæmoni pro arbitrio sæviendi facultas dara est, neque morbi illud genus prætermissum facile credimus: cum maxime morbi indoles omnis in illo spectaretur. Halitus mephitis, quæ domesticos omnes arcebat (9): ftridor dentium, gingivarum corruptio, capiendi cibi difficultas, ardens, torridum, & exile corpus (10): hæc de scorbuto neque ac de Jobo feruntur. Hanc capiendi cibi difficultatem ftridori dentium, & gingivarum ulceribus tribuendam Bartholinus arbitratur; malunt alii ulceribus oris: quin & ipse Bartholinus superius ex glandulis amygdalinis exelis repetebat.

Longam hanc malorum aliadem refert Pineda, neque his omnibus cetersique malis illorum comitibus, nempe erysipelate, scabie, impetiginibus, pruritu violento, ulceribus toto corpore disseminatis, fœtis, igne sacro aliisque contentus, chiragram etiam, podagram, ischiadem que centuit adjacendas. Nec tane fuerant posthema hæc omittenda, si illud semel constituatur, nihil esse in morbis maxime violentum, quod vim suam in Jobum non exercuerit. Conjecturæ hæ indicia derivar Auctor ex illo Job 13. 27. *Posuisti in nervo pedem meum*: sicut & cant alibi (11) testatur, membra sua omnia absumpta esse & in nihilum redacta. Animadvertimus etiam in superioribus (12) veteratescentem lepram pedibus maxime obnoxiam maxime prodi, quos scilicet duris adeo tumoribus inflat, ut chiragræ atque podagræ speciem intuentibus exhibeat. Quid valeant conjecturæ istæ; Lectoribus judicandum relinquimus.

Post eas omnes adductas conjecturas & sententias, quid maxime de Jobi morbo sentiri oporteat, definire quisque potuerit. Modo, ut totum expleamus argumentum, reliquum est dissertamus de natura, causis & effectibus singulorum morborum. Sed nimis longius, quam pro modo dissertationis, adduceremur, & minor nobis medicinæ peritia quam argumenti dignitas exigat. Ad hæc conjecturas nostras de Lepra, cujus est apud Moysen sermo, alibi congessimus facile ad præsens intentum accommodandas. Unum tantum in præsentia addendum, morbum illum Jobi, quamvis rarum & insolentem, non adeo tamen prodigiosum haberi debuisse, quin ullius causæ naturalis ministerio inductus credatur. Petenti Dæmoni illud tantummodo Deus indulsit; ut causas plures morbi naturales compares, & horum sanctum omnes immitteret, eatumque vim magis magisque promoveret; vivere tamen illum semper, sed longam trahendo mortem, permisit.

Quædam modo de restituta viro sancto valetudine discuienda sunt. Nihil ea de re in Scriptura, ita vero narrant Orientales (13). Cum randem imponere longe calamitati finem statuisset Deus, Angelum Gabrielem misit, surgere virum sanctum jubens, tem; qui Angelicis præcepsis adstutum obiectrus - stratio relicto, stetit. Tum Angelus stare iterum in pedes justit, & frigida corpus lavare, vinique potu affectum corpus reficere. Nihil a Jobo omissum, statimque egrieudine depulsa convaluit. Inter hæc, dives subito fons ante pedes ejus exiluit, ex quo tortens cœpit excurrere, aquis lateo candore, mellis dulcedine, & gratissimum spirantibus fluens. Vix aquis illis epotis statim abire vermes, nec ultra ad virum sanctum accedere. Justi simul amici Job illum convenerunt, provocatum in se Dominum qua implorato Job patrocinio, qua sacrificiis placarunt; provocatum, inquam, quippe qui inconsultis & iniquioribus verbis plura effutierant. Ipsis etiam ami-

(1) *Lang. Epist. Medic. tom. 2. Epist. 14.* (2) *Bartholin. de Morbis Biblic. Art. 7.* (3) *Aretæus lib. 1. de Caus. & Sign. Acutorum morb. cap. 9.* (4) *Job. 3. 24.* (5) *Job 7. 19.* (6) *Job. 30. 30.* (7) *Job 7. 3. 4. 13. 14.* (8) *Job 7. 15. Elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea.* (9 *Job 19. 17.* (10) *Job 30. 30.* (11) *Job 33. 11.* (12) *Job 16. 16.* (13) *Kersuus in excerpt. Arabic. Msf. apud Spanhem. Histor. Jobi cap. 8. pag. 124.*

amicis rogantibus erroremque suum agnoscentibus data facilis a Jobo venia, qui testes illos restituitque sibi a Deo pristinæ valetudinis & fortunarum nactus est.

Orientalium ingenium pronum est maxime in prodigia jactanda, neque si plura cumulaverint, & maxima ad arbitrium effinxerint, religioni maxime ducunt. Quare nullum est certum alioqui assertumque in Scriptura prodigium, quod plurium, & plurium miraculorum accessione promovendum non aggrediantur. Qua in re & indolem ipsi suam, & habitudinem sequuntur, rati tum maxime divino honori & decori Religionis se consulturos; si plurium fabellarum satellitium illi adjunxerint. Principium, si quod aliud unquam, maxime pernicioſum, in superstitionem & irreligionem recta deducens. Cautiores multo Sacri Scriptores nullum nisi maxime necessarium prodigium constituunt; eas simul addentes circumstantias, quibus facile Lectores persuaderentur, quando etiam nihil Scriptoribus illis fuisse divinum crederent. Cum igitur de prodigio miraculisque nihil in ea historia legamus, ut quid incerta & subleste fidei agnoscenda cogeremur?

Quo longius a prodigiis recederet Bartholinus, novam ille restituitæ Jobo valetudinis rationem excogitavit, cujus adeo nulla fides, ut nullam etiam veri speciem exhibeat. Cineri assidebat Jobus (1), tum ut humiliatem suam eo indicio demonstraret, tum pariter ut ulceribus suis prompto remedio occurreret, ait idem Bartholinus. Verissime ille quidem de humilitate; mos enim obtinuerat, ut crimen aliquod admissum lugentes, cineri, & terræ assiderent: quicumque etiam funera lugebant, caput vultumque pulvere, & cinere fœdabant. Ipse pariter Jobus gravioribus verbis a Deo castigatus, quod inconsulta plurima effutiisset; *Ago*, ait, *pœnitentiam in favilla & cinere* (2). Sed quis, rogo, nisi delirans, sibi in animum induxerit, Jobum remedium ulceribus quærendum in cinere cogitasse? Sed noxium cinis excitcat humorem, ait Dioscorides, lib. 5. cap. 132. & exsiccandis ulceribus tum & cruste inducendæ cinis farmentorum aliis contemperatus medicaminibus valet. Cruori e recenti vulnere fluenti sistendo cineres præsentissimos esse testatur Galenus (3). Ulcera Syrorum, sive ulcera faucium vel glandularum amygdalinarum, noxius in primis & vulgatus in Syria morbus, teste Aretæo (4), asperſis pluma cinereibus tractatur. Exsiccandis igitur ulceribus, & lepræ curandæ eodem remedio Jobus utebatur. Bella argumentatio! Nonne præstaret silentio rem præterisse, potius quam talia serio attulisse?

Nos igitur de ratione valetudinis a Jobo receptæ rem integram transigimus, cum neque conjecturæ neque Scripturæ restimonia aliqua suppeterant. Nihil etiam nobis de prodigiis; æquum est enim ut ab inutili labore frustra illa inveligandi Lectorem relevemus. Jobum satis prompte convaluisse illud demonstrat, quod statim pro amicis sacrificia obtulisse legitur; vix enim leprosus & morbo oppressus præstandis sacrificiis parem se exhibuisset. Sed prodigio illius sanitatem restitutam quis dixerit? Ex quo enim Dominus concessam prius Dæmoni potestatem retraxit; ex quo Virum Sanctum cœlesti solamine spectandum se præbens recreavit; (ad id enim abscondisse faciem suam visus est Deus, æque averso illum oculo respexisse, quo magis magique de patientia illius periculum faceret) ex quo pariter obstructi morborum fontes; tum pronum viro Sancto fuit, ut naturali aliquo remedio, sive balneo, vel succo aliquo herbarum affectum corpus foveret, saniem detergeret, abigeret vermes, ac tandem cibi aliquo delectu servato pristinam humorum harmoniam potuit reparare. Vix enim credimus, quin prompta essent & ad manum remedia in morbo earum regionum plane vulgari & frequenti. Cum tamen diuturniorem morbum illum vicissitamque penitus humorum massam nos in superioribus nec immerito statuerimus, si quis bonorum Angelorum ministerium aliquod accessisse voluerit, ut quemadmodum mali Angeli artibus morbus inductus est, ita bonorum Angelorum ministerio depelleretur, per nos liceat. Potuit enim bonus Angelus prompta & opportuna remedia viro suggerere, potuit admonitu suo a noxiis arcere; qua in re nullum aliud intercessisse prodigium agnoscendum est, quam quo nos quotidie juvamur a bonis Angelis recta quæque suadentibus & suggerentibus, ut ad morum honestatem promoveamur; tum etiam sedulo invigilantibus, ut nos sive a noxiis arceant, sive ut a malis, quæ in caput nostrum induximus, liberemur.

DISSERTATIO

IN ILLUD JOBI 29. 18.

Sicut palma multiplicabo dies.

QUEM exponendum hic suscipimus Textum, neque maximi est in se momenti, neque rectum illius sensum assequi ad nos maxime spectat. Cum tamen argumentum ex eo ad probandam resurrectionem adduxisse Veteribus succurrerit, ac in variis ejus occasione sententias Interpretes distrahantur; ideo aliqua de illo in medium afferre ad nos maxime pertinere arbitramur. Scitum est, Jobum verbis illis longioris vitæ felicitatem sibi augurari; an vero producere sibi vitam palmæ, vel potius Phœnici parem optaverit, vel tandem tot sibi vitæ annos, quot in mari arenæ deprecatus sit, ambigitur; uno verbo, an similiudo ex Phœnice vel palma, vel arena in litore maris deducta sit, inter Authores disceptatur. Hæc nobis in præsentia discutienda.

Profecto si Hebraici Textus verba satis haberentur explorata (5), nullus esset controversiæ locus; sola enim sententiæ ad litteram expositio Interpretes omnes in concordiam adduceret; nec multum inde curaretur quid Veteres pravam interpretationem secuti autumaverint; solis illis Interpretibus inter Veteres adhærentibus nobis, qui maxime rem assecuti deprehenderentur. Cum vero Rabbini, & Veteres Interpretes, quorum sententiam in Scripturæ versione maxime sequimur, nec satis inter se constent, & incertam vagantemque vocum significationem reliquerint, integer nobis manet labor Textum & potissimas Versiones excutiendi; quo inter varias illorum sententias meliorem pro viribus seligamus.

Quam in eo Textu vertendo rationem secuti sunt Septuaginta, variis tot opinionibus occasionem præbuit & fomentum. Utuntur enim voce *Phœnix*, quæ in Græco tria vel quatuor maxime diversa significat; palmam nempe, Phœnicem avem, & Phœnicium nempe Phœniciæ incolam, ac tandem herbam, quam

(1) *Job* 2. 8. *Jaschav betoch haepher.* (2) *Job* 42. 6. *nichamthi al aphar. Vatpher.* (3) *Galen. seu alius Author libel. de Simplic. Medic.* (4) *Aretæus lib. 1. de Curat. Acut. Morb. c. 9.* (5) *Chathol arbeh jamim, schareschi phanu alemajim.*

quam nos *lolium murinum* appellamus (1). Hanc ævi vocationem sensisse illi, & subduxere voluisse visi sunt, addentes vocem *truncus* : *Et sicut truncus Phœnicis* (sive Palmæ) *multiplicabo dies*. Ecquæ enim alia voci Phœnix congruere potest significatio, nisi palmitis si vox truncus addatur ? His tamen minime convicti plures, locum interpretati sunt, de Phœnicea ave, totam sententiam legentes (2) : *Sicut corpus* (vel fœtus) *Phœnicis multiplicabo dies*. Tam uberem vero spiritualium conceptuum materiam hinc nacti sunt, ut non raro pro refurrectione mortuorum argumentum ex illa derivarint. Erroris fomentum præbuerunt verba immediate antea in Textu legenda : *Dixi : In nidulo meo moriar, & sicut Phœnix multiplicabo dies*. Pronum est enim ut nidus de ave exponatur, & de ave potissimum ejus nominis tota antiquitate celebratissima, deducendis figuris & allegoriis maxime opportuna.

Porro de Phœnice ave Arabiæ hæc tradit Solinus cap. 42. *Phœnix aquila magnitudine, capite ornata, in cunam plumis extantibus, crissatis faucibus, circa colla fulgore aureo, postera parte purpureus, atque cauda in qua rosea pennis cæruleus interscribitur niter* (3). Addunt sidera in oculis micare, unicum esse in mundo (4) ; vitam juxta aliquos ad 500. annos (5) ; juxta alios ad 1000. (6) nec desunt qui credant ad 7000. producere (7). Vivit, ait Plinius lib. 10. cap. 2. ad 660. 560. seu 521. annis : variant enim Exemplaria. Solino vero 540. annorum avis est. Supparem novem Corvorum generationibus numerat Hesiodus ; corvum vero 9. humanis generationibus parem constituit. Albertus Magnus intra 340. annos Phœnicis vitam definit.

Non defuisse qui 1460. annorum vitam avi tribuerent, Tacitus est author Annal. lib. 6. se vero credere, intra 500. annorum spatium ætatem illius terminandam ; addit tandem incertam esse avis ætatem. Narrat, tamquam sua ætate vulgatum, primum omnium Phœnicem ex Ægypto allatum sub Sesostride paruisse ; secundum sub Amasi ; tertium sub Ptolemæo III. nempe Evergete ; quartum tandem vidisse Romam xerum potiente Tiberio sub Coss. P. Fabio & L. Vitellio A. U. C. 787. Verum, ait idem Taeitus, inter Ptolemæum III. & Tiberium Imperatorem brevc tantum 250. annorum intervallum vix interesse : ait proinde quæ de ejus ætate feruntur, vel minus cum veritate constent, vel eadem avis sæpius in vita sua paruisse credenda est. Addit tandem : *Unde nonnulli falsum hunc Phœnicem, neque Arabum e terris credidere, nihilque usurpasse ex his qua vetus memoria firmavit*. Hæc Taciti suppuratio annorum inter Evergetem & Tiberium veritati quidem non cohæret, sed numquam 500. anni ea remporis intercapedine fluxerunt. Quare falsa liect aurumaverit, semper tamen verissime asserit, eorum opinionem, qui nonnisi post evolutos 500. annos Phœnicem reducunt, fidei esse fubletæ. Quin & si unus tantum Phœnix in mundo esse credatur, quod Antiquitatum contentis asserrum est, cum nullus amplius post Tiberii ætatem paruerit, desiisse Phœnicem jam certissime statuendum. Singulas recurrentis anni, quem Astronomi magnum vocant, periodos Phœnicem pariter reducere tradit Manilius (8) ; quam Vetcrum nonnullorum fuisse sententiam Solinus cap. 42. animadvertit. Sed quis, rogo, crediderit avem producere vitam potuisse non ad 500. tantum annos, quæ sunc ætas fidem excedit, sed ad 12954. quot periodum magni anni conficiunt ; eum nempe Cœli omnes & corpora cœlestia ad idem pecurrunt punctum, veluti si tunc primo motum suum exordirentur.

Dissert. Calmet. Tom. I.

Plinius lib. 10. cap. 2. ex Cornelio Valeriano tradit, Phœnicem per Ægyptum volitasse sub Coss. Q. Plautio & Sex Papinio. Phœnicem Romam delatum sub Claudio anno 800. ab U. C. idem Author asseruit, cujus, inquit, in Senatu acta in publicas tabulas redacta sunt ; sed, addit idem Plinius, fictam esse avem dubitavit nemo.

Nec minus de genere mortis atque de reparata iterum post funus vita, res est inter varias Authorum sententias ambigua. Cum ad vitæ exitum evoluta annorum, quos natura constituit, periodo devenerit, seque in mortem urgeri provida avis intellexerit ; ipla sibi ex odorosis arborum ramis feralem rogum construit. In eineres resoluta, ex ossibus & medulla primo vermiculus innascitur, qui paulatim crescens, tandem transmutatur in avem ; & eum primum volatui explicando se parcm expcritur, cinctibus parentis suæ, & nidulo ubi vitam absolvit onustus, omnia defert ad Solis Aram, juxta Insulam Panchæam in Oceano (9), sive in Provincia ejus nominis in Arabia Felici (10), sive in Troglodytide (11), sive in Ægypto juxta Heliopolim (12) ; eo enim de siru Panchææ Veteribus celebratissimæ in ineerto versamur.

Herodotus lib. 2. cap. 73. delatum tantummodo a juniori ave parentis corpus in myrrhino ferctro impositum, ad Templum Solis in Helinpoli Ægypti urbe testatur, nihil addens sive de morte, sive de reparatæ vitæ ratione. Addunt nonnulli, Phœnicem post conflrmcium ex gummi seris aromatieique lignis nidum, excussionc alarum ignem excitare ; quo absumptum & in eineres redactum, iecium in vermiculi speciem innasci, paulatimque explieari in Phœnicem. Rem illam aliter sibi narrandam fuscipit Tacitus Annal. lib. 6. Constructa ab ave nidus, ait, virtute quadam generandi fœtumque Phœnicis emitendi inspergitur, ilatimque priori ave vita functa nova emergit. Vita autem in lucem emillus Phœnix nihil habet antiquius, quam ut parentis funus curet ; quare myrrha obvolutum cadaver ad Aram Solis defert, igne absumendum gratum Numini facrificium. Hæc Tacitus, qui totam narrationem suam ita concludit : *Hæc incerta & fabulis aucta. Ceterum*, addit, *aspici aliquando in Ægypto eam volucrem non ambigitur*.

Gemina Herodoto de Phœnicc habet Origenes (13) ; sed avem non negans, ambigere tamen de illæ pluribum demonstrat. S. Clemens in priori ad Corinthios Epistola, Pseudo-Lactantius in Carmine de Phœnice, S. Basilius Magnus in Hexaemcron lib. 8. S. Cyrillus Hierosolymitanus Cateches. 18. S. Ambrosius (14) veritatem ejusdem avis perfuasissimam habuisse visi sunt ; tum ex illa argumentum pro refurrectione derivarunt ; ac inter illos S. Ambrosius tamquam rem ex Scriptura indubitatam asserit. *Hoc relationes crebra & Scripturarum authoritate cognovimus &c.* (15). Hæc plane S. Doctoris verba non alium Scripturæ testimonium spectasse videntur, quam Jobi illud, relatæ a nobis historiæ satis congruens : *Sicut Phœnix multiplicabo dies* ; quemadmodum enim avis illa in eineres dissoluta iterum compingitur ; ita mecum pariter præstandum erit ; & sicut e sinu mortis ad novam vitam reparatur Phœnix, ita ego post obiatum Deo vitæ meæ sacrificium iterum innovabor.

Phœnicis exemplum insinuant pariter ad refurrectionem probandam Tertullianus de Resur. carnis, & S. Epiphanius in Anchorato. Idem pro addiuenda virginitate Beatæ Mariæ, & præter mortalium consuetudinem Jesu Christi natali, laudat S. Cyprianus in Symbolo. Frustra essem, si omnium testimonia ea

(1) *Vide Dioscorid. lib. 4. cap. 39.* (2) *Mercer. & Tir. in hunc locum, Hebraï apud Vat. Gret. Codure. Drus.* (3) *Vide & Plin. lib. 10. c. 2. & l. 13. c. 4.* (4) *Tacit. lib. 6. Annal. Unum in terris Mela lib. 3. c. 9. Avis semper unica.* (5) *Horus Jeroglyph. 33. Senec. Ep. 42. Tacit. Annal. 6. Herodot. lib. 2. c. 3.* (6) *Author Poemat. de Phœnice sub nomine Lactant. & Claudian. &c.* (7) *Cheremon apud Tzetz.* (8) *Manil. apud Plin. lib. 10. c. 2.* (9) *Vide Eusseber. apud Euseb. Præpar. lib. 11. c. 2.* (10) *Virgil. Georgic. 2. Servius ibid.* (11) *Vesf. ex Mela lib. 3. c. 8.* (12) *Plin. 10. c. 2. Haraduin. in cund.* (13) *Origen. lib. 4. contra Celf. ad finem.* (14) *Ambrof. Hexaemer. l. 6. cap. 23. Item in Pfal. 118. serm. 19 n. 13. Tibimie coitus corporeos ignorat, libidinis nescit illecebras ; sed de sue resurgit rego, sibi avis superstes, ipsa & sui hæres corporis, & cinaris sui fatus.* (15) *Ambrof. lib. 2. de Fide Resurrect. num. 59.*

in re suscipierem congerenda. Profecto si tot probatissimi testes ad adstruendam Phœnicis veritatem impares habentur, quæ præterea a nobis addi potuissent, minoris semper momenti viderentur.

Sed, ut veta fatear, de Phœnicis veritate, sicut & tot historiarum fide plurimum nec immerito ambigitur (1). Quicumque Scriptores ea de re egerunt, inter se constant, aliis alia narrantibus, tum de vitæ diuturnitate, tum de genere mortis, tum etiam de reparandæ vitæ ratione. Alii dubitationes ea de re suas non silent; alii fabellas veritati plures admixtas agnoscunt; ac tandem ipsa avis historia adeo singularis est, & supra fidem, ut humanam credulitatem superet. An forte tamen Phœnix, fabulosa, uti quidem creditmus, avis, cum ave Paradisi, cujus veritatem omnes fatentur confusa est?

Avis Paradisi plumarum elegantia insignis (2), iisdem plumis octo digitis longis ornatur. Cauda ad Pavonem accedens, colore aurco, varietate insigni coruscat. Collo est quam par sit brevioti, ut deesse prorsus videatur. Capite & rostro ampliori, tenuique, cujus radices in alis ipsis desguntur. Ejusdem plumis instruuntur Principes Insularum, quas Moluccas vocant, iisque tutos se a vulnere arbitrantur. Turcarum crista illis pariter ornatur. Magnitudine est pulli e gallo gallinacco. Ferunt Paradisi avem semper in motu & libratis in aera pennis versari, cum pedibus careat; pasci vero rore ex aere matutino stillanti. Fabellas huic historiæ admisceri plurimas non ambigimus. Hæc certiora: figura & plumæ avis alterius plane sunt a ceteris formæ; vix in ramis quiescit; pedibus sive brevioribus utitur sive penitus caret; insectis quibusdam, vel gratum spirantibus floribus innutritur. Ferunt juxta ramos arborum quietem capere, quibus vel plumis vel filamentis quibuldam nigris circa caudam adstringitur. An vera sit avis, ne ambigitur quidem, cum ejus exuviæ inter cymelia PP. Jesuitarum Romæ spectentur. Sola superesset dubitandi ratio, num ætate Scriptorum de Phœnice agentium innotuerit; neque enim de ætate Jobi quidquam dixerim, cum ille nec de Phœnice nec de ave Paradisi facile unquam cognitaverit. Ferunt si Indiæ & Oceanus Indicus jam inde a Salomonis ætate exploratissimi erant; cur nota in illis regionibus avis, Græcos Romanosque, apud quos de Phœnice sermo, latuerit? Fac autem noverint; quis prohibet quin ejusdem avis historiam sub Phœnicis nomine tradiderint? Hæc occasione versionis illius Textus: *Et sient Phœnix multiplicabo dies*: disputanda fuerant.

Altera Versio: *Et sient palma multiplicabo dies*, majori assensu probatur. Ita legunt Septuaginta, Vulgata, Vetus Itala, & tota ferme vetustas, cum pluribus Recentioribus. Quin & satis expressum in Antiquitate testimonium pro lectione de Phœnice an satis demonstrari posset ambigitur. Quidquid in toto Jobi Textu legitur; satis cum palma quadrat. Arbor est maxime annosa, succeſſa facile germinat (3), & ad miraculum usque fœcunda. Ipsum Phœnicis nomen ex palma derivatum ferunt; quod arbor illa annosa sit, & veluti post cineres renascens; cum in cineres redacto trunco, nova e radice germina[e]rumpant (4). Ferunt insuper proceras palmas circum habere ingentium arborum sylvam, (usque ad 24. enumeratur) ex eadem radice, quamquam inter se distinguantur, succrescentium (5): *Procerioribus sylva arbore ex ipsa*, ait ea de re Plinius lib. 13. cap. 4. Vir quidam fide dignissimus, qui decennio in locis palmifetis substitit, testatur numquam e radice palmæ gemina succrescere; sed e nucleis in terram decidentibus, non tamen nisi in locis humentibus, vel nisi forte humore aliquo irrigatis; innasci; Vix satam radices emittere idem Plinius est author: Et *ab radice avulsa vitalis est satus & ramorum exuberantia. Gaudet & vigniis totogna anno bibere*. Quod maxime cum Scriptura hic vers. 19. congruit: *Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea*.

Ad palmæ ætatem quod attinet, juventam suam arborem emissis germinibus repatare, & ad radices utique fuscitam iterum succrescere jam observavimus. Longissimo evo durare illam asserit Theophrastus (*); & de palma Deli hæc Plinius lib. 16. cap. 44. *Ad ejusdem Dei* (Apollinis) *ætate conficitur*. Magna sunt hæc & exaggeratione forte in majus aucta; sed communem istem perfusionem de longissima ejus arboris ætate satis demonstrant. Hæc plausibiliora pro vindicanda Versionis hujus veritate afferuntur; Versionis, inquam, hujus, qua Jobus annos sibi palmæ fupparcs ominatur, quamquam aliquo doloribus & infirmitate oppressus mortem capiti suo imminentem cerneret. Nec authotibus Sacris novum est & insuetum, ut similitudinem e palma, arbore in Judæa & Arabia celebtatissima, desivent: *Justus ut palma florebit* (6). Sponsus in Canticis Sponsæ suæ proceram staturam palmæ comparat (7). Sponsæ coma ramis palmarum similis esse dicitur Cantic. 5. 11. Ipsa de le fapientia cetera omnia infra se despicere, veluti palma in agro Cades, habet Eccli. 24 18. Filii Aaron Sacerdotes insigni corona Oniam Summum Sacerdotem ambiunt, veluti proceram aliquam arborem palmæ citcum implantatæ Eccli. 1. 14.

His omnibus, quæ in rem præsentem congruere videntur, unum opponunt, quod pluribus æquivalet: nempe vocem Hebraeam *Chol* nullibi locorum in Scriptura palmæ defignandæ occurrere (8). Sapius quidem de palma arbore in Palæstina frequentissima apud Authores Sacros, nec nisi nomine Thamar usos illos legimus. Frequenter apud illos quidem vox Chol recurrit; numquam tamen pro palma. Nec Septuaginta vocem *Chol* alibi unquam, quam in hoc Jobi loco, palmam reddiderunt. Aliena est ætiam ea nomini significatio in lingua Chaldaica, Syriaca, & Arabica Hebraicæ affinibus, ex quibus radicum Hebraicarum notio interdum exprimitur. Quare sive altam Hebraici Textus lectionem secutus fuisse Septuaginta, sive mendose legisse illos fateamur oportet, quod etiam ante nos Recentiores quique Interpretes agnoscentes, duces illos ea in re deseruerunt.

Tertia superest lectio in hunc sensum (9). *Dicebam: In nidulo meo moriar, & sicut arena multiplicabo dies*. Quemadmodum enim Jobus florentibus rebus suis, & vitam proborum operum exercitio felicem ducens, lætam sibi mortem quietamque in æde sua & lectulo filiorum corona cinctu ominabatur; ita pariter, cum in summas angustias malis oppressus, lepra affectus, vermibus exeius devenisset, nullam sibi lætam diem sperare audebat; cum tamen aversos a calamitate sua oculos in Deum figebat, extinctæ ipei igniculos aliquos exeitans, lætiora sibi & augurabatur, & sperabat; tum & futuram vitam animo contemplatus, carnis suæ resurrectionem & immortalem post corruptionem vitam sibi spondebat. Neque hæc tantum, sed & Jesu Christi resurrectionem otaculo suscipit prædicendam, qui e pulvere & favilla sepulchri vitæ igniculum excitans, resurrectionis suæ exemplo ceteros in spem resurrectionis perennitque vitæ erigeret.

Porro interpretationem illam vindicat 1. ipsa rei evidentia. Deducta enim ab arena similitudo pro annorum & bonorum multitudine exprimenda, Scripturæ maxime familiaris est. 2. Genuina verborum

(1) *Vide Boch. de anim. Sacr. par. 2. lib. 6. c. 5.* (2) *Vide si lubet Bellon. Observat. lib. 3. cap. 25. Cardan. de Subtilitate lib. 10. Georg. de Sepibus, de Rem. Societ. Jesu Museo.* (3) *Plin. lib. 13. cap. 4. Sunt & cadus palmarum quoque silva, germinantes rursus ab radice succisa.* (4) *Plin. lib. 13. cap. 4. Mirum de ea accipimus cum Phœnice ave, quæ putatur ex hujus plane (Syagrorum) argumente, nomen accepisse emori ac renasci a seipsa.* (5) *Bellon. lib. 2. cap. 25. Observat.* (*) *Theophrast. de causis lib. 3. cap. 16.* (6) *Psal. 91. 13.* (7) *Cant. 7. 7.* (8) *Chachel arbor jamim.* (9) *Vaomar im Kimni eyuh Vethachel arbob Jamim.*

rum Originalis ſignificatio, quæ variis Scripturæ locis conſonat. 3. Peritiſſimorum Interpretum ea in re conſenſus, ut Chaldæi, Syriaci, Arabici, Montani, Pagnini, Munſterii, Caſtalionis, Junii, Tremellii, Mercerii, Vatabli, Coduri, & plurium aliorum. 4. Tandem Rabbini, qui vocem Chol reddunt avem quamdam immortalem, quę a vetito fructu abſtinuerit, fabellam vendentium adeo putidam, ut nullam fidem, nihilque ſibi deferri mereantur. Poſtrema igitur hæc explicatio præferenda ceteris videtur.

IN DUOS LIBROS MACCHABÆORUM.

PROLEGOMENON.

POST reſtitutos in prtores ſedes Babyloniea captivitate ſoluta Iudęos, nova plane Reipublicę forma a veteri diverſa inducta eſt. Manſit enim regio Perſis, quorum beneficio libertatem receperat, tributaria, & Præfectis eorum arbitrio conſtituris ſubmiſſa. Præfuit igitur omnium primus Saſſabaſar a Cyro datus, quem Perſadam, & plane a Zorobabele diverſum eſſe arbitramur (1). Manſit ille in provincia uſque ad Regnum Aſſueri alio nomine Smerdis Magi, qui juſſos ab ędificio Templi abſtinere Iudęos, Syrię Præſidi regendos aſſignavit (2). Secundum hęc, Eſdras faeultate *Artaxerſis Longimani*, præfectura regionis auctus in Iudęam venit (3); ſed adverſarios gentis ſuę ęmulos nactus, ſive quod Aulę Perſarum in expeditione Ægyptiaca occupatę præſidio deſtituereturr, ſive tandem quod neceſſaria tanto muneri authoritas viro deſuiſſet, inquietam magnique turbis agitatam habuit Rempublicam.

Labentes tes populi ſui intelligens Nehemias, ab eodem Artaxerſe Rege Perſarum eadem præfectura impetrata in regionem ſe conculit (4), poreſtare pariter conſtruendorum mœnium & portarum Ieruſalem auctus. Communiſſum ſibi munus tanta virtutis & ſapientię laude obivit, ut de Republica ſumma authoritate diſponeret, ſneque populo oneri eſſet, quemadmodum ceteri ante ipſum Perſæ regionis Præſides dati; quibus 40. ſiclorum vectigal dietim pendebatur (5). Neque ceteros tantum e populo, ſed & Sacerdotes ipſos habebat ſubjectos, quos ſive extorres agere, ſive mulctæ ſubjicere pro meritis poterat (6). Ex quo aperte ſane inteiligimus, politeam Reipublicæ adminiſtrationem populo permiſſam non eſſe, quemadmodum Scriptoribus nonnullis affirmandum ſuecurrit. Quin nec temporis ſucceſſu ſuprema illi authoritas relicta eſt. Zacharias 6. tt. 12. 13. authoritatem Summi Sacerdotis, & Zorobabelis aperte diſtinguit; illum enim dieit populum in rebus ad Legem pertinentibus habuiſſe ſubjectum; eum Prineeps Nationis omnia in regione neceſſaria curaret ad nutum Regis & Præſidum Provinciæ (7).

Poſt Nehemiam nonnulli etiam Pagani Præſides ſubjectam Perſarum Regibus Iudæam habuerunt; inter quos Bagoſes, ab Artaxerſe miſſus, præter conſueta regionis tributa 50. etiam drachmas pro ſingulis agnis in Templo oblatis pendenda edixit; quin & in Summum Sacerdotium manum extendere tentans, ſacram illam dignitatem Jeſu fratri Joannis, ſive Jonathæ Summi Sacerdotis pollicitus eſt. Jeſus cum fratre & æmulo ſuo altercatus in Templo, cum res ad manum veniſſet, ab eodem fratre ibidem occiſus eſt (8); quod Præſidi novam in Sacrum locum & in libertatem populi audendi præbuit occaſionem. Domum itaque ſanctam pervaſit, Judæoſque genere quodam ſervituris ſubmiſſos habuit toto eo ſeptenuii ſpatio, quo poſt obitum Jeſu provineiam adminiſtravit.

Artaxerſes Ochus domitæ Phœnieiæ & Ægypti ſpolia pluribus in captivitatem adductis Judæis auxit; quos ad incolendam miſit Hireaniam, regionem Maris Caſpii, & ipſam pariter Babylonem; ubique manſiſſe etiam Judæos diu poſt Jeſu Chriſti ætatem, reduendoſque tandem ſtatu divinitus die Veteres quidam autumarunt (9).

Toto temporis ſpatio Reipublicę adminiſtratio Summis Sacerdotibus relicta videtur, cum Alexander Magnus in Syriam veniens, Jaddum Summum eorum Sacerdotem ad deditionem ſollicitarit, iiſdem propoſitis conditionibus oneribuſque, quibus ad id uſque Dario ſerviverat. Reeuſavit Jaddus, Perſarum Regibus fidem ſuam ſacramento obligaſſe, cauſatus (10). Dein vero parendum victori cenſuit, eum & nihil præſidii manere ſibi in Perſis intelligeret, & victoris armis ſuſtinendis impares eſſent Judæi. Manſit igitur ſubjecta Maeedonibus regio, quemadmodum olim Perſarum Regibus paruit.

Sublato Alexandro, Judæa fortunam Syriæ, cujus illa portio habebatur, ſeeuta eſt; & cum inter Syriam & Ægyptum media verſaretur regio, utriuſque provinciæ vices, quas ſive ambitio regnandi ſive durorum ampliſſimorum Regum potentia induecbat, experta eſt. Perdiecas & Antipater primo regendam commiſerunt Laomedonti Mityleneo, quem Ptolemæus Lagi Rex Ægypti peeunia corrumpere fruſtra tentavit. Cum igitur nihil peeunia valuiſſet Ægyptius, Nicanorem unum ex amicis ſuis ad edomandam Syriam & Phœnieiam non improſpero ſucceſſu miſit. Interim Ptolemæus copias in Judæam ducens, dolo Ieroſolymam eœpit, everſiſque mœnibus triumphantis more 100000. Judæorum trahens, in Ægyptum regreſſus eſt. Ex his Judæis 30000. emiſit ieſe Ciſſimos in ſuum exercitum adſciri; potiſſimarum quoque areium cuſtodia illis commiſſa (11): Poſt 5. vel 6. annos Antigonus eaſdem provincias ditioni ſuæ adjecit; ſed cum defendendas reliquiſſet Demetrio filio ſuo, ille a Ptolemæo victus in prædam victoris omnia reliquit (12). Aecurrens ſtatim Antigonus, pulſo Ptolemæo ditionem ſuam vindicavit (13). Succeſſu temporis Seleueus Nieanor tributariam ſibi eamdem provineiam reddens, adminiſtrandam reliquit Summis Sacerdotibus Judæorum, impoſito 300. talentorum tributo (14). Judæum populum ſummis beneficiis devineiendum ſibi Ptolemæus Philadelphus Rex Ægypti ſuſcepit (15). Ad eumdem Regem pertinuiſſe tum temporis Provinciam & hiſtoria Septuaginta ſinſinuat, & S. Hieronymus Ezechielem 25. aperte teſtatur. Patris in Judæos amorem æmulatus eſt Ptolemæus Evergetes, qui Ieruſalem veniens, plurima in Templo munera conſecravit (16). Antiochus Magnus Syria, Phœnicia, & Paleſtina Philopatorem exſpoliavit, ſicut & ille vicciſſim ab eodem Philopatore deinde exſpoliatus eſt, inſigni prælio victus juxta Raphiam urbem in finibus Ægypti (17). De proſpero hujus victoriæ ſucceſſu gratias aeturus Philopator, Ieroſolymam ſacrificia oblaturus venit;

R a nit;

(1) *Vide* 1. *Eſdr.* 18. 11. & *Commentar. ibid.* (2) *Vide* 1. *Eſdr.* 14. 6. 7. &c. & 17. 18. 22. 23. & 5. 3. &c. & 6. 13. (3) *Vide* 1. *Eſdr.* 7. 25. (4) 2. *Eſdr.* 1. 10. & 3. 7. 8. & 6. 2. (5) 2. *Eſdr.* 5. 15. (6) 2. *Eſdr.* 13. 4. 8. 9. 28. (7) *Vide noſt. Comment. in Zach.* 3. 7. (8) *Joſeph. lib.* 11. c. 7. *Antiq.* (9) *Georg. Syncell. ex Jul. African. Oroſ. lib.* 31. c. 7. *Vide & Uſſer. ad annum* 3654. (10) *Joſeph. Antiq lib.* 11. c. 8. (11) *Vide Uſſer. ad A.M.* 3684. *Dioder. cum Appiano in Syriac. pag.* 119. 122. *Pauſan. in Attic. pag.* 5. *Joſeph. Antiq. lib.* 12. *cap.* 1. *Ariſteas de* 70. *Interpret.* (12) *Vide Diodor. Sicul. Olymp.* 117. *A. M.* 3691. & 3693. (13) *Vide Uſſer. ad A. M.* 3721. (14) *Sever. Sulpit. hiſt. Sacr. lib.* 2. (15) *Idem lib.* 12. c. 2. (16) *Joſeph. lib.* 2. *contra Appion.* (17) 3. *Macc.* 1. *Polyb. lib.* 5. *pag.* 422. &c.

nit; sed ab aditu penetralium Templi a Sacerdotibus exclusus, adeo in Judæos exarsit, ut in Ægyptum reduc ejus regionis Judæos omnes perdendos susceperit, quemadmodum in tertio Macchabæorum relatum est. Deus tamen fidissimi sibi populi patronum se exhibens, id commisit, ut Rex & voluntatem mutaret & consilia.

Dum in vivis egit Philopator, quieta omnia ab Antiocho; sed illo fatis functo, Asiæ provincias Regibus Ægypti subjectas invasit. Averfis deinde alio armis vacuam regionem Scopas a Ptolemæo Epiphanem cum exercitu missus recepit, occupato interim Antiocho in bello cum Attalo Rege Pergami (1). Brevi tamen ille Scopam in ordinem redegit, & cum inter primores, qui ad partes suas transferant, Summum Sacerdotem Judæorum habuisset, receptuique ab illo Jerosolymam venisset, præstitum sibi obsequium pluribus collatis beneficiis rependit.

Conciliatis interim ab Antiocho inter Cleopatram filiam suam & Ptolemæum Epiphanem Regem Ægypti nuptiis, genero attribuit Phœniciam, Judæam, Cœlesyriam, & Samariam, ea tamen conditione ut tributa æquis portionibus inter Syriæ & Ægypti Reges dividerentur (2).

Is rerum status aliquanto manfit, quietis interim manentibus Judææ rebus sub Antiocho Magno, & *Seleuco Philopatore*, qui in Regno successit. Quamquam postremo illo rerum potiente, ad expilandum Sæcum Ærarium Heliodorus Jerosolymam missus est; sed dirz animadversioni ab Angelo subjectus re infecta abiit, & cum a Rege tentate iterum inceptum juberetur, *Si quem habes hostem, mitte illue*, (3), reposuit.

Antiochus Epiphanes, quo rerum potiente maxima rerum, quæ in Libris Canonicis Macchabæorum referuntur, portio contigit, Seleuco Eupatori successerat. Manserat ille aliquanto Romæ obses pro Antiocho Magno parente, sed frater ipsius Seleucus Rex Syriæ consilium agitans vindicandi sibi quæcumque pater suus Regibus Ægypti cesserat, reditum sibi Epiphanem, misso ejus loco Demetrio filio suo, a Senatu Romano precario obtinuit. Epiphane reduce, Seleucus interim diem clausit; quare Epiphanes ipse satis opportune in Regnum veniens, & Regia insignia capere, & continere in officio Ægypti Duces, Syriam invadere tentantes, valuit. Namque comparato in illos exercitu, non ab incepto tantum invadendi alienam regionem abstinere, sed suam potius defensionem parare coegit.

Interim Jason frater Oniæ III. Summi Sacerdotis grandi pecunia facta transitum & civilem gentis suæ dignitatem ab Epiphane emerat. Ejus opera constructum Jerosolymis gymnasium in usum Græcarum exercitationum, ex quo & in mores extraneos studium, & in proprias Leges avitosque mores & religionem contemptus inductus est. Antiochus agitatum olim consilium, adjiciendi scilicet ditioni suæ Ægyptum, menti altius imprimens, ex quo rebus præsse infantem, & disponi interim ab Eunuchis de Republica intellexit, hanc sibi movendi arma causam prætendit: ad se nempe tamquam pupilli patrum & tutelam Regis & Regni administrationem, donec ille præ ætate valeret, pertinuisse. Regni Ægypti Administratores tentarunt vicissim concessam jam a Ptolemæo Epiphane infantis Regis patre Cœlesyriam ab Antiochi manibus vindicare. Ita bellum inter Syriam & Ægyptum exarsit. Antiochus Phœniciam ingressus, cum Jerosolymam usque processisset, summo honore a Jasone exceptus est. Altero anno cum Ptolemæo intra Ægypti fines manum conseruit, non improspero successu. Locus pugnæ interamnem Castium & Pelusium. Tertio anno majori apparatu bellum redintegravit, subactaque provincia confecit.

Cum in ea expeditione occuparetur, falsus de ejus cæde vulgatus rumor Jerosolymam delatus, non ingratis auribus exceptus est; quod Regi ansam præbuit & diripiendæ ditionis, & expilandi Templi, unde 1800. talentorum prædam asportavit. Paulo post Apollonium misit, mandatis onerans subvertendi Urbem, perdendi incolas, totamque deinde gentem deterere Mosaicam Legem cogendi, ac Numen Jovis Olympii in Templo statuendi. Nihil ab Apollonio omissum; qua occasione Judæos dira quæcumque passos constat. Scitum est etiam quanta virtutis & fidei in Legem Domini exempla ostensa sint inter frequentissima impietatis, & apostasiæ scandala. Celebre sibi nomen fecit Senior Eleazarus, septemque Fratres Macchabæi una cum Matre; qui immanissimis suppliciis ab Antiocho illatis pro asserenda religionis suæ Sanctitate pares se præbuerunt. Mathathias cum filiis aliisque nonnullis ad ardua montium confugientes, agrestem cum bellnis vitam, ne aufi quidem ceteris se prodere, agere sustinuerunt.

Inter hæc Mathathias ipse animam acturus, Judæ Macchabæo filio suo tutelam gentis Hebraicæ commendavit. Nec segnis Judas; vix enim Ducem se populo suo præbuit, cum parvam suorum manum per regionem ducere, confirmaas eos, quos in fervando Religionis depositu fideles nancisce batur; apostatas vero neci tradens. Ejus nominis terror Antiochiam usque perveniens, non modice Epiphanem turbavit. Porro Rex ille vacuo jam largissimis profusionibus Ærario in Persidem contenderat; Ptolemæum vero Nicanorem & Gorgiam in Judæam misit, justos gentem omnem exterminare; sed victi illi & dissipati a Macchabæo. Idem cum Timotheo & Bacchide, quibuscum manum in eodem loco conseruit, a Juda prostitum, cujus plane viri pietatis & religionis par cum virtute laus semper emicuit.

Hujus victoriæ fructus, & subacta Judæ Jerosolyma, & Templi ea die triennio ante a Paganis prophanati expiatio fuit. Improsperum armorum suorum eventum intelligens, cum in Persida versaretur, Epiphanes, animo ake fauciatus ludæorum exterminium, eqdem, stragemque juraro decrevit; sed ea ex alto ira dispositi, ut ex ea tamen fructus confessus dolenique, misserimæ mortis pœnas dare: Eupator paterni Regni successor Lysiam, quo instigante in eamdem gentem animabatur, in Judæam misit; cujus expeditioni eventus nihilo prioribus felicior cessit. Post aliquid temporis Rex ipse Judæe felicitatem admiratus, validissimo instructus exercitu in eamdem provinciam descendens, Jerosolymam arcta obsidione vallavit. Sed coactus vertere in Phisippum arma, qui & deturbare ab administratione Regni Lysiam teque intrudere molicbatur, pacem cum Iudæis compositit.

Sub idem tempus, cum Lysias omnium Iudæe turbarum authorem habendum Menelaum Summum Sacerdotem Regi indicasset, ejus animum ad necem Menelai induxit; quo sublato Sacra dignitas a Rege in Alcimum collata. Alcimus vix rerum potitus, Demetrium Eupatoris successorem obnixis precibus solleitavit, mitteret quantocius exercitum, quo in suam regionem deduceretur. Missum tamen ad eam rem Bacchidem cum Alcimo Judas præsio fudit fugavitque; paria deinde cum Nicanore majoribus instructum viribus ad eam rem venientem prostans. Hic secundus Macchabæorum Liber absolvitur. Tandem Judas post sanctitum cum Romanis fœdus, omnes in suum caput Syriæ vires obversas duce Bacchide expertus est; nec tamen pugnam cum 800. tantum suorum vir fortis reculavit; strenue manus cum hoste conserit, ordines frangit; impellentibus resistit, omnia invictissimi Ducis munia obit; sed ingruentium hostium multitudine victus, inter cesorum a se corporum struem tandem opprimitur.

Post ejus obitum utraque dignitas sacra, & civilis in Jonatham ejus fratrem collata est, quem cum exercitu in Transjordana sese continentem Bacchides insecutus est, commissoque in ripa Iordanis prælio, Iudæus, post occisos 1000. ex hostibus, ipse spe-

(1) *Vide Joseph. Antiq. lib. 12. cap. 3. & Vaillant. pag. 109.*

(2) *Vide Joseph. Antiq. lib. 12. cab. 5. 2. Matt. 3. Hieron. in Dan. 11.* (3) 2. *Macc.* 3. 1. 38.

ſpectantibus adverſariis neque reſiſtere audentibus, natatu flumen trajecit. Quieta deinde omnia per biennium, circa ejus prælii tempus Alcimo fatis concedente. Dein accitus ab adverſariis Macchabæi Bacchides, facta ſpe Idolo Jonatham ſupprimendi promptus venit, exceptuſque a Jonatha & Simone cum exercitu & confilia ſua omnia deferere, & relicta in prælio multitudine ſuorum fœdus faneire coactus eſt.

Interea bellum in Syria inter duos Regni æmulos ardebat. Demetrius Soter, & Alexander Balæ primo inter ſe commiſſi ſunt; tum Demetrius Nicanor, & Antiochus Deus, ac tandem Trypho eas in regione turbas exciverunt, quas funeſtiſſimas Syria tantummodo experta eſt. Judæi etenim cum hoſtes mutuis ſe bellis conficere intelligerent; inter utroſque medii verſantes, quem potiſſimum Regem ſequerentur, deliberarunt; ejuique tandem partes ſecuti ſunt, cujus & favores & amicitias magis e Republica ſua eſſe cenſuerunt. Tandem omne exteranæ dominationis jugum ſub Simone Summo Sacerdote excuſſerunt. Porro Simon necè traditus eſt a Ptolemæo genero ſuo A. M. 3869. Ita ejus obitu primus Macchabæorum Liber definit.

Joannes Hircanus poſt illum Reipublicæ moderator, Simonis patris ſui duorumque fratrum necem ulturus, in Ptolemæum movit. Sed miſeratione matris, quam Ptolemæus in ſummis mœnibus arcis *Dor* conſtituram, cum Hircanus oppidum invaderet, dire cædebat, copias reducere coactus eſt. Antiochus Sidetes in Judæam veniens, Hircanum Jeroſolymæ obſedit. Eo temporis intervallo Feſtum Tabernaculorum incidit, cujus Feſti celebrandi gratia Hircanus octo dierum inducias rogavit; nec impetravit tantum, ſed etiam conceſſæ a Rege munificentiſſimæ victimæ & aromata in eum uſum neceſſaria. Movit ea res maxime Judæos, qui ſtatim pacis conditiones propoſuerunt ab Antiocho acceptas. Initum ergo inter Antiochum & Hircanum fœdus; Regem in expeditionem Perſicam profiſcentem Hircanus cum copiis proſecutus eſt. Periit cum univerſo exercitu Antiochus, & Hircanus ea opportunitate uſus, omne Syriæ jugum excuſſit. Bellum ille nec improſperum adverſus infeſtiſſimos gentis ſuæ hoſtes Samaritanos & Idumæos ſuſcepit; quorum illos duriſſime habuit, omnibus eorum Urbibus & Templo a fundamentis everſis; hos vero fecit tributarios, atque recipere circumciſionem cogit. Tandem poſt 31. Regni annos vitam cum morte commutavit (1) Hæc ſumma quarti Libri Macchabæorum.

Ex quatuor ſub Macchabæorum nomine vulgatis Libris duo priores tantum inter Canonicos; tertius & quartus apocryphi habentur. Rerum ſerie & temporum ordine tertius omnibus prævertitur; ſecundus primo præferendus eſt, & primus quarto. Ita, ut ſuus naturalis ordo conſtet, primus in locum tertii, & viciſſim, conſtituendus. Modo aliqua de Authoribus duorum Canonicorum. Primus Hebræum habet Authorem, quemadmodum ex ſtilo intelligimus, ejuſque titulum Hebraicum, qualis olim in fronte Operis legebatur, hunc refert Origenes: *Sarbet* (2). *Sarbane-el*, i. e. *ſceptrum Principis filiorum Dei*; ſive *ſceptrum rebellium Domini*, quo inſinuatur ſumma poteſtas, authoritas, & Regnum Macchabæorum, nempe Principum filiorum Dei. Viderat etiam S. Hieronymus idem Opus (3) Hebraice ſcriptum vel Syriace, quæ vernacula erat Judæorum lingua ſub Macchabæis (4); nullum tamen apud Judæos noſtra ætate exemplar ſupereſſe; ſed laudatum videtur a Joſepho Gorionide ſub nomine Librorum Aſſamonæorum (5). Nec fidem ſuperat, hunc Authorem ad undecimum ſæculum pertinentem, Hebraicum Exemplar vidiſſe. Græcus Textus hodie Originalis habetur, unde veterem Latinam Verſionem adhuc extantem deſumptam conſtat. Porro ea Verſio vetuſtiſſima eſt, cum olim in Eccleſia ante S. Hieronymum obtineret. Aliam vir ille Sanctus nullam adornavit, quamquam omnes ferme Scripturæ Libros vertit.

Purſuſum habemus ... illud ex publicis Tabulis digeſtum fuiſſe; in quas feliciter Tabularis quæcumque majoris momenti in Republica acciderant, referebantur. Judæ eam rem ſolertem curam commendat Scriptura, qui nempe diſperſa gentis ſuæ totbellorum viciſſitudinibus monumenta colligenda curavit (6); & ejus Operis Author in calce Libri (7) Commentarios laudat Sacerdotii Joannis Hircani, unde dictorum a ſe omnium fuſior hiſtoria repeteretur. Non defuerunt qui crederent, Hircanum ipſum Librum hunc Macchabæorum ſcribendum ſuſcepiſſe; ſed non niſi futilibus innixi conjecturis in eam illi opinionem devenerant. Porro ejusdem Operis Author in ſuppurationibus Chronologiam Græcorum & rationem Hebraicam numerandi annos ſecutus eſt; annum enim ſuum ducit ex menſe Niſan, ſex menſibus citius quam apud Græcos, ex Octobri annum repetentes, ſoleret.

Hiſtoriam complectitur 40. annorum ab Antiocho Epiphane adnſque obitum Simonis Summi Sacerdotis; & oculatum teſtem ſcribere potuiſſe Authorem facile credimus; quippe qui poſt Sacerdotium Joannis Hircani (8) viveret; namque ab inita Epiphanis peſecutione adnſque Hircani obitum 64. annorum ſpatium intercedit.

Secundus Macchabæorum Liber ſummam exhibet perſecutionem Epiphanis & Eupatoris adverſus Judæos (9), in qua Author ſ. Libros ſuſius a Iaſone ſcriptos complexus eſt. Porro hujus Authoris nomen latet, ſicut & integrum Iaſonis Opus interciderit. Uterque Græcus eſt, interque rationem ſupputandi annos Seleucidarum in Syria vulgatum ſectatur. Neque ejus Libri Author ita ſibi Iaſonis Opus propoſuit, quin de ſuo aliquid addiderit. Daturum ſe unice profitetur hiſtoriam Judæ Macchabæi & fratrum ipſius, expiati Templi, dedicati Altaris, præliorum Antiochi Epiphanis ejuſque filii Eupatoris in Judæos, & ſignorum, quæ per ea tempora in aere ſupra urbem Metropolim paruerunt (10); cum interim in capite tertio & ineunte quarto hiſtoriam pariter referat divinæ ultionis in Heliodorum ſub Seleuco Epiphanis deceſſore. Hæc duo capita hiſtoriam pariter complectuntur rerum quarumdam geſtarum ſub Demetrio Sotere, qui poſt Eupatorem regnavit. Verum cum hæc omnia Judæ Macchabæi ætate contigerint, non eſt, cur a conſilio Iaſonis, & noſtri Authoris aliena cenſeantur. Quamquam horum duorum capitum ſtilus a ceteris diſcrepare tum & in narratione, tum & ſermonis ratione ita videtur, ut alterius a Iaſone Scriptoris merito credi potuerit (11).

Licet autem ſecundus ille Macchabæorum Liber eadem ferme ac primus ætulerit, utriusque tamen Author ne noſſe quidem Opera mutuo ſua videntur. Ita alter cum altero congruit, ut neque ſe invicem exſcripſiſſe, neque imitatione expreſſiſſe credantur.

Contracti Operis Author Præfationem inſtruxit (12), qua Lectores monet, ſe in tanta Librorum de hoc argumento multitudine, & in tanta inſtruendi ſe ſingulorum inſpectione difficultate, ut eorum commodis ſerviret, redigere in compendium Opus illud ſuſcepiſſe. Primo omnium recitat Epiſtolam a Judæis Jeroſolymitanis ad fratres ſuos Alexandriæ veriantes (13) datam, inſtruendis illis de celebratione Feſti Expiationis Templi per Judam Macchabæum. Additur & ſecunda ejuſdem argumen-

Diſſert. Calmet. Tom. I.

(1) *Joſeph. & 4. Macc. Sed Uſſer. Euſeb. S. Hieron. 29. an. aſſignant.* (2) *Origen. apud Euſeb. lib. 6. c. ult. hiſt. Eccleſ. ſu potius, ſarbet ſarbe al.* (3) *Hieron. Prolog. Galeat. Macchabæorum primum librum Hebraicum reperi.* (4) *In Druſ. Præfat. in Libb. V. T. Huet. Demonſtrat. Evangel. propoſ. 4.* (5) *Sepher haſchamonim. Vide Druſ. Præfat. in hos Libb.* (6) 2. *Macc.* 2. 14. (7) 2. *Macc.* 16. *ult.* (8) 2. *Macc.* 16. *ult.* (9) 1. *Macchab.* 16. *ult.* Sanctus Clemens Alexandrinus *Strom. lib.* 5. *pag.* 595. Opus illud appellat Macchabæorum Epitomen. (10) 2. *Macc.* 2. 30. 31. 32. 23. 24. (11) *Vide de Grpt. ad* 2. *Macc. Præfat. & Comment. ad* 12. 2. & 12. 1. 19. 21. 22. 23. 26. & 14. 22. *Vide & Huet. Demonſtrat. Evangel. propoſ.* 4. (12) 2. *Macc.* 2. 25. &c. (13) 2. *Macc.* 1. 1. &c.

ti [1] a Senatu Ierosolymitano una cum Iuda ad Aristobulum Regis Ptolemæi præceptorem scripta in idem argumentum. Posterior hæc epistola pertinet ad A. M. 3880. Ioanne Hircano rerum potiente: ad quam etiam ætatem hujus Libri Author refertur. Porro totam Libri historiam spatium 15. annorum metitur, a suscepta ab Heliodoro Sacri Ærarii expilatione usque ad devictum per Iudam Macchabæum Nicanorem.

Scripti Operis elegantia suspicandi occasionem præbuit nonnullis, ut Philonis Iudæi sive Iosepho [2] fœtum crederent; cui etiam Iosepho tribuitur Opusculum de *Macchabæis* sive de *Imperio rationis*. Sed scriptum illud longe diversum est ab altero, de quo in præfentia. Philonis vero stilus adeo huic Operi parum congruit, & rerum Macchabæarum tam parum ille instructus videtur, ut non nisi per summam temeritatem Author Operis statuendus fuisset. Tandem in recensendis Operibus Philonis, nihil de illo apud Eusebium & S. Hieronymum legas. Serarius [3] maluit, Iudam Essenium vaticinius suis apud Iolephum notissimum; quem virum infinuari credit 2. Macch. 2. illis verbis: *Judas ea quæ deciderant per bellum, quod nobis acciderat, congregavit omnia, & sunt apud nos*. Verum his Iudam Macchabæum insinuari facilius credimus; numquam autem persuademur satis esse argumenti, ut scripta a Iuda Essenio sive a Iuda Macchabæo hæc historia probaretur. Nihilo validiori fide conjecturis Simonem Macchabæum Summum Sacerdotem Opus digessisse Leo Allatius de Simeonib. probavit.

Suspicari sunt nonnulli, non Librum esse sed Epistolam a Senatu Ierosolymitano ad Iudæos Ægyptios missam; & D. Cotelerius veterem Epitomen hujus Libri Iudæ, in qua in formam epistolæ digestum esse Opus asseritur. Sed epistola a Senatu Ierosolymitano missa aperte satis a reliqua historia, cum ex præfatione illi præmissa, tum & instituta aliter narrationis serie, satis distinguitur.

Qui ab Ecclesia Romana sæceshionem fecerunt, Canonicam Libris Macchabæorum authoritatem detrahunt. Productis enim in medium veterum Authorum Ecclesiasticorum ad apocrypha illos rejicientibus judiciis, ita constituunt, ut quemadmodum non inspiratum Opus nulla Ecclesiæ authoritate inspiratione donaretur; ita pariter neque ab initio rejectum accedente dein ejusdem Ecclesiæ judicio admitteretur: uno verbo, Ecclesiæ sententia rei naturam numquam immutat, sed veritatem ejusdem rei jam antea constitutæ, ejus deinde judicium accedit; quod proinde Authoritati Divinæ Operi tribuendæ sin minus ipsum Divinum fuerit, nihil confert.

Postremum hoc assertum ab omnibus æque Theologis admitteretur; quare unice in præsentia laborandum, ut sedulo verborum æquivocatio tollatur. Fatemur quidem, illud vetustatis judicium, siquidem uniforme & constans deprehenderetur, si primores & amplissimæ tum authoritate, tum Fidelium numero Ecclesiæ in suis cœtibus Opus illud e canone expungendum censuissent; maximi habendum fuisse momenti; vix enim rejectum ab illis Opus hodie probaretur. Rata est enim & asserta illa S. Augustini regula [4], ea nimirum inter Canonicas Scripturas habenda, quæ sive maximus Ecclesiarum numerus probavit, sive Ecclesiæ Apostolicæ, & quæ datas sibi ab Apostolis Epistolas receperunt, & ad nos transmiserunt. Scripturæ illæ omnium Catholicarum Ecclesiarum consensu probatæ, primas obtinere debent inter eas, quæ nonnullorum judicio olim rejectæ sunt; inter has vero posteriores potior illarum est ratio, in quas major numerus, & authoritas inclinat. Quamquam igitur e Canone Sacrorum Librorum Macchabæi expungantur apud Melitonem, Concilium Laodicenum, Pseudo-Athanasium in Synopsi, S. Cyrillum Ierosolymitanum, S. Hilarium, S. Gregorium Nazianzenum, S. Gregorium Magnum [5], S. Joannem Damasecnum [6]; his tamen major numerus opponeretur Veterum Authorum, tum & Concilia quædam suo judicio Opus probantia. In epistola ad Hebræos non obscure supplicium Sancti senis Eleazari innuitur; cum scilicet inter Martyres Veteris Testamenti sanguine suo veritati Fidei illustre testimonium ferentes, eorum aliquis recenseatur, qui *tympani* supplicio affectus est, nempe S. ille Senex acerbo illo supplicio absumptus [7]. Author Canonum Apostolicorum [8], Tertullianus [9], S. Cyprianus [10] Lucifer Calaritanus [11], S. Hilarius [12], S. Ambrosius [13], S. Augustinus [14], Cassiodorus, Rabanus Maurus, Bellator Presbyter, S. Isidorus Hispalensis, aliique nonnulli tamquam Divinas Scripturas Macchabæos laudarunt. Tandem in Canone receptus est tum apud Concilium Carthaginense [15], ab Innocentio I. [16], tum pariter a Concilio Tridentino. Indecreto Gelasii unus Macchabæorum Liber Canonicus recenseatur, quantum ad impressa Exemplaria; sed in nonnullis optimis Mss. duos haberi tradunt.

Consulto testimonia Origenis, & S. Hieronymi prætermisimus, cum non sibi satis constare & nescio quid sibi repugnans præferre videantur. Origenes in sua Præfatione in Pss. geminos Macchabæorum Libros e numero Scripturarum excludit, ipse tamen tamquam Divinas Scripturas & paris cum ceteris authoritas laudat, de Princip. cap. 1. & in Commentario ad cap. 5. Epist. ad Rom. tamquam de Opere agit inspirato, & paris cum ceteris aliis Canonicis Libris authoritati. S. Hieronymus in Præfatione sua ad Libros Salomonis tradit, Macchabæorum Libros legi quidem ab Ecclesia, *Sed eos inter Canonicas Scripturas non recipi*: alibi vero [17] ipsos eosdem Libros tamquam Divinam Scripturam laudat.

Tandem non incuriose animadvertendum est plerosque ex Patribus e Canone Macchabæos expungentibus, in Judgorum tantum sententia apud quos bodie etiam rejiciuntur locutos fuisse; alios vero neque tatis accuratos, neque satis fibi ipsis constantes deprehendi, cum non raro contigerit, ut ipsum Opus e Canone excluserint, simulque tamquam Divinum laudarint; quod jam de Sancto Hieronymo, & Origene observavimus. Alii vero in Canonem receperunt Opera jam diu consensu Ecclesiæ unanimi exclusa, ut de Canonibus Apostolorum Sancti Clementi tributis apud Sanctum Joannem Damascenum legas. Fuerunt qui in Catalogis suis eos quoque omitterent Libros, quos Judgorum, & Catholicorum unanimis consensus probabat; veluti de Libro Esther constat, omisso a Melitone, Sancto Athanasio five Authore Synopsis, Sancto Gregorio Nazianzeno, Leontio, Nicephoro.

Non est igitur cur in tanta opinionum varietate invidia in Libros Macchabæorum Canonicos crectur, quos

(1) 2. *Macc.* 1. *vers.* 10. *ad vers.* 19. (2) *Honor. Augustod. de Scriptor. Eccl. in Philone.* (3) 2. *Serar. Prolog.* 2. *in Macc. & in cap.* 1. *& 2. lib.* 2. *Macc. Vide & Rupert. de Victoria Verbi.* (4) *Augustin. De Doctr. Christ. lib.* 2. *cap.* 8. *in Canonicis Scripturis Ecclesiarum Catholicarum quam plurium authoritatem sequantur, inter quas illa sane sunt, quæ Apostolicas Sedes tenere & epistolas habere meruerunt &c.* (5) *Greg. Moral. lib.* 19. *cap.* 21. *num.* 34. *nov. edit. vide Præfat. General. punct.* 11. *art.* 16. (6) *De Fide Orthod. l.* 4. *cap.* 18. *Quamquam ipse in Orat. de dormit. Fidel. laudat librum Secundum Macchabæorum, tamquam Scripturas Divinas.* (7) 2. *Macc.* 6. 19.

(8) *Canon. Apost.* 84. *sen* 85. (9) *Adversus Jud. c.* 4. (10) *Cyprian. lib. de exhort. ad Martyr.* 2. *& lib.* 3. *Testimon. ad Quirit. cap.* 15. *& ep.* 55. *ad Cornel. Pap.* (11) *Lucifer Calarit. de non parcendo in Deum delinquentibus.* (12) *Hilar. in Psal.* 134. *&c. Lib. contra Constan. Imperator.* (13) *Ambrof. lib.* 2. *de Jacob & vita beata cap.* 10. 11. 12. *& lib.* 1. *de Offic. c.* 40. 41. *& lib.* 3. *c.* 29. (14) *Augustin. lib. de cura gerenda pro mortuis c.* 1. *& lib.* 2. *de Doctr. Christ. & lib.* 18. *de Civitat. cap.* 36. *& lib.* 1. *contra Gaudent. Donatist. cap.* 31. (15) *Concil. Carthag.* 3. *Canon* 47. (16) *Innocent. I. ad Exuper.* (17) *Lib.* 5. *Comment. ad Isai. cap.* 23. *Item Comment. in cap.* 7. *& 9. Eccl. & in cap.* 8. *Daniel.*

quos major Scriptorum numerus, & authoritas ab omni apocryphi ſuſpitione purgat. Plura in Chronologia vitia in Sacros illos Libros notantur. Repugnantia etiam quædam in rerum narratione & circumſtantiis hiſtoriæ contra eorum vetitatem objicere fruſtra conati ſunt adverſarii; ſed eorum cavillationes ſatis ſuperque in Commentario arguimus.

DISSERTATIO

De Cognatione Judæorum & Lacedæmonum.

NUllius in Orbe populi illuſtrior, vetuſtior, magis conſtans & rata, quam Judaicæ gentis origo aſſeritur. Perpetuam Avorum ſeriem a primis illis mortalibus deducunt, inter majores ſuos referentes vetuſtiſſimos quoſque Parriarchas & maximarum gentium Authores. Eorum hiſtoria atque Genealogiæ cum neque obſcuræ ſint, neque recentes, neque fabulis corruptæ, non interruptam neque doloſam earum rerum poſſeſſionem vindicant, eum originis veritatem ex ipſis vetuſtiſſimis & maxime omnium probatiſſimis Scripturis aſſeverent; ex Libris nempe Sacris, de Legibus, & Religione Hebræorum ſcriptis. Porro Codicibus illis præ ceteris omnibus populis vetuſtatis laudem Judæis invidentibus privilegium illud manet, quod nempe apud Judæos tamquam inviolabilis authoritatis & Divini Spiritus Opera habeantur. Nec minori in illos obſequio tenentur reliqua gentes quæcumque veram religionem ſuſceeperunt; nec qui a ſacris Judæorum alieni ſunt, ullum neque errorem, neque commentum, & ſi maxime volluerint, deprehendere unquam poſſunt. Quamdiu Divinum illud Opus Judaicæ tantum, ceterum ignota lingua, ſcriptum mantſit, alia rerum Judaicarum ignoratio ceteras omnes Orbis nationes tenuit; ut nihil niſi ehimæricum, & ſupra fidem de illis ſuſpicaerentur. Ex quo vero in alias linguas translata Sacra illa volumina veluti reſerata ſunt, originem quzque gens ſuam in illis ſeruari certavit.

Sub Ptolemæo Philadelpho Ægypti Rege primum Hebræorum Scripturæ apud Græcos vulgari cœperunt. Cum enim Rex ille novarum ſcientiarum cupidus Libros Hebraicos in Græcum translatos in inſtructiſſima Bibliotheca ſua Alexandriæ collocaſſet, eorum inde lectio in ceteros derivata eſt. Græci novitatis amantes ad ignotam ſibi Hiſtoriam obſtupeſcere; exiſtimare inde Judæos, quos olim contemſerant; & ignota ad id uſque ac deſpicatiſſima gentibus natio in pretio deinde cœpit haberi, tamquam vetuſtiſſimæ & illuſtriſſimæ originis. Hæc ſaltem ſententia viris quibuſque ampliſſimis & præſtantiſſimis de illis fedit; vetera enim aliorum præjudicia penitus exſcindere res erat ardua & prorſus impoſſibilis.

Lacedæmonium gens in primis gravis, ſapientia ac virtute inter Græciæ populos præſtans, eum rabula rum ſuarum inſpectione noſſent, arcto neceſſitudinis vinculo teneri ſe cum Hebræis, utrinque enim genti communem fuiſſe parentem Abrahamum, de ejus originis honore ſibi blandiente, quamquam alioqui ſeverioris eſſent indolis, utpote Græci & Spartani, præclare tamen ſecum agi putarunt, ſi vetuſtiſſimam illam ac nobiliſſimam affinitatem etiam atque etiam foventes, ipſi primi cognati fœderis amicitiam promoverent. Areus Spartiatum Rex litteras ad Oniam Summum Sacerdotem & gentis Judaicæ Principem dedit [1] in eam ſententiam, nimirum compertum habuiſſe Lacedæmones, arcto ſe neceſſitudinis vinculo eum Judæis conjunctos, utpore genus ex Abrahamo utrique referentes; rogare proinde, ut de rebus ipſi ſuis certiores Lacedæmones facerent; teſtari autem ſe eo conſilio litteras ad ipſos dediſſe, quo & ſuam eum Judæis conſenſionem teſtarentur illiſque ſua omnia, tamquam dominis permitterent.

Quid Onias referipſerit, incertum; ſed ex hiſtoriæ ſerie intelligimus, utramque gentem numquam cognati fœderis juribus violatis, ſemper fraternæ charitatis vinculo conjunctas fuiſſe. Jaſon Summus Sacerdos exactus e patrio Judææ ſolo & ex Arabia, quo confugerat, facellere, tutum apud Lacedæmones effugium nactus eſt [2]. Pluribus poſt ſcripras Areï litteras annis, Jonathas Summus Sacerdos frater Judæ Macchabæi, datis ad Senatum Populumque Spartiatum litteris, faneitum olim fœdus innovavit [3]. Quare neceſſitudinis vinculo adſtrictos ſeſe reputaſſe eum Spartanis Judæos, utriſque genus ex Abrahamo referre gloriantibus, res eſt explorariſſima.

Quamquam autem hæc ita ſe habent, nec in reliquis tamen noſtra ætate extantibus Sacrarum Scripturarum monumentis; nec in ſcriptis veterum Græcorum ſive extraneorum Authorum exploraſ fatisque ſolidi tenemus aliquid, quo de origine utriuſque gentis ex Abrahamo repetenda doceamur. Quare viris quibuſdam Eruditis perſuaſum eſt, ea quæ de cognatione illa ferebantur, chimæriea fuiſſe errantis phantaſiæ ludibria [4]. Alii veram eredunt hiſtoriam, alii dubiam & incertam. Quæcumque tandem ſententia teneatur, ſatis tamen conſtare arbitror, Hebræos æque ac Spartanos ea de re ſatis fuiſſe perſuaſos, quos proinde plauſibiles aliquæ & veri ſpeciem præſeferentes rationes in eam perſuaſionem inducere debuerant.

Nos quidem in eam penitus ſententiam deſcendere, qua cognatio illa in dubium revocatur, vix poſſumus. Profecto ſi ſudeis & Spartanis nulla perſuaſionis ſuæ, qua utrique ex Abrahamo genus referre credebant, nulla, inquam, ſupperebat ratio, quam quæ in eorum litteris, tum & in reliquis Scripturarum Divinarum, atque Prophanorum Scriptorum monumentis hodie patet, eur in eam opinionem deveniſſent nihil erat; eum vero plura illis ſuppetere potuiſſent ætate noſtra penitus ignota, ideo quæ de hac origine feruntur, ad fabellas amandare nec poſſumus nec debemus. Iudieare enim quæ neſcias, nemini permiſſum; injuſtum vero ſuſpicari populos integros, levibus tantum inductos argumentis, talia in animum induxiſſe. Conſonum proinde æquitati cenſemus, ſi rem eſſe nobis incognitam fateamur.

Solæ ſuperſunt in examen revocandæ conjecturæ, quibus perſuaderi potuiſſe Lacedæmones de origine ſua ex Abrahamo repetenda videntur. Autumarunt nonnulli [5], eos populos apud Moyſen legentes [6] Ebal unum ex filiis ſectan filii Phaleg & nepotis Hebet, nomen illud confundendum cenſuiſſe

(1) 1. *Macch.* 12. 20. Latinus ſcriptas prius a Judæis ad Lacedæmones epiſtolas, habet; a quibus hoc datum reſponſum: *Bene facitis ſcribentes nobis de pace veſtra &c.* Verum Græcus ſcriptas a Lacedæmonibus primo has litteras ad Judæos habet: *Bene facietis ſcribentes nobis de veſtra pace. Et nos referibemus vobis.* Joſephus plurimum a Vulgata diſcrepat. Vide Commentar. 1. *Macc.* 12. 20.

(2) 2. *Macc.* 5. 9. (3) 2. *Macc.* 12. 6. (4) *Joſeph. Scalig. Can. Iſagog. l.* 3. *pag.* 332. *Reinecius de Regno Spartan. pagin.* 335. *Rainold. de Libb. apocrypb. pagin.* 104. *Bochart. Chanaan. lib.* 1. *capite* 22.

(5) *Quidam apud Joſeph. Scaliger. Can. Iſagog. l.* 3. *pag.* 332. *& apud Salian. ad A.* 3821. (6) *Gen.* 10. 28.

eum Ebalo patre Tyndari & avo Castoris, Pollucis, & Elenæ. Hæc tamen opinio pluribus redarguitur. 1. Ebal patrem habuit Jectam filium Heber: Abraham vero filius Tharæ sex generationum ab Heber distat intervallo (1). Quare Ebal ex Abrahamo repetere vix possumus, cum avum haberet Heber sex gradibus ab Abrahamo remotum. 2. Hebal & Abrahamad geminas familias ex Heber, deductas pertinebant. Porro ex Hebet, Phaleg, & Jectan prognati geminæ hujus familiæ author fuerunt, quarum primæ Abraham, secundæ Ebal aeeensebarur. 3. Tandem Ebal filius Jectan pluribus sæculis Ebalum Tyndari patrem præcessit, quod facile, si res posceret, demonstraremus.

Author Commentariorum in Maechabæos sub nomine S. Thomæ vulgatus, hanc opinionem referendam censet ad inductam apud Spartanos opinionem, se nempe originem suam debere Agar, sive Cethuræis, quæ ambæ Abrahamo nupserunt, & varias in Arabia gentes propagarunt. Hæc opinio satis hodie vulgaris in eo tamen peccat, quod populos, unde Lacedæmones deducti fuerint, non indicat. Nomen Lacedæmones derivari potest ex Hebræo *Leummim Kadmonim*, populi Orientis. Porro utraque gens conjecturam popularem & favorabilem, rei veritate non satis explorata, sequi facile potuit. Sexcenta occurrunt hujus generis in vetustis populi & plurium Veterum familiarum traditionibus, quæ e parte in filium perpetuantur, absque eo quod opinionis illius aliud suppetat fundamentum, quam quod res habeatur a patribus acceptæ; eamque defendere & pro viribus servare tamquam sibi traditum depositum nepotes religiosum sibi arbitrantur. Ita originem suam Trojanis debere se Romani, æque ac veteres Galliæ Reges, certissimum tenebant.

Grotius suspicatus est cognationem illam (2) Judæos inter & Spartiatas ex eo repeti, quod Lacedæmones progratos se e Doribus, & illi vicissim e Pelasgis crederent; cum vero Pelasgi e finibus Syriæ, sive Arabiæ venissent, caiu in eam opinionem deferendam est, Lacedæmones pariter & Judæos tamquam gentiles populos ex eodem facile fonte derivatos. Notat etiam idem Author, plures in Doriea Dialecto superstes voces ex Hebræa radice, quæ pristinam gentis originem produnt.

Verum D. Morinus (3) contra Grotium observat, 1. Pelasgos ex Arabia in Græciam venisse ante initas Abrahami eum Cethura nuptias; proinde genus ex eodem Patriarcha referre minime posse. 2. Defendit autem ex Ædonibus vel Ædonis populis Thraeiæ potius derivandam Idumæos inter & Judæos necessitudinem. Ædonios autem illos furculum esse censet Idumæorum, quemadmodum nomine ipso insinuatur. 3. Tandem defendit, opinionem suam semper eum veritate constare, admissa etiam ultro Lacedæmonum origine ex Pelasgis: eum Pelasgi moram aliquam in Thraeia duxissent, antequam in Peloponnesum venirent: ex quo factum, ut facile eum Ædoniis coeuntes, in unum cum illis populum coalescerent. Quibus semel constitutis, Lacedæmones originem suam repeterent ab Esau per Ædonios, & a Pelasgis cum Ædoniis conjunctis. Eutychius Patriarcha Alexandrinus eamdem pariter cognationem ab Esau aeeerfit; sed alia plane inita ratione, Edomo uxorem tribuit præter mulierem Chananæam, Græcam aliam fœminam: ex quo factum, ut genus Abrahami Græcisque eodem neeessitudinis vinculo inter se conjungerentur.

Verum hæc omnia nimis longe petuntur. Ædonios ex Edon vel Esau derivatos quis probat? Quis Lacedæmones ex Ædoniis sive Pelasgis; quive utramque gentem in unum populum coaluisse? Videsis quæ de Pelasgis ad Gen. 10. disseruimus. Quæ tandem veri species, Esau uxorem sibi e Græcia conquisivisse, quemadmodum Eutychio visum? Non desunt qui autumaverint, Lacedæmones totam hanc cum Judæis neeessitudinem ex eo repetere, quod Cadmus Phœnicius genere, & itineris sui socios habens Arabes (4), ex ea regione venerit, quam totam ferme Abrahami posteri frequentarunt. Græci autem, re non satis diseussa, in eam opinionem deleeendisse potuerunt, Cadmum ejusque socios Judæam originem referre. Porro Cadmus urbis Spartæ sive Lacedæmonis author habetur. Ipsum etiam nominis Spartæ etymon ex eo repetitur, quod Cadmus ibi, quemadmodum Thebis, draeonis dentes disseminaverit, unde homines nati. Hanc opinionem vendicat Eustathius in primum librum Odysseæ.

Aliter tem narrat Apollodorus (5); ait enim, Cadmum post disseminatos Spartanos, armatorum hominum e terra germinantium aspectu territum, lapides in illos projeeisse, quos illi lapides colligentes tecum inviecm eorum jactu commisi coeperunt, mutuisque lapidibus contusi omnes perierunt, *Udæo* tantum cum aliis 5. soeiis exeepto. Potuit autem nullo negotio *Udæus* tamquam patet Judæorum, *Judæus* reputari, sieut & Spartæ pro conditoribus Lacedæmonię haberi.

Aliam ad eam rem conjecturam Diodorus Sieulus (6) suppeditat. Advenarum turba Ægypto sese superinfuderat, invectitque novis barbarisque ceremoniis, veteribus regionis legibus & ritibus eorruptionem jam inducebat. Quare glisceuti malo tollendo Ægyptii alienigenas omnes depulerunt, quorum pars virtute & potentia eeteris præstantiores, Ductoribus Danao & Cadmo in Græciam venerunt; pars vero Moysen sequentes, Judæam tum temporis defertam regionem incolendam susceperunt. Hæc Diodorus Siculus, vulgarem de origine Judæorum opinionem referens, unde satis intelligimus Græcos perinde censere populos, qui in Græciam sub Cadmo, & Danao venerunt, quasi ad eamdem regionem & originem cum Judæis pertinuissent. Fabellæ sunt quidem; sed non conjecturas tantum plausibiles quærimus, quibus populari huic opinioni occasio præberetur; opinioni, inquam, primo a Spartiatis insinuatę, dein adoptatę a Judæis (7).

Spartanę urbis authorem constituunt alii Spartonem virum Judæum, expeditionum & itinerum Bacchi comitem; alii Spartum filium Phoronęi; quidam Inachum; nonnulli Amyclam. Sunt qui nomen Spartę derivent ex filia Regis Eurotę, quę Regi Lacedæmonis nupsit. Hujus controversię examen tamquam a nostro argumento alienum prætermitto, ea tantum quę de Spartone Baechi comite, & Lacedæmonis conditore, tamquam viro Judæo genere, feruntur, animadvertere in rem præsentem juvat (8). Semel enim historia illa admissa, Lacedæmones communem habere eum Judæis originem jure meritoque jactarentur. Verum affirmare possumus audacter, Spartonem hunc nihil ad Judæos pertinuisse; sicut & quę de condita ab eo Lacedæmone Grunnam, ambigua vide & incerta; eum ne nosse quidem virum Lacedæmones confiet apud Pausaniam in Corinthiacis.

D. Huetius (9) olim Episcopus Abrincensis arbitratus est, Reges Lacedæmonię, qui se ab Hetaeliadis prognatos jebantur, eadem forte persuasione inductos fuisse, ut originem Judaieam referrent. Hercules Phœnicius nomen satis celebre non raro cum Hercule Thebano confunditur; nec satis distinguebantur a Phœnicibus Judæi, utpote gentes ad eamdem provinciam pertinentes. Ut quid igitur in re arbitraria, & Regibus Lacedæmoeię honorifica non faeile descenderetur in eam opinionem, eum nihil fuisse impossibile, nihil repugnans crederetur? Juvat enim in quibusdam erraſſe, & imponi nobis aliquando non inviti toleramus.

Idem Antistes aliam proponit conjecturam, quam pię altera probamus (10). Judæos originem suam e Creta referre vetus erat opinio, de qua Taci-

tus

(1) *Gen.* 11. 16. 17 *& seq. Reu, Sarug, Nachor, Phaleg, Thare, Abraham.* (2) *Vid. Matt.* 12. 20. (3) *Vid. Tom.* 1. *Exercit. Liter.* (4) *Ita Strabo lib.* 10. *Vide si lubet, Diodorum Delphi Phœnicizant.* 1. 12. (5) *Ex Thercicide lib.* 3. *Bibl. c.* 4. (6) *Diodor. Eclog. ex lib.* 40. (7) *Vide Bochar. Chananæan. pag.* 458 (8) *Vide Claud. Jolanum apud Steph. Bizant. v. Judæa*, qui Spartoni filios tribuit *Judam & Idumæam.* (9) *Demonst. prop.* 4. *de lib Josuæ art.* 14. (10) *Prop.* 4. *cap.* 4. *art. ult.*

tus (1): *Judæi Creta Insula profugo novissima Lybiæ insidisse: argumentum e nomine peti: incolyum in Creta Idam montem; accolas Idæos ausos in barbarum cognomente, Judæi vocari.* Porro nomen *Ida* satis convenit cum *Juda*, & *Idei* cum *Judæis*: ſicut & amnis *Jarden* cum *Iordane* flumine Paleſtinæ, unde facilis traditioni oceaſio data, cui etiam illud accedebat, Cretenſes pariter ac Judæos peculiares habuiſſe leges, quæ omnium vetuſtiſſimæ habebantur: illas dedit Minos, has Moyſes. Porro vulgari rumori ſpargendo, & in majus efferendo leviſſima quæque ſufficiunt.

Adjeciſſe potuit vir doctus, Septuaginta Interpretes in ea fuiſſe perſuaſione, Philiſthæos ex inſula Cretæ originem duxiſſe. In Sophonia 2. 5. legimus de Philiſthæis, in Vulgata quidem, *Gens peregrinorum*; apud Septuaginta, *Advena Cretenſium*; & in Hebræo, *Goi Chorethim*. Pleraque Ubium, montium, & amnium hujus Inſulæ nomina Hebraicam ſive Phœniciam originem referunt; & Inſulam Caphtor, unde Amos 9. 7. Philiſthæos acceſſiſſe, ipſam eſſe Cretam alibi (2) demonſtravimus. Sæpe etiam ea, quæ Hebræis peculiaria habebantur, Paleſtinis Philiſthæis tributa ſunt; quorum gens Macchabæorum ætate adeo obſcuri nominis erat, ut facile contigiſſe potuerit, ut Lacedæmones, qui in Ægyptum venerant (3), ubi originem Philiſthæorum poterant didiciſſe, eos populos cum Hebræis ea ætate victoriis Judę Macchabæi inclytis confuderint. Diſſidium vertebrat olim inter Cretenſes, & Lacedæmones, utri ab alteris leges ſuas imitatione expreſſiſſent. Primum recepræ legis honorem ſibi vindicabant Lacedæmones; ſe vero authoribus acceſſiſſe Cretenſes (4). Fruſtra tamen illi, cum Cretenſium leges ad Lacedæmones derivatas conſtet; Lycurgus enim Spartanorum Legislator, poſt longiorem in Creta moram protractam, leges & politiam dididerit, quam deinde ſuos edocuit (5). Urbes quidem nonnullæ Cretenſium deductis e Lacedæmonii coloniis frequentabantur; ſed numquid propterea Inſula univerſa incolas legeſque deber Lacedæmonibus, cum maxime aperriſſime conſtet, Lycurgum multo quam Legislatorem Cretenſium recentiorem fuiſſe?

Sed in ea fuiſſe perſuaſione Lacedæmones, ſat nobis in præſentia; fieri enim potuerat, ita ſemel perſuaſos illos, ſimulque reputantes Philiſthæos Cretenſem originem referre, coidemque Philiſthæos cum Judæis præpoſtere confundentes, communem ſe cum Judæis patrem Abrahamum habere reputaſſe. Utriuſque populi Leges, mores, & diſciplina ſatis conveniebant. Ut quid igitur perſuaderi hiſce non poteuiſſet Aræus Rex Lacedæmonum, quippe qui in Creta, quo veniſſe conſtat (6), Judæos & Spartanos ad Cretenſium originem ſpectare audierat; ut datis ad Judæos litteris ſive certior ea de re fieri poſtularet, ſive ut opinionem illam inter duos populos magis magiſque foveret? Neque affirmandum mihi ſuſcipieram, Regem illum eorum, quæ ſcriberet, firma perſuaſione teneri: verum cum ea ſit hominum in rebus ejuſmodi indoles, ut quæ ſibi maxime probantur faventque in ea maxime inclinent; idem Rex opinionem illam promovit, nullo alio ſultam argumento, quam Scripto quodam, cujus nec titulum laudat, nec Authorem (7). Judæi vero in ea quam ad Spartanos pluribus poſt annis Jonatha gentis Principe dederunt, Epiſtola, narrant tantummodo, Oniam Summum Sacerdotem, miſſas a Lacedæmonibus Epiſtolas de cognatione & fœdere utriuſque gentis ſummo honore exceſſiſſe; ſe vero, quamquam alioqui nullius externæ opis indigentes, utpote quibus Sacri Libri pro omnibus eſſent, committere tamen noluiſſe, quin miſſa legatione veteris amicitiæ fœdera innovarent. Tradit Herodotus lib. 1. cap. 105. veteres Inſulæ Cytheræ incolas originem inde ſuam repetiiſſe, ubi Aſcalon (urbs Philiſthæorum) ſita erat. Porro Inſula illa velut hæreditaria Lacedæmonum habita, Spartanis Magiſtratibus parebat. E Cytheræis & Lacedæmonibus velut una eademque gens coaluerat; potuit ergo Cytheræorum origo Lacedæmonibus depurari.

Hanc in epiſtola Jonathæ ſententiam longe aliter interpretatus Joſephus, in cum ſenſum verba exponit, quaſi Judæi ideo le nullius externi teſtimonii indigos dicerent, quippe qui hanc cum Judæis & Spartiatis neceſſitudinem non aliunde diſcere expectarent, ſed Librorum Sacrorum teſtimonio ſatis haberent exploratam. Suffragantur Joſepho doctiſſimi plures Interpretes; nec monſtri loco habendum eſt, Judæos hanc Spartanorum ex Abrahamo originem cognitam ſibi ex Libris Sacris erediciſſe. Semel enim conſtituto, (quemadmodum & pluribus non indoctis Interpretibus creditum ſcimus) Lacedæmones Idumæam ſive Arabicam originem retrere, illudſtarim conſequebatur, ex ipſis Scripturis utrique populo eumdem Abrahamum patrem probari.

Utcumque tandem res habuerit ſeſe, illud tamen conſtat, Scripturas Sacras, quæ hodie in noſtris manibus, eaſdem plane quæ olim in manibus Judæorum verſabantur, nihil habere latis explorati de utriuſque gentis neceſſitudine. An vero aliquid in eorum ſcriptis Lacedæmonibus ſuppeteret, cum noſtra ætate veteia illorum plura monumenta intercideriut, judicium ſuſpendendum eſt. Ipſi plane originem ſuam melius, quam ceteri omnes noſſe debuerant; & cum de hiſtoriis ejuſmodi agitur, equum eſt, ut ſingulorum populorum peculiaribus traditionibus deferatur. Id enim communis æquitatis ratio poſtulat, ut niſi apertiſſima & inviciſſima obſtiterint argumenta, e veteri poſſeſſione, in iis quæ ad originem & affinitates ſpectant, populum ſive familiam deturbare iniquum habeatur. Ipſis tamquam depoſitum hiſtortarum & antiquitatum ſuarum fides commiſſa eſt.

Tanta alioqui eſt Judæos inter & Lacedæmones rerum omnium affinitas, ut ex eodem ambos prognatos patre quilque facile perſuaderetur; neque alii ægre in eandem indueerentur ſententiam, alii, inquam, quibus difficultatem illam ſedulo diſcutere non vacat. Apud utrumque populum ille in dimenſionibus agrorum leges ſervabantur, ut portiones æquas ex æquo obtinerent; interdictumque ſingulis, ne perpetuo jure ſibi aliorum poſſeſſiones, acquiterent. Hę ſervatæ apud Hebræos in mancipia leges, ut nemo ad perpetuam ſervuntem cogeretur. Libertatis ſuę quę ſtudioſi erant Lacedæmones & Judęi; dos in connubiis nec apud Spartanos, nec apud Judęos a puellis viro ſolvebatur. Connubia a Judęis eque ac Lacedęmonibus aliena. Vita frugi, & Scnes utrinque in honore; uſus frequens balneorum, unctionum, & ſtudium in leges moreſque ſanctum & inviolabile. Hæc ſimul omnia facile in eam perſuaſionem inclinant, utrulque populos, qui iiidem moribus ceniebantur, originem quoque habuiſſe communem. Judęorum populus Philoſophi Syrię appellantur (8); & Lacedęmonum ſapientia ac in leges religio per univerſam latę Græciam celebrabatur. Si quid igitur uterque populus in eam perſuaſionem, ut ſe fratres haberent, inclinaſſet, facile tanta morum utrinque conſonantia inſpecta in illa ſententia obſtimarentur. Rem totam ſedulo diſcutiendi meutri forte ſibi negotium ſuſceperunt; nec facile dictum ad litteræ rigorem accipiendum voluerunt. Neque enim res illa ſedulum & litterale examen exposcit.

Honorius Auguſtodunenſis autumaverat, Ceeropem urbis Lacedæmonis authorem fuiſſe (9). Porro hunc Ceeropem ſæpius in hiſtoria cum Moyſe confuſum D. Huetius animadvertit; ut proinde quæ illius erant, huic facile tribuerentur. Sed hęc omnia

(1) *Hiſtor. l. 5. init. Vide ſi lubet, Conon. narrat. 36. & 47.* (2) *In Diſſert. de orig. Philiſth.* (3) 2. *Macc. 5. 9.* (4) *Vide Ephorum apud Strab. lib. 10. pag. 331.* (5) *Plato lib. 1. de Legibus Ariſt. lib. 2. Politic.* (6) *Vide Plutarchum Pyrrho.* (7) 1. *Macc. 12. 21. Jouentum in Scriptura & Spartiatis & Judæis, quoniam ſunt fratres & Joſeph. Antiq. l. 12. c. 5.* (8) *Clearchus Philoſ. Ariſtor. Diſcip. apud Joſeph. cont. Appion. l. 1.* (9) *De Imag. Mund. l. 3.*

nia incerta sunt adeo & ambigua, ut certitudinis nihil, imo etiam veri nullam speciem huic necessitudini, de qua modo, addiderint. Quare optimum factu, si constitutam antea sententiam teneamus, nempe Judæos inter & Spartanos necessitudinem rem esse incertam, nec ipsis quidem Judæis Spartanisque tamquam certam aliquam exploratamque veritatem creditam.

DISSERTATIO

An Arca Fœderis Templo restituta sit post captivitatem Babylonicam.

INito semel Deum inter & Israelitas fœdere, receptisque a Judæis datis a Deo & lapideis tabulis inscriptis Legibus, nihil in tota Hebræorum Religione magis sanctum, ac venerabile pręArca, cultoribus Sacris illis Tabulis destinata. Hinc apertissimum habebant Dei ad curas populi sui vigilantis argumentum, ejus opis certissimum pignus, & conjunctum Divinorum prodigiorum instrumentum; nec aliis oculis Arca suspiciebatur, quam Divinitatis Symbolum, & veluti supremæ illius Majestatis thronus. Locus illi destinatus in penetralibus Sanctuarii; quæ sane pars erat Templi maxime sacra, & inaccessibilis. Numquam nisi velaminibus tectis alpicienda permittebatur, concesso semel tantum in anno Summo Sacerdoti in sacra adyta ingressu. Coram Arca fœdus cum Domino innovabatur; nec oraculis a Deo excipiendis alius erat quam juxta illam locus destinatus; ejus tandem præsentia tutis habere te munimintis, ne a quoquam vinceretur, populus persuadebatur. Is ergo erat in Arcam Domini Judæorum cultus, & religio, ut nihil sibi ad obtinendum religiosum fecissent, solo excepto Divinitatis peculiari cultu, & adoratione. Deus Sacerdotum criminibus iratsens, sacram dignitatem obtinente Heli, ut in manus Philisthæorum sacrum illud religionis depositum veniret, permisit. Philisthæi prodigiorum gloria, quam oculati testes inspexerant, pertricti, simulque gravem in se manum Domini experti ad Israelitas Arcam illam remiserunt; manuque inde diutius in Cariathiarim; ex quo translata prius a Davide in regias ædes in Sion a se constructas, tandem sedes illi in Templo Salomonis constituta.

Porro Rex Salomon cum omnia a Moyse in ulum Tabernaculi fabricata instrumenta in majus augenda cumasset, Arcam tantum reliquit intactam, sacram adeo rem neque corrumpere, neque violare ulla facta innovatione audens. Mansit igitur in Templo ea veneratione, & religione culta, quam maxime decet usque ad posteriores Regum Juda annos (1), qui omnibus ad impietatem laxatis habenis, id tandem commiserunt, ut loci sacri religio Idolorum erectione deturparetur. Quam abominationem non ferentes Sacerdotes, sublatum sacrum pignus e Templo alio atque alio suffurati sunt, quo avaritiamorum æque ac impiissimorum Principum furori subducerent. Josias restituit Sanctuario jullit, cavens insuper, ne deinceps per regiones transferenda, quod antea factum constabat (2), educeretur.

Tandem aliquanto ante captivitatem Babylonicam Jeremias Propheta, jussus a Domino (3), Arcam & Tabernaculum Fœderis in eo monte detulit occultandam, e cujus vertice Moyses omnem hæreditatis Domini subjectam oculis terram spectavit (4). Huc autem Propheta non Arcam tantum & Tabernaculum, sed etiam Altare Thymiamatis contulit, omnibus in spelunca solerter deinde occlusa celatis. Comitabantur virum sanctum Sacerdotes, qui locum sibi notare volentes, ut ei memoria servaretur, conquisitum numquam reperere. Curiositatis illos arguit Jeremias, futurum denuncians, ut locus ignotus omnibus maneret, donec dispersum populum suum Dominus iterum congregare, & veniam paciscique rogantibus indulgere dignaretur.

Talmuditæ, quibus historia illa improbatur, narrant (5), Salomonem cum a Prophetis quibusdam vaticinantibus audisset, Templum a se ædificatum ab Assyriis tandem igne abiumendum, cameram subtus terram defodiendam curasse, in qua, si forte necessitas ferret, pretiosissima & sacra Templi abderentur. Ibi a Rege Josia celatam Arcam Fœderis, virgam Aaron, vas mannæ, pectorale Summi Sacerdotis & oleum Sanctum; quæ deinde omnia in secundo Templo desiderabantur. Affirmant alii, Nabuchodonosorem Arcam una cum ceteris Templi pretiosissimis vasis Babylonem transtulisse. S. Cyrillus Jerosolomytanus Catech. 2. S. Isidorus Pelusiota Arcam Fœderis & Cherubinos fractos diffiparotque ab eodem Nabuchodonosore tradunt, nec dissimilia legas apud S. Cyrillum Alexandrinum. Vide S. Augustinum. Maluit nonnulli, Manassem ante consecratum in Templo Idolum, Arcam inde amovisse, numquam deinde loco sacro restitutam. In Gemarra Jerosolymitana legimus, (6), quinque secundo Templo defuisse, nempe Arcam, Ignem cœlestem, Urim & Thumuim, S. Spiritum, & Oleum Sanctum. Ex pariter ita recenset Gemarra Babylonica (7): Arca, Urim, Ignis cœlestis, Majestas Divina, & S. Spiritus. Sperant autem hæc omnia parente futuro Messia restituenda. Videsis Commentatores Abarbanelis in Dan. 9. Ex variis hisce RR. opinionibus satis intelligimus, Arcam Domini post restitutum e captivitate populum numquam rediisse.

Author quarti Esdræ cap. 10. 22. Judæos captivos querentes inducit, quod scilicet Arca fœderis directo a Chaldæis Templo spolium hostibus cesserit; qua in re neque cum Rabbinis satis, neque cum secundo Macchabæorum conientit. Sed cum Scriptoris hujus authoritas nulla sit, cur ejus sententiam sequamur, nulla cogit necessitas. Sanctior est nobis fides Authoris secundi Macchabæorum, additam a Jeremia Arcam testantis. Admittimus pariter Prophetæ oraculum, quo ignota omnibus manfura Arca prædicta est, donec e captivitate liberatus populus in gratiam cum Domino redisset. Tota superest quæstio, an Prophetæ oraculum illud impletum, & Arca secundo Templo restituta sit.

Qua in re tres feruntur sententiæ. Sunt qui credant repertum sacrum pignus sub Nehemia, manisse deinde apud Judæos usque ad subversum a Romanis Templum. Malunt alii, veterem illam Arcam semper in obscuro fuisse, ut ad nostram usque ætatem maneat occulta; sed ejus loco novam alteram in Templo substitutam. Tertia tandem sententia tenet, nullam seu veterem seu novam in secundo Templo Arcam repositam. Tandem sunt qui suspicentur, vaticinium illud Jeremiæ de futura Arcæ fœderis revelatione, mistica quadam ratione in promulgatione Evangelii & manifestatione Jesu

(1) Usque ad Regnum Achaz, sive Manasse. (2) 2. Par. 35. 3. *Ponite Arcam in Sanctuario Templi, numquam enim eam ultra portabitis.* (3) 2. Macc. 2. 4. 9. (4) Deut. 34. 1. (5) *Vide Galatin. de Arcan. l. 4. c. 9. Genebr. Chronolog. l. 2. &c. RR. Juda, & Abraham in Daniel. Maimon. alios.* (6) *Gemar. Jerosol. Maccot. Vide Frischmut Dissert. de non speranda Arca fœderis restit.* (7) *Tit. Joma c. 1. & Kimchi in Ps. 85.*

Jesu Christi in carne implctum fuisse. Singula modo ad examen.

Qui Arcam fœderis restituto e captivitate populo redisse defendunt [1], in suam sententiam pertrahunt Authorem secundi Macchabæorum, quem dicunt tacite idem insinuasse, cum post narratam ignis sacri inventionem subdit deinde flatim hisloriam Arcæ a Jeremia occultatæ. Ut quid enim alioqui eo in loco hisloriam retulisset, nisi ut insinuaret Arcam illam una cum igne sacro sese tandem quærentibus prodidisse? Ecquando alias fides Prophetici oraculi exfolveretur, prænunciantis: *Ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat?* Nonne oraculo illo restituto populi e captivitate prorsus depingitur? Profecto sacrum illud depositum eo semper loco habitum est, quo res Templi maxime sacra, & veluti Religionis & cultus Judaici centrum. Quis in animum induxerit, populum litteræ adeo, & egremoniarum tenacem, Arcam a Jeremia occultatam vel quærendam neglexisse, vel ejus revelationem a Deo non impetrasse, quo tempore Deus ipse præsentissimum pro innovatione ignis sacri prodigium exhibebat? Quæ gloria & privilegium secundi Templi supra primum juxta Aggei [2] vaticinium, si Arcæ Domini gloria destituebatur? Jeremias Propheta læta Messiæ & vocationis gentium ad fidem tempora prænuncians, ait: *Non dicent ultra: Arca testamenti Domini; neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius.* Qui, rogo, signo illo certum adventus Messiæ tempus designaretur, si ante 600. annos Arca apud Judæos & desiisset & e memoria penitus excidisset?

Reduces e Babylonia captivi facta sibi restituendi Templi spe erigebantur, iisdemque se mutuo vocibus [3] inviteabant, quibus olim Judæi, cum Arca in Templo a Salomone constructo collocaretur. *Surge Domine in requiem tuam, tu & Arca Sanctificationis tuæ* [4]. Author secundi Paralipomenon, qui post solutam captivitatem scribebat, testatur sua etiam ætate Arcam in Templo mansisse: *Fuit Arca ibi usque in præsentem diem* [5]. Tandem sub Antiocho Epiphane Altare Thymiamatis, candelabrum aureum, & mensam panum propositionum in Templo fuisse luculenter asseritur [6]. An forte Arca Domini minus erat necessaria, eamque neglexissent Sancti, cum cetera minoris momenti adeo curassent? Itaque si Epiphanes Arcam fœderis cum cæteris Templi rebus non transtulit, id curæ Sacerdotum, qui consulto eam injuriam cauta subduclione a Sacro illo depositoaverterunt, tribuendum. Cum Judas coram populi concione in Maspha lectionem Sacrorum Librorum ausculturet, stetisse illum coram Sanctuario habet Syriacus. Hæc potissima rationum monumenta, pro adstruenda Arca fœderis in secundo Templo afferuntur.

Profecto testimonium secundi Paralipomenon controversiam omnem dirimeret, si certus illius Author Esdras haberetur. Sed Authoris esse ipsa captivitate & eversione Templi vetustioris, multo verosimilius credendum est. Non ita quidem Libros Paralipomenon digessit Esdras, ut omnia quæcumque ibi leguntur, ipsi ferantur accepto. Sequitur enim & transcribit nec raro veteres & coævos Authores.

Ad superiorem opinionem referenda videtur altera sententia de subslituto in Templo novo Arcæ typo ad exemplar veteris amissæ. Utramque illam opinionem, Judæorum scilicet, qui non defuisse secundo Templo Arcam Moysis defendunt, & Catholicorum quorumdam, qui restituram negant, ita conciliandam sibi Genebrardus assumit [7].

Receptæ tamen & frequens tum apud Recentiores, cum apud Veteres sententia tenet, Arcam ita in occulto mansisse, ut secundi Templi religioni deesset. Vaticinium illud Jeremiæ 3. 16. quo scilicet sponsæ futurum, ne ultra dicatur: *Arca testamenti Domini, neque ascendet super cor*; vaticinium illud, inquam, prono magis & vulgari sensu de tempore captivitati Babylonicæ succedenti exponitur a Judæis, Theodoreto, S. Thoma, Hugone Cardinali, & Sanctio; tunc enim omnem de Arca Domini sermonem & memoriam cessaturam edicit Propheta. In hanc sententiam concedunt Pseudo-Epiphanius de vita Prop. Jerem. Dorotheus in Synopsi. Filius Gorionis lib. 1. cap. 17. Patres nonnulli & Theologorum nostræ ætatis plures; & his potissimum argumentis perfusi. Silentium Eldræ, Nehemiæ, Macchabæorum, & Josephi maximi est in eam rem momenti; nihil enim, apud illos de Arca, cujus meminisse non semel debuit occasio, ut puta cum de Templi dedicatione sub Nehemia ageretur, sicut & de ejus expiatione sub Juda Macchabæo, cum de restitutione sacrorum post solutam captivitatem; cum de prophanatione & direptione vasorum sacrorum sub Epiphane; cum de incendio Templi sub Tito, & omnium maxime in recensione spoliorum Templi Jerosolymitani sub Epiphane, Pompejo, Crasso, & Tito. Ecquid enim maxime vasa & spolia recentiori possessi, quam Arca fœderis? Differre etiam testatur Josephus, in direptione Templi post captam Jerusalem vacuum omnino Sanctuarium patuisse [9]. In descriptione triumphi Vespasiani & Titi solemni ceremonia delata quidem leguntur mensa aurea, & septiforme candelabrum, ac tandem, ait Josephus [10], *portabatur Lex Judæorum neviffima spoliorum.* Quibus verbis facile volumina Sacrorum Librorum designat.

Nec me fugit, Scriptores nonnullos [11] inspectam a Pompejo in Templo narrasse Arcam, & Cherubim illis per omnia similes, quæ Moyses fabricaverat; [12]; tum & delatam addunt inter cetera spolia triumphi a Vespasiano acti Arcam fœderis, quam usque hodie inseulpram in Arcu Titi Romæ spectasse sibi videntur [13]. Alii tamen Scriptores exactissimi pariter & oculati, qui rem fuisse oculis examinarunt, nihil de tale in eodem Arcu deprehendisse testantur [14]. Quam enim aliqui Arcam autumaverant, illi mensam propositionis asserunt; quod maxime insinuat Josephus, scribens, postremo loco Legem Judæorum in pompa triumphi delatam. Porro quod illi Arcam autumarunt, Arcam re quidem exhibet, sed verosimiliter eam formam referebat etiam mensa panum propositionis, sive Altare Thymiamatis, cum in pompa candelabrum aureum præcedat. Nec satis morari nos debent ea, quæ Authoribus nonnullis de servata hodie Romæ Arca fœderis, veluti sacro aliquo monumento, traduntur. Summa est quidem nobis erga sacras religiosa observantia; sed iniquum videtur nullo prævio examine recipere, quod nullo demonstratum argumento traditur.

His omnibus accedit Veterum authoritas, secundo Templo Arcam fœderis defuisse asserentium. Narrat Pseudo-Epiphanius in vita Jerem. sanctum illum Virum imminenti Templi eversione præsiva, Arcam fœderis, uti supra etiam innuimus, in caverna quadam occultasse, oblatisque Deo precibus impetrasse, ut illa hiscente subito terra absorberetur abscorderetque. Tum verius ad Sacerdotes & Seniores Pro-

---

(1) *Salian. ad A. M. 3609. n. 85. Torniel. ad an. 3610. Menoch. hic, Canus de locis l. 2. cap. 11. Ribera in Aggai 1. numer. 14.* Quamquam duo posteriores nihil certi affirmantes contrariam etiam opinionem admittunt. (2) *Agg. 2. 4.* (3) *Ps. 131. 8.* qui unus est ex Gradualibus, scriptus, uti creditur, post solutam captivitatem. (4) 2. *Par. 6. 41.* (5) 2. *Par. 5. 9.* (6) 1. *Macc. 1. 23.* (7) *Chronolog. l. 2. ad A. 3730. Vide & Hegesippum l. 1. cap. 17. ubi dicit Arcam & Cherubinos prioribus similes a Pompejo visos in Templo.* (8) *Serar. in 2. Macc 2. 9. 17. 18. Villalp. to. 2. par. 2. l. 5. c. 70. A. Castro in Jerem. 3. 2. 20. Perchet. n. par. victoriæ cont. Hebr. c. 7. Galat. in l. 7. c. 4. Tostat. in Exod. 9. 2. & 14 & in Deut. 10. 9. 3. & alibi. Lyra. Richar. a S Vict. Rupert. Carthus. Marina, Tirin. & alii non pauci.* (9) *De bello l. 5. c. 14. in Græc. l. 6. c. 6. in Latino.* (10) *Ibid. l. 7. c. 17.* (11) *Hegesipp. l. 1. c. 17.* (12) *Petr. Comest. Hist. Judic. 3.* (13) *Marlian. de Arcu Titi l. 3. c. 6. Vide Bartholucci Bibl. Rabbin. to. 3. pag. 157. Torniel. ad A. M. 2885.* (14) *Riber. in Aggæum 1. Villalp. alii plures.*

Propheta, ait: *Deus e Monte Sion in Cœlum ascendit; unde ſtata die cœleſtem ſecum exercitum trahens deſcenſurus eſt, cujus adventui ſignum erit cultus ab omnibus per orbem Nationibus nomeribus impenſus.* Adjecit inſuper, nemini deinceps locum occultatæ Arcæ Domini referandum, niſi Moyſi Prophetæ Domini. Sicut omnibus qua Sacerdotibus qua Prophetis tabulas ibidem ſervatas occlusum iri, præter quam Aaroni electo Domini. In prima vero reſurrectione, ait, Arca e latebris ſeſe efferens in monte Sina conſtituetur, & circum eam coacti viri ſancti regredientem Dominum, & in defenſionem ejuſdem Arcæ adverſus hoſtes illi inſidiantes venientem opperientur. Tum vir ſanctus petram illam ſigillo ſuo obſignavit, digitis in illa ſuis Dei nomine ita inſculpto, quaſi ſi ferro impreſſiſſet. Dum hæc agerentur, ſtatim nubes quædam tenebroſa impreſſas nominis Dei literas ea caligine texit, ut ne hodie uſque appareant. Quare ignotus eſt omnibus locus, & nemini hactenus Divini nominis conceſſa; cum tamen ſingulis noctibus micare ſuper antrum nubes illa lucida conſpiciatur, quaſi hoc indicio defiguans, Dei gloriam numquam Legem ſuam deſeruiſſe. Sira eſt autem ſpelunca intra duos montes obitu Moyſi & Aaronis inclytos.

Dorotheus, qui S. Epiphanii hiſtoriam exſcripſit, paria de Jeremia refert. Author Commentarii in Maccabæos ſub S. Thomę nomine vulgati, & Richardus a S. Victore lib. 4. except. cap. 11. illis omnibus adſtipulantur.

Fatemur quidem non inviti, hiſtoriam hanc omnem fidei eſſe ſubleſtæ, nec ſeverioris examinis quæſtionem ſuſtinere, plures ex Scriptoribus demonſtrantes; ſed illa quidem ſatis indicat veterem opinionem, veluti traditione quadam manſiſſe apud Judæos ad Chriſtiana ſæcula translatos. Joſephus filius Gorionis [1] vir Judæus, qui Macchabæorum hiſtoriam legerat, de Jeremia narrat, virum illum poſt celatam Arcam, & velamina Tabernaculi Moyſis, Sacerdotibus, quibuſcum ad locum venerat, de latebris illis interrogantibus, pandiſſe, Deum jaratum ſanxiſſe, nemini locum illum referandum indicandumque, donec ipſe & Iſaias Propheta in mundum regrederentur. Tunc autem reſtituendam Sanctuario & ſub alis Cherubim Arcam. Tandem quamquam recepta apud Judæos traditio non ſatis conſtabis deprehenderatur, quemadmodum ex dictis a nobis ſupra de quinque illis rebus, quæ in ſecundo Templo deſiderabantur ſatis apparet; in eo tamen omnes conveniſſe intelligimus, numquam poſt ſolutam captivitatem Arcam fœderis paruiſſe; ejuſque loco conſtitutum in Sanctuario credunt lapidem fundamenti, quem olim in medio montis ſancti poſitum fuiſſe autumant.

S. Ambroſius, poſt narratam hiſtoriam Arcæ a Jeremia abditæ, & Prophetæ ea occaſione oraculum, hęc addit [2], inſinuans ejus oraculi fidem non niſi in adventu Meſſiæ impletum iri: *Congregationem populi tenemus, propitiationem Dei noſtri agnoſcimus, quam propitiatur in ſua operatus eſt Paſſione. Arbitror quod nec ignem iſtum poſſimus ignorare, cum legerimus quia baptizat Dominus Jeſus in Spiritu Sancto & igne.* Ita pariter differens Rupertus Abbas, fruſtra opperiri Judæos carnales dicit eventum vaticinii Jeremiæ, de ſolvenda certo aliquo tempore neſcio qua captivitate, atque reſtituendo materiali Jeroſolymæ Templo. Nos ejus veritatem impletam in eo experimur, quod Jeſus Chriſtus mortem obierit, *ut filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in unum* [*]; nos gloriam Servatoris e ſepulchro ad vitam reſurgentis ſpectavimus; ad id uſque teſte Jeremia Tabernaculum, Arca, & Altare, ignorantiæ nube tecta manſerunt [3].

S. Joannes Apoc. 11. 19. vidiſſe ſe perhibet in Templo Dei, nempe in Cœlo, Arcam Teſtamenti; vix autem eo Templo referato, ſtatim obverſantia ante oculos ſpectaſſe fulmina & grandines, audiſſe tonitrua, ſenſiſſe diros concuſſę terræ motus. Porro Arca illa in Templo Cœli conſtituta ipſe ei editur Jeſus Chriſtus, Mediator, & Fœderis utriuſque novi veteriſque Conciliator, omnia juſtitiæ in ſe uno & veritatis jura continens, tota Legis & Evangelii perfectio. Judæi in expectationem Arcæ materialis lapideas illas Tabulas olim Moyſi tradatas continentis integri, hunc ſenſum donarunt oraculo Jeremiæ, de Arca tandiu latebris tegenda, quandiu populum & in unum cogi, & in gratiam Domini redire contigerit. Judæi e captivitate reduces conceptæ ſpe de impienda ſtatim vaticinii fide ſibi blandiebantur; ſed alter oraculi ſenſus. Neque Aggæus, neque Zacharias, & Malachias latentem Moyſis Arcam e ſpelunca edixerunt; inſtare jam adventum *Angeli Teſtamenti, & dominatoris, quem ipſi vellent*, prænunciarunt [4]. Conſtituto tempore Jeſus Chriſtus in mundum veniens, Legem e latebris & caligine ignorantiæ in lucem ſolemque extraxit, occulta myſteriorum revelans, figuras implens, & pro Lege lapidea, lignea in Arca clauſa, Legem rogavit amoris in cordibus hominum deſcriptam; ſed ejus ſenſum minime aſſecuti ſunt Judæi. Semper illi litteræ, & figuræ inhærentes, numquam ſibi induxerunt in animum, veram hanc eſſe Arcam, ex Jeremiæ vaticinio mox revelandam; re ac exemplari minus contenti ſignum tantum & figuram quærebant.

Si fides aliqua Recentiorum narrationibus haberetur, & Moyſis ſepulchrum patuiſſe jam conſtaret; nec de revelatione pariter Arcæ fœderis in ſpelunca montis Nebo occultatæ jam forret deſperandum. Hornius teſtatur, anno 1655. capellas aliquas ſeorſum a reliquo grege aberrantes, ad locum hujus montis paſcendo devenifſe; unde dein reduces odorati neſcio quid retuliſſe paſtori viſæ ſunt: quare prodigium aliquod ſuſpicatus paſtor, *Mataxas* Patriarcham Maroniterum certiorem ſtatim de omnibus fecit; a quo duo Monachi montis Libani continuo miſſi. Illi ſedulo locum obſervantes, ſepulchrum quoddam invenerunt, cum epigraphe: *Moyſis ſervus Domini* [5]. Ejus rei fama longe latęque vulgata Judæos accivit, qui ad ſe pertinere monumentum contendebant; Mahometani vicifſim ſui eſſe juris dicebant; nec Chriſtiani ſegniores ſuum vindicabant, ac tandem potiti, amoto lapide vacuum invenerunt.

Qui vero totam hanc hiſtoriam ioleterer diſcuſſerunt, fabellam venditari ſuſpicati ſunt. Patriarcham Maronitarum anni 1655. non Mataxat, ſed Joannem offendit Bartholocciius; cui, nempe Joanni, ſucceſſor datus eſt 1. die Januarii an. 1657. Georgius Berbehel, qui in inventione ejus monumenti ſtrenue certavit. Profecto ſi Moyſis corpus ſepulchro demandatum fuiſſet tam prono & deducto facili, dubitationem omnem adjecta epigraphe ſubducente, quinam fieri potuiſſet, ut ad noſtram uſque ætatem lateret, Judæorum ſolertiam, & in Legislatorem ſuum venerationem trium miſſium annorum ſpatio fallens? Sed ad noſtrum argumentum.

Ex iis, quæ hucuſque deduximus, illud conſequitur, Arcam fœderis poſt captivitatem Babyloniam numquam ultra paruiſſe; ut maxime ſilentium Eſdræ, Nehemiæ, Macchabæorum, & Joſephi evincit. Accedit in eam rem Judæorum ſimul & Chriſtianorum traditio. Nec Arcę fœderis religio in re præſenti quidem neceſſaria fuiſſet, quo Judæorum cultus determinaretur, ſive quo de præſtandis ab ipſis officiis inſtruerentur. Lex enim Domini & tota Religionis Judaicæ ratio in eo verſatur, ut præcepta Dei noſcerent, & executione comprehenderent; quod facile etiam ſine Tabulis lapideis obtineri poterat. Cum vero ad ſuperſtitionem ulque religioſus eſſet populus, vix commiſſile niſi ſpeciali Dei revelatione credimus, ut novam Arcam & novas lapideas Tabulas pro veteribus fabricarent. Paulatim deſuefcere populum a figuris volebat Deus, quo erecto e materialibus animo magis magique ad ſpiritualia ferretur, legemque amoris optaret, novumque expoſceret fœdus,

(1) *Joſ. Ben. Gor. l. 1. cap. 17.* (2) *Offic. l. 3. c. 17. 18. nov. Edit.* (*) *Jo. 11. 51. 52.* (3) *Ruper. de Vict. Verbi l. 10 c. 21.* (4) *Malac. 3. 1.* (5) *Hiſtor. hiſt. Eccl. Vide Baſnag. Hiſt. des Juifs, l. 3. C. 4. c. 17. art. 13.*

dus quo non vetus abrogari, sed perfici complerique debuerat, insinuare videtur Zorobabel in secundo Templo, post restitutum e captivitate populum, inter ornamenta Sacerdotis maximum & prerioſiſſimum, nempe Urim & Thummim, defideratum fuiſſe, noluit enim ille Sacerdotes, qui ſe e genere Aaronico aſſerentes, dicti fui fidem defectu Tabularum Genealogicarum adſtruere non poterant; noluit, inquam, ſanctificatas dapes deguſtare; *donec ſurgeret Sacerdos doctus atque perfectus*. (Hebræus, *qui ſcit Urim & Thummim*) (1). Sacrum dignitatem gerebat tunc Jeſus ſeu Joſue, quem proinde Urim & Tummim maximo Sacerdotis ornamento deſtitutum facile credimus; cujus ſi defectus in ſecundo Templo toleratus eſt, ut quid Arcæ fœderis abſentia non toleraretur?

IN TERTIUM LIBRUM MACCHABÆORUM PROLEGOMENON.

QUi tertii Libri Macchabæorum nomine cenſetur Liber, hiſtoriam continet motæ a Ptolemæo Philopatore in Judæos Ægyptios perſecutionis. Poſt confecta adverſus Antiochum Epiphanem expeditionem, Ptolemæus gratiarum actionis in Templo Domini ſacrificia oblaturus Jeroſolymam ſe contulit. Poſt ſacra, eum in Sanctuarium adirum tentaret, & a Sacerdotibus pariter ac populo prohibitus vim eſſet illaturus, inviſibili quadam manu rejectus, tanto impetu in terram adactus eſt, ut ne moveri quidem poſſet. Redux igitur in Ægyptum, quem in Judæos conceperat furorem in eoſdem Judæos Ægyptios vertit. Quare in Hippodromo clauſos, elephantis conterendos omnes tradidit; ſed Deus eo prodigio, quod in eodem Libro narratur, populo ſuo opportunus ſuccurrit.

Præpoſtere ſane Libro titulus tertii Macchabæorum inditus eſt; cum neque de Macchabæis quidquam agat, de rebus illorum ætate geſtis, ſive de perſequutione Regum Syriæ, cujus occaſione Macchabæorum nomen inclyeum, aliquid contineat. Quare ſimilitudinis tantum ratio in cauſa fuiſſe potuit, cur Macchabæorum nomen præfigeretur; quem enim religionis ſuæ amorem & virtutem Judæi Alexandrini ſub Philopatore oſtenarunt, eodem Macchabæi & Judæi Palæſtinæ ſub Antiocho Epiphane ejuſque ſucceſſore claruerunt.

Idem, qualem hodie habemus, Liber innotuiſſe Joſepho numquam videtur; cum de perſequutione Philoparoris in Judæos Ægyptios ne verbum quidem in ejus hiſtoria; & quæ in veteri Latina Verſione ſecundi Libri contra Appionem (2) a Rufino adornata leguntur, adeo male digeſtam narrant fabellam, ut ex relatione potius aliorum retuliſſe Joſephus videatur, quam lectam de illa hiſtoriam deſcribere. Narrat enim, Ptolemæum Phyſconem filium Ptolemæi Philometoris, cum poſt patris deceſſum Regnum invaderet, amota a rerum adminiſtratione matre Cleopatra, tentaret, auſis ſuis reſiſtentem Oniam copiarum Ægypti a Philometore conſtituetum Imperatorem habuiſſe. Quare ille exercitu coacto, Judæos omnes Alexandrinos mares, fœminas, pueros nudos & catenis vinctos in Amphitheatro expoſuit, ac elephantibus, quos vini hauſtu propterea efferaverat, conterendos tradidit. Sed fruſtra ille; immanes enim belluæ relictis Judæis furore in amicos Regis converſo plures occiderunt, eum interim Regi vir quidam horrendo aſpectu obviam factus minitabundus indixit, intactos relinqueret Judæos. Idem obnixis precibus rogabat Irhaca vel Irene Regis concubina, cui Rex facile obſequutus, Judæos abire liberos permiſit, furoris in illos ſui pœnitens. Ea dies evoluta anni periodo recurrens, feſta a Judæis Alexandrinis conſtituta eſt. Hæc Joſephus.

Hujus fabellæ prima pars, in qua de invaſo a Phyſcone Regno, amora Cleopatra, atque de vindicatis Cleopatræ juribus ab Onia, veriſſima omnia refert. Sed in reliquis plura ſunt, quæ reprehendas. 1. Phyſcon non parentem habuit Ptolemæum, ſed fratrem. 2. Regnum non fratribus rapere, ſed nepoti ſuo filio Philometoris & Cleopatræ tenravit. 3. Perſequutio in Judæos Alexandrinos longe anterior eſt Phyſcone, ſub Philoparore ſcilicet, ut ex tertio Macchabæorum conſtat. 4. Plures male coherentes circumſtantiæ adjectæ leguntur apud Joſephum. Hæc omnia ſatis demonſtrant vel Hiſtorico ignotum fuiſſe Librum, vel Rufinum male Hiſtoricum illum vertiſſe. Profecto in duobus illis lineis Græcis, quæ ſolæ de textu Joſephi, quantum ad eam hiſtoriam, ſuperſunt, diſcerte legimus: *Phyſcon poſt obitum fratris ſui Philometoris e Cyrene in Cleopatram movit*. Si reliqua Græci texeus, nobis ſuppereremt, certiorem ea de re judicium ferre pronum eſſet (3).

Veteres Græci catalogi referunt interdum quatuor Libros Macchabæorum, aliquando tres, ſæpe duos Canon 84. Apoſtolorum tamquam Librum ſacrum agnoſcit tertium Macchabæorum. Tamquam Scripturam Sacram laudat Theodoretus in Dan. 11. 7. In eodem cenſu ac tres alios Libros Macchabæorum recenſet Author Synopſeos inter Opera S. Athanaſii; quos omnes Libros in eorum numero collocar, *quibus contradicitur*; nempe unanimi Eccleſiæ conſenſu non probantur. Gemina legas apud Nicephorum Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum in fine Chronographiæ, qui tamen non niſi tres Macchabæorum Libros agnoſcit. Euſebius in Chron. ad A. 1800. notat tertium Macchabæorum, nihil addens, quo de authoritate ipſius dubitemus; illud tantummodo obſervat, præpoſitere locum illi aſſignatum poſt genuinos Libros Macchabæorum: hiſtoriam quidem reapſe continet Macchabæis vetuſtiorem. Fatemur quidem Euſebium ipſum in Chron. ad An. 1580. omnes æque Libros Macchabæorum e Canone, quantum apparet, expunxiſſe; obſervat enim, Divinas Scripturas ſub Nehemia finem habuiſſe; & quæ deinde ſuccedunt, deſumpſiſſe ſe ex Macchabæis, Joſepho, & Africano. Philoſtorgius Hiſt. lib. 11. cap. 11. apud Photium, primum quidem Macchabæorum expreſſe recipit; ſecundum pariter admiſiſſe videtur: tertium autem rejicit, portentoſum eum vocans, nihilque ſimile primo narrantem. Sed eſto portentoſus ſit; an propterea Scripturæ contrarius? an repugnantia veritati hiſtoriæ, fidei, & morum continet? Tandem veteres quidam catalogi inter vetera Græca Monumenta D. Cotelerii (4) quatuor

(1) 1. *Eſd.* 2. 63. Vide, ſi lubet, *Spencer. de Urim & Thummim.* (2) *Edit. Froben. an.* 1524. *pag.* 824. (3) De Boyvin Senior aſſeruit nobis D. Petreſchium poſſediſſe Joſephi hiſtoriam Græcam, cum eodem fragmento; & Carolum Labbæum J. C. ſcribere ad D. Bigottum, integrum in manu Scaligeri ſervatum. Legimus in Naudæana pag. 168. ſecundæ editionis, D. Schurtzium Eleich Vittembergenſem Joſephum Scaligeri poſſidere. Quæ ſi vera ſunt, rem faciet Eruditis omnibus gratiſſimam, ſi integrum Hiſtoricum illum publico permittat. (4) Vide *Coteler. Not. in Can. Apoſt. pag.* 117. 118. & 338.

tuor Libros Maechabæorum inter eos reeensent, qui *apud Sopnaginta desunt*.

Ex his omnibus statuendum est, anepipitem aliquamdiu hæsisse antiquitatem, num tertium Machabæorum admitteret; quem deinde hodie uno consensu Græca & Latina Ecclesiæ de apocrypha amandarunt; non quod fictam aliquam historiam contineat, sed quod a Divinarum Scripturarum authoritate excidat.

Neque commemorandum mihi in præsentia, Librum hunc plerumque Latinos fugisse; a quibus numquam, quantum scio, laudatur; & in Mss. omnibus æque ac in veteribus Bibliis impressis desideratur. Paruit Liber primum in Fobenianis A. 1538.

Scriptum a Grotio creditur Opus paulo post Ecclesiasticum (1) a Jesu filio Siraeh digestum; inscriptum autem titulo tertii Maechabæorum, quod post duos priores apud Christianos innotuerit; quibus tamen minor fuerit hujus, quam illorum authoritas. Elegans esse Opus, sed parum cognitum Josephus Scaliger (2) animadvertit. Stilus tumet, Tragœdiarum non absimilis, ceterum sublimis est in sententiis, pius pariter & oeeultus. Supersit Syriaca quædam Versio minus aecurata. Porro Lueubrationem hanc Gallieis literis tradere, quod a nullo adhuc factum sit, optimum factu adjectis adnotationibus duximus.

IN QUARTUM LIBRUM MACCHABÆORUM PROLEGOMENON.

QUamquam apud veteres de quarto hoc Maechabæorum Libro sermo occurrat (3), raro tamen illo usos maxime Latinos adeo constat, ut quid potissimum Operis eo nomine ab illis designaretur, hodie ferme Eruditos lateat, & in omnibus æque Bibliis Latinis ne inter Apocrypha quidem appareat. Quin & ejus memoria jam inde a pluribus annis obsoleviſſe, atque inter deperditos deploratosque Libros habitus fuisse videtur.

Cum Sixtus Senensis (4) in Mſ. quoddam Græcum incidisset, ad Bibliotheeam Sanctis Pagnini apud Dominicanos Lugdunenses spectans, invenisse sibi quartum Maechabæorum ita persuasit, ut in societatem erroris vulgo Eruditos adduceret. Post aliquot inde annos ineendio absumi Bibliotheeam illam contigit (5), unaque intereidit Codex faeile unicus, cum neque Lugduni, neque alibi uspiam geminus alter unquam inventus sit. Plena ejus rei cognitio frustra alias sperabatur, nec de ejus amissione alia supererat solandi Eruditos ratio, nisi quod historia Sacerdotii Joannis Hircani (hanc enim exhibebat Mſ. Opus) satis exacte a Josepho deseripta Antiquit. lib. 13. haberetur.

Cum vero post aliquot annos D. le Jay in Polyglottis Parisiensibus historiam Arabieam Maechabæorum post Regnum Seleuci filii Antiochi Magni usque ad tempora Jesu Christi continuatam, & ex Græco, uti quidem apparet, adornatam vulgaverit, nacti sibi in illa quartum Maechabæorum tanto temporis spatio defideratum Eruditi sibi visi sunt. In illud plane Arabieum Exemplar omnia quadrant, quæ Sixtus Senensis in Græco suo animadvertit; utriusque narratio ab illis verbis oritur: *Constituerat Simon, ipso vivente, ducem filium suum Jochanan, id est Joannem, dare &c.* Quare P. de la Haye idem Opus Latine redditum in suis *Bibliis maximis* dare sub titulo quarti Maechabæorum operæ pretium duxit.

Porro Sacerdotium Hireani historiam continet Judæorum 29. vel 30. vel 31. annis continuatam, neque enim latis in ea re convenit (6). Hujus distidii in causa est, quod alii Regni ipsius exordium ducunt a communieata illi a Simone parente Reipublicæ administratione, missoque per oras Palæstinæ Præfecto finibus Judææ defendendis, cum interim alii ab obitu ejusdem Simonis Regnum ipsius ducendum putent. Lueubrationem istam nos adnotationibus nonnullis illustratam Gallieis literis traditam damus, quamquam alioqui habemus persuasum, abesse illam plurimum a quarto Maechabæorum, quemadmodum infra adductis argumentis fiet planius. Damus autem Gallice non totum Arabieum Scriptum a D. Le Jay vulgatum, sed omissis 19. prioribus capitibus, & 32. posterioribus; illud tantummodo retulisse contenti, quod olim Sixtus Senensis pro quarto Maechabæorum usurpavit. Totum Gallice vertit D. Baubrun, in presſumque legitur in tertio volumine Bibliorum Gallieanorum Parisiis apud Delprez. Commodum autem sibi duent Lectores, si totam hic historiæ ejus ætatis seriem nanciscantur.

Scriptum primo Hebraice Opus intelligimus, cum in gustu, periodis, & phrasibus Hebræum sapiat. Paria in suo Græco Exemplari Sixtus Senensis animadvertit; & indolem omnem Hebraicam Arabieus servavit. Textus Originalis Hebræus idem erat facile ac Commentarii de Sacerdotio fingulorum Pontificum scripti. Post eaptivitatem enim Babylonieam idem mos sub Saerdotibus Summis servatus, qui olim sub Regibus, in publicas nempe Tabulas redigendi quæ majoris momenti sub illis aeeiderant; quemadmodum ex primo Maechabæorum intelligimus (7). Ex his fontibus historiam hausit Josephus, post Maechabæorum ætatem usque ad Regnum Herodis Magni continuatam. Author, de quo modo, seu potius Arabieus ejusdem historiæ Interpres, vel si mavis Græeus, ex quo versionem suam Arabieus adornavit, serius, & non nisi post everſionem secundi Templi a Romanis florebat. Observat ille, Idumæos ab Hireano sub jugum ductos religionem Judaieam usque ad everſionem seeundi Templi retinuisse (8). Samariam plerumque *Sebastem*, & Siehem *Neapolim* voeat; quæ sane nomina diu post Hireanum obtinuerunt.

A Josepho in pluribus diserepat; uti cum *Hircani* nomine plerumque appellat, qui Josepho & primo Maechabæorum *Cendebæus* nuncupatur (9); historiam latentis in sepulchro Davidis thesauri aliter ac Josephus enarrat (10). Regis titulum a Senatu Romano conceſſum Hireano tradit (11); numerum Senatorum Romanorum ad 320. determinat (12); tres tantum liberos Hireano tribuit (13), Josephus quinque. Milites Syros & Ægyptios plerumque nomine Maeedonum appellat; sicut & quem nos montem *Garizim*, ille montem Jezabel. In exitu vero historiæ quædam notat, quibus seribere se diu post pri-

(1) *Gret. in hunc Librum.* (2) *Animadverſ. in Euſeb. Chron. p. 127.* (3) *Athanaſ. in Synopſ. Synceli. Philaſtr. alii plures. Vide Coteler. not. in Canon. Apoſt. pag. 117. 118. 338.* (4) *Sixt. Senenſ. Biblioth. l. 1.* (5) *Ita Selden. de ſucceſſ. in Pontif. ex Teſſavino.* (6) *Vide Uſſer. ad A. M. 3898.* (7) 1. *Macc. 16. 24. Ecce hæ ſcripta ſunt in Libro Sacerdotii ejus, (Joannis) ex quæ factus eſt Princeps Sacerdotum poſt patrem ſuum.* (8) *Vide* 4. *Macc. 2.* (9) 1. *Macc. 15. 38. &* 16. 1. 4. 8. (10) 4. *Macc. 2.* (11) 4. *Macc. 1.* 3 (12) *Ibidem.* (13) 4. *Macc. ult.*

primum Operis Authorem prodit (1). Namque post narratas tres illas potissimas Judæorum sectas, quæ sub Hircano emerserunt, addit de *Hasdanim*: *Nec meminit Author Libri infinitum ipsorum, sed quatenus hoc dicitur ex nomine : incumbebant enim iis operibus, quæ ad præstantiores virtutes accedebant.*

Negotium facit, an Liber iste quartus Macchabæorum habendus sit. Obstat silentium Græcorum, & Latinorum, qui neglexisse Opus, atque in fitu & oblivione reliquisse videntur; nec sane ulla ejus rei memoria supersit, nisi tradentibus Arabibus haberemus. Adde, Veteres quartum Macchabæorum laudantes numquam Opus ita designasse; ut ipsissimum esse cum hac historia insinuent. Tandem affirmandum nobis suscipimus, Veteres illos, qui Opus præ manibus habebant, nostrum hoc ne nosse quidem unquam; quare duo hæc Scripta inter se credimus distinguenda. Eusebius (2), & S. Hieronymus (3) posit productam usque ad exitum Simonis historiam, e primo Macchabæorum derivatam, de filio ipsius Hircano narrandum suscipisse, quarto hoc Libro ne indicato quidem. Idem Eusebius, Sulpicius Severus, Cedrenus, aliique plures (4) de *Hircano* sermonem habentes, ejus nominis rationem derivant ex *Hircanis*, quos populos ille prælio fudit in expeditione Antiochi Sidetis, cum nempe Regem illum in Perfidem proficiscentem comitaretur; quæ sane repugnant testimonio Scriptoris hujus Libri, inditum viro nomen e devicto *Hircano*, quem nos *Candebanum* appellamus, tradentis.

Alius igitur quærendus est quartus Macchabæorum Liber, quem ipsissimum credimus cum Lacubratione Josephi, inscripta de *Imperio rationis*; cujus Operis argumentum est rationis imperium supra passiones asserrum, quo pietas juvatur, nihilque est tam difficile, cujus felicem exitum ratio non inveniat. Pleraque Græcorum Bibliorum Mss. hunc Librum tribus aliis Macchabæorum continuant (5). In nonnullis is legitur præfixus titulus: *Josephi de Imperio rationis, seu quartus Macchabæorum*; in aliis vero tantum: *Quartus Liber Macchabæorum*. Aliis Græcis Basileensibus Hervagianis 1545. & Francofurtensibus Vechelianis A. 1597. post tres priores Macchabæorum Liber iste subjungitur, adjecto titulo: *Liber Josippi in Macchabæos*. Vetus Ms. laudat D. Cotelerius (6), in quo Macchabæorum quartus inscribitur: *De imperio rationis*. In Bibliotheca Regia (7), & Coisliniana (8) quædam extant ejusdem Josephi Operis Mss. quarti Macchabæorum præfixa situlo. Neque alium quartum Macchabæorum novit Philostratus (9), qui Opus illud Josepho Historico vindicat; quemadmodum etiam Eusebius (10) & S. Hieronymus, 11. S. Gregorius Nazianzenus Orator de Macchab. S. Ambrosius, l. 2. de Vita beata cap. 10. 11. 12. & S. Chrysostomus in elogiis suis de Sancto sene Eleazaro, & septem fratribus Macchabæis non obscure ex eodem Josephi fonte hausserunt (12). Marius Victorinus Africanus, qui Romæ sub Constantio florebat, hunc eumdem Librum carminibus adstrinxit; sed ille libertius aliquanto excurrens, plura de suo adjecit. Vide tom. 4. Biblior. PP. pag. 297. &c. Ex his omnibus facile in eam sententiam descendimus, quartum Macchabæorum a Veteribus laudatum, ipsum esse Josephi Opus de Imperio rationis.

Author hujus Operis in sententiam Stoicorum descendisse visus est, apud quos mira de prærogativis virtutis humanæ, & rationis, qua sola præstari omnia potuisse defendebant; sed hæc omnia in unam tantum fidem (13) Dei gratia fulsam (14) quadrare, Religione Christiana docente discimus; si quid enim boni fuspernaturalis, si quid sancti præstamus, id unice fidei, gratiæ & charitatis merito accepto referendum est; quibus amotis numquam eo adniti possumus, ut Deo placeamus. Robur & virtutem Martyrum Macchabæorum potissimum sibi accepto referendam suadet Apostolus 11. 3. *Per fidem vicerunt Regna &c.* Aliud Stoicorum dogma, quod adoptasse Author videtur, æqualitas est criminum; ita enim loquentem inducit senem Eleazarum cap. 2. *Sive in parvis, sive in magnis peraque ad prævaricari.* Dogma istud æque & in veram Religionem, & in rationem pugnat. Infinuat alibi, & sine ambagibus, notorum animas e parentibus derivari (15), juxta satis receptam apud Veteres opinionem, nec satis e mentibus quorumdam Patrum excusam, hodie tamen e Scholis prorius eliminatam. Totam autem rem gestam constituit Jerosolymæ sub ipsis Antiochi oculis: quod non latis in secundo Macchabæorum exprimitur.

In eo tamen libri secundi Macchabæorum aperte repugnat, quod missum a Seleuco Nicanore tradit Apollonium Præsidem Syriæ, & Phœnicis ad sacrum Ærarium expilandum (16), cum non Apollonium habeat Textus Macchabæorum, sed Heliodorum; nec *Seleucum Nicanorem* sive *Nicatorem* primum inter Seleucidas, sed *Seleucum Philopatorem*, inter illos Reges septimum. Erat pariter intolerabilius (17), cum Antiochum Epiphanem Seleuci filium statuit, frater enim erat natu minor.

Indignam tanto Rege mentem Davidi imputat; quippe quem constituisse apud Deum dicit nulla adactum necessitate, numquam se fitim, qua diu excruciabatur, levaturum, nisi certi cujusdam fontis aqua epota (18). Nihil tale in Libris Regum; legimus enim ibidem (19), David siti adactum obiter tantum indicasse, gratum sibi futurum, si aquam e cisterna Bethel potare daretur; qua Regis voluntate intellecta, tres viri fortissimi aperta sibi per media Philisthæorum castra via hausta ea lympha ad Regem detulerunt. Peccat etiam in ea referenda historia Author, cum duos tantum non tres viros fortissimos notat, cum etiam aquam illam diutius conquisivisse viros illos affirmat, ac tandem in mediis hostium castris invenisse testatur.

Confundit etiam alio in loco (20) annum sabbaticum cum anno Jubilæi. Errat, cum Antiochum fuisse Judæis post occisum Eleazarum septemque fratres (21), & cum susceptam ab eo Principe in Perfidem expeditionem dicit (22); fidem superat ingens pecuniarum summa a Jasone ad Seleucum missa, quam enumerat ad 3660. talentorum, monetæ nostratis 17813904. librarum circiter; unde nam tantum pecuniæ Jasoni? Patrem (23) septem fratrum Macchabæorum apud illum quidem, non autem in Libris Canonicis legas; sicut & septimi fratris supplicium matrisque ille solus refert. Frustra apud Moysen quæras, quæ ab Angelo exterminatore Israelitarum castra igne absumpturo (24), nisi opportune intercessisset cum thymiamate Aaron, narrat (25). Eadem insinuasse videtur Apostolus 1. Cor. 10. 10... Nihil hic ego de stilo turgido, & longe petitis figuris affectato, quorum ræditum & in orationibus prolixitatem nemo ex Lectoribus non sentiet. Hæc facile vitia in causa fuerunt, cur ad Apocrypha Opus rejiceretur. Josephum illius Authorem fuisse vix in animum induxerim; neque enim ineptiis hisce & erroribus par est Scriptor insignis (26); qui in alienis Scripris laudandis minime parcus, de Scripto isto ne verbum quidem habet. Stilus & cetera omnia ejusdem Operis aliena sunt a tanto Histo-

(1) 4. *Macc.* 6. (2) *Euseb. Demonstr. lib.* 8. *cap.* 2. (3) *Hieron. in Dan.* 9. (4) *Vide Euseb. in Chronic. Sulpit. Sever. lib.* 2. *hist. Cedren. alios Antiquos & Recentes apud Jul. Scalig. not. in Euseb. Chronic.* (5) *Vide not. Combefis in Josephi. lib. de Imperio rationis.* (6) *Coteler. not. in Canon. Apost.* 9. 339. (7) *Manuscript. Biblior. Reg. n.* 1875. (8) *Coislin. Mss. duo.* (9) *Philost. hist. Eccles. initio.* (10) *Euseb. hist. Eccles. l.* 3. *c.* 10. (11) *Hieron. de Scriptor. Eccles. & lib.* 2. *contra Pelag.* (12) *Chrysost. hom.* 2. *in SS. Macchab.* (13) *Heb.* 11. *per totum.* (14) *Rom.* 5. 15. (15) *Cap.* 2. *& cap.* 12. (16) Confer 2. *Macc.* 3. 3. 7. 8. *cum c.* 1. *hujus Libri* (17) 4. *Macc.* 2. (18) 4. *Macc. Præfat.* (19) 2. *Reg.* 23. 14. 15. (20) 4. *Macc. Præfat.* (21) 4. *Macc.* 6. 16. (22) 4. *Macc.* 18. (23) 2. *Macc.* 4. *ult.* (24) 4. *Macc.* 4. (25) *Num.* 16. 46. (26) *Orsius in Luc.* 16. 19. abjudicat hoc Opus a Josepho Historico.

Historico; ut illius nomine famam Operi suo conciliare voluisse Author videatur.

Pluties recusus est *de Imperio rationis* Liber. Legitur in Collectione Operum Josephi, & in Bibliis Græcis nonnullis. Vetus Latina Versio a Rufino adornata ejusdem est cum ceteris illius Authoris indolis & saporis, ut correctionem & diligentiam desideret. Liberius vertit Rufinus & liberrime Erasmus, qui paraphrasim suam non ex Græco sed ex Latino Rufini adornavit. Altera vulgata est Versio Cornelii a Lapide; altera P. Combefis, quæ posteræa ad litteram est magis & exactior. Versio Gallica D. Andilli elegantissima est; nos quantum fieri potuit, nostram hanc litteræ tenaciorem reddimus. Notæ rariores sunt, quod perspicuus sit textus, & Commentarii loco Præfatio habeatur.

IN UNIVERSUM PSALMORUM LIBRUM

PROLEGOMENON.

I.

Elogium Psalmorum, præstantia, & utilitas.

UNiversa licet Scriptura *Divinitus inspirata utilis sit ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad eruciendum in justitia* (1); plus tamen aliquid contulisse Deus benedictionis & virtutis Divinæ in Psalmos visus est. Saeer iste Liber, tamquam uberrimus vitæ fons, salutares ad omnia vitæ commoda aquas largus effundit. Totus veluti summam omnium, quæ in Scriptura continentur, utilium complectitur: *Psalmorum Liber quæcumque utilia sunt ex omnibus, continet*, ait S. Augustinus (2). Veteres in illo historiæ ab ipso Mundi exordio, Leges a Deo hominibus datæ, exempla Sanctissimorum Patriarcharum, de adventu Messiæ, vocatione Gentium, Ecclesiæ constitutione oracula; uno verbo *communis quidam doctrina thesaurus est, aperte singulis necessaria subministrans*, ait idem Pater ibidem. Dolore opprimeris? relevat; perplexitatibus angeris? dubitationes omnes subducit. Vulneratæ menti & alte liceat fauciatæ pharmacum est, inveteratis quibusque ulceribus sanandis præsentissimum. In tædio, in dejectione animi, in metu omne ab illo solarium, robur omne & virtus suaviter blandeque suppeditantur. Id enim Divino Providentiæ consilio factum est, ut dulci eloquentiæ & poesis sapore conditæ veritates traderentur, quo delicias simul cum pharmaco potarent Lectores; instar Medici sapientissimi, qui utili dulcia miscens, crateris lymbum, quo remedium porrigit, melle circumlinit.

Omni hominum ætati, omnium apta statui, & conditionibus remedia exhibentur in Psalmis. Lapides firmitate contumacia corda tanguntur, & in fluenta lacrymarum Psalmorum lectione resolvimur. Si quando cantandos sive meditatione versandos Psalmos suscipimus, adfistere nobis Angelorum choris videmur, ait S. Chrysostomus (3). Nulla Libri utilior lectio, nulla omnibus aptior. *In hoc Libro*, ait Cassiodorus (4), *spiritualis Bibliotheca instructa est*. Additque mel esse dulce, vividum lumen, patentem & inexhaustum thesaurum, Librum superno lumine radiantem, veritatum fontem, vas cœlestis liquoris, hortum delicatissimorum fructuum.

Lex docet, ait S. Ambrosius Præfat. in Psal. historia instruit, futura refert, prophetia impii redarguuntur, moralis suadet; *In Libro Psalmorum profectus est omnium, & medicina quædam salutis humanæ*. Jure meritoque appellaretur *Dei laus, plebis laudatio, sermo universorum, vox Ecclesiæ, fidei canora confessio*. In Psalmis, ait idem Sanctus, omnia simul Religionis meæ testimonia perceurro; omnia Prophetarum oracula; per singula discurro adventus & resurrectionis Jesu Christi argumenta. Vitare peccata instruor, nec pœnitentiam detrectare. Tanti Principis una simul & variæ exemplo, ne in crimina proruam, retineor; ad criminis admissi jam confessionem urgeor, & lapsus jam in peccati barathrum relevor.

Præter hæc suavia cordium blandimenta, quibus illæ tantum animæ tanguntur, quæ ædificationem, & Religionis pabulum in Psalmis quærunt, alia sunt etiam ad eorum gustum, qui amœnioribus & elegantioribus delectantur. Inter sapientissimos æque ac doctissimos Scriptores latis convenit, ingenuæ & minime fucatæ eloquentiæ exemplar in Psalmis præseferri; neque enim grandia desunt & sublimia, non pathetica & blanda, non delectæ & simul expressivæ loquendi phrases; omnia argumento apta, & perfectæ totius generis eloquentiæ exemplaria. In moralibus vero disciplinis tradendis quid justius, quid magis purum absolutumque? Tenerrimæ pietatis sensus delicatos, & vere divinos inspirant; abdita quæque & maximi momenti Religionis mysteria pandunt.

Tandem, ut verbis S. Ambrosii utar, *cortat in Psalmo doctrina cum gratia; simul cantetur ad delectationem, discitur ad eruditionem*. Jam inde a Davidis ad nostram usque ætatem Psalmorum lectio in deliciis piarum animarum habetur; insonant quotidie Psalmorum cantilenis Domini Templa; nec ab exordio Religionis ad nostra usque tempora adhuc cessatur. Nullum aliud orationum exemplar perfectius posteris suis tradendum sibi Apostoli reputarunt; nihil ad institutionem solidius propoturerunt, quam quod ipse Dei Spiritus e corde Regis omnium sanctissimi expresserat. In illud autem consilium eo libentius venerunt, quod in uno hoc Libro singulis apta personis & statibus, quæ maxime desiderari possunt, colliguntur. Sive etenim Dei summi Judicis misericordia imploranda, sive laudes in majestatem & potentiam Dei congerendæ, sive gratiarum actiones solemnes præstandæ, sive Dei auxilium in bello vel in morbo atque calamitate implorandum; sive instruendus deducendusve ad fidem, corrigendus reprehendendusque populus; toe simul omnibus unus Psalmorum Liber sufficiet.

Hinc obsequium Fidelium in Divina illa cantica, ardor, quo ad Sanctum illud studium ferebantur. Lex erat singulis Episcopis Ecclesiasticis & Monachis proposita, ut Psalmos memoriter addiscerent (5); plu-

(1) 2. *Timot.* 3. 16. (2) *Augustin. Præfat. in Psal. Vide & Ambros. Præfat. in Psal. num.* 4. *& Basil. item Præfat. in Psal. Athan. Ep. ad Marcellin.*
(3) *Vide Chrysost. in Psal.* 137. *& Augustin. Præfat. in Psal.* (4) *Cassiod. Præfat. in Psal. sparsim.* (5) *Vide Gregor. Mag. lib.* 4. *Ep.* 45. *lib.* 8. *Ep.* 34. *lib.* 13. *Ep.* 6. *Hieron.* 4. *ad Rustic. Ep.* 8. *&* 18. *aliosque passim. Vide Ferrand. Præfat. in Psal. c.* 2.

plures etiam vel Laici ſuppetebant ; qui Pſalmos in Eccleſiis , in ædibus , in itinere , operi incumbentes , in menſa , in agro cantitarent [1]. Nec ſorminæ , quamquam alioqui ne in Eccleſiis loquerentur ab Apoſtolo prohibitæ , ab eo privilegio excludebantur, uti in eantandis Pſalmis ſuas virorum vocibus miſcerent . Cœpta dies & abſoluta , & nondum a Pſalmorum recitatione ceſſatum . *Cum Pſalmus legitur* , ait Sanctus Ambroſius [2] , *ipſe ſibi efficitur oſt ſilentii* . Ignoraverine licet Fideles e populo vel ipſa quandoque Sacrorum quorumdam Librorum nomina , qui tamen Pſalmos vel aliquos ſaltem memoriter non recitaret , nemo erat , ait Sanctus Chryſoſtomus in Iſaiæ capite 5. & Theodoretus Prolog. in Pſal. Mane ſurgentes cantitabant Pſalm. 62. *Deus Deus meus , ad te de luce &c.* veſperis Pſ. 140. *Domine clamavi ad te , exaudi me &c.* quibus proinde Pſalmis inditum nomen , *Pſalmi quotidiani* .

Euſebius Præfat. in Pſal. & Theodoretus item Præfat. in Pſ. Pſalterium tamquam ptimum poſt Moſaicos inſpicatum Librum , ordine temporum ſervato , habuerunt ; ex quo diviſum in quinque partes Librum , veſuti novum Pentateuchum , aliqui ſuſpicantur . Quæ tamen in eo Libro exponitur doctrina multo , quam ſcientia Legiſlatoris Hebræici , ſublimior eſt . Oſtendit enim David , ait Euſebius , nulla eſſe ſacrificia , novamque colendi Dei per laudes & cantica Religionem inducit . Ex eo tandem Libro crebriora pro aſtruenda Religionis Chriſtianæ veritate argumenta Jeſus Chriſtus , & Apoſtoli deduxerunt .

I I.

*Nomen Pſalterii , & diviſio . Ordo Pſalmorum inter ſe .

Liber Pſalmorum inſcribitur in Hebræo *Sepher tehillim* , *Liber hymnorum* vel *laudum* , quod ſcilicet ſanior eorum pars & auguſtior laudes Dei proſequatur ; auguſtior , inquam , ceteri enim querelas ærumnoſi vel pœnitentis vel intimo dolore fauciati animi exprimentes Pſalmi , multo prioribus illis concedunt . Apud Græcos eſt *Pſalterium* ſeu *Liber Pſalmorum* ; quod etiam in noſtris Bibliis Latinis nomen ſervatum eſt . Porro *Pſalterium* muſicum eſt inſtrumentum , alibi a nobis deſcribendum ; ejus nominis etymon , ſicut & *Pſalmus* , deducitur ex Græco *pſallo* , inſtrumentis cano . In Evangelio ſub hoc titulo laudatur [3] : *Liber Pſalmorum ſive Prophetæ* [4] . David enim Author Pſalmorum potiſſimus , Prophera ob excellentiam appellatur .

Totum Pſalterium in quinque partes diſtribui , excepta eſt apud Hebræos conſuetudo ; quod ab antiqua traditione tenere illos ex facta illius apud PP. mentione conſtat [5] . Probat S. Gregorius Nyſſenus Tract. 1. in Pſ. cap. 5. & vetuſtiſſimam agnoſcit Sanctus Epiphanius De menſuris num. 5. nec rejicit Euſebius , Sanctus Ambroſius , & Pſeudo-Hieronymus Comment. in Pſ. Servari illam in Originali Hebræo & optimis Græcis Exemplaribus aſſtatur Euſebius ; & Sanctus Ambroſius refutandam cenſet illorum ſententiam , qui diviſionem hanc reprobant , eo quod in Scriptura de Pſalterio veluti de Libro ſingulari agatur . Sed ea potiſſimum ratione reprobandam dijudicant Sanctus Hilarius Præfat. in Pſ. genuinus Sanctus Hieronymus [6] , & Sanctus Auguſtinus [7] ; nec interſe minus Interpretes noſtrates commiſcuntur ; laudant enim alii , & tamquam ab ipſis Pſalmorum Collectoribus inductam commendant [8] ; alii recentiorem eſſe ætate Apoſtolorum [9] , nulliuſque propterea authoritatis contendunt . Res eſt tamen nullius momenti , cum omnes ad arbitrium invectam , nec ex ordine temporum rerumve connexione petitam conveniant . Sola eſt enim Lectorum ratio habita , ut ſcilicet longioris Libri rædio facta diviſione levaretur .

Quod autem maxime infinuare poſſet , diviſionem illam ab ipſis Pſalmorum Collectoribus inductam fuiſſe , illud eſt , nimirum ſingulos Libros eadem concluſione verborum terminari , quæ de induſtria adjecta videretur vel ab Eſdra , vel a Patribus Magni Synedrii , quorum authoritate certus Librorum Canonicorum numerus definitus eſt . In hanc ſententiam convenit Muis ad Pſ. 21. aliique nonnulli . Ceterum in recenſione omnium ſimul Sacrorum Librorum tum apud Hebræos , cum apud Chriſtianos , Pſalterium tamquam unicum Librum , etiamſi in quinque diſpeſceretur partes habitum eſſe conſtat .

Quicumque ex Patribus Latinis hanc Pſalterii in quinque Libros diviſionem rejiciendam cenſuerunt , aliam ſibi invehendam non minus ac priorem illam arbitratiam duxerunt . Totum illi Librum in tres partes , ſingulis Pſalmocum quinquagenis conſtantes , diſtinguunt ; quam Pſalterii diviſionem non ociitanter , ſed mature & conſulto a Septuaginta invectam Sanctus Hilarius autumavit ; namque , ait , in ſingulis quinquagenis , Sanctiſſimis illis vitis conſilium fuit , ut ordinem a nobis in aſſequutione Beatitudinis & in progreſſu virtutum tenendum demonſtrarent ; *Ex ratione ac numere beatæ illius noſtræ expectationis* [10] . Plura in eam diſtributionem ternariam obſervat , quæ ad guſtum alterius ætatis , non quidem noſtræ congruerent ; nec equidem ſolida videntur & gravia . Myſterium in ordine Pſalmorum latens [latere enim aliquod arbitratur] numquam aſſequi valuiſſe ſe S. Auguſtinus in Pſal. 150. profiteatur ; ſuſpicati autem non inepte ; tres illas quinquagenas ad vocationem , juſtificationem , glorificationem Juſtorum pertinere ; priora enim quinquagena , ait , ad pœnitentiam hortantur ; altera proxime ſuccedentia miſericordiam pariter , & judicium exhibent ; poſtrema Dei laudes in Sanctis ſuis proſequuntur . Priores Pſalmos triſte plerumque argumentum tractare animadvertit S. Chryſoſtomus in Pſal. 51. poſtremos vero ſolatii & gaudii plena argumenta verſare .

Verum nullus erit arbitratiis animadvertioſionibus modus , quæcumque tandem diviſio induatur . Sanctus Gregorius Nyſſenus [11] mbralia dura in diviſione Pſalterii in quinque Libros proſequitur . Aliter res Genebrardo viſa [12] , cui prior Pſalterii pars ex quadragenis conſtans circa triſtiora verſatur , omneſque illos Pſalmos David tribuendos cenſet : ſuccedit altera pars 31. Pſalmos lætiores complectens a Core potiſſimum , quamquam & ab aliis Authoribus nonnullos , ſcriptos . Tertia Pſalmorum portio ex 17. conſtans ingenii Aſaph ut plurimum fœtus , ingratum habet argumentum ; gratius eſt quod Pſalmi 17. quartam conſtituentes partem , proſequuntur ; pluribus illa Scriptoribus debetur . Quinta pars , quam totam dictaſſe David credit , triſtia quandoque & læta pariter exhibet . Huic diviſioni exactior altera deſideraretur . Primus Liber juxta Hebræos clauditur in Pſalmo apud nos

(1) *Ambroſ. Præfat. in Pſal. Certant clamare ſinguli , quæ ſomnibus profeſit . Domi Pſalmus canitur , foris recenſetur &c. Et in Hexaem. lib. 5. capite 12. Quis enim ſenſum hominis gerens , non erubeſcat ſine Pſalmorum celebritate diem claudere ?* (2) *Ambroſ. Præfat. in Pſal. num. 9.* (3) Luc. 20. 40. (4) *Matth.* 13. 35. *Quod dictum erat per Prophetam . Et* 27. 35. *Ut impleretur quod dictum eſt per Prophetam .* (5) *Euſeb. Hieron. Hilar. Amb. in Pſal. 9. Item Euſeb. in argumento Pſal. & in Pſ. 71. Caſſiodor. Præfat. in Pſal. capite 2. Hieron. ad Marcell. & in Prologo galeato , & Epiſt. ad Cyprian.* (6) *Hieronym. Præfat. in Pſal. ad Sopheron. Vide & ad Cyprian.* (7) *Auguſt. in Pſal.* 150. *to. 4. par. 2. pag.* 1604. *Vide & Caſſiod.* (8) *Muis , Genebr. Syr. Arab. alii paſſim , maxime qui Hebraice Textui addidiſi ſunt .* (9) *Natal. Alexand. Differt. 24. Ferrand. Præfat. capite 9. Du Tin Præf. num.* 21. (10) *Hilar. Præfat. in Pſal. numero* 8. 9. 10.

(11) *Greg. Nyſſen. in Pſal. Tract. 1. cap. 5.* (12) *Genebr. in Pſal.* 40. 15 .

40. secundus in 71. tertius in 88. quartus in 105. postremus cum Psalterio terminatur. Quatuor prioribus Libris hæc in Hebræo clausula inscribitur: *Amen, amen*; in Latino: *Fiat, fiat*. Operæ pretium est animadvertere hanc in quinque Libros divisionem apud Hebræos diutius in incerto vagatam; ut Sancti Hieronymi ætate adhuc essent inter Judæos, a quibus prorius rejiciebatur [1]; *Nos*, ait ille, *Hebræorum auctoritatem sequuti & maxime Apostolorum ..... unum asserimus Psalmorum Volumen*. Kimchi ætate, duodecimo nempe sæculo, res adhuc sub Judice pendebat; quin recentiorem Hebraicum Codicem elegantissime scriptum apud D. Præsidentem Mesme servari tradit D. Ferrandus [2], in quo ne vestigium quidem hujus divisionis apparet. Latuisse illam Origenem suspicor, cujus fragmentum in fronte secundi Psalmi excripsimus, quo in loco asseritur, in Hebraicis Bibliis nullam Psalmorum divisionem, quin nec numeralem notam saltem, puta 1. 2. &c. inscribi.

Nec minus est inter Judæos & Christianos dissidium in secundariis eorumdem Psalmorum divisionibus; licet enim utrique in 150. distribuant, non tamen in dividendi ratione conveniunt. Psalmum 9. in geminos dispescunt Hebræi. Psalmum decimum a vers. 22. *Ut quid Domine recessisti longe &c.* exordiuntur; exinde vero numerus Psalmorum a nostro & Græcorum aberrans, unitate præcedit; qui illis est 8. 9. Psalmus 10. nobis est 19. Psalmum 113. *In exitu Israel de Ægypto &c.* in duos distinguunt, ad illa verba Psalmum 114. exordientes: *Non nobis Domine, non nobis &c.* Hinc Psalmo 114. Græcorum & Latinorum 116. Hebræotum respondet. Proxime ad nostrum ordinem accedunt, cum duos Psalmos 114. *Dilexi, quoniam exaudiet*, & 115. *Credidi propter quod &c.* in unum consociantur. Tandem uno tantum numero a nostro ordine discrepantes, junctis pariter in unum duobus Psalmis 146. *Laudate Dominum quoniam bonus* & 147. *Lauda Jerusalem Dominum &c.* nobiscum deinceps congruunt.

Hunc in Versionibus suis ex Hebræo ordinem secuti Protestantes, non alterum quam Judæorum in suis Operibus laudant. Distribuerionem Septuaginta Catholici præsetunt; quamquam vetera Græca & Latina Exemplaria in divisione duorum priorum Psalmorum nonnihil discrepant; alia enim distinguunt, alia jungunt. Videsis quæ a nobis ante secundum Psalmum disputantur. Porro hanc Judæorum in divisione Psalmorum rationem neque authoritatis habere plurimum nec vetustatis eo pontificium dedeuitur, quod Septuaginta Interpretes lauterit; & cum vacua præjudiciis mente Psalmi ipsi sedulo in examen revocantur, ingenue fatendum est, neutram divisionem, sive quæ apud Septuaginta, sive quæ apud Hebræos, exactissimam apparere. Jure illi quidem e. g. Psalmum 9. In duos post vers. 22. distinguunt, cum novum exinde argumentum succedat, nullo connexionis vinculo ad primum referendum; sed minus illi tem affecuti videntur in divisione Psalmi 113. ut in Commentariis demonstravimus.

Accidit non raro, ut unus Psalmi contextus in tres distribueretur, quod e. g. Alleluja, vel similis aliqua clausula interdum reeurreret. Sæpe dividendo in plures partes Psalmo unica fuit ratio, quod in priori ejus parte sermo ad Deum pro ejus ope in tribulatione impetranda dirigeretur; ac deinde veluti de impetrato ejus auxilio sermo esset, & tandem ea de re gratiæ agerentur; tot simul diversa argumenta, timoris, doloris, spei, gaudii, actionis gratiarum in uno eodemque Psalmo jungere incongruum visum est. Sed quod illi incongruum, id omnibus Authoribus Psalmorum familarissimum est, quemadmodum ex pluribus Psalmis plura simul tristia, ingrata &c. continentibus intelligimus. Consule Pss. 3. &c. 6. & 17. & 21. & 53. ac nostram Dissertationem de Authoribus Psalmorum, sicut & Præfationem in Ps. 3.

Quæ de re præpostera Psalmorum divisione affirmavimus, nonnullis adductis exemplis demonstranda sunt. Psalmi 11. & 12. & 13. ttes videntur ex uno. Author qui Babylone captivus tenebatur, vincula sibi a Deo solvi postulat; neque enim diuturniorem pateretur moram in medio populi doloſi, impii, & infidelis; divinarum posti hæc promissionum spe confirmatur; unice vero ejus misericordiæ fidere se protestatur; iterum inde ad querelas in exordio Psalmi 12. vertitur; iterumque spe sibi auxilii Divini blanditur. Fusius post hæc in Psalmo 13. Babyloniorum scelera prosequitur, totumque Psalmum claudens, futurum ominatur, ut Israel perfectam jam libertatem allecutus Dei laudes ingeminet.

Psalmus 19. oratio est pro Rege expeditionem aliquam suscepturo, ut prosper armis suis exitus impetretur; de recepta mox victoria in eodem bello gratiarum actiones aguntur. In Psalmo 20. Captivi Babylone versantes unum Canticum in tres, nempe 25. & 26. & 27. distributum prosequuntur. Hujus argumentum vota sunt Domum Dei quamprimum videndi; tum & de iniquitate hostium querelæ; propositum de frequentando Templo, & grati animi argumenta in illo præstandi post solutam captivitatem; tandem veluti compos voti sui factus Author, debitas gratiarum actiones exsolvit. Ejusdem argumenti & temporis sunt gemini Psalmi 31. & 32. quibus Justorum felicitas multis exaggeratur; ad ingeminandas Dei laudes suadentur; tandem quid eorum status ab impiorum discrepet, sub ipsis veluti oculis exhibetur. Morbo aliquo affectus ac tandem convalescens David, valetudinem simul Deum rogat, & pro obtenta gratiarum laudes exsolvit quatuor pariter Psalmis 37. & 38. & 39. & 40. Filii Core post hostilem exercitum fusum, soluta jam Babylonica captivitate Canticum pangunt gratiarum actionis in Pss. 45. & 46. & 47. Patriæ suæ a Chaldæis everſæ ærumnas deplorat Asaph in Pss. 78. & 79. In dedicatione secundi Templi vel mœnium Jerusalem post solutam captivitatem gratiæ facile referuntur perpetuo Cantico toto Psalmo 95. & 96. & 97. & 98. eodem enim quatuor illi Psalmi spiritu & argumento nectuntur. Psalmi 112. & 113. usque ad vers. 9. solemni pompa gratiarum actiones pro soluta captivitate celebrant; inde vero, nempe a vers. 9. novum initur Canticum per tres Psalmos 114. & 115. & 116. decurrens, cujus amplioris carminis portio facile sunt Pss. 112. & 113.

Ad petmissam a Dario Hystaspis restituendi mœnia Jerusalem facultatem pertinent Pss. 145. & 146. & 147. in cujus Cantici exordio agit Psalmista de revocato edicto antea a Cyro concesso, mœnia nempe & Templum restituendi; succedit deinde sermo de imbre a Deo immisso, cum populus interceptum opus resumpsit; tandem in gratiarum actiones totus resolvitur Author per Psalmos 148. & 149. & 150. exeuntes; prolixum sane Canticum, quod facile in dedicatione mœnium Jerusalem decantatum est. Tandem Pss. 101. & 102. ac singuli deinceps usque ad totum 107. sunt etiam amplissimus Psalmus gratiatum actionis, in quo primo Author, veluti si in ipsa captivitate ageret, sermonem instituit; dein vocorum compotem factum se a Deo, ejus misericordia liberatum profitetur; succedunt actiones gratiarum, nec fine methodo; namque in ipso vestibulo, nempe in Psalmo 102. laudes Divinorum attributorum, misericordiæ, veritatis, & justitiæ exhibentur; in Psalmo 103. Dei opera in scenam producta, Mundi creatio, & in vivis servata animantia; selectus post hæc Abraham ejusque familiæ genus, auxilium a Deo Patriarchis præstitum, Josephi & Jacob in Ægyptum descensus, Hebræorum ex ea regione Ducte Moysę egressus, iter per desertum, ac tandem in Terram Promissionis introitus. Hæc summa Psalmi 144. Tandem in Psalmo 145. crimina sua Author fatetur, veniam pro commissis a se & patribus suis deprecans; habere enim persuasum signi-

(1) *Hieronym. Epist. ad Sophr. seu Præfat. in Psalmos.* (2) *Ferrand. Præfat. in Ps. cap. 9. pag.* 88.

significat, eorum omnium criminum merito tot inducta in Israelem mala, quæ sola Dei misericordia sublata deinde fuissent, quemadmodum ipse profitetur in Psalmo 146. & 147.

III.

Author Collectionis Psalterii, Numerus Psalmorum.

QUIS potissimum colligendorum; & in ordinem digerendorum Psalmorum Author fuerit, incertum. Esdræ tribuit fanior qua veterum, qua novorum Interpretum pars; sed verbo tantum opinionem illam affirmantes, de ratione etiam factæ hujus Collectionis non satis sibi constare videntur. Affatu Dei Esdram universos sacros Libros iterum scribendos suscepisse Theodoretus est author [1]; quare & Psalmos Judæorum negligentia vel Babyloniorum impietate sive amissos, sive corruptos, iterum ab illo recensitos autumavit. Scriptos tamen primum Psalmos a Davide credit, sed ordinem, quem modo tenent, ab alio acceptum arbitratur. Idem, non afferto tamen, affirmandum sibi Eusebius censet [2], cui vel Esdras, vel alius quispiam hujus Collectionis est Author; quamquam nullum servarum ab illo ordinem, sed ut quique fese offerebat, Psalmum describisse credit. Ex veteri traditione receptum tenere ie ducit Sanctus Hilarius Prolog. in Psl. Esdram tumuluario opere Psalmos collegisse: *Psalmos incompositos, & pro Autorum ac temporum diversitate dispersos in Volumen unum collegisse ac restituisse.* Dispositos eodem, quo a Patribus suis acceperant, ordine a viris sapientissimis Judæis Philastrius [3] asserut; eorum opera servata sacra illa Cantica e manibus adversatorum & persecutorum affirmans. Hos Collectores non Spiritu quidem Dei afflatos credit; sed sapientia quadam & probitate tamquam viros doctissimos & Sacerdotes. Esdras Author est Collectionis Psalmorum juxta Pseudo-Athanasium in Synopsi. Genuinos tamen Sanctus Athanasius in Argumentis Psalmorum [4] neminem designat; sed Opus esse dicit veteris Prophetæ rerum Synagogæ peritissimi, qui nullum sibi temporum ordinem, in sua Collectione servandum censuerit. Favet pariter Eidræ Beda. Venerabilis. Huic Patres magnæ Synagogæ adjutores accensent recentiores quidam Interpretes, qui sententia sua Opus ab eo digestum autheniceum & Canonicum declaraverint. Receptam apud Judæos opinionem hanc de collectis ab Esdra Psalmis nulla te indicio deprehendere potuisse affirmat Munsterus; sed vulgatam hanc esse illorum traditionem asserit, præter Eusebium [5] etiam S. Hilarius.

Non abs te tamen suspicamur, plures eidem Operi, nec eodem tempore, laborasse, ut non nisi serius totum Psalterium absolverctur. Sub Ezechia quamdam Psalmorum Collectionem obtinuisse facile credimus; scriptum enim de illo legitur, cultum Domini in Templo restituisse, cani Psalmos David jussisse ad normam instrumentorum, quæ olim sanctissimus Princeps in usum Domini adhibenda statuerat [6]. Ex 3000. Psalmis a Davide scriptis, 150. selectos ab amicis Regis Ezechiæ, ceteris aliis suppressis, affirmat Pseudo-Athanasius in Synopsi, quod tenere se dicit ex authoritate Libri Paralipomenon, cum tamen nihil tale ea de re hodie superfit. Porro quantum Ezechias Rudi & diligentiæ in Sacris Scripris piissimorum virorum & Propheiarum colligendis contulerit pluribus aliis exemplis intelligimus. Digestas ejus jussu Sapientum sententias [†], quarum pars in Proverbiis supereit, ex Scriptura docemur. Nehemias Bibliothecam sacram Jerosolymis instruxit, in quam redacta Davidis Opera diuerte legimus 2. Macchab. 2. 13. Ejus exemplum sequntus Judas Macchabæus dispersos beliorum, atque persecutionum tumultu Libros colligendos curavit [7]. Nec legniorem fuisse Eidram eredimus, redigendis scilicet in unum sacris monumentis gentis suæ; cum illius viri ea in re sedulitati Judæorum æque & Christianorum traditio, silente licet Scriptura, testimonium abunde reddiderit.

Quæ cum ita sint, si minus ordinis in Psalmis animadverterat, non est cur vehementer miremur. Non enim euræ erat Prophetis, ait Sanctus Hieronymus in Jerem. capite 25. *tempora conservare, quæ historiis leges desiderant, sed scribere quodcumque auditoribus atque lectoris utile noverunt.* Negligunt plerumque Prophetæ ordinem Chronologicum, solam Lectorum utilitatem, cui parum temporum adscriptiones conducunt, præ oculis habentes. Unde & in Psalterio, addit idem S. Doctor, *male quidam juxta Textum historiæ; Psalmorum requirunt ordinem, qui in Lyrico carmine non observatur.*

Profecto si hujus Collectionis Authores ordinem quemdam sivé Chronologiæ, sive rerum servandum sibi proposuissent, numquam id commissum ab illis fuisset, ut bis iidem Psalmi iisdem pene vocibus variis in locis recurrerent; e. g. Psl. 13. & 52. Conser eriam Psl. 20. sive juxta Hebræum 21. & Psl. 25. & 35. cum duobus illis jam expressis. Psalmus 107. eadem repetit, quæ in fine Ps. 56. leguntur, adjectis verticulis 7. 8. 9. . . . 14. Psalmi 59. Psalmus 69. fere totus repetitur in fine Psl. 34. & 39. Tres priores verficuli Psalmi 30. totidem fere verbis leguntur in Ps. 70. 2. 3. 3. Unicum illud Canticum intertum 1. Paralip. 16. 8. in duos Psalmos divisum est; ut Psalmus 104. ex priori parte hujus Cantici usque ad illa verba: *Nolite tangere Christos meos*, conflet; & Psalmus 95. ab illis exordiatur: *Cantate Domino omnis terra*. Psalmus 86. *Fundamenta ejus in montibus sanctis*, ex interius Psalmi ignoti portione derivatus videtur. Psalmus 135. totam revocat priorem partem Psalmi 134. adjectis ad singulos verticulos: *Quoniam in æternum misericordia ejus.*

Quicumque Collectionis hujus adornandæ consilium inivertunt, tanto illi in divina hæc carmina obsequio tenebantur, ut quæcumque veniebant in manus, hæc summa fide describenda curarint, nulli alteri rei intenti, quam ut sacrum a Prophano discernerent. Cum autem ipsi Divino Spiritu, uti credimus, afflarentur, illud facile uiurpare potuerunt, ut quædam vel in fronte vel in calce quorumdam Psalmorum adderent; ut puta titulos & clausulas qnibus singuli quinque Psalterii Libri terminantur: videlicet: *Benedictus Dominus Deus Israel; a sæculo & usque in sæculum: Fiat, fiat.* Potuit & illorum esse clausula illa Psal. 71. *Defecerunt laudes David filii Jesse*; sicut & illa Ps. 105. 47. 48. *Salvos nos fac Domine Deus noster, & congrega nos de nationibus, ut confiteamur nomini sancto tuo*: quæ verba sunt addita in fine Cantici e Parralipomenis deducti [8]. Vide exitum Psalmi 50. & nostrum argumentum in eumdem Psalmum, sicut & in Psalmo 24. & 33. quædam enim adjecta in fine utriusque hujus Psalmi acrostici suspicamur.

S. Hilarius [9], ceterique ejus sententiam de ordine Psalmorum secuti [10] autumarunt, ordinem illum, quicumque tandem fuerit, in Psalterio, totum Septuaginta Interpretibus seu veruis collectionum Psalmorum Authoribus tribuendum, qui certa sibi argumentorum & conceptuum serie propo-

(1) *Theodoret. Præfat. in Psal.* (2) *Euseb. Psal. 62. & 86.* (3) *Philast. Har. 78.* (4) *Argument. Psal. in 2. tom. Collect. vet. PP. pagina 70.* (5) *Euseb. ad Psl. 84. pagina 537.* (6) 2. *Paralip. 29. 25. &c.* (†) *Proverb. 25. 1.* (7) *Ibid. vers. 14.*

(8) 1. *Paralipom. 16. 34. 35. 36.* (9) *Hilar. Prolog. Psal.* (10) *Vide Ambr. Apol. David capite 8. numero 42. Non tam ordinem ordini, quam mysterium gestis voluit convenire. Vide Or igen. in Epist. ad Rom. lib. 3. cap. 3. pag. 317.*

sita, quorumdam de industria sedem, ut suo consilio servirent, mutaverint. Ita Psalmus 3. ad defectionem Absalomi spectans de industria præponitur Psal. 51. & 53. & 55. & 56. & 58. quos diu antea scriptos constat. Psal. 50. ad tempus suscepti in Ammonitas belli pertinet, ordine tamen præcedit eteros de persecutione Saulis in Davidem.

Si tamen Esdras, vel Septuaginta seriem quandam sive temporum, sive rerum, sive Authorum sibi propoluerunt, multum illos a consilio suo aberrasse dubitaverit nemo. Ne integra quidem 15. sive 20. Psalmorum series occurrit, qui omnes ad eumdem Scriptorem, ad unum temporum aut argumenti ordinem pertineant. Quare aliam fuisse Collectionis hujusce Authoribus mentem, quam ut talem ordinem sibi proponerent, apertissime constat. Hujus vero ordinis si Authores Septuaginta teneamus; illis etiam tribuamus oportet Hebraicum eorumdem Psalmorum ordinem, eum idem fere sit utrinque; vel saltem illud consequitur, ordinem illum Hebraicum, recentiori quam Septuaginta Authori Hebræo probatum, e Septuaginta expressum fuisse, quod vix, ac ne vix quidem credimus.

Singularem de Ordine Psalmorum sententiam Euthymius [1] sequutus est; a primis enim hujus Collectionis Authoribus digestos juxta ordinem Solemnium, & temporum, quibus in Templo cantarentur, autumavit. Cum tamen ordine sibi succedentes Psalmi adeo parum congruere inter se deprehendantur, satis illud est argumenti, parum cantandis in singulis Solemnitatibus Psalmis ordinem illum contulisse. Apud Græcos in suis Liturgiis & destinatis in usum Ecclesiæ Libris, vetus obtinet divisio Psalterii in 20. *Cathismata* vel *Sessiones*; qui apud illos receptus mos Hebræis & Latinis incognitus, nec nisi Choro & ceremoniis Ecclesiasticis Græcorum accommodatus est.

Psalmorum numerus ad 150. uti supra innuimus, apud omnes Hebræos pariter & Christianos definitur. Nec nisi ut singulares videantur aliqui eum numerum ad 149. alii ad 147. restringunt [2]: illi enim duos priores in unum conjungunt; hi vero mysticum numerum 147. annorum Patriarchæ Jacob ad Psalmorum numerum referre voluerunt. Nec abs re credicerim fore etiam, ut numerus multo in angustius rediqeretur, si omnes ad arbitrium divisi Psalmi jungerentur, & singulis sua redderetur amplitudo. Sed res est nobis imprærientia de recepta, & Ecclesiæ usu probata divisione, qua certus 150. Psalmorum numerus determinatur. Unus additur in pluribus Exemplaribus Græcis, & Latinis, sicut & in Syriaco, & Arabico; sed numquam ille sive in Hebræo sive in Canone Librorum Sacrorum receptus est. Vide nostrum argumentum in eumdem Psalmum ad calcem Psalterii.

Legimus in Syriaco adjectos a nonnullis 12. Psalmos; quos ille tamquam inutiles & nullius authoritatis tejiciendos arbitratur. Proxime elapso sæculo reperta in Bibliotheca Argentoratensi Collectio Græca 18. Psalmorum Hebraismis refertissima, & stilo non multum a Septuaginta abhorrente; publici juris facta est a P. Ludovico de la Cerda Soc. Jesu, sub eo titulo: *Psalterium Salomonis*; rebatur enim Editor potuisse ad eum Principem spectare, quem Scriptura testimonio [3] ad 5000. carmina dictasse compertum est. Vulgo tamen aliter creditum, receptumque apud Eruditos, potuisse Opus ad Hellenistam aliquem Græcam linguam & maxime stilum Septuaginta cullentem pertinere. Porro opéris hujusce Author imitandos sibi perpetuo, nec raro exscribendos veteres Psalmos dixit oppottunum, quorum ramentis Opus suum conflavit [4]. Illud sibi facile consilium proposuerat, ut posteream Jerosolymæ everlionem, rerum sacrarum prophanationem, dispersionem Judæorum deploraret, phrasibus & verbis mutuatis ex Psalmis eversionem Jerosolymæ per Chaldæos & captivitatem Babylonicam lugentibus. Minus calluisse Hebræum ex eo intelligimus, quod octavo Psalmo titulum adscribat: *Canticum Salomonis pro victoriis*; volens Græcos imitari, qui Hebræum *Lamnazeach*, quod recentiores Interpretes reddunt, *musico Præfecto*, transtulerunt *Victori*. Adde, nullum alium titulum minus Salomoni quadrare, Principi, si quis alius, pacifico & nullis susceptis bellis inclyto. Tandem quale, rogo, Psalmistæ consilium, qui Canticum Victoriæ datorum se in titulo pollicitus, nihil nisi querelas & luctus pro desolatione Jerosolymæ & exilio Judæorum in carmine profequatur?

Subjicitur D. Ferrandus Opus illud facile Authori Synopseos compertum fuisse; quippe qui sermonem de illo forte habuerit, cum Salomonis Psalmos inter dubios Libros adscribit [5]. Vix equidem nobis perfuaderetur, Collectionem illam, fiquidem authoritatis aliquid obtineret, tamdiu potuisse in tenebris & situ jacere, & a Sanctis Patribus manere illaudatam. S. Ambrosius in Præfat. in primum Psalmum, afferendum sibi ceniuit, ex omnibus Salomonis Canticis unum Canticum Canticorum ab Ecclesia probari. Et nos ultro fatemur, primos Sacrorum Carminum Collectores ex pluribus sibi propositis, selectos tantum probasse, iis rejectis, quos oblivioni tradendos & indignos, ut ad posteros transferrentur, ea qua præstabant judicii discretione, reputarunt.

IV.

Authoritas Libri Psalmorum. Argumentum vel Idea hujus Libri. Vaticinia Messiæ.

TOtum hanc 150. Psalmorum Collectionem, quibus Psalterium constat, tamquam Divinum & Sancti Spiritus afflatu Scriptum Opus Synagoga æque & Ecclesia Christiana numquam non suspexerunt. A' David tamen & a S. Spiritu abjudicarunt cum Nicolaitis, & Gnosticis, etiam Manichæi, referente Philastrio 3. & Paulo Samosateno ea fuit audacia, ut Psalmis in Ecclesia cantari consuetis suppressis, alios in sui honorem substituerit; hanc audaciæ suæ causationem afferens, Psalmos nempe nec satis probatos habuisse Authores nec veteres [6]. Ambigunt tamen, nec immerito quidem, an Psalmi isti, quos Paulus abrogavit, Sacra ne essent & in Canonem recepta Cantica, an potius hymni quidam a primis Christianis in honorem Jesu Christi digesti. Anabaptistarum etiam nonnulli impietatis suæ esse centuerunt, si eum Sacrosanctis omnibus etiam Psalmos Davidis rejecerent. Sed quem Hæretici isti omnes habuerunt in sacra hæc carmina horrorem, eodem impios illos Ecclesia semper detestata est.

In aliis singulorum Librorum Sacræ Scripturæ Prolegomenis partium nostrarum esse duximus, si Operis argumentum, tum & scribendi consilium panderemus. Frustra hic par methodus servaretur; neque enim singularis Authoris Opus censendi sunt Psalmi, neque argumenti. Singula plane carmina suum habent peculiare argumentum, & novum referunt scribendi consilium. Quare huic incommodo pro viribus supplendo, singulis Psalmis suum præfiximus Argumentum, in quo simul & de Authore & de tempore & consilio scribendi, stilo, idea, quæsitum. Quibus sedulo discussis, certam quamdam interpretationem feligimus tenemusque, ne relatis ac refutatis quidem aliarum, metu ne earum numero confusionem Lectoribus ingeramus, atque tot varietatibus distractus animus minus ad scopum Psal-

(1) *Prolog. in Psf.* (2) *Apud Hatting. Thes. Philol. lib. 2. Sect. 3. pag. 491.* (3) 3. Reg. 4. 32. (4) *Vide in Psalter. P. de la Cerda Psf. 1. & 8. & 9. & 11. & 12. & 13. & 15. & 16.*

(5) *Ferrand. in Psal. Præfat. capite ultimo ex Synopf. Athanaf.* (6) *Antiochen. Synod. adverf. Paul. Samofat. apud Euseb. Hiftor. Ecclefiaft. libro 7. capite 30. Edit. Valefii.*

Psalmi intendatur. In ambiguo errantem animum habere nemo cupit; sed certam viam tenere maloot omnes. Quibus expositiones nostræ non arriserint, illis aliam seligere pronum est, indicante singulas Argumento singulis Psalmis præfixo. Quando semel certum aliquod historicum Systema in expositione alicujus Psalmi constitutum est, nollæ deinde in expositione literæ falebræ currentem diu retinent.

In ea Collectione Psalmi occurrunt mere historici veluti quibus agitur de egressu ex Ægypto, & Israelitarum per desertum itinere; alii futurorum oracula referantes, uti Psal. 2. *Quare fremuerunt gentes &c.* & 21. *Deus Deus meus respice in me*; & 44. *Eructavit cor meum verbum bonum*; & 71. *Deus judicium tuum Regi da*; & 109. *Dixit Dominus Domino meo*; aliique nonnulli ad Messiam, ejus Natalia, Regnum & Passionem spectantes. Alii partim ad historias, partim ad vaticinia pertinent; nempe memorabile aliquod factum de gestis David sive de Republica Hebræorum ad literam narrantes, vaticinia simul de Jesu Christo sive Ecclesia pandunt. Quidam normam præcipiunt moribus dirigendis; alii preces ingruentibus ærumnis, & persecutionibus depellendis. Gratiarum actiones vel epicicia aliqui profequuntur; nec desunt Epithalamia, Cantica bellica, sacra pro Templo in ceremoniis dedicationum, in Festo Tabernaculorum, cum primitiæ ad Domum sanctam deferrentur. Invehuntur quidam in crimina; largum benedictionum imbrem in pios & religiosos viros alii effundunt. Tandem argumentorum & conceptuum varietas multiplex est & pene infinita, aliis ad virtutem incitamenta, aliis vitiorum frena exhibentibus, aliis tandem in minas effusis. Prospera & adversa tempore suos æque habent Psalmos; si quis domi, si quis in itinere, in exilio, in ægritudine versetur, suos habet aptos & peculiares Psalmos, tum laudibus Deo agendis, tum veniæ deprecandæ, cum misericordiæ imperandæ; quin & hæc simul omnia interdum unum idemque carmen complectitur. Quare statuendum est, consilium Sancti Spiritus potiùm Operis Authoris illud fuisse, nimirum ut totius disciplinæ moralis summam daret, in qua una quidquid ad institutionem & ædificationem aptissimum esset, contineretur.

Psalmorum lectione discimus unum esse & singularem Deum, cujus vanum spectrum exhibent Idola; eumdemque vero Deum summæ esse potentiæ, sapientiæ & justitiæ, nihilque facere ad miserationem reliqui. In amplissimo ejus Providentiæ sinu omnes creaturæ foventur, ejus ditioni nemo unquam sive Angelus sive homo non subjicitur; favoribus præstandis numquam non propensus, defensandis justis & maxime electo sibi populo numquam non advigilans; & debitæ de impiis ultioni exigendæ numquam segnis. Per omnia retro sæcula patrata ab Altissimo prodigia in theatrum producuntur. Mortales omnes & disperiæ per orbem gentes ad ejus laudes celebrandas invitantur, suadenturque ut spes omnes in illo collocent, numquam ab agendis gratiarum actionibus cessent, utpote quem unum habuerint omnium bonorum authorem; dicto fideles morigerosque se præbeant, utpote cui dominii jure subjiciantur. Quanta ille districtione in impios animadvertat, solidis argumentis luculentisq; exemplis demoostratur. Ecquis alius amorem nostrum omnem & grati animi significationes præ illo promeretur? Quod ad felicitatem spectat, floccipat illam puramque fruitra alibi quam apud justos quæras, cum felicitatis speciem taotummodo non rem impii teneant. Prava impiorum consilia authorum malo implentur, cum in eos, quos aliis paraverint, laqueos incidant plerumque. Post hanc mortalem, altera nobis manet vita perennis in Cœlo, cujus imaginem exprimunt Psalmi instar felicitatis cujusdam temporalis, pacis, diuturnæ vitæ, & terræ viventium, quæ simul omnia in præmium constituta sunt veris Israelitis in hoc mundo. Specimina interdum exhibeotur moralis doctrinæ, solidæ, plenæ & sincerè, & ab ea fœce limpidæ, qua plerumque carnalium Hebræorum scientia inficitur. Manu & arte constructa Templa noo habitat Deus; non victimas, non holocausta poscit; sed contrito & humili corde, interno cultu & insonti vita delectatur. Non desunt ad clemeotiam, ad remittendas injurias, divitiarum contemptum, amorem inimicorum, intentum in se ipsum curam, studium Divinæ Legis, in rebus adversis constantiam, de admissis criminibus dolorem, & ingenuam etiam de occultissimis confessionem hortamenta. Omnibus æque quæ justa sunt reddantur, votorum fides liberetur, dolus, fraus, usura, odium in proximos, & hypocrisis horrori habeantur.

Unum est, quod piorum animos offendere videtur; nimirum mala interdum in adversarios loos apprecari Psalmistam, & extremis quibusque miserum eorum caput devovere [1]. Quam SS. PP. afferunt, pro Psalmista excusatio in eo plerumque versant, quod dicta illius potius tamquam vaticinia & minæ, quam ultionis vota habenda sint; injuria enim in Deum illata offensus Propheta, inquiuot, dira in se omnia opperiri impios jubet, verbis in ea re usus, qualibus intimum animi sui dolorem & amorem in Deum suum exprimeret. Malunt alii, vota hæc omnia Prophetæ conditione aliqua temperata fuisse, ac si diceret: Pereant, nisi resipuerint, & commissa in Deum mala condigna satisfactioos noo expiarint. Volunt aliqui rem esse cum obfirmatis in impietate animis, quibus fructra meliorem vitam defideres. S. Chrysostomus in Psalmum 136. 11. non suo spiritu dicta hæc a Prophera aotumavit, sed aliorum minus pios sensus & verba reliquisse. Sanctus Athanasius [2] in adversarios invisibiles non mortales homines illata hæc omnia arbitratur. Tandem non abs re suspicaremur, Davidem vel alios quoscumque Psalmorum Authores unius justitiæ Dei specalationi incentos, ne minimum quidem illatam sibi injuriam spectasse; oblatam potiùs ab illis ad Deum preces, quo injuriam ille suam ulcisci, & justos ab oppressione relevare dignaretur; neque ideo gaudere illos, quasi de fractum suorum malo solatium sibi quærerent; sed de fublato a justis oppressionum jugo, atque publica tranquillitate restituta, Divino honore reparato sibi plausisse. Scribebant illi, ut verbis Sancti Augustini Serm. 2. in Psal. 34. 6. utar, *certe judicio bono, justo, sancto, tranquillo, non perturbati ira, non amaro zelo, non animo inimicitiarum exercendarum, sed justitia vitiorum puniendorum.*

Cum autem ad Messiam veluti ad scopum Libri omnes V. T. colliment, ideo utramque ille paginam implet. Leges, historiæ, prophetiæ, Psalmi Divinum hunc Liberatorem loquuntor. Quod autem Psalmorum usitatior & vulgaris usus futurus extitisset, majora in illis venturi Reparatoris argumenta exhibita sunt. Ejusdem Christi imaginem in omnibus vitæ suæ gestis David expressit; quod enim inter fratres ad Regnum Juda ipse eligeretur, quod in amoti Saulis locum ascenderet, quod impium illum sævum suspiciosumque Regem acerrimum adversarium nancisceretur, quod semper sui similis & inter media pericula & sævæ fortunæ impetus animo maneret constanti, quod Regnum egerit felicissimum supra omnes gentis suæ Principes, quid a-liud in his omnibus referebat, quam Jesum Christum a Judæis fratribus suis ad necem usque adactum, quos tandem omnes & mortem ipsam, gloriosa a mortuis Resurrectione superavit? Regnum Salomonis sub emblemate in Ps. 71. expressum; ejus epithalamium mysticum oppido in Psal. 44. decantatum, ipsum depingunt Jesu Christi super universas terrarum orbis nationoes imperium, sicut & ejus cum Ecclesia connubium, tot fructibus, quot fuc-

(1) *Vide in eam rem Præfat. D. Bossuet Epis. Meldensis in Psalt. & noss. Comment. in Psal.* 34. *Argument.* (2) *Argum. in Psal. pagina* 72. *nov. collect. tome* 2.

cedentibus sæculis prodierunt fideles, præcipuum. Captivitas Babylonica, & ab exilio revocatio, non semel apud Prophetas & in Psalmis inculcatæ, matum & reprobationem in caput Judæorum imminena portendebant; tum & lætitiæ erant oracula futuræ Ecclesiæ ex Gentilibus feliciteratis, quippe quæ e tenebris mortis & captivitate Dæmonis ad nuptias cum Deo & favorem illius evocandæ essent. Hæc in omnibus Psalmis majoris momenti occurrunt.

Si quis autem ad dispicienda singula animum applicaverit, flatim ob oculos obversabitur in Psalm. 3. æterna Verbi generatio, non obscure his verbis expressa: *Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum. Ex utero ante luciferum genui te.* Ejus in tempore nati veritas maxime spectatur in Psal. 2. 7. 8. *Dixit Dominus ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* Quæ verba tum ab Authoribus N. T. de Jesu Christo exponuntur [1]; cum de Messia dicta Hebræorum Scriptores vulgo consentiunt [2]. Psal. 21. luculenter adeo & diserte de Passione Domini ejusque morte singula profequitur, ut rei gestæ potius narratio, quam gerendæ vaticinium videri potuisset. Nec obscurius in eodem Psalmo aliisque pluribus de Resurrectione Domini disseritur. Ita illud [3]: *Ego dormivi & somnum cepi*, de obitu ipsius sponte admisso acciplendum est; sicut & de Resurrectione sequentia proxime verba dicta conflat: *Exurrexi quia Dominus suscepit me.* De sepultura Domini hæc legas [4]: *Letatum est cor meum, & exultavit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno*, (in sepulchro) *nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo.*

De Regno Christi in terris hæc diserte in Psalmis [5]: *Quid est homo, quod memor es ejus, aut filius hominis quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.* Porro de Servatore Angelo hæc accipienda fuisse non nostra sententia nos, sed unanimi apostolorum & Patrum ab ipso Ecclesiæ exordio consensu asserimus; adversus quam rerum evidentiam nequidquam dolus & furor Judæorum valuerunt. Gentium vocatio non minus quam cetera, luculenta habet in eodem Libro testimonia [6]. *Reminiscentur* (nempe prodigiorum Dei) *& convertentur ad Dominum universi fines terræ; & adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium; quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur gentium;* & alibi [7]: *Audet tua dilectio in omnem seculi; virga directionis virga regni tui. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ pra consortibus tuis.* Et Psal. 88. *Et ponam in mari manum ejus, & in fluminibus dexteram ejus. Ipse invocabit me: Pater meus es tu, Deus meus & susceptor salutis mea. Et ego primogenitum ponam illum, excelsum pra Regibus terræ. In æternum servabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele ipsi. Misericordiam meam non dispergam ab eo, neque ero in veritate mea.* Et Psal. 71. 9. 6. *Permanebit cum sole & ante lunam in generationes & generationem. Descendet sicut pluvia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Orietur in diebus ejus justitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna. Et dominabitur a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrarum.*

De Sacerdotio Christi hæc accipe. Psal. 109. 4. 5. *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Et Psal. 39. 7. 8. *Sacrificium & oblationes noluisti; holocaustum & pro peccato non postulasti; tunc dixi: Ecce venio. In capite libri scriptum est de me; ut faceram voluntatem tuam: Deus meus volui & legem tuam in medio cordis mei.* Et Psal. 50. 18. *Si voluisset sacrificium, dedissem utique: holocaustis non delectaberis, Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* Totum denique exscribendum esset Psalterium, si omnia de Jesu Christo testimonia promerentur. Neque enim obstruendo adversariorum ori una vel altera carpenda ex eo divino Libro sententia, & veluti cento ex pluribus simul consarcinatis sententiis formandus; sed quemadmodum scite S. Augustinus observat [8], totum promerendum est Opus, tamquam unice ad hunc scopum collimans, quius singula Cantica aliquid de Messia ipsius S. Spiritus primario consilio dunare. Id plane demonstraretur ad sensum, relatis illis Psalmis, ex quibus nos sententias decerpsimus. Unice enim Jesu Christo serviunt, quæ prima est & potissima verborum ab ipsis Scriptoribus intenta significatio.

V.

Obscuritas Psalmorum. Variæ exponendorum methodi.

PSalterii expositionem rem esse pra obscuritate arduam nihil magis probat, quam immensa Commentariorum multitudo, in hoc argumentum laborans. Obvoluto Libri alicujus Textu pandendo nunquam major Scriptorum copia vulgata est, nunquam magnis conatibus infaustior eventus respondit. Nemo suo in Psalmos Scripto contentus est. Hic justo fusior; ille brevior; alter nimis fervit Hebræo; sunt qui Septuaginta, & Vulgatam in locis etiam apertissime corruptis defendant. Patres, inquiunt aliqui, sensui morali & spirituali plus justo deferunt. Hanc fibi methodum proponunt Sanctus Hilarius, Sanctus Ambrosius, & Pseudo-Hieronymus, Cassiodorus, Beda aliique Latinorum sexcenti. Literam magis sequuntur Græci; inter quos Origenes Scholia dictavit in Psalmos, cujus Operis sola fragmenta in Recentiorum scriptis & Catenis Græcis servata hodie supersunt. Minus temporum injuriam senserunt Commentarii Eusebii, & Sancti Athanasii non ita pridem vulgati; in quibus sane Eusebius prolixior quidem, sed in pluribus non inutilia deprehenditur. Exactus Sanctus Hieronymus, litteralis, præcisus, & bono sensu plenus; ad moralia & spiritualia non nisi post excussum litteralem sensum excurrit; sed pauca tanti viri occurrunt. Brevior Theodoretus, & Textus studiosior, nec facile propositum sibi objectum deserens, sed non semper in suis hypothesibus felix. Theodori Mopsuestenus, & Heraeleensis, ac Diodorus Tharsensis idem in scribendo confilium servarunt; quorum reliqua nostra ætate Scripta & interpretationes litterales defiderium pro amissis inducunt. Audaciorem tamen quandoque criticem amant; sed singulares pandunt sensus: non raro veritatis indices, cujus interdum veritatis per vulgares tritasque vias ne vestigia quidem deprehendes. Quæ a me dicta, de aliis quam de rebus ad fidem pertinentibus accipias, veluti de critica & litera Textus.

Post illos summos & primi ordinis Interpretes, turba hominum succedit ingens, & supra fidem immensa [9]. Sunt qui ultra 500. enumeraverint. P. Le Long Sacerdos Oratorii, sedulus, & quis alius, & exactus earum rerum perscrutator, expansis tabulis ad 630. recensuit, iis demptis qui super universam Scripturam Commentarios dederunt, sunt

& iis

---

(1) *Act.* 4. 24. & 13. 32. 33. *Hebr.* 1. 4. 5. & 5. 5.
(2) *Talmud. Sucah cap.* 5. *R. Sal Jarchi Berefith Rabba. Abenezra R. Kimchi R. Simeon in Jalkut Midras Tehillim Tryphon apud Justin. M.* (3) *Psal.* 3. 6. *Vide Augustin. de Civit. lib.* 17. *cap.* 18. (4) *Psal.* 15. 9. 10. *Act.* 2. 24. &c.
(5) *Psal.* 8. *Vide Hebr.* 2. 8. & 1. *Cor.* 15. 26. (6) *Psal.* 21. 28. 29.
(7) *Psal.* 44. 7. *Hebr.* 1. 8. (8) *Aug. de Civit. Dei lib.* 17. *cap.* 15. *Quia testimonium quod profertur de contextione totius Psalmi, debet habere suffragium, ut certe nihil sit, quod ei refragetur. Ne mere contentum ad rem quam volumus, tamquam versiculus decerpere videamur, velut de grandi carmine, quod non de re illa, sed de alia longe diversa, videatur esse conscriptum.* (9) *Becchius Comment in Pss. pag.* 806. &c. *David Bibliothec. classis. pag.* 522. &c.

& iis qui Psalterii solummodo partem prosequuti sunt; ut proinde omnibus collectis, ad 1000. Scriptorum in Psalmos summa constaret. At enim cur iterum eadem Sporta adoreturi? Meliorem ne fuecessum nobis auguramur, & plus aliquid nos inventuros quam tot præstantes Viri speramus? Non id quidem nobis consilium, sed ea est, uti optime Cardinalis Bellarminus respondet [1], Psalmorum obscuritas, & profundo adeo sensu latent, ut nullus superfluus labor videatur, etsi plures in eodem pandendo sensu operam suam collocaverint. Ager est vastissimus, æque ac fœcundissimus, quem colendum suscipimus, ut plurium simul messorum operam patiatur. Singulis sua est methodus & consilium; nec iniquo oculo eos aspexit Ecclesia, qui ad id studii operam suam omnem contulerunt; quo enim majores illa operarios in eum agrum miserit, eo præclarius fecum agi reputat. Neque invidia in Librum creari poterit, quod minus aptum nancisca-tur Interpretem: cui si impar votis eventus succesierit, aggressus ille quidem aliquid supra vires, nec quid maxime posset prævidisse, acculetur, sed de audacia ipsius nihil in Originale invidiæ conflatum; quin & cus Authoris conatus suum habent aliquod bonæ voluntatis meritum pariter & præmium.

Porro Commentarios in Psalmos non una tantum ratio arduos efficit & pene impossibiles. Omnium maxima obscuritas est Textus Hebraici; stilus etiam Psalmorum negotium facit; nec conceptuum & argumenti sublimitas parum id studii genus remoratur. Ad hæc, linguæ Hebraicæ ignota plura, ut quautumvis nonnullarum vocum significationi pervadendæ laboraveris, numquam tamen earum vim assequaris. Delunt etiam plura, quibus ad certam rerum cognitionem deducemur; rari etenim in ea lingua Libri, nulla vetus tyntaxis, nullum Dictionarium; vetustissimi ejus linguæ & Textus Interpretes inter se non raro committuntur; nec major est inter Recentiores contentus. Qui ergo certus in Textu adeo obscuro & dubio sensus exprimatur? Hebræus, qualem hodie in nostris Bibliis leginus, non uno in loco septuaginta offensione corruptus est, cujus rei certissima argumenta præbet diversa legendi ratio, quam Septuaginta servetur; & eum Psalmus aeroffice artificio digestus sit, versum deesse satis demonstrat. Percuratur Commentarius, in quo varia suppetunt, ejus generis exempla & varianti a, quibus ad sensum demonstratur, jam inde a vetcri ætate Psalterium Hebraicum menda aliqua admisisse, nec sensum Textus nostræ ætatis adeo pronum esse ac Originale olim a Septuaginta & ptimis illis Græcis Interpretibus visum.

Eit quidem per se Poesis soluta oratione inferior; & inter cetera carminum genera Lyricum obscuritate superat. Poetarum enthusiasmus, subiti illi impetus, conceptuum sublimitas, figuræ audaciores & frequentes, libertas, quam sibi artis privilegio vindicant, vuces pene singulares, quibus in gratiam inerri sive nuuueri uti aliquando eoguntur; omnia hæc simul ad earminis obscuritatem augendam conferunt. Erit eui neque Ciceronis neque Titi Livii sermo negotium faciat, qui tamen in lectione Virgilii & Horatii hærebit; sicut & Xenophontem atque Demosthenem insolleno pede excurrat, & in Homero & Pindaro cespitet. In linguis Orientalibus maxime difficultas augetur, quorum prosa pariter oratio eas patitur figuras, quas raro & cautissime Latinorum poesis admitteret. Illorum vero earminis ea est audacia, & sublimitas, ei multo & Græcorum & Romanorum concedit.

Sunt autem Psalmi vetustissimum quoddam Poesis genus, in Templo & in cœtibus religiosis deeantandum. Authores habent Viros Sanctissimos, Divini Spiritus cœtro afflatos, Divino & supernaturali igne ineenfos, qui tamen peculiares gentis suæ spiritus lervabant, igneam indolem, quæ metaphoris & metaphoricis vocibus maxime delectaretur. Ejusdem gustus & indolis habebant Lectores, argumento ferviebant, si quod aliud, sublimi, eui nihil ex ornamentis linguæ & Poesis peculiaribus alienum. Quare motus illi subiti, & frequentes, quibus Scriptores illi rapiebantur, tempora alia pro aliis usurpata, ignea quædam veluti fulgura, quæ rapiditate sua spiritum simul excitant, & evaneicunt, ut interdum ne lentiri quidem, nisi maxime intento spiritui eouringit; impetu fluens eloeutio, impetuoiæ indolis iudicium; hæc simul omnia pigriorem nostrum Interpretum mentem & intelligentiam fugiunt. Accedit ignorata vis particularum contextum orationis colligantium; quin & aliquando ab Authore in argumenti magnitudine prorsus occupato eædem particulæ omissæ, Lectorem in incerto vaganiem relinquunt; neque enim vestigia tenere poteſt Prophetæ, qui rapium ex uno in alterum argumentum dissilit. Angimur hinc frequenter, ut contextum & orationis ieriem assequamur.

Sancti Spiritus loquentis sermo est Sacra Scriptura, termo plane mysteriis ereber, profundus, & beleeti intelligentiæ oculo impervius. Divina Imma Majestas caligine quadam mortalibus occultanda fuerat; idque etiam præstandum, ut ea ratione attemperatus Divinitatis fulgor, imbecillioribus mortalium oculis coruscaret. Debuit ergo Deus in Divinis Scripturis imbecilliati nostræ & necessitati consulere; quod eo artificio præstitit, ait Augustinus (2), *ut magnifice & salubriter Scripturas Sacras modificaret, ut locis apertioribus fami ecuerreret, obscurioribus autem fastidia detergeret*. Voluit, ait idem S. Doctor, *ut animos non tantum manifesta pascant, sed etiam secreta exerceant veritate* (3). Porro quæ ex Scripturæ obscuritate nobis commoda referuntur, plura sunt; ne alta de nobis præsumamus efficiunt; ficut etiam, ut ejuidem S. Augustini verbis utar (4), *Nonnulla verba Scripturarum obscuritate sua hoc profuerunt, quod multas intelligentias protulerunt*.

Hæc de universa Scriptura verissime dicta, multo etiam apertius in Psalmis parent. Eſt enim Psalterium omnium Sacræ Scripturæ profundissimi & simplexi sensus Liber, in quo non mysteria tantum maxime sublimia, sed vaticinia etiam plura obscurissima pariter & ænigmatice propolita (5). Ne permittendum quidem censuit. S. Spiritus, ut Authorem & tempus scriptorum Psalmorum plernique fciremus: quod sane multum difficultatem inquisitionis levaret; neque enim aliter conflare poteſt sive de Ieopo, sive de Scriptoris consilio. Persuasum quidem habemus, plura contineri in Psalmis futurorum oracula, & præter litteralem leſtoribus obvium, penitiorem alium esse & sub figurarum velaminibus latentem sensum; sed quæ in singulis potissimum vaticinia quis eontineatur sensus ignotus.

Illud tamen præ Judæis eommodi habemus, quod poſt Jesu Christi in Mundum adventum, veluti reducto figurarum velo latentia plurima vaticinia, in eo potiſſimum impleta, prodierint. Suppetunt etiam certissimæ ad pervadenda obscurissima locorum plurium regulæ, Scriptis Patrum, & Ecclesiæ traditione firmatæ [6]. Hæc tamen facem præseferunt rei sub figurarum velaminibus latenti pandendæ, cum

Dissert. Calmet. Tom. I.

(1) *Epist. ad Paul. V. in cap. Comment. Pss.* (2) *De Doctr. Christ. lib. 2. cap. 9.* (3) *Epist. 137. ad Volusian. num. 18.* (4) *In Psal. 18. Enarr. 2. art. 4.* (5) *Vide Hilar. Prolog. in Psal. num. 5. & in Psal. 142. pag. 546. 547. & Cassiodor. consul. Comment. in Psal.*

(6) *Vide Hilar. Prolog. in Pss. pag. 4. num. 5. & in Psal. 142. num. 1. & in Pss. Gradual. Prolog. pag. 366. 367. num. 1. & in Psal. 1. pag. 15. num. 2. Sed ubi & quando ad Christum prophetia ipsius sermo se referat, rationabilis scientia discernendum est veritate.*

interim figura tenebris glomerantibus latent. Scimus e. g. hæc vel illa Jesum Christum figurare sensu referre; quorum tamen litteralis sensus adhuc manet in ambiguo; incertum est enim, an Salomonem præferant, vel Davidem, sive Ezechiam, Josiam, sive Zorobabelem; unum etenim, quicumque tandem fuerit, reipsere litteræ & historico sensu certissime constat. *His ipsis quæ spiritualem sensum intimant rerum gestis connexa sunt*, ait Sanctus Hilarius in Psal. 55.

Origenes in ipso Commentarii sui in Psalmos limine [1], quædam de obscuritate universæ simul Scripturæ ex Judæo quodam refert, quæ maxime Psalterio quadrarent. Scriptura, ait ille, veluti magnificum quoddam & superbum ædificium habenda est, in varia distributum membra, claustra, & portiens, quorum singula singulari clavi referantur. Cum vero claves istas omnes in unum confundi contigerit, pandendis foribus confusio illa negotium facit. Singulæ proinde applicandæ sunt claves, & si forte aptam inveniri fortuito casu detur, sedulo tene, namque foribus illis reclusis ad interiora quandoque via panditur. Ita quidem interdum; sed accidit etiam non raro, ut non ita clavis foramini inserta, & leram & elaverm in diversa distorqueat, & adtu in eadem prohibito errare coegerit. Quare in expositione Psalmorum ac ceterorum omnium Sacrorum Librorum illud unice spectandum est, ut inter varios sensus optimus seligatur. Eo enim semel electo facilis ad secundum aditus præstruitur: sed apta clavis adhibenda est. Jesus Christus clavis est foribus singulis aptissima; sed altera quærenda pro sensu litteali & historico. Hæc Judæi commentario arrisit etiam Sancto Hilario Prolog. in Psl. numero 24. & veteri enimdiu Authori sub S. Hieronymi nomine vulgato [2].

Optassent quidem nonnulli ut paraphrasim in Psalterium darcmus, quo posset & conceptuum series, & versuum inter se connexio veluti sub oculos exhiberi. Nec sane minimæ esset utilitatis optima quædam paraphrasis, ut facilius loquentis Poetæ sensus reneretur; cum maxime stilo utatur brevissimo, & deiultorio, raprim ex uno in alterum argumentum dissiliente. Sed his paraphrasim commodis majora etiam incommoda respondent, quæ nos ab ea re suscipienda deterruerunt. Omnium maximum illud est, hujus generis Scriptores commentationes suas non raro verbis Authorum, quos loquentes inducunt, conceptibus subtituere; quos facile ineautus Lector in ipla lectione abibit, ratuique se Authorem tenere, Interpretem tantummodo assequitur. Ingentofa enim paraphrasis, quæ maxime Scriptori liberie Authori supponit. Si quis ejus rei periculum facere voluerit, ille difficiliorem aliquem Psalmum decem variis Scriptoribus paraphrastice vertendum tradat; statimque intelliget, decem illos suis singulos systemaribus ejusdem Textus verba five invita five facili Minerva aptasse. Itaque ut verus teneatur sensus, post lectam paraphrasim iterum Textus consulendus erit & Commentarius. Quare nulla ex difficultatibus in expositione Scripturarum evitandis paraphrastiea evertione reapse evitatur; & si quid præbere videatur facilitatis, sub ejus obtentu oculti veluti laquei parantur, ut ad unum rantum sensum incognita causa Lector determinetur, cum interim Textus plures admittat.

Quemnique igitur ad Psalmum aliquem exponendum animum applicat, illi primum integer percurrendus est; mente singula perpendenda; tum & intelligentiæ oculis ipsi dandum tempus, & scribendi otcasio; ac tandem post hæc omnia sensus maxime probatus seligendus. Frustra enim quis totius Psalmi sensum se pervarium blanditur, si sola Commentatorum lectione contentus, versiculos hinc inde deiultorio more decurrat. Si quis forte minus per se hæc omnia præstare valuerit, ille parato sibi adjumento in Argumentis Psalmorum usus, unam aliquam seligat interpretationem e multis ibidem propositis. Integrum deinde pereurrat Psalmum, in loeis difficilioribus ideutidem adeat Commentarios; neque enim vel Commentatios rantummodo lectitans, seu versiculos deiultorio more transcurrens, id unquam assequetur, ut Psalmi interpretationem teneat. Id maxime admitendum, ut generalis totius Cantici idea concipiatur; integrum statuatur systema; & genius atque mens Authoris veluti induatur. Ad hæc, argumentum præ oculis statuendum; tum & in ipsis versandum loeis rerumque circumstantiis, in quibus Author, dum scriberet, versabatur. Plus hic docilitate ingenii, rerum experientia, pietate, fide & religione, quam subtilitate & sedulitia proficitur; plus corde laborandum quam mente.

DISSERTATIO
IN TITULOS PSALMORUM.

Titulorum, qui in fronte cujuslibet Psalmi inscribuntur, expositio eruem figit Interpretibus. His enim tenebris obvoluti sunt tituli, ut eorum mysterium intime pervasisse nemo sibi hue usque arrogaverit; quin & Rabbini ipsi, quamvis aliuqui certam de rebus sententiam ferre consueverint, nihil in ea re magis quam ceteri Scriptores scire se non raro profitentur [3]. Ceteri Commentatores eruditissimi æque & sapientissimi una conveninnt, incertius nihil esse, quam quod ea de re apud Interpretes legitur; quamquam ut verbis sapientissimi De Muis in Psal. 8. utar, *Tarum est damni in hujus vocis (haggith) ignoratione; cum illa, ut & aliæ similes, quæ passim occurrent in titulis Psalmorum, ad argumentum & materiam Carminis nihil prorsus pertineant.*

Hanc in adscriptionibus Psalmorum obscuritatem fassi etiam SS. Patres, aliter tamen de ipsorum usu & authoritate philosophati sunt. Rati enim utilissimas esse ad totius Cantici intelligentiam, operæ pretium censuerunt, si eorum mysteriis pandendis omni conatu intenderent. *Quid est Titulus, nisi clavis? In Domum non ingreditur, nisi per clavem: Ita & uninscriptusque Psalmi intellectus per clavem, hoc est, per titulum intelligitur*, ait Hieronymiaster in Prolog. Psl. *Titulus Psalmi tamquam porta Psalmi est*, ait S. Augustinus in Psal. 139. *Titulus & Psalmus duæ sunt*, ait S. Hilarius in Psal. 119. *quorum alter ab altero minime divellendus, sibi enim invicem authoritatem præstant: debilis est forma, si de aliquo eorum absque altero differatur*. Per Psalmorum viam decurrentibus titulus veluti ducem se præstat; reclusque ejus sensus ex recta Tituli expositione petitur; inde pendet omnis versus, qui eantatur. *Si quis cognoscat quod in domus fronte positum est, securus intrat*, ait S. Augustinus in Psal. 32.

Plus aliquid addit, cum de descriptionibus Psalmorum ramquam de ceteris Divinis Scripturis agendum suscipit. In exordio Expositionis suæ in Psalmum 64. cujus est titulus: *Canticum Jeremiæ & Ezechie-*

(1) *Apud Huet. to. 1. pag. 39.* (2) *Hieron. Præfat. in Psal. pag. 523. nov. Edit.*

(3) *Muis in Psal. 4. t. Hebræi sæpe fatentur se nihil scire de Titulis Psalmorum.*

chielis ex populo transmigrationis, cum incipiunt exire; hæc habet : *Aguscenda est vox Sanctæ Prophetæ ex ipso titulo Psalmi hujus*: & in Psal. 50. cujus est Titulus: *Psalmus ipsi David, cum venit ad eum Nathan Propheta, quando intravit ad Bethsabee*; ait : *Hoc in ipso Psalmo non legitur; in Libro autem Regnorum plenius legitur : utraque autem Scriptura Canonica est*.

Gemina ferme habet Theodoretus Præfat. in Pſl. *Quoniam Inscriptiones Psalmorum quidam falsas esse dixerunt, necessarium putavi eas de his pauca percurrere. Mihi quidem temeritas videtur, invertere inscriptiones, qua a prima origine usque ad Ptolemæi tempora delata sunt, qui post Alexandrum in Ægypto regnavit : quas inscriptiones Septuaginta omnes Seniores in Græcam linguam transtulere, sicut alias omnes Scripturas. Supra enim centum & quinquaginta annos ante interpretationem Ptolemæicam mirabilis ille Esdras edidit in lucem Libros coelestis traxia plenos, qui quidem cum propter Judæorum incuriam, tum vero ob impietatem Babyloniorum diutius depravati permansere. Si igitur Esdras divino numine afflatus horum voluminum memoriam illis hominibus renovavit; etiam hi Septuaginta viri non sine S. Spiritu hæc Opera in Græcum sermonem converterunt. Inter cetera vero sacra volumina etiam inscriptiones interpretati sunt. Rem quidem nimiæ temeritatis & confidentiæ plenam arbitror falsas illas existimare, & nostras rationes ut S. Spiritus sapientiæ vel judicare*. Et initio Expoſit. Pſal. 1. ait : *Facile est cognoscere, quod antiquitus apud Hebræos, qui invenerunt inscriptiones & Divinas Scripturas interpretati sunt, eas in linguam Græcam transtulerunt; hunc enim Psalmum, & cum qui proxime sequitur, sine inscriptione reliquerunt, non audent a se ipsis aliquid adjungere verbis Spiritus Sancti*.

Ad id utque viri illi sanctiſſimi obſequium ſuum in Titulos Pſalmorum provexerunt. Judæi pariter in Synagogis veluti traditionem quamdam Pſalmi recipere illos videntur ; quippe qui utroque indiſcriminatim cantare conſueverint. Eorum Interpretes non ſecus ac apud noſtros plures, nihil habuerunt antiquius, quam ut illorum expoſitioni veluti potiſſimæ Operis parti adlaborarent. Septuaginta, & Vulgata ſemper illos & ſequere, & in ſuis Textibus inviolatos ſervarunt ; quaſi ſcilicet pandendo Authori, argumento, tempori, & conſilio ſcribendi unice valerent. Profecto niſi Tituli ductu inter Pſalmos Davidis, filiorum Core, & aliorum diſtinguere quis poſſet ? Tandem D. Boſſuet Epiſcopus Meldenſis in Diſſertatione de Pſl. cap. 6. hæc ſibi conſtat aſſerenda : *Psalmorum titules divinitus inditos conservatosque dicimus, ut Psalmorum Authores & argumenta noscerentur*. Addit pariter : *Neque vero ulla ratio finit, ut Titulos a reliqua Scripturarum corpore amputemus, cum eodem tenore legantur cum reliquis, atque in Textu pariter, & in omnibus Versionibus positi legantur*. Pariter vide Præfat. D. Du Pin in Pſl. art. 3.

Si quis tamen omnibus æque Titulis Divinam, Canonicam, aſſertamque authoritatem tribuendam cenſeret, ille certe pia hac credulitate plus nimio abuereretur. Patres enim, quamquam alioqui Inſcriptionibus quam maxime faverent, faſſi ſunt tamen interdum, nihil illas habere cum litiera Pſalmi affinitatis. Ita Sanctus Hilarius in Pſal. 59. numero 1. fatetur, ejus Pſalmi titulum hiſtoriæ repugnare : *Quo Psalmus omnis ab historia* (tituli) *discordet*. Inſcribitur enim Pſalmus : *Cum succendit David Mesopotamiam Syriæ & percussit Idumæam &c.* cum interim *Psalmus totus* (triumphali licet titulo inſcriptus) *tristis & mœstus sit*. Nonnulla etiam diſcrepare obſervat inter hiſtoriam Regnorum & Textum tituli ; ac tandem concludit, Septuaginta Interpretes futura ſub Jeſu Chriſto præ oculis habentes, ea appoſita Inſcriptione, tum ſcripti Pſalmi tempus, cum Authoris conſilium, converſionem Gentium ad fidem meditantis, inſinuare voluiſſe.

Eadem repetit in Pſal. 63. num. 1. *Cum ipsi illi Psalmi, qui secundum titulorum inscriptiones res gestas continere creduntur, in plurimis a tituli sui, & verum, ac personarum proprietate dissentiant, magis per editiones nominum atque gestorum spiritualium operationum significent effectus &c.* Tandem in noviſſimum Pſalmum credere ſe innuit, ut non tantum inſcriptiones, quæ maxime litteræ Pſalmorum repugnare videntur, myſterium aliquod contineant, ſed vacuas non eſſe autumat a myſterio ceteras etiam, quæ apud Septuaginta ab Hebræo Textu diſſentiunt, caique pariter, quæ in Græco tantum non vero in Originali leguntur.

Qua in re ſatis ille ab opinione Theodorceti recedit, cum ille ad criticæ libram Titulos Pſalmorum plerumque diſcutiens ; eos omnes rejiciat, quos Hebræus & Septuaginta non admittunt. Ita reprobandum cenſet Titulum Pſalmi 64. cum nec in Hebræo, nec in priſcis Interpretibus Græcis Aquila, Symmacho, & Theodotione, ſicut & in Textu Septuaginta in Hexaplis legatur. Putat vero ille cum Titulum recentioris alicujus Scriptoris ſatis hiſtoriæ & Pſalmorum ſenſus imperiti opera adjectum fuiſſe. Imperitiæ pariter & ſtultitiæ accuſat illos, qui Pſl. 136. titulum, cum in Hebræo nullus appareat, adjecerunt. Eaſdem alibi querelas innovat, audaciam reprehendens illorum, qui plus ſuo ſenſui, quam debitæ in Scripturas reverentiæ detulerunt [1] ; abjectique eorum commentationibus, ipſe quærendum inſuper in littera ejuſdem Pſalmi & argumentum, & ſcripræ Lucubrationis tempus.

Sanctus Auguſtinus, perſuaſiſſimus alioqui de authoritate Titulorum, quos in Exemplaribus ſuis legebat, fateri nihilominus cogitur, alio illos interdum referri, quam quo Canticum ſpectet. Ita Pſalmum 89. quamvis in Hebræo, Septuaginta, & Vulgata Moyſi inſcriptum, alterius eſſe Opus autumavit : *Non enim credendum est, ab ipso omnino Moyse ipsum Psalmum fuisse conscriptum, qui ullis ejus litteris inditus non est*. Si enim, addit, Moyſen haberet Authorem, cur inter alia ejus ſcripta, in quibus nec Cantica deſunt, non accenſetur ? Quare in eo titulo inſcribendo alio ſpectatum eſt, atque nomine ampliſſimi illius viri ad magnum aliquod & ſublime Lector deducitur. Et in expoſitione Pſalmi 95. cujus eſt titulus : *Quando domus ædificabatur post captivitatem*; obſervat nullius ædis conſtructionem in Pſalmo deſignari : *Non ergo confessus Psalmus titulo suo ; & aliud portat in fronte, aliud in voce. Imme nihil aliud, sed intellectorus quærit ; agitur enim in Psalmo de Templo, sed plane a Salomonico diverso*.

Idem Pater in Pſalmum 59. ait : *Verumtamen sicut solet Prophetico Spiritus in Psalmi titulis recedere a liquantum ab expressione rerum gestarum, & aliquid dicere, quod in historia non invenitur, & hinc potius admonere, non propter cognoscendas res gestas esse hujusmodi titulos inscriptos, sed propter futura præsignanda*. Caſſiodorus pro ſuo more Auguſtinum præceptorem ſecutus, habet : *Si litteram consideres, extraneum est, cum ea non invenias in Psalmis, quæ continentur in titulis*. Tunc ſolum conſonant inter ſe Pſalmus & Titulus, cum ſenſus myſticus & ſpiritualis panditur. Sunt autem, addit ille, Inſcriptiones veluti oppanſa vclamina ante fores Pſalmi, quæ procul ſpectata ſenſum obdunent ; accedens vero & per interjecta filamentorum ipatia introſpiciens, intimum penetroremque ſenſum pervadet.

His ita conſtitutis, illud ſtatim conſequitur, 1. Patres cæteroſque, qui eos magiſtros ſecuti ſunt, divinam aſſertamque authoritatem Pſalmorum Inſcriptionibus, quæ e Textu originali repeterentur, tribuiſſe ; ceteris vero recentiorum Authorum operæ adjectis nihil detuliſſe. Cæſarius Hilarius perluſum quidem habebat, maximam illarum partem ad Septuaginta ſpectare ; ſed Theodoretus, qui ſevetiori examine cuncta diſcuſſit, falſa illum commentatum fuiſſe offendit, nihil ratum habendum eſſe inſcriptionibus arbitratus, quam quod ſive in Origi-

(1) *Vide & in Psal.* 138. & 143. & 145. *&c.*

ginali extaret, sive eum Textu Psalmi litterali & historico, vel saltem spirituali & mystico sensu congrueret (1). 2. Inscriptiones illas quandoque a litera Psalmorum abhorruere. 3. Semper earum examen permissum fuisse, datumque omnibus, ut cum Textu, & historia conferrent, cui quantum adsensum litteralem nihil defecendum, liquidem a littera Cantici, sive ab historia discrepate deprehendere tur.'

Quod autem a Patribus illis traditum est, nimium Inscriptiones, non minus ac reliquum Psalmi contextui, Spiritu Sancto affiante dictatas fuisse, eoque proinde habendas loco, quo ceteræ Canonicæ Scripturæ; eorum privatam sententiam numquam adoptasse Ecclesia videtur, cum hodie utique eruditissimi plures Theologi demonstrandum sibi aggrediantur, titulos illos nec Divini Spiritus Opus habendos, nec in censum Divinarum Scripturarum cooptandos [2]. Censent etiam nonnulli, gloslas esse Textui diu post primævos Psalmorum Authores adjectas. Porro si certum esset, quod Veterum nonnullis visum, Esdram, cui Psalmorum Collectio tribuitur, Titulos etiam adjecisse [3], in eam facilis sententiam concederem, quæ Dionysium illis authoritatem vindicat. Sed potuit non modica eorum pars ante ipsam Esdræ ætatem Psalmis accessisse ab ignota quadam nec affertæ nec divinæ authoritatis manu. Forte enim inter legendum visus est ignotis illis Authoribus Inscriptionem illam Psalmus exigere, quam statim Exemplaribus suis præfixerunt. Exemplaria autem illa nactus Esdras, iervanda omnia censuit, nihil probans, nihilque pariter rejiciens. Facile etiam post ductum illum Scribam Tituli recentiori manu in Textum irrepierunt, quos deinde Septuaginta in suam Versionem transtulerint; unde factum, ut in Originali simul & in Græco legerentur. Sed vetustissimi licet, nihil tamen authoritatis merentur, nisi si forte cum textu Psalmi & cum historiæ veritate congruerint.

Quod etiam ad sensum demonstrat, nihil satis certi pro Divina Titulorum authoritate in Ecclesia Græca pariter & Latina receptum fuisse, libera est, quam sibi vindicarunt, facultas novos addendi, & veteres abolendi, eorumque authoritatem pro arbitrio sequendi deferendique. Patres inter se fere semper committuntur; & Interpretes integrum sibi dueunt, ut privatam singuli sententiam sequantur, suas singuli in limine cujuslibet Psalmi proponentes conjecturas, tunc maxime cum de sensu litterali & historico agitur. Percurrenda in eam rem, ne morosi simus in præsentia, argumenta singulis Psalmis a nobis præfixa, eorumque lectione statim quisquis intelliget, quanta lectionum in iis titulis sit varietas, quanta in assignando Psalmi argumento & Authore inter Scriptores diserepantia, quantam sibi quisque sumat licentiam systema aliquod statuendi in genuinum Textus sensum; nihil inscriptiones morati, siquidem illæ alienum quid a reliquo contextu indicare viderentur.

Profecto si Ecclesia Titulos in canonem recipiendos censeret, modum aliquem imposuisset tanæ Commentatorum licentiæ, ac extra præscriptos in fronte Psalmi limites prætergredi quempiam non tulisset impune. Numquam inquet commisisset, quia in Officio publicisque Psalmorum recitationibus cantarentur. Uno verbo, exactitudo illa, quæ in pluribus ipsorum desideratur, Titulorum cum reliquo contextu repugnantia, alterius quam S. Spiritus esse Opus, documento sunt apertissimo. Si quam Authores Sacri Inscriptionem appositeunt (nonnullas enim appositelle non ambigo) fateamur oportet, eas cum ceteris immixtas confusisque non satis posse distingui, ut proinde in ea, qua fumus, ambiguitate neque rejicere omnes, neque probare audeamus. Ultro igitur admittimus eas, quæ cum historiæ veritate, & sensu Psalmorum congruunt; ceteras a reliquo contextu abludentes, incunctanter rejicimus. Satis convenit inter Theologos, non omnes æque Librorum sacrorum Titulos pro inspiratis habendos. Agnoscunt etiam ex Patribus quidam, Inscriptiones illas nihil conducere ad litteram & argumentum Psalmorum pandendum; sicut & nomina virorum quæ in fronte Cantici leguntur, non temper genuinum Lucubrationis Authorem prodere. Quicumque etiam ex iisdem Patribus omnes uni Davidi Psalmos vindicarunt, illis cette Titulis pattim detulere, cum in illis non raro aliter a Sanctissimo Rege Scriptor præferatur.

Quæ in divisione Psalterii, sicut & Psalmorum inter se, apud diversos obtinet varietas, alterum est argumentum pro abroganda suprema authoritate Inscriptionibus Psalmorum. Observavimus in Prolegomeno, variam adoptasse Patres Psalterii distributionem; cum alii pro Hebræorum more in quinque Libros dispescuerint; alii in tres; aliis singulatem esse Librum, nec divisione ulla deformandum statuentibus. Qui apud aliquos unicus est Psalmus, in duos ab aliis distinguitur. Sunt qui Titulum Psalmo præfixum legant, cui Titulus in aliis Exemplaribus deest, Syriacus Hebraici Exemplaris fidem tapissime deterit; Septuaginta singularem lectionem servant discrepantem ab Hebræo, Syriaco, & Vulgata; nec infrequens est inter ipsa Septuaginta Exemplaria varietas. Psalteria vetera Latinorum abhorrent quandoque a Græco, & Vulgata. An hæc Textui Canonico & legitimo, cujus invariata est veritas, quadrent? Cum ex pluribus Psalmis unus integer conflatus est, cum duo simul juncti, erant-ne singulis uniformes & invariables tituli inseripti? Quot apud Vulgatam leguntur, quos frustra in Hebræo quæras; & quot pariter in nostris recentioribus Bibliis, cum olim nulli? Psalmus 90. *Qui habitat in adjutorio Altissimi*, sine titulo est apud Hebræos; desuit etiam in Exemplaribus Eusebii, Theodoreti, Euthymii, & Hieronymastri; cum tamen hodie suus Psalmo Titulus legatur in Septuaginta, & Vulgata.

Cum Tridentinum Concilium Vulgatæ authoritatem afferuerit, nulla facta inter Titulos Psalmorum distinctione, omnibus æque eamdem authoritatem conciliavit [4]. Vix autem credimus voluisse illud divinam vindicare authoritatem iis Titulis, qui & hodie & antehac semper in Hebræo defuerunt; sicut & iis, qui & ipsi per se apertissime & unanimi Patrum consensu, historiæ sive reliquo Psalmorum contextui repugnare noscuntur. Statuendum est igitur, omnes æque generatim Psalmotum Titulos nullam obtinere Divinam & Canonicam authoritatem, eoque proinde in examen revocate, rejicere etiam cum alterum meliorem sensum littera Psalmi offert, singulis elle permissum. Adhuc tamen cum eorum authoritatem deferendam nobis suscipimus, integrum tamen ratumque servare jubemur in illos obsequium, utpote quos Ecclesia servandos in sacris Scriptis censuit, & non infima ipsorum pars ad assequendum Psalmi sensum plurimum confert.

Quantumvis tamen summam adhibuetimus in eo examine curam, plures fuisse nihilominus Titulos fatemur, quorum implexior sensus conatus omnes nostros fefellit; quod etiam ante nos ingenue primi ordinis Interpretes fassi sunt. Flaminius [5] deteriusse ie majorem Titulorum partem inexplicatam profitetur, quod neque ipse de suo aliquid promere valuisset, neque aliquid invenisset apud Interpretes Latinos, quod fibi probaretur; nec Rabbinos aliter in ea re commentatos, quam quod suspicati se significarent, inextricabiles illas voces plerumque sive instrumenta musica designare vel musicas notas & cantilenas, ad quarum normam Levitæ sacros hymnos in Templo concinerent. Censuit hinc Flaminius optimum factu esse, si voces illas Hebræas in sua Versione retineret, exemplum secutus doctis-

(1) *Vide Theod. in Psal. 59.* (2) *Vide Natal. Alexand. Histor. V. T. Dissert. 24. qu. 2. art. 2. & Ferrand. Præfat. in Psal. & alios.*

(3) *Vide Theodoret. Præfat. in Psal. & Bedam item Prolegt. in Psl.* (4) *Vide Ferrand. Præfat. in Psl. capite 7.*
(5) *Præfat. in Paraphr. Psl. pag. 14.*

ctiſſimorum Interpretum ex Hebræo Latinam Sacrorum Librorum Verſionem adornantium. Iſidorus Clarius Præfat. in Pſſ. fatetur pariter, una cum Rabbinis doctiſſimis, Inſcriptiones illas, iis exceptis quæ hiſtoriam aliquam ſatis notam indicant, inexploratas eſſe, eorumque ſenſum fruſtra tentandum, quod vetus Hebræorum muſica noſtra ætate penitus exciderit, ut neque inſtrumenta illorum ſatis noticamus, neque notas muſicas iis Titulis deſignatas habeamus peripectas. Hæc cum Rabbinis Clarius.

Fuſius præ ceteris ea de re diſſerit Genebrardus [1]. Maxima Inſcriptionum pars, ait ille, adeo implexa eſt & obſcura, ut brevioribus ſcholiis evolvi totæ vix poſſint. Ad hæc, minor eſt eorum in expoſitione litteræ utilitas, quam ut labori Scriptoris reſpondeat: ſunt enim plerumque notæ veteris Hebræorum muſicæ, noſtra ætate penitus incognitæ. Illis tamquam clavibus utebantur Hebræi, ut varios in cantando tonos dirigerent; quemadmodum apud nos prima antiphonæ vox totam deinde cantilenam moderatur, atque totius Pſalmi modulationi normam præſcribit. Raro Inſcriptionibus illis tempus & occaſio Scripti Operis indicatur; & ſi quando indicari contingat, non ſemper tamen verus Textus ſenſus ex illis repetendus. Sunt enim ſæpe figuræ quædam Rethoricæ ſive inopinum Divinæ inſpirationis cæſtrum, quo Author in occulta myſteriorum abripitur, quorum hiſtoria in titulo indicata, figura tantum habenda eſt. Igitur titulus litteralæ Pſalmi argumentum non pandit; ſed a temporali ad ſpiritualia, a figura ad veritatem tranſgrediendi, intento in Divina ſpiritui præbet oceaſionem.

Perſuaſum habuiſſe idem Author [2] videtur, inſcriptiones, quæ in Septuaginta quidem non vero in Hebræo leguntur, Judæis *Cabala* ſive traditionis myſteria ſectatis, tribuendas fuiſſe. S. Gregorius Nyſſenus tract. 2. in Pſ. 1. cap. 8. omiſſas credit Inſcriptiones, cum Pſalmus planior eſſet, quam ut adſcriptione aliqua explicaretur; ſi quid vero Eccleſia addendum cenſuerit, quod in Originali deeſſet, id illam eo conſilio præſtitiſſe, ut latens aliquod myſterium in Pſalmis detegeret. Hoſce ab Eccleſia adjectos Titulos *Eccleſiaſticos*, & *myſticos* appellat. Eoſdem non ab Eccleſia ſed a Septuaginta adſcriptos S. Hilarius, uti ſupra obſervatum eſt, autumavit: ſed minorem obtinent apud Theodoretum authoritatem, cui temeritate quorumdam prophanorum irrepſiſſe in Sacram Scripturam creduntur, & veluti pura hominum inventa abjiciuntur reprobanturque. Nicolaus Lyranus [3], recepta apud Latinos opinione, Eſdræ collectionis Pſalmorum Authori deputari ſcribit; ille enim, ait, Præfationem in Pſalterium adornavit, cujus locum tenet primus Pſalmus, ceteros vero, prout neceſſitas ferebat, peculiari titulo inſcripſit. Quoad titulos ab originali Hebræo alienos, hæc idem Lyranus in Pſ. 62. *De titulo Pſalmi parum eſt curandum, niſi pro quanto accipiuntur immediate ab Hebræo, vel tranſlatione Hieronymi juxta Hebraum, quia in aliis multa ſunt appoſita ſecundum phantaſias Expoſitorum* [4]. Docet tandem in Prolog. ſuper Pſſ. *Apud Hebræos authentici ſunt* [Tituli] *ſicut Pſalmi ceteri*.

Nec majori cautione mentem ſuam produnt ea de re P. Alexander in Diſſertatione in Pſſ. & D. Ferrandus in ſua Præfatione ad Pſalterium. Ex quibus omnibus illud nobis jure meritoque afferendum, Titulorum authoritatem numquam tamquam dogma fatis certum exploratumque receptam fuiſſe: ut ejus rei veritas earum loco haberi poſſit, quasſalva Eccleſiæ reverentia diſſidium Theologorum & Interpretum ingeniis exercendis in medio relinquit.

Recepta apud Judæos traditio, relata pariter & probata ab Origene [5], Euſebio in Pſal. 87. Sancto Hieronymo Ep. ad Cypr. & in Malach. Sancto Hilario Prolog. in Pſſ. pagina 34. Sancto Athanaſio Prolog. in Pſſ. tom. 2. pagina 70. tenet Pſalmos nullo inſcriptos titulo, ad Authores in præcedenti Pſalmo expreſſos referri. Hanc ſententiam ſuſpicionis arguunt recentiores Interpretes, & falſam diſerte appellat Bellarminus Præfat. in Pſſ. Sanctus Hilarius tamen ab Eſdra derivandam aſſerit, Collectore Pſalmorum poſt ſolutam captivitatem, quemadmodum ſupra innuimus. Fuſius nos ea de re in Diſſert. de Authoribus Pſalmorum.

DISSERTATIO
IN GEMINAS ILLAS HEBRÆAS VOCES
LAMNAZEACH, & SELA.

ARTICULUS PRIMUS.
DE LAMNAZEACH.

FRequentiſſime in fronte Pſalmorum vox illa inſcribitur, redditurque a Vulgata: *In finem*. Cum viciſſim vox *Sela* ſæpius recurrat in textu Pſalmorum, numquam tamen in fine verſiculi, & poſt abſolutam ſententiam.

Porro *Lamnazeach* redditur a Septuaginta: *In finem*, vel *pro fine*, quod Interpretes plures morali & myſtico ſenſu referunt ad Jeſu Chriſti adventum; veniſſe enim in fine ſæculorum Apoſtolus illis verbis 1. Cor. 10. 11. inſinuat: *In quos fines ſæculorum devenerunt*. Spectare etiam ad Meſſiam, exitum & conſummationem Scripturarum, Rabbinorum nonnulli [6] docuerunt. Interpretantur alii de vocatione gentium & reprobatione Judæorum; alii de æternitate vel Judicio poſtremo, vel de Reſurrectione Jeſu Chriſti. Alii uſurpata credunt ea verba: *In finem*, pro ſemper [7]; quaſi ſcilicet deſignaretur, numquam a cantando eo Pſalmo a viris Dei ſervitiis addictis ceſſandum fuiſſe. Chaldæus vertit: *Pro laudando*, ſive *in laudem*; quæ omnia ſatis probant, de ſenſu hujus vocis ne inter Judæos quidem convenire.

Interpretes Græci, qui poſt Septuaginta paruerunt, in ea vertenda diſcrepant. Aquila reddit: *Victo-*

(1) *In Pſ.* 4. 1. (2) *Genebr. in Pſal* 80. *& in Pſal.* 93. (3) *Prolog. in Pſſ.* (4) *Vide & Du Pin Præf. in Pſ.* n. 14. (5) *Origen. in Opuſculo nuper edito in Hexaplis D. Bernardi de Montfaucon.* (6) *Kimchi ex Talmud. Rab. Simeon. in lib. Jalkut.* (7) *Saadajar Gaon, & Ferrand. hic & Malv, quaſi lenezab, non lamnazeach.*

viam danti; Theodotion: *In Victoriam*; Symmachus: *Carmen victoriæ*. Sed relicto semel titulo, & mente ad examen Psalmi revocata, vix occurrit aliquid titulo illi congruens; tantum enim abest ut gratiarum actiones, & læta pro victoria carmina pangantur, ut sæpius non nisi querelæ luctusque ac tristia, lugubri potius titulo quam læto designanda, occurrant. Sed hanc objectionem [1] occupant reponentes, eo titulo: *Carmen victoriæ*: solum designari, in eo Psalmo decantando ingeminandam esse vocem, ut ad eam tollendam quanta majori concentione Cantores inter se veluti provocari videantur; quemadmodum & in Hymnis ac Prosis Ecclesiasticis nostra etiam ætate quandoque fervatur, ut duæ chori partes ad tollendam altissime vocem se invicem provocent; cujus deinde remissio ac nova insuper elevatio succedit. Designari etiam potuisse credunt, eos Psalmos veluti in præmium Musicis illis datos, pro relata de fratribus suis in cantandi certamine victoria. Sed hæc ad libitum confictæ, nitro etiam negarentur.

Sanior recentiorum Interpretum pars post Rabbinos autumat, eam vocem reddendam: *Præfecto Musices*; Levitæ nempe qui canentibus in Templo præerat. Hujus opinionis, quam præ ceteris probamus, hæc sunt momenta. Hebræum *Nazach*, primitivum vocis *Lamnazeach*, sonat præesse Operibus [2] vel Operariis; Cantorum, vel Cantatricum, vel tandem musicis instrumentis canentium, seu virorum, vel puellarum [3] turmas deducere. Nulla profecto in titulis Psalmorum difficultas, quæ, postrema hac significatione constituta, non statim facilis solvatur. Verum igitur non immerito arbitramur; postquam maxime ceteras litterali sensui minus congruere demonstravimus.

Erant in Templo Domini Levitæ sane frequentes, laudibus Domini celebrandis atque musicis instrumentis canendo destinati. Omnes Levitarum familiæ in eo munere, sive in custodiendis foribus, & excubiis in Templo agendis, vel tandem in obsequium Presbyterorum, dum sacro ministerio vacarent, occupabantur. Singulis illis familiis præerat Præfectus, vel Princeps, cui Præfecti alii plures parebant. Horum cenium fusius deductum legas 1. Paralipomen. 6. 31. in hæc verba desinentem: *Isti sunt, quos constituit David super Cantores Domus Domini*. Potissimi inter illos Asaph, Heman, Ethan, & Idithum. Porro Asaph ceterique similis peritiæ, canendis cangendisque carminibus occupabantur; utrumque enim in fe conjunxerant munus, & Prophetæ nempe & Cantoris [4]. Singulæ Cantorum classes musicorum instrumentorum varietate distinguebantur; & peritissimus quisque Præfectus, quem *Menazzach* appellabant, constituebatur. Laudatur in 1. Paralipomen. 15. 22. Chonenias, tamquam sonora & eleganti voce insignis. *Chonenias Princeps Levitarum præerat ad præcinendam melodiam*.

In veteri Musica una tantum melodiæ pars innotuerat, erat enim varietate tonorum, & harmonia ex pluribus vocibus resultante, quæ nostra ætate delectat, destituta. Idem vocibus omnibus & instrumentis in harmonia tonus ac tenor; scribere enim parum norant, notasque musicas penitus ignorabant. Veteres illi [5] recentius est enim Stratonici inventum] [6] solo usu & auscultatione Magistri artem dicebant, quemadmodum ferme nostra etiam ætate pueri apud Turcas ad cantandum instruuntur. Itaque in publicis ceremoniis Præcentore opus erat, qui classem suam vel chorum valida robustaque voce deduceret; qua tantumdem præstabat quamvis hodie musices Præfecti apta ad numeros gesticulatione. Non ubs pariter creditus, frequentes fuisse in ea musica repetitas carminum complexiones; nec raro præcuntis magistri ductum succinenti modulatione chorum sequi consuevisse.

Receptum olim apud Græcos [6], ut qui carmina scriberet Vates, ipse canendi normam, quam sibi carmen exigere videretur, præscriberet, ad cujus deinde leges a Musico sive ab instrumentorum perito mercede ab illo conducto cantabatur. An idem apud Hebræos servatum? Quin potius Vates apud illos earmen suum dirigere videbatur ad musicæ peritos, veluti ad Asaph, Heman, & Idithum, ut ad numeros redigerent. Id saltem tenent Interpretes, quorum opinionem nullum satis firmum argumentum falsitatis evincit.

Classes sub singulis Musicæ Præfectis ex ordine, quem inter se tenebant, interdum distinguebantur, ut classis octava, tertia &c. Interdum ex musicis instrumentis. Hinc in Titulis Psalmorum quandoque legitur [7]; *Lamnazeach bal hasthminith*, nempe Præfecto musices pro octava; quandoque etiam: *Præfecto in Neginoth* [8], quod musicum instrumentum fidiculare digitis pulsandum denotat. In solemnibus Religionis ceremoniis, veluti cum Arca Domini deducebatur &c. ficut & cum pro victoria de hostibus relata triumphus ageretur, solemnem pompam non Levitæ tantum, sed etiam fœminæ cantilenis suis sub Præcentore aliquo docto augebant. Nec me fugit, tradere Rabbinos, cautum fuisse viris, ne cum fœmina in Templo cantarent: cum fœmina enim in loco sancto modulari, inquiunt, crimen est, quo nihil turpius; sed eorum superstitio falsi ab ipia Scriptura arguitur, quæ in solemni Arcæ Jerosolymam translatione Asaniam commemorat choros puellarum sive Cantatricum deductarum [9]. Leguntur etiam in Psal. 67. 26. Puellarum chori sub viro perito succinentes. Sed fusius ea de re agendum in Dissertatione de Musica Hebræorum.

Neque musicæ Præcentores illi, sive *Menazzach* in cœtibus tantum religiosis choreas & cantilenas præibant; erant enim pariter in Aula Principum choris tam Cantorum, quam Cantatricum Præfecti; neque debito erga Canonicas Scripturas obsequio detractum aliquid creditmus, si sacros aliquos Psalmos decantatos quandoque in ceremoniis civilibus suspicemur, ut in triumpho Principis, vel cum lætum illi expeditionis suscipiendæ omen fieret, vel tandem cum nuptiarum illius five initi Regni pompa celebranda esset; qui deinde Psalmi in eos usus scripti ad sacras ceremonias translati sunt.

Cum iidem essent plerumque Prophetæ pariter & Poetæ, & populi Regumque studia omnia ad pietatem & religionem renderent, quæ primum scripta erant carmina in usus civiles & minime sacros, a suis tamen Authoribus Dei Spiritu afflatis conscrabantur. Nihil enim viri illi sanctissimi æque intendebant ac Dei laudes & preces. Quare in Templum & usus sacros transferri, quod prohiberet nihil erat; neque Præfecti musicæ sacræ religione ulla absterrebantur, quin auliças vel civiles pompas, sacras illas in primis & religiosas deducerent, præirentque. Suus erat *Menazzach* in lugubri pompa, in victoria aliqua, sive in Festo aliquo publico celebrando. Inter Psalmos enim musicæ Præfectis inscriptos cum lætis pariter & jucundis lugubres misceantur & tristes. Et nostra etiam ætate vetustissima receptum consuetudine obtinet apud Orientales, ut in lugubri pompa valida præ omnibus præstans voce deducendis feligatur choris eorum, qui defuncti laudes prosequuntur, & funera lugent [10]. Viri fœminæve arctiori necessitudinis vinculo cum defuncto conjuncti, lamentationibus præibant, quibus deinde adstantium omnium chori succinebant. In claris funeribus lugubri ceremoniæ deducendæ lamentatorum tam virorum quam mulierum turma conduce-

(1) *Perez, Forster.* (2) 1. *Paralipom.* 23. 4. & 2. *Paralipom.* 2. 2. 18. & 34. 13. & 1. *Esdr.* 3. 8. 9. *Daniel.* 6. 3. (3) 1. *Paralipom.* 15. 21. *Abac.* 3. 19. & 2. *Paralipom.* 2. 2. *Psal.* 11. 1. & 45. 1. & 59. 1. & *passim*. (4) 1. *Paralipom.* 29. 30.

(5) *Erasmus Rhanius apud Casaubon. in Athen. lib.* 8. *capite* 12. (6) *Vide Plut. de Musica, & Origen. in Psal.* 38. (7) *Psal.* 11. 1. (8) *Psal.* 3. 1. & 5. 1. (9) 1. *Paralipom.* 15. 18. 20. *Psal.* 9. 1. (10) *Bellon. Observ. lib.* 4.

cebatur [1]. Imitari se dicebat Diogenes Philosophus apud Laertium lib. 6. eos qui choris musicorum præibant, majori semper voces contentione inclamantes, ut inclinanti per se voci maxime in cantu violento & elato succurrerent.

Scriptum a se carmen David plerumque ad Asaph notis musicis tradendum, concinendumque a electibus ipsius in Templo mittebat [2]; hinc datum viro in Scripturæ nomen: *Prophetans juxta Regem* [3]. Ita pariter receptum apud Græcos, ut qui carmina scriberet, qui maxime vellet, Musico ad numeros canenda traderet: accidebat autem non raro in solemnibus populi concionibus, cum pretium Musices distribueretur, ut carminis Author indonatus abiret, cum interim Musicus ad cantandum electus, magnifico præmio & corona donaretur. Ita patiter ait Origenes ad Psal. 38. Hom. 1. init. eum in Scriptura legimus: *Victori Idithum* (ita enim vertit eum Græcis Interpretibus vocem *Lamnazeach*) non Idithum Psalmi Author designâsse credendus est, sed Musicus artis suæ peritissimus habendus, cui Rex sapientissimus canendi victoriam adjudicavit. Ita sentit Origenes.

Quantum ex infetipetionibus plurium Psalmorum colligimus, David ipse, tantus Rex, a fua dignitate alienum non eenluit, fi eanentibus ipſe præiret, & ad muficas notas faera illa carmina concinenda fuſeiperet. Muſicam ille quidem amabat, omniaque norat ejus artis myſteria; nec ſane canendi muſicis inſtrumentis imperitus, ipſe pariter divinæ Majeſtatis gloria adeo totus rapiebatur, ut a majeſtate fua alienum non eenſeret, fi & ludere inſtrumentis eotam Domino, & præire Cantoribus in quibuſdam anni Solemnitatibus videretur. Hanc opinionem inſinúat inſcriptio Pſalmi 35. *Servo Domini ipſi David Proſſeto muſices*; & altera Pſalmi 10. *David Proſecto Muſices*. Vide etiam Titulos Pſſ. 13. & 18. & 19. & 20. & 21. &c.

ARTICULUS II.

DE SELA.

VOX Sela Septuagies in Textu Hebræo Pſalmorum, & ter in Habacue [4] reeurrit. Frequentius legerunt Septuaginta in fuo Exemplari Hebræo; cum ſemel apud illos in Pſ. 3. & ſemel pariter in Pſ. 3. 6. legitur, quo in loco nihil apud Hebræos [5]. Scribunt etiam in Pſ. 9. 17. *Ode Diapſalmatis*, quod reſpondet Hebræo; *Canticum Sela*, cum tamen in eodem Hebræo nihil tale occurrat. Variant quidem inter ſe aliquantulum ea in re Editiones & Exemplaria Græca, ſed quam innuimus lectionem optimæ quæque Editiones ſervant. Quærendum modo de voeis uſu & ſignificatione.

Septuaginta reddere ſolent plerumque *Diapſalma* [6], quod *interpoſitum in canendo ſlentium ſignificat*, juxta S. Auguſtinum in Pſal. 4. ſeu voeis inflexionem juxta Suidam [7] & Theodoretum. Malunt alii novum ea voce ſenſum, ſive novi carminis genus deſignari [8]; ſive pauſationem vocum, ſolis interim ludentibus inſtrumentis; ſeu vieiſim inſtrumentorum ceſſationem, voce cantilenas proſequente; namque authore S. Hieronymo ibid. Pſalmi *tunc temporis junctâ voce ad organum canebantur*. Addit demum idem S. Doctor, *hoc verbum* (Sela) *ſuperiora pariter inferioraque connectere, aut certe docere ſempiterna eſſe* (nempe numquam e memoria excutienda) *quæ dicta ſunt*. Reddit ille plerumque eam vocem *ſemper*; quod etiam ab Aquila, quinta & ſexta Editione, a Symmacho in Habacue 3. ſervatum eſt. Targum patiter in Pſalmos vertit: *In perpetuum*.

Quidam apud Theodoretum [9] autumarunt, pauſationem eſſe Spiritus Sancti in Prophetis; alii pauſationem potius cantus in muſica, quod maxime apud Veteres probatum eſt. Accidit enim non raro, ut Colmas Monachus [10], ut Pſalmus ab alio choro inceptus alteri canendus traderetur. Poſterior hæc pars *Diapſalma*, prior *Canticum Diapſalmatis* appellabatur. Sui autem eæduntur deſtinati Cantores, ut pretiolos illos Pſalmos eantarent. S. Hilarius Prolog. in Pſſ. minus exaête ſeribit, *Diapſalma*, ita enim reddit vocem Sela, deſignate immutationem vel Cantorum vel ſenſuum ſive eantus. Gemina ferme habet Caſſiodorus Præfat. in Pſ. eapite 11. *Diapſalma ſermonum rupta continuatio; dicens obſcumque ſuerit, aut perſonarum, aut rerum ſuerí permutationem*.

Euſebius Cæſarienſis in Pſſ. tanta confidentia Diapſalma exponendum ſuſcipit, quanta neque oculatus teſtis aſſeveraret. *Non eſt*, ait, *ita vox ſuſcipienda, quaſi a Davide ſive S. Spiritu ſcripta fuiſſet; cum tantum ceſſationi divinæ inſpirationis deſignanda appoſita ſit*. Muſicæ Præfecti, quorum medius in Sanctuario David verſabatur, eam notam adſcribebant. Canebant illi ſimul laudes Domini, fiducialia una pariter inſtrumenta pulſantes, cymbalum, lyram, Pſalterium, ductum aſſumtis Spiritus ſequentibus ſingulis. Qui primus ceſtro illi Divino aſſtabatur, Canticum ad numeros eanendum ſuſcipiebat, ceteris tantum Alleluja ſuecinentibus. Cum inſpiratio ceſſaret, ceſſantibus pariter inſtrumentis, *Sela* ſive *Diapſalma* in Codice adſcribebatur. Magis appoſite idem Euſebius in Pſal. 4. in eam ſententiam conedit, quæ vocem *Diapſalma* pro immutatione ſenſus, inflexione voeis, metri variatione, & concinna complexione exponit [11]. S. Gregorius Nyſſenus Præſ. in Pſſ. autumavit, voeem illam *Sela* intimum quemdam & inſuetum Divini Spiritus aſflatum, & ſuavem ad pietatem motum in Prophetæ deſignare. Cum autem tota ea fuerit S. Spiritus operatio, pro arbitrio Prophetam agentis, ideo *Sela* interdum in medio, ſæpe in fine, frequentius aliquando, rarius interdum in Pſſ. adſcribitur. Hæc Veterum ſententia de ſenſu, & uſu voeis *Sela*.

Recentiorum ſententiæ nec inter ſe ſatis, neque cum Patribus conveniunt. Sunt qui eredant, nullum eſſe alium voeis *Sela* uſum, & ſenſum, quam voeis *Evovae* in Libris ad uſum Chori deſtinatis; adſcribitur enim in fine Antiphonæ, ut Pſalmi eantum deſignet. Porro *Evovae* uſurpatur pro *ſcelerum amen*; neque eantatur unquam, ſed Præcentori dirigendo ſervit. Ita *Sela* ex illotum ſententia nota eſt muſica verorum Hebræorum, cujus odie uſus ignoratur. Redundat equidem vox illa in Pſalmis, neque ſi expungatur, ſenſus aliquam vel ſermonis ſeriem turbatur [12].

Kimchi, De Muis, Grotius, Genebrardus, Mariana, aliique plures notam eſſe muſicam defendunt, qua voeis elevatio deſignetur; ut proinde eo deveniens Cantor, vel Lector intendere voeem, vel triſtem, vel lætam, juxta Pſalmi naturam moneatur. Detivant illi voeem *Sela* a verbo Hebræo *Salal*, quod ſonat viam in aggere ſtruere, aggerem elevare. Addunt aliqui [13], inſinuari pariter ea voce ſenſus quoſdam admirationis, miſerationis, indignationis, & gaudii, juxta carminis indolem; ut *Sela* loco noſtrarum interjectionum adſcribatur, ve-lu-

(1) *Joſeph. lib. 3. cap. 15. de bello in Latin. aut cap. 30. in Græco.* (2) *1. Paral. 16. 7. juxta Hebr.* (3) *1. Paral. 25. 2.* (4) *Habac. 3. 3. 9. 13.* (5) *Vide Septuag. apud Euſeb. & Hilar. in Pſal. 2. 3.* Quamvis nihil legatur neq; in Romana, neq; in Complutenſi Editione, Codex Reg. 222. legit *Diapſalma in verſ. 2. Pſal. 2. Vide nov. Edit. Hexaplor. in Pſal. 2. verſ. 4.* (6) *Ita Sym. & Theodotion, apud Origen. citatum a Hieron. Epiſt. ad Marcellam.* (7) *Suidas. Ita & Theodoret. Præfat. in Pſ.*

(8) *Hieron. ad Marcell. de voce Diapſalma. Quidam Diapſalma dixerunt eſſe commutationem motri, alii pauſationem ſpiritus, nonnulli alterius ſonus exordium; ſunt qui rythmi diſtinctionem.* (9) *Theodoret. Præfat. in Pſalmos. Ita Euſeb. Præfat. in Pſal. pagina 8.* (10) *Coſmas Monach. pagina 223. nov. Collect. Graec. PP. tom. 2.* (11) *Vide & in Pſal. 23. & 88. pagina 582.* (12) *Vide Geyer. Hammond. Forſter. Buxtorf. &c.* (13) *Vatabl. Genebr.*

luti • *Deus* ! quale infortunium ! qualem dementiam ! qualem injustitiam ! vel illud : *miserabile dictu* ! Buchananus in Psal. 9. ita reddit : *O res pessimis altis vendenda in generalibus* ! Calovius plerumque Grotio adversus [1] contendit , notam esse deprimendæ vocis , veluti si auditores invitaturus ad lectionem illam serio reputandam , ac tranquilla sedataque mente spectandam .

Adnexæ , quem Recentiorum aliqui ducem in ea re sequuntur [2] , confundendum censet *Sela* cum *Amen* , qua posteriori voce preces claudi consueverunt . Epiphania sua Judæi hac adscripta clausula terminant ; *Ejus anima in Cælo alligetur* ; *Amen* , *Sela* : vel tantum : *Amen* . In calce Librorum quatuor hæc compendiariis literis adnotant : *Amen* , *Nezach* , *Sela* , *Vaad* ; i. e. *Amen semper* , *amen in perpetuum* ; vel *Amen in finem* , *semper* , *in perpetuum* ; neque enim certa vocis Sela significatio constat . Junius & Tremellius præcedenti verborum contextui vocem illam adjungunt ; sed cum verborum sensus minus aliquando adjectionem illam patiatur , variare interdum coguntur . Ceterum illorum opinione *Sela* rei vim , excellentiam , grandiitatem , & necessitatem designat .

Post fusiorem hanc sententiarum expositionem , reliquum est modo ut nostram etiam proferamus , in cujus potissimum partem inclinemus indicantes . Profecto si post certum versum , vel Psalmorum numerum vox illa recurreret , eo indicio stropharum vel Psalmorum distinctionem denotari non immerito suspicaremur . Sed nihil vagatur incertius ; observat enim S. Hieronymus ad Marcell. in prolixis quandoque Psalmis ne semel quidem adscribi ; eum interim brevissimi repetitam sæpius interdum exhibeant . Si post absolutum aliquem lensum æque in omnibus Psalmis appolita legeretur , seine aliquid de usu illius & significatione daretur ; facilesque in sententiam Patrum , clausulam esse sententiæ vel sensus autumantium , concederemus . Verum si paulo attentius Psalmus legatur , apparebit interdum , in ipso argumenti contextu vocem illam mediam adscribi ; ut ipsi quandoque Patres præpostere constituta esse [3] fateri cogantur . Paret etiam quandoque in fine Psalmi , ubi fesiicet terminandam esse & melodiam & sententiam frustra moneremur .

Quæ de nota musica voce *Sela* expressa solo verbo asseruntur , verbo pariter negarentur . Nec melior est eorum opinio , qui notam esse tollendæ deprimendæque vocis autumarunt ; quo enim jure illi indicium esse flectendæ vocis asseruerunt , eo pariter alii continenda esse vocis sive sustinendæ contenderent . Qui vero reddunt *Sela* , *semper* , seu patheticam aliquam exclamationem designari ea voce suspicantur , illis plane mens adhibenda fuisset , recurrere sæpissime vocem , quo loco nec *semper* , nec exclamatio aliqua quadraret . Ad hæc , vox certam illam significationem exprimens cur nusquam alibi , quam in Psalmis , & in Cantico Habacuc legeretur ? Quæ insuper lingua una aliqua generali voce exclamationes simul omnes admirationis , gaudii , doloris , & indignationis exprimeret ? Notæ sunt apud Hebræos voces variæ variis passionibus designandis ; cur ergo variis hisce exprimendis una eademque vox *Sela* , vagæ , incertæ latentisque significationis adhibita est ?

Qui tandem , uti Vulgata , Syriacus , Arabicus , & plurima Exemplaria Septuaginta , sicut & vetera Latina Mss. [4] , sæpius *Diapsalma* , vel *Sela* , tamquam superfluam aliquam redundantemque in Textu vocem , omittunt , æquius illi facile judicasse videntur . Cum enim verbum sit obscurissimum , cujus interpretatio frustra tentaretur ; sit æque prorsus in Textu redundans , ut nihil exponendo sensui conferat ; neque ratio Psalmorum poetica hodie nescatur ; his facile momentis in eam sententiam duceremur , Origenes , & Sanctus Hieronymus post sedulum ejus rei examen , veterem ambiguitatem exuere numquam potuerunt . *Cujus* (Origenis) *malnimus in hac disputatione dumtaxat imperitiam sequi , quam stultam habere scientiam nescientium* , ait Sanctus Hieronymus Epist. ad Marcellam de voce *Diapsalma* . Scite admodum in eam rem D. de Muis : *Hic sine periculo erratur , cum ea res nihil aut parum ad sensum pertineat* .

Si semel statuatur , olim Psalterium unica contextus serie continuatum fuisse , variamque tum obtinuisse dividendorum Psalmorum rationem ; systema aliquod non inverisimile de *Sela* formandum nobis videtur ; nempe ejus vocis adscriptione dirigi sive Lectores , sive Levitas canentes , ut pausentur ; quemadmodum in nonnullis vetustis Librorum ad usum Ecclesiæ Græcæ Mss. quo loco exordienda esset Epistolæ , seu Evangelii lectio , vox *Archæ* nempe initium , quo vero terminanda , *Telos* nempe finis , adscribebatur [5] . Erat tum temporis maxime necessaria cæteris , cum in Officio Ecclesiæ lectiones ex ipso Bibliorum Codice , vel e Novo Testamento , nulla capitum divisione distincto , legerentur . Monendus fuerat Lector , quo loco exordienda , quo loco claudenda lectio fuisset .

Olim , & nunc pariter Sacri Hebræorum Libri uno Scripturæ tenore absque capitum & versiculorum distinctione continuabantur . Psalterium eadem forte rationem ac ceteri Libri servabat ; quare unde exordienda esset lectio , adscripione aliqua fuerat demonstrandum . Quod autem nota illa tum pariter , quando eorum nullus erat usus , servarentur , superstitio fecit , vel imperitia . Ipsa Kimchi ætate , sæculo nempe 12. satis certa Psalmorum distributio non adhuc obtinebat .

In nonnullis exemplaribus Hebraicis Pentateuchi geminæ hæ voces leguntur , *Samech* , & *Phe* ; quarum prima , juxta Rabbinos , designat spatium aliquod clausum sive terminatum ; altera vero spatium patens , sive principium . Litera *Samech* facile compendiola nota est vocis *Sela* , quam Judæi in fine Lucubrationum suarum adscripserunt , veluti si finem operis designaret ; litera vero *Phe* compendiosa est nota vocis *Pathach* , aperire , quæ in exordio lectionis adnotaretur . Idem & in Psalterio servatum , cui vox *Sela* in exordio lectionis sive cantus adscribitur . Cum autem lectionum illa distributio satis vaga fuerit & incerta , & ad arbitrium Præsidum Synagogæ ; hinc *Sela* non exode semper recurrit , sed varias & inæquales lectiones designat . Id plane demonstrant variantia , quæ inter Exemplaria Græca & Hebraica observantur . Eusebius & S. Hilarius in Psal. 2. infinuare videntur . Interpretum Græcorum opera vocem illam *Diapsalma* in Psalterio adscriptam ; maluerim tamen ego Judæis , & Principibus Synagogæ tribuere . Nemo , quantum scio , ipsis Psalmorum Authoribus vindicat , nisi unus forte Eusebius in Præfatione supra a nobis laudata , cujus sane authoritas ea in re minor est , quam ut fidem extorqueat

DIS-

(1) *Calovius Antigrot. lib.* (2) *Vide Calov. Gejer. Rag. Vide & Hieron. ad Marcellam : Apud Hebræos in fine librorum unum a tribus subnelli solet , aut Amen , aut Sela , aut Salem.* (3) *Vide Euseb. in Psa.* (4) *Vetera Psalteria Mss. S. Germani , Carthusia , Romanum & Fab. Stapulen-*

se leguut Diapsalma. Vetus alterum apud eumdem Fabrum & alia plura in Bibliotheca Regis , & celberrimum omittunt Semper & Diapsalma. *Gallicanus , & Codex D. de Mesmes legunt* Semper . (5) Simon Histor. Critic. N. T. capite 33.

DISSERTATIO

IN ILLUD PSALMI XXI. ℣. 18.

Foderunt manus meas, & pedes meos.

VEteres Eccleſiæ Patres de ſublatis ſive eorruptis quibuſdam Scripturarum ſententiis, quos Chriſtianis favere, ſibi autem averſas norant, Judæos poſtularunt (1). Vetus illa accuſatio poſtrema hac ætate ingenti animi ardore & eruditionis niſu reſtaurata eſt; ſed minori, quam pro tanto apparatu, ſucceſſu, quod documenta deeſſent neceſſaria, ut tanti operis accuſatio, uti par eſſet, urgeretur: cum maxime Originalia Hebraica, quæ noſtris in manibus verſantur, plura adeo & apertiora exhibeant de Jeſu Chriſto teſtimonia, quam quæ ſuppreſſiſſe Judæi accuſantur; ut proinde omnium incautiſſime egiſſent Judæi, ſi ſemel aggreſſi arma Scripturarum e manibus noſtris tollere, ea tantum ſubduxiſſent, quæ ſuperſtitua utcumq; cenſebantur, pluribus interim aliis relictis, & maximi præ illis momenti, & apertiſſimi. Prætereo inſuper operis, quod ſuſcipiebant, arduitatem, corrumpendi nempe Libros per omnes late Judæos, gentem ſuperſtitioſiſſimam, & Scripturarum ſuarum tenacem, vulgatos. Prætereo tandem ſupervacaneo illos labore exſudaturos: Verſionibus authenticis Textus in noſtris manibus ſervatis, quarum ope detecta fraus & dolus revinceretur.

In eo verſu, cujus examen Diſſertatione hac noſtra ſuſcipimus, quo ſane nihil expreſſius de Paſſione, & Crucifixione Jeſu Chriſti, ſatis variant inter ſe Hebræus, Septuaginta, & Vulgata: cum interim nemo ex Antiquis vitium ea in re Judæis verterit. Non ſatis etiam convenit inter Recentiores; cum ex Fidelibus nonnulli ſcriptis Lucubrationibus contenderint, integrum eſſe Textus Hebraici locum, omnemque a Judæis infidelitatis ſuſpicionem amoverint. Nobis ſane alia ſedet opinio; demonſtrare enim ſuſcipimus, mendoſum eſſe Textum Hebraicum, five Rabbinorum iniquitate, ſive malo illorum conſilio prava lectione ſelecta, quæ nullum ſatis diſtinctum ſenſum exprimeret, poſthabita interim altera meliori & vetuſtiſſima, quam ipſi quidem parum norant. Hæc modo probanda.

Textus Septuaginta & Vulgata ferunt: *Foderunt manus meas, & pedes meos, & dinumeraverunt omnia oſſa mea*; quæ ſane verba Chriſtiani Jeſu Chriſto cruci ſuffixo probe vindicant. In hanc mentem Antiquitas univerſa ſententiam illam interpretata eſt; nec alterum ſenſum quærere Evangeliſtæ permittunt (2). Tam apertum aſſertumque veritatis teſtimonium egre ferentes Judæi, maluerunt unius literulæ tranſmutatione, legentes *Caari* pro *Caaru*, veterique punctorum ratione vel diſtributione verſuum turbata corrumpere, ita hanc ſententiam reddentes: *Concilium malignantium obſedit me, ſicut leo manus & pedes meos*; cum debuiſſent ita verſiculos diſtinguere (verſ. 17.): *Circumdederunt me canes multi; concilium malignantium obſedit me*, (verſ. 18.) *Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumeraverunt omnia oſſa mea*. Quam prona ſit & aperta ſecunda hæc diſtributio præ illa, quam Judæi ineongruam & obſeuram ſubſtituerunt, ſola lectione demonſtratur.

Confuſionem ſuam ſatis prodiderunt Rabbini, implexam ejuſdem ſententiæ expoſitionem dantes. Kimchi fabellam hanc venditat. Cum leo prædam quæſiturus defertum peteretur, ampliorem quemdam circulum canda deſcribit, intra cujus ambitum veluti retibus clauſæ ejuſdem ſalvus feræ detinentur. Tremere illas nec audere deſcriptum a leone circulum prætergredi; ſed toto contractæ corpore, & pedibus ſupr. ventrem complicatis, ſævum immaniſſimæ feræ dentem imminæ expectant. Ita pariter, ait Rabbinus, res Judæorum poſt diſperſionem habentur: velut enim intra circulum concluſi detinemur, unde egredi nemini permiſſum, qui ſive in manus *Iſmaelitarum*, nempe Turcarum, ſive *Incircumciſorum*, nempe Chriſtianorum incidere noluerit. Timore, veluti compedibus manicisque, vincti hæremus immoti, negant enim officium ſuum ad fugam pedes, ad deſenſionem manus. In eamdem ſententiam locutus Abenezra, ait, Davidem illis verbis, *Adverſarii circumdederunt manus meas, & pedes meos*, omnem ſibi interclusam fugam & defenſionem ſignificaſſe. R. Salomon Jarchi ita dictum illud reddit: *Pedes mei & manus mea funt veluti leo*, nempe veluti ſi a leone diſcerperentur, veluti ſi præda eſſem leonis.

Profecto ſi cujuſque arbitrio permittatur, ut verſiculorum ordo immutetur, & quidquid maxime placuerit dematur e Textu, quid non poſſet Scripturæ imputari? Cur Jeonis ſimilitudo paulo ante ſuperioribus verſiculis infinuata, iterum repetatur (3)? Nihil moror futilem ridendamque Kimchi opinionem. Interpretatio Jarchi Textum nimis detorquet. Fruſtra vero R. Lipmam in ſuo *Nitzachon* objicit, numquam receptum apud Veteres Judæos, ut ſuperſtites homines cruci ſuffigerentur clavis, quemadmodum nos de Jeſu Chriſto affirmamus, & ſatis in eo Pſalmorum teſtimonio demonſtrari defendimus. Numquam, ait ille, commiſiſſet David, ut incognitum gentis ſuæ morem infinuaret; quis enim alioqui ejus verba aſſequutus fuiſſet? Abjicienda eſt igitur, addit ille, lectio: *Foderunt manus meas & pedes meos*; & retinenda altera, de qua in Hebræo: *Tamquam leo pedes mei, & manus mea*.

Sed Rabbino tria opponimus: 1. Non Judæos, ſed Romanos, Judæis inſtigantibus, in crucem Jeſum Chriſtum egiſſe, Romanorum autem in moribus poſitum eſſe, ut ſuperſtites homines in cruce clavis affigerentur, tam certum eſt quam quid aliud. 2. Falſum eſt, numquam obtinuiſſe apud Hebræos, ut levatos in crucem reos ſuperſtites clavis affigerent ſupplicio. Crucis ſupplicium Judæi æque ac fruitimæ iis gentes, norant; utrimque vero eadem torquendi fontes ratio ſervabatur; vel ſi alia erat apud Judæos, hæc manet adverſariis demonſtranda. Videſis noſtram Diſſertationem de ſuppliciis veterum Hebræorum. 3. Quando etiam concederemus, apud Hebræos non niſi reorum cadavera in crucem agi conſueviſſe, poterat nihilominus David ſupplicium Jeſu Chriſti propheticо Spiritu noſſe ſimul, & prænuneiaſſe. Habuiſſe enim præ oculis poterat inuſitatam quidem gentis ſuæ in crucem agendi rationem, ſed fatis cognitam ex recepto apud finitimas gentes, Phœnices, Syros, & Ægyptios morem. Tandem Jeſum Chriſtum ſuppleio ſuo clavis affixum fuiſſe nemo, ne adverſariis quidem refragantibus, dubitat. Davidicum ergo vaticinium eo, quo nos accipimus, ſenſu ad litteram implevit.

Perniciosior eſt præ Judæis Theodorus Mopſueſtenus, Scriptor Chriſtianus Sæculi quarti, quippe cujus interpretatio ingeniosa magis & plauſibilior, veritati plurimum offeit (4). Agnovit ille veritatem le-

(1) Vide, *ſi placet, Juſtin. in Dial. Iren. lib. 3. capite 24. & lib. 4. capite 25. Orig. contra Celſum & hom. 12. in Jerem. Epiphan. de ponder. & menſur. cap. 15. 16. & alios.* (2) *Matth. 20. 19. & 26. 2. & 27. 31. 35. 38. Lu Marc. Luc. Joan. A.T. 2. 36. & 4. 10. Jo: 20. 25. Niſi videro in manibus ejus fixuram clavorum &c.*

(3) *Pſal. 22. 14. Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens, & rugiens.*

(4) *Theodor. Mopſueſt. Collat. 4. Concil. 4. Conſtantinopolit.*

lectionis Vulgatæ, & Septuaginta; nèque enim tum temporis alteram illam a Judæis diu post invectam norant. Sed verbum illud *foderunt*, usurpari quandoque observat pro sedulo & doloſe inveſtigare ſcrutarique; illud autem, *Pedes meos & manus meas*, omnes hominum actiones & geſta commode deſignare. Potuiſſe ergo Propheram de ſe ipſo loquutum, cum ab Abſalomo premeretur, non incongrue queri, ac ſi a conſilio malignantium pedibus manibuſq; transfoderetur; i. e. adverſarios ſuos iniqua ſcrutatione omnia vitæ ſuæ geſta indagaſſe, ut creata in illum invidia, defectionis illi ſuæ cauſam aliquam prætexerent.

Sed audacem illum Critieum provocamus, ut vel unum Scripturæ locum exhibeat, quo ſenſum hunc ſuum defendat. Legitur quidem verbum *fodere* pro inquirere & in examen revocare; ſed altera eſt illius quam in Pſalmo ſyntaxis. Queritur Job [1] de amicis ſuis, qui *ſubvertere* (Hebr. *fodere*) niterentur amicum ſuum. Et Salomon in Proverbiis [2]: *Vir impius fodit malum*. Pſalmiſta ſæpius [3], & Jeremias 18. 20. 22. de impiis habent: *Foderunt foveam, ut caperent me*. Sed hanc loquendi rationem, *foderunt pedes meos & manus meas*, in eo ſenſu uſurpatam, ut geſta omnia ſedulo ſcrutata deſignet, numquam legimus. Amant quidem Hebræi figuras & exaggerationes, ſed non violentas, & nonniſi communi uſu receptas. Quis autem audivit unquam, *fodere manum hominis*, uſurpatum pro *in ejus vitam & mores inquirere?* Numquam hæc; ſcimus autem exploratumque tenemus, propriam & litteralem hujus vocis ſignificationem omnem in Jeſu Chriſto impletam fuiſſe. Fruſtra igitur Theodorus Mopſueſtenus ad Davidem litteram ejus Textus detorquet, qui nihil tale ae Jeſus Chriſtus paſſus fuiſſe legitur.

Contendunt alii, ejuſdem ſententiæ litteram Davide, Saulis vel Abſalomi perſecutione oppreſſo, tribuendam; qua in re exaggeratione uſum Vatem dicunt, ut pro transfoſſione manuum pedumque laborem fugæ ceterorumque malorum deſignaret, quibus veluti in cruce pedibus manibuſque transfixus ægeretur. Sed nihil illi contra nos; faſſi ultro numquam ejus prophetiæ litteram in Davide impletam fuiſſe. Nec ſane, niſi ſumma vi Texeui illata, in ſenſu metaphorico & figurato verba illa afflicto Regi tribuerentur. Ecquenim, rogo, fatis apte loqueretur, cum hominem itineris laboribus afflictum deſignaturus diceret, virum illum pedes habere manuſque transfoſſas? Semel ac vero ad Jeſum Chriſtum mentis oculos convertimus, prona ſunt omnia, verba Textus clara ſunt & aperta.

Quæ Judæi aliique nonnulli Interpretes moliuntur, ut alienum a pia fidelium opinione ſenſum verbis illis appingant, documento ſunt apertiſſimo, eorum omnes interpretationes falſas eſſe & mendoſas. Textus aliquis clarus apertuſque in obviam primo ſenſum, & ſimplicem interpretationem Lectorem, natura ipſa agente, ita deducit, ut alterum facile non admittat. Omnes Rabbinorum expoſitiones patum adhuc profecerunt; & quamvis ſumma hodie obtineat in Religione & Interpretatione Scripturarum licentia, nemo tamen hucuſque Rabbinorum opinionem defendendam aliqua animi contentione ſuſeepit. Nimis enim diſtorta eſt, & a communi ſenſu aliena.

Sed abſurda contrariæ ſententiæ & impiera demonſtraſſe non ſatis duximus: ipſa tandem Hebraici Textus lectio novitatis revincenda eſt; ex quo facile de falſitate ipſis argumentum capietur. Si enim altera ſit noſtra ætate Textus lectio, quam quæ olim in Codicibus exaret; mendoſa ſine controverſia habenda eſt. Certam quidem hujus corruptionis epocham ſtatui vix poſſe credimus; quamquam recentius invecta nullo negotio demonſtretur. Scitum eſt, Septuaginta legiſſe *Caaru*, foderunt, non *Caari*, velut leo. Aquila, Judæus licet pervicaciſſimus, qui Verſionem ſuam, ut invidiam crearet in Chriſtianos, adornavit, eamdem lectionem ſervans, pro eo quod ſenſum extenuaret, confirmavit potius, vertens: *Dompavorunt* [4, i. e. dilaceraverunt] *manus meas, & pedes meos*. Symmachus, Theodotion, & ceteræ antiquæ Verſiones ſatis ad Septuaginta accedebant; nihil enim variaſſe ea in re a Patribus unquam obſervatum ſcimus. S. Juſtini Martyris ætate, nempe ſecundo Eccleſiæ ſæculo, Textus & Verſiones ſatis conveniebant; cum eidem Pater Tryphoni Judæo opponens ſententiam illam [4], *Foderunt manus meas, & pedes meos*, nihil Judæis exprobret, quamquam alioqui falſitatis in aliis pluribus arguit. Paria obſervare licet in Patribus ſequentis ætatis [5], apud quos ne veſtigium quidem diſcrepantiæ in lectione Textus occurrit. Sed ſummo ſemper conſenſu verba illa contra Judæos uſurparunt, numquam interim imponi ſibi Judæis quærentibus, numquam Controverſiarum Scriptoribus dubitationis aliquid de ſinceritate hujus lectionis innuentibus.

Origenes, & S. Hieronymus, in Hebræo æque ac lectione Librorum Judaicorum verſatiſſimi, impoſturam tandem noſſent ac detexiſſent; pluribus lectionem Septuaginta, & Vulgatæ ab Eccleſia receptam confirmaturi, ſi quid diſcrepantiæ inter eorum Exemplaria & Hebræorum animadvertiſſent. Idem S. Hieronymus, qui litteras Judaicas fub Hebræo præceptore didicit, & Pſalterium ad fidem Originalis Textus exacte adeo expreſſit, ut ad judicium Judæorum provocare non dubitet [6], expreſſius etiam quam Septuaginta, legit, *Fixerunt manus meas & pedes meos*.

Paraphraſtes Chaldæus [7] in Editione Complutenſi ſive Philippi II. legit tantum: *Memorderunt pedes meos, & manus meas* [8]; ſed in aliis Editionibus [9] additur nomen leonis: *Memorderunt, velut leo, manus meas*. Hanc paraphraſim adornaſſe creditur Joſephus cœcus, qui ſæculo quarto in Academia *Sora* in Tranſeuphrathæa claruit. Sancti Hieronymi ſilentium falſitatis ſuſpicionem movet in illud: *Sicut leo*, quod in Exemplari editionis Anglicanæ legitur. Nihil enim tale S. Doctor legit in Hebræo; neque pariter legunt in Chaldæo Pſalmorum Editiones Complutenſis, & Antuerpienſis. Quæ ſane neceſſitas, ut duæ ſimul lectiones in eadem paraphraſi jungerentur, verterenturque? *Momerderunt, veluti leones, pedes meos & manus meas*? Satis erat juxta Editionem Complutenſem legiſſe: *Memorderunt pedes meos & manus meas*; ſive juxta RR. Recentiores, duobus ſimul verſiculis junctis: *Concilium malignantium circumdedit pedes meos, & manus*. Nec deſunt Judaicæ libertatis in recenſendis ſuis Paraphraſibus exempla, quibus etiam imputandam hanc corruptionem non immerito ſuſpicamur. Quod ad vetuſtatem hujus Paraphraſis earumque Authores ſpectat, res eſt non inexplorata tantum, ſed & viris doctiſſimis perſuaſum, ignotam eſſe hujus generis Operum ætatem, ac multo recentiora quam a Judæis jactentur, habenda.

Rabbini qui Maſſoræ allaboraruni, varietatem lectionis in eo Textu, ipſo fatente Jacob Ben-chaim [10] agnoverunt. Eorum ætate, nempe ſeculo ro. vel 11. legebatur in Textu *Caaru*, & ad oram quorumdam Exemplarium *Caari* [11]. Ex ora deinde in Textum vox illa, utpote quæ Judæorum præjudiciis maxime faveret, irrepſit, quam proinde RR. Kimchi, Salomon Jarchi, Abenezra, aliique Scriptores ſæculi poſteriores probandam, ae alteri, nem-

(1) *Job.6.27.* (2) *Prov.16.27.* (3) *Pſal.6.16. & 56. 7. & 93.13. & 118.* (4) *Juſtin.Dialog.cum Tryphon. pagina 325.332. & Apolog.2. pag.77.* (5) *Vide Tertull.Cyprian.Athanaſ.Chryſoſt.Apollinar. alios paſſim, ubi ſcribunt contra Judæos.* (6) *Hieron.Epiſt. ad Sophron. in capite Pſalterii.*

(7) *Chald. in Polyglot. Antuerp.aletu ajadai veraglai.* (8) *Ganz Tzemach.David. ad 1173. five 353.* (9) *Chald. in aliis Exemplar. nekothin Kaaruja, ajdai Veraglai.* (10) *Rabb. Benchaim, bemikzath ſeparim medukim mazathi Kethiſ Kaaru, Vekeri Kaaru.* (11) *Maſſora Marginal. & in Maſſora textuali in Num.24.9.*

nempe *Caaru*, præferendam censuerunt. Noscunt tamen Kimchi, & Ezra varietatem *Caari*, & *Caaru* in vetustissimis Hebræorum Codicibus; & diu post R. Joannes Isaac, adversus Lindanum scribens, lib. 2. fatetur: *Mem ego ipsa veritate & conscientia bona testari possum, quod hujusmodi Psalterium apud Avum meum viderim, ubi in Textu scriptum erat Karu, & in margine Kari.* Buxtorfius [1], Capitolo [2] & Galatinus [3] testantur, legisse se Hebraica Mss. quæ five in Textu five in ora codicis vocem *Caaru* præferebant. Andrada in Defensione Concilii Tridentini lib. 4. paria se Exemplaria vidisse constatur; sicut & alterum non dissimile versatum sibi in manibus tradit Gerardus Veltuiek apud Genebrardum in Ps. 21. 18. in quo *Caaru* legebatur. P. Martianæus [4] eamdem lectionem offendit in Codice 626. Colbertino. In eo Exemplari primum scriptum legebatur *Caari s* sed ipse Amanuensis scriptum suum correxit, virgula Jod longius producta. D. Simon in eam Ms. correctionem insurgens, Christiani alicujus fraudem inductam contendit. Cum vero P. Martianæus Ms. illud judicio quorum peritissimorum Judæorum permisisset, falsi sunt Judæi, correctionem illam Hebræi Amanuensis opus, quemadmodum reliquum ejusdem vocis habendum, qua de re autheniticum testimonium exhibuerunt. Porro Ms. illud in usum Judæorum a Judæo Scripture sæculi decimitertii adornatum est.

Cum vetera Hebræa Mss. ante Masforam rarissima sint, Judæis parum vetustati Codicum studentibus; hinc rara admodum nostra ætate suppetunt veterem genuinamque lectionem servantia: id præstantibus summa cura Judæis, ut Codices suos ad Exemplaria Masforetarum, quæ correctissima habentur, emendent. Cum Cardinalis Ximenius imprimenda Polyglotta Complutensia omnium prima curavit, genuinam lectionem *Caaru*, *foderunt*, restituit. Bombergius clarissimus Venetus Typographus idem sibi præstandum censuit in Libris Hebraicis, quos imprimendos susceperat. Volentem prohibuit Judæus, speciminibus corrigendis destinatus; minitatus, si in incœpto perstiteret, id commissurum se, ut nemo Judæorum Exemplaria sibi emeret. Hanc historiam ex Druso sæpius audisse se Amana testatur [5].

Versiones Orientales vetustissimæ cum Græcis Latinisque conveniunt. Utramque lectionem conjungere Chaldæum supra animadvertimus. Versio Syriaca vetustissima, & Apostolorum, uti quidem creditur, ætatis, *foderunt pedes meos & manus meas*. Præterea Arabicas, & Æthiopicas, utrumque e Septuaginta expressas, & nihil ab illis discrepantes. Tertullianus legebat [6]: *Exterminaverunt manus meas & pedes meos*. S. Cyprianus lib. 2. Testimon. *Effoderunt*. Ex quibus omnibus illud nobis statuendum, 1. Lectionem quam servant Septuaginta, & Vulgata, *Foderunt pedes meos*, & *manus meas*, veterem esse & genuinam Textus Hebraici. 2. Alteram lectionem *Cari*, *quasi leo*, post Masforetas, nempe post sæculum undecimum, prætorri cœpisse. 3. Nequidquam in contrarium molientibus Rabbinis, vestigia quædam *Caaru* posteremo sæculo manssisse. 4. Tandem fraude & iniquitate Judæorum factum est, ut lectio *Cari*, quæ casu aliquo in Textum irrepsisse potuit, confirmaretur probareturque, genuina altera *Caaru* abolita penitus & abjecta.

Hæc, solidissimis licet asserta rationibus, opinio strenuos habet impugnatores, non ex Judæis tantum, sed quod maxime miresis, etiam ex Christianis; quorum alii Hebræorum lectionem & interpretationem pronis manibus excipiunt; alii inter nos & Judæos medii conciliare utramque sententiam nituntur; alii tandem in ipsa Masforetarum lectione se invenisse & Christianorum interpretationem & lectionem Septuagintæ, ac Vulgatæ sibi blandiuntur.

Inter fautores Judæorum primas tenet Leusdenus [7], lectionem *Caari*, quam omnia vel ferme omnia Hebræorum Exemplaria præferentur, genuinam defendens, demonstransque nihil absurdi continere lectionem illam Rabbinorum: *Conciliumam malignantium circumdedit me; quasi leo pedes meos & manus meas*. Immania illa, quæ in Hebræos excuriuntur, virum, omni dispendio paratum defendere Rabbinicam lectionem, non terrent. Nihil in eo Authore desideramus, nisi dociliorem mentem sanioremque. Neque iterum hic repetenda, quæ in expositiones Rabbinicas supra congessimus; & zequissimo animo patimur reprobari nostram sententiam ab iis, quibus talia probantur.

Chaldæus verrens, *Momorderunt quasi leo pedes meos, & manus meas*, in aliam opinionem Scriptores quosdam induxit [8]; virtos alioqui Hebræis fermonis non imperitos, grazoique vocem *Caari* simplicem quidem videri, re tamen compositam esse, & ex pluribus aliis constantem. In *Cari*, deprehendunt illi *Caru*, & *Cari*: *Foderunt quasi leo pedes meos, & manus meas*. Verum desideranda essent exempla, quibus de insueta illa geminæ vocis compositione doceremur. Quæ, rogo, necessitas remedium illud suadet? An forte conciliare nobiscum sperant Judæos, ut tandem vatieinium Jesu Christi cruci suffixi agnoscant? Nonne causam eos vicisse fatercntur, temel abdicata lectione, quam Ecclesiæ Græcæ pariter, & Latinæ, tum & sæculorum omnium interpretatio, ac tandem vaticinium in Jesu Christo ad litteram impletum consecrarunt?

Augustinus Pfeifferus alteram solvendæ [9] difficultatis rationem proponit, magis illam Textui & syntaxi Hebraicæ conformem. Habet igitur persuasum, *Cari* positum esse loco *Carim*, *fodientes*. Nec sane novum est, ut in constructione aliquando *M* finalis elidatur: ita pro *anasichim* scribitur *anasichei*. Laudat ille in suam sententiam Geinerum, Pocockium, Altingium, alioque nonnullos; quam si Judæi pariter probare voluerint, quod inter nos illosque disterminet nihil erit. Nos tamen nihil adversus Judæos proficiemus, ex quo ultro illis vox *Cari* deseratur; quin & nostra ea confessione præclare secum agi putabunt, rationes nostras & interpretationes deridentes. Est itaque vetus lectio *Caaru* retinenda; corruptusque ab illis Textus demonstrandus; neque committendum, ut temperamento ullo aliquid detuliste adversariis videamur. Perfecto in rebus Religionis mediam viam tenere non tutum est consilium, & sæpiuique contingit, ut neutri parti satisfiat. Judæi legendum volunt *Caari*, negant autem verteendum *fodientes*, nec a nomine ipso abhorrent, sed a significatione. Christiani tota animi contentione defendunt, prophetiam de supplicio Jesu Christi eo loci contineri; neque satis in toto tententiam hanc suam opinantur, nisi simul demonstraverint, veterem probatamque Textus originalis lectionem eam fuisse, quam hodie Textus Latinus & Græcus retinent.

Animadvertisse juvat, Authores, quorum modo propositas sententias refutavimus, e Prorestantium numero esse, veteribus præjudiciis defendendæ Textus Hebraici integritati addictos. Sed illorum in ea re dogma, & quam defendunt Textus integritatem, sicut & eorum interpretationem, tum valide falsitatis revincunt rationes, tum plurima congesta corruptionum in Textu Hebraico exempla. Communis est ea quidem Christianorum omnium cujuscumque communionis causa, ut integritatem Textus ori-

T gina-

---

(1) *Buxt. Vendic. lib. 2. cap. 8.* (2) *Capito Institutr. Hebr. lib. 1. cap. 13.* (3) *Galatin. de Arcan. Catholic. lib. 8. cap. 17.* (4) *Martian. Contra D. Simonem pag. 159. Gallice.* (5) *Amana Biblici Antiharbarlib. 3.* (6) *Tertull. contra Judæos cap. 1. & 10. & 13. Quasi ab exorisan. Tamen cap. 10. ejusdem Libri legit; Foderunt manus meas & pedes meos; quæ propria est atrocitas Crucis.* (7) *Leusden. Philolog. Hebr. Dissert. 7. Edit. secunda.* (8) *Arias Montan. apud Rivet. Avonarii Lexicon. Helvic. Vendic. Leter. V. T. Nicol. Petrens Lexic. Hebraic. Vasmuth. &c.* (9) *Dissert. de voce Kari.*

finalis defendant; sed ab omni immunem mendo demonstrare nemo cogitur. Plura enim irrepsisse vel ipsa lectione constat; plura etiam ope veterum Græcorum & Latinorum Interpretum deprehenduntur, quæ methodus est Capellii. His autem & nos mendosam esse lectionem *Cnari* pro *Caarn* demonstravimus.

Neque de industria corruptum a Judæis Textum Originalem ego quidem crediderim (1). Nihil frequentius occurrit in Hebræo, quam ut *Jod* pro *Vau* irrepat; quemadmodum sexcentis Scripturæ demonstratur (2). Vix autem excudandam credimus eorum pervicaciam, dum lectionem plane mendosam defendendam susci piunt, apertissima altera & prona rejecta; quod hæc præ illa veritati de suppliciis Jesu Christi testimonium fere deprehendatur. Ex quo vero Authores Masoræ veteres RR. legisse *Caarn* profitentur, cur, rogo, veterem hanc lectionem sive in Textu sive in margine non retinuerunt? Quod vero ad Christianos attinet, potuissene illo sine prævaricationis nota credimus eam apertam offerumque in priscis Versionibus oraculum deserere, ut novam lectionem sequantur, ab adversariis Jesu Christi productam, quorum semper fides suspiciosa fuit; cum res est de Textibus, & interpretationibus nostræ Religionis veritati faventibus.

DISSERTATIO

DE EXCANTATIS SERPENTIBUS ad Psal. 57. 5.

SOlemne est Scriptoribus Sacris, quamquam alioqui Divino, supernaturali, & infallibili lumine illustratis, ut vulgarem loquendi rationem aliquando seclentur, admissis præjudiciis, atque popularibus erroribus, quo se ad captum & indolem vulgi accommodent. Hinc legimus non raro in Scriptura amorem, odium, iram Dei, ejusque oculos, manus, & pedes; legimus tributas animalibus brutis laudes prudentiæ, intelligentiæ, & grati animi; legimus, Cœlos, Astra, Solem, Lunam, Stellas veluti sub fignis ad nutum Domini stare, ejus justionibus obsequi, dicto esse audientes, voluntatem ejus venerari, laudes promulgare. Audire Deus legitur voces pulli corvorum ad ipsum clamantis (3): interdum columbæ simplicitas, & anguis prudentia promitur in exemplum (4); interdum Deus fœdus inire dicitur cum Noe ejusque filiis, & brutis omnibus animantibus (5). Quatuor esse super terram scribit Salomon in Prov. 30. 28. quæ minima licet, sapientia tamen vel ipsos sapientes viros superant; nempe formica, mus quidam amplior nomine schaphan, locusta, & lacerta. In Ps. 57. 5. monemur, furorem impii esse ad similitudinem serpentis, & *sicut aspidis surdæ obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter*. Hunc igitur Textum modo illustrandum suscipimus, revocantes in examen, t. an serpentes aliqui surditate laborent, 2. an aures aliquando obstruant, ne excantantium vocem auscultent.

Illud certissimum constitutimus, angues, non secus ac cetera bruta omnia, ratione prorsus & intelligentia destitui, ut eorum omnis calliditas ad instinctum, & machinam quamdam cæca prorsus ratione agentem referatur. Agnoscimus tandem in Magis & Dæmonibus vim cetera tantum limitibus terminatam, & Divinæ voluntati per omnia subjectam. Quæ sane omnia adeo explorata sunt & aperta, ut eorum examine resecato, ad ea quæ majoris indaginis videntur, Dissertationem hanc nostram cogamus.

Textus Hebraicus hujus loci habet ad litteram: *Venenum eorum* (6), *five furor, venenum est serpentis*, velut *aspidis surdæ*: five juxta alios (7), *Basilisci surdi, obdurantis aures suas, qua non exaudiet vocem incantantis, & venefici incantantis sapienter*; ad litteram: *Vocem obmurmurantium*, & veluti sibilantis & cogentis, *qui serpentes cogit*. Chaldæus habet: *Venenum eorum venenum serpentis aspidis surdæ, qua non exaudiet vocem & verba vinosici alligantis serpentes*; qui nempe fluorem illis inducit ne mordeant. Septuaginta habent (8): Furor illis veluti aspidis surdæ, obdurantis auras suas, quæ non exaudiat vocem incantantium.

In eo Textu duo animadvertenda, 1. *muttatie* incantantis; 2. Medicamen quo serpens demulceatur Sed de magica hac offa nihil in Texto Hebraico Juvat tamen singula adnotare, ut variæ incantandi serpentis artes apud Veteres usitatæ intelligantur, de quibus etiam infra.

Primum igitur in examen revocandum est, quid pro furditate serpentis aspidis, obdurantis aures suas, designetur: an furditas illa natura inducta sit, vel artificio obturatis arte quadam auribus, quomodo de sociis Ulyssis narrat Homerus Odyss. 12., cum nempe clarissimus ille Heros aures illorum cera obstruxit, ne Sirenum musica caperentur; five quomodo apud Sacerdotes Idolorum receptum erat, ut aures suas thure occuparent, ne in carminibus sacrorum recitatione ex fublato circum rumore distraherentur (9). Quidam ex Rabbinis docent (10), veltalium pidem luriditatem una aure contrahere; alteram vero terræ opponere, ne quid unquam de Venefici excantatione audire contingat, eaque demum arte Veneficum eludere. Volunt autem Hebræum *Peten*, quod ibidem legitur, designare vetulam aspidem & alteruera aure surdam. Opinantur alii, hebetem esse aurium sensum in aspide; ex quo, inquiunt, surda jure meritoque appellatur (11). Nec frustra illi; cum genus anguis quoddam memoretur surdi quidem, sed inter aspides pernicioslissimi. Verum si naturali surditate laborat aspis, de qua in Scriptura quod aures ad Venefici carmina occludere et nihil erat. Ex peritissimorum etiam Scriptorum de rebus naturalibus testimonio (12) scimus, aspidum genus accrrimo, sicut & ceteri fere omnes angues, aurium sensu præstare.

Patres & sanior Interpretum pars Textum hunc prono & obvio sensu expoluerunt. S. Augustinus, Cassiodorus, Beda, S. Isidorus aliique plures in ea fuerunt persuasione, aspidem vix ad primum Magicorum carminum sese e latebris evocantium susurrum, alteram autem terræ applicare, alteram vero caudæ summitate occludere, donec evocatio absolvatur. Patres Græci, uti Eusebius, S. Athanasius, Theodoretus, callida quadam arte surditatem sibi indu-

(1) *Vide Grotium. in hunc locum, & Boch. de Animalibus Sacr. par. 2. l. 3. c. 6.* (2) *Vide Clasium Philol. l. 1. Tract. 2. Avenar. Grammat. l. 3. p. 83. Marin. Brixi. Arca Noe fol. 332.* (3) *Ps. 146. 9.* (4) *Matth. 10. 16.* (5) *Genes. 9. 9. 10.* (6) *Chamath lame Kidmouh chamath, pafchach Kemo Phthe chavfeh yaiet ofnu. Alcher lo Jifchmag le Kol melachafchim chofer chafarim mechukam.* (7) *Syr. Hieron.* (8) *Aug. Vocem incantantium, & medicamenti medicati a Sapiente. Edit. Compl. ut. Vox Incantatoris & ftuporem inducentis, & qui a sapiente excantatur.* (9) *Caffiodor. in Pf. 57. 4. Obturare a Sacerdotibus traditum eft, qui aures fuas thure replebant, ne peregrinis verbis interedentibus confufa carminum memoria turbaretur.* (10) *R. Salomon. & Kabbuchaki.* (11) *Buffam ant. l. 3. c. 2. de fcript. animal.* (12) *Vide Nichandr. Theriac. v. 162. Plin. l. 8. c. 23. Mercurial apud Bochart. de Animal. Sacr. p. 2. lib. 3. c. 6.*

inducere ſerpentem credunt; ſed quam potiſſimum non explicant. Bochartus, qui omnes conſuetæ eruditionis ſuæ nervos in hoc argumentum intendit, demonſtrat notos fuiſſe apud Veteres angues, qui venefici artem omnem eluderent. Cujus rei duplicem cauſam potiſſimum ſtatuit: 1. cum Anguis horrenti quodam ſibilo elato, Incantantis voceem vel ſuperat vel ſaltem æquat; ſeu potius ſerpens ſibilatione vel murmure ſuo evocanti Mago & reſpondet, & illum rudi quadam imitatione æmulatur, quod a Latinis verbo *recanere* exprimitur (1). Illud equidem animadvertendum, in Hebræo Scripturæ poſitam eſſe vocem, quæ murmur, & ſibilationem deſignat, cum de Venefico evocante agitur. 2. Cum ſerpens naturali ſurditate laboret, ſive veneni ſui malignitate vim Magicorum earminum ſuperat. Sermo eſt apud Veteres de anguibus fruſtra ab Incantatoribus tentandis (2); & apud Arabes, angues ſurdi genus ſunt ſerpentum (3), quorum venenum inſanabile; præſentiſſimum & lethale; quique vim omnem magiei earminis ita eludunt, veluti ſi occupatas haberent aures. Eo poſteriori ſenſu Kimchi Textum hunc interpretatur, quemadmodum vulgari ſermone uſurpari ſolet, impios aures obducere clamoribus pauperum, & æquum aliquem Judicem ſupplicum vocibus obſurdeſcere; qua phraſi id innuimus, alterum nulla miſeratione tangi, alterum nulla arte labefactari, quin judicii æquitatem tueatur.

Antequam mentem noſtram prodamus, ſedulo examini tem illam ſubjiciendam & altius repetendam cenſemus. Extra omnem dubitationem poſitum eſt, plures fuiſſe apud Hebræos incantandi ſerpentes arates. Interdum adeo demulcebantur, ut mordere amplius non poſſent; ſæpe etiam vulnus ipſum a ſerpente factum magicis carminibus tractabatur: *Miseram vobis ſerpentes regulos* (Hebr. pernicioſos) *quibus non eſt incantatio*, ait Jerem. 8. 17. & Eccle. 10. 11. *Si mordeat ſerpens abſque incantatione* (Vulg. in ſilentio). Hebræum gemini hujus Textus exponi poteſt ſeu de veneficio in angues parato, ſive de magico medicamine, tractandis vulneribus ab angue inflictis. Aperteſſime Jobus excantationum anguiſſeratum, & anguium vi magicorum carminum necem expreſſit, cum de Leviathan (Crocodilum intelligimus) agens (4), ait: *Concident eum amici?* (Hebr. *Diſcumpet Venefici?*) Author Eccleſiaſtici 12. 13. *Quis miſerabitur incantatori a ſerpente percuſſo?* Eamdem rem non obſcure Pſalmiſta in eo, quem tractamus, Textu deſignat.

Duplex hæc ratio incantandi ſerpentes, & vulnera ab illis inflicta, tota antiquitate omnibus ferme populis notiſſima fuit. Vi carminum Medeæ monſtrum illud velleris autei cuſtodem alligatum fuiſſe tradit Apollonius Argonaut. lib. 4. Fabellas excantatorum anguium, tum & excantandi rationes plures accumulat Lucanus lib. 9. Interdum ſola carminum obmurmuratione res agebatur (5).

Primum quae valli ſpatium comprendit arenae,

Expurgat cantu verbiſque fugantibus anguet.

Interdum depuliſſe angues fatebatur; ſæpe pariter exterminabantur (6).

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Et Ovidius Metam. l. 7. v. 203. de Medea.

Siperas rumpo verbis & carmine fauces.

Solebant etiam vi carminum hebetari vel eicurari angues, ut vel manibus tractari potuiſſent (7).

Spargere qui ſomnos cantuque manuque ſolebat.

Et Silius Italicus lib. 1.

. . . . . *Tactuque graves ſopire chelydres.*

Magorum ſui temporis meminit Origenes Hom. 20. in Joſue, qui ſerpentes e latebris evocatos ſeueri tractabant. Paria narrat Euſebius in Pſ. 57. de Palæſtina, & finitimis regionibus: *Suns*, inquit ille, *magica quadam carmina, quæ ſi quis in reptilia venenata obmurmuraverit, tanta illa cogit algore rigere, ut interdum ad mortem etiam inducat.*

Erant, qui verbis ſuſſumigia & medicamina, magica quadam arte & ceremoniis parata, lapides & metalli laminas ſub certa quadam conſtellatione ductas, talismannicas, & ſuperſtitioſas alias figuras adderent. His ſe amuletis vel præſidiis in tuto eredebant Urbes quædam & loca ab anguium, ſcorpionum, & venenatę cujuſque belluæ infeſtatione. Emetam, ut quidem ferunt, ſecuram reddebat a ſerpentibus & ſcorpionibus talismannica quadam figura, ut aliunde etiam ad eam Urbem ſive juxta mœnia compottata, illa ſtatim interirent (8).

Incantandi ſerpentes uſus adeo frequens olim obtinebat, ut gentes etiam aliquæ ſecretum illud poſſidere ſe gloriarentur. Incantabant belluas, evocabant e latebris, vulnera ab illis inducta ſugebant; tractabant inſuper angues, eneabant pariter, ſecuri ſemper & nihil ſibi ab eorum veneno timentes: *Nam & puranur Inselligere & audire ſerpentes verba Marſorum*, ait S. Auguſtinus de Gen. ad lit. l. 12. cap. 28. *ut eis incantantibus profiliant plerumque de latebris.* Id vero idem S. Doctor operationi mali Spiritus tribuendum eenſet, cui Deus imperium in venenatas omnes belluas, ſed in angues maxime permiſerit; veluti ſi, ait, infinuaret Deus (9), quam olim Dæmon in anguem exercuerat malo primæ mulieris authoritatem, eamdem nunc retinuiſſe, ut illi quaſi ſuppliceo ſerpens addictus præ omnibus belluis incantationum vim ſentire cogeretur.

Quamvis autem noſtra ætate ab ea evocandi angues ſuperſtitione homines defueverint, non penitus tamen ceſſarunt. Teſtatur Scaliger (10) vidiſſe ſe homines, qui magieorum catminum obmurmuratione ſerpentes accirent; & Pomponacius (11) viri cujuſdam Mutinæ vertantis meminit, angues tractantis, veluti gallinæ pullum anus quædam tractaret, ſed cum ſotte ſemel virtutis ſuæ in immanem aliquem & viruleutiorem anguem dare ſpecimen vellet, ſubito morſu correptus diros inter cruciatus interiit. D. Bernier (12) teſtimonio dilcimus, in Regno Cachemiræ non deeſſe, qui artem illam excantandi belluas venenatas profiteantur. Serpentes vidiſſe ſe non raro profitetur Texeira (13) apud Indos, ipſo aſpectu & immanitate terribiles, qui incantatione cicurati impune tractantur, heros ſuos, qua domi, qua foris, tamquam domeſticum quoddam animal ſequentes: canunt etiam ad tibiam edoĉti, variiſque corporis & capitis agitationibus ſpectatores oblectant. Sunt qui crediderint, veneno omni ſerpentes deſtitui; ſed contrarium experimento probatum eſt, namque percitæ interdum belluæ, omni magica ineantatione ſuperata, veneni ſui triſtia late exhibent documenta.

Scriptor alius, qui novi Orbis regiones percucurrit (14), narrat, in Regno Peruano occaſione cujuſdam Feſti juvenem ſpectatum, una manu jaculum tenentem, altera pendentem viperam prætuliſſe; eum interim iple magnifice paludatus, cutus hilarique vultu ſederet, nihil ab anguis metuis offenſus. Nepos Principis Budomel, authore & teſte oculato Cadamuſto Navigat. cap. 28. detinendi ſerpentes, ac in certo quodam loco intra lineam a ſe deſcriptam coercendi artem norat Celeberrimi cujuſdam Salisburgenſis Magi meminit Del Rio (15), qui redigendi intra

T 2 ſoſ-

(1) *Plin. lib.* 28. *c.* 30. *Non pauci credunt ipſas recanere.* (2) *Ælian. lib.* 1. *c.* 54. *Hiſtor. Animal.* (3) *Vide Boch. l. c.* (4) *Job.* 40. 25. (5) *Lucan. l.* 9. *v.* 913. (6) *Virgil. Eclog.* 8. (7) *Virg. Æneid.* 7. (8) *Geograph. Nub. clymasis* 3 *parte* 5. (9) *Auguſt. Reſponſ. ad* 55. 55. 44. (10) *Scalig. in lib. Animal. lib.* 1. *cap.* 28. *ſect.* 123. *apud Bochart.* (11) *De Incant. cap.* 4. *pag.* 52. (12) *Itiner. Cachemira* 2. *pag.* 162. *Gallice.* (13) *Hiſt. Perſica lib.* 1. *cap.* 29. (14) *De Orbe novo Speĉil. in Collectaneis apud Bochart.* (15) *Del Rio Diſquiſit. Magic. lib.* 2. *quæſt.* 23.

fossam angues omnes unius milliarii spatio circum palantes aggressus, re quidem magno numero coegit; sed virulentioris cujusdam serpentis morsu ictus misere eo vulnere interiit.

Veneficas artes sanguini sistendo, obducendis cicatricibus, & veneno atque morsibus serpentium curandis, tota callebat Antiquitas. Recitavimus testimonia Ferenice 8. 17. & Ecclesiasticci 20. 11. de morsu serpentum omnibus veneficiorum artibus contumaci. Chironem Centaurum plures venefieio sanasse monstros refert Pindarus Pythic. Ode 4. Distortionibus medendis opportuna quædam verba recitat Cato [1]; & fabula illa, deductam ex Inferis ab Orpheo conjugem Euridiceni anguis morsu extinctam narrans, nihil aliud infinuat, quam quod excantato medicamine fœmina illa viri ope convaluerit [2]. Nec alterum adversus anguium morsus remedium, quam incantationes, nosse Indos, Nearchus, qui Alexandrum Magnum in suis expeditionibus comitabatur, est author. Eam artem qui apud illos profiterentur, per regiones discurrentes remedio suo venenatis ictibus mederi consueverant [3].

Psyllorum & Marsorum ars medendi arcendique & fugendo & laminarum amuletis, vulnera ac plagas, celebratur: *Adversus ictus noxios, & venenatos colubrarum morsus remedia sæpe conquirimus, & prægnimus nos laminis, Marsis & Psyllis vendentibus* [4]. Cum aspidis morsu sponte sibi Cleopatra necem molita fuisset, vulneri fugendo statim Psylli ab Augusto acciti [5]; sero tamen, & frustra. Nec unum tantum Marsi remedium in angues norant; parabant enim infandis artibus herbas & alia fœcenta, quibus vel angues ipsi obrigerent, vel eorum dentes hebetarentur [6]; quæ omnia e Circe fœmina venenificiis celebratissima retulisse, unde & genus repetebant suum, jactabant.

.... *Marsica pubes*
Et bullare manu, & lubrydris cantare soporem,
Vipereumque herbis hebetare & carmine dentem.

Porro Psyllis insitum esse odorem quemdam veneno excantando hebetandoque, naturale femperque paratum amuletum, Plinius l. 7. cap. 2. autumavit: *Horum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus, ut cujus odore spirent eas.* Nec ab adultis tantum, sed & infantibus insciis ferebatur gravis ille serpentibus odor [7], ut experimento capiendo, num editus puer genuinus esset Psyllorum, anguibus exponeretur: *Mos vero liberos geniter protinus objiciendi saevissimis earum, eoque genere pudicitiam conjugum experiendi* [8]. Cives urbis *Parium* medendi solo contactu viperarum ictibus periti sunt, apud Strabonem l. 13. Cum autem, addit ille, exeantationibus valeant plurimum, ipsum in se liventem agroti colorem, & ipsam vulnerum inflammationem transferunt.

Sed ingenue fatendum, harum historiarum plerasque fidei esse fabulosæ, reliquas vero non mali Spiritus operationi, sed naturalibus artibus deputandas. Quæ vero de Psyllis, & Marsis, tamquam insito quodam odore serpentes depellant, commenta sunt vanissima reputanda. Celsus vir emunctæ naris, & medicis artibus excultissimus, nihil illis præter audaciam & temeritatem tribuit [9], qua securi venarentur angues & occiderent. Plagas vero venenatas exsugere tuto potest quisque; neque enim exceptum ore venenum si statim exspuatur, nocet. Vulnera jam inde ab obsidione Trojæ fugendo curabantur [10]; neque hodie remedium illud, nulla turpi arte paratum, deest; præsentissimum est autem medendo ictibus serpentis quacumque tandem temporis circumstantia illatis; Scitum est, optimum pro venenatis morsibus remedium esse, ut sanguis e vulnere trahatur, prohibeaturque, ne infectus jam veneno cruor cor totamque sanguinis massam corrumpat.

Soporandi autem, pellendi, evocandi, excantandi angues & cetera animantia, plures artes sunt naturales & minime turpes. Musica & instrumentorum sonus mira in homines præstat, movet enim, agitat, compescit, serenat, irritat, parites, commovet passiones pro varia cantus ratione. Perfusum habent Arabes, greges suos plus sono instrumentorum, quam herbarum pastu pinguescere [11]. Capiendis quibusdam piscibus paludis Mœris in Ægypto instrumenta pulsabantur [12]. Sylvestres equi in Africa eorumdem instrumentorum sonitu mulcebantur; feruntque [13], ova tunc melius excludi, cum ineubantem gallinam blando instrumentorum sono fovemus. Tibia canentes, apros cervosque alliciunt venatores [14]: voce hominis cantantis ejucatur elephas, qui & instrumentis ludentibus saltare discit ad numerum [15]. Nec anguibus muleendis minus valet harmonia [16]; ut proinde feris illis deliniendis cieurandisque, si quis instrumentorum melodia utatur, ille nihil novum, nihil vanum præstiterit. Plures in Italia Matronas innoxios angues fovere tam notum est quam quid aliud. Virorum graviffimorum affeveratione comperi, viros ab illis aliquando viros, qui serpentes evocarent velut aves ad sibilum. Anguem illi in ferrea quadam cave clauso in medio agro constituunt, ineensisque circum sarmentorum fasciculis, ignis calore offensa bellua sibilum inconditumque stridorem edere cogitur. Eo audito, accurrere serpentes omnes e vicinia, conjicere se in ignem, prompta ope fuecurrere laboranti colubro tentantes. Si quando igitur sibilum illum serpentis quispiam æmuletur, serpentes ille veiut aves ad sibilum evocabit. Ferunt etiam invitari serpentes audito tibiæ sonitu, ludentibusque mires blandoique adjacere.

Fidem ergo non superat, si evocatos e larebris serpentes omni amoto veneficio & factum olim, & nunc etiam fieri posse credamus. Præter vocem & sonitum instrumentorum; juvant in eam rem odores, fussimigia, & medicamina quædam arte parata. Semel enim compertо quid amare magis belluæ illæ videantur, statim captu faciles sub manum habebimus. Quoad sanitatem vulnerum anguiferorum, non imparata sunt naturæ remedia; norunt enim doctissimi Medici quid adversus illos quammaxime venenatarum belluarum instrumenta musica valeant; quibus nullum est etiam pharmacum præstantius phreneli, melancoliæ & furori compescendo; quemadmodum exemplo Saulis docemur. Ilchiadicum & coxendicum morbum musica curabat Ilmenias Thebanus; eodemque pharmaco pestem depulsurus Thales Cretensis in Lacedæmoniam venerat. Quod probe nosecntes Græci, eum in obsidione Trojæ inopina lue affligerentur, dies integros pulsnde lyramin honorem Apollinis traducebant [17]; Quos stellio monumenterit, illos sonitus instrumentorum juvat. Cum enim lætos excitet spiritus musica, totumque insuetis motionibus agitet corpus, amplum evaporandis humoribus ostium aperitur, quibuscum simul veneni virus egeritur.

Quod suspicionem falsi in eam, quam jactitant, Magorum in angues virtutem confirmat, illud est, nimirum primum perniciosæ huic arti nihil esse certi exploratique. Convenit inter omnes, quorumdam anguium virus excantationum malignitatem vincere; & iis pariter, in quos Magi aliquid possunt, sopor quidam ad tempus tantum, non perpetuus inducitur. Adduximus supra exempla tragica Magorum, quos excantati serpentes vorarunt

Inter-

(1) *Cato de re Rustic. cap. 160. Luxum si quod est, hac cantione sanum fiet. Arundinem prende tibi viridem p. 4. aut 5. longam, mediam dissinde, & duo homines teneant ad coxendices; incipe cantare in alis. S. F. motas vata Daries fardaries asfiarares dissunapiter usque dum coeant.* (2) *Vidi Tzetz. Chiliad. 2. hist. 34.* (3) *Nearch. apud Strabon. l. 15.* (4) *Arnob. l. 5.* (5) *Suetan. in August. c. 17. Etiam Psylles admovit, qui venenum ac virus exsugerent, quod periisse morsu aspidis putabatur.* (6) *Sil. Ital. lib. 8. ver. 497.* (7) *Strab. lib. 17. pag. 560. Lucan. lib. 9. vers. 894. Ipse cruor tamen nullumque admittere virus, Vel cantu cessante, potest.* (8) *Plin. l. c.* (9) *Cels. l. 5. c. 27.* (10) *Homer. Iliad. 4.* (11) *Ælian. l. 7. c. 27.* (12) *Idem l. 6. c. 32.* (13) *Pomponat. de Incantat. c. 6. pag. 92.* (14) *Ælian. l. 12. c. 46.* (15) *Ælian. l. 2. c. 11. & l. 12. c. 44.* (16) *Plin. l. 8. c. 16.* (17) *Homer. Iliad. 1.*

Interdum perit incantans, ſi callida ſurdus
Adjuratoris contemſit carmina Serpens.

Tenet Incantator furentem anguem carminibus mulcere; fruſtra ille conabitur; ſanguinis enim & ſpiritum major eſt agitatio, quam ut momento compeſcatur. Dæmon, cujus virtute valere plurimum Magi creduntur, plura ſane non poteſt; ſed cauſarum ſecundarum applicatione rem præſtare coactus, ſegniori utitur inſtrumento, quam ut in momento rem peragat. Excantatum ſerpentem ſæ provoces, ſtatimque excuſſo ſopore ſibilantem furentemque, quemadmodum experientia in ſuperioribus demonſtratum eſt, exhorrebis.

Non abs re igitur ſuſpicaremur, Authores Sacros, cum de excantatis anguibus ſermonem inducentes, rem illam magicis carminibus tribuiſſe videntur, ad captum vulgi populariter loquutos fuiſſe; & cum pariter Pſalmiſta alpidis meminit, obturantis aures, ne murmur Incantantis audiar, nihil aliud inſinuare voluiſſe, quam ut vincere venenificii malignitatem anguem illum deſignet. Excuſationem ille Veneficorum prætendiſſe videtur, quippe qui impotentiam artis ſuæ & imperitiam excuſaturi, cur minus incantationes valeant anguem ipſum effeciſſe, ſurdas carminibus aures præbentem, ſpargunt. Non tamen prorſus negaverim, Magiam omnem & incantationes nec intercedere poſſe unquam, nec in angues veterum quorumdam opera interceſſiſſe; ſed rarius illud quam pro opinione. Profecto plus nimio Diaboli virtuti tribuiſſe petniciioſum eſt; ſed in aliam extremitatem recidiſſe, ut ſcilicet omnia ad phyſicæ & naturæ leges explicentur, non minus eſt exitiale. Suis terminatur limitibus Dæmonis potentia, nec quidquam niſi ad nutum Creatoris agere permiſſus eſt. Annuente Deo Magi Pharaonis virgas in angues tranſmutarunt; ſed eo renuente numquam Magorum colubri Moſaicum vorare potuerunt, a quo ramen illi vorati ſunt (1). Simili prodigio Magi illi aquas in ſanguinem verterunt (2), ebullire terram in ranas juſſerunt (3); ſed in muſcis producendis virtus illorum defecit (5), coactique tandem & inviti faſſi ſunt: *Digitus Dei eſt hic*. Ita plane Deus permittit interdum Dæmoni Magiſque, ut angues excantent; ſimulque præceptis eorum poteſtati limitibus, aliqua, quæ maxime vellent, rogantibus non indulget. Accidit etiam non raro, ut juſto Providentiæ conſilio idem Magus ipſum pernicioſe artis exercitium exitiale ſibi experiatur. Dæmon quippe, qui hominum exitio numquam non ſtudet, Magorum juſtionibus contemptis credulos ſæpe decipit, incautoſque in foveam præcipitat.

Ceterum facile, quantum aſſequor, intelligimus, omnia quæ in Scriptura de Magia & incantationibus referri poſſunt, nihil authoritatis exitiali illi arti vel Artificibus conciliare, quod enim re malum eſt, numquam licitum efficeretur. Porro mala eſſe incantamenta & maleficia, quæ Deus expreſſo mandato & capitali pœna in Lege prohibuit, (6) quis neget? Nihil juſtitiæ & æquitati naturali Creatoris magis repugnat. Si res in Scripturis relata, & quodammodo etiam laudata ſatis daret ad malum agendum facultatis, liberum eſſet cuique Judicem illum in Scriptura memoratum imitari, qui nec Deum alioqui nec homines reveritus, importunitate tamen rogantium conceſſit, quod æquitati negaverat (7); ſive famulum illum infidelem, qui amicos ſibi e facultatibus Domini ſui concilians, prudentiæ a Domino laudatur (8).

DISSERTATIO
IN AUTHORES PSALMORUM.

OMnium Poeticarum Lucubrationum Collectionem, quam noverimus, vetuſtiſſimam eſſe Pſalterium negaverit nemo. Ipſi horum Carminum Authores & carmina, multo carmina & Poetas tota vetuſtate celebratiſſimos ſuperant. Vetuſtiſſimorum Græcorum carminum argumentum in Theologia quadam & Religione commentitia æque & ſtulta, vel ſaltem in expeditionibus ad arbitrium conflictis, aut in chimærica quadam virtute, inſanis amoribus, agricultura, ludiſque ſola vanitate & levitate Græcorum celebratis verſatur. Sunt, quas præſcribunt, imperfectiſſimæ moralis regulæ, quibus vitia ipſa ſuorum Authorum plurimum derogant, ſuper hæc carmina quædam corruptiſſimorum Numinum laudes celebrant, quorum vitia flagitium quodcumque humanum ſuperant. Eo potiſſimum collimant carmina omnia Paganorum. Quales vero eorum Poetæ? gens interdum obſcuris orta natalibus; in eo ſemper vitioſa, quod nobiliſſimum ingenium & calamum fœdis amoribus vitiiſque infinuandis deturpaverint; quibus ſuperſtitioni cultus conciliabatur, quibus debitæ virtuti laudes, crimini eribuerentur, veneri, ambitioni, audaciæ, impietati.

Nihil ſimile apud Hebræos, quorum Vates Divino Spiritu aſflati viri, morum ſanctitate, ingenii præſtantia, corde puro, integra religione, ſpectata virtute, & ſapientia, natalium etiam claritate commendabantur. Recenſentur enim inter Poetas Sacros Heroes, Reges, Principes. Quod vero carminum argumentum? Religio, Numen, opera Dei ejuſque attributa, laudes, myſteria, Leges & moralis diſciplinæ regulæ hiſtoria populi Dei ſervitiis addicti, quam fere totam Divina hæc Scripta complectuntur. Epinicia ſunt relatæ victoriæ, & grati animi a Regibus, Ducibuſque religioſiſſimis poſita monumenta. Accedunt vaticinia adventus, Regni, rerum geſtarum, mortis, & reſurrectionis Jeſu Chriſti hominum Servatoris. Moralis diſciplinæ gravis pureque dogmata ſunt, ſolida pariter & ſancta; omnia tandem ad religionem, pietatem, virtutem, ſapientiam compoſita. Hæc Librorum ſacrorum carmina; nec alios populum Dei decet Poetas.

Licet autem ad inquirendos ſingulorum Pſalmorum Authores nulla utilitatis neceſſitate adigamur, quemadmodum Sancti Patres animadvertunt (9), cum ſatis ſuperque habeatur, omnia Divino Spiritui aſflanti tribuenda: *Cum ejus*, ait S. Gregorius in Job cap. 1. n. 2. *rei Spiritum Sanctum authorem tenemus; quia Scripturam quærimus, quid aliud agimus, niſi legentes litteras de calamo percutimur?* non eſt tamen cur reprehendatur eorum ſtudium, qui ad inquirendum de Authoribus Divino Spiritu aſflatis operam ſuam conferunt; quorum in ea re labor non ædificationi tantum noſtræ, ſed & inſtructioni conferre plurimum noſcitur. Non enim Deus ad munus Propheticum homines vocat plerumque, niſi quorum vita morum diſciplina eſt; nihilque cum illis intentatum relinquit, quo ad ſanctitatis & perfectionis culmen deducar. Viam illis ſtruit per mediam aquam & ignem, deprimit, extollit, vexat, quo magis magiſque perficiantur; & in omnibus vitæ ſtatibus viros illos exercens, exemplar omnium hominum conditioni & omni pariter vitæ ſtatui proponit. Amanuenſem quidem Epiſtolæ ſeu Scripti alicujus, quamvis eximii, cur ſedulo quæramus nihil eſt; nihil

Differt. Calmet. Tom. I.

(1) *Alcim. l. 2. de Peccato origin.* (2) *Exod. 7. 11. 12.* (3) *Ibid. ver. 19 21.* (4) *Ibid. c. 8. 3. 7.* (5) *Ib. vers. 18.* (6) *Deut. 18. 11.* (7) *Luc. 18.* (8) *Luc. 16. 2.* (9) *Theodoret. Præf. in Pſſ.*

pariter de calamo, quem potissimum Scriptor adhibuit: sed qua occasione, qua de causa, qua temporis circumstantia, quis Author Divino Spiritu afflatus, quem sibi finem scribendo proposuit, intellexisse non modice confert. Vix enim alioqui versus Scripti Operis sensus penetraretur; & Liber, quem his omnibus inexploratis legendum suscipimus, veluti Libur habendus est figillo obsignatus, qui litteras ignoranti legendas traditur. David, vel quis alius Psalmorum Author, sibi potissimum scribebat, & quos in se experiebatur, obsequii, amoris, fidei, charitatis erga Deum sensus promebat: ipse se instruit, sua laborat ædificationi, & in laudibus Creatoris sui se ipsum exercet. Æque tamen & nobis scribebat, ut ejus mentem nosse ad nos pariter spectet. Qui autem poterimus, dum Scriptorem ignoremus? Perinde ne habebitur seu Levita vel merus Propheta spectetur, qui coram Domino provolutus crimen suum profiteur, ac tantus Rex, qui regio fastu abjecto, humilem criminis sui confessionem profequitur?

In assignandis Psalmorum Authoribus varia est Patrum sententia; aliis uni Davidi omnes tributionibus; aliis tributendos negantibus. S. Chrysostomus in Ps. 50. S. Ambrosius Præf. in Ps. 1. S. Augustinus de Civit. lib. 17. cap. 14. Theodoretus Præf. in Pss. Cassiodorus Prolog. in Pss. Euthymius Præf. in P. Philastrius Hær. 79. priorem sententiam defendunt; posteriorem S. Hilarius Prolog. in Pss. Pseudo-Athanasius in Synoph, S. Hieronymus Ep. ad Sophron. & Ep. ad Cypr. aliique exceuti. Utraque hæc opinio Scriptorum turba defenditur; modo singularum rationes expendendæ.

Quæ Davidem totius Psalterii Authorem defendit sententia, illud habet præ alia commodi, quod numquam in Novo Testamento ex Psalmis sententiæ laudentur, nisi sub Davidis nomine [1]. Ita sane locutos fcimus Jesum Christum & Apostolum Petrum ad Judæos [2], ad carpendum si quid absonum audissent intentissimos. Nec prætereundum est, Apostolum Petrum sub Davidis nomine laudasse sententiam ex secundo Psalmo, qui sane in originali Sancti Regis nomine non inscribitur. Recepta igitur tunc temporis opinio apud Judæos ferebat, totius Psalterii Authorem habendum esse inclytum hunc Vatem & Psalterum Israelis, quo duplici titulo ipse sibi placet 2. Reg. 22. 2. *Dixit David filius Isai, egregius Psalter Israel: Spiritus Domini locutus est per me, & sermo ejus per linguam meam.*

In solemni Templi Salomonici dedicatione nullos alios hymnos norant Cantores quam Davidis: *Levitæ in organis carminum Domini, quæ fecit David Rex ad laudandum Dominum .... Hymnos Davidi canentes per manus suas* [3]. Cum Ezechias Divinum in Templo Jerosolymitano cultum restituendum susceperit, præcepit *Levitis, ut laudarent Dominum verbis Davidi & Asaph Videntis* [4]. Porro Asaph Princeps erat Cantorum sub Davide. Post captivitatem Babylonicam secundi Templi dedicatio laudibus Domini celebratur in Canticis Davidicis, & instrumentorum, quibus Rex ille usus fuerat, harmonia [5]. Nehemias inito colligendorum sacrorum Librorum consilio, Psalmos David [*] cum scriptis Prophetarum & Litteris Regum collegisse legitur. Davidis studium in constituendis Cantoribus sacrificque Canticis pangendis in usum Altaris Domini, commendat Eccli. 47. 10. *Stare fecit Cantores contra Altare, & in sono eorum dulces fecit modos.*

Perpetuus Ecclesiæ & Ecclesiasticorum Authorum stilus Psalterium nomine *Psalmorum Davidis* designat, laudatque non semel eum Librum vel singulari *Prophetæ* nomine vel Davidis [6]. Id porro vetustæ adeo & uniformi consuetudine obtinens, non nisi ex recepta apud omnes persuasione repetendum est, quæ totius Psalterii Authorem Davidem tenet. Plus aliquid audet Philastrius Hæres. 79. cui Hæreticum audit, quicumque aliis Authoribus præterquam uni Davidi Psalmos tribuerit. Theodoretus post relatam eorum sententiam, qui Core, Ethan, Asaph, aliosque Authores statuunt eorum Carminum, quæ illorum nominibus inscribuntur; post discussa insuper rationum in eam rem momenta, concludit tandem: *Vincat plurium sententia; plures enim Scriptores Davidis asserunt esse* [7]. Idem nihilominus Theodoretus in Titulum Psalmi 72. eam opinionem non satis asseram habuisse designat; fateur enim nihil certi definire se, sive quod Asaph Author ejus Psalmi, sive quod musicus tantum ceredatur. S. Chrysostomus in Psal. 50. observat, Davidem in suis Psalmis non res tantum a se gestas, non bonam tantum malamque fortunam suam descripsisse, sed & vices expressisse Judæorum, qui a Nabuchodonosore in captivitatem deducti sunt; sicut & vitam, mortem, & resurrectionem Jesu Christi: *Nam, ait, omnes quidem Psalmi ab eo* [Davide] *dicti sunt; at non omnes de eo*, S. Ambrosius Præfat. in Psal. 1. *David principaliter ad hoc munus selectus est* [nempe Psalmos scribendi]: *ut quod in aliis rarum præeminere aliquo opere videtur, in hoc juge & continuum refulgeret.* S. Augustinum utriusque sententiæ fautores in partes suas trahunt; namque in Annot. in Psal. 1. luculenter asserit: *Non omnes Psalmi a David editi sunt. David solus novem Psalmos ex proprio cecinit; reliquos autem ab illis quatuor Principibus* [Asaph, Eman, Idithum, Ethan] *juxta ritualorum inscriptiones sunt dicti.* Verum hæc e Textu Augustini verba, tamquam aliena manu intrusa, a pertissimis Criticis rejiciuntur. Desunt enim in omnibus Mss. & ipsi etiam S. Doctoris menti repugnant; quippe qui in lib. 17. cap. 14. de Civit. Dei post refutatam eorum opinionem, qui Davidi tantum tribuendos eos Psalmos arbitrabantur ea inscriptione notatos, *Ipsius David*, suam promit sententiam in hæc verba: *Mihi credibilius videntur existimare, qui omnes illos centum & quinquaginta Psalmos ejus operi tribuunt.* Addit deinde, Davidem eo consilio sacra illa Carmina nomine Prophetarum sua etiam ætate recentiorum inscribi voluisse, quod in eam rem hortatorem habuisset intimum, quo afflabatur, Spiritum, magna & hominibus ignota molientem. Revelavit Deus Sancto Regi Prophetas post longam ætatem futuros: quemadmodum olim suo Prophetæ nomen Josiæ aperuit, diu antequam pius ille Rex in mundum veniret [8]. Cassiodorus, opinionum Augustini tenacissimus, ab ejus mente non recedens, alteri, quam Davidi Psalmos tribuere piaculo dignam opinionem asserit [9]. Tantribuere piaculo dignam opinionem asserit [9]. Tantribuere piaculo dignam opinionem asserit [9]. Tantribuere piaculo dignam opinionem asserit [9]. Tantribuere piaculo dignam opinionem asserit [9]. Tantribuere piaculo dignam opinionem asserit [9]. Tandem Euthymius sententiam eorum redarguit, qui Psalmum Moysi, iterumque alterum Salomoni, sicut & Asaph, Core, Eman, Ethan, juxta tituli inscriptionem tribuunt; omnium enim unum Davidem authorem habendum esse arbitratur [10]. Gemina habent Cosmas Monachus [11] & Beda venerabilis.

S. Hieronymus in Præfat. in Pss. non obscure eamdem sententiam præfert: *Quamvis David omnes Psalmes cantaverit; tamen omnes Psalmi in persona Christi pertinent.* Sed hujus Scripti authorem alterum esse a S. Doctore jam innuimus, & veram ejus mentem infra aperiemus. Josephum Historicum, & Paraphrastem Jonathan cum omnibus prisciis Judæis eamdem sententiam defendere testatur Perez Comment. in Pss. quamvis, ait, Rabbini deferendam censuerint, ut se ab objectionibus Origenis, ex ipsis Psalterii testimoniis petitis, expediret. Hæc si vera essent, Origenes ipse inter fautores contrariæ sententiæ haberetur, quod tamen in ejus Operum lectione luculenter non paret. Neque Josephus mentem suam satis exprimit; id solum testatus, Davidem pacatis rebus ad pangenda carmina & hymnos varii metri, alios nempe trimetros, alios pen-

(1) *Matth.* 22. 42. *Luc.* 20. 41. *Marc.* 12. 36. (2) *Act.* 2. 25. 35. Vide & *Alla* 4. 24. 25. (3) 2. *Par.* 7. 6. *Vide etiam* 2. *Par.* 23. 5. (4) 2. *Par.* 29. 30. (5) 1. *Esdr.* 3. 10. 11. & 2. *Esd.* 12. 35. 39. (*) 2. *Esdr.* 2. 13. (6) *Cassiodor. Præfat. in Psal. Usus Ecclesiæ Catholicæ Spiritus S. inspiratione generaliter & immobiliter tenet, ut quicumque eorum Psalmorum cantandus fuerit, Lector aliud prædicare non audeat, nisi Psalmus David* (7) *Præf in Pss.* (8) 3. *Reg.* 13. 2. (9) *Præfat. in Pss. c.* 11. (10) *Præfat. in Pss.* (11) *Cosmas Ægyp. to.* 2. *nov. Collect. Graec. PP. p.* 223.

tametros, se totum convertisse. Extra controversiam positum est, Authores Talmud ceteroque Rabbinos non Davidi tantum, sed aliis etiam pluribus Psalterium tribuere; quam hodie opinionem Hebræos tueri Genebrardus in Psal. 1. est author.

Opinionem tanto Scriptorum suffragio fultam, rejeiendam tamen alii nec minori numero & authoritate suscipiunt, contendentes, non Davidi tantum, sed aliis etiam Sacris Scriptoribus honorem scriptorum Psalmorum tribuendum. Quate si authoritate res agenda effet, ancipites verseremur; sed cum Textus Scripturæ, Patrum testimonia, & Ecclesiæ traditio nihil in ea re certi habeant & constantis: ideo post sedulam discussionem; quæ magis probatur, sententiam tenere singulis permissum.

S. Hilarius [1] Judaicam Psalterii divisionem in quinque Libros rejeiens, simul reprobat positam ab illis Psalteriì inscriptionem: *Psalmi David*. Mallet enim inscribi Opus: *Liber Psalmorum*; totidemque illius Authores agnoscendos, quot nomina in fronte Psalmorum leguntur: *Unde absurdum est Psalmos David dicere vel nominare; cum ibi Authores eorum ipse inscriptionum titulis commendantur*. S. Hieronymus in Operibus suis genuinis diserte scribit: *Psalmos omnes eorum testamur Authorum, qui pronuntur in titulis* [2] Et Ep. 139. ad Cypr. *Sciamus errare omnes qui omnes Psalmos David arbitrantur, & non eorum, quorum nominibus inscripti sunt*.

Nec minus cum ea sententia Græci Patres congruunt. Pseudo-Athanasius in Synopsi crisim instituens Psalterii, diserte affert, Librum illum, quamvis Davidis nomen præferentem, plures tamen Psalmos complecti aliorum opera scriptos; uti Asaph, Idithun, filiorum Core, Aggæi, Zachariæ, & Eman, quin & plurium Authorum simul, uti omnes *Alleluja* in titulo præfetentes. Quod autem Operi titulum *Psalmi David* conciliavit, illud in causa fuisse credit, quod nempe David omnium primus ejus generis carmina scribere aggressus sit; ordinem pariter, tempora, & muneta aliorum quorumdam Scriptorum, quorum nomina in iidem tituli leguntur, digesserit. Eadem ferme legas Præfat. in Pis. subepist nomine paucis ab hinc annis publici juris facta [3], in qua opinionem eorum, qui Davidi totum Psalterium vindicant, rejeiendam Author arbitratur: tum & Psalmos, quorum in tituli nullius nomen præfertur, ad præcedentis Psalmi Authorem referri; ac tandem 72. tantum Davidi tribuit.

Eusebius Cæsariensis [4] tam longe abest ut Psalterium universum Davidi tribuat, ut & Principem illum in medio assurgum Divino Spiritu Varum constituat, singulis suo ordine cantantibus, prout Spiritu Sancto animabantur. Canentem autem Vatem alios omnes tacitos & tantum *Alleluja* respondentes insuscultasse, ne David quidem excepto, testatur. Scriptos a Davide memorat tantum 72. Psalmos, undecim a filiis Core, 12. ab Asaph, 2. a Salomone, unum a Moyse sicut & alterum ab Ethan Jezraita. Superstunt 19. nullo inscripti titulo: 15. habentes in fronte *Alleluja*: 17. nullum Authoris speculatus nomen præseferentes. S. Isidorus Pelusiota lib. 4. Ep. 182. persuasum habet, Psalmorum Cantores illis pangendis operam non impendisse, sicut qui pangerent, a canendis abstinuisse; interdum tamen utrumque munus ab uno eodemque præstitum. Cum igitur David carmina sua cantaret, inscripsisse credit: *Ode David*, cum vero tantum scriberet, *Psalmus David*.

His Patrum authoritatibus accedit recentiorum Scriptorum turba; Rabbini fere omnes & recentiorum Interpretum utrinque communionis plerique, inter Psalmos plures agnoscunt ætate sanctissimi Regis inferiores; nonnullos etiam Davide ipso vetustiores credunt, uti qui nomine Moysis, & Core inscribuntur. Nec sane aliter sentiunt Psalmorum inscriptiones, & quæ in illis leguntur res gestæ, ac temporum notæ, quam quod illis Psalmis intermissi plures Authores ab ætate Davidis remotissimi operam suam contulerint. Idem etiam Scriptura insinuasse visa est, cum pari gradu quo Davidem, Asaph constituat. Leguntur enim 2. Par. 29. 30. præceptisse Ezechiam Levitis, ut *laudarent Dominum sermonibus David & Asaph videntis sive Prophetæ*. Heman pariter & Idithum gradum tenent Propheratum ejusdem Principis [5], non ideo tantum quod scriptos a Davide hymnos cantarent; sed ipsi pariter Divino Spiritu afflati canendos scripserint.

Salomon qui Scriptura teste ad 5000. Psalmos scripsit [6], cur unam vel alteram ingenii sui Lucubrationem in Collectione Psalmorum ad usum Templi destinata habere non potuisset? Nec abs re credimus, Itaiam, Jeremiam, Ezechielem, Esdram, Aggæum, Zachariam carminibus pangendis operam navasse, solandis infortunitate populis, munieindique adversus utriusque fortunæ conatus, felices tritisque, pro variis temporum vicibus.

Daniel & Ezechiel in ipsa captivitate scribere aliquid potuerunt, quemadmodum Aggæus & Zacharias; ad quæ potissimum tempora spectare legimus plures Psalmos, quorum Authores ignorantur: neque enim fidem habendam credimus inscriptionibus Originali Hebræo præfixis. Psalmos nomina Adam, Melchisedech, Abraham, & Moysis præcederentes horum fœtus esse probandum Authoribus eatum Inscriptionum relinquimus. Videtur Rubeni eorumque clienres, qui decem Psalmorum Authores recendent, [7] videlicet Adamum, Melchisedechum, Abrahamum, Moysem, filios Core, Davidem, Salomonem, Asaph, Idithum, Ethan. Filios Core ante Davidem constituunt, rati liberos esse e Core ipso genitos, quos Scriptura teste Divinum prodigium, hiscente ad devorandum ipsorum parentem terra, servavit. Porro si eos Scriptores audias, Adam Psalmum 91. digessit, Melchisedech 109. Moyses 89. Salomon 72.

Ut aliquid Authorum contrariæ sententiæ rationibus reponamus, illud afferendum est, vulgares illas denominationes, quibus familiari sermone totum Psalterium designari dicimus: *Psalmi David* & *David sive Prophetæ* ait, minoris esse authoritatis: familiare est enim scitumque, ut nomina ex potiffima rerum parte deducantur. Nonne Epistolas Ciceronis appellamus, S. Augustini, S. Bernardi præstantium illorum Virorum collectiones, quamquam alioqui plures complectantur Epistolas, vel ab aliis ad illos scriptas, vel etiam ab illis prorsus alienas, sed argumento fervientes? Ita pariter altera pars N. T. qua simul continentur Epistolæ S. Pauli, aliorumque, *Apostolum* vel *Epistolas S. Pauli* nuncupamus; Possumus etiam authoritatem authoritate, usum usu revincere. Non deiunt cum Veteribus quamplurimis [8] tanior Recentiorum pars, qui *Psalterium* solo eo nomine vel saltem *Libri Psalmorum*, nulla facta Davidis mentione designent. *Psalterium* etiam, Davidis nomine suppresso pluries in N. T. laudatur [9]. Ultro quidem fatemur, majorem factorum Carminum partem, quorum Author innotuerit ad Davidem spectare; sed omnes eidem Authori tribuendos nullo excepto, vix & ne vix quidem credimus.

Inducenda essent alioqui prodigia, quæ non nisi summa necessitate jubente admittere oportet. Plures etiam Psalmorum inscriptiones sive rejeiunda sive ad violentum & minus prorum sensum detorquendæ. Quis credat Davidem Prophetæ Spiritu ab ætatum, non ad prædicendam tantum captivitatem Babylonicam te conferre, sed dele tribendam pariter, & vehuti in medio captivorum vertandum, imploramdamque a Deo veniam, quasi sceleret sceleribus suis illum in se turbinem provocassiet; pingere etiam

(1) *Præfat. in Psal. & in Psal. 51. pag. 446. n. 2.* (2) *Epist. ad Sophron. 134.* (3) *Tit. 2. Collect. Græc. PP. pag. 70.* (4) *Euseb. Præfat. in Psal. pag. 7. & Præfat. in inscript. Psal. 2. Vide & in Psal. 41. & 60. & 62.* (5) *2. Par. 35.* (6) *3. Reg. 4. 32.* (7) *Vide Rab. Salom. Lyran. Dru. Cajet. Epist. 19.* (8) *Origen. Hilar. Gregor. Nazian. Cyril Jerosolym. Conc. Laodic. Epiph. Hieron. Innoc. I. Damasc. Nicetb. &c.* (9) *Act. 1. 2. Luc. 24. 44. Ephes. 3. 19. Coloss. 3. 16.*

Babyloniorum crimina; de injusta eorum oppressione queri; rogare Dominum ut obstrictam olim Davidi fidem suam liberet, illius Principis genus Regno restituat, Israelem in suam regionem reducat; futuram deeem Tribuum cum Juda conjunctionem prædicere; Levitarum querelas super eversione Templi, eorumque ad Babylonios, ad canendas carmina Sion invitantes, responsa narrare? Quis scriptos a Davide Psalmos crederet, ut Domino gratularetur de receepto concessæ a Cyro libertatis nuncio; sicut & alios recreandis in itinere Israelitarum e captivitate redeuntium animis? Quis Davidem Authorem dixerit Carminis pro adventu Israelitarum in Palæstinam, dedicatione Secundi Templi, & reparatione ac dedicatione mœnium Jerusalem? Tanta ne facile Lectorum animi capient? tanta mens æquo de rebus judicio fœcendo assueta patietur? Nihil horum quidem impossibile, fateor; sed plura sunt, quæ fieri cum possint, vix tamen, ac ne vix quidem mentem ad eredendum adducerent.

Rarum est enim & fermc inauditum, Deum Prophetis suis exigendam de populo suo ultionem revelasse, antequam populus ille criminibus implicaretur, quorum merito eam in se ultionem provocasset. Cum Isaias annunciandam Judæis captivitatem Babyloniam susceepit; cum everſionem Urbis & Templi prædiceret; cum tandem ad lætiora conversus post ultionem veniam sperandam, soluta captivitate per liberatorem idest Cyrum a Domino exeitandum, edicit, cœperat jam iniquitatis mysterium revelari; crimen, impietas, Idololatria Regum & populi Juda & Israel eo devenerant, ut insignem quamdam ultionem a Domino extorquerent; implendæ malorum mensuræ nihil expectabatur reliqui. Scelera Roboami, Abiæ, Athaliæ, & Achaz Dominum in Regnum Judæ animaverant. Nihil tale Davidis ætate; ipsum Salomonis lapsum & Israelis a Juda secessionem, quamvis alioqui sub ipsis Sancti Regis oculis compleuda mala, ne nosse quidem prophetico lumine tat clare videtur. Minari contentus Deus ultionem suam in posteros sancti Regis, quos dicto audientes non habuisset, nihil tamen expressum voluit, quo eorum futura prævaricatio designaretur. Alienum igitur a vero censemus, Davidem Psalmos ad captivitatem Babylonicam spectantes scripsisse, nedum eos quiad solutę ejus captivitatis tempora pertinent.

Sunt quæ nomina Asaph, Core, Eman, Idithum &c. in inscriptionibus Psalmorum, Musicos quibus canendas lucubrationes suas traderet David, designasse crediderint; nec sane vera illos suspicari quandoque ipse quidem negaverim. Sed hæc omnibus nominibus, quæ forte in titulis leguntur, quadrare minime conceslerim. Profecto si inscriptionum nomina numquam carminis Authorem designant, neque ipse S. Vates eorum Author habendus est, quorum titulo adscribuntur; æque enim Davidis nomen legitur quemadmodum Asaph, & filiorum Core. Si quid Davidi præ illis faveret, illud esset, nimirum Sanctum Regem Divino Spiritu afflatum fuisse, sed afflatos eque filios Core, ceterosque elogia *Videntis* & *Prophetæ* a Sacra Scriptura referentes, tum Scriptura ipsa, cum plurium Patrum auctoritas ne dubitare quidem permittunt. Quoad nomina Aggæi, Zachariæ, Ezechielis, Jeremiæ, & Moysis, quæ in nonnullis inscriptionibus leguntur, alterius discquisitionis res est, in argumentis Psalmorum tractanda. De titulis eos tantum & non sine prævio examine probamus, quos Hebraica veritas servat reticineque.

Persuasum etiam tenemus, unius tituli indicium minus esse, quam ut judicium ex illo sive de Authore sive de Carminis argumento petatur? nisi forte respondere titulo ipsi Textus sententiæ deprehendantur. Plures leguntur Psalmi Davidis nomine inscripti, alterius tamen ab illa Authoris; & plures viesim alterius vel saltem nullius nomen præferunt. Davidi tribuendi; ut semel admisso eo ordine chronologico, quem nos instituimus, 50. tantum ab eo Principe scripti admittantur, intra illud temporis spatium quod a mota per Saulem persecutione usque ad initum a Salomone Regnum intercedit; non excluſis pariter ab eo numero omnibus ferme Psalmis morales institutiones complexis, qui nulla temporis adscripta nota vagantur. Sancto Regi omnes assignamus, quos ejus ætate, & sub ejus Regno scriptos suspicamur, quamvis non incongrue reputari potuerit, Asaph, Eman, Idithum nonnullos pariter extidisse, vel ejus Regis laudibus celebrandis, vel in Epinicium relatæ ab illo de hostibus victoriæ, vel opi a Deo implorandæ.

Psalmi omnes, Asaph, Eman, aliorumque Cantorum, qui sub Davide celebrabantur, nomen præferentes, illis tamen Authoribus tribuere omnes vix possumus; nisi fortè eorum vita usque post captivitatem produceatur; cum plerique five ad tempus captivitatis, five ad eam solutam pertineant. Compertum habemus plures fuisse in Juda Cantores nomine Asaph appellatos, cum familiare apud Judæos fuisse, quemadmodum apud nos etiam obtinet, credamus, ut ejusdem familiæ plures posteri avorum illustre aliquod nomen perpetuarent. Contigit etiam aliquando, ut nomen illud in familiæ appellationem transiret; quemadmodum de Cæsaribus apud Imperatores constat. Facile etiam nomen Asaph in titulo positum designat, qui potissimum Cantorum ordo huic Psalmo canendo destinaretur; notus erat enim ordo Asaph inter Cantores; vel saltem eo titulo scriptum proditur carmen ab aliquo ex genere Asaph, qui illustre in familia sua nomen suæ lucubrationi adscripsit. Illud saltem fine controversia positum judico, plures Psalmos nomen illud præferentes, ætatis esse & ab Asaph, & inter se remotissimæ; neque etiam dubitare permittimur, a David usque ad novissimam Hebræorum & Templi eversionem per Nehemias, ordinibus Levitarum veterum suorum Authorum nomina manssise. Qua semel hypotheſi constituta posteris Asaph omnes eos Psalmos tribuendos censemus, Asaph nome n præferentes, qui ad 12. recensentur. Psalmus 77. victoriam canit relatam ab Asa in Regem Israel, five in decem Tribus. Psal. 72. alteram a Josaphat in Ammonitas & Idumæos. Exeidium exercitus Assyrii sub Sennacherib celebratur in Ps. 75. Ceteri vero Psalmi ad captivitatem Babylonicam pertinent. Tandem Psalmus 80. nullum temporis indicium præseferet; sed facile five ante five captivitatis tempori five post eam solutam assignandus.

Legimus filiis Core Psalmos inscriptos, quos sane ab ipsis Core liberis e paterno infortunio Divino prodigio servatis scriptos supra improbavimus. Qui ergo nomine illo designantur, Levitę ejusdem Core posteri censendi sunt. Omnium primus eo nomine inscriptus occurrit Psalmus 44. ad nuptias Salomonis, uti quidem ereditur, pertinens; alii captivitatis Babylonicę gratam referunt; nonnulli ut Ps. 45. & 46. & 47. & 80. usque post eamdem captivitatem retrahendi. Singularis eorum indoles in solandis, molliendis animis, atque lętitię inspirandę, quod maxime in hisce Psalmis apparet, ipectabatur.

Psalmus 89. *Deus refugium factus es nobis*, alterum a Moysę, cujus nomen in titulo præseferet, Authorem flagitat; facile, uti quidem cum peritissimis Interpretibus opinamur, aliquem ex ejus posterisordinem Levitarum consentibus, quorum erat canendorum Dominо carminum munus. Novem ordine succedentes nullo Scriptoris nomine inscripti, ad eosdem filios Moysis facile pertinent, & captivitatis ætatem produnt. Non abs re suspicamur Pſs. 95. & 96. & 97. & 98. & 99. simul omnes ad dedicationem secundi Templi sub Zorobabele referendos. Psalmum 90. inter eos rejecimus, quorum nullum apparet ætatis vestigium; sed facile cum capesvitate five post ipsam componeretur. Porro scripti a Moysis posteris Psalmi elegantissimi & sublimes Authoris produnt in res poeticas ingenium.

Idithum, cujus est nomen in fronte Pſs. 38. & 52. & 76. clarus habetur in Libris Paralipomenon [1], & peritię fuę in canendo insignia exhibuit documenta sub Da-

(1) 1. Par. 16. 41. 42. & 25. 1. 3. 6.

David & Salomone. Ethan inter filios Merari appellatur 1. Par. 6. 44. Huic eanendum dedisse Davidem scripsum a se Psalmum 31. credimus, cujus carminis argumentum versatur in valetudine a Deo imploranda, cum gravi morbo, de quo tamen nihil in historiis laboraret Pſ. 61. ad motum Abialomi in Davidem perſequutionem ſpectat. In fronte Pſalmi 76. duo nomine Aſaph & Idithum leguntur, quamvis ex ſyntaxis Hebræę conſtructione ad Aſaph potius referendum cenſeam. Scriptus eſt captivitatis Babyloniæ tempore.

Ethan Ezraita vir ſapientiæ laude ſub Davide & Salomone inclytus [1], & primas inter Cantores Templi tenens, apparet in fronte Pſ. 88. *Miſericordias Domini in æternum &c.* quamvis alioqui ad captivitatem Babylonicam pertineat. Quare ex ejus poſteris aliquem carmen adornaſſe, ejuſque nomine inſcripſiſſe opus eſt. Aggæo, Zachariæ, Ezechieli & Jeremiæ tribuuntur Pſalmi nonnulli in Græco & in Vulgata, qua de re vide quid in ſingulis eorum Pſalmorum argumentis contulimus.

Duo nobis in examen revocanda ſuperſunt: 1. An Pſalmorum Authores immediatæ, an potius ſtudio ante parata cantarent? 2. An Pſalmi nullo titulo inſcripti, quorum ætatis nullum ſupereſt veſtigium, ad præcedentium Pſalmorum Authores & tempus referantur.

Ad primum quod ſpectat, Euſebius, & S. Athanaſius [2] imparatum Pſalmos dictare ſanctum Regem & immeditatum cantare autumarunt. Euſebius itaque c. 8. Pſalmum 56. *Miſerere mei Deus, miſerere mei*, e veſtigio ſcriptum a Davide credit dum in caverna Odollam latitaret; ſicut & in altera caverna Engaddi ſe continente alterum 141. *Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Dominum deprecatus ſum.* Fatetur tamen, in noviſſimo hoc carmine pangendo nec lyram pulſare ſanctum Regem, neque Pſalmum ipſum cantare permiſſum, metu ne eo indicio a Saule proderetur. In eadem caverna Odollam ſuorum armis protectus alterum Pſalmum 56. cantavit, poſtquam ex aula Achis ſeſe ſubduxiſſet. Tradit idem Euſebius in Pſ. 53. ſanctum Regem numquam in itineribus ſuis lyram, charum ſibi inſtrumentum, non detuliſſe, unde in pangendis exændiſque Dei ſui laudibus afflicto ſibi quærerer ſolatium. Et in Præfatione Pſs. tuetur, Davidem, veluti Prophetarum omnium Coryphæum, ſempet in Tabernaculo verſari, lyram pulſantem, & carmina cum cereris Prophetis & Cantoribus ſundentem, audientemque, juxta quod ſingulos Divinus Spiritus animaret.

S. Athanaſius in Pſ. 53. narrat Davidem, cum Sauli ſe proditum a Civibus Ziph intelligeret, atque adfulgenze ſibi Spiritus Sancti lumine exulorum ſe manus perſequutoris haberet compertum, lyram pulſantem ceciniſſe & veſtigio Pſalmum: *Deus in nomine tuo ſalvum me fac.* Æqua Patres illi opinantur, in ea qua tenentur perſuaſione, Prophetas non niſi organa eſſe Spiritus Sancti; eoſque ſemel divino certo abreptos totos ſe illi permiſiſſe, ut ore ſuo & voce ad arbitrium uteretur.

Sed hæc ne ultro admittantur facit, 1. Pſalmorum Davidis pleroſque ſævientis cujuſdam mali occaſione dictatos; & in ipſo veſtibulo Vatem terrorem ſuum prodere, tum malum illud veluti ſi oculis ſpectaret depingere tandem Dei opem implorare, atque de impetrata a Deo liberatione lætare. Quod nos in plurium Pſalmorum Præfationes tedulo animadvertimus [3]. Scripta ſunt igitur carmina in gratiarum actionem poſt ſubductam procellam, & voluti cum in tuto res eſſent.

2. Spiritus Prophetiæ orium quærit & mentem ab affectuum tempeſtate tranquillam; vix enim cum indignatione, dolore, & timore conſiſtit; quemadmodum exemplo Eliſei Prophetæ 4. Regum 3 15. demonſtratus. Aeciri enim juſſit inſtrumentis cantorem, ut agitatum ſpiritum ſedaret, atque in tranquillum animus illabenti Spiritui Sancto excipiendo compararetur. Quæ cum ita ſint, quomodo David tot malorum turbis agitatus, veluti ſi in tranquillitate & quiete verſaretur potuit carmina ſcribere; ſive cantare? Nonne magis congrue opinaremur, nonniſi poſt diſcuſſam procellam in otio & quiete carmina illa dictaſſe?

Tertiam aliam rationem addit D. Ferrandus ex ipſa carminum indole petitam [4]. Eſt enim illud merri genus, ſtudium poſtulans & vacuam a curis mentem.

Carmina ſæceſſum ſcribentis & otia quærunt.

Divini Spiritus afflatus non ita ſemper mentibus hominum illabitur, ut ſtudium omne & meditationem prævertat; neque enim deſiruendis hominum affectionibus atque naturalibus corporis habitudinibus, ſed perficiendis, & in uſum convertendis deſcendit. Ipſe manum, ipſe ſpiritum Vatis deducens, artem ipſius ſuo operi ſervire cogit. Quædam ex ſacris Carminibus acroſtico artificio concinnata ſunt, quod ſtudium flagitat & meditationem. Tandem numquam a ſe impetrare valet idem Author, Davidem exulem, proſcriptum, inter cavernas pererrantem, & e deſerto in deſerta dilabentem, tantam pro lyra ſua curam habuiſſe, ut numquam illam dimitteret; ſed paratam ſemper haberet ad melodiam aliter plane quam afflictæ ejus res flagitabant.

Ad alteram quæſtionem quod ſpectat, an ſcilicet Pſalmi nullo Authoris nomine inſcripti ad præcedentium Authores referendi ſint; eam ſane opinionem eſſe Patrum, & vetuſta Judæorum traditione teneri, quę paria opinatur de ſcriptis Prophetarum nullo Authoris titulo præfixis, & de Prophetis, quorum miſſionis certus annus nullus legitur in Operis fronte, alibi animadvertimus [5]. Regulam illam ſibi pariter proponendam cenſeat doctiſſimi Interpretes & nos etiam plerumque adoptamus; niſi ſi forte evidens Textus veritas deſerendam quandoque perſuaſerit. Uſi ſumus e. g. eum poſteris Moyſis tribueremus deeem Pſs. poſt Pſ. 89. *Domine refugium factus es nobis*, proxime ſuccedentes. Axioma eſt tamen ſuis exceptionibus obnoxium, nec tamen minus verum, cum ibi, ſicut in cetoris, exceptio regulam firmet [6].

DIS-

(1) 3. *Reg.* 4. 31. & 1. *Par.* 6. (2) *In Pſalmos.*
(3) *Vide argum. Pſſ.* 3. & 6. & 17. & 21. & 52.
(4) *Præfat. in Pſſ. cap.* 12. (5) *Diſſert. de Tituli Pſſ.* (6) Vide, ſi placet, Comment. in Prophetas minores, in quo ſæpius ab hac regula recedimus; nec unquam niſi poſt ſerium examen admittimus.

DISSERTATIO

In Textum, & veteres Psalmorum Versiones.

❖❖❖❖❖

Articulus Primus.

Textus Hebraicus Psalmorum.

QUÆ ad Textus & antiquas Psalmorum Versiones spectant omnia, non ita disquirenda suscipimus, ut rem omnem tractemus : id enim non Dissertationem sed Volumen flagitaret. Ideam quamdam totius rei utcumque formandi consilium agitamus. Lectores minus eadem rerum instructos, voeum faltem, quas in Commentario adhibemus, significationem doceamus ; vocum, inquam, sæpius recurrentium, dum erisim Textuum & variantia referimus.

Textum originalem Psalmorum Hebraicum esse negaverit nemo. Eo proinde Versiones omnes referendæ, ut par de singularum merito judicium feratur, pro varia eum eodem Textu congruentia vel difformitate. Nec ideo tamen quod discrepantia aliqua inter Hebræum & versiones deprehendatur, statim judicium damnationis ferendum est, cum ex Versionum fide inrerdum Textus ipse fuerit corrigendus ; sed in pari causa & cum nihil suspicionis in Textus integritatem creari potest, ejus semper fides Versionibus præferenda.

Nullus esset posttemæ huic exceptioni locus, siquidem Textus Hebraici in nostris Bibliis integra maneret fides, quam olim, cum ab ipsis Authoribus scriberetur, præstetisset. Omut tunc abjecta mora ad fontem recurrendum esset, atque ex ejus puritate sinceritas Versionum restituenda. Sed cum intercidentibus jam inde Autographis, descripta ex illis tantum maneant Exemplaria, quæ eodem ferme ac ceteri Libri omnes fato, per manus hominum longa temporum serie decurrentes, eam fœcem contraxerint, quam ignorantia, præcipitatio, audacia Amanuensium induxit ; ideo suspicio aliqua de corruptione Textus admittenda est, sed parce admodum nec sine cautione sententia proferenda. Quare & Versionum indicio opus est, ut corruptiones illas Textus deprehendamus corrigamusque ; & vicissim Textu reformandis Versionibus juvemur, cum a vero originali sensu deviarint, sive Interpretum oscitantia, sive Amanuensium negligentia.

Inter omnes Scripturæ Libros Psalterium, obscurissimum illud, frequentissime transcribi contigit ; quæ duplex ratio, obscuritatis nempe & exscriptionis in causa fuit, quare, miere pre omnibus ab Amanuensibus foedaretur & mendis scateat in Hebræo frequentioribus, quam reliqui Scripturæ Libri omnes. Discrepat in omnibus fere Psalmis aliquid Hebræum inter & Septuaginta ; quod scilicet ad aliam, quam quæ hodie præferrur, legendi Textus Originalis rationem, referendum esse vix dubito. Neque omnium optimam Septuaginta Versionem defendendam suscipimus ; sed fateri tamen cogimur, eorum lectionem & pronum magis & naturalem sensum exhibere ; sicut & varias fuisse olim Hebræi lectiones apertissimo documento monstratur. Ex quo falsi arguitur Hebræorum jactantia, nunquam non integritatem suorum Librorum crepantium ; simulque adversus illos criticæ usus probandus teerentiusque optimis lectionibus defenditur.

Subjicienda (unt modo eorum omnium, quæ dixinius, exempla. Luculentum dedimus in Dissertatione ad illud Ps. 21. 18. quo loco Judæi legunt : *Sicut leo pedes meos, & manus meas* : cum Septuaginta, Vulgata, & Veteres alii Interpretes habeant : *Foderunt pedes meos, & manus meas*. In Ps. 36. 28. acrostico artificio, sive per alphabetum digesto ; litera *Hain* deest in Hebræo ; legitur vero in Septuaginta, quorum Textus præfert : *Injusti puniuntur &c.* Simili mendo in Ps. 144. 14. acrostico deest *Nun*, quam servant Septuaginta & Vulgata, legentes : *Fidelis Dominus in omnibus verbis, & Sanctus in omnibus operibus suis*. In Psal. 34. 27. legit Hebræus nostræ ætatis : *Et dicant semper : Magnificetur Dominus qui vult pacem servi sui* ; quo loco Septuaginta & Vulgata reponunt : Et dicant semper : *Magnificetur Dominus qui vult pacem servi sui* ; quæ sententia alteri ex Psalmo 39. 17. respondet in Hebræo, Septuaginta, & Vulgata his verbis conceptæ : *Dicant semper : Magnificetur Dominus qui diligunt salutare tuum*. Mendosa est igitur prioris Textus in Hebræo lectio.

Nec suspicione vacat illud Ps. 146. 8. *Et herbam servituti hominum*, quod in Hebræo desideratur Amanuensium oscitantia, cum in Septuaginta æque & Vulgata legatur. Parallela duo loca in Ps. 103. 14. & 41. 7. apertum pariter mendum exhibent, quod maxime apparet, si ambo hi Textus conferantur cum versiculis posttemis ejusdem & proxime sequentis Psalmi : habent autem : *Confitebor illi salutare vultus mei*, cum in Hebræo sit ; *Confitebor salutare vultus mei* ; quod plane alterum sensum reddit. In Psal. 48. 13. Hebræi lectio mendosa pro *Jabin* præfert *Jabin*, ut sit sensus : *Homo in honore non permanebit, non intelleget*. Contextus series in Psalm. 48. 12. fert, juxta ac Septuaginta, & Vulgata legunt : *Sepulchra eorum domus illorum in perpetuum* ; pro eo quod male in Hebræo est : *Intra eorum sua domus sua in seculo* ; quod absurdam plane sententiam reddit, non minus ac illa ejusdem Ps. vers. 19. *Laudabunt te cum bonefeceris tibi* ; cujus loco recte Septuaginta, & Vulgata : *Confitebitur tibi cum benefeceris ei*.

Nec minus vitiosus est Hebræus in Psal. 41. 5. cum pro eo quod bene in Vulgata, & Septuaginta redditur : *Transibo in locum tabernaculi admirabilis*, legit : *Transibo in numerum, incedam cum eis*. Titulus Psal. 9. habet apud nos : *Pro occultis filii*. In Hebræo vero *pro morte filii* ; perperam una voce *Almuth*, quæ sonat ibi *puellas*, in duas voces divisa. In Ps. 2. 12. Hebræus *Osculamini filium* ; Septuaginta *Apprehendite disciplinam* : uter mendosus ? In Ps. 3. 8. *Dentes peccatorum contrivisti*, legit Hebræus : Septuaginta, *Contrivisti dentes eorum, qui inimicantur mihi frustra* ; utriusque sententiæ sensus Textui congruit ; sed quę præferenda ? Ex eo sane argumentum deducitur apertissimum, Textus, quo Septuaginta utebantur, aliam fuisse lectionem a nostrę gratis Hebræo. Nec ego tamen dissimulaveerim, veiusios illos Interpretes corruptiorem aliquando Textum habuisse pre nostro ; cum jam inde ab eorum ętate menda in Textum originalem adfersus ecepiscopos. Sed purior erat tamen prę Hebrço nostrę ętatis. Apertissimum est etiam mendum in Hebræo Ps. 4. 3. cum lectionem Septuaginta & Vulgatę : *Filii hominum usquequo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem* ? ita depravet, *Reis* in Capite transmutatę : *Filii hominum usquequo inclyta mei ignominia ? se diligetis vanitatem* ? Paria obiectes in Ps. 78. 13. Septuaginta : *Operui in jejunio animam*

meam ; & Hebræus ; *Ploravi in jejunio animam meam*.

Uter melius, Hebræusne an Septuaginta legerint illud Psal. 7. 5. ambigo : Hebræus ita : *Si reddidi amico mala, & dimisi hostes meos vanos* : id est, tantum abfuit ut proximo nocerem, ut ne hostibus quidem gravis esse sustinuerim. Septuaginta : *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam ab inimicis meis*, seu potius, *Decidam ab inimicis meis inanis*.

Et in eodem Psal. vers. 12. Septuaginta & Vulgatæ hæc lectio : *Deus Judex justus, fortis, & patiens : numquid irascitur per singulos dies?* Hebræi vero : *Deus Judex justus irascetur per singulos dies*. Ps. 106. 17. Hebræus : *Stulti facti sunt propter vias suas* ; Vulg. *humiliati sunt*. In Ps. 11. 7. genuinam credideram lectionem : *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum septuplum* ; cujus loco habet Hebræus & Septuaginta : *Eloquia Domini eloquia munda, argentum confla-tum a Domino terræ, purgatum septempliciter*. In Ps. 143. 12. hanc Vulgatæ sententiam : *Eorum filii sicut germinata ut similitudo Templi* ; ita exprimit Hebræus : *Nostra filii ornata quasi anguli Templi* vel Palatii. Ego vero eamdem sententiam reddiderim : *Filii nostri sint sicut olivæ, ornate ut Templi ædificium*. Hæc latis : plura fi quis velit, adeat Commentarium, cujus utraque pagina similia præsert exempla.

ARTICULUS II.

Septuaginta Interpretum, & aliæ Græcæ Versiones.

QUÆ Septuaginta vulgari nomine præfertur Versio, omnium fine controversia vetustissima, appellationem suam debet Septuaginta & duobus Hebræis sapientissimis, quos accitos ferunt 300. circiter ante Christum natum annis in Ægyptum a Rege Ptolemæo Philadelpho, Hebraicis Scripturis in Græcum vertendis. Hujus historiæ veritatem, quod pluribus redarguatur, discutere non est hujus loci ; latis enim superque habemus, si ejus Versionis ætas vetustissima præ omnibus habeatur. Hic autem agendi de illa sumptimus occasionem, quod Latina Psalmorum vulgata Versio ex Græca Septuaginta adornata sit. Hujus igitur Versionis Psalterium modo excutiendum.

Editiones Septuaginta plures etiam apud Veteres ferebantur. Omnium optima habebatur, quam emendatam a se in Hexaplis suis Origenes constituerat. Hanc ceteris corrigendis & maxime Editioni, quam appellant *Communem*, Theodoretus (1) & S. Hieronymus (2) adhibuerunt. Quæ autem loca manca in Editione Septuaginta offendit Origenes, ex Versione Theodotionis ita supplevit, ut obelo seu veru illa notarit, quo facile a reliquo Septuaginta contextu distinguerentur. Hesychius Episcopus in Ægypto, & Lucianus Presbyter Antiochenus reformandis Græcis Septuaginta Editionibus aliquanto post Origenem operam dederunt. Quæ nostra ætate supersunt Editiones variant inter se ; nulla tamen ita ac Romana cum Complutensi collata. Posterior hæc fere congruit cum Hebræo, & Vulgata ; ut non immerito suspicemur, eos, qui illam recensendam in se susceperunt, plus operis contulisse ut Latino conformarent, quam ut ad veteres Mss. Græcorum, quæ in ea fere neglecta videntur, fidem redigerent. Romana plus consonat cum vetustis Psalterii Latinis, ceteris quæ testimoniis laudatis a Patribus Latinis, S. Hieronymo vetustioribus, vel ejus Versione minime usis. Plus etiam respondet Textui Græcorum Patrum, & Mss. ut proinde non immerito sola genuina & vetus Septuaginta Versio a Viris doctis reputetur ; cum interim Complutensem iterum in Polyglottis Antuerpiensibus, & Parisiensibus impressam, tamquam corruptam aliquam Versionem, & rapsodicam quamdam lucubrationem nullius authoritatis rejectant.

Græcam Septuaginta nonnullæ secutæ sunt novæ a Græcis adornatæ versiones, quas omnes editio Aquilæ, ad secundum Ecclesiæ sæculum pertinens, nempe ad A. C. 138. & Adriani 12. (3) vetustate superat. Porro Interpres ille vel ipsas vocum etymologias servat (4) ; *non contenziosius, ut quidam putant, sed studiosius verbum interpretatur ad verbum* (5). Post Aquilam prodiit Theodotion, vir Ponticus, qui a Marcionitis ad Judæos deficiens, circumcisione imbutus est. Septuaginta magis quam Aquilæ inhæret (6) ; mediumque versari inter servilem illius interpretationem & libertatem Septuaginta (qui lentum Authoris tetulisse contenti, nihil de verbis curant) S. Hieronymus (7) animadvertit. Post aliquod temporis, nempe sub Severo, novam Bibliorum interpretationem Symmachus aggressus est, præ Aquila & Theodotione liberiorem ; plus enim de sensu curat, quam de verbis Textus. Quanti Versionem illam æstimaret S. Hieronymus, satis demonstrat, cum eam ducem in sua V. T. interpretatione fere semper sequatur. Porro vir ille ex Samaritanis ad Judæorum sacra tranierat.

Præter has Versiones, quorum Authorum nomina noscuntur, duæ etiam a Judæis Authoribus, sed ignotis, adornatæ in Hexaplis legebantur. Laudatur illæ sub nomine *Quinæ & Sexta Editionis*. Sextam regnante Alexandro filio Mammææ invenit Origenes in doliis vel in lagenis fictilibus, olim continendis Libris & scriptis destinatis ; invenit, inquam, Nicopoli in Macedonia juxta Actium. Simile vas in Jericho Palæstinæ sub Caracalla filio Severi, *Quinarum Editionem* Origeni iusserit. Omnium earum Versionum, excepta Septuaginta sola, supersunt fragmenta ; ut de eorum methodo dubitasse nihil excusari possit prudenti. Fusius idem argumentum tractat R. P. D. Bernardus Montfaucon in nova Editione Hexaplorum. Levius nos, & quantum scire fas est iis, quos fontes consuluisse non vacat, egisse non pœnitet.

Porro Versiones istæ omnes universam Scripturam complectuntur ; septima alia Versio, Psalterii tantummodo, innotuerat. Omnes collegit Origenes, & in Codice in sex columnas e regione sese spectantes distributas hoc ordine collocavit. 1. Septuaginta legebantur. 2. Aquilæ. 3. Theodotion. 4. Symmachus. 5. Quinta Editio. 6. Sexta Editio. Hisce constabant Hexapla tota antiquitate celebratissima. Accedebat his omnibus scriptus literis Hebraicis Textus originalis ; tum & idem Textus Græcis literis, in gratiam Hebræi elementa ignorantium, expressus. Nec deerat septima Versio Psalterii, sed cum unius tantum Libri translationem referret, ideo tamquam parergon aliquod seriptum separatum est. Quare totum Origenis Opus licet septem columnas in Psalterio haberet, adhuc tamen Hexaplorum nomen retinuit.

D. Ferrandus Præfat. in Psal. cap. 5. §. 2. defendit, Versionem Latinam Psalmorum ex veteri Septuaginta expressam fuisse, antequam hæc ab Origene, Helychio, & Luciano recensereatur. Id sane negare audeat nemo, cum ante Origenem ceterosque obtinere in Ecclesiis Latinis Versio, ex eo proinde Textu expressa, in quem nihil Viri illi doctissimi contulerant. Sed ea pariter affertione fatendum est, Latinam Psalmorum Versionem, qua utimur, alteram fuisse ab ea, quam Latini PP. adhibuerunt ; quemadmodum ex vetustis Psalteriis impressis pariter & Mss. a Vulgata non raro discrepantibus, luce clarius

(1) *Theodoret. in Psal. septim.* (2) *Epist. ad Juniam, & Fretell. Ea Editio, quæ habetur in Hexaplis, & quam nos vertimus, ipsa est, quæ in Eruditorum Libris interrupta & immaculata Septuaginta Interpretum translatio reservatur.*

(3) *Epiph. de Ponder. & Mensur.* (4) *Hieron. lib. 2. adver. Rufin. ad finem, & Epist. ad Pammach. de optimo genere interpretandi.* (5) *Hieron. ad Damas. t. 2. nov. Edit. pag. 567.* (6) *Epiph. de Ponder. & Mensur.* (7) *In Rufin. l. 2. Præf. in Evangg. ad Damasum.*

clarius in Notis ad oram inferiorem noſtri Commentarii rejectis demonſtramus. Fuſius ea de re, cum de Verſionibus Latinis agendum eſt.

Verſio Græca Septuaginta magis pronum aliquando, apertum, & naturalem ſenſum præ Hebræo noſtræ ætatis, Verſionibus Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis præfefert; quo documento intelligimus, Textum Hebræum poſteriorum illorum Interpretum ætate eumdem ferme corruptionis gradum, quem hodie tenet, attigiſſe. Additamenta quædam, maxime in titulis Pſalmorum, Græci ſibi adjungenda præter fidem Hebraici Textus, cenſuerunt; quod alii ipſis Septuagintæ deputant: alii ex Hebræo Originali derivata arbitrantur. Sed non abs re ſuſpicamur, mera eſſe Judæorum Helleniſtarum inventa; quos ſane Judæos uſos conſtat Verſione Septuaginta, tum ante Jeſu Chriſti ætatem, cum aliquanto etiam poſt, tradente Tertulliano, legi illam ætate ſua in Synagogis conſueviſſe [1]. Sunt etiam ex iis inſcriptionibus, quæ poſt inceptam Religionem Chriſtianam manu Chriſtiani alicujus inſertæ ſunt [2]. Quæ autem in ea re variantia inter Exemplaria Septuagintæ deprehenduntur, Græcorum libertatem in recenſendis Sacris Codicibus ſatis produnt. Plura enim immutata, plura omiſſa; capitum & titulorum, quin & Textuum pariter [3] ordo præpoſtere inverſus. Majori religione Latini integritati Sacri Textus ſtuduerunt. Ad Pſalmos quod ſpectat, Septuaginta Editionis Romanæ ſatis congruunt cum vetuſtis Patribus Græcis, & Latinis; ſed non immerito ſuſpicamur, S. Hieronymum, tum maxime cum ſecundis curis Vulgatam reformavit, ad fidem Hebraicæ veritatis reddidiſſe, iis ex variis lectionibus Septuagintæ retentis, quæ maxime Originali congruerent.

Nec prætereundum, ex variantibus plura non niſi e diverſa unius ejuſdemque Græcæ vocis lectione reſultare. Ita uſurpatur interdum *miſericordia* pro *unctio*, & *oleum*; quod Græcum *eleos* miſericordiæ, ſatis conſonet voci *elaion*, oleum [4]; quemadmodum oſcitantia Amanuenſium legitur *gradibus* pro *gravibus* [5]. Græcum *karoi* æque deſignat & eadem aliquam magnificam & pondus; quare Interpres poſtremum ſenſum præpoſtere ſequitus, Latine reddidit *gravibus*; & cum nihil ea vox in contextu ſonaret, levi tranſmutatione, ſed non levi mendo, ſubſtitutum eſt *gradibus*. In Pſal. 4. 5. quo loco nos legimus: *Compungimini*, ex levi literarum tranſmutatione S. Auguſtinus legebat: *Aperite* [6]; ſicut & in eodem Pſalmo ex eadem ratione habet: *A tempore frumenti* pro *A fructu frumenti* [7]. Et in Pſal. 16. 15. hæc Vulgatæ verba: *A paucis de terra divide eos*, reddita ſunt: *Perdes eos de terra*; alii habent: *Dimittens eos de terra*, Græco *Apolluon*, perdens, ſive *Apolluon*, dimittens, ſubſtituto alteri Græco *Apo oligon*, a paucis. Ita pariter ubi nos legimus, *Saturati ſunt filii*, Veterum plures habebant: *Saturati ſunt porcina*; mendo ex literarum hallucinatione derivato. Alio in loco Græcum *Diakones*, ſuperva-cuc, reddituin eſt *Dienekes* inceſſanter [8]. In Pſalmo 38. ubi nos: *In manibus tuis ſortes meæ*, habent alii ſcripturæ mendo deceptiſ: *In manibus tuis tempora mea*. Quid? Illud Pſalmi 28. 1. *Afferte Domino filii Dei, afferte Domino filios arietum* nonne ex gemina unius & ejuſdem vocis in originali poſitæ ſignificatione factum eſt illud *filii Dei filios arietum?* una enim Originalis vox reddi poteſt *filios Dei*, & *filios arietum*.

Legeſis Epiſtolam S. Hieronymi ad Suniam & Fretellam, in qua plura varianteum ejuſmodi exempla, tum & criticæ quædam animadverſiones in Textum Septuaginta & Vulgatæ. Ex ea Epiſtola axioma illud derivamus, quo claudendum hunc noſtrum artieulum arbitramur. *Sic omnino pſallendum, ut ſit in Eccleſia; & tamen ſciendum quid Hebraica veritas habeat: atque aliud eſſe propter vetuſtatem in Eccleſia decantandum; aliud ſciendum propter eruditionem Scripturarum.*

ARTICULUS III.

Verſiones Latinæ Pſalmorum.

QUamquam frequentiſſimi ante Jeſu Chriſti ætatem in Italia pariter & in Urbe verſarentur Judæi, nullam tamen Latinam Bibliorum Verſionem habuiſſe ante conſtitutam Eccleſiam Chriſtianam videntur. Lectionem illi audiebant Sacrarum Scripturarum ex Codicibus Hebraicis vel ſaltem Græcis, quos ſermone nullus magis familiaris tum Romæ, cum Judæis, qui omnes ex Orientalibus & Græcię maxime regionibus illuc tranſmigraverant, habebatur. Prima Latina Pſalterii Verſio a Chriſtiano adornata creditur in gratiam eorum, qui Hebraicas Græcaſque literas ignorabantſque ſane Verſio caliginoſam adeo vetuſtatem præferet, ut neque de Auctore quidquam, neque de ætate innoteſcat. Expreſſam tantum conſtat ex Græco, ab ipſo Apoſtolorum ſæculo, & in Eccleſia Latina uſque ad Verſionem S. Hieronymi obtinuiſſe. Nec alteram norat in publico Officio Eccleſia Romana, uſque ad S. Pium V. qui Veteris Italicę uſu Romę abolito, (ea tamen nonnullis in locis, ubi hodie etiam manet relicta) Vulgatam ſubſtituit.

Fruſtra ad invidiam in ejus vetuſtatem creandam, barbariem Verſionis illius opponunt; ultro enim concedimus, voces quaſdam occurrere non deſecatę Latinitatis; neque repugnamus Neronis, Veſpaſiani, Domitiani, & Trajani ætate viros ingenuos & politioris litteraturę, ſicut & Latinam originem referentes, ac tandem Latinis literis excultos, puriori Latinitatis eloquio uſos, quam quo Author in vertendis Scripturis. Sed Apoſtoli eorumque Diſcipuli parum de ſtilo & eloquii puritate curabant; eo ſolum contenti, ſi veritatis vim totam exprimerent; quin & dignitati myſteriorum congruere arbitrabantur, ut ſola majeſtate ſua, non adſcitiis humanę eloquentię ornamentis niterent [9]: *Loquimur non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina Spiritus*. Hanc igitur ſtili elegantiam perinde ratus ac nihil Scripturarum Interpres ille, cenſuit abjiciendam; nec abs re etiam ſuſpicaremur, Interpretem illum, cum originem Latinam non referret, plus literas Græcas, quam Latinas calluiſſe. Non ſane aliud ſtabat illi conſilium, quam ut integra fide exacteque Textum redderet quam in rem periodorum artificium, vocum elegantia, eloquii puritas nihil contuliſſet. Hanc fidelitſimi Interpretis ideam noſter explevit omnem, & alio quocumque facile perfectius, qui ſeligendis collocandiſque verbis majori religione ſtuduiſſet. Intentus ille verbis verbo reddendis nec ingenium ſuum elegantiamque commendare cogitavit unquam, quem ſingularem eſſe Sacrorum Authorum characterem ceterorumque priorum Latinorum Scripturę Interpretum conſtat. Dei verbum pręomni elegantia cultuque elegantius eſt & comptius. Quid? priores illi Græci V. T. Interpretes quamquam ad auream literarum Græcarum ætatem ſpectantes, elegantiam ne proinde puritatemque ſermonis affectarunt? Non arbitror; ſed vim illi totam Originalis ſui reddere ſtuduerunt.

Sunt qui quærant, an Pſalterium, cujus eſt hodie in Officio Eccleſię Latinę familiaris uſus, idem ſit ac Apoſtolicum; quibuſque gradibus ad eam authoritatis dignitatem aſcenderit, in qua collocat Tridentinum, ipſam eamdem Editionem eſſe infinuans, quę *longo tot ſæculorum uſu in ipſa Eccleſia probata eſt*. Quorum interrogationi ut fiat ſatis, operæ

(1) *Apolog. cap.* 18. (2) *Pſal.* 66. *Canticum Pſalmi Reſurrectionis*. (3) Confer *inverſiones in Libris Regum, Proverbiis Salomonis & Verſionibus Iſaiæ & Jobi*. (4) Pſal. 91. *Eleo pieni*: *Miſericordia pingui. & I eo pingui*.

(5) *Pſal.* 44. 9. *A domibus eburneis*. *Legunt Veterum plures a gradibus eburneis*. *Septuag. Apo barton elephantinon*. (6) *Aug. in Pſal.* 4. *Aperite*. *Legebat ille Catacuigete pro Catanygete*: *Compungimini*. (7) *Apo caireu pro Apo carpon*. (8) *Pſal.* 24. 3. (9) 1. *Cor.* 2. 13.

rę pretium est animadvertisse, S. Hieronymum, cum Romam venisset circa A. 382. hortatorem habuisse Damasum Pontificem corrigendę Editionis Latinæ Psalmorum ad fidem Græci Septuaginta a quo non semel discrepabat. Paulo Vir Sanctus ted tumultuatio opere. *Licet cursim magna illud ex parte correxi* [1]. Eo Codice usa primum Ecclesia Romana: deinde ad alias Ecclesias sed minori successu delatus est. Populi enim longo usu antiquæ illuctī Versioni Sancti Doctoris correctionem negligebant, ut non multo post tempore totum Opus inimis fateretur. *Quod quia ruosus videtis, scribit* ille ad Paulam & Eustochium, *Scripturam vitio depravatam, plusque antiquum erroremi, quam novam emendationem valere.* Quare a duabus hisce Matronis rogatus, circa A. 384. novam ipse Versionem Latinam, cum Bethleem versaretur, e Textu Septuaginta expressam suscepit. Nihil eo Opere aceuratius; namque inter obelum aut verū (÷) & duo puncta (:) totum illud clausit, quod in Septuaginta redundabat: ac vicissim quidquid ex Hebræo & Versione Theodotionis addidetat, intra asteriscum (*) & duo puncta complexus est. De editione hac sua scribit ille ad Sophronium: *Quoniam* (Septuaginta) *translationem diligentissime emendatam olim meo lingua hominibus dedi.*

Tandem aliquot elapsis annis, eodem Sophronio hortante, totum Psalterium ex Hebræa veritate experimendum aggressus est; experimento enim norat idem Sophronius, sibi cum Judæo quodam disputanti plura Psalmorum testimonia e Septuaginta deducta a Judæo negari, contendente aliter legi in Hebræo. Hanc igitur provineiam aggressus S. Hieronymus ita confecit, quemadmodum hodie etiam apparet in veteribus Mſſ. & Impressis ejusdem Sancti Doctoris. Altera ab ista Versione censenda est illa, quæ hodie sub Vulgatæ nomine obtinet; multumque ab illa abludit; quare cum alterutra confundi oportet, sive nempe cum priori Romæ, sive cum altera in Bethleem adornata.

Sed & emendatum Romæ Psalterium diversum esse a Vulgata constat; illud enim in eadem Ecclesia pluribus sæculis obtinuisse, & modo etiam in Ecclesia Vaticana receptum scimus. Legitur etiam in pluribus Impressis & Mſſ. ut ipso oculorum testimonio diversum esse a Vulgata liquet. Itaque statuendum est, Vulgatum, & Concilii Tridentini definitione probatum Psalterium cum secunda Versione S. Hieronymi confundendum. Scribit quidem vir Sanctus ad Paulam & Eustochium se veterem editionem correxisse, quod scilicet veteris ejusdem Editionis verba, quanium res patiebatur, servasset. Sed in Epistola ad Suniam & Fretellam idem opus aperte *novam Versionem* appellat; quod nempe adeo priorem reformaverat, ut nova jure meritoque dici potuisset, expressa e Textu Hexaplorum, ea ætate probatissimo.

Cum tamen maximi ea res momenti habeatur, & opiniones de illa variene plurimum, fusius in præsentia disc urienda est. Ac in ipso inquirendi limine animadvertendum est, menda quædam in postremam hanc Versionem post S. Hieronymi ætatem lapsu sæculorum irrepsisse; unde factum, ut sententiæ ex illa laudatæ cum primæva illa Translatione ab ipso adornata non satis congruere deprehendantur. Quod P. Martianæo [2] periuasit, nosttam Psalterii Vulgatam aliam plane esse a Veteri Italica, ante S. Hieronymum obtinente, & a nova Translatione Latina ab ipso S. Doctore in Bethleem adornata, quippe quæ ex utrlusque admixtione consset: Arduum erat equidem & operosum ex hominum manu totam fimul abtipuisse Scripturam, cui longo sæculorum usu assueverat; quod autem in ejus generis Opere parum aliquid reformaretur, pro nihilo habebatur [3]. Nobis idem esse Opus fat est; nihilque moramur variantia quædam in Translationibus Scripturæ numquam evitanda.

Valsridus Strabo diuerte asserit, ætate sua [4] (sæculo decimo) Ecclesiam Romanam Psalterium legisse *secundum Septuaginta Interpretes*; *Galli, & Germani*, addit, *aliqui secundum emendationem, quam Hieronymus Pater de Septuaginta editione composuit, Psalterium cantant.* Subjungit demum, S. Gregorium Turonensem ex Urbe in Gallias contulisse Psalterium e Græco Septuaginta a S. Hieronymo expresum. En igitur duo Psalteria plane diversa, alterum in usum Ecclesiæ Romanæ, alterum Gallicanæ; utrumque ad normam Septuaginta; sed primum tantummodo emendatum, alterum vero de integro translatum: *Quam Hieronymus Pater de Septuaginta Editione compsuit.*

Berno Abbas Augiensis [5], sæculi undecimi Scriptor, tradit pariter, S. Hieronymum translarum opera sua e Græco in Latinum Psalterium Ecclesiis Galliæ & nonnullis Germaniæ cantandum tradidisse; unde huic Translationi nomen, *Psalterium Gallicanum. Romanis vero*, addit ille, *adhuc ex corrupta Vulgata Editione Psalterium canentibus.* Porro ipsa eadem est Versio, quam S. Hieronymus jussu Damasi Pontificis reformandam iuiceperat; in qua deinde successu temporis idem S. Doctor fassus est, *Plus antiquum erroremi quam novum emendationem valere.* Narrat insuper idem Berno, Romanos Psalmorum cantandorum morem in Gallias invexisse; ex quo factum, ut in Divinis officiis ex Veteri Vulgata Romana quædam in Psalterium Gallicanum irrepserint quæ nec facile distingui possint, addit ille, & eam varietatem ignorantibus non parum negotii facessant.

Idem plane in nostro Ecclesiastico Officio animadvertere licet; in quo Psal. *Venite exultemus* e. g. integer legitur juxta Psalterium Romanum; quod scilicet olim Psalmis iste velut Hymnus quidam habitus semper cantaretur. Antiphonæ Veiperarum, Matutini, & Laudum maxime in Officiis Sanctorum ex Romano Breviario deiumptis, Introitus Missarum, & postiſſimum Antiphonæ & Responsoria tridui proxtremi Hebdomadæ sanctæ, cum Graduslibus & Tractibus eorumdem dierum, satis a nostra Vulgata discrepant, quod ex Psalterio Romano, integro 15. sæculorum ſpatio Romæ obtinente, derivati sint.

Aliud pariter nec minoris momenti idem Berno animadvertit; inde nimirum factum esse, quod in nonnullis Bibliis Psalmi in tres columnas, digererentur; quarum primam occupabat Psalterium Gallicanum; alteram Romanum; tertiam Hebræum. Id equidem ſpectatur in veteribus nonnullis Mſſ. quorum duo sunt in Abbatia S. Petri Carnotensis, & alterum in Bibliotheca Sorbonica. Manuscripta etiam quædam duabus columnis deperdita habent Psalterium Romanum & Gallicanum; Hebræo ex Versione S. Hieronymi neglecto. In duplici illo Mſſ. Carnotensi, prioris columnæ frons titulum præfefert: *Secundum Hebr.* Alterius: *Secundum LXX.* Tertiæ: *Secundum Grec.* Mediæ columnæ titulus: *Secundum Septuaginta* indicat Vulgatam vel Psalterium Gallicanum cum fuis obelis & asteriſcis, quos S. Hieronymus adiecipserat. Tertiæ columnę Textus sine obelis & asteriſcis Psalterium Romanum præfert satis consonum Veteti Vulgatæ ante S. Hieronymum obtinenti; idemque Opus, quod S Doctor Romę versans infelici successu correxerat.

In Codice Sorbonico præfixa Psalterio atrium columnarum hęc in rem præsentem leguntur: *Psalterium quod secundum Septuaginta Interpretes in omnibus Ecclesiis cantabatur Hieronymus correxit; quo itetum viriate Psalterium novum compositt, quod a Septuaginta Interpretum editione non multum discordaret, & cum Hebraico multum concordaret. Hoc Psalterium*, addit, *Damasus Papa rogatu Hieronymi in Gallicanis Ecclesiis cantari instituit, & propter hoc Gallicanum vocatur: Romanis Psalterium secundum Septuaginta retinentibus, sibi propter quod Romanum vocatur* [6].

Bru-

(1) *Hieron. Ep. ad Paulam in capite Psalterii. Vide & Prefat. ad Sophron.* (2) *Prolog. in 1. 1. nov. Edit. S. Hieron.* (3) *Vide Prefat. ad 1. 4. nov. Edit. S. Hier.* (4) *De Reb. Eccles. siast. c. 25.* (5) *Epist. inedita ad Meginfrid. & Bennonem, apud Mabillon. disquis. de Curfu Gallic. §. 2. pag. 396.* (6) *Apud Martianæum tom. 1. nov. Edit. S. Hieron. pag. 1222.*

Bruno Signiensis [1]; alio nomine Astensis, qui diem clausit A. 1123. cum Psalterium ex alia Versione quam Romana juvenis adhuc exposuisset; Romani Psalterii deinde Commentarium novum instituit, professus scilicet plures quidem fuisse in prius illud Commentatores, neminem tamen, quem sciret, in Romanum. En igitur duo Psalteria luculenter planeque varia inter se ac distincta. Romanum a Commentatoribus ad id usque intentatum; & alterum, quod varios exercuerat. Quid hoc nisi Psalterium Gallicanum seu Vulgata nostræ ætatis, ab omnibus ferme Commentatoribus Sancto Hieronymo recentioribus, tamquam perspicuum magis & Hebraicę veritati conformius illustratum? Cum vicissim Romanum nullum ad id usque nactum fuisset Commentatorem, nisi forte inter ejus Interpretes habeamus Scriptores S. Hieronymo vetustiores, qui in antiquam Vulgatam toto Occidente receptam laborarint.

His ita se habentibus, facile convincimur, Vulgatam Concilii Tridentini authoritate probatam, tum & in publico Latinę Ecclesię Officio receptam, alteram plane esse a Veteri Vulgata sive Italica ante Sanctum Hieronymum recepta, & cum ea denique Translatione confundendam, quam Sanctus Doctor in Bethleem versans precibus Paulę & Eustochii correxit. Tandem unum idemque cum illa reputandum Psalterium Gallicanum, ante 8. vel 9. sęcula in Ecclesiis ejus provincię receptum. Nihil enim certi definire audemus, quo potissimum tempore Psalterium illud in Galliis cœperit obtinere. Ejus invecti authorem Gregorium Turonensem statuit Valfridus Strabo, ipsum Sanctum Hieronymum Berno, Damasum Author annotationis Psalterio Sorbonico præfixæ. Quæ Authorum discrepantia & rem esse ea ætate ambiguam, & vetustam adeo, ut originem haberet obleuram, satis demonstrat. R. P. Mabillon [2] post improbatam illorum sententiam, qui invectum in Gallias hoc Psalterium a Gregorio Turonensi autumant, cum ipse ex Veteri Romano Psalterio plerumque laudet testimonia, tandem demonstrat, receptum illud eo temporis intervallo, quod Gregorium Turonensem inter & Valfridum Strabonem continetur; nec alterum facile in eas Provincias, sicut & in Germaniam, devulsse, quam Sanctum Bonifacium Archiepiscopum Moguntinum.

Porro Sanctus Bonifacius obiit A. 754. Psalterium Gallicanum vulgatum fuisse constat in Galliis ætate Theodulphi Episcopi Aurelianensis, qui in suis operibus ex Psalmis testimonia, quemadmodum in nostris Bibliis legimus, numquam non laudat. Antiphonas & Responsoria ex Romana accepit Ecclesia Gallicana sub Pipino Rege & Paulo [3] Pontifice circa octavi sæculi dimidium; ut proinde novum Psalterium novumque Antiphonarium eodem ferme tempore in Galliam venerint. Psalterium Romanum Romæ a Paulo V. suppressum, & examen in Ecclesia Vaticana, Sancti Marci Venetiarum, & discrepans licet aliquanto in Ecclesia Mediolanensi. His insignibus Ecclesiis exceptis, alibi ubique obtinet Vulgata; quamquam & in Toletana Ecclesia ritum Mozarabicum retinente recitari Psalterium Romanum ferrur.

Si quis roget quid factum sit de Veteri Translatione Latina Psalmorum, Apostolorum ætate & in tota Ecclesia Occidentali usque ad Sanctum Hieronymum vulgata; respondebimus, 1. Non ita reputandum, quasi ante Sanctum Doctorem unum esset idemque in Ecclesiis Psalterium; adeo enim variabant inter se vetera Exemplaria, ut vix duo conveninent; nemine non adjiciendi aliquid immutandique in suo Psalterio, quin & vertendi iterum ex Græco, sibi potestatem arrogante [4]. Neque enim certa erat constituta Textus regula; quemadmodum ex Scriptis Patrum eamdem sententiam varie laudantium satis intelligimus. Ita sæpe Tertullianus, Sanctus Cyprianus, Sanctus Augustinus, Africani omnes in ejusdem sententiæ verbis referendis discrepabant. Nec magis constat inter se S. Hilarius, S. Ambrosius, & vetusta Psalteria.

2. Veterem illam Versionem Sancto Hieronymo vetustiorem facile in pristinam integritatem restituit posse credimus ope sententiarum & fragmentorum Patrum, de quibus nos in superioribus, sicut & Psalteriorum vetetum, quæ alicubi servantur; uti illius, quo olim usum credunt Sanctum Germanum Episcopum Parisiensem, in ejus Abbatia visendi, argenteis characteribus in membrana purpurea descripti, & Psalteriorum Romanorum, quæ variis temporibus impressa sunt. Nec ita tamen satis certo persuaderemur, manere nobis priscam Versionem adeo puram, quemadmodum olim in sua origine sub ipsis Ecclesiæ crepundiis; cum statim, uti jam animadvertimus, variari inter se Exemplaria, & novas Translationes inundare contigerit. Adde, Patres memoria suggerente quandoque easdem sententias referre; sensus potius quam verba promere; ut proinde post collectam ex eorum Operibus magnam sententiarum struem, genuina Bibliotum lectio vix ac ne vix quidem discerneretur.

3. Tandem non immerito statuendum credimus, saniorem antiquæ Vulgatæ partem manere adhuc in Psalterio Romano cujus plures suppetunt, sed non satis uniformes, Editiones. Unam adornavit Jacobus Faber Stapulensis A. 1508. in Abbatia Sancti Germani Pratensis. Altera Mediolani prodiit A. 1555. altera Romæ 1663. nequid illam memorem, quæ in Textu Septuaginta Parisiis 1628. exeuso ad Romanæ Editionis normam legitur. Mss. etiam plura superiunt. Porro Exemplaria ista omnia frequenter discrepant inter se; quemadmodum etiam variare deprehenduntur sententiæ ex eodem Psalterio petitæ, quas in nostris Antiphonis, & Responsoriis legas. Cujus diseriminis in causa fuisse judicio Exemplarium discrepantium, quæ varia erat in variis Ecclesiis. Mediolani etenim aliud legebatur ac Romæ, & post Sanctum Hieronymum erant pariter qui plures, erant qui minori numero ex ejus correctionibus servassent. Hic vetus Italica Versio fere intacta, illic minus pura manebat; quemadmodum in Opere, cujus correctio singulis permitteretur, contingere potuisse facile intelligimus. Profecto nisi suprema & recepta in Ecclesia Catholica authoritate huic malo occurfum fuisset, certa rataque Vulgatæ Editione constituta, hæc lectionum varietas nostras pariter Editiones inundasset.

Ceterum hæc nostra de Psalterio Gallicano sententia sedit pariter Jacobo Fabro Stapulensi in Epist. Dedicat. ad Card. Briconnetum, sapientissimis Editoribus novæ Edit. Sancti Augustini in Præf. ad tom. 4. R. P. Mabillonio in suo Opere de *Cursu Gallicano*, aliisque pluribus.

D. Pithœus, & D. Ferrandus [5] Vulgatam nostræ ætatis cum veteri Italica ante Sanctum Hieronymum toto Occidente receepta componendam censuerunt. Ejus opinionis potissimum argumentum ducit D. Ferrandus ex illis Concilii Tridentini verbis: *Hac ipsa vetus* (est) *& Vulgata Editio, quæ longo tot sæculorum usu in ipsa Ecclesia probata est.* Sed hæc a Concilio universis Scripturæ, non de nuda tantum Psalterio dicta esse constat. Scitum est tamen, non omnes Saeræ Scripturæ Libros ad veterem illam Vulgatam ante Sanctum Hieronymum notam pertinuisse, cum maximam nostræ Vulgatæ partem ex Translatione S. Doctoris habere nos constet. Quare si Tridentini verba de omnibus aliis simul Scripturæ Libris non convincunt, nullum ex

(1) *Expos. Psalter. initio.* (2) *Disquis. de cursu Gallic. §. 12. pag. 297.* (3) *Mabill. ibid.* (4) *Aug. Epist. 71. Hieronymo, pag. 16. num. 6. nov. Edit. Plurimum profuerit, si Gracam Scripturam Latina veritati reddiderit; quæ in diversis Codicibus ita varia est, ut tolerari non possit. Idem de Doctr. Christ. l. 2. c. 11. Qui Scripturas ex Hebræa lingua in Gracam verterunt, numerari possunt; Latini autem Interpretes nullo modo.* (5) *Pithœus de Latin. Bib. Interpp. pag. 6. & Ferrand. Præfat. in Psf. c. 6. pag. 70. 71.*

ex illis certum de Pſalterio argumentum deducitur.

Quamquam autem Pſalterium Gallicanum ex Interpretum confeſſione ab omnibus æque mendis immune habendum non ſit; inter omnes tamen optimam eſſe translationem abſque controverſia poſitum ceniſeo. Recedit illud quidem ſæpe ab Hebræo; ſed ideo quod corruptum ſit Originale. Quo Verſionem hanc ſuam omnibus numeris abſolutam redideret Sanctus Hieronymus, nihil fecit reliqui, ut proinde elogia tam Veterum, quam Recentiorum Opus illud promeruerit. Nec tatis mirari poſſumus Proteſtantium occupatam præjudiciis mentem, qui genio Eccleſiæ Catholicę avertandi invidiam in Vulgatam creare ſatagunt, paſſim commendata Textus Hebraici lectione, tunc etiam cum corruptionis ſuę non levem præbet ſuſpicionem. Profecto ſi Pſalterium noſtrum cum Hebraico uſquequaque non congruit, hujus rei in cauſa eſſe potuit, quod non ex Hebræo, ſed e Græco Septuaginta fuerit adornatum; ut ſiquid habeat mendi, & variantium, hæc omnia in Græcos, non in Latinum Interpretem transfundenda ſint. Altera recepta eſt in Eccleſia Latina verſio ex Hebræo; cui eadem Eccleſia plurimum ſemper detulit. Authorem habuit Sanctum Hieronymum, qui hortante Sophronio inſigne Opus ſuſcepit; non canonicum illud quidem, ſed exactum adeo, ut ceteris poſit diligentiæ & ſedulitatis normam præſcribere. Ceterum non eſt, cur invidia in Eccleſiam ereatur, quaſi ſcilicet fontibus neglectis vivos tenuerit. Aſſuetus enim longo uſu populus uni Pſalterio, vix ac ne vix quidem deſuevitſet. Nec parvi fuiſſe negotii credimus ipſum eo adigere, ut altero abjecto Pſalterium Gallicanum reciperet: quamquam alioqui ſolers ille, & Sapientiſſimus Interpres phraſes omnes, & voces veteris Translationis ab Apoſtolis, eorumque Diſcipulis probatas ſervare pro viribus ſtuduerit.

ARTICULUS IV.

De Verſionibus Syriacis, Arabicis, Æthiopicis, & Paraphraſi Chaldaica.

§. I.

Verſio Syriaca.

SUA eſt apud Syros Verſio univerſæ Scripturæ, quæ vetuſtiſſima Orientalium omnium creditur. Prodiit illa primum in Polyglottis Pariſienſibus, deinde in Anglicanis recuſa. Altera eſt etiam apud eas gentes ex Græco adornata, quamquam non in omnes Scripturæ Libros (1). Prior illa per univerſam Syriam maxime in uſus publicos regnat. Narrant Maronitæ, ex recepta patrum ſuorum traditione, maximam ejus Operis partem ad Salomonis ætatem, alteram vero ad Abgari Regis Edeſſæ Spectare (2). Hiram Rex Tyri amicus Salomonis, inquiunt illi, Regem Salomonem conſulavit, ut Syris literarum & characterum uſum concedens, adderet pariter Syriacis literis traditos Libros Scripturæ tunc temporis vulgatos, ſcilicet Pentateuchum, Joſue, Judices, Rut, Libros Samuelis, ſive primum, & ſecundum Regum, Pſalmos, Proverbia, Eccleſiaſten, Canticum Canticorum, & Job. Poſt Salomonem adusque Evangelium Verſio Syriaca intra eos limites manſit; ſed cum Apoſtoli Sancti Thaddæi prædicatione, quem miſſum dicunt ſtatim poſt Aſcenſionem J. C. ad Chriſtiana ſacra tranſiſſet Rex Abgarus, quem noviſſe dicunt J. C. ante paſſionem ſuam, ejus ſuſu reliquorum Scripturæ Librorum Verſio Syriaca ſuſcepta eſt.

Sed ea de Verſione Syriaca ab Hirami ætate a Salomone, ſive aliquo Judæorum Doctore ejuſdem Salomonis juſſu ſuſcepta hiſtoriola ad fabellas jure meritoque amandatur. Neque meliori fide creduntur ea, quæ de altera Verſionis parte ex Abgari ætate repetita narrant. Fatendum tamen, eam Verſionem omnium eſſe vetuſtiſſimam; cum Syriacam quamdam Verſionem laudent ſæpe Patres Græci, veluti Sanctus Chryſoſtomus, Theodoretus, alique, quorum in Catenis fragmenta ſervantur. Eam quidem alterum eſſe Opus a Verſione noſtra ætate vulgata, Voſſius autumavit (3); nec deſunt qui Tranſlationem illam a SS. Patribus laudatam Græcam eſſe ex Syriaco expreſſam ſuſpicentur. Conſtat inſuper, non ſemper eum illa congruere quæ in noſtris Polyglottis legitur; quamquam, ut vera fateamur, non ſatis ex eo demonſtratur, duo eſſe plane diverſa Opera; cum rara ſint utrinque variantia, & minoris momenti, ut facile ex diverſitate Exemplarium, vel etiam ex varia ratione unam eamdemque vocem Græce reddendi, derivari potuerint. Vix etiam credimus, Eccleſias Syriacas tam longam ætatem ſine ulla Veteris Teſtamenti Tranſlatione egiſſe; neque ea deſtitutas ab ipſo Eccleſiæ Catholicæ Exordio fuiſſe perſuaderemur quamquam certum ejus tempus & Author ignoratur.

Contendit inſuper Voſſius Syriacas haſce Verſiones noſtra ætate vulgata quinta vel ſexta tetro ſæculis vetuſtiores non eſſe. Autumat inſuper plures fuiſſe variis temporibus apud Syros, nullamque penes ipſos fuiſſe unquam receptam & ab omnibus æque probatam Translationem. Sed Viri docti ea in re authoritas nullius momenti habenda eſt, cum & Syriacas literas ignoraverit, nec commercii quicquam cum Scriptoribus ejus gentis habuerit (4). Verſionem quamdam Thomæ Heracleenſis, Authoris nomine tantum ſibi cogniti, Procokius Præfat. gen. in Job laudat; fatetur tamen vetuſtiorem alteram apud eas gentes obtinuiſſe (5). Abbas Renaudot tradit (6) hunc Thomam ad Jacobitarum, ſive Dioſcoritarum ſectam pertinuiſſe, quem tamen Verſioni Syriacæ operam navaſſe, nullo argumento convinci; narrari tantum de illo, in Ægyptum veniſſe, ibique ad veteres Cœnobii Sancti Antonii Codices Syriaca Exemplaria recenſuiſſe, ut ab ea ætate omnes ferme Bibliorum Syriacorum Editiones, maxime Novi Teſtamenti, ex recenſione ejuſdem Thomæ conſtent.

Sermo eſt etiam apud Marium (7) de Translatione alia Syriaca, a Theodoro quodam, viro per univerſam lare Syriam inclyro, adornata, quam Eccleſiæ omnes Syriacæ probant retinentque: ſed Theodorus iſte idem eſt ac Theodorus Mopſueſtenus, qui excellentiæ gratia apud Syros Interpres appellatur; Interpres, inquam, non quod Libros Sacros verterit, ſed quod Commentario illuſtraverit, quos quidem a Neſtorianis Syriacis literis traditos Liberatus Brev. cap. 10. eſt author. Tandem altera laudatur Syriaca Verſio per *Mar-abba*; (8). Sed ex Græco adornatam conſtat.

Multo vetuſtiorem alteram, itidem ex Græco adornatam, Maſius (9) obtinuiſſe dicit, additque vilos ſibi Libros Joſue, Judicum, Regum, Paralipomenon, Eſdræ, Judit, Tobiæ & Deuteronomii, Syriacis literis ex Græco traditos A. J. C. 615. expreſſoſque ex Codicibus ab Origene emendatis, in quibus Libris, inquit ille, nihil deſideratum ex obelis & aſteriſcis ab eodem Authore adſcriptis. Cum vero diu conquiſitis Exemplaribus iis, ne unum quidem reperiſſe contigerit, ſuſpicio

ex

(1) *Vide Biblioth. Sacra Jacobi le Long. pag.* 141. (2) *Gabr. Sionit. Præf. in Pſalter. Syri. & Arab. Echell. in Not. ad Lib. Chald. Hebed Jeſu.* (3) *Diſſert. de Septuag. interpp. cap.* 27. (4) *Vide Addit. ad Biblior. Sacr. P. le Long. p.* 659. (5) *Pocok. Præf. genor. in Job ex Dionyſio quodam.* (6) *Vide Addon. ad Biblioth. Sacr. pag.* 659. (7) *In Præam. Comment. in Bar-cebha de Paradiſo.* (8) *Vide Hebed Jeſu, in Catalog. Libb. Chaldæorum.* (9) *Præam. Comment. in Bar-cepha de Paradiſo, & Ep. Nuncupat. Commen. in Joſue, & in Præfat. Annot.*

ex ea re quædam in Masii fidem creatur. Arduum est etiam obelos & asteriscos ex Græco in Syriacum, adeo inter se discrepantes linguas, transisse. Porro hoc Masii, viri alioqui ingenui & eruditi, testimonium viris in linguis Orientalibus doctissimis negotium facit.

Inter Textum Hebraicum & Syriacam Translationem varia plurima deprehenduntur, & varia legendi eumdem Textum ratione omnia ferme derivata, ut argumenro sint apertissimo, Opus illud ante constitutam lectionem Hebræi per vocalia puncta, adornatum fuisse; quare sanctæ vetustatis venerabile Exemplar reputandum est. Sed modo quædam ex hisce variantibus delibanda.

In Psal. 2. 11. legit Hebræus & Septuaginta: *Exultate ei cum tremore*; Syriacus vero: *Tunete eum cum tremore*. In Psal. 4. 3. quo loco habent Septuaginta: *Usque quæ gravi corde, ut quid diligitis vanitatem? & Hebræus, Filii hominis quousque gloriam meam afficietis probro, levitatem amabitis?* Syriacus legit: *Usque quo gloriam meam celabitis, diligetis vanitatem?* In Psalm. 7. 5. Septuaginta, *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam ab inimicis meis inanis*; Hebræus, *Dimisi hostes meos vacuos*; Syriacus, *Si oppressi adversarios meos sine causa*. In eodem Psalm. vers. 12. Septuaginta, *Numquid iracsitur Deus per singulos dies? Nisi converserit, vibrabit*: Hebræus, *Comminans tota die. Non convertenti Dominus gladium suum acuet*; Syriacus, *Non iracsitur singulis diebus, sed convertitur, gladium suum expolit*. In Psalm. 9. 7. Septuaginta, *Inimici defecerunt framea in finem*: Hebræus, *Inimici complevi sunt gladii*, vel *solitudines*; Syriacus, *Hostes mei defecerunt gladio*. In Psalm. 10. 10 Vulgata & Septuaginta, *Cadet cum dominatus fuerit pauperum*; Hebræus, *Et confractum subjiciet, & irruet viribus suis valenter*; Syriacus, *Ipse humiliabitur & cadet; & in ossibus ejus morbi dolorosque*. Psalm. 11. 9. *Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum*; Hebræus, *Cum exaltasti fuerint vilissimi filiorum hominum*; Syriacus, *Ambulant quasi altitudo obscura filiorum hominum*. Psal. 15. 2. *Bonorum meorum non egos*? Hebræus, *Bonum meum ad te non pervenit*; Syriacus, *Bonum meum non procedit nisi a te*, Psalm. 67. 19. Septuaginta, & Hebr. *Accepisti dona in hominibus*; Syriacus, *Dedisti dona filiis hominum*, quam eriam lectionem sequitur Apostolus Eph. 4. 8. Possent alia plurima nec levioris momenti congeri, cum vel in singulis Psalmis quædam occurrant; sed hæc ad specimen sufficiant.

Inscriptiones Psalmorum, quæ in Hebræo & Septuaginta leguntur, desunt ferme omnes in Syriaco, aliis plane diversis subrogatis. Nullius tamen sunt authoritatis; nec nisi post invectam fidem Christianam adjectas ex eo intelligimus, quod Psalmos plures Jesu Christo & ejusdem Ecclesiæ vindicent. In numero versiculorum a dividendi Textus ratione Syriaca Exemplaria sæpissime ab Hebræo variant; quemadmodum Septuaginta pariter & Vulgata ab Hebræo & Syriaco non semel discrepant. Et meritò id quidem, cum & Textus Hebraeus varios patiatur sensus, nec ulla unquam ratione ad certam aliquam lectionem & punctationem determinatus fuerit.

§. II.

Paraphrases Chaldaicæ.

In assignanda Paraphrasum Chaldaicarum ætate, varia est Criticorum sententia; sunt qui ante Jesum Christum; qui a Jesu Christo, vel a secundo Ecclesiæ sæculo repetant. Nullum certum terminum alii statuentes, obtinuisse defendunt post Sanctum Hieronymum & post Talmudem [1]. Constat equidem neque Origenem, neque Sanctum Epiphanium, ac Sanctum Hieronymum illius meminisse unquam, nec nosse; sermonem in illis haberi de Turcis & Urbe Constantinopoli, quorum nomina Jesu Christi ætate ne audiri quidem adhuc contigerat. Nec magis ea de re inter Judæos convenit [2]. Optimæ omnium & vetustissimæ sunt Paraphrases Onkelos in Pentateuchum, & Jonathan filii Uziel in majores Prophetas. Puriori fluunt filo & magis ad Chaldei illius indolem, qui in Daniele & Esdra paret; breviores sunt etiam & exactiores quam Paraphrases in alios Libros [3]: quod majoris præ illis vetustatis argumentum est apertissimum.

Paraphrasis in Psalmos Author creditur Josephus Cæcus, quod ab aliis tamen negatur [4]; atque inferioris notæ & minus exacta censenda est, quam quæ sive in Pentateuchum sive in majores Prophetas leguntur. Porro Joseph Cæcus [5] professor fuisse in Academia Sora trans Euphratem fertur. Visu carebat, at sapientia affluebat plurimum, ut a Judæis glorioso titulo *Sabinahor*, magnum lumen, donaretur; dictus etiam *Sinai*, quod scilicet Traditiones omnes nosset Moysi in Monte Sinai commissas.

Paraphrasis in Psalmos, cujuscumque tandem Authoris Opus habenda sit, tota Rabbinorum interpretationibus & dogmatibus scatet; eorum Traditiones sequitur, & eas maxime quæ tempus scripti Psalmi, quale a Rabbinis constituitur, designant. Credit e. g. Author, Psalmum 90. juxta Hebræos vel 89. juxta Vulgatam Moysi in Originali inscriptum, genuinum esse ejuidem Legislatoris; sicut & alios nomina filiorum Core præferentes in titulo, ab iisdem e patris infortunio servatis scriptos. Tandem nullam rejcit ex fabellis & deliramentis Judæorum.

In illud Psalmi 21. 17. *Foderunt manus meas*, variant Exemplaria Chaldæa. In Complutensi tantum legitur: *Momorderunt manus meas & pedes meos*. In Anglicana: *Momorderunt quasi leo pedes meos & manus meas*. Et in Psalm. 49. 11. 12. Editio Complutensis ita legit. *Mea sunt omnia animalia terrestria nemorum, & præparavi justis in horto deliciarum animalia munda & bovem sylvestrem, qui pascitur duodecim montes mille; cognovi omnia volatilia agri, & gallus sylvester cantat coram me*. Plus aliquid addit Paraphrastes in Anglicana: *Gallus sylvester, cujus pedes quiescunt in terra, & cujus caput attingit Cœlum &c.* Spectat autem ad fabellam in Talmud decantatam de convivio a Domino justis in altera vita parato, dapibus ex eo tauro instructis, qui singulis diebus mille montium herbis pascitur, & Phasiano, cujus procerum caput ad Cœlum usque porrigitur.

§. III.

Versiones Arabicæ, & Æthiopicæ.

Geminas obtinere apud Christianos Orientales Arabicas Versiones V. T. alteram ad usum Ecclesiæ Antiochenæ, alteram Alexandrinæ, Valtonius Proleg. 14. §. 18. testatur. Ursque e Septuaginta expressa Christianos habet Authores. Illarum Exemplaria reperisse se in Bibliotheca M. Ducis Eturiæ autumavit Cornelius a Lapide in argum. Comment. ad Proph. Min. sed D. Abbas Renaudot [6] in publico Ecclesiæ Alexandrinæ Officio receptam esse asserit linguam Græcam, & Versionem Septuaginta; extra usum vero Ecclesiæ alteram illis suppetere Versionem Arabicam, ex ipsis Septuaginta expres-

(1) *Morin. Exercit. Bibl. exerc.* 8. c. 2. (2) *Elias Levita Trafat. in Metargamin, in Addon. ad Bibliot. Sacr. P. Le Long. p.* 657. (3) *Hutt. de Claris Interpretibus* §. 6.

(4) *Hottinger. l. 1. Thesaur. Philolog. c.* 3. *sect.* 1. (5) *Ganz Tzemach David ad an.* 113. *vol* 353. *Vide Basnag. Hist. Judaor. Gallicis.* (6) *Apud P. Le Long Bibl. Sac. c.* 2. *sect.* 5. *p.* 176.

preſſam. Addit inſuper, Græcos Antiochenos vel Syros Melehitas publicis uſibus habere Syriacam Verſionem, privatis vero Arabicam, ex Syriaco; quam proinde Arabicam Verſionem multum ad Hebræum, unde Syriaca Verſio repetitur, accedere neceſſe eſt. Biblia Arabica publici juris facta in univerſam Scripturam, nec unius Authoris, nec unius Operis ſunt; Amanuenſes enim five Impreſſores ex plurium ramentis unam procuderunt, interpolatam etiam a ſe quandoque & corruptam; nihil morati an unius effet vel plurium, an ex Originali Textu expreſſum Opus, vel ſecus. Factum inde, ait Procokius Præfat. in Polyglotta Londin. Tom. 6. occurrere ſubinde Librum ex Græco, & alterum deinde ex Syriaco five Hebræo expreſſum.

Habere etiam Judæos ſuis uſibus Translationem aliquam Arabicam Simonius teſtatur [1]. Verum neque Chriſtianorum neque Judæorum opera, nec vetuſtate ac proinde nec authoritate plurimum præſtat. Ex quo enim obtinere deſiit lingua Syriaca, & populi Saracenicæ dominationis jugum ſubeuntes victoris populi idiomati aſſueverunt, Verſionibus illis operam navatam conſtat. Tradit etiam Hottingerus [2], Translationes Judæorum recentiſſimas eſſe, & non niſi poſt Abulfedam, qui ſæculo 13. vel 14. Eccleſiæ floruit, obtinuiſſe. Scriptor enim ille de Libris Hebræorum ſermonem habens, teſtatur, nullum adhuc ſua ætate Arabicis literis tradítum fuiſſe; ſed Scriptoris Judæi mentem Hottingerus plane non aſſequitur; id enim tantum ejus verbis inſinuatum eſt: nimirum Judæos Translationes ſuas Arabicas non Arabicis, ſed Hebraicis characteribus ſcripſiſſe. Qua tamen in re falli Judæum conſtat, cum in Bibliotheeis Exemplaria quædam Bibliorum Arabica ipſo Abulfeda vetuſtiora ſerventur.

Vaſæus [3], & Martianæ [4] adornatam narrant a Joanne Epiſcopo Hiſpalenſi circa A. J. C. 717. Arabicam Bibliorum Verſionem ex Hebræo, cujus plura Exemplaria ſuppetere adhuc in Hiſpaniis idem Mariana teſtatur. Sed hæc omnia uno annitunnur teſtimonio Roderici Ximenii Archiepiſcopi Toletani, defuncti A. 1208. qui illuſtratas Catholicis Commentariis Arabice ſcripta Sacras Scripturas a Joanne narrat: *Sacras Scripturas Catholicis expoſitionibus declaravit, quas ad informationem poſterorum Arabice conſcripsas reliquit.* Quid hæc ad Tranſlationem Arabicam?

Tradit Erpenius [5], R. Saadiam Gaon vertiſſe ex Hebræo in Arabicum univerſos S. Scripturæ Libros in gratiam gentilium ſuorum per varias Imperii Saraceniei Aſiæ & Africæ provincias diſperſorum, cujus viri teſtimonium ſuo confirmant ſuffragio Abnezra, Procokius, & Guido Fabricius Boderianus [6]. D. Abbas Renaudot loc. cit. teſtatur, vetuſtiſſimam æque & probatiſſimam inter Verſiones Arabicas Scripturæ adornatam fuiſſe ex Septuaginta, opera *Haruth filii Sonan*. Legitur in Eccleſiis Chriſtianis Orientalibus, nec alia uti ſolent plerumque Theologi; ſed variant adeo ejus Exemplaria, ut vix duo inter ſe congruere deprehendantur. Aliæ plures, ſed minus celebres Verſiones Arabicæ ferumtur; quamquam geminæ illæ, de quibus jam egimus, communioriuſu & præſtantia probantur, illa quidem apud Judæos, hæc apud Chriſtianos. Fuſius hoc argumentum proſequi noſtri non eſt inſtituti; id ſolum annotaſſe contenti quod Lectori ideam aliquam harum Verſionum exhibuerit. Pſalterium in Polyglottis Pariſienſibus & Londinenſibus excuſum opus eſt *Haruth* e Septuaginta expreſſum.

Verſio Æthiopica e Septuaginta pariter adornata eſt, uti ex Codicum Græcorum, & potiſſimum ex Mſ. Alexandrini [7] collatione conſtat; nec minus obſeure idem produnt capita & Pſalmorum inſcriptiones, eædem plane quę in Græco ſervatę. De tempore ac de Authore hujus Tranſlationis ambigitur. *Salama* qui confundendus creditur cum *Frumentio* Apoſtolo Æthyopię a Sancto Athanaſio miſſo, tribuendam Æthiopes arbitrantur; eidemque pariter vindicat Martyrologium Abyſſinorum, in quo Æthiopicis literis traditas ab ipſo Scripturas legimus. Malunt alii [8] novem primis gentis illius Apoſtolis deputare; manenique in Libris Æthiopicis verſus eam Verſionem Æthiopicam ex Arabico indicantes. Sed Ludolpho ea ſedet opinio, nimirum nomine *Librorum Sacrorum* deſignari tantum Conſtitutiones, & Canones Apoſtolorum, quas ex Arabicis Exemplaribus deſumptas conſtat. Profecto ſi de Libris Scripturę nomen illud uſurparetur, teſtimonium Martyrologii deſcendum credimus, cum Sancti Athanaſii & Frumentii ætate nulli adhuc Arabici Bibliorum Codices noſcerentur.

Conſultum eſt igitur, ſi cum D. Abbate Renaudot [9], & D. Simone [10] verſionem Æthiopicam noſtrę ætatis derivatam ſtatuamus ex Cophtica; quam eum ex Septuaginta deſumptam conſtet, cur Græco reſpondeat Æthiopica nemo jure mirabitur. Scitum eſt ſane poſt ſubjectam jugo Mahometanico Ægyptum, Eccleſiam Æthiopicam in jus Eccleſiæ Cophtorum in Ægypto conceſſiſſe & ab illa pariter Sacros Libros recepiſſe. Verſio Æthyopica Pſalmorum, cujus interdum ſententias in medium adduximus, nihil habet obſervatione aliqua majoris momenti dignum: neque alia de cauſa a nobis laudatur, quam ut certam ſtatuamus quorumdam locorum Septuaginta lectionem, ſimulque demonſtremus, ita pariter lectum in Exemplaribus, e quibus expreſſa Verſio Cophtica ſive Ægyptia, ex qua Æthiopica derivata eſt.

Differs. Calmet. Tom. I.

(1) *Hiſt. Critic. V. T. Gallice* (2) *Differt. 3. de translat. Bibliar. in Linguas Vernac. pag.* 110. (3) *Hiſpan. Chron. ad* 717. *pag.* 698. *Hiſt. illuſtrata.* (4) *De Rebus Hiſpan. ad an.* 737. (5) *Præfat. in Pentat. Arabicum.*

(6) *Vide P. Le Long, Biblioth. Sacra t.* 2. *Sect.* 5. *pag.* 180. (7) *Ludol. Hiſt. Æthiop. l.* 4. (8) *Epiſt. PP. Societ. de an.* 1607. 1608. *c.* 15. *pag.* 28. (9) *Apud P. Le Long in Addend. Biblio. Sac. pag.* 666. (10) *Hiſt. Critic. V. T. Gallice.*

EXERCITATIO
IN POESIM UNIVERSAM, ET HEBRÆORUM POTISSIMUM.

D. ABBATIS FLEURY.

D. Abbas Fleury hanc Exercitationem pluribus ab hinc annis scripserat, inferendam Operi, quod meditabatur, de Poesi Veterum. Eamdem nobis, pro ea qua est comitate, participans opera nostra publico tradendam concessit.

Nostram Sententiam de Poesi Hebræorum expositurus in peculiari Dissertatione inserta in hac nostra Collectione, ubi Dissertationes ad Exodum spectantes dedimus.

QUemadmodum in rerum quibusdam articulis ad motus minime simplices facilesque, saltandi, cantandi, clamandi, natura urgente impelli solemus; ita præter magnis quandoque passionibus agitati ad ea ciemur, quæ sedato mentis oculo intuentibus audacia in figuris & similitudinibus, insueta in sermone & exaggerata videntur. Quo vero impetu ad cantum movemur, eo pariter ad servandas certas in sermonibus rationes ducimur; ut scilicet observata dimensione syllabarum, harmoniæ & mixtæ numeris facilior cantus fluat & commodior. Hinc versus, & cantilenarum rythmi, fucut & grandiora illa verba, audaciorelque figuræ, quæ maxime in carminibus spectantur. Non est igitur cur vehementer miremur, si nulla unquam tempora, nullæ per Orbem gentes poeseos ignaræ, quemadmodum nec cantandi & saltandi reperiantur. Nec ipsi omnium consessione barbaricis moribus inculti simi populi, eum a se cultum duxerunt alienum; quemadmodum olim in Gallis & Germanis Musicam & Poesim amantibus a Priscis observatum, & hodie pariter in Nigris, Caribus & Iroquis scitum est.

Cum Orientales omnium primi vitæ cultui expoliendo studuerint semper, & acri polleant ingenio, tum & passionibus agitentur plurimum, omnium primi instituere hanc naturæ propensionem ad artis regulas redigendam curarunt. Ægyptiorum & Syrorum memoriam maxime in scriptis suis ea in re servandam Græci censuerunt. Extat etiam inter Poetarum Græcorum carmen in obitu Adonidis [1], quod ab eo videtur expressum, cujus est in Ezechiele 8. 14. mentio; & Syram habet, quemadmodum & tota illa fabella, originem. Regnasse autem pariter apud eas gentes musicam, satis indicant Dei per eumdem Prophetam cap. 26. 13. in Tyrios oracula, minitantis scilicet, omnia se & cantica & citharas suppressurum. Huc etiam spectat illud Isaiæ 23. 16. Tyrias meretrices citharam pulsantes canentesque ad suas Urbes perentrendas invitantis.

Ad Ægyptios quod attinet, Musicam, quo nomine etiam Poesis designatur, jam inde a vetustissima ætate apud eas gentes obtinuisse, summoque semper studio cultam, veluti Religionis avitæ Legumque portionem, ex Platone de Legibus lib. 2. docemur. Tradit insuper, singula musicæ & choreatum genera numinibus quibusdam ab illis assignata fuisse, certis constituris diebus & cæremoniis, quibus singula illa exercerentur; quod apud illos inviolatum erat, & sanctum adeo, ut si quis innovare aliquid tentaret, a Sacerdotibus tam viris quam mulieribus implorata Magistratuum ope prohiberetur, impietatisque nota reliquo vitæ spatio inureretur, siquidem pervicacius obsisteret.

Veterum omnium Orientalium scripta, unde aliquid de Poesi doceremur, omnia præterquam Hebræorum intercederunt; quare veteris apud eosdem Orientales Poesis unum retinet Sacræ Scripturæ specimen. Ejus lectione intelligimus confectatam ab illis poesim usibus Religionis; & quamquam prophana apud illos carmina non deessent, colligendum tamen nobis arbitramur eadem obtinuisse penes hosce populos quæ apud Ægyptios, leges, five illæ in Ægyptum ex Hebræis derivatæ fuerint, five ad utrosque ex eodem fonte deductæ. Paria philosophari licet de ceteris gentibus vetustissimæ originis; Græcorum enim Poesis maximum erat Religionis ejusdem gentis momentum, & in ipso sui exordio tamquam sacrum aliquid & Divinum suspiciebatur.

Quidquid Poeticum habetur in Sacra Scriptura, five Cantica sunt, quibus variæ animi affectiones exprimuntur, vel sententiarum Collectiones, quibus instruimur. Prolixum vetustissimumque Carmen exhibet Liber Job, utriusque generis Poesim complectens, cum eo potissimum collimet, ut infinuet, viros quandoque probos exercere Deum, non ut puniat, sed ut probet probatosque coronet. Itaque fusius in eo constituuntur dogmata ad justitiam, & providentiam Divinam pertinentia, tum ad præmium virtutis & criminum pœnam, ac tandem ad debitam justionibus Divinis submissionem præstandam, & bonæ conscientiæ securitatem tuendam; neque hæc tantum, sed & vivida etiam tum malorum Job cum indignationis amicorum ipsius pictura exhibetur.

Salomonis Proverbia, sicuti & Psalmorum plures solas tantum moralis disciplinæ regulas præscribunt; cum vicissim saniores pars Psalmorum & Cantica omnia passim in Scriptura occurrentia intimos animi affectus vel erga Deum vel erga homines præseferant. Ad Deum pertinet majestatis ipsius admiratio, laudes, obsequium, pro acceptis beneficiis gratiarum relatio, implorata criminum venia, postulata quædam sive spiritus sive corporis commoda: quæ scilicet quatuor omnium ferme illorum sacrorum carminum argumentum complectuntur. Pingitur etiam dolor, gaudium, indignatio, ira, & aliæ quædam passiones, sive ad ipsum qui loquitur, sive ad alios homines sive pios sive impios pertinentes.

Porro tam patherica poeseos ratio vividas plurimas figuras & expressiones exhibuisse credenda est; siquidem figurarum vis & stili non ampullosa grandiras passionibus debetur. In eo igitur maxima spectatur Poesis Hebraicæ gravitas, & decor, ut nihil sit ejus generis, quod Lucubrationes illas vel æquet vel superet. Nihil in illis nisi figuratum, & crebro raptimque aliam alia figuram excipit; nec minus crebro raptimque loquentium personæ aliæ aliis substituuntur.

Modo Propheta loquitur, statim Deus, dein vir justus, vel impius; sæpe pariter inanimata, veluti montes & flumina, vocem simul & sermonem

(1) *Theocrit. & Bion.*

nem usurpant. Quam expressis coloribus Deus majestatis depingitur, Cherubinis assidens, & nubibus vectus, qui uno oculorum suorum ictu terram contuetur, cujus furore ipsa montium fundamenta quatiuntur, qui profundum abyssi intuetur. Crebras adhibent Sacri Vates similitudines, ex rebus maxime familiaribus iis, ad quos directa carmina, deducta. Quid enim, maxime in Palæstina, familiarius, quam palmæ, cedri, leones, aquilæ? Non est igitur, cur nostris ideis comparationes illas meriamur, quo certum de earum dignitate judicium feratur; neque id constituendum, quasi singula verba ad similitudinem referantur. Plerumque enim tota comparationis ratio ad unum tantum restringitur, reliquis, quæ adjiciuntur, omnibus non comparationi servientibus, sed rei, unde deducta similitudo, sub oculis exhibendæ. *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascendunt de lavacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas*, i. e. dentes tui albo sunt decore micantes, æquales & ordine continuato.

Stilus adeo a prosa oratione abhorret, ut idioma plane diversum videatur. Quare si quis forte tantum Hebraicas literas calluerit quantum ad historiam satis, post evolutum Genesin, cum benedictiones Jacob legerit, nihil prorsus affequitur; nihilque ex Libro Job, præter exordium & exitum, tenet.

Hujus rei in causa sunt voces aliæ plane insoluta, aliæ in addricta oratione familiares, sicut & frequens metaphoræ atque audacior usus; Syntaxis etiam irregularitas, qua verba plurima a legentibus supplenda relecantur. Est etiam stilus repetitionibus redundans, ut eadem geminata & diversa verborum circumlocutione repetantur. *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam; & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam* [1]. In reliquis etiam ejusdem Psalmi eadem spectes. Id autem sibi præstandum ducebant, quo singuli conceptus commodius degustarentur, sive quod Cantica duplici choro alternarentur, sive alia quadam ex causa.

Quidquid tamen sit, tepetitiones illæ apertissimum & familiarem stili poetici characterem exhibent. Eo indicio sermonem Lamech cum utraque Uxore sua de occiso a se Cain poeticum agnoscо; quod plane, si quidem vera opinor, omnium, quæ noverimus, carmen vetustissimum habendum est. Qui eo verborum & figurarum apparatu panduntur conceptus, non ad veritatem tantum, gravitatem, & utilitatem compositi sunt, utpote Spiritu Sancto afflante inspirati, sed nihil faciunt reliqui interdum ad elegantiam, & nitorem, sublimius nihil & exquisitius.

Illustre hujus exemplum præstet Ps. 138. scientiam Dei, quam nihil latet unquam, veluti sub oculis exhibens. In Ps. 18. Vir justus intimos animæ suæ aliorumque ad se attinentium recessus scrutans, in medium adducitur. In 103. magnificea simul & jucunda de Natura, &, quæ illam gubernat, Providentia Divina. Longus esset si cetera hujus saporis omnes percurrerem. Nec temere sacros Vates conceptus suos effutisse credas; cum potius maximo singula artificio dispostra sint. Psalmus, & Carmen quodcumque lucubrationem exhibet absolutissimam, in qua suus partibus ordo, & naturalis contextus series. Interdum alter altero continuatur, ut Psl. 102. 103. 104. 105. 106. unius ejusdemque Carminis in gratiarum actionem concinnati portiones. Namque Ps. 102. Deum laudat pro bonis gratiæ acceptis, 103. pro bonis naturæ, 104. pro impetratis a Deo beneficiis, 105. implorat criminum suorum veniam, & ambo hi Psalmi unam historiæ seriem continuant, 106. grates Deo reprendit omnium mortalium nomine pro collata ipsis ope in quatuor fumnis vitæ humanæ casibus, fame, captivitate, morbo, & naufragio. Speciale argumentum maxime prolequuntur Psl. 17. & 18. & 21. & 77. & 88. & 90. duo item Cantica Moysis, alterum nempe in Exodo post transfretationem Erythræi, alium in Deutereronomio paulo ante obitum ipsius.

In carminibus, quorum nullus nisi ad arbitrium ordo, utpote quæ sive intimos passionum motus exprimerent, sive quæ morales aliquas regulas nullo inter se necessario vinculo connexas referrent; acrostichum artificium, nempe juxta seriem literarum alphabeti, juvandæ facile memoriæ gratia, servatum est. Hujus sunt generis Lamentationes Jeremiæ, Psl. 33. & 98. aliique nonnulli, ae tandem Mulier illa fortis in exitu Libri Proverbiorum.

Nec prætereundum est, in Libro Proverbiorum, cæterisque Carminibus ad moralem faciuntem pertinentibus, veluti in Psl. 1. & 14. & 36. aliisque pluribus, sicut & in maxima Libri Jobi parte parum quidem de pathetico, multum autem vicissim de metaphoris, similitudinibus, vividique descriptionibus, unde nomen Parabolæ, Proverbia, Ænigmata, derivatum est. Ejus filii obscuritas exercendis grave occupatione ingeniis tantummodo servit; sed altius penetrandæ sunt magnæ illæ veritates vividis simplicibusque imaginibus expressæ. Ita ego quidem de re tota judicaverim: Moysis poesim robustiorem esse, & virilem, Salomonis vero dulcem, & comptam. Videat, si cui libuerit, quomodo variis Præfationis sue in Proverbia locis varia mulierum artificia, capiendo incautis adolescentibus, depingat. Nihil ibi desideratum, non ingenioli amoris, non vincula, non spicula, quibus corda faucientur, non alæ, quibus uti volatu quodam incauti amatores in retia ferantur; nihilque quod in profana poesi molles spirat amores prætermissum est; eo tamen discrimine, quod in illa turpes amores insinuantur, apud Salomonem vero absterrendis adolescentulis exprimuntur. Hæc argumenta, consilia, ideæ, figuræ, elocutio in Poesi Hebræorum spectanur. Quamquam ad elocutionem quod attinet, ejus judicium vix alius quam qui Hebraicæ linguæ mysteria omnia habet explorata, ferre potuerit; cum alii non nisi per oppansum Translationis velamen respicientes, totam ejus elegantiam spectare oculis non possint; maxime in Psalmis duplici velamine obtectis. Vulgata enim illorum Versio ex altera Græca Septuaginta expressa est. Periculum ejusdem rei fiat in litterali aliqua Translatione locorum quorumlibet elegantissimorum, quæ apud Latinos Poetas occurrunt. Et quo melius comparatio deducatur, literis Gallicis tradantur Interpretationes Latinæ Poetarum Græcorum; statimque quam differat ab Originali translatio illa, intelligemus; eodemque pariter judicio æstimanda erit elegantia Poesis Hebraicæ, cujus saporem aliquem hbant illi pariter, qui nonnisi Latinis literis traditam degustant.

Plures adhuc erant olim nec minoris momenti in ea Poesi gratiæ, quas nemo nostra ætate, ne Judæi quidem rerum suarum peritissimi, norunt. Cum enim, ut in ceteris linguis, quarum definitus, contigit, ita pariter Hebraicæ linguæ vetus pronunciandi ratio intercideric, omnis quoque in verbis harmonia, in syllabis numerus, unde maxima carminibus gratia manet, inexplorata est. Desideranrur etiam regulæ, ut, sicut & in Græco & in Latino, certa syllabarum quantitas, nomina, & numerus pedum, versium Syntaxis teneatur, quamquam omnia hæc fervata fuisse ab Hebræis ignorare vetit nemo. Spectantur enim in eorum carminibus adjectæ literæ vel refecrate in fine dictionis, quibus meuluræ syllabarum fervieturrecurrit etiam sæpe vox *Sela*, quam vacuo cuidam spatio replendo positam credideriin. Tandem S. Hieronymus, veluti si explorato nosset, de versibus Hebraieis ira loquitur, ut Libri Job versus hexametris comparet, Psalmorum, Lamentationum, Canticorum carminibus Horatii, Pindari, cetenique Lyricorum Græcorum. Verum post S. Doctoris ætatem vetus metrica apud Judæos ars penitus intercidit, locusque novæ alteri, ex Arabibus desumptæ, datus est.

Nec minus latent, quæ ad Musicam & choreas, a carminibus Hebræorum numquam divisas, pertinent. Non enim nisi ad cantandum versus pangebantur; quemadmodum ex ipso nomine *Sir* vel Cantica, & *Mizmor*, sive Psalmi, exprimitur. Ipsa pariter Ecclesiastica historia decantata quandoque carmina narrat, ut in transitu Maris rubri docemur; ac tandem idem plane demonstrant Psalmorum inscriptiones, nomina quorumdam musicæ Præfectorum præferentes. De ejus musicæ harmonia ex ipsa carminum elegantia,

(1) *Psalm.* 50.

ceterisque quę huc usque deduximus, non iniquum judicium ferendum est.

Junctas etiam exercitenis choreas quis nesciat? cum illi, quorum spe in Scriptura mentio, chori ex multiplicibus virisque saltandi peritis constarent. Sermo est etiam in eadem Scriptura de choreis in publica aliqua solemnitate, ut puta pro relata victoria ipsique etiam Religionis ceremoniis, veluti in solemni Arcę Fœderis in Sion traductione sub Davide, in dedicatione Jerusalem sub Nehemia, cum fecisset duo exercitum chori alternatis modulis in mœnibus Urbis canentes, juncto deinde simul cœtu, in Templo cantarunt. Multa sunt igitur nobis de Poesi Hebręorum incognita, eum nudam tantum literam omnibus extrinsecis ornamentis destitutam spectemus. Alia profecto erat species carminis in ore Musicorum in ipsa solemnitatum pompa. In medio Templi Salomonici & inter populorum turbas, aulas omnes & Templum oppletes, versari oportet; flammandque coram oculis Ara victimis onusta, candida Sacerdotum corona cincta, & paulo remotius Levitas in plures choros distributos, alios instrumentis, alios cantilenis, alios ad modestiam & gravitatem compositis choreis ludentes, alpicere: horum, inquam, medium versari oporteret, quo decora illius Poesis omnia explorata haberentur.

Numquam apud Hebręos, quantum scimus, obtinuerunt Comœdię, Tragœdię, carmina Epica, neque aliud ejus Poesis genus, quod Plato imitationis appellat. Canticum Salomonis, Dramatici carminis genus est, in quo variæ eloquentes personę inducuntur. Idem & in Psalmis aliisque Poeticis Scripturę Operibus, nullo excepto spectatur. Ad hęc, Cantica non seriem quamdam rerum, sed intimos animi sensus exprimunt; quod omnibus imitationis carminibus peculiare credimus: nihil poeticum in Scriptura, quod non Cantica sint, Psalmi, Odę; quę omnia jam inde a primis ęgeulis sola obtinuisse Plato testatur. Nec aliende quidem aeepisse Gręci Dramatica carmina videntur; omnia ea vitę genera Vates captivitate Babylonica recentiores sunt.

Psalterium Collectio est 150. Carminum variorum Scriptorum, & argumenti, quę si quis animo minus advertens percurrerit, eadem semper se legisse credideris; quo vero accuratior setiaque magis lectio, eo plura deprehendentur & varia novisque figuris ornata. Hęc porro varietas in optimis quibusque vetustis carminibus regnat; rarior est apud Recentiores, quorum plerumque Lucubrationes poeticę morosiaris habent plurimum. Figurę autem illę vivide quidem sunt, sed naturales: interrogationes, apostrophę, exclamationes.

Psalmi in quibus unum regnat Scriptoris consilium, certam habent connexamque rerum ideam. Ita Psal. 17. quo gratiarum actiones Deo pro depulso hostium metu a Davide petiolvuntur, primum omnium Vatis grumnas exhibet; continuo ad preces convertitur; tum exauditum se a Deo profitetur; provisumque cœlitus dicit, ut imminens sibi malum ei pelleretur. Poeffatemur hic Dei, quę naturam omnem conecutit, poeticis colotibus depingit. Actos deinde in fugam a Deo hostes, seque a metu liberum cantat. Cur vero hęc omnia? quo justitia & virtus David suo prœmio donaretur. Verso tune stilo, florentem rerum fraum statum, & super adversarios suos in ultimas calamitates redactos prosttatoque victoriam Deo refert aeeeptam. Plura etiam deinceps sperat; ac tandem psalmas laudes resumens, similem exordio orationi epilogum imponit. Porro hęc omnia, eodemque ordine Psalmus complectitur; ona nulla aptior methodus, ut seiliect pcimo omnium oppressio exponatur, dein preces, tum impetratę opis confessio: quęnam illa? Nimirum devicti hostes, innocens relevatus, ipse non ab eorum oppressione tantum, sed & supra illos evectus; paria malia in hostes ipios conversa.

In Psalmis historiis narrationis series alia plane quam in vulgatis historiis texitur. Illustria tantum facta & majoris momenti in medium adducuntur; & si quid occurrat ad genium Carminis, in eo sane Poerę ingenium exeretur.

Josephi historia in Ps. 104. ita describitur. *Deus vocavit famem super terram, omne firmamentum panis contrivit; misit ante eos* (filios Jacob de quibus egerat in superioribus) *virum. In servum venumdatus est Joseph.* Grande hic Scriptoris ingenium, ipsum Dei consilium attingens, & nobili figurę proprietate exponens in ipio narrationis limine licet spectare. Fami præcipit, & tamquam mortalium aliquem alloquitur Deus. Quæ de *firmamento panis* expressa sunt, nulla vernaculi sermonis voce satis exœquaremus. Hic enim Scriptura, sicut & alibi, panem i. e. cibum comparat leipioni, cui lenex innixus laffata membra sustentat; ut panem homini subducere perinde habeatur, ac fenem, quo sustinetur, scipione privare. Quas verborum circumlocutiones resecans Scriptura, concise & ad genium linguæ ait, famem omne panis firmamentum (scipionem) conterere.

Exhibens deinde Psalmus Josephum ferro onustum, ejus in carcere moram pingit; tum versus ad Deum stilus, qui verbo & sapientia sua donatum virum illum libertati restituit: *Misit*, ait, *Rex & liberavit eum, Princeps populorum, & dimisit eum; constituit eum Dominum domus suę, & Principem omnit possessionis suę: ut erudiret principes ejus sicut semetipsum & senes ejus* (viros Reipublicæ amplissimos) *prudentiam doceret.* En tota Josephi historia, captivitas, liberatio, potentia data a Deo, omnia sub oculis expolita. Hujus generis narrationes apud Virgilium spectentur, qui illustrissima Romanæ historiæ monumenta in deliriptione clypei Æneæ sub uno veluti conspectu exhibet.

Sublimes æque & delieatos conceptus fi quis velit, illud animadvertat: *Domine probasti me, & cognovisti me; tu cognovisti sessionem meam & resurrectionem meam.* Porro *sessionis* nomine quies designatur: *resurrectionis* vero, actio, juxta illud: *Surge Domine in requiem tuam* (Hebr. *post requiem*) id est, post requiem ad agendum surge. Deus igitur externos actus habet exploratos; neque eos tantum, sed *intellexisti cogitationes meas de longe; semitam meam & funiculum meum investigasti.* Ad hæc: *Et omnes vias meas providisti, quia non est sermo in lingua mea* (me etiam silente). *Ecce Domine tu cognovisti omnia novissima & antiqua* (futura & præterita) & ex communibus ad singularia descendens: *Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam*, ut me servarés pariter, & deduceres: *Mirabilis facta est scientia tua ex me*; immenia est adeo ut cogitatione illam assequi non possim. Tum novo raptus cestro repente exclamat: *Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam?* Omnesque late Mundi dimensiones complexus: *Si ascendero in Cœlum, tu illic es; si descendero in Infernum, ades.* Tum & figura etiam splendidiori usus: *Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris*, (in extremis Orbis qui pelago terminatur) five juxta Hebræum, *Si sumpsero pennas Aurorę.*

Quid vero tune, cum ad extrema Orbis Vates receiisset? Non hic tantum quemadmodum in superioribus, inventum te Deum dicit; sed delieata magis, & docta phrasi mentem suam ita exprimit, quasi fi a viro aliquo temeritatis & ftultitiæ aeeusaretur, quippe qui latebras ab obtutu Dei quæreret; tantum enim abeit, ut a Deo sese subducereet, quin potius *Illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Quantum enim eogitatione affequi possim, numquam tamen eo pervenerim, ut abique Deo me aliquid præstiturum credam. Quando etiam alis instructus, uti jam innui, volarem, ut me deduceres, ac fuppofita dexetra sustineres. Nihil his addendum tupererat; sed novam statim penitiorem prodit ideam, latebris quærendis. *Et dixi: Forsitan tenebra conculcabunt me, & nox illuminatio mea in deliciis meis* (nocte oblector, ut alii luce). Sed ftulta reputavi; *Tenebra non obscurabuntur a te, & nox sicut dies illuminabitur; sicut tenebra ejus* (noctis); *ita & lumen ejus* (diei).

Exerant nunc cenlorium virgam quienmque nostræ ætatis sibi de ingenio plaudunt, & bonos illos Palæstinæ agricolas ruditatis damnent; quin ex Au-

tho-

thoribus ſtrophanis ſublimius aliquid & magis limatum depromant; ne quid memorem abditas illas Theologiæ ſpeculationes, & ſolidæ pietatis ſenſus, qui verbis illis inſinuantur. Reliqua ejus Pſalmi non vulgaria pandunt de fœtu hominis in utero matris, & prædeſtinatione; exinde vates ad exhibendas obſequii ſui in Juſtos, & contemptus in impios ſignificationes excurrit.

Figurarum varietas per omnes æque Divinos hoſce Pſalmos, ſed maxime in Canticis, ad inſtructionem & ad preces factis, pluſquam in hiſtoriis regnat. Pſ. 90. *Qui habitat in adjutorio Altiſſimi*, nobis, ſi quis alius, familiariſſimo, Vates primo argumentum ſuum pandit, Divinas nempe erga homines curas aggreditur exponendas, ſuamque illam ideam binis aſſumptis phraſibus, quarum ſibi invicem verba juſtiſſime reſpondent, exequitur. Namque duplici proxime ſuccedente verſiculo, hominem eo beneficio donatum loquentem inducit; & ita induxit, ut gemina uſus figura in ſeeundo verſiculo hominem exhibeat ad Deum verba faeientem; in altero vero vates ipſe, qualis in veteri tertius, aliquis ea de re loquatur. In quinto Vates ſuis verbis hominem Dei protectione munitum affatur, novas ſemper promens metaphoras & ſimilitudines, variaque decurrens opis præſtitæ a Deo genera. Sed in nono verſiculo vir Juſtus loquentem intercipiens, veluti eorum quæ dicta ſunt rationem aſſignaturus, exclamat: *Tu es Domine ſpes mea*; ſtatimque exeipiens Poeta: *Altiſſimum poſuiſti refugium tuum, non accedet ad te malum &c.* Pergenſque per quatuor ſuecedentes verſiculos, majora ſemper de protectione Divina apud virum Juſtum prædicat. Inter hæc, Dei ope protectum nec Angelorum auxilio deſtitui; nihil eum Dæmones, beſtias, illas venenatas lædere. Tandem tribus noviſſimis verſiculis ipſe Deus verbis ſuis illum confirmat, rata ſimul habens quæcumque toto eo Pſalmo diſputata ſunt; alia ſimul de protectione ſua pandit, totamque demum orationem facta vitæ æternæ & viſionis beatificæ promiſſione claudit. Qui de Poetis aliquid legerunt, norunt quid ſit, cur ex altera ad alteram petſonam, no dato quidem Lectori animadvertendi ſpatio, tranſitus fiat; nihil enim frequentius apud Horatium non in Odis tantum, ſed in Epiſtolis & Satyris; ut proinde minime neceſſarium ſit eum Pſalmum 90. inter Dramaticos cenſeri; plerique enim aliuoqui ejus generis haberentur.

Patea iſta ſufficient, ut ad alia ejus generis cognoſcenda deducamur; paſſim enim recurrunt non in Pſalmis tantum, ſed & in Job, cujus carminis genus vividius eſt magiſque ſplendidum ceteris Lueubrationibus Poeticis in Scriptura legendis. Contule, ſi placet, Canticum in ealce Deuteronomii, & Canticum Baraeh & Deboræ.

Quamquam hæc ita ſe habent, non tota tamen Operum nobis ſpectata pulchritudo; ne quid memorem rorum, & ideatum ejuſdem rei inter nos & Hebræos diſerepantiam. Profecto conſilium tantummodo, conceptus, & figuræ ſolæ nobis ex omnibus in Poeſi illa panduntur; eloquutio vitis tantum Hebræi peritis dijudicanda; reliqua, harmoniam nempe verborum, carminis, & muſicæ numeros, ne uni quidem ex omnibus in toto Orbe cognita defendo. Quanti autem hæc omnia ſint ad Poeſim momenti, neminem ignorare arbitror.

Genuina Hebraieæ linguæ pronunciatio, quemadmodum & Græcæ, latinæ ceteraruмque, quarum uſus jam deſiit, prorſus ignoratur. Intercidille vero jam inde a pluribus ſæculis ex eo diſcimus, quod Septuaginta, S. Hieronymus, aliique Veteres eaſdem voces varie Latinis Græcisque literis expreſſerint. Quod in Græcis Latinisque carminibus manet, verſuum ſcilicet numerus & ſyllabarum mentura, in Hebræis deſideratur. Nec pariter de muſico eorumdem carminum numero non apud Hebræos tantum, ſed & Græcos Latinoſque, quidquam exploratum; cum tamen aliuoqui ad muſicam deſtinarentur, quemadmodum ex Hiſtoria & Pſalmorum Inſcriptionibus diſcimus.

Plato enim, quod ſanctum erat bonæ illius Antiquitatis dogma, conſtituit, numquam committendum, ut carmen a muſica ſejungeretur; neque carmina ad alios, quam ad cantandum, uſus ſcribere, ſive muſicam ſine carminibus ſolis inſtrumentis canere, citra præeulum licere arbitrabatur. Sed quis muſicus eorum carminum numeros? eligens oppido, ut ex hiſce potiſſimum argumentis dedueitur. 1. Elegantia verborum & Carminum artificium paria ſibi ceteta fuiſſe ſignifieant. 2. Inſtrumentorum varietas variis in S. Scriptura occurrentibus nominibus proditur. 3. Chori Muſieorum refertiſſimi, qui a parentibus ſuis, uti credimus, inſtructi facultatem illam maximum profeſſionis ſuæ momentum habebant, multum ad eam rem contuliſſe credenda ſunt; cum de ram multis ſaltem aliquos peritiſſimos evaſiſſe vix dubitemus.

Porro ſi de re obſeura judicium ferre permitimur, Muſicam illam ſimplicem maxime ſuſpicor, ut harmoniam omnem non muſicus aliquis numerus, ſed apta exprimendis animi ſenſibus, emovendis cordibus, infinuandisque Poetæ conceptibus verba conficerent. Deerat proinde illa ex variis muſicæ partibus conſonantia ſepoſque, qualis in muſica noſtræ ætatis ſentitur: divinans tamen hæc diſſero, non explorati quidquam affirmo.

De verborum elegantia unde judicium feramus nihil eſt; eum, uti ſupra infinuavimus, ſimpliciſſimæ nimiſque literæ ſervientes ſuppetant Translationes. Porro ſi quis vernacula lingua Odas Horatii ad literam reddiderit, lepos aberit omnis. *L'argent n'a point de couleur, Criſpe Salluſte, ennemi de la lame cachée dans les terres avares, s'il n'eſt clairci par un uſage moderé* (1). Stropham hanc quod fortuito occurrerit, in medium adduxi; ſed omnium primam inter ejus Opera afferamus: *Mecenas deſendu d'ayeuls Rois, o mon appui, & mon doux ornement. Il y en a qui ſe plaiſent d'avoir amaſſé en courant la pouſſiere Olympique, & que la borne irritee par les roues, & la palme illuſtre eleve aux Dieux maitres des terres* (2). Cum hæc duo fortuito elegerim, in ceteris idem facile obſervari potuiſſe autumo. Ceterum Latinam verborum collocationem, quam Gallica lingua vix patitur, perverti: nonnulla etiam magis ad literam reddere potuiſſem, uti illud: *Il n'y a nulle couleur a l'argent* (3) is verti *L'argent n'a point de couleur*; & illud *Ma garniſon* (4), reddidi: *Mon appui*. Debuit profecto plus aliquid conveniſſe inter Gallieum & Latipum, quorum ille ab altero derivatus eſt, quam inter Græcum five Latinum & Hebraicum, qui nullo affinitatis, quantum ſcimus, vinculo conjunguntur. Noſtra pariter translatio ex Latino in Gallicum facta eſt; quare Pſalmorum Verſionem melius exhibet carmen aliquod Pindari ex Latina interpretatione Gallieis literis traditum. En aliquod nec ſane arduum.

Hymnes regnans ſur le Luth, quel Dieu, quel Heros, quel homme louerons nous? Certainement Piſe eſt a Jupiter, & Hercule a inſtitué le combat Olympique, les premices du butin de la guerre: Mais c'eſt Theron, qui il faut chanter de la voix, o cauſe de la courſe dans un char a quatre chevaux vainqueur. Ce juſte hote appui d'Agrigente, fleur d'Ancetres illuſtres, Gouverneur des Villes (*) Plura hujus ſaporis in Pindaro legas, quę ſine paraphraſi reddita nullum aptum ſenſum referunt.

(1) *Italice ſic*: L'argento non ha alcun colore Criſpo Saluſtio inimico della lama naſcoſta nelle terre avare, ſe non ſplende per un' uſo moderato. (2) Mecenate diſceſo da Avi Regi, O mio appoggio, o mio dolce ornamento. Vi è chi ſi diletta di aver raccolto correndo la polvere Olimpica, e che la meta irritata dalle ruote, e la palma illuſtre eleva a' Dei padroni delle terre. (3) *Italice*: Neſſun colore è all'argento. L'argento non ha alcun colore. (4) Mia difeſa. Mio appoggio. (*) *Italice*: Inni regnanti ſopra il Liuto, qual Dio, qual Eroe, qual uomo loderemo noi? Certo Piſa è di Giove; Ercole ha iſtituito il combattimento Olimpico, le primizie della preda della guerra. Ma è Therone quello di cui biſogna cantare colla voce, a cauſa del ſuo corſo in un carro a 4. e vallo vincitore. Queſto giuſto oſpite, oppoggio di Agrigento, fiore di Antichi illuſtri, Governatore di Città.

Quæ huc usque a nobis de Originalis elegantia disputata sunt, debitum erga Vulgatam obsequium nostrum non minuunt. Fatum est plane inevitabile, quemadmodum ex adductis huc usque exemplis plane demonstratur; nimirum Lucubrationes Poeticas, si in alteram linguam vertantur, plurimum ingenui leporis citra vitium Interpretis demittere.

Septuaginta, Græce Scripturam tradentes, literæ pro viribus serviendum duxerunt; veriti ne paraphrasis aliquid Textus integritati officeret. Profecto nisi idem in Psalmis consilium servassent, nihil in illis de figuris & phrasibus Originalis agnosceretur; nec abs re prorsus ambigeremus, ne forte pro sensu Prophetæ, Interpretis sensu legenti subreperet. Cum vero primi illi Fideles Romæ ceteriisque in regionibus Latine loquentibus literas Hebraicas ignorarent, Scripturarum Translationem e Greco Septuaginta adornandam susceperunt; quam illorum Versionem toto eo ipsatio, quoadusque scilicet Versio S. Hieronymi non reciperetur, 600. scilicet annis circiter, in Ecclesia obtinuisse constat. Quare cum universus Christianus populus tam longa ætate rectandis ex ea Translatione Psalmis assueviſſet; & ab omni, etiam exteriorum rerum, mutatione semper abhorreret Ecclesia Catholica, Versionem ipsam e Græco expressam retinendam judicavit. Dissidet illa quidem sæpius a Textu Hebraico, qualis hodie, & qualis etiam S. Hieronymi ætate legebatur; nonnulla etiam obscuriora, & magis ardua continet; sed vicissim in pluribus et. iam meliora Exemplaria sive meliorem lectionem secutos Septuaginta constat. Numquam Versio hæc nostra nisi Catholicum sanumque sensum præsciret; quod satis habendum arbitror. Neque eidem Versioni admittendæ difficiliores nos præbere par est præ tot Viris Sanctissimis, qui jam inde ab ipsis Ecclesiæ crepundiis ex ipsa eadem Versione & precum & institutionum suarum ad populum argumenta deduxerunt.

Neque ingratum accidit Ecclesiæ, si quis e suis filiis ad varios consulendos Textus se conferat, quo scilicet sensus omnes atque unum Psalmorum caput sub oculis ponat, quemadmodum inter ceteros Cardinalem Bellarminum præstitisse constat. Ceteras Poeticas Scripturæ Lucubrationes ex Versione S. Hieronymi ex Hebræo expressas habemus.

Non est autem cur vehementer miremur, si in rebus Poeticis alius plane sit nostræ ætatis, ac veterum genius. Ut enim affentatio omnis abeat, fatendum est, Poesim hanc nostram multo vetustæ illi concedere; quamquam enim cultiori utamur eloquio, & naturæ magis studeamus, quam veteres illi, & elapsi sæculi Poetæ; in rebus tamen multum illis deferimus. Potissima enim Poetarum occupatio sunt blandi quidam, & molliusculi amores, crapula, & alia hujus generis, ut non nisi voluptatem carmina spirent; atque id tandem commissum est, invito licet antiquitatis, quam imitatione exprimendum suscipiunt, genio, ut infames illæ cupidines cum toto vitiorum sese comitantium satellitio in Tragœdiam & Heroica carmina irrumpant; quæque ad gravitatem componenda erant carmina, hæc adolescentulorum animis lasciviam instillarent; nihil morantes variorum Poeticorum characterum adeo religiose a Priscis servatam distinctionem.

Ego quidem numquam in animum induxerim, dignam hanc esse nobilium ingeniorum occupationem. Quis credat Deum ad hoc potissimum homines quoidam instruxisse aeri quadam imaginandi facultate, vividis rerum ideis, gratia, in seligendis verbis felicitate, ac tandem ceteris omnibus, quibus Pocta formatur, quo præclaris hisce animi dotibus jucunde nugari, & criminosas quasdam voluptates dulcius insinuare permittatur? Crediderim potius tot simul veluti linimentis severioris veritatis dogmata mulceri voluisse, quo facilius forberentur, & veluti cibus sapimentis, ita pariter utilissima ad mores instruendos dogmata carminis blandimentis condirentur.

Ut quid tandem utile separetur a dulci? Ut quid doctrina salutis, & pietatis, stili inelegantia & prolixitate, in medicamina quædam ingrata vel in cibos insuaves & tristes paretur; quos cum gustare cogarit, valida mentis ratiocinatæ intentione & præmuniri necesse sit? Cum interim genius, studium, politiores artes impendantur sapimentis pharmaciique componendis, quorum illecebris pellecta juventus virus exlorbet? Sive igitur Poeticas artes omnes damnare oportet, quod sapientium nemini probabitur; sive digniori argumento reddere, & cum genuina illa probataque Philosophia, nempe cum morali doctrina & solida pietate, componere novum illud quidem esset scribendi nostris literis genus, neque enim vulgata sunt hactenus Opera satis digna, quorum esset Christianum argumentum; satisque scio sæculi hujus corruptionem atque nimiam ingeniorum licentiam totum undique Orbem pervaganteam, magni adversus Lucubrationes illas futuras momenti: sed facile etiam ea in re nonnihil ab Authoribus peccatum est. Neminem ego quidem offendi, qui Cantica ejusdem characteris ac in Scriptura pangerent, & in ipsis, quorum Translatio adornata est, Psalmis non satis provisum est, ut figuræ omnes, quæ potissima est elegantia hujus generis Operum, servarentur. Quidquid Translatio appellatur, illud paraphrasum adeo prolixarum genus est, ut sensus Prophetæ non nisi aliis plurimis intermixtus oppressuque tradatur. Quare facile præstaret imitatione illos potius, quam vertendo exprimere; & cum ejus generis carminibus plura contineantur a nostris usibus moribusque abhorrentia, laborandum esset proinde, ut paria ad nostros mores conderentur. Nimirum in mysteria novæ Legis, ejusque constitutionem, & successum, in gesta Sanctorum; in beneficia, quæ genti nostræ, regioni, Urbi Divinitus collata sunt; in axiomata doctrinæ moralis, in felicitatem justorum, in contemptum divitiarum &c.

In suscipiendis ejus generis Operibus an arduum aliquid oeenrsurum sit, me penitus fugit. Consilium tamen illud optimum fuisse quis negaverit? Et si quis de tuis viribus ea in re desperet, non est tamen cur liventi oculo meliori successui in idem argumentum laborantes suspiciat. Plurimi igitur æstimanda est Poesis Hebræorum, quando etiam de ejus imitatione desperaretur.

DISSERTATIO

In Musicam veterum, & potissimum Hebræorum.

CUM de musica Veterum ac potissimum Hebræorum agendum cogitamus, simplex statim aliquid ac rude succurrit: semel enim falsa illa persuasione occupati, mortalium res omnes perfici in dies, & sæculum nostrum politiorum artium cultu rerumque cognitione omnibus retro sæculis præstare; ita pariter de Musica philosophamur, rati nostris in eam rem inventis Veterum harmoniam & ruditatem multum concedere. Ex quo tamen ipsum vestustatis limen attingitur, statim hæc omnia e mente facessunt, & præjudicatis opinionibus ipsa rei veritate derogatur. Neque enim bona illa vetustas ingenio nobis quicquam ac rerum inventione eedebat. Vincebant etiam studio in musicam suo nostros in illam amores. Plus erat pariter ea ætate Musicis conceisum qua honoris, qua divitiarum, quam hodie ejus generis hominibus

nibus tribuatur. Illud denique conſtat, admiranda & prodigioſa ferme de veterum muſica referri quæ fruſtra a noſtra quæras. Eſt itaque ambigendi locus, an muſica noſtrorum temporum ejuſdem ſit cum veteri perfectionis.

Veteris muſicæ ſimplicitatem, tamquam rudiotis adhuc facultatis defectum, plures quidem reputarunt: nos tamen jam perfectæ dotem illam fuiſſe defendimus. Quo enim ad naturam ars aliqua magis accederit, eo perfectior habenda eſt: ſimplicem autem muſicam ad naturam magis accedere, & hominis vocem ejuſque paſſiones melius imitari quis neget? Labitur illa facilius in intima cordis, movendiſque affectibus nihil aptius, ano verbo, ſingulares muſicæ effectus, blandiendi nempe cordiſque emovendi, tutius aſſequitur. Fallimur etiam in ea, quam muſicæ Veterum tribuimus, ſimplicitatis notione. Simpliciſſima enim erat unaque pariter numeroſiſſima. Quam multa enim norant Veteres inſtrumenta hodie nobis incognita, cum interim neque ſimphonitæ ratio, neque vocis harmonia illos lateret (1)? Illud etiam commodi Muſicæ illi præ noſtræ accidebat, quod inſtrumentorum ſonus verba non obrueret ſed adjuvaret; unaque ſimul melodia aures mulceret, & cor pariter blanda titillatione emoveretur, cum interim ſpiritus carminis elegantia, ſuavitate, & granditate caperetur. Impreſſæ a carminibus ideæ menti ſpectaculo erant, ac ſymphonia interim aures, & corda oblectabatur. Nihil eſt proinde cur miremur, ſi de muſicæ veteris effectibus mira ferantur; juncta enim ſimul habebat, quæ in noſtris theatris non niſi diviſa delectant.

Nec minus falluntur, qui muſicam tamquam recens inventum ſuſpicientes, perfici ſemper ulterius credunt, ut quo magis in dies adoleſcit, eo majores gratias acquirat. Vetuſtiſſima eſt enim muſicæ facultas, & ſæpius e culmine ſuo excidit; ut proinde in præſentia magis priſtino ſtatui recipiendo, quam novo alicui acquirendo laboret. Noti erant ante Diluvium & Muſici, & muſicæ inſtrumenta, cujus æquatis fragmenta quædam Poetica, canenda ſane a Muſicis (cum olim carmina omnia muſicis uſibus deſtinarentur) ſuperſunt. Jubal (2) *fuit pater* (docuit nempe) *canentium cithara, & organo*, Hebr. *Kinnor*) quod facile lyram deſignat, & *Huggab*, nempe vetus organum, de quo infra. Porro Jubal ſextum a Cain parentem habuit Lamechum, ejuſque ætate nonam jam generationem, ſi Adam & Jubal computentur, Mundus a creatione ſua numerabat. Eſt igitur muſicæ epocha ante Diluvium conſtituenda, vetuſtiſſima oppido & numquam longius repetenda. Quod ſane mirari ſubit de muſica facultate, vitæ uſibus prorſus non neceſſaria. Paret ejuidem artis vetuſtas etiam ex hiſtoria Jacob, qui ſocero ſuo Labano clam relicto aufugerat; hunc enim Labanus deinde proſecutus, cum in montibus Galaad tenuiſſet, his verbis Jacob objurgavit (3): *Cur ignorare me fugere voluiſti, nec indicare mihi, ut proſequerer te cum gaudio & canticis, & tympanis, & citharis?* De ſingulis hiſce inſtrumentis peculiari Diſſertatione agemus.

Aliud de vetuſtate Muſicæ argumentum deducitur ex ipſa Poeſis antiquitate; altera enim ab altera olim non ſejungebatur (4). Nullum enim erat carmen, quod muſicæ uſibus non deſtinaretur, idemque habebatur carmen cantate ac recitare. Porro nullis ſæculis nullíſque gentibus ignotam fuiſſe Poeſim ſatis conſtat. Illud Lamechi ad geminas uxores ſuas Adam, & Sellam (5): *Audite voces meas, uxores Lamech, auſcultate ſermonem meum: Quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in livorem meum, ſeptuplum ultis habitur de Cain: de Lamech vero ſeptuagies ſepties*; verba, inquam, hæc vetuſtum carmen referunt, quemadmodum & benedictiones, quas Noe in Semum, Japhetum, & maledicta, quæ ille in Chanaan (6) imprecatus eſt. Carmen pariter reddunt poſtrema Jacobi morituri verba (7). Carmen magis elimatum magiſque ad regulas muſicæ prompſit Moyſes in Cantico, quod occaſione tranſfretationis Erythræi cecinit.

Veruſtiſſimi omnium Græciæ Scriptores Poetæ ſunt (8), ut ſcripta proſa oratione Opera nonniſi poſt carmina obtinerent. Quin & primi illi ſolutæ orationis Scriptores poeticum guſtum & phraſim, eamdemque in tractandis argumentis rationem ſervarunt, ut ſolo numero, & ſono eorum Lucubrationes a Poeticis diſtinguerentur. Ceterum eadem erat utrinque, in ornamentis ſcilicet & poeticis fabellis admicendis, licentia. Hinc Herodotus e. g. omnium primus, quorum hiſtoria ad nos tranſierit, Opus ſuum novem Muſis inſcripſit, & plurimis, quæ fabellam ſapiunt, Opus illud inſerit. Cadmus Miletſius primus legitur, qui hiſtoriam proſa oratione ſcripſerit (9). *Phœrecides Syro Inſula oriundus, qui primus verſuum nexu repudiato, conſcribere auſus eſt paſſis verſibus ſolute loquutus, proſa oratione*, ait Apuleius, in Flor.

Porro vetus hoc Poeſis genus nihil habebat cum poſteriori Græcorum, & Romanorum commune, neque enim fabularum quodam contextu fluens oratio otioſorum animos detinebat, ſed philoſophicum quidam ſpiritus una ſimul delectabat pariter & docebat (10). Quare ſcite admodum veteres Græci ſtudiorum exordium filiis ſuis Poeſim ſtatuebant (11). Muſici, ceterique canendo inſtrumentis periti aptiſſimi etiam puerorum inſtitutores habebantur, cum artem excolerent quam opportunam continendis in ordinem paſſionibus, & animis ad moderationem & ſapientiam formandis; quod ſolemne erat Pythagoricorum axioma. Porro Philoſophus ille tamquam Divinum aliquid & Coeleſte muſicam ſuſpiciebat, ſedatæ mulcendique animi paſſionibus limimentum; inde auſpicari diem mandabat, inde meditationem & precem, ut ſpiritus in tranquillo conſtitutus inde ſe turbis negotiorum daret. Argumenta carminum non fabuloſæ tantum origines Deorum, & Heroum, & laudes præbebant, ſed facta etiam hiſtorica, leges populorum (12) & Triumphatorum præclare atque inſigniter geſta, triumphi, funera, & nuptiæ. Tandem Poeſis & muſicæ ſtudium poſt militares exercitationes maxime ſeria reputabatur, & virorum inſignium dignitſima apud veteres occupatio (13).

Heroes illi, quorum apud Veteres memoria, Muſicam colebant omnes, ut artem illam ignoraſſe probro apud eos duceretur. Chiron, Hercules, Achilles inſtrumentis ſudere docti erant. Themiſtocles oblatam ſibi in convivio lyram recuſans, illiberalis educationis ſuſpicionem præbuit; eo uſque animos hominum tenuerat periuaſio, muſicam formandis hominibus neceſſariam eſſe. Optime conſtituta urbium politia habebatur, quæ plus ſtudii in muſicam contuliſſet, ait Plutarchus iib. de muſica. Suus erat Muſicæ uſus in bellis, in cœtibus religioſis, in feſtis & ſuus pariter in ſtudio Politices, Moralis, & Legiſprudentiæ. Muſicus enim perinde habebatur ac ſapiens (14), ſicut & imperitus aliquis rudiſque eo nomine exprimebatur: *Amuſos* Is Græcorum guſtus.

Apud Ægyptios minor erat muſicæ honor, cum juxta Diodorum (15) Ægyptiis interdicta eſſet, ſtudiumque illud non tamquam inutile tantum, ſed etiam perniciolum haberetur. Inclinaſſe tamen in illam Ægyptiorum animos, maxime in ceremoniis Religionis, S. Clemens Alexandrinus (16) inſinuans, ſuppli-

V 4

(1) *Sanct. epiſt.* 48. *Nonne vides quam multorum vocibus chorus conſtet? Unus tamen ex omnibus ſonus redditur. Aliqua illis acuta eſt, aliqua gravis, aliqua media. Accedunt viris famina, interponuntur nibia. Singulorum ibi latens vocis, omnium apparent.* (2) *Geneſ.* 4. 21. (3) *Geneſ.* 31. 27. (4) *Plutarch. Libello de Muſica.* (5) *Geneſ.* 4. 23. (6) *Geneſ.* 9. 25. 26. 27. (7) *Geneſ.* 49. (8) *Strabe Geograph. lib.* 1. (9) *Plin. lib.* 7. *Proſam orationem condere Pherecides Syrius inſtituit*; *Cyri Regis ætate Hiſtoriam Cadmus Mileſius.* (10) *Plato lib.* 2. *de legibus.* (11) *Strab. lib.* 1. *pag.* 2. (12) *Vida Ariſtot. problem. num.* 19. 49. *Cicero Tuſcul. l.* 4. (13) *Cicero Tuſcul. lib.* 1. *Themiſtocles in epulis cum recuſaſſet lyram, habitus eſt indoctior.* (14) *Quintilian. lib.* 1. *Gellius lib.* 20. *c.* 11. (15) *Diodor. Sicul. Biblioth. lib.* 1. *p.* 51. (16) *Clemens Alexandr. lib.* 6. *Strom.*

plicationem quamdam Sacerdotum Ægyptii describit, cui Musicus, Symbolum facultatis suæ ferens, quique memoria duos libros Mercurii teneret (primum nempe hymnorum in laudem Numinum, alterum institutionum Regum) præibat. Quare non inviti credimus, Diodori restimonium referendum esse ad Musicam, qualis ætate sua obtinebat, non ad veterem illam; cum teste Platone de Leg. lib. 2. summo studio incumberent Ægyptii servandæ Musicæ a Patribus suis Numinibus consecratæ, in qua non minima Religionis & Politiæ portio. Imo, qui apud Idumæos Moysis ætate florebat, non solum musica & cantus, sed & instrumentorum pariter meminit [1]. Urbs Tyri musicam amavit, quemadmodum ex Isaia 23. 16. & Ezechiele 26. 13. intelligimus.

Barbaræ gentes nihil quidem literis mandabant, sed historias (suas, genealogias, & Religionem earminibus complexæ, servandas memoriæ tradebant, ut de Druidis apud Gallos, & Bardis apud Germanos & Britones relatum est; eorumque Sacerdotes instrumento non absimili lyræ utios Diodorus Siculus est author. Ceterum Græcorum veterum musica nihil theatris serviebat; nec magis apta mollibus quibuldam passionibus excitandis habebatur; sed masculo vigore pollens, infrænabat passiones, mores formabat, animum confirmabat, ac tandem in Deum & sancta quæremque reverentiam inspirabat. Molle illud & pernicioium Musicæ genus recens obtinuisse, Plutarchus lib. de Musica animadvertit; observans Platonem ideo potissimum musicam e Republica sua eliminasse, quod additionibus pluribus & transmutationibus depravatam nosset; i. e. abusu musicæ ætatis suæ deteriorem.

Modo ad musicam Hebræorum, quos sane in studio musices nulli gentium cedisse satis constat. Paulo post relatum ex Ægypto pedem, Moyses Canticum digessit, de prodigiosa transfretatione Erythræi gratias acturus; illud autem in cœtu Virorum concinit, cum interim Maria ejus soror tympanum, quale apud Veteres obtinebat, pulsans, idem Canticum psallens, choreas pariter cum sono instrumentorum misceret [2]. Post impensum aureo vitulo cultum. *Populus sedit manducare & bibere, & surrexerunt ludere*, uti legimus Exod. 32. 6.

Animadverstone dignum est, Moysen nihil in Legibus de musica in Sacrificiis & solemnibus Religionis adhibenda edixisse; justit tantum, itinere per desertum pene absoluto, tubas [3] fabricari, tribus diversis usibus destinatas: 1. Ut sacrificiorum solemnium & religiosorum conviviorum pompa augerent: 2. Ut exordium anni Jubilæi, Sabbatici, & mensium annunciarent: 3. In bellis adhibebantur, quo militibus pugnandi ardor angeretur, eo veluti signo Divinæ præsentiæ opisque ab eo præstandæ exhibito. Hos tantum religiosos musicæ usus in Libris Moysis invenimus. Nihil autem ea de re Levitis a Legislatore injunctum, quibus unice mandatum est, ut ad nutum Sacerdotum Tabernaculo Domini servirent. Nihil illis de tubis permissum, quibus canere soli Sacerdotes justi sunt; nec sane id muneris ab aliis præstitum tum in bello adversus Madianitas, cum in circumducendis copiis Jericho, & alibi ixpius. Is rerum status adusque Davidis ætatem manst.

Rex ille pietate insignis, cum maxime in musicam inclinaret, & instrumentis peritissime luderet, ejusdem musicæ usum in Tabernaculum Domini invehere constituit. Reputabat enim multum ea re ad pompam & majestatem divini cultus tum & lenicindos populi mores collaturum. Ad hæc, auctus in immensum Levitarum numero, e re esse videbatur, ut singulis aptas ministerio suo, quo Domini obtequiis destinabantur, occupationes traderet. Cantica igitur scripsit, instrumenta etiam musica construenda curavit, quæ Levitis pulsanda tradens, justit insuper carmina illa canere ante Dominum in ejus Tabernaculo, cæteriique Religionis cæremoniis. Post ædificatum Templum res meliori ordine & pompa processit, atque intermissus in captivitate Babylonica usus, ea soluta restituta est, manifeque tamdiu, quoadusque universa Judæorum Respublica a Romanis non exciderctur.

Quo autem justa conceipiatur idea tum Hebræorum in musicam æstimationis, cum usus illius in rebus sactis & Templi; in medium proferenda censemus ea, quæ à Davide de ordine, numero, & distributione Cantorum sancita sunt. Inter duodecim Tribus Levitica Domini servitiis & cultui tota & unice destinata erat. Ex omnibus vero ejusdem Tribus familiis Aaronica tantum Sacerdotio ejusque muneribus addicta; cæteræ secundaria ministeria ad nutum Sacerdotum præstabant. Ex illis alii præ foribus Templi excubabant; alii vero occupabantur, qua laudibus Domini, qua instrumentis canendo. Erant qui victimas ad Sacrificium pararent, hostias deglubentes, lavantes, coneidentes, decoquentes, ac tandem ligna in usum Altaris parantes.

Frequens semper Cantorum turba Templi servitiis aderat; nec raro inter Cantores nomen suum addebant Levitæ foribus Templi præfidentes; uti de Levitis e familia Core janitorum munus gerentibus memoriæ proditum legimus [4], cantasse nimirum illos, sicut etiam dictasse plures Psalmos, eorum nomine inscriptos. Leguntur etiam Coritæ inter Cantores sub Josaphat Rege [5]. Obiequiis Templi addicti erant 4000. Janitores, totidem Cantores, & præterea 24000. Levitæ, variis gerendis ministeriis occupati. Singuli alterno ordine minisirabant; sed Præcentorum, & Janitorum perpetuum erat munus. Porro serviebant in Templo 24. classes tam Sacerdotum, quam Levitarum, quibus singuli 12. viri præerant, ut totus Præfectorum numerus impleret 288. Præfectos Sacerdotum, Cantorum, Janitorum cæterorumque Miniftrorum Templi [6]. Ex eo Principum numero certum deduci potest argumentum de numero ceterorum Sacerdotum, & Levitarum, ex quo maxime labente Davidis Regno scribi cœpit sunt viri ab anno ætatis vigesimo.

Rebus musicis in Templo præerant sub Davide, & Salomone Asaph, Heman, Idithum; ex quibus Asaph quatuor erant liberi; Idithum sex; Heman 14. omnes vero illi 24. numero, totidem muficorum classibus singuli singulis præfecti sunt. Parebant euilibet undecim alii Præfecti secundarii, vulgares Musicos regentes simul & erudientes. Non abs re credimus, classes illas variorum instrumentorum ludendi peritia [7], simul & diverso Templi, quem tenebant, loco distingui. Medium occupabant Caathitæ: lævam Merarita: dexteram Gersonitæ [8]. Filii Idithum canebant *Kinnor*; filii Asaph *Nabal*, vel *Psalterio*; filii Heman *Mezilothaim*, quod tintinnabuli cujusdam genus eredimus. Ita uni tantum instrumento occupati, curas omnes suas eo intendentes, nec ad alia distracti, commodius perficiebantur. Certis proventibus eorum sustentationi a Domino provisum; & cum artem illam velut avitam in familia sua haberent, ejusque specimen coram universo populo tribus vicibus quotannis ad Templum ventitantes exhibere cogerentur, his veluti stimulis ad perfectionem artis incitatos fuisse credimus.

Profecto si publica Græcię certamina, quę totius Orbis spectatores evocabant, in quibus decreti victoribus honores & præmia, tantum ad perficiendas artes & gymnastica exercitamenta valebant; quis credat parum ad perficiendos Musicos Templi contulisse, quod ludere cogerentur coram universę gentis concione, cum maxime peritię fuę hoc sibi præmium spondere potuissent, potiundi nempe totius classis suę præfectura, quod non infimum habebatur familię decus & ornamentum? Erat etiam Levitarum Hebrœorum nomen inter externos Musicos inclytum. Plurimam illorum turbam transferendam curavit in Transeuphrathęa Nabuchodonosor, post eversam Jerosolymam, cos vero Babylonii non incuriosę rogabant,

(1) *Job* 21. 11. 12. (2) *Exod.* 15. 1. 20. (3) *Num.* 10. 2. (4) 1. *Par.* 26. 1. (5) 2. *Par.* 20. 19. (6) 1. *Par.* 25. 7. (7) *Vide* 1. *Par.* 25. 1. 3. (8) 1. *Par.* 4. 33. 34. 39.

gabant, ut Pſalmos Sion cantarent. Sed Viri illi ſervitutem lugentes ſuam, muſica inſtrumenta, quæ ſecum detulerant, ſalicibus in ſignum deſertæ profeſſionis ſuſpendebant; flagitantibuſque reponebant. *Quomodo cantabimus Canticum Domini in terra aliena?* [1] Cantabant illi quidem interdum, ſed ſoli inter ſe vices regionis ſuæ, & Templi everſionem deplorantes; pangebant carmina lugentibus mœſtiſque fratribus relevandis; Domini opem implorabant, ſub ejus oculis exhibentes, veterum promiſſionum fidem, quarum tandem memor afflictis parceret. Fatebantur tamen, humilem depoſcentes veniam, criminum ſuorum gravitatem; rogabant ut ſoluta tandem captivitate, tot malis finem imponeret. Hæc argumenta carminum, quæ in captivitate Babylonica ſerpſerunt Hebræi, triſtia illa plerumque & lugubria.

Nondum conſtat inter Commentatores an Templi obſequiis vel ſaltem extraordinaria aliqua occaſione fœminæ Cantatrices vel inſtrumentis ludere doctæ ſervierint. Id enim indecorum maxime Rabbinis videtur; neque indecorum tantum; ſed rem plenam periculi rebantur, ſi Miniſtrorum ſanctitas fœminarum conſuetudine diſcrimen ponteretur. Quare non niſi extraordinaria quadam occaſione adhibitas fuiſſe fœminas Cantatrices in cæremoniis Religionis, & non niſi cum illæ extra Templum agerent, Sanctius, Cornelius a Lapide, & interpretes plerique autumarunt. Ita luſiſſe fœminas legimus poſt transfretationem Erythræi, poſt relatam a David de Goliath victoriam, cum Arca Jeroſolymam deduceretur, in triſti Regis Joſiæ funere, dum feliciter Cantores omnes & Cantatrices Hebræas Jeremiæ Lamentationes ea de re ſcriptas cantantes luxiſſe ſcriptum eſt 2. Par. 35. 25.

Contraria tamen nobis una cum doctiſſimis aliis Interpretibus ſedet opinio; nimirum in magnis per annum Solemnitatibus adhiberi conſueviſſe fœminas Cantatrices, ſub Præfectis, Hebræo nomine *Moazeach* appellatis, ſerviente; de quibus Præfectis nos alibi fuſius [2]. Porro his viris tamquam Præceptoribus fœminæ illæ utebantur; nec plerumque earum puellarum chorus niſi fœminæ Lectatrices implebant. Summa tamen cautione & modeſtia, ea quæ ad fœminas pertinebant, agebantur; ab aliis enim Muſicis diſcretæ, diviſam a viris claſſem conſtituebant. Singularis in ſpeciem ſententia optimis Scripturæ documentis demonſtratur. In cenſu filiorum Heman, viri inter tres primores muſicæ Templi Præfectos, 12. filii, & tres filiæ numerantur [3]. Ut quid, rogo, recenſerentur præter Scripturæ morem fœminæ, niſi quod illæ idem cum fratribus canendi munus coram Domino præſtarent? Cum Arca e Cariath-Jarim inſigni pompa Jeroſolymam deducerentur [4], puellarum chori ſub Præcentoribus ſolemnitatem augebant. In cenſu eorum, quos Eſdras e captivitate Babylonica reduxit 200. inter viros fœminaſque Muſicæ peritos numerantur, quos ſane Templi ſervitiis deſtinatos fuiſſe nullus dubito [5]. Hanc ſententiam tuetur Lyranus ad 1. Eſdr. 2. 66. laudans teſtimonium ex Paralipomenis a nobis ſupra deductum de tribus puellis Heman.

Paraphraſtes Chaldæus in Eccle. 2. 8. diſerte tradit, conſtitutos a Salomone in Templo Cantores pariter & Cantatrices. Gemina eenſent Toſtatus, & Menochius [6]; quemadmodum & Grotius, & Caſtalio in 1. Par. 15. 20. quo in loco Hebræus legit Zachariam, Ozielem, Semiramoth, alioſque ſeptimæ claſſi muſicorum ex puellis conſtanti præfuiſſe [7]. Pſal. 9. inſcribitur *Ben* ſive *Banaja Præfecto Muſices in Choro puellarum* [8]. Porro Templum Domini veluti Aula Domini Iſraelis habitum, plures in obſequium ſui, tamquam Domino præſente, miniſtros exigebat. Nihil ibi deſideratum pro more Regum Orientalium, non menſa, non aromata, thronus, concelavia, Præfecti, Chori Muſicorum tam virorum quam puellarum.

Philo de Vita contempl. narrans choreas & cancilenas, quibus Therapeutæ ſolemnium dierum pompam celebrabant, in duos diviſos choros cantaſſe illos tradit. Omnibus præcinebat toramque ducebat muſicam vir aliquis ad id conſtitutus, ac poſt cantum viri fœminæque, ſeorſum tamen, choreas ſparſim hic & illic inſtituebant; ſubitoque veluti repentino oeſtro divinitus abrepti & voces ſimul & choreas jungebant, mixtumque ex viris fœminiſque melos gratum harmoniæ genus auribus præbebat. Potuit itaque non abſimili cæremonia in Templo rebuſque ſacris ſervari, quam Therapeutæ, viri in primis graves ſapientesque, accœtu ſuo non ducebant alienam. Narrat pariter idem Philo, ſervari apud Judæos omnis generis & metri carmina, quæ coram Altari, aliis ſtantibus immotis, aliis choreas ducentibus, cantarentur.

Præter muſicam Templi ſuus erat chorus Muſicorum, Regiæ Aulæ ſervitiis deſtinatus: *Numquid audire poſſum ultra vocem Cantatorum, atque Cantatricum?* ait Berzellai ad Davidem, ſe in Aulam invitantem [9]. Salomon, qui cum nihil ſibi ad voluptatem reliquum feciſſet, muſicam pariter amavit, *feciſſe ſibi* ſcribit *Cantores & Cantatrices* [10]. Regiæ huic muſicę Judæ Præfuiſſe Aſaph credidérim; quippe qui 2. Par. 25. 2. de illo ſcriptum legitur: *Prophetantis juxta Regem*; Heber. *Ad manum Regis*. Porro Regiæ erat magnificentiæ apud Orientales, ſi puellis canendi peritis ad ſolatium in quiete noctis & in conviviis inſtructiſſimam Aulam haberent. Tono vocis & ſuavitate cæteris præſtans puella præcinebat, reliquis ſuccinentibus [11]. Has fœminas Periæ appellabant *Zarbæ*, vel *Barza* [12]. Parmenio de capta a ſe Damaſco Alexandrum per litteras faciens certiorem, ſimul nunciavit, recepiſſe inter captivas 329. puellas ex Aula Darii muſicæ peritas [13]. Porro alias ludendi inſtrumentis, aliæ canendi, ac tandem aliæ canendi ſimul & voce & inſtrumentis doctæ habebantur [14]. Hanc luxum & pompam Aulæ Perſarum aſſecuti ſunt Parthi [15]; & referente Herodoto lib. 1. cap. 17. legimus Haliattem Regem Lydiæ in expeditione adverſus Mileſios habuiſſe in exercitu ſuo viros pariter & mulieres inſtrumentis canendi ſaltandique doctas. Strabo Rex Sidonioruin voluptuoſiſſimus ſi quis alius in hiſtoria Princeps, inter frequentiſſimos ſemper choros fœminarum muſicarum, quæ inſtrumentis canere & choreas ducere norant medius verſabatur [16].

Notum fuiſſe apud Hebræos uſum muſicæ in theatris atque ſpectaculis, auſpiam in Scriptura apparet; neque enim id genus voluptatis norant, cum apud Græcos pariter recens habeatur inventum. Ceterum alterius cujuſcumque generis carmina, adeoque & muſicam, gentem illam non latuiſſe conſtat. Leguntur in Scriptura Epinicia, carmina, invectivæ, actiones gratiarum, ephthalamia, cantica mœroris & gaudii, tum & moralia & deprecatoria. Dramaticum genus refert Canticum Canticorum, quamquam non ex illis, quæ ſpectaculum præbere poſſint audientibus; cujus pariter artificii ſunt Pſalmi, in quibus Deus & Pſalmiſta ſive Juſtus in Dialogi morem loquentes indeuntur. Liber Juſtorum interdum apud Joſue [17], & Reges [18] laudatus, hiſtoria carmine ſcripta creditur, carmine, inquam, veteri, cujus generis fragmenta quædam ſuperſunt in ſententiis veterum Philoſophorum [19]. De vindemialibus cantilenis [20]; ſicut etiam iis, quæ vinum potantes effundebant, ſermo eſt in Scriptura: *Io me ſyllebant qui bibebant vinum* [21]. *Cithara, & lyra, & ſympanum, & tibia & vinum in conviviis veſtris*, ait Iſai. 5. 12., *& opus Domini non reſpiciis, nec opera manuum ejus conſideratis*.

(1) *Pſ.* 136. (2) *Vide Diſſertationem in Lamnazeach.* (3) 1. *Par.* 25. 5. (4) *Pſ.* 67. 26. (5) 1. *Eſdr.* 2. 66. & 67. *&c.* 2. *Eſd.* 7. 67. (6) *Toſtat. quæſt.* 14 in 1. *Paral.* 25. *Menoch. ib.* (7) 1. *Par.* 15. 20. *Binſalim ai alnoth.* (8) *Vide Comment. in Pſ.* 8. 1. *in Argum.* (9) 2. *Reg.* 19. 35. (10) *Eccleſ.* 2. 8. (11) *Athen. l.* 13. & 12. (12) *Suidas, in Monſurgos.* (13) *Apud Athen. l.* 13. *c.* 9. (14) *Suidas ib.* (15) *Plut. in Craſſo. Vide Briſſon. de Regno Perſar. l.* 1. (16) *Theopomp. Hiſt. l.* 15. *apud Athen. l.* 12. *c.* 8. (17) *Joſue* 10. 13. (18) 2. *Reg.* 1. 18. (19) *Laert. l.* 1. (20) *Iſai.* 16. 3. 10. & 24. 7. 8. (21) *Pſ.* 68. 13.

ractis. Et Amos 6. 5. *Qui canitis ad vocem Psalterii. Sicut David, putaverunt se habere vasa cantici* (peritiam nempe instrumentis canendi) *bibentes vinum in phialis, & optimo unguento delibuti, & nihil patiebantur super contritione Joseph.* Non nisi per abusum musica ad eum statum devenerat in Israele; sed maximum fuisse ejusdem Musicæ usum apud Judæos eo apertissimo argumento demonstratur. Differte etiam idem mos exprimitur in Ecclesiastico pluries. Vide Eccli. 32. 5. 6. 7. & 40. 20. & 49. 2.

Poesis, musica, & instrumenta in funeribus Hebræorum obtinebant. Omnium vetustissimum funebre carmen illud legitur, quo David funus Saulis & Jonathæ luxit (1); altero idem Rex funus Abner prosecutus est (2); cantico pariter celebratissimo funus Regis Josiæ Jeremias ingemuit, (3); eodem funeris genere Judæ Maccabæo parentarunt. Isaias prophetico lumine lapsum Imperii Babylonici & funestum Regis illius obitum intuens, funebrem quamdam orationem instruxit, his verbis: *Quomodo cessavit exactor, quievit tributum! Contrivit Dominus virgam Dominantium, baculum imperum . . . . . Quomodo cecidisti de Cælo lucifer qui mane oriebaris &c.* (4). Porro solemni apparatu Cantica illa recitabantur sive a necessariis defuncti viris fœminisque, sive a lamentatricibus & lamentatoribus mercede conductis (5). Si funebris aliqua pompa alicui forte occurrisset, negotiis suis omnibus relictis, addere se ceteris, atque communi se dolore miscere tenebatur; quo spectat illud Evangelii (6): *Lamentavimus & non plorastis.* Jesu Christi ætate addebantur in elogiis funeribus ad pompam augendam tibicines (7). Sed ea de re fusius in dissertatione de luctu Hebræorum.

Quæ de musicæ effectibus mira apud Hebræos referuntur, ceteris a Scriptoribus prophanis traditis ea de re fidem attruunt. Convaluisse quosdam ab infirmitate solo musicorum instrumentorum sono; viris quibusdam emotæ mentis sive spiritu conturbatis Jubrem fuisse musicæ legimus; sopitum aliquando furor, seditiosæ interdum factiones compositæ; mitigatæ violentissime alioqui passiones. Nihil eorum supra fidem reputandum est, postquam in Scriptura legimus, Saulem tetra quadam melancholia agitatum, cui pariter Dæmon stimulos torquendo misero adjiciebat, lyræ a Davide pulsatæ sonitum præcentissimum a morbo suo remedium expertum fuisse (8). Quare si de Alexandro Magno legimus, modo arripientem arma, modo assumpta deponentem, prout Antigenides Musicus vario ludendi instrumenti sui artificio mite aliquid sive martiale inspiraret (9); si furentes insania & libidine juvenes, atque ad efferendas fores ad honestæque cuidam fœminæ vim inferendam procurrentes, Pythagoras sistere gradum & arma ponere coegit, seria tantum canere instrumento suo Musicum quemdam jubens, vix erit ut hæc omnia incredulos Lectores naniscantur; quippe qui norint, Saulem in cœtu Prophetarum varii generis instrumentis ludentium exceptum (10), divino quodam Spiritu subito animatum in alium virum transisse, ceteris quæ Prophetis comitem se cantando & prophetando adjecisse. Idem pariter Rex certior factus, Davidem apud Samuelem in Najoth Ramathæ (11) divertisse, manum suorum misit, qui concentu Prophetico rum instrumentorum simul & vocum audito, divino repente cœstro abrepti, canentibus sese, adjunxerunt. Manum alteram submisit Saul, qua pariter ad similia studia conversa, ipse tandem Rex venit, nec tamen aliter eum illo ac cum ceteris factum est; Divino enim infiliente Spiritu agitatus, antequam ad cœtum Prophetarum veniret, in Prophetam qua gestu corporis, qua motibus, qua etiam prophetica loquendi ratione transmutatus est. Vix autem ad Prophetas illos pervenit, vestibus positis, in prophetando i. e. in cantando atque propheticis motibus sese agitando diem integram noctemque traduxit.

Monstri loco habenda sunt ea, quæ contigisse narrantur in exercitu Joram Regis Israel, Josaphat Regis Juda, & Regis Idumææ. Cum tres Illi Principes per deserta Moab exercitum ducentes, extrema & inevitabili aquarum penuria laborarent; Josaphat omnium sociorum Regum religiosissimus quæsivit, num Propheta aliquis Domini in exercitu occurreret. Adesse Elisæum renunciatum est, quem convenientibus tribus simul Regibus, vir sanctus viso Rege Israelis, nihil habere se cum illo negotii dixit; iret, & maternos Prophetas consuleret. Respondit Joram, numquid Id fieri potuisset, ut Deus tres simul Reges in manus Moabitarum tradendos eo deduxisset? Tunc filatim Propheta revereri se dixit Josaphat Regem Juda, ceteros alioquin se neaspectu quidem dignaturum. Nunc vero, ait, adducatur ad me vir canendi instrumentis peritus. Cum venisset, atque instrumento suo luderet, statim Spiritu Sancto in Prophetam infiliente, vir sanctus in propheticas voces effusus est (12). Porro aspectus Regis Israelis ejusque voces Prophetam aliquanto commoverant; sed in pristinum mentis statum sono instrumenti restituetus, Divini Spiritus impressionibus excipiendis sese comparavit.

En alterius generis exemplum, quo bellicos spiritus militibus Josaphat excitatos, atque terrorem hostibus incussum discimus. Cum Ammonitæ, Moabitæ, aliique Arabiæ populi junctis simul armis in ditionem Josaphat irrupissent, Rex ille Domini opem implorat um se contulit, Deique verbis Prophetæ Jahaziel victoriam roganti spopondit. Ea spe plenus, exercitu in hostes ducto, aciem ita instruxit, ut Cantores Domini cumdem, quem in Templo, ordinem tenentes, & musicis instrumentis canentes, primi in exercitu procederent. Vix ad primum instrumentorum concentum hostes subito terrore perculsi sunt, & versis inter se armis mutuis vulneribus conciderunt; Moab, & Ammon in Idumæos procurrerunt; quibus deletis ipsi tandem inter se commissi sunt. Quare omnibus occisis, hostium arma omnia & præda ultro Hebræis cessere.

Simile exemplum occurrit in bello Abiæ Regis Juda in Jeroboamum Regem Israel (13). Regis Juda exercitum sequebantur juxta Moysis præceptum (14) Sacerdotes cum sacris tubis, quo indicio Domini præsentia designabatur: *Ergo in exercitu nostro Dux Deus ipse, & Sacerdotes ejus, qui clangunt tubis, & resonans contra vos.* Vix sacrorum instrumentorum sono, & clamore populi Juda ab hostibus audito, tantus illorum animos terror incessit, ut in fugam omnes dilaberentur. Præterea quæ in obsidione Jericho contigisse leguntur, cum sacrarum buccinarum clangore & clamoribus Hebræorum mœnia Urbis concussa corruerint (15); res est enim potius inter prodigia quam inter peculiares musicæ effectus censenda.

Quæ de Saule narrantur sono instrumenti & vocis Davidicæ relevato, nihil habent supra naturam; sicut etiam nonnisi juxta naturæ leges contigisse poterat, ut Saul, ceterique ab eo missi ad capiendum Davidem, inter Prophetas statim Prophetę redderentur; quemadmodum & illud Elisei, quo se ad illapsum Sancti Spiritus excipendum comparavit: influit enim musica in sanguinem & spiritus, quos leni quadam & dulci agitatione mollient, noxios ideo humores & melancholiam, quin & pigritoria sanguinis hebetudinem dissipat. Omnis ætatis remedium fuit, ut melancholia, phrenesis, furor, ceteraque ejus generis, lętis & jucundis curarentur; est etiam naturę consonum maxime, ut in cœtu ludentium & cantantium ad ludum & cantum excitemur. Ita enim natura comparatum habemus, ut aliorum, quos

(1) 2. *Reg.* 1. 19. (2) 2. *Reg.* 3. 33. (3) 2. *Par.* 35. 25. (4) *Isai.* 14. 4. 5. 12. (5) *Jerem.* 9. 17. *Amos* 16. 17. (6) *Luc.* 7. 32. *Matth.* 11. 17. (7) *Matth.* 9. 23. (8) 1. *Reg.* 16. 23. (9) *Plut. de Fortuna Alexand. l.* 1. *Senec. l.* 1. *de ira c.* 2. *Alexandrum ajunt Xenophante canente* (ita Musicum hunc appellat) *manum ad arma mississe* (10) 1. *Reg.* 10. 6. (11) 1. *Reg.* 19. 23. 24. (12) 4. *Reg.* 3. 15. (13) 2. *Par.* 13. 12. (14) *Num.* 10. 9. *Si exieritis ad bellum de terra vestra, contra hostes, qui dimicant adversum vos, clangetis nilantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro.* (15) *Josue* 6. 5. 20.

quos ante oculos intuemur, motus atque inſtrumentorum impreſſiones ſequamur. Porro *prophetare* Scripturæ ritu uſurparur non raro pro ſubita quadam excitatione, qua ad imitan dos motus & agitationes Prophetarum inducimur. Tandem animi emotio atque conturbatio, ita, & cetera ejus generis vix patituiſſent Divini Spiritus tranquillum illapſum, niſi prius inſtrumentorum ſono compeſcerentur; ex quo factum ut Eliſeus ad Divinum Spirirum recipiendum ſe comparans, virum ludendi inſtrumentis peritum accerieret. Balaam, ut ſe colligeret, atque diſperſos diſſipatoſque in cœtu hominum ſpiritus reduceret (1), in privatum ſecedens, aliquo temporis ſpatio ſolitarius manſit.

Atqui nulli ſpectantur pares in muſica noſtrorum temporum effectus. Cujuine vitio ea res deputanda, an muſicæ, Muſicifve, vel inſtrumentis? An potius nos blandis minus tangimur, minuſque præ Veteribus illis movemur, vel forte paſſionum noſtrarum motibus cautiores invigilamus; aut tandem longa quædam habitudo Stoicum neſcio quem illuporem in naturam tranſmuravit? Fieri quidem poteſt, ut nos animum habeamus præ illis firmiorem, & habitudine atque educatione aliquid in paſſionibus & ſenſibus noſtris ſive immutatum ſive diſſimulatum ſuiſſe; ex tamen iſidem temper nobis iidem patiuntur ſpiritus & paſſiones manent. Sit eſto aliquis, qui feria mentis intentione paſſionum quorumdam motibus reſiſtat; quot vero liberos ſe illis permittunt, id unice quærentes, ut animis emoveantur; nec muſicam morolam ſæpe alia de cauſa aulcultant, niſi ut ſe leni quodam blandoque motu mulceri ſentiant? Alia eſt igitur cauſa hujus rei in muſica ipſa quærenda. Vetus eſt ante mille annos cœpta querela, miram illam muſicæ vim deſiiſſe, cujuque rei invidia jam inde ab ea ætate muſicam ipſam onerabant. Dolebat peritus quiſque res muſica corruptas, turbaras, nihil de genuina illa nobilitate amplius ſervare.

Voſſius in ſuo Opere de *Poematum cantu, & viribus Rythmi*, fuſius demonſtrat, & ſæpius ineulcat hanc rei Muſicalis ruinam, hebetaramque illam, qua olim pollebat, virtutem contempeui optimæ Poeſis, quantitatis ſyllabarum, numeri & ejus, quæ verba inter & canrum ſervanda eſt, proportionis impudtandam. Defecit etiam, addit, vis illa verborum, qua maxime ſpiritus moveretur, periit ſcilicet genuina illa pronunciandi ratio & carminum aptiſſimum metrum; muſicis notis traduntur ſtrophæ, quarum ne verba quidem aſſequimur. Quare blanda licet & ſuaviſſima carmina, cum ne audiri quidem poſſint, nihil movendis cordibus valent. Dum aures melodiæ ſuavitate mulcentur, errare in incertum ſpiritus cogitur; quippe qui nihil ſatis certum & diſtinctum aſſequatur. Hinc nulla ſatis plena voluptas, & cor in duas partes diſtrahitur; cum melodia quidem, non vero ſenſu carminis afficiatur. Profecto ſi una ſimul vox, harmonia, & ſenſus patens verborum in ſpiritum influeret, aliter ſane quam quod noſtra ætate ſoleat, moveretur; quemadmodum virtus unita plus valet, quam divita. Id in primis ſpectabant Veteres, ne quid unquam de carmine, quod cantabatur, exciderer; quod per quam commode contingebat, eum multiplex ille vocum numerus in eadem verba conſonaret, omneſque ſimul Cantores a validiori Præcentoris voce duecrentur. Reſpondebat apta verbis & ſenſui harmonia; id agentibus peritiſſimis illis viris, ut quam poſſent maxime, naturam & voeem hominis in iis rerum circumſtantiis, quas carmina exprimebant, imitarentur. Chori in Comœdiis & Tragœdiis Veterum numquam ſupra naturalem loquendi modum vocem elevabant. Porro quantum ratio illa cantandi animis capiendis valeret, ſtatis demonſtrat eloquentiſſimi alicujus Declamatoris oratio, qui naturam imitari, & aprum verbis geſtum jungere, norit. Quis, rogo, vim ejus orationis non ſentit? Ita pariter reputandum eſt de Muſica naturali & in ipſa ſimplicitate ſua numeroſiſſima.

Addenda modo eſſent quædam de muſicis Hebræorum inſtrumentis, variis cantandi rationibus, rotoque demum muſicæ artificio. At de inſtrumentis quidem in proxime ſuccedenti Diſſertatione tractabimus; de reliquis vix eſt in tanto Sacrorum Librorum ſilentio, ut certi aliquid & explarati afferatur. Verum ſi muſicæ elegantiam majeſtati & numero caeminum congruere oporteat; illud nobis jure meritoque affirmandum, nihil grandius, nihil gravius, nihil auguſtius Templi muſica unquam auditum.

Servant hodie atque Judæi in Synagogis ſuis quoddam Muſicæ genus, patrum facile traditione receptum. Si tamen res eorum Muſicas tantum profiterni quantum noſtras contigit, eur ex iſta recentiori certi aliquid pro veteri deducatur, nihil eſt; longiſſimo enim diſtant intervallo. Simpliciſſimam quidem Muſicam hodie pariter ſervant Hebræi, qua in re veteri fatis reſpondet; ſed tor inter miſeræ gentis vices, tot rerum & temporum circumvolutiones, intactam illam manſiſſe quis credat? Recentiori Hebræorum Muſicæ P. Kircherius exponendæ laboravit; ſed illam eum Muſica Templi Salomonis conferre ne cogitavit quidem.

Licet aurem confuſa nobis maneat idea plurium Muſicæ inſtrumentorum, quorum in Templo uſus; varietas tamen & variam fuiſſe Muſicam illam ſatis demonſtrat. Et quidem variam fuiſſe oportet, cum Pſalmi, qui noſtra ſuperiunt ætate, tam varii ſint argumenti, ſicut & variæ adeo ſolemnitates peculiarem ſingulæ exegerint apparatum. In Palchæo Deo grates agebantur pro receepta ſervitute Ægyptiaca liberatæ. In Penteeoſte traditæ a Deo in monte Sina Legis ſolemnis memoria receolebatur. In Feſto Expiationis jejunio pariter, & animi ſuppliciis humiliitate venia de commiſſis criminibus poſcebatur. In Feſto Tabernaculorum iter per Deſertum velut ſub oculos revocatum eſt; grateſque Deo pro meſſe recepra impenſæ.

S. Clemens Alexandrinus (2), antiquitatis in primis veterumque morum inſtructiſſimus, tradit, ſaeram Hebræorum Muſicam in Templo plerumque Dorieum retuliſſe, quod graviſſimum eſt; & vetuſtiſſimum muſicæ genus, totum ferme in ſpondæis, & productioribus ſyllabis verſans: Dominum proinde maxime decebat, cui in timore ſervire jubemur: *Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Is Veterum guſtus, quorum Muſica, maxime in rebus ſacris impenderetur, nonniſi gravitatem, & majeſtatem ſpirabat; cum interim noſtra ætare Eccleſias non raro theatralibus harmoniis obſtrepere contingat.

DIS-

(1) *Num.* 23. 3. *t.* 5. *&* 26. *t.* 2. (2) *Strom. l.* 6.

DISSERTATIO

IN MUSICA INSTRUMENTA HEBRÆORUM.

GEnio tantum indulgendi populo suo permisisse Deum in Templo Musicam & instrumenta S. Chrysostomus & Theodoretus autumarunt (1). Nihil ea de re in Lege constitutum, longoque temporis spatio musica in Tabernaculo siluit. David omnium primus novam in ea re disciplinam invexit, & Cantores voce pariter & instrumentis Domino censuit confecrandos; qua in re genio rudioris populi consultum est, quo in Religionem resque sacras pelliceretur, magisque ab Idololatria, & superstitione removeretur. In Ecclesia Christiana primorum sæculorum, & eum res pietatis maxime floterent, nihil auditum in cœtibus religionis de musica musicisve instrumentis; nihilque eain re de pristino disciplinæ tenore remissum fuisset, nisi imbecillitati Fidelium (quorum pietas externis hisce fulcienda erat, & cor in Deum resque Divinas erigendum) consulendum fuisset.

Quo vero totus iste musicæ, & instrumentorum apparatus a cultu omnibus numeris absoluto, atque eximia illa, quam Deus a suis repoſcit, animi sanctitate distat, eo reliquis cæremoniis legalibus, cruentisque Sacrificiis supereminet. Tam piam atque utilem disciplinam curas tuas omnes repoſcere sapientissimi quique, & sanctissimi Veteris Legis Heroes arbitrati sunt: atque inter præcipuas reformati divini cultus leges, musicæ in Templo restitutionem nunquam non reputarunt. Quam sæpe Deus ipse Sacra Cantica, & laudis sacrificia cruentis victimis prætulit? *Sacrificium laudis honorificabit me* (2). Quam sæpe Prophetæ populum hortabantur, ut loco victimarum, & pinguissimorum arietum pura laudum holocausta, & Sacrificia gratiarum actionis offerrent? Meminebant tamen non legniter, eas laudes, & musicas cantilenas jungi oportere cum justitia, & pietate, ut concinnum auribus Dei melos exhiberent; siquidem tædio sunt Deo cantilenæ, & harmonia, quas vitæ Sanctitas & innocentia non animat (3)? *Auser a me tumultum carminum tuorum, & Cantica lyra tua non audiam.*

Post discussum in præcedenti dissertatione de Musica Veterum Hebræorum argumentum, nonnulla modo de muliebribus illorum instrumentis afferenda sunt. Quod sane argumentum curiosum alioqui, & maxime utile: satis hucusque neglectum miramur pariter, & dolemus. Interpretum enim plerique, seria rei discussione omissa, tatis habent insinuare, hanc de musicis instrumentis Hebræorum cognitionem in oblivionis tenebris alte defossam, conatus omnes laborantium fallere. Sed oportebat pariter demonstrare, voces illas, quibus plerumque instrumenta designata creduntur, re tamen aliud præter instrumenta significasse: cum interim quæ musica illa instrumenta vere designant, minus lateant, quam vulgo credatur. Si quid tandem nos fugit in nominibus Hebraicis, numquid ne sane non affequimur ea, quæ apud Septuaginta & Vulgatam posita sunt? Nec ingratum accidit sedulo Lectori didiciſſe, quid maxime fuerit *Psalterium, Tympanum, Nablum, Sistrum, Cythara, & Lyra* Veterum. Profecto si omnia Hebræorum instrumenta describere non obvenit nobis, illud saltem præmii loco habebimus, quod de nonnullis non inverosimiles conjecturas afferre contigerit: plura simul obscura Sacræ Scripturæ loca nostris hisce obiervationibus de Veterum instrumentis pandentes.

Atque in ipso disputationis limine animadvertere juvat, Musica instrumenta in Græcos Latinosque nonnisi ab Orientalibus veniſſe, ut proinde plurimum ad Hebraica accessisse credenda sint. Hebraica vero eadem reputanda cum instrumentis musicis Ægyptiorum, Chaldæorum, Phœnicum, & Syrorum. Non est igitur, cur animis despondeamus, fontem in rivis quærentes, atque sedulo investigantes tandem fiet, ut figuram & usum instrumentorum, quibus Judæi, & Orientales utebantur, apud Græcos, & Romanos saltem adumbratam deprehendamus. Vani semper, & propriæ gloriæ unice studentes Græci, sparserunt in vulgus, recepta apud ipsos instrumenta nonnisi Diis, sive veteſtis eorum Votibus deberi. Numquam ferme Apollinem, Minervam, Mercurium, Pana, nisi Musica aliqua instrumenta geſtantes exprimunt. Sed jactabundæ gentis ambitionem Scriptura ipsa revincit. Religio, Numina, Musica, Poeſis non in Græcia nata, sed aliunde in eam Regionem venerunt. Majori fide Latini fassi sunt, musica le instrumenta ex Oriente recepiſſe. Juvenalis Sat. 3.

Jampridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes:
Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas
Obliquas, nec non gentilia tympana secum
Vexit.

Titus Livius narrat, nonnisi post bellum Romanum cum Antiocho Magno receptas in Urbe turbas fœminarum instrumentis ludentium, & in conviviis adjecta symphoniarum oblectamenta (4).

Græci pariter, repugnante licet insito gentis studio mentiendi, & in majus ſese offerendi, quo veram plurium suorum musicorum instrumentorum originem seruntur, aliunde illa repetiſſe coguntur. Itaque e Phrygia interdum ſere e Lidia, sepe e Syria vel Ægypto, sive Perside derivant. Quod ad Judæos spectat, recepiſſe illos musica instrumenta conſtat ex Chaldæis, quibus originem suam debent, & ex Ægyptiis, apud quos diutius commorati sunt, ac tandem ex Phœnicibus ceteriſque Arabiæ & Syriæ populis, quorum media eorum regio continebatur. Numquam illi rei inventæ honorem sibi vindicandum suſceperunt; quamquam perfectæ atque in sacros, & laudabiles usus, Dei nempe laudes celebrandi, traductæ illis jure meritoque tribuatur. Quæ sane gentis prærogativa illam a ceteris omnibus distinguit, quæ in usus quidem Religionis musicam adhiberunt, sed non ea affiduitate, pompa, & cura, qua semper Judæi.

Si qua fides Rabbinis atque Interpretum plerisque, major vindicanda eſſet Hebræis instrumentorum copia, quam quæ apud alias gentes innotescat. Recenſent illi non minus quam 34. quo de numero nos uno penne ductu 14. subduximus. Hæc nomina.

1. *Nechinot*, quam vocem Septuaginta reddunt *Hymni*, Vulgata *Canticum*. Hebræus ad literam sonat Instrumentis ludentes five carmina ad musica instrumenta cantanda. Collatis autem simul omnibus textibus, in quibus vox illa recurrit, has tantum geminas significationes reperio, e. g. Job 30, 9. *Nunc in eorum Canticum (Nechinot) versus sum*; *Pſ. 68. 13. In me pſallebant, qui bibebant vinum*; & in pluribus titulis Pſalmorum (5). *Ad muſica moderatorem; Qui inſtrumentis fidicinalibus præeſt.*

2. *Hannechiloth* apud Septuaginta, & Vulgatam redditur, *Quæ hæreditatem conſequitur* (6). Recentiores Interpretes plerique muſicum aliquod inſtrumentum eo nomine designatum malunt, quod ſcilicet ex radice derivetur exprimente perforare, tibia ludere;

(1) *Chryſoſt. & Theodoret. in Pſ.* 150. (2) *Pſ.* 49. 23. (3) *Amos* 5. 23. (4) *Livius l.* 39. *Tunc Pſaltria, Sambucistria, & convivialia ludorum oblectamenta addita epulis.* (5) *Pſal.* 60. 1. *Lamnazzach al nechinot.* (6) *Pſ.* 5. 1.

dere; ut proinde. *Nechiloth* sonet tibiam seu simile quodcumque instrumentum. Nos tamen reddendum autumamus choreas & mulierculârum saltantium choros; in quem sensum etiam reddimus vocem *Machaloth* in titulis Psalmorum 52. & 77. occurrentem; & ex eodem verbo derivanda esse. Ita pariter vertit Chaldæus, & genuina vocis *Chalal* significatio sonat eohoreas ducere.

3. *Haschminith*, octava (1), quo designatum credunt instrumentum octo fidibus instructum; sed in Paralipomenis occurrit octava classis Musicorum Templi (2), quam facile hoc in loco designatam credimus nomine *Schcminith*. *Mathathiæ & Eliphaluth &c. in citharis pro octava canebant* (Hebr. *Al-Haschminith*).

4. *Siggaion*, quod Sepuaginta vertunt tantum *Psalmus David*; alii, *Pro ignorantes*; (nempe crimine ex ignorantia commisso) sonat potius *Canticum solaminis in luctu*, ac si diceretur *Tristia* vel *Elegia*. Vide postrum argumentum in Psal. 7. & titulum terti capitis Habacuc, in quo vox *Siggionoth* ex eadem radice ac *Siggaion*. Nota sunt apud Turcas nostra etiam ætate fœminæ instrumentis ludentes & saltatrices, quas appellant *Wschingenes* (3).

5. *Gittith* (4) Septuaginta *pro torculari*, quasi scilicet pro *Gittith* legerint *Gittoh*. Porro *Gittith* sonat *Gathæam*, qua voce musicum aliquòd instrumentum designari nullo argumento probarur; & Syntaxis Hebraica insinuare videtur Psalmos ita inscriptos ad Præfectum Chori Gerthæarum dirigi, sive quod Gerthæis Cantatrices David in Aula detinerent; quemadmodum ex eadem gente corporis custodes habebat: sive quod Cantatrices Israelitæ ignota aliqua de causa eo nomine appellarentur. Porro fœminas Cantatrices usibus Aulæ non secus ac Templi addictas fuisse in Dissertatione de musica Hebræorum demonstravimus.

6. *Almoth* sive *Alameth* vel *Hal-meth*. Septuaginta *Pro occultis*. Chaldæus, S. Hieronymus, & Symmachus: *Io morem filii*. In Psal. 9. redditur ea vox, *Puella*, quo eodem sensu utiurpatur in 1. Par. 15. 18. 20. De musico instrumento exponendam nihil suadet.

7. *Michtam* Septuaginta, & Vulgata reddunt, *Tituli inscriptio* (5) Aquila, Symmachus, & S. Hieronymus, *Psalmus humilis, & simplicis David*, sonat: *Psalmus nomine David inscriptus* (6). Quicumque musicum instrumentum reddunt, illi ignorantiæ & incuriositatis suæ caussationem quærunt.

8. *Ajeleth Hafschachar* (7), redditur a Septuaginta, *Auxilium matutinum*; a plerisque ex Recentioribus, *Serpens matutinus*. Nomen est etiam classis Cantorum, vel Cantatricum, quemadmodum syntaxis Textus satis demonstrat: quamvis alioqui ejus nominis ratio penitus ignoretur.

9. *Schoschanim* Vulgata & Septuaginta reddunt (8), *Pro iis qui ommuo abnuunt*. S. Hieronymus & Aquila, *Pro liliis*; Symmachus, *Pro floribus*; recentiores Interpretes plerique Instrumentum sex fidibus instructum. Porro Textus Hebraicus Tituli Psalmi 44. in quo vox illa legitur, reddi potest: *Psalmus didascalicus ad Præfectum musicæ filiorum Core, ad instrumentum sex fidibus instructum decantandus. Canticum dilectorum*; vel potius, *Psalmus didascalicus ad Præcentorem filiorum Core, qui gaudiis præst*. Est equidem nuptiale carmen, gaudii & tripudii. Quemadmodum & ejusdem sunt argumenti ceteri Psalmi eodem titulo inscripti, & nonnisi vi quadam verbis illata *Schoschanim a Schesch*, sex, derivaretur. Sonat autem, nemine ambigente, tripudium; & Hebraica Syntaxis obvio sensu exprimit Chorum adolescentulorum, qui festum aliquod veluti nuptiale celebrant, vel saltem similis festi occasione canrant. Differe etiam Textus exprimit *Canticum dilectorum*, nempe epithalamium a puellis nupturarum die cantatum.

10. *Machaloth*, sive *Mascleth*, ut habent Septuaginta & Vulgata, sonat *Chorea*. Est igitur inscriptus Psalmus musicæ Præfecto, choreas ilias religiosas, de quibus sæpe in Scriptura, curante. Choreas ductas legimus post transfretationem Erythræi (9); choreas habebant puellæ ad Tabernaculum Silo venientes (10): chorcis itidem celebrarunt relatam a Davide de Goliath victoriam (11); cum Regnum a Salomone initeretur (12); ac tandem cum in translatione Arcæ Jerosolymam puellæ festas choreas egerunt (13).

11. *Jonath-Elem rechim* redditur a Septuaginta (13): *Pro populo qui a Sanctitas longe fastus est*; & a ceteris fere omnibus, *In columbam mutam elongationum*. Pluribus nostræ ætatis Interpretibus est musicum instrumentum, cujus tamen nullam mentionem aut vestigium reperio neque in Textu originali, neque in ceteris Scripturæ locis, ubi de instrumentis termo. Crediderim potius nomen esse certæ musicorum classis, cujus appellationis causa prorius ignoratur.

12. *Higgaion* legitur Psl. 31. 17. & Psl. 19. 15. & Psl. 91. 4. Plerique tam recentiores quam veteres Interpretes exponunt de meditatione sive Cantico; nec aliam ego magis genuinam vocis interpretationem quæsiverim, quippe quæ ex radice derivetur fonante meditari, sive meditata loqui. In Psalmo 91. 4. jungitur *Kinnor*, quod nomen est musici instrumenti, & synonimum videtur instrumenti decacordi: *In decacordo Psalterio* (*Hajur Nsbel*) *cum Cantico* (*Higgaion*) *& Citbara* (Kinnor). Is unus Textus fuere potest sententiæ, quæ vocem illam de musico instrumento interpretatur.

13. *Maschechil* (14) sonat ad literam, *qui docet*; quare voci Mismor junctam reddi posse credimus, *Psalmus didascalicus*. Legitur is titulus in fronte duodecim Psalmorum (15); in Psalmo 46. & designare videtur peritum Cantorem: *Psallite sapienter* (Psallite *Maschechil*, ut periti scilicet doctique Cantores).

14. *Al-taschchet*, *Ne disperdas*; legitur in inscriptionibus quatuor Psalmorum (16), eoque facile præcavemur fedulo eatmen illud fervare, neque immutari quidquam permittere. Instrumentum aliquod musicum designare Interpretes quidem nonnulli opinantur, fed temere, quantum capio.

Nullum huc usque satis certum musici instrumenti nomen deprehendimus. Ita ex 34. quot a pluribus recenfentur, 14. subductis, remanent viginti nobis jam discutienda. Ex quo numero quædam forte occurrent nomina synonima, & ad eamdem exchegoriam reducenda, ut variorum instrumentorum numerus adhuc extenuetur. Omnia vero nos in tres classes distribuimus. Primam tenent fidicularia instrumenta 2. Pneumatica. 3. Tympana, & Crepitacula.

Fidicularia instrumenta 8. recenfentur: 1. *Nablum*; 2. *Kinnor*; 3. *Hasur*, sive instrumentum decacordum; 4. *Cythara*: 5. *Psalterium*: 6. *Symphonia*: 7. *Sambuca*; 8. *Minnim* sive *Manim*. Sed decacordum instrumentum & *cytharam* confundenda eenfemus, quemadmodum & *Nebel* cum *Psalterio* sive *Psanterio*, ut proinde ex 8. fex reddantur.

Tibiarum tubarumque fepiem sunt genera: 1. *Chazozeroth*; 2. *Schophar* Buccina; 3. *Keren* Cornu 4. *Huggab* Organum; 5. *Masrokitha* Tibia; 6. *Machalat* Chorus; Tibiam utricularem interpretantur; 7. *Chalil* Tibia. Addunt nonnulli *Jobel* sive *Jubal*, quod de buccina quadam usurpant; sed hanc opinionem alibi refutavimus (17). Non abs re suspicamur, *Chalil* & *Masrokitha* unum idemque significare; atque postremum illud confundendum eum *Syringe* Græcorum, quę Tibiam sonat. Itaque sola superiore hujus generis fex varia instrumenta.

Sunt tandem quatuor alia omnino a prioribus illis diversa; 1. *Tuph* Tympanum. 2. *Zazolim* Sistrum; 3. *Sba-*

(1) *Psal.* 6. 1. & 11. 1. (2) 1. *Par.* 15. 21. *bekinnoth al halchemeinith.* (3) *Thevenoth. Vide c.* 42. & 45. (4) *Psal.* 8. 1. *al gittith Vide Psal.* 80. & 83. (5) *Psal.* 15. 2. (6) *Vide Argum. Psl.* 15. & 56. & 57. & 58. & 59. & 60. (7) *Psal.* 21. 1. *al ajeleth hafschachar. Vulgata pro fuscepticne matutina* (8) *Psal.* 44. 1. *Lamnazzach al Schoschanim lesne Koreh*, (9) *Exod.* 15. 20. (10) *Judic.* 21. 21. (11) 1. *Reg.* 18. 6. (12) 3. *Reg.* 1. 40. (13) *Pf.* 67. 26. (13) *Psal.* 55. 1. (14) *Pf.* 31. 1. (15) *Psal.* 41. & 42. & 43. & 44. & 52. & 73. & 77. & 87. & 88. & 142. (16) *Pf.* 56. & 57. & 58. & 74. (17) *Vide Comment. in Levit.* 25. 10.

Schalischim; quod facile Trigonum designat; 4. *Mezilotaim*, forte crepitaculum.

In Scriptis Mosaicis septem tantummodo instrumenta leguntur: *Kinnor*, *Huggab*, *Tuph*, *Machalat*, *Chazazereth*, *Schophar*, & *Jobel*. In Libris Regum, Prophetarum, & Paralipomenon, praeter haec, parent *Nebelim*, *Mezilothaim*, *Menaanaim*, & *Zalzalim*. Daniel tibias addit five *Masfrokitha*, *Cytharam*, *Sambucam*, *Psalterion*, & *Symphoniam*, nomina fruſtra alibi quaerenda. Tandem omnia ferme recurrunt in Psalmis, exceptis iis, quae apud unum Danielem parent, & quorum nomina e Graeco derivantur. Modo de singulis aliqua.

Fidicularia Instrumenta.

NAblum five *Nabel* instrumentum eſt ligneum [1], quod plerumque in Scriptura jungitur *Kinnor*, tympano [*], & *Mezilothaim* [2]. Ejus usus in pompis & caetemoniis Religionis. Ex tribus Pſalmorum locis [3] harmoniam feciſſe plerumque apparet cum *Aſur* five instrumento decacordo; & unum idemque reputari potuiſſent *Nebel* & *Aſur*, niſi in Pſ. 91. diſerte diſtinguerentur: *In Pſalterio decacordo* [*In Aſur & Nebel*]. Haec in Scriptura de *Nebel*, quam vocem Septuaginta saepius reddunt *Pſalterion*, raro *Nablum* five *Nablum*.

Porro *Nablum* Veterum instrumentum erat fidiculare, teſte Sopatro apud Athenaeum [4], dictum etiam *Sidenium*, quod Phoenicium inventum crederetur. Conſtituiſſe tradit Author ille ex cavo quodam ligno, ad latera & e regione tenſarum cordarum defixo, quo harmonicus quidam ſonus reddebatur. *Nablum* fidiculare eſſe inſtrumentum, ſicut cytharam, Euſebius in Pſ. 80. eſt author. Utraque manu pulſari tradit Ovidius de Arte l. 3.

Diſce etiam duplici genialia Nablia palma
Plectere; conveniunt dulcibus illa modis.

Tandem Septuaginta reddere amant hanc vocem *Pſalterion*, quo nomine fidiculare inſtrumentum in Lyrae modum intelligimus. Pſalterium, aut S. Hieronymus [5], Caſſiodorus [6], & S. Iſidorus, delta Graecorum exprimens, cavum habet in ſuperioribus ventrem; fides ex inferioribus ad ſuperiora protenſae, inferius pulſatae ſuperius reſonant: cum cytharam in inferioribus pulſari, in inferioribus reſonare notum ſit. Ita S. Auguſtinus [7], S. Baſilius in Pſ. 1. S. Hieronymus in Pſs. 149. & 150. S. Hieronymus Prol. in Pſ. Caſſiodorus Praef. in Pſ. & S. Hilarius Prol. in Pſs. Plectro pulſari Pſalterium tradit Caſſiodorus, quod teſtimonio ſupra ex Ovidio laudato de Nablo utraque manu pulſato nihil repugnat; cum ejus generis inſtrumenta five penna five virgula five digitis aeque plectererentur.

Nablum Templi Jeroſolymitani ex *electro*, metallo, ſi quod aliud, pretioſiſſimo conflatum narrat Joſephus [8]. Potuit id quidem ejus aetate; ceterum a Salomone in uſum Templi fabricatum Nablum ex ligno *Almugim*, teſtimonio Regum [9], & Paralipomenon [10], docemur. Idem Joſephus Antiq. l. 7. c. 10. pag. 243. duodecim fidibus inſtructum idem inſtrumentum digitis pulſari teſtatur. Pſalterium plurimis fidibus inſtructum Graeci modulabantur; cujus generis inſtrumentum fidibus numeroſiſſimum, ut nobiliſſimum inventionis ſuae monumentum ſtaret, Alexander Cythereus in Templo Epheſino dedicavit, teſte Juba apud Athenaeum lib. 4. c. 25. Meminit idem Athenaeus ibid. alterius Pſalterii, cui nomen *Lyrophoenix*, five Epigonieum e nomine Inventoris, quod deinde inſtrumentum tranſmutatum fuit in *Pſalterium veſtum*, apud Varronem *Orthoſalticum*, quod facile ex inferioribus ad ſuperiora aſcendens; ut vetus Nebel, pulſaretur.

Noſtrae aetatis Pſalterium plectro pulſatur, nempe virgula quadam ferrea, ſeu recurvo quodam ligno. Inſtrumentum eſt planum, figuram exhibens trianguli five trapezii. Inſtruitur 13. ordinibus fidium e ferro five auricalcho, ad unitonum five ad octavam tenſis, & fulcro ad duo inſtrumenti latera commiſſis, ut proinde fides ad uttumque latus procendantur. Quare aliud plane eſt inſtrumentum a veteri Pſalterio, cujus fides e ſuperioribus ad inferiora tendebantur.

Cythara vetus, cujus ſaepe in Scriptura mentio, apud Danielem *Kitros* [11], ita pluribus referentibus Patribus depingitur. Inſtrumentum erat triangulare, fidibus ex ſuperioribus ad inferiora tenſis, ventre cavo inferius reboantique inſtructum; in ſuperioribus manu five plectro, uti ſupra innuimus, tangebatur. Inſtrumentum decacordum Hebraeorum, quod illi vernaculo ſermone *Aſur*, i. e. *decimus*, appellabant, idem fuiſſe credimus eum veteri cythara. Ejus imago plures fides exhibet, harpae noſtrati, recentiori plane inſtrumento, non abſimiles. Pseudo-Hieronymus in Pſalex fidibus inſtructam cytharam perhibet; 24. tribuit Author Epiſtolae ad Dardanum, inter Opera ejuſdem Patris, & digitis pulſari inſtrumentum illud teſtatur. Proſecto fidium numeros numquam ſatis certus conſtitutus eſt, & digitis interdum, quemadmodum & plectro quodam, ſaepe pulſabatur.

Kinnor redditur a Septuaginta *Kynir*, *Pſalterion*, & *Cythara*. Ejus uſus jam inde ante diluvium [12]; eodemque coram Saule Davidem luſiſſe legimus 1. Reg. 16. 16. 23. Ligneum erat inſtrumentum, quemadmodum & *Nebel* (13), de quo ſupra. *Kinnor* faliebus in ripa Jordanis ſuſpendiſſe ſeſe captivi Babylonize profitentur Pſal. 136. 2. Eo foeminae utebantur [14]. Et vulgatiſſimum erat apud Tyrios inſtrumentum [15] ji quemadmodum & peculiare octavae claſſis Muſicorum in Tabernaculo ſub Davide [16]. Triſtem & reboantem ſonum edidiſſe Iſaias ſignificare vilus eſt illis verbis 16. 11. *Venter meus quaſi Cythara* [Hebr. Kinnor] *ſonabit*. Et *Kinnyros* in Graeco triſte aliquid & lamentabile ſonare Heſychius teſtatur. Horatius lib. 3. Od. 11.

Non loquax olim, neque grata: nunc & Divitum menſis, & amica Templis.

Cynnaram Templi decacordum fuiſſe, & plectro pulſari Joſephus Antiq. lib. 7. c. 10. pag. 243. eſt author. Alibi vero nempe lib. 8. cap. 2. narrat, ex *Electro* quamplurima ejus generis inſtrumenta Salomonem comparaſſe; quod Scripturae teſtimonio repugnat, ubi legimus *Cynnaras* Salomonis ex ligno non metallo conſtitiſſe. Porro duo eſſe plane diverſa inſtrumenta *Cynnaram*, & *Cytharam* ex his intelligimus, quod 2. Macchab. 4. 54. & 13. 51. ambo illa eodem in loco tecenſeantur.

Sed operae pretium eſt hic adnotare eum Euphorione apud Athenaeum lib. 14. cap. 4. vetera fidibus diſtiſſima inſtrumenta confundi ſaepe, ſoloque nomine non raro diſtingui. Cum enim longa jam obtinuerint aetate, aecidit non raro, ut varie immutata varias etiam denominationes obtinuerint; quamvis re quidem eadem temper, & parum diverſa manſerint. Ita ſi quando apud aliquos tribus fidibus inſtructa legimus, apud alios ſeptem, 10. 12. 24. ſi ab aliquibus pulſari digitis perhibeantur, ab aliis plectro; ſi quidam deſcribunt chordis e ſuperiori ad inferiora protenſis, alii vero per tranſverſum & in plano; non continuo tamen plura inter ſe diverſa inſtrumenta reputanda ſunt; quamquam aliqui, eum adeo inter ſe varient, diverſum etiam nomen obtinere debuerint. Accidit non raro, ut ſaepe vel uno

(1) 3. *Reg.* 10. 12. & 2. *Par.* 9. 11. (*) 2. *Reg.* 6. 5. & 1. *Par.* 13. 8. (2) 1. *Par.* 15. 16. & 36. 1. 6. & 2. *Par.* 5. 12. & 2. *Eſdr.* 12. 27. (3) *Pſal.* 32. 2. *Beneval aſur Simru le*, & *Pſal.* 143. 9. (4) *Athen. lib.* 4. c. 23. *pag.* 175. (5) *Hieronymus* in *Pſal* 31. (6) *Caſſiodor. Praefat. in Pſal.* (7) *Auguſt. in Pſal.* 32. (8) *Joſeph. Antiquit. l.* 8. *cap.* 2. *pag.* 262. (9) 3. *Reg.* 10. 12. (10) 2. *Par.* 9. 2. (11) *Dan.* 3. 5. 7. 10. (12) *Gen.* 4. 21. (13) 3. *Reg.* 10. 12. & 2. *Par.* 9. 11. (14) *Iſai.* 23. 16. (15) *Ezechiel.* 26. 13. *Iſai. loc. cit.* (16) 1. *Par.* 15. 21.

uno generali nomine plura inter se non dissimilia significentur sicut & peculiari singula designentur. Confert, si quis vult, vetera monumenta, & variatas discet Lyræ vel Cytharæ Veterum picturas, varia etiam nomina deprehendet. Scimus profecto, Septuaginta Hebræorum *Kinnor* reddidisse *Gynyram*, *Cytharam*, *Psalterion*, idemque instrumentum apud Græcos æque appellatum constat *Kinnyram*, *Lyram*, *Formingem*, *Cytharam*, *Chelym*, *Pectinem*, *Barbiton*; quibus nominibus Romani addiderunt *Testudinem*. Idem ipsum instrumentum Gallice exprimere solemus: *Lira vetus*.

Inventæ Lyræ honor tribuitur Mercurio, sive Apollini, sive Orpheo. Vel forte dicatam a Mercurio Lyram suam Apollini [1], ejus Numini consecrari eique deinde vindicari contigit. Primo tribus fidibus instructa, deinde septem [2]: interdum plectro, sepe digito pulsabatur [3].

Sive chelyn digitis, & eburno verbere pulsas.

Vetus Lyra Mercurii inventum [4], squamma testudinis constabat. Mercurius enim super inventam forte testam hujusmodi subtilem aliquam pellem extendit; adjecit deinde duo porrecta ad utramque extremitatem brachia, superius transversio aliquo ligno instar furcæ conjuncta. Supra pellem jacebat arundo in duas partes fissa, cui septem fides a superioribus ad inferiora protensæ commendabantur. Hæc veius *Chelys* sive *Lyra* Mercurii, inter astra deinde in Cœlo collocata, a testudinis figura non absimilis. Ex informi hoc rudique instrumento Lyram descendisse ferunt, quam expressam cernimus in manibus Apollinis, Herculis, Arionis &c. in marmoribus & nummis antiquis. Duplici fructulo instar duplicis SS, in superioribus & inferioribus junctis constat. Porro superiora non nisi ligneum exhibent; inferioribus cavum refert ventrem reboantem. Quare ejus forma fœarabæo non absimilis statueretur, cujus cornua referunt utraque instrumenti latera, manubrium, cui junctæ fides, sustinentia corpus fearabæi ipse est cavus instrumenti venter. Nullus est ejus nostræ ætate usus.

Pulsabatur sive plectro sive digitis fides vellicantibus. Apollini cytharæ ludenti plectrum tribuit Homerus [5]. Herculis eo instrumento canendi artem sub Lino præceptore discens, plectri ictu magistrum suum transfodisse fertur [6]. In vetustis marmoribus idem Apollo Lyram vellicans, quemadmodum nos harpam, exhibetur interdum, sæpe vero plectrum tenens. Lyra primum tribus fidibus constabat [7], deinde quatuor, tandem septem. Timotheus Lacedæmonem veniens, 600. circiter annis ante Christum natum, tres adjecit, quod piaculare viro fuit; decreta est enim in illum multa ab Ephoris seu Magistratibus Spartanis, cosdisque tres illas subducere in plena populi concione; neque id satis, sed suspensa in loco publico lyra Timotheum Sparta exulare publico decreto sanctum est. Hæc decreti verba animadversione digna [8]. *Cum Timotheus Melesius in Urbem nostram veniens, contra veterem canendi musicis instrumentis consuetudinem, receptumque Lyræ septicordis morem; majori fidium invecto numero, novisque hac sua juventum aures corruperit, formam & naturam musicæ immutaverit, ex simplici & gravi variam nimis & intersicsam reddens; cum insuper accusatus de sparsa pernicioso quadam doctrina in Ludis Cereris Eleusina, ac de exhibito indecere coram adolescentulis Somnio, dum enitaretur, angore; visum est Regi Ephoris que, ut Timotheum abscindere cetera, septem tantummodo relictis in Lyra fidibus damnetur, ut animadversionis hujus exemplo discant Juvenes, ne pravum aliquem morem Lacedæmonii invehant, ac sunt manent Ludis boni.*

Paria statuerunt in Terpandrum, & Phrynidem instrumentis Cantores; quare Lacedæmones semel; iterum & tertio servatam a se musicam gloriabantur. Ea populi severitas, & veteris consuetudinis servandæ studium. Pindaro nonnisi septicorde instrumentum est, sicut & Horatio lib. 3. Od. 11.

Tuque testudo resonare septem
Callida nervis.

Octavam addidisse Simonides fertur, sicut & Timotheus tenuem [9]. Ceterum non ignoratione quidem & ruditate Veteres illi plures addere fides instrumentis renuebant; delicato enim aurium sensu mentisque gustu præstantes viri, norant id maxime ad harmoniam contulisse, ait Plutarchus de musica; sed musicæ genus robustum & grave amabant, aptum in veritatem, & Religionem amorem & obsequium inspirando.

Hæc maxime de musica Græcorum dicta accipienda sunt; quod enim ad Hebræos attinet, musicæ illorum instrumenta sub Davide & Salomone cetereque post ipsum Regibus perfectionem suam in dies obtinuisse, neque utilia in eam rem inventa apud aliasgentes obtinentia neglecta ab illis fuisse constat.

In veteribus nummis ad ætatem Simonis Summi Sacerdotis spectantibus, cuia spectabatur Lyra vetus, ejusdem formæ ac instrumentum in Apollinis manu expressum. Sed certum fidium numerum in iis distinguere vix possumus. Ex Lyra veteri sive *Kinnor*, acceptо referenda sunt fidicularia fere omnia instrumenta nobis non incognita, five quæ digitis five quæ plectro pulsantur, five quæ fidibus in transversum tensis, five quæ ex superioribus ad inferiora extensis constant, uti *Luto* [10], instrumenti genus, cavum habens ventrem, cui singulare manubrium jungitur, unde ex recurva extremitate fides demittuntur, clavieulis in eo infixis intendendæ ad arbitrium & remittendæ. Fortunatianus Lyram tribuit Romanis, Barbaris harpam, postremum hoc instrumentum barbarum esse inventum insinuans.

Romanusque lyra plaudat sibi, Barbarus harpa.

Instrumenta illa, quæ vocant *violon*, *viole*, *la basse viole* [11], ex eadem origine derivantur. Varia etiam Lyræ apud Turcas nostra ætate nascuntur [12], octo fidibus ut maxime instructæ; aliæ septem, omnium minimæ tribus. Porro reium fidium instrumenta simplicissima sunt, cum unico manubrio duobus cubitis oblongo constent; eorum figuram non male compares cocleari, manubrio longiori, quadrato, ampliori. Porro eo instrumento canentes five digito, five pluma fides vellicant. Cavus instrumenti resonans venter pelle piscis, quem *Glanien* recentiores Græci appellant obducitur. Cythara Gallice *Guiterre* [13] sicut & *Lute* [14] ex Hispania a Mauris, five Arabibus originem referunt. Illa quatuor olim fidibus constabat, hodie ad decem crevernnt; nominis etymon faeilee cythara derivatur.

Symphonia musici instrumenti nomen est, quod nusquam in Textu Hebræo, sed tantum in Chaldæo Danielis c. 3. 15. legitur. Designare Lyram illam, quam *Viole* [15], ferunt, quod tane instrumentum minimi nostra ætate æstimatur. S. Isidorus Orig. l. 3. c. 21. interpretatur vocem illam tympanum quoddam, quod utroque latere pullatum, sonum edebat gravem, & acutum, gratum auribus harmonium referens. Verum eum nomen *symphonia* apud Danielem e Græco derivetur, non aliunde ejus significationem repetendam credimus. Est autem *Symphonia* apud Græcos plurium vocum, five instrumentorum concentus [16], vel saltem unum instrumentum plures reddens tonos, cujus generis sunt omnia pluribus fidium ordinibus instructa, uti *la Viole* [17], de qua supra.

Sambuca legitur apud Danielem, & ad instrumenta fidicularia referenda, quamquam alioquI S. Isidorus

(1) *Serv. Æneid.* 4. (2) *Diodor. Sicul. l. 4. p. 20.* (3) *Ovid. ad Pisones.* (4) *Hymnus in honorem Mercurii inter opera Homeri.* (5) *Homer. hymn. in Mercur.* (6) *Ælian. l. 3.* (7) *Diodor. l. 1.* (8) *Extant Græce in fin. l. 1. Boetii de Musica & apud Casaubon. in Athen. l. 8. c. 12.* (9) *Plin. l. 7. c. 56.* (10) Italice *Liuto* (11) *Italis* Violone, Viola, Violoncello. (12) *Bellon. Obs. l. 3. c. 48.* (13) *Italis* Chitarra (14) *Liute* 15. La Viola (16) *Ælian. Plat. Comment. in Timæum.* (17) La Viola.

dorus Orig. l. 3. nomen illud deducat ex *Sambuca*, quo ligni genere instrumentum fabricari arbitratur. Athenæus [1], Vitruvius l. 6. c. 1., & Festus fidiculare instrumentum describunt, acutum sonans, & quatuor fidibus armatum. A fœminis potissimum pulsabatur. Inventum illud S. Clemens Alexandrinus Theodosyris vindicat [2]; Juba Phœnicibus [3]; Neanthus Cyzicenus Ibico cuidam Rhegiensi; alii Sambuco [4]. Quantum ex Athenæo colligimus, idem esse creditur instrumentum cum *Magadi*, *Psalterio*, & *Trigono*, quæ fidicularia sunt instrumenta, figuræ non satis cognitæ, sed facile non abludentis a Psalterio nostræ ætatis, quamquam minori fidium numero. Est etiam *Sambuca* genus bellicæ machinæ, in obsidionibus Urbium, & navalibus prælijs adhibendæ: sed hæc nostri non sunt instituti.

Minnim, sive *Mnanim* genus tibiæ sunt, aliquid; ac tamen potius instrumenta sunt fidicularia, de quibus infra, cum de tibijs agemus, sermo recurret.

PNEUMATICA INSTRUMENTA

Tubæ.

MOdo ad varia tubarum, & tibiarum genera sermo vertendus. Id generis organa uno generali nomine Hebræi designant, appellantes *Seophar*. Eorum duo erant apud illos genera; hęc nuncupabantur *Chazozeroth*; illa *cornua*; quod scilicet materiam, & formam ex cornibus referrent. Moyses sermonem habens de sono illo, instar tonitru, quo adventus Domini in Sinai ad ferendam Legem descendentis signum datum est [5], scribit, auditum clangorem *Schophar*, sive buccinæ sensim in majus crescentem. Eodem nomine designat instrumentum, quo signum edebatur ineuntis anni remissionis seu Jubilæi, i. e. anni quinquagesimi. Porro *Schophar* in publicis cæremoniis ludere Sacerdotibus tantum reservabatur. In eastris ad Jericho septem *Schophar* clangebant, isdemque inconantibus mœnia Urbis corruerunt [6].

Vulgare fuisse in ea regione instrumenti genus ideo creditur, quod Gedeon 300 Viris selectissimis ad inferendum Madianitis prælium assumptis tuum singulis assignavit [7]. *Schophar* ad cogendos milites, incitandos in hostes, & receptum indicandum, canente ad Imperatorem spectabat. Ita eeciniße leguntur Aod [8], Saul [9], Joab [10]. Cum Salomon [11] & Jehu [12] Regnum inirent, Regis solio clangentibus *Schophar* primo assederunt. Nihil tandem eo frequentius in Scriptura five eum de prælijs agitur, cœtibusque publicis, five cum de Festis, five in Templo, five in mœdere. De ejus tamen forma & materia nihil.

Tubas illas, quas Moyses in deserto conflandas curavit, *Chazozeroth* appellat Scriptura Num. 10. 2. 8. 9. 10. Duo erant e solido argento, totidem ex ære. Eandem in cogendo ad conionem justis populo, in bellis, diebus, quibus solemnis aliqua cæremonia præstanda, uti diebus Neomeniæ, & cum publicum aliquod & solemne Sacrificium offerendum erat. Porro frequentissime eo organo usos Hebræos, maxime in Templo, ex Scriptura constat. Sive recte erant tubæ illæ, five recurvæ; nihil tamen de illis in Scriptura: & quæ apud alias gentes obtinebant tubæ, ab Authoribus describitur, neque latis hisce, de quibus agimus, affines sunt, neque satis inter se uniformes habentur. Crediderim ego, *Chazozeroth* oblongas fuisse rectasque, quo a cornibus recurvis plane distinguerentur.

Sermo est apud Rabbinos de *Jobel*, nempe juxta quod illi interpretantur, *cornu arietis*. Sed hanc eorum interpretationem refutavimus in Levit. 25. 10. Annus *Jobel* significat annum remissionis, quod scilicet avitæ possessiones Dominis suis remitterentur, servi item manumitterentur.

Varia Tibiarum Genera.

VAriæ apud Hebræos obtinuerunt tibiæ, quarum aliæ simplices, aliæ compositæ: illas appellant Chalil [13], veluti fi dicerentur perforatæ vel fistratrices; radix enim *Chalil* æque sonat perforare, & fistrare. Legitur etiam in Hebræo [14], *Machalath*, quod reddi solet *chorus*, & designasse creditur interdum tibiam utricularem, Gallice *cornemuse*. Nullus tamen in Scriptura textus, in quo ea vox recurrat, non commode de choro puellarum Cantantium five saltantium usurparetur. Notissimæ fiquidem erant apud Hebræos & in cæremoniis etiam Religionis [15], ac facile etiam in Templo saltationes istæ mulierecularum. Levitas & Israelitas simul omnes invitat Psalmista ad cantandas laudes Domini in Templo in *tympano*, & *choro*. Vide Psal. 149. 3. & 150. 4.

Mafrokithe apud Danielem 3. 5. aliud est tibiæ nomen, derivatum ex radice sonante, fibilare. Idem facile est cum instrumento musico Græcorum *Syrigmen* [16] ex *fyrizein* fibilare, five tibia ludere. Salmasius in Solinum oblervat, antiquas illas tibias nonnisi uno vel duplici foramine instructas fuisse; unde duplici instrumento plerumque ludebant Veteres, alterum nempe dextro, aliud sinistro ore uteri admoventes. Tibia dextera uno foramine instructa grave sonabat, sinistra duplici, magis acutum. Porro disparibus hisce instrumentis canentes, *ludere tibiis imparibus* dicebantur; sicut vicißim *paribus*, qui ambas tibias vel unico foramine, vel duplici instructas ori admoverent. Porro cum utrique unicum esset foramen, sonus ille *modus Doricus*, gravior planæ & leverus, dicebatur cum duplex, *modus Phrygius*. Contraria quam Salmasio sententia. Vossio fedet; arbitratur enim, tibias illas, quæ junctim ori admovebantur tribus vel quatuor foraminibus instructas fuisse; sed cum longitudine quidem æquales, altera tamen altera crassior esset, quæque minor graviorem ederet sonum, quæ major tenuiorem, inde diversorum nominum inducta varietas. Paradoxa quidem ista videntur; sed non inepte demonstranda suscipit idem Vossius in suo Libro de *Poematum cantu & viribus rythmi* pag. 108. &c. Porro tibias dextrum oris latus tenentes tenuiores fuisse, idem Author ex Plinio l. 16. c. 36. & Theophrasto de Plantis l. 4. demonstrat: ex quo sibi inferendum arbitratur, Tibias dextras graviorem edidisse sonum, quam sinistras.

Huggab reddi solet in Vulgata, *Organum*. Septuaginta variant; modo enim vertunt *Cythara* [17], vel *Psalmus*; modo *Organum*; quam posteriorem lectionem interpretes fere omnes lequuntur. Sed non ita repugnandum, quasi nostræ ætatis organa designata sint. Instrumentum enim erat pluribus fistulis simul glutine quodam hærentibus constans, quæ singulæ ordine ludentium ori applicatæ sonum edebant, quemadmodum Vagi quidam per compita Urbium discurrentes nostra ætate ludere instrumento solent. Porro *Huggab* jam inde ante diluvium obtinuisse Moyses Gen. 4. 21. testatur. Ejusdem instrumenti bis meminit Job [18], & semel in ultimo Psalmo recurrit. Nihil ultra in Scriptura. Vox illa ex radice derivatur sonante, *Deporire* unde etiam Græcum *agagon*, amare.

Variant Prophani in assignando Organorum Authore; alii enim Deum Pana arbitrantur [19].

Pan primus calames cera conjungere plures
Inſtituit . . . . . .
Alii [*] Marsiam; Pindarus Ninervam prætuliße visus est [20]. Sed hęc opinionum varietas ad ignorantiam

(1) *Athen. l. 14. c. 3. p. 633. ex Ephorino de Iſthmis.* (2) *Clemens Alex. l. 1. Strom. pag. 307.* (3) *Juba l. 4. Hiſtor. Theatri apud Athen. lib. 4. c. 23. pag. 175.* (4) *Apud Athen. Ibid.* (5) Exod. 19. 16. 19. & 20. 18. (6) *Joſue* 6. 3. 4. 5. (7) *Judic.* 7. 18. 19. (8) *Judic.* 3. 27. (9) 1. *Reg.* 13. 3. (10) 2. *Reg.* 2. 28. & 18. 16. (11) 3. *Reg.* 1. 34. 39. (12) 4. *Reg.* 9. 13. (13) *Chalil ſ. ai.* 5. 12. *Theophyl. Vide & If.* 30. 29. *Jerem.* 48. 36. (14) *Exod.* 15. 20. *& paſſim.* (15) *Exod.* 32. 19. *Judic.* 21. 21. *Pſ.* 86. 7. *& 149.* 3. *&* 150. 4. (16) *Athen. l.* 14. c. 9. *pag.* 638. (17) *Gen.* 6. 4. 21. *Vulg. Organum. Job* 21. 12. *Septuag. Pſalmus. Vulg. Organum Pſ.* 150 4. *Sept. & Vulg. Organum.* (18) *Job.* 21. 12. *&* 31. 31. (19) *Virgil. Eclog.* 2. (*) *Vide Athen. l.* 4. *pag.* 184. (20) *Pindar. Pyth. Ode* 12. *de Pallade.*

ciam veræ hiſtoriæ ; & vetuſtatis hujus inſtrumenti refetenda eſt , quod Græci ex Orientalibus retulerunt.

Fiſtulæ Organi cera conjungebantur, longitudine quidem impares , pares vero craſſitudine . Labro per ſingulas diſcurrente ſonum edebant [1].

Unco ſepe labro calamos percurrit hiantes.

Solent Organa illa in manibus Satyrorum expreſſa in vetuſtis marmoribus ſpectari. Paſtores collo appenſa plerumque ferebant . Virgilius de Polyphemo Æneid. 3.

Solamenque mali de collo fiſtula pendet.

Plerumque ſeptem calamis conſtabat [2].

Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis Fiſtula . . .

In vetuſtis tamen marmoribus ad decem etiam junctæ ſpectantur ; & Paſtor quidam apud Theocritum habere ſe dicit ſyringem novem foraminum [*] . Ferunt [3] , apud Turcas modo etiam obtinere Organa 14. & 15. fiſtulis compacta , quæ illi vernaculo ſermone *Muſcal* , Græci vero *Muſcegli* appellant. In fiſtulis olim nulla patebant foramina , ut tota ſoni varietas ex fiſtulis diſparibus proveniret ; adjecta dein [varia]. Acutum ſtridere organorum calamos ex Horatio lib. 1. Od. 12. intelligimus.

Quem virum aut heroa , lyra vel acri Tibia ſumor celebrare Clio ?

Primo ex arundine conſtabant, in quam rem maxime celebrantur arundines Lacus Orchomenii in Græcia [4] ; dein ſubſtituta metalla , quod ſcilicet arundines tonorum minus tenaces , ſollicitum ſemper Muſicum exigerent . Tandem cum tibia pluribus foraminibus inſtructa idem & minori negotio ac organa præſtare intelligeretur , fiſtularum varietas tibiæ ceſſit. E tibiis vero hiſce originem ſuam debent organa , quæ maximum ſunt & præ omnibus harmonicum e muſicis inſtrumentis , cujus fere omnis uſus Eccleſiæ relervatus eſt .

Porro Organorum vetuſtior eſt quam ut vulgo credatur , origo . Ejus inventi honor tribui ſolet Cteſibio inclyto Alexandriæ Mathematico ſub Ptolemæo Phyicone 120. annis circiter ante Chriſtum natum. Tertullianus ad Archimedem , virum illum omnium ſermone celebrem , refert [5] : Totam machinam exacte deſcribunt Hero , & Vitruvius [6] ; quamquam apud illos , ſicut & ceteros , ſermo ſit tantum de organis Hydraulicis aliis plane a noſtris, quæ non aqua ſed vento inflantur . Lucretius ita de organo agit [7] , quaſi ætate ſua primum obtinere cœpiſſet. In dies , inquit ille , artes perficiuntur.

Modo organici melicos peperere ſonore

Sed falli virum ex ſupra deductis ſat conſtat.

. *Dixi partem reliquam hoc per Organa hydraulica novi ignotique operis circumduxit* , ait Svetonius in Nerone. Ejuſdem inſtrumenti non meminit tantum , ſed etiam prolixam ejus deſcriptionem adornat Porphyrius in Panegyri Conſtantini ; ſed nonniſi de organis hydraulicis ſermonem eſſe apud illum conſtat.

Sub quibus unda latens properantibus incita ventis. Quas vicibus crebris juvenum labor haud ſibi diſcors Hinc , atque hinc animoque agitant .
Diſſert. Calmet. Tom. I.

Julianus Imperator epigramma in laudem organi ſcripſit. Eamdem machinam deſcribit Claudianus veluti artificio & ſono ingenti .

Vel qui magna levi detrudens murmura taſſu Innumeras voces fegetis modulatur ahena ;
Intonat erranti digite , penitusque trabali Vellit laborantes , in carmina concitat undas .

Sponius vidiſſe ſe Conſtantinopoli [8] anaglypticum quoddam opus afferit , exhibens hydraulicum quoddam velut organum ſupra columnam , cui figura quædam Imperatoris Theodoſii impoſita ſpectabatur.

Organa hæc hydraulica , quorum ſtatuæ vento a lapſu & pondere aquæ producto inſabantur , tamdiu obtinuerunt , quamdiu Romanorum Imperium in Italia manſit. Perſeuntibus enim tunc optimis quibuſque artibus , Barbaris univerſum late Imperium totamque Europam vaſtantibus ſimul & inundantibus , nihil de priſtina gloria relictum eſt [9] . Illis reſtituendis laboratum eſt aliquando , ſed fruſtra ; quare organa follibus inflanda , qualia hodie in noſtris Eccleſiis , retinere neceſſitas juſſit . Nulla , præter hæc , norat Sanctus Auguſtinus in Pſal. 56. & 150. *Non ſolum illud organum dicitur , quod grande eſt & inflatur follibus &c* Caſſiodorus in Pſl. 150. organum inſtar turris magnam fiſtularum varietatem , & copiam referentem deſcribit ; *quibus* , ait , *flatu follium vox copioſiſſima deſtinatur &c.* Sanctus Hieronymus [10] , meminit cujuſdam organi duodecim ſollium , ligulam habentium e duplicato Elephantum corio . Hujus machinæ 15. erant fiſtulæ æreæ ingentemque late ſonum ad mille paſſus edebat . Fama eſt , delata primum organa in Gallias anno 757. [tt] , & oblata eodem anno Pipino tunc temporis Compendii verſanti . *A.* 826. juſſu Ludovici Pii Imperatoris fabricatum eſt organum hydraulicum Aquiſgrani . Sed hæc alia plane ſunt inſtrumenta ab *Huggab* Scripturæ .

Porro vox iſta a Chaldæo redditur *abuba* , quod conſunditur cum *ambubaja* apud Horatium [11] , & Svetonium [13] . Erant autem *ambubaja* tibiarum quoddam ſive Organorum genus e Syria deductum ; unde etiam nomen in Viros ejus ludendi inſtrumenti peritos derivabatur [14] .

Minnim & *Mnanaim* duo ſunt varia inſtrumenta incertæ ſignificationis , ab aliis inter fidicularia , ab aliis inter pneumatica relata . Primum occurrit in Pſl. 150. 4. alterum 2. Reg. 6. 5. Septuaginta , & Vulgata eum Interpretum pleriſque reddunt *Minnim* fides , idemque ſignificare ſentiunt Chaldæum *hardeſchin* . Verſio Tigurina & Junius reddunt , *organa* . Malunt alii deſignari ea voce quodcumque fidicularе , alii vero ſtatuunt quodcumque tandem pneumaticum inſtrumentum . *Mnanaim* redditur a S. Hieronymo *ſiſtra* , a Septuaginta *cymbala* .

Crediderim ego , ambo hæc nomina idem ſignificare , conſundenda vero cum *Magadi* Græcorum , vel ſi mavis Syrorum , ex quibus in Græcia innoteurunt [15] . Congruunt enim inter ſe iſta duo nomina ; & ſi *hain* veluti *g* pronuncietur , quod ſæpe Hebræi conſueverunt , dicunt enim *Gaza* & *Sgor* , pro *Haza* & *Sehor* , pro *Mnanaim* erit *Mingnaim* . Ex *Minganim* facile reddetur *Magadis* vel *mingadis* . Eſt autem *Magadis* inſtrumentum tota antiquitate celebratiſſimum , cujus duo fuiſſe genera videntur , alterum nempe tibiam referens , alterum inſtrumentum aliquod fidicularе .

Primum , juxta Athenæum , acutum & gravem ſonum reddebat [16] , alteri Anacreon 20. fides tribuiſſe viſus eſt [17] . Ex Magadi expreſſam refert Euphorianus ſero tandem ſambucam , quæ tamen jam inde

(1) *Lucret. lib.4.* (2) *Virg. Eclog.2.* (*) *Idil.8.* (3) *Pet. de Valle Epiſt. pag.61. Italice.* (4) *Plin. lib.16. cap.36.* (5) *Tert. lib.de Anima.* (6) *Vitruv.lib.10. capite 13.* (7) *Lib.5.* (8) *Spon Iter Conſtantinop. pag.334.* (9) *Vide Voſſ. de Poematum cantu & Rythmi viribus pagina 105.* (10) *Hieron. ſun aliis epiſt. ad Dardan. tom. 9. pag.156.* (11) *Annal.Francorum.* (12) *Horat. lib.1. Satyr.2. Ambubajarum collegia.* (13) *Sveton. in Neronе cap.27. Inter Scortorum totius urbis , Ambubajarumque miniſteria.* (14) *Vide ſi lubet Interpp. Horat. & Caſaub. in Sveton.* (15) *Strab. lib.10. pag.334.* (16) *Athen. lib. 4. cap.25. pag.182. ex Alexandride. Oplomach. Vide & lib.14. cap.3. pag.634. ex Ibio. Omphale.*
(17) *Idem ibid. ex Anacreonte .*

ab ætate Nabuchodonosoris in Chaldæa obtinebat. Magadim, & pectinem idem esse contendit Menæchmus; & utrumque instrumentum plectro pulsari tradit Aristoxenes. In eo tantum ambo illa variare observat Philis Delius, quod pectine jambica tantum carmina cantarentur; Magadis vero omnibus tonis, & symphoniis quadraret. Instrumentum illud, cui fides Timotheus adjecit, Magadim fuisse Artemon arbitratur. Quinque fidibus instructum perhibet Telestus, tangique digitis ab una ad alteram extremitatem decurrentibus, testatur. Utroque latere pulsari, adeoque & fides habere e superioribus ad inferiora protensas, Diogenes Tragicus insinuat, quod etiam ex Apollodoro confirmatur, afferente instrumentum illud a veteri Psalterio non abhuisse. Hæc omnia apud Athenæum lib. 14. cap. 9. pag. 63. leges. Unde sententia illorum facile conciliatur, qui vocem *Minnim* reddunt fides; & eorum pariter, qui *Mnanaim* cum Magadi confundunt; utrumque enim fidiculare est instrumentum. Quamquam tanta ista non sunt, ut certum aliquod judicium ferendum suadeant de forma hujus Musici instrumenti.

Tympanorum, Cymbalorum, & Sistrorum &c. varia genera.

TYmpana æque omnia uno generali nomine apud Hebræos *Toph* appellantur; unde Græcum, & Latinum *Tympanum*. Vetustissimum esse instrumentum verba Labani ad Jacob Gen. 31. 27. demonstrant: *Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi, ut prosequerer te cum gaudio & canticis, & tympanis, & citharæ &c.* 2 Filia Jephthe reduci e victoria patri occurrit cum tympanis aliisque musicis instrumentis [1]. Maria soror Moysis transfretationem Erythræi cantilenis, tympani pulsatione, & choreis una cum aliis gentilibus puellis celebravit [*]. Ejusdem instrumenti meminit etiam Job [2]; nec deest in omnibus solemnibus Religionis ceremoniis; non raro a puellis, & fœminis pulsatur; nulla ejus in præliis mentio. Unde facilis conjectura, aliud fuisse a tympano nostræ ætatis, ut potius lætis quibusque festis, choreis, & religionis ceremoniis congrueret. Hæc omnia satis quadrant tympano veteri, æque & cymbalis nostræ ætatis, quæ nimirum in cribri modum subjectam habent fasciæ cuidam lignææ pellem. Ita pariter describunt tympanum S. Isidorus [3], & Papias, ejusdemque generis, tympanum Cybele mater Deorum tenens inducitur.

Tympana habet Cybele; sunt & mihi tympana cribri.

Sed vetus *tympanum*, cujus in bellis publicisque solemniis, maxime Bacchi usus erat, ad nostra tympana magis referebatur, nisi quod formæ esset minoris. Non abs re suspicor, *tuph* sive *tympanum* vetus Hebræorum ad parva illa tympana accessisse, modo etiam apud Turcas & Arabes in bellis, & publicis solemniis obtinentia. Fœminæ apud Phrygas Festum Matrum Deorum agebant, tympana & manu & virgulis æreis pulsantes; ita enim mozis erat ludere instrumento. Catullus de Nuptiis Pelei & Tethidis.

Plangebant alii proceris tympana palmis.
Aut teretis tenues tinnitus æris ciebant.

Eadem insinuat Lucretius, simul designans undique, & per circuitum tympana pulsari.

Tympana tenta sonant palmis, & cymbala circum
Concava &c.

S. Clemens Alexandrinus [4] author est, Ægyptios tympano usos fuisse in bello; Arabes vero cymbalo; cujus figura ad nostra accedebat, quamquam minus effet mole, uti supra insinuavimus. Uniones illæ, *quibus una tantum est facies, & ab ea rotunditas, averse planities, ob id tympana appellantur*, ait Plinius lib. 9. cap. 35.

Tympana quotum nunc in bellis usus, recentissima quidem in Europa, vetustissima in Oriente ferebantur. Salmoneus, de quo in fabulis [5], tonitru Jovis exprimere artificio aliquo molitus, post currum suum tympana trahebat, quorum supra cavum ventrem extenta pellis porrigebatur. Plutarchus tympana Persarum in Vita Crassi depingit, quos populos neque cornibus, neque tubis ciasmeum ceciniste testis est Arrianus (6), tradens ejus loco usos lancibus quibusdam amplioribus cavisque, extenta supra pelle æneisque clavibus defixa contectis. Percussæ undique lances illæ surdum quemdam horribilemque sonum instar tonitru reddebant. Amplioria illa tympana in Hispaniis Arabes attulerunt. Cum Ladislaus Rex Poloniæ Legationem quamdam in Galliam misisset A. 1457. ejus Legatos subtilitse Nancii refert Author Chronici Lorcuensis, ibique admiratos ampliora illa tympana quæ imposita equis vehrentur. *On n' avoit ni mi ongnes vn des tambourains comme des gros chaudrons, qui ils faisoient porter sur des chevaux* (7).

Zalzelim a Septuaginta, & Vulgata redduntur *cymbala*; & quæcumque tandem illa essent instrumenta, validum plane sonum longius auditum edidisse, fatis in Scriptura insinuatur (8). Erant in Ægypto quædam alis quibusdam instructa (9). Nomen illud ex radice derivatur ionante acutum aliquem sonum, quo aures tinnitu pulsentur (10). Hæc de *Zalzelim* Scriptura. Recentiores Interpretes plerique reddunt *Sistrum*, quam controversiam nos in medio relinquentes, an scilicet vox illa *cymbala* potius vel *sistrum* significet, utrumque instrumentum describemus.

Cymbalum vetus æneum est instrumentum instar pileoli acutissime stridens. Porro duo cymbala, alterum dextera, alterum sinistra manu apprehensa contra se agebantur: *Cymbala dant stistra sonitum*, ait Ausonius Epist. 25. Quo vero commode apprehenderentur, faciebat sive annulus pollici, vel ansula junumæ manui inserendæ, vel prominens aliquid in vertice instrumenti instar cuspidis. Celebris eorum usus potissimum in solemniis Bacchi, & Cybeles, quemadmodum in Tabulis pompas illas exhibentibus adhuc spectatur, & Horatius lib. 1. Od. 16.

. . . . . *Non acuta*
Sic geminant Corybantes æra.

Ita pariter nostram hanc sententiam S. Isidor. Origen. lib. 2. cap. 21. confirmat. *Cymbala acetabula quædam sunt, quæ percussa invicem se tangunt, & sonum faciunt.* Obtinent hodie pariter apud Armenos in eorum Liturgiis; cymbala enim cantantes affricant & simul invicem agunt (11). Sistrum familiare Ægyptiis instrumentum figura ovali, sive areuatum instar hemicycli habens verticem, utroque latere longius deteendens ad modum balthei; transversum autem secant æreæ quædam virgulæ ita lateralibus instrumenti parietibus utraque extremitate insertæ, ut simul virgulis quibusdam metalli agitatæ gyrarent & gyrando sonum aeutum ederent stridentemque.

Isiaces agitant Mareotica sistra tumultus.

Idem instrumentum designasse ereditur Isaias voce illa *zalzel*, *alatum*. Sistrum autem in pompa Cybe-

(1) *Judic.* 11. 34. (*) *Exod.* 15. 20. (2) *Job.* 17. 6. & 21. 12. (3) *Isidor. Orig. lib. 2. cap. 21. Tympanum, est pellis vel corium ligno ex una parte extensum, est enim pateræ modo in similitudinem cribri.* (4) *Clemens Alexandrin. Strom. lib. 1. pag. 164.* (5) *Apollodor. lib. 1. Biblioth.* (6) *De bello Civili Rom.*

(7) Nullibi gentium spectarant tympana ad ingentis aheni modum quibus farcinis equi onerarentur. (8) *Ps.* 40. 5. (9) *Isai.* 18. 1. (10) 1. *Reg.* 3. 2. *Vide & 4. Reg.* 21. 12. & *Jerem.* 19. 3. (11) *Regor. Turr. Sanct. lib. 2. cap. 7. pag.* 393. & 418. & *D. Bernard. de Montfaucon. not. in tract. Therapeut. Gallice.*

beles delatum ita describit Apulejus [1]: *Dextera quidem gerebat aureum crepitaculum, cujus per angustam laminam in modum balthei recurvatam, trajecta media pauca virgula, crispante brachio trigeminos jactus, reddebant acutum sonum.* Plura ejus generis instrumenta inter cymbala Eruditorum servantur. Sistri inventi honor Isidi tribuitur, cujus Sacerdotes in sacris Numinis ceremoniis sistra detulisse legimus apud Ovid. de Ponto.

Jactantem Pharia tinnula sistra manu.

Schalischim aliud est musicum instrumentum, quod Septuaginta reddunt *cymbala*, S. Hieronymus *sistra*. Semel tantum occurrit in Sacra Scriptura, occasione triumphi Davidici pro relata e Gigante Goliath victoria [2]. Fœminæ venientibus Sauli, & Davidi occurrerunt cum tympanis & *schalischim*. Porro vox illa derivatur e radice, quæ tres sonat. Sunt vero qui de fidiculari instrumento nomen illud interpretentur; alii triagonale quoddam instrumentum malunt; alii sistrum. Qui nostra ætate eo lyræ gencre, quod Galli *Viole* [3], ludunt, solebant ad harmoniam jungere triagonale quoddam e filo calybis instrumentum, cui inserti quinque annuli virgula quadam ferrea agitantur. Simul enim & annuli & instrumentum, quod annulum habens in vertice, dextra manu sustentatum in aere pendet liberum, agitati sonum edunt. Ejusdem instrumenti figuram quamdam non triagonalem, sed in vertice ovalem, exhibet Pignorius de Servis pag. 88. cui plures annuli virgula metalli jactandi inserti sunt. Num eo spectant *Schalischim* Scripturæ?

De Trigono Musico quodam instrumento sermo est apud Veteres, quod e Syris Juba derivat [4]; alii epithetum illi addunt Phrygii, vel Persici [5]. Novem fidibus instructum, plectro e puellis ut pluximum pulsabatur [6]. Diogenes Tragicus apud Athenæum author est, Bactrianas & Phrygias puellas Dianæ numen in artis nemoribus venerari consuevisse, pectine & trigono Persarum inter sacra ludentes. Josephos [7] Græcus Author tradit, Sacerdotes Ægyptios eodem instrumento uti in conviviis & festis. Trigonum vero Plato e Republica sua exturbare jusserat [8]. Mihi tamen ea stat sententia, quæ Hebræum *schalischim* de sistro, seu de veteri illo instrumento triagonali, de quo in superioribus, interpretatur; melius enim cum illo quadrant omnia, quæ in Scripturis de *schalischim* leguntur.

Supereſt ut de *Mezilothaim* aliquid afferamus, cujus instrumenti frequens est in Sacra Scriptura mentio; & sonum accessisse credimus ad *Zalzelim* sive cymbala, supra a nobis descripta; utrumque enim nomen ex eadem radice derivatur. Porro sonum edebat acutum & stridentem adeo, ut longissime pervaderet [9]. Æreum erat: usus ejus in Templo publicisque solemniis. Reddi solet plerumque nomen illud, *Cymbala*; ut proinde quæcumque de cymbalis diximus, huc etiam referenda sint. Narrat Josephus Antiq. lib. 7. cap. 10. plura a Davide ex ære cymbala amplissima & lavissima conflata.

Alii vero eamdem vocem, reddunt, *Tintinnabula*, qua voce cave ut tintinnabula nostri moris designata credas; reecntiora sunt enim; sed potius lances sunt quædam, quæ percussæ tinnitu suo aerem longe lateque commovent. Narrant Musicum quemdam olim in Insula Isso coram frequenti populo cantasse, cum subito dato signo vendendorum pisium tintinnabuli pulsu, faceſſere confestim omnes, Cantore solitario relicto, perseveranter uno tantum surdastro, qui melos ægris licet auribus captabat. Rei indignitate permotus Cantor, plura in populum jactare, auditorem vero, qui unus, ceteris ad pisces dilapsis, manserat, pluribus gratiis cumulare. Interrogavit ille, num vendendi pisces signum tintinnabulo datum esset. Affirmante Musico, ille statim terga vertens ad pisces convolavit. Hanc five fabellam malueris vel historiam, apud Strabonem [10] legas; quod tamen ab eodem Authore tamquam veterum aliqua historia relatum, instrumenti hujus vetustatem probat. Narrat alibi idem Strabo lib. 16. tintinnabulum jumentorum collo suspendere, in moribus apud Troglodytas positum fuisse, cujus sono carnivoræ belluæ, ne quid nocerent, arcerentur. Solebat alicubi tintinnabulum vigilanti super excubias tradi, quo scilicet experrectas illas haberet (11). Porro de tintinnabulis sermo est apud Dionem, Polybium, Plutarchum, & Josephum.

Ut quid vero aliena pro vetustate tintinnabulorum quærantur, cum apud Moysen suppetant, cujus justu extremus tunicæ Summi Sacerdotis Judæorum limbus tintinnabulis ornabatur (12)? Addebantur pariter & phaleris equorum, qui belli usibus parabantur, ut scilicet fragori assuescerent (13). Zacharias morem hunc designare visus est (14), futurum prænuncians, ut clamari contingat super *Mizloth* equi, clamari, inquam, hæc verba: *Sanctum Domino*; i. e. aurum omne argentumque, quo phaleræ equorum ornantur, eorumque *mizloth* sive *mizlothaim* præ ecteris Deo conseerabuntur. Equus qui tintinnabulum non audiſſet, dicebatur apud Græcos equus belli usibus ineptus, quippe qui tintinnabulo aures non attemperaverat, quo scilicet equi ad fustinendos belli tumultus fragoresque formabantur (15). Probatur itaque mihi ea vocis *mizlothaim* interpretatio, quæ de tintinnabulo magnos ecetus populi indicente dictam usurpat. De forma ejus instrumenti nihil in Scriptura.

Hæc supperebant, quæ de hoc argumento scribcremus, pauca sane; sed argumentum tractamus, in quo solas attulisse non inverosimiles conjecturas satis reputandum est. Pertitioribus interim, quæ libavimus tantum, relinquimus perficienda.

(1) *Metam. lib. 11.* (2) *1. Reg. 18. 6.* (3) *Itali* Viola. (4) *Apud Athen. lib. 4. cap. 23. pag. 175.* (5) *Vide eumdem lib. 14. cap. 19. pag. 636.* (6) *Athen. ibid.* (7) *Josephos apud Thom. Galle not. ad Jamblic.* (8) *Plato de Republica lib. 3.* (9) *Paral. 15. 19.*

(10) *Strab. lib. 14. 253.* (11) *Vide, si lubet, Henric. Steph. Thesaur. in Codonophoros, & Aristoph. in Avibus.* (12) Exod. 28. (13) *Vide Scholiast. Aristoph. in Ranis & Henric. Steph. Thesaur. in Codonophalaretoles & in Codonis.* (14) *Zach. 14. 20.* (15) *Etymolog.*

DISSERTATIO

In quindecim Psalmos Graduales.

TAnta est de Psalmis Gradualibus sententiarum inter varios Scriptores varietas, ut operæ pretium nos facturos arbitremur, si fusius hac Dissertatione nostra idem argumentum dignum sane Dissertatione, tum merito suo, cum arduitate, tractaremus. Illud ergo agendum est nobis, ut certus, si fieri potest, Author, finis, oceasio, tempusque scribendi, quibus incognitis vix Psalmos illos intellectu assequeremur, determinetur.

Titulus ipse in hæc verba conceptus, *Canticum graduum*, plura observanda proponit. Theodotion

vertit, *Cantica ascensuum*; nec absludunt Aquila, & Symmachus, reddentes, *Cantica pro ascensibus*. Chaldæus habet : *Canticum in gradibus abyssi*. Obscura plane inscriptio, quæ Hebræorum traditione in Thalmud relata explicavit [1]. Narrant igitur Hebræi, quo tempore secundi Templi fundamenta, soluta jam captivitate, jaciebantur, uberrimam aquarum venam e terra pullulasse, ut ad altitudinem 1500. cubitorum assurgentes jam aquæ, totius mundi demersionem minitarentur, nisi Achitophel (vir ille eelebris, qui laqueo sibi fauces præcidit sub Davide nempe 400. annis ante solutam captivitatem) prompte accurrens, opportune ineffabile Dei nomen stans super 15. gradus Templi descripsisset. Is velut agger aquis crescentibus appositus est. Totam hanc fabellam construunt Hebræi super illa verba Psalmi 129. *De profundis clamavi ad te, Domine*. Validum sane fundamentum genti, quæ in procuias a patribus suis fabellas exterorum more feruntur. Junius, & Tremellius reddunt Hebræum illud, *Cantica excellentiarum*; quod De Muis, alisque nonnullis peritis Interpretibus non displicet. Vulgo tamen receptior est lectio, *Canticum graduum*.

Sed qui gradus isti, unde quindecim Psalmis titulus? Non alio quærendos illos Interpretes reputarunt, quam in Templo Jerosolymitano; & cum quindecim Psalmi ea inscriptione donentur, totidem etiam gradus in Templo investigandos susceperunt. Minus opportune Ezechiel nonnisi septem statuit, pro singulis quatuor januis, atrii populi [2], & octo pro atrio Sacerdotum [3], totidemque tandem ex atrio Sacerdotum ad Templi vestibulum, eodem Ezechiele authore, ascendebatur [*]. Cum igitur nihil suppetat opportunum in Scriptura, ad Josephum confugiunt, cujus testimonio constat, ex atrio mulierum per quindecim gradus ad magnum atrium ascendi; isti autem gradus, ait, humiliores erant aliis quinque, quibus ad alias portas ascendebatur; addit demum, in Sanctuarium per 12. gradus ascendi [4]. Itaque per quindecim hosce gradus e claustro mulierum ad magnum atrium deducentes, inquiunt hujus sententiæ patroni [5], quindecim isti Psalmi cantabantur. Affirmandum tamen mihi fumo, nullius censuram timens, numquam Levitas eo loci cantasse. An quindecim isti gradus ejusdem essent ætatis ac Authores Psalmorum; an pariter Levitæ eo loci unquam stare ad cantandum consueverint, nemo sane demonstraverit. Consuetus cantandi locus constitutus erat in atrio Sacerdotum, & nonandoque pariter, uti facile credimus, in superiori atrii Israel parte, e regione portæ ad atrium Sacerdotum deducentis.

Alii deeantatos Psalmos illos credunt [6] super quindecim gradus ad vestibulum Sancti. Verum gradus in Sanctum deducentes Ezechiel sua ætate 8. Josephus 12. enumerat; ex quo sententiæ illius fundamentum omne corruit. At enim in Templo Salomonis quindecim erant gradus. Esto, fuerint; fed primo quindecim isti Psalmi Salomonis ætate posteriores sunt. 2. Quindecim gradibus ex atrio Sacerdotum ad vestibulum Sancti adium patuisse in Templo Salomonis, quo indicio demonstratur? Res est igitur ineerta, adeoque proposito nostro minus servit; principio enim incerto posito, nihil eerti deduci potest.

Sunt qui gradus illos non in Templo quidem, sed per totam Urbem discurrentes, tandem in vertice montis Sancti repererint. Reeentior quidam Author [7] eensuit, Psalmos illos decantandos fuisse a Levitis excubias in Domo Dei agentibus, super ipsum ex Urbe ad Templum. Per singulas noctis horas Levita excubias agens Psalmum eantabat, quo fratres suos ad vigilandum laudandumque Dominum hortaretur. Porro hujus adhortationis formula legitur in Psal. 133. qui unus est ex Gradualibus. Sed, ut cetera admittamus de Levitis excubias in Templo agentibus, quod in Scriptura pariter insinuatur [8]; affirmandum non abs re suspiceremus, Cantica illa nihil præseferre congruens ascensui illi ex Urbe ad Templum; sieut etiam nullo argumento probari, Levitas per varias noctis horas varia carmina decantasse; ac tandem in eum usum quindecim istos Psalmos destinatos.

Nec moror eorum sententiam, qui spectatos eredunt in inscriptionibus istis gradus Templi Salomonici, sive Horologii Achaz; temere hæc omnia effutiuntur, & quo magis Psalmi illi discutiuntur, eo minus hisce conjecturis eredimus.

Quieumque in ea fuerunt sententia, Psalmos illos ideo potiffimum ascensuum five elevationis inscriptos, quod a Levitis in prominenti aliquo suggestu in Templo posito eantarentur; egregie illi quidem demonstrant, post solutam captivitatem in superiori atrii Israel parte suggestum quoddam fuisse, unde a Levitis Textus Legis legebatur pariter & explieabatur [*]; quemadmodum nostra etiam ætate Saeri Oratores e suggestu verbum Dei annunciant, & Diaconus Evangelium legit. Sed illis demonstrandum pariter fuisset, eo loci deeantari Psalmos consueviffe, & potiffimum quindecim, de quibus impræsentiarum; quod numquam eveneret.

Hieronymus after [9] tradit, in Templo Jerosolymitano plures fuisse dignitatum gradus, quibus singulis distinctus in Templo locus constituteretur. Supremus, qui & decimus quintus, summo Sacerdoti destinatus: fecundum tenebant inter Saeerdotes Viri ampliffimi, alterum a Summo Pontifice dignitatis gradum obtinentes. Tertius erat Saeerdotibus: quartus Levitis, inter quos variæ classes eetera implebant loea a quarto usque ad postremum. Totum hoc systema merum est commentum; fæ autem verum fuisset; quid hæc ad quindecim Psalmos? mentem tuam in ea re nonfuse adeo & parum exacte explieat Author ille, ut inexplorata nec satis fibi eredita loqui videatur.

Rabbinorum nonnulli [10], quos Commentatores plurimi sequuntur [11], vertendum eredunt, *Psalmus elevationis*, qua scilicet inscriptione designetur, Psalmos illos elatiffima voce eantandos; sive quod Cantores fenfim voeem fuam ad singula Cantica inendentes; ut decimus quintus Psalmus totidem muficis notis altius quam primus eantaretur. Malunt alii [12], vocem *Mahaleth*, quæ in Originali Hebræo legitur, designare, sive muficum instrumentum Judæis peculiare, sive vulgarem quamdam, ad cujus normam Psalmi eantus dirigeretur, eantilenam, vel muficam quamdam ejus decantandi Psalmi rationem: vana omnia & frivola.

Nec minus commitruntur inter fe Scriptores in assignanda eorum Carminum eelebrandorum oeeasione, Perfiafum habent nonnulli, deeantatos eos Psalmos tribus majoribus anni Solemnitatibus, Pascha tis, Pentecostes, & Tabernaculorum; cum scilieet populus ascenderet seu veniret ex universa undique regione Jerosolymam; vel saltem eum inde ad propria remearet; ex quo, inquiunt, inditum Psalmis illis nomen *Cantica graduum*. Statuunt alii, Davidem carmina illa dictasse, eum adversarium haberet Saulem [13], sive cum arma in fe Absalomi experireturvel eum Arcam ac Tabernaculum in Urbe Jerusalem constituentem traduceret; vel tandem in variis rerum vitæ suæ eventibus: neque enim satis eonvenit, omnes istos Psalmos ad idem tempus idemque argumentum spectare. Credunt alii [14], celebrata illis

(1) *Talmud. Tract. Succab. c. 5. Sect. 4. kimchi, alii Pfeude Bonav. de Virginis Nativitate n. 6. infinnat*, 15. *Pfalmes in 15 gradibus cantari. Receptum id eft Hebræorum traditione*. (2) *Ezechiel* 40. 22. 26. (3) *Ezechiel* 40. 31. 37. (*) *Ezechiel*. 40. 49. (4) *Joseph. l.* 2. *c.* 14. *in Græc. pag.* 917. (5) *Rafi, Kimchi, alii*. (6) *Hilar. Heraclaut. Pineda. Menoch. Gret. &c.* (7) *Vide Epistolam Anonymi in lib. Memoires pour servir a l' hiftoire de la Republique des Lettres, mois de Novembre* 1705. *pag.* 515 (8) *Vide* 1. *Par.* 23. 30. 31. 32. *Malac.* 2. 1. 2. (*) 2. *Efdr.* 9. 4. *Vide Lyran. Moller. Hamm.* (9) *Expofitione* 2. *in Pfalm.* 119. *pag.* 514. *nov. Ed.* (10) *Saadiæ*. (11) *Vide Hamm. Vat. Gatak. du Pin, Ainfworth.* (12) *Vide Rabbi. Kimchi, Levi, Abenefra, La Blanc, Ferrand. hic.* (13) *Moller. Muir.* (14) *Vide Riberam & Villalpand.*

illis prodigia in egressu ab Ægypto, & captivitatem, in ea regione ab Israelitis toleratam, in toto eorum Psalmorum contextu spectari. Origenes Salomoni tribuit, ratus ab eodem Principe elucubratos, cum Arcam solemni pompa in Templum a se constructum deduceret [1]. R. Salomon [2] ad disperationem Judæorum revocat, tristemque rerum quem nunc habent statum; cum scilicet post evertionem Templi & Urbis per Romanos, per omnem terrarum orbis faciem palantes dispergantur.

Ex Patribus plerique litteræ Psalmorum inhærentes, in toto eorum contextu animadvertunt captivorum Babyloniæ sensus, modo vices suas longumque exilium dolentium, modo libertatem a Deo flagitantium, modo de conceſſa sibi ea libertate gratias agentium, modo Festum celebrantium pro dedicatione Templi; ac tandem Sacerdotes, & Levitas ad servitia Domino præstanda hortantium: hæc enim omnia in Psalmis illis apparent. S. Athanasius, S. Chrysostomus, Theodoretus, Euthymius, vetus Paraphrastes Græcus sæpius a nobis laudatus, Beda, Syriacus, aliique plures veteres interpretes a S. Hilario laudati; & inter Recentiores, Genebrardus, Mariana, Ferrandus, D. Bossuet Episcopus Meldensis, aliique plures eamdem sententiam adoptarunt: quod etiam a nobis præstandum, & adductis e re ipsa argumentis demonstrandum est.

Solemne est Hebræis, quoties reditum suum e Babylone exprimunt, verbum *ascendere* usurpare. Ita Cyrus copiam faciens Judæis ad propria remeandi [3], ait: *Quis est in vobis de universo populo ejus? Ascendat in Jerusalem, qui est in Judea.* Ea facta a Rege potestate, *surrexerunt ut ascenderent ad ædificandum Templum Domini.* Et Saffabasar delectis eum iis, *qui ascenderunt de captivitate, quam transtulerat Nabuchodonosor in Babyloniam* [4]. *Hi sunt autem provinciæ filii, qui ascenderunt* [5]. Ipse Eidras de Babylonia ailios fecum magno numero adducens, *primo die mensis primi cœpit ascendere de Babylone* [6]. Porro hæc vox *ascendere* ideo potissimum in rem præsentem animadvertenda, quod eadem recurrit in inscriptione horum Psalmorum. In Ps. 121. uno e Gradualibus, Author ædificatam dicit Jerusalem, velut novam aliquam civitatem; *illuc enim ascenderunt Tribus, Tribus Domini ad confitendum nomini Domini.* Jeremies e captivitate Judæos regredientes his verbis prædicit: *In Babylonem transferentur, & ibi erunt usque ad diem visitationis suæ; & auferri faciam eam* (ascendere faciam) *& restitui in loco isto* (7). Pronum est igitur, ut Psalmum *ascensum* decantatum credamus a Judæis e captivitate regredientibus; congruunt enim qua voces, qua phrasium analogia, qua eventuum designatio.

Validius aliud argumentum ex eo deducitur, quod ea semel interpretatione adinsta, prona sunt in quindecim illis Psalmis omnia. Porro in eo argumenti genere si tandem systema aliquod statuatur, quo positio tota Textus interpretatio prona & naturalis fluat, ipsumque vero systema historiæ maxime congruat, nihilque habeat sive temporum sive locorum, sive personarum circumstantiis repugnans; illud sine controversia probatur. Plus aliquid in rem nostram additur; non enim eo semel systemate constituto, prona sunt omnia; sed vix aliter exponi possunt plurium Psalmorum loca, nisi misere detortis sententiæ verbis, siquidem alio quam ad captivitatem Babylonicam distrahantur. Lege e. g. illud Psalmi 119. 1. *Ad Dominum cum tribularer clamavi, & exaudivit me . . . . . Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est! habitavi cum habitantibus Cedar* (Hebraice Mesech & Cedar): *multum incola fuit anima mea.* Et Psal. 120. 1. *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi. Auxilium meum a Domino, qui fecit Cœlum & terram.* Et Ps. 121. 1. &c. *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in Domum Domini ibimus. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Jerusalem! Jerusalem qua ædificatur ut civitas, cujus participatio ejus in idipsum. Illuc enim ascenderunt Tribus, Tribus Domini, testimonium Israel, ad confitendum nomini Domini. Illic sederunt sedes in Judicio, sedes super domum David.* Et Psal. 122. 1. *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in Cœlis.* Et vers. 3. *Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. Miserere nostri, Domine, miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione, quia multum repleta est anima nostra opprobrium abundantibus* [divitibus] *& despectio superbis.* Superborum nomine Babylonios designari non semel observavimus [8].

In Psal. 123. fatentur Hebræi futurum fuisse, ut ab hominibus vivi deglutirentur & aqua absorberentur, nisi speciali Domini protectione defensi fuissent. Reipsa ille Deum profitentur in Psalmo 124. ad eam, quam in ipso repouerant, omnem fiduciam; id scilicet committendo, ne diutius subjici virgæ peccatorum cogerentur. Tandem in Psalmo 125. apertius etiam produnt: *In convertendo Dominus captivitatem Sion facti sumus sicut consolati. Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.* Cum tamen non omnes e Babylonia redissent, addunt: *Converte Domine captivitatem nostram, sicut torrens in austro. Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent* (ibant in captivitatem lugentes, redibunt exultantes). De restitutione Templi post captivitatem, toleratisque Samaritanorum perfecutionibus hæc legas in Psalmo 126. *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam.* Deinde in eodem Psalmo & sequenti felicem timentium Deum statum, florentem eorum posteritatem, læta connubia, prosperum laborum suorum & expeditionum eventum, novaque confistutas in Jerosolyma sedes & politiam.

Sermone deinde ad populum e captivitate receptum converso, hæc habet Psalmus 128. *Sæpe expugnaverunt me a juventute mea, dicat nunc Israel. Sæpe expugnaverunt me a juventute mea, etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam. Dominus justus concidet cervices peccatorum.* Quibus postremis verbis excidium Babylonis, ac Babyloniorum sub Cyro servitus infinuatur. In Psal. 129. Israel veluti de carcere ab ipso sepulchro clamans ad Deum, crimen suum confitetur, a quo tandem sperare se dicit futurum, ut *redimat Israel ex omnibus iniquitatibus ejus*; ex omnibus nempe malis, quæ criminum meritio in se induxit. Eadem confessio proxime sequenti Psalmo continuatur, & venia speratur a Deo, cujus oculi ad humiles animos demittuntur.

Israelitæ in captivitate Deum rogant in Psal. 131. ut promissionum, quibus fidem suam Davidi obstrinxerat, memor, de Templo sedificato in æternum permansuro, ac de regno in familia Davidis in perpetuum asserendo, id tandem committat, ut Templum dejectum restituatur, ac thronum Davidis prostratum relevet. Potest etiam non incongrue idem Psalmus haberi tamquam oratio Hebræorum e captivitate Babylonica reducum, & tamquam carmen in dedicatione secundi Templi decantatum; quemadmodum etiam aptæ de duobus proxime sequentibus Psalmis suspicaremur. In Psalmo 132. pulchra Sacerdotum, & Levitarum in Templo Domini concordia spectatur; & in Psalmo 133. postremo e Gradualibus, populus Levitas hortatur ad agendas in laudibus Domini noctes, opemque Divinam super Israelem implorandam. Hæc summa Gradualium. Aperti in illis plane exprimuntur characteres, qui reditui e captivitate Babylonica congruunt, nihilque continent huic systemati repugnans. Quare scripros illos labente jam, & soluta etiam captivitate nonnisi probabilissime suspicaremur. Describit in illis Psalmista, juxta ac Theodoretus observat, mala omnia quæ tolerari in exilio contigit, tum & gaudium de recepto libertatis nuncio, lætoque ad propria regressu, Templi restitutione,

(1) Origen. *lib. 3. de Principiis.* (2) *Apud Lyran. hic.*
(3) 1. *Esd.* 1. 3. 5. 11. & 2. *Esd.* 7. 5. 6.
(4) 1. *Esd.* 2. 1. 2. (5) 1. *Esd.* 7. 6. 7. (6) *Ibid. vers.* 9.
(7) *Jerem.* 22. 22. (8) *Ps.* 118. 21. 51. 66. 78. 122.

ne, & quæ in eo moliendo ab Adverſariis illata ſunt mala.

Vix autem, & ne vix quidem, certus omnium horum Carminum Vates deſignaretur; an etiam omnia ad unum, eumdemque Scriptorem pertineant, ambiguum. Qui Davidis opum credunt, ſcripta ab Authore prophetico ſpiritu ſibi perſuadent; quippe qui vices omnes Iſraelitarum tum in captivitate Babyloniea, cum & reditum ipſorum ad propria diviniius revelata proſpexerit [2]. Veterum nonnulli Salomoni tribuerunt [2]; facile quod Pſalmus 127. in nonnullis Exemplaribus ejuidem Regis nomine inſcribitur. Malunt alii partem Davidi, partim Salomoni, partim autem vindicare Authoribus Sacris, captivitate poſteriori bus, uti Eſdræ, Aggæo, Zachariæ, Malachiæ, Pſſ. 122. & 124. & 131. & 133. Davidis nomen in Hebræo præferunt, ſicut & 137. Salomonis. Quod autem ſuſpicionem in titulos illos ereat, illud eſt, nimirum neque in Septuaginta, neque in Vulgata legi; unde non levis auia ſuſpicendi datur, recentius in Exemplaria Hebræa inſcriptiones illas irrepſiſſe.

Quicumque tandem Autor luebrationes illas ſcripſerit, poſt ſolutam captivitatem Babylonicam vitam produxiſſe conſtat. Neque enim oracula funditi, at ſenius doloris, tædii, gaudii, actionis gratiarum, populi captivi, in libertatem reſtituti, libertatem ſperantis, ſive de recepta ſecum plaudentis, exprimit. Nec tamen minus Spiritu Sancto afflante ſcribit, quam ſi præterita, ſive futura nunciaret.

Stilo ſunt eleganti, jucundo, florentiq; brevibuſque conceptus ſuos omnes, maxime patheticos, ſed luculenter exprimit Author. Simili artificio, atque elegantia lucubrationes haſce ſuas ſcripſit, qua ſolent epigrammata; brevibus enim ingentem aliquem ſenſum complectitur. Plurimi ſemper facta ſunt Cantica illa ab Eccleſia, cujus in Officio tum frequenter leguntur, cum etiam in capite potiſſimum ejuſdem Officii nocturni pluribus anni diebus recitanda præcipiſit. S. Benedictus inter veruſtiſſimos Scriptores, qui certam Pſalmorum per anni circulum decantandorum regulam ſtatuerit, novem priores Pſalmos Graduales diſtribuit in Horas, Tertiam, Sextam, & Nonam tota hebdomada recitandas, excepta tantum Dominica, & feria ſecunda, quibus diebus Pſalmus 118. in varias partes diſtributus totum Horarium Officium tenet [3].

Patres, qui intra ſenſus ſpiritualis fines ſeſe continuere [4], quindecim illos Pſalmos perinde habent, ac totidem gradus, quibus ad virtutem, æternitatemque dedueimur. Præclara in illis ad mores formandos documenta, eximii religioſæ animæ conceptus, atque ad omnem vitæ ſtatum accommoda exempla. Sive enim pondere molis corporeæ oppreſſa ingemiſcat anima, ſive ad ſuperna adſpiret, ſive de aceeptis a Deo beneficiis grati animi ſenſus exprimat, ſive promovendæ gloriæ Domini, & decoris Domus Dei ardeat amore, quibus vota hæc ſua omnia expleat, abunde eorum Pſalmorum penus ſufficiet.

SERIES CHRONOLOGICA PSALMORUM.

Pſalmi nulla temporis charactere diſtincti.

PSalm. 1. *Beatus vir, qui non abiit in concilio impiorum.* Totius Pſalterii veluti præfationem inſtituit. Authorem habuiſſe ereditur vel Davidem, vel Eſdram, quem Pſalmorum Collectorem autumant.

Pſalm. 5. *Verba mea auribus percipe.* Piæ animæ in medio corrupti ſæculi ſuſpiria. Preces veſpertinæ.

Pſal. 8. *Domine Dominus noſter.* Hominis decora, Jeſu Chriſti gloria.

Pſal. 18. *Cœli enarrant gloriam Dei.* Divinæ Legis elogium. Laudes Creatoris ex inſpectis rebus creatis, Cœlis, & Aſtris.

Pſal. 80. *Exultate Deo adjutori noſtro.* Pſalmus iſte olim cantabatur in Templo in Feſto Buccinarum, anni ineuntis, & Tabernaculorum. Aſaph Authori tribuitur.

Pſal. 90. *Qui habitat in adjutorio Altiſſimi.* Morale hoc carmen ſcripſerunt Filii Moyſis, felicitatem illorum proſequentes, qui ſpem ſuam omnem in Domino colloeaſſent. Certum ejus tempus definiri poteſt ſive poſt, ſive in ipſa captivitate.

Pſal. 109. *Dixit Dominus Domino meo.* Adventus, Regnum, Sacerdotium, Generatio Meſſiæ. Scriptus a David.

Pſalm. 138. *Domine probaſti me, & cognoviſti me.* Moralis inſtructio de providentia & ſapientia Dei.

Pſal. 144. *Exaltabo te Deus meus Rex.* Cantieum laudis & gratiarum actionis pro beneficiis ſimul omnibus a Deo collatis.

Pſalmi a Davide ſcripti in ipſa Saulis perſecutione.

PSal. 10. *In Domino confido &c.* Cum in ipſa Saulis aula adhuc moraretur David, ſolleitatus ab amicis ut prompta ſeceſſione ſaluti ſuæ conſuleret, totam ſpem ſuam in Domino reponere ſe profitetur.

Pſal. 30. *In te Domine ſperavi, non confundar in æternum.* David proſcriptus ex aula Regis ſecedere cogitur.

Pſal. 33. *Benedicam Dominum in omni tempore.* David in aula Achis agnitus, ſtultitiam ſimulans, liberatur.

Pſal. 55. *Miſerere mei Deus, quia conculcavit me homo.* David ex aula Achis aufugiens, in ſpeluncam Odollam ſeſe recipit.

Pſal. 15. *Conſerva me Domine, quoniam ſperavi in te.* Inſequentem Saulem David deelinaturus, ad Moabitas, & Philiſthæos divertit.

Pſal. 13. *Deus in nomine tuo ſalvum me fac.* Saul ſugienti Davidi in deſerto Ziph imminens, ad repellendo Philiſthæorum arma pedem vettere cogitur. Actio gratiarum Davidis. 1. Reg. 23. &c.

Pſal. 51. *Quid gloriaris in malitia.* Ita David eantabat, de Urbis Nobe direptione & exeidio Sacerdotum certior factus. 1. Reg. 22. 1. &c.

Pſal. 108. *Deus laudem meam ne tacueris.* Invehitur David in Doeg, ceteroſque adverſarios.

Pſ. 16. *Exaudi Domine juſtitiam meam.* Preces Davi-

(1) *Vide S. Chryſoſt. & Theodor.* (2) *Origen. de Princip. lib. 3.* (3) *S. Bened. Regul. cap. 18.* (4) *Auguſt. Hieron. Hilar. Vide & Chryſoſt.*

vidis, cum maxime persequutionis Saulis æstus ferveret.

Psal. 22. *Deus Deus meus respice in me*. Premente Saule David, ipsam in se exprimit imaginem Jesu Christi Judæorum furore neci traditi.

Ps. 34. *Judica Domine nocentes me*. In eadem persequutione.

Ps. 56. *Miserere mei Deus miserere mei &c.* David in spelunca Engaddi delitescens. 1. Reg. 24.

Psal. 57. *si vere utique justitiam loquimini*. Continuatio præcedentis. In malos Saulis consiliarios querelæ.

Ps. 141. *Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Dominum &c.* David in spelunca Engaddi. 1. Reg. 24.

Psal. 139. *Eripe me Domine ab homine malo*. David iis urgentibus periequutionibus, Dei opem implorat.

Psal. 140. *Domine clamavi ad te, exaudi me &c.* Continuatio præcedentis.

Ps. 7. *Domine Deus meus in te speravi*. Cum David infestissimum haberet adversarium Saulem.

Psalmi post initum a Davide Regnum, & post Saulis obitum.

PSalm. 2. *Quare fremuerunt gentes &c.* David frementibus adversariis, Regni sui sedem Jerosolymis constituit. De Regno Jesu Christi oraculum.

Ps. 9. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua &c.* Cum David solemni pompa Arcam e domo Obededom in Sion transferret.

Ps. 23. *Domini est terra & plenitudo ejus*. Eadem occasione.

Psalm. 67. *Exurgat Deus & dissipentur inimici ejus*. Cum Arca e Cariathiarim Jerosolymam deduceretur.

Ps. 110. *Misericordiam & judicium cantabo tibi Domine*. Exponit David quantum sibi in Regni administratione æquitas & justitia curæ essent.

Psal. 28. *Afferte Domino filii Dei &c.* Actio gratiarum Davidis pro imbre tunc dilapso, cum ille ultionem e stirpe Saul pro Gabaonitis ab eodem Rege injuria affectis exegisset. 2. Reg. 21. 1. &c.

Psal. 19. *Exaudiat te Dominus in die tribulationis*. David ad expeditionem profecturus in duos fœderatos populos, Ammonitas scilicet & Syros. 2. Reg. 10. 16.

Ps. 20. *Domine in virtute tua lætabitur Rex*. Gratiarum actio pro victoria de Ammonitis. Continuatio præcedentis.

Psal. 37. *Domine ne in furore tuo arguas me . . . . quoniam sagittæ*. Cum David ægrotaret, & post crimen cum Bethsabee. De hoc morbo nihil in historia Regum, sed ab omnibus ferme Interpretibus admittitur.

Ps. 38. *Dixi: Custodiam vias meas &c.* Continuatio præcedentis. Psalmus ab Idithum cantandus.

Ps. 39. *Expectans expectavi Dominum*. Gratiarum actio pro recepta valetudine.

Ps. 40. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem*. Continuatio præcedentis.

Ps. 6. *Domine ne in furore tuo . . . . Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum*. David post commissum cum Bethsabee crimen ægrotans.

Ps. 50. *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam*. Hunc Psalmum (scripsit David, postquam de commisso a se crimine a Nathano aeriorius verbis castigatus fuit. 2. Reg. 12.

Ps. 31. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates*. Ejusdem temporis, & argumenti.

Ps. 32. *Exultate justi in Domino*. Continuatio præcedentis.

Psalmi in defectione Absalomi.

PSal. 3. *Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me?* David ex urbe Metropoli ab Absalomo pulsus.

Ps. 4. *Cum invocarem &c.* Ejusdem temporis, & argumenti.

Ps. 54. *Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam*. David venientem Jerosolymam Absalomum fugiens.

Ps. 61. *Nonne Deo subjecta erit anima mea?* Furente Absalomo, David sese ad patientiam hortatur; Psalmus nomine Idithum inscriptus.

Ps. 69. *Deus in adjutorium meum intende*. Oratio David cum Absalomo urgeretur. Præfatio est succedentis Psalmi.

Ps. 70. *In te Domine speravi, non confundar in æternum*. Continuatio præcedentis.

Psal. 142. *Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam*. Premente bello Absalomi.

Psal. 143. *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad &c.* Actio gratiarum pro victoria de Absalomo, Seba filio Boehri, aliisq; perduellibus.

Psalmi post defectionem Absalomi adusque captivitatem Babylonicam.

PSal. 67. *Diligam te Domine fortitudo mea*. Solemnis gratiarum actio Davidis pro omnibus a Deo receptis beneficiis. 2. Reg. 22.

Ps. 29. *Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me*. In dedicatione Aræ Onan. 2. Reg. 24. 25.

Ps. 71. *Deus judicium tuum Regi da*. Cum de filio suo Salomone ad Regnum evecto David secum ipse gratularetur.

Ps. 44. *Eructavit cor meum verbum bonum*. Psalmus filiorum Core in pompa nuptiarum Salomonis.

Ps. 77. *Attendite populo meus Legem meam*. Chorus Asaph epinicium canit victoriæ ab Asa ad Regem Israel relatæ. 2. Par. 14. 4. &c.

Ps. 81. *Deus stetit in Synagoga Deorum*. Ad Judices sub Josaphat Rege Juda admonitio.

Ps. 82. *Deus quis similis erit tibi?* Epinicium pro victoriis Josaphat Regis Juda de Ammonitis, Idumæis, aliisque. 2. Par. 20. 1. &c. Psalmus Asaph.

Ps. 75. *Notus in Judæa Deus*. Scriptus vel saltem canendus a classe Asaph, post deletum exercitum Sennacheribi.

Psal. 73. *Ut quid Deus repulisti in finem?* Gemit Asaph Templi Jerosolymitani desolationem ab armis Nabuchodonosoris. Ipsa facile premente captivitate scriptus est.

Psal. 78. *Deus venerunt gentes &c.* Ejusdem argumenti.

Psalmi premente captivitate scripti.

PSal. 22. vel 10. 1. juxta Hebræos: *Ut quid Domine recessisti longe?* Gemitus captivorum.

Ps. 11. *Salvum me fac Deus, quoniam defecit sanctus*. Scriptus a Judæis in captivitate, qui Babyloniorum impietatem sub oculos exhibent. Confer hunc Psalmum cum Ps. 13.

Psal. 12. *Usquequo Domine obliviscêris me in finem*. Prosequitur captivorum querelas.

Ps. 13. *Dixit insipiens in corde suo*. Vota captivorum. Scelera Babyloniorum.

Ps. 52. *Dixit insipiens in corde suo &c.* Scelera Babyloniorum veluti sub oculos exhibentur. Idem est ac præcedens 13.

Psal. 14. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* Quid ab illis exigatur, quibus & reditus e captivitate & ingressus in Templum concedendus est.

Ps. 24. *Ad te Domine levavi animam meam*. Oratio captivorum pro libertate impetranda.

Ps. 25. *Judica me Domine, quoniam ego in innocentia &c.* Continuatio præcedentis.

Ps. 26. *Dominus illuminatio mea, & salus mea*. Fiducia Captivorum.

Psal. 27. *Ad te Domine clamabo*. Vota & actiones gratiarum in captivitate.

Psalm. 35. *Dixit injustus ut delinquat in semetipso*. Querelæ captivorum de Babyloniis.

Pſ. 36. *Noli æmulari in malignantibus*. Canticum ſolaminis pro captivis.

Pſ. 41. *Quemadmodum deſiderat cervus*. Canticum filiorum Core in Captivitate.

Pſ. 42. *Judica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſanctâ*. Ejuſdem argumenti.

Pſ. 43. *Deus auribus noſtris audivimus*. Ejuſdem argumenti continuatio.

Pſal. 48. *Audite hæc omnes gentes*. Filiorum Core. Solamen captivorum.

Pſ. 49. *Deus Deorum Dominus loquutus eſt*. Deus captivum populum ſuum judicat; docens inſuper veram cultus Divini rationem. Pſalmus Aſaph, vel potius alieujus ex ejus poſteris.

Pſ. 59. *Deus repuliſti nos & deſtruxiſti nos*. Captivi Judæi prompta libertatis ſpe ſibi blanditiuntur.

Pſal. 63. *Exaudi Deus orationem meam cum deprecor*. Captivi duros dominos Babylonios experti lugent.

Pſ. 68. *Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquæ*. Levitarum ea de re querelæ.

Pſ. 72. *Quam bonus Iſrael Deus*. Aſaph fratres ſuos conſolatur, optimis ſimul inſtitutionibus muniens adverſus prava malorum exempla, & ne quid ſcandali patiantur impiorum felicitatem ſpectantes. Vide Pſ. 36.

Pſ. 74. *Confitebimur tibi Deus*. Aſaph populi libertatem efflagitat.

Pſ. 76. *Voce mea ad Dominum clamavi*. Aſaph de captivitatis prolixitate conqueritur. Inſcribitur etiam Pſalmus nomine *Idithum*.

Pſ. 79. *Qui Regis Iſrael, intende*. Aſaph, ut ſuum populum viſitet, a Deo poſtulat, & de captivitate educat.

Pſ. 83. *Quam dilecta tabernacula tua*. Vota Filiorum Core pro captivitatis reditu.

Pſ. 85. *Inclina Domine aurem tuam*. Idem.

Pſ. 87. *Domine Deus ſalutis mea*. Idem.

Pſ. 88. *Miſericordias Domini*. Ethan Efraites Deum orat pro libertate populi in ſervitute poſiti.

Pſ. 89. *Domine refugium factus es nobis*. Levitæ è poſteris Moyſis reditum e captivitate flagitant.

Pſ. 91. *Bonum eſt confiteri Domino*. Idem.

Pſal. 92. *Dominus regnavit, decorem indutus eſt*. Idem.

Pſ. 93. *Deus ultionum Dominus*. Idem.

Pſ. 94. *Venite exultemus &c.* Idem.

Pſ. 118. *Beati immaculati*. Oratio Danielis vel alterius Propheræ ad populi inſtitutionem.

Pſ. 119. *Ad Dominum cum tribularer*. Captivi liberationem petunt.

Pſ. 120. *Levavi oculos meos*. Idem.

Pſ. 122. *Ad te levavi oculos meos*. Idem.

Pſ. 129. *De profundis clamavi*. Idem.

Pſ. 130. *Domine, non eſt exaltatum cor meum*. Captivi Judæorum ægre ceteros pro reditu orant.

Pſ. 131. *Momento, Domine, David*. Oratio Judæorum captivorum pro familia David.

Pſalmi poſt Edictum Cyri pro reditu e captivitate.

PSal. 121. *Lætatus ſum in his*. Canticum lætitiæ Judæorum captivorum audita libertate per Cyrum conceſſa.

Pſ. 60. *Exaudi Deus deprecationem meam, intende orationi*. Gratiarum actio Judæorum, cum iter Jeruſalem ſuſcepturi eſſent.

Pſ. 62. *Deus Deus meus, ad te de luce vigilo*. Captivi in itinere Jeroſolymam, ardorem viſendæ patriæ ac Templi Domini teſtantur.

Pſ. 123. *Niſi quia Dominus erat in nobis*. Canticum Judæorum captivorum dum iter inirent.

Pſal. 32. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit*. Gratiarum actio Judæorum captivitate ſoluta.

Pſ. 86. *Fundamenta ejus in montibus ſanctis*. Elogium Jeroſolymæ per filios Core paulo poſt regreſſum in patriam.

Pſ. 84. *Benedixiſti, Domine, terram tuam*. Gratiarum actio pro reditu in patriam.

Pſal. 45. *Deus noſter refugium & virtus*. Ita canebant filii Core in ſecundi Templi dedicatione.

Pſ. 47. *Magnus Dominus & laudabilis nimis*. Continuatio præcedentis. Gratiarum actio de pace Iſraeli conceſſa.

Pſ. 95. *Cantate Domino Canticum novum . . . . omnis terra*. Ita in dedicatione ſecundi Templi filii Moyſis cantabant.

Pſ. 96. *Dominus regnavit, exultet terra*. Gratiarum actio pro Judæorum libertate. Continuatio præcedentis.

Pſ. 97. *Cantate Domino Canticum novum, quia mirabilia*. In dedicatione ſecundi Templi filii Moyſis cantabant. Continuatio præcedentis.

Pſ. 98. *Dominus regnavit, irascantur populi*. Eidem ceremoniæ per eoſdem Authores.

Pſ. 99. *Jubilate Deo omnis terra, ſervite Domino*. Idem in eadem dedicatione.

Pſ. 101. *Domine exaudi orationem meam . . . . non avertas faciem tuam*. Babylonicæ captivitatis narratio. Gratiarum actiones Judæorum pro libertate.

Pſ. 102. *Benedic anima mea Domino*. Continuatio præcedentis.

Pſ. 103. *Benedic anima mea Domino: Domine Deus meus*. Idem.

Pſ. 104. *Confitemini Domino & invocate nomen ejus*. Gratiarum actio in reditu e captivitate.

Pſ. 105. *Confitemini Domino, quoniam bonus . . . . Quis loquetur potentias Domini?* Idem. Quæ pro Iſraele tam in Ægypto quam in Deſerto Deus operatus eſt.

Pſ. 106. *Confitemini Domino, quoniam bonus . . . . Dicant qui redempti ſunt a Domino &c.* Deſcriptio poetica malorum, quæ in captivitate tolerata ſunt. Continuatio præcedentis.

Pſ. 107. *Paratum cor meum, Deus*. Judæi e captivitate ſoluti pro fratribus orant adhuc trans Euphratem manentibus.

Pſ. 110. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo in conſilio juſtorum*. Gratiarum actio Judæorum paulo poſt liberationem.

Pſ. 111. *Beatus vir qui timet Dominum*. Continuatio præcedentis.

Pſ. 112. *Laudate pueri Dominum*. Gratiarum actio pro reditu e captivitate.

Pſ. 113. *In exitu Iſrael de Ægypto, domus Jacob de populo barbaro*. Idem.

Pſ. 114. *Dilexi quoniam exaudiet Dominus*. Continuatio præcedentis.

Pſ. 115. *Credidi propter quod locutus ſum: ego autem humiliatus ſum nimis*. Idem.

Pſal. 116. *Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi*. Idem.

Pſ. 125. *In convertendo Dominus captivitatem Sion*. Judæi, captivitate ſoluta, ut reducæ fratres qui in diſperſione erant, Deum rogant.

Pſal. 132. *Ecce quam bonum, & quam jucundum*. Concordia Saeerdotum & Levitarum in Templo, paulo poſt reditum e captivitate.

Pſ. 133. *Ecce nunc benedicite Dominum*. Exhortatio vigilandi & in Templo orandi, Saeerdotibus, & Levitis poſt ſolutam captivitatem. Continuatio præcedentis.

Pſ. 134. *Laudate nomen Domini: laudate ſervi Dominum*. Ejuſdem argumenti.

Pſ. 135. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum*. Continuatio ejuſdem.

Pſ. 136. *Super flumina Babylonis*. Levitæ e Babylone reduces narrant, rogatos ſe a Babyloniis, ut muſicam Templi cantarent.

Pſ. 148. *Laudate Dominum de Cœlis*. Gratiarum actio Judæorum poſt ſolutam captivitatem.

Pſ. 149. *Cantate Domino canticum novum, laus ejus in Eccleſia Sanctorum*. Idem. Omnes populi laudibus perſolvendis Deo convocantur.

Pſ. 150. *Laudate Dominum in Sanctis ejus*. Continuatio præcedentis.

Pſ. 145. *Lauda anima mea Dominum*. Canticum Aggæi, & Zachariæ poſt Edicti Cyri revocationem, quo ædificandi Templum, & mœnia Jeruſalem copia facta erat. Pſalmus conſolationis.

Pſ. 146.

Ps. 146. *Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus.* Gratiarum actio illorum Prophetarum post longam sterilitatem, de qua Aggæus.

Ps. 147. *Lauda Jerusalem Dominum.* Continuatio præcedentis pro dedicatione mœnium Jerusalem.

Ps. 58. *Eripe me de inimicis meis, Deus meus.* Eadem facile occasione. 2. Esd. 4. &c.

Psal. 64. *Te decet hymnus, Deus, in Sion.* Canticum Aggæi, & Zachariæ, postquam Dominus pluviam per Aggæum prænunciatam misit, & cum reparationis Templi opus primo susciperetur. Vide Ps. 146.

Ps. 65. *Jubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini.* Continuatio Psalmi præcedentis.

Ps. 66. *Deus misereatur nostri & benedicat nobis, illuminet.* Idem.

Ps. 117. *Confitemini Domino quoniam bonus . . . . . Dicat nunc Israel.* Canticum victoriæ post obitum Cambysis, sive in dedicatione mœnium Jerusalem per Nehemiam.

Ps. 124. *Qui confidunt in Domine sicut mons Sion.* Judæi se invicem hortantur ut fortiter resistant Sanaballat, Tobiæ, Ammonitis, cæterisque adversariis.

Ps. 126. *Nisi Dominus ædificaverit domum.* Populum confirmat, ut strenuam operam ædificandis mœnibus Jerusalem impendant; se vero totos Domino committant.

Ps. 127. *Beati omnes qui timent Dominum.* Exhortatio ad timorem Dei. Continuatio præcedentis.

Ps. 128. *Sæpe expugnaverunt me a juventute mea.* Narratio pacis, felicitatis & gaudii Judæorum post captivitatem sub Dario filio Hystaspis.

Ps. 137. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo . . . in conspectu Angelorum &c.* Ejusdem argumenti. Gratiarum actio pro ea, qua fruuntur, pace.

IN PROVERBIA SALOMONIS

PROLEGOMENON.

OMnium, quotquot unquam scripta fuerint, Operum elegantissimum ac majoris momenti Proverbia Salomonis censenda esse arbitror; continet enim Liber thesaurum omnem Divinæ illius sapientiæ, qua eximius ille Scriptor, & Sapientiæ veluti Sacrarium affatim ditabatur. Ipse de se ultro fatetur, Lucubrationes illas fructum esse & consummatæ prudentiæ suæ, & altissimarum meditationum, pluraque se tum investigasse tum assiduo studendi labore didicisse, antequam ad scribendas Parabolas animum, manumque conferret [1]. *Manifestum est*, ait S. Hieronymus in Eccl. 12. 9. *Proverbiorum Librum non, ut simplices arbitrantur, parentis habere præceptа, sed quasi in terra aurum.* Hinc excellentiæ quadam appellatione apud veteres Patres *Panaretes* nomine appellatur, ac si diceretur summa totius moralis facultatis & ad virtutes omnes institutio. Eo titulo etiam inscribuntur similis argumenti Libri, sapientiæ nempe & Ecclesiastici.

Proverbiorum nomen aliter quam vulgari sensu hic usurpandum est; designat enim sententias, axiomata, & lectiones aliquas breves ad mores informandos aptas, & in sententiæ morem vibratas. *Parabola*, quo titulo a Græcis Liber inscribitur, satis consonat Hebræo *Mizle*, quadrat autem admodum cum saniori sententiarum ejus Libri parte, parabolico & figurato stilo proposita. Similitudines autem suas Author plerumque derivat e rebus ad manum & naturalibus; quibus solidas & maxime utiles Lectoribus institutiones accommodat. Profecto moralia documenta tum maxime in spiritum facilius influunt, cum figurarum velamentis adumbrata, quam cum nude propositа traduntur.

Eamdem methodum Veteres sectati, nûmquam ferme dogmata sua nisi sub figuris proposuerunt. Obtinebat id maxime inter Pythagoricos, qui ænigmatico sermone ceu vernaculo utebantur [2]. Idem ferme & a Sacerdotibus Ægyptiis, sicut & Gymnosophistis Indorum, & Druidis Gallorum præstitum [3]. Eumdem etiam Orientalium morem primi Græciæ Sapientes adoptarunt, quos inter Cleobulus, ejus filia Cleobulina, ænigmatibus suis & gryphis (eo etenim nomine designabantur breves quædam & vibratæ sententiæ in conviviis maxime familiares) per totam Græciam elaruerunt. Cleobulus enim, authore Diogene Laertio, scripsit ad 300. carmina, & Gryphos; & Cleobulinam carmina præter ænigmatica scripsisse, eodem teste compertum est. Nihil ab earum Lucubrationum genere alienum, non religio, non politica, non moralis, non œconomica, non ludicra etiam quandoque. Cephisodotus Isocratis auditor [4] vitio vertit Aristoteli, quod vetera proverbia colligenda neglexisset. Tandem S. Clemens Alexandrinus non semel testatur [5], hanc docendi rationem breviorem esse, graviorem, & vetustissimam, facilem etiam tutamque, utpote quæ omnium captui maxime congruat, memoriæ facilius, cum brevis sit & aperta, mandetur. Quare nullus hominum fatus ad vitæ & morum suorum rationem ducendam hisce doctrinis non juvatur.

Salomonis ætate Parabolarum & ænigmatum studium potissima erat Sapientum virorum occupatio: *Audiens Sapiens sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit. Animadvertet parabolam & interpretationem, verba Sapientum, & ænigmata eorum* (6). Author Eccli. 39. 1. 2. &c. *Sapientiam omnium Antiquorum exquiret Sapiens, & in Prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conservabit, & in versutias parabolarum simul intrebit. Occulta proverbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conversabitur. In medio Magnatorum ministrabit, & in conspectu Præsidis apparebit. In terram alienigenarum gentium pertransiet, bona enim & mala in hominibus tentabit.* Eo studii genere occupabantur sapientissimi illi viri. Regina Saba ab ultimis terræ finibus Regem Salomonem consultura Jerosolymam venit (7). Hiram Rex Tyri [8], qui referente Menandro, & Dione, litterarum consuetudine cum Salomone familiariter egit, propositis ænigmatibus sapientiam illius tentavit, iisdemque ab eodem Rege provocatus aptas interpretationes reponebat.

Salomon, quod Patres etiam animadvertisse constat [9], in tribus, qui ex ipso superfunt, Libris aptas singulis hominum statibus institutiones præscribit. Proverbia simplicum & tyronum in virtute captui accommodantur. Adolescentibus inscribuntur, & quem Salomon instituit discipulum, eodem se-

(1) *Eccl. 12. 9. Cum esset sapientissimus Ecclesiastes docuit populum, & narravit quæ fecerat; & investigans composuit parabolas multas.* (2) *Vide Diogen. Laert. libro 8.* (3) *Clemens Alexand. lib. 6. & Laert. libro 1.* (4) *Athen. lib. 2. cap. 17.* (5) *Vide lib. 1. Strom. pag. 299. & lib. 2. initio & lib. 6. pag. 697.*

(6) *Proverb. 1. 6. 7.* (7) *3. Reg. 10. 1. & Matth. 12. 42. Joseph. libro 8. capite 2. Antiquit.* (8) *Joseph. Antiquit. libro 8. capite 2.* (9) *Theodoret. in Cant. Præfat. Hieronym. in Ecclesiast. 1. 1. Origen. Prolog. in Caten. Basil. homil. 1. in Proverb. Ambros. in Psalm. 36. &c.*

sæpe nomine compellat. Ecclesiastes virum instruit, rerum hujus mundi vanitatem demonstrans. Canticа perfectas jam animas, quæ de carne, & sanguine nihil, omnia vero de spiritu sapiant. Primum Opus fere respondet *Ethicæ* Philosophorum, id est scientiæ morum, secundum Physicæ, id est scientiæ *naturæ*, tertium Logicæ i. e. scientiæ rationis perficiendæ; sive juxta Theodoretum, tota Salomonis doctrina tribus veluti gradibus constat, morali, naturali, & mystico. S. Isidorus Pelusiota lib. 4. Epist. 40. tres illos Libros tribus Templi partibus comparat: Proverbia atrii exterioris Israelitis omnibus patentis loco sunt; Ecclesiastes cum Sancto conferendus, quem loeum velamenta præ foribus oppansa prophanorum oculis abieondunt, neque adire quemquam nisi Sacerdotes initiatos fas est. Canticum Canticorum Sanctuarium, sive Sanctum Sanctorum refert, unde exclusi omnes, etiam Sacerdotes, unusque semel in anno admissus Antistes supremus, nec nisi prius variis ritibus & lustrationibus expiatus. Omnes ad Proverbiorum studium invitantur, rari ad Ecclesiasten, rarissimi penetralia Cantici Canticorum pervadunt.

Omnium conditioni aptam vivendi normam Proverbia flatuunt, Regibus, Aulicis, mundi commercciis occupatis itemque ab omni commercio secretis, heris, famulis, viris, uxoribus. Regulæ in eo Libro moralis, politicæ, & œconomicæ. Hortamenta quandoque pictatis, interdum decoris, utilitatis, amoris, timoris, & natura insitæ charitatis. Potissima Authoris cura eo tendit, ut grandem aliquam Numinis ideam & judiciorum ipsius metum ingeneret; tum ardens in virtutem & sapientiam amor incenditur, cujus & virtutis, & sapientiæ elegantes sane imagines, sæpissime depingit. Detinet etiam injustitiam, impietatem, licentiam, inertiam, impudentiam, & ita delineat, ut earum horrore omnes qui famæ suæ & decoris aliquo studio tenentur, maxime arceat. Cum vero nihil æque ab amore sapientiæ, & bonorum operum exercitio homines, & maxime adolescentes, abdueat, quam erapula & laxatum in voluptates frænum, id sibi potissimum suscipit Author, ut discipulum suum, ne voluptatum illecebris, & laqueis mulierum capiatur, cautum effeiat. Uno verbo, pulcherrima ibi morum documenta ad omnes vitæ flatus traduntur, tanta varietate, ut nc unus quidem Lectorum vacuus discedat.

Scriptum a Salomone Opus vulgo ereditur, cum ejus nomen in fronte Libri apparens, in contextu etiam recurrat (1). Conveniunt ea in re Sinagoga pariter & Ecclesia. Fuerunt identidem tractu temporis Critici, qui ea de re ambigendum sibi arbitrarentur; quod mirari non fubit in tanta Scriptorum copia, & eo, quo incitantur, pruritu, ut opinionum novitate singularitatem affectent. Collectas eo Opere eximias, quæ apud Judæos ferrentur, sententias Grorius autumavit (2); collectas autem justu Salomonis e vetustissimis qua Poetis qua Historicis, quemadmodum recentiori ætate Imperatores Constantinopolitani non dissimili exemplo singularia quæque optimorum Authorum in unum colligenda jusserunt. Sub Ezechia vero, addit (3), huic Collectioni additamentum aliquod factum est ex iis sententiis, quæ a Sapientibus Judæorum prolatæ utilissimæ videbantur. Ea vero confidentia hæc narrat Grotius, ut nomina ipsa Collectorum adnoter, nempe Eliacim, Sobna & Joake, quorum meminit 4. Reg. 18. 26. Porro Scriptor iste Rabbinorum fidem fubleftam planc, & nullius ponderis secutus est; itaque verbo affirmanti verbo omnia, quoadusque dicti sui certiora documenta non exhibeat, negabimus. Præstat enim sectari Ecclesiæ, Patrum & Interpretum authoritatem, uno consensu Salomoni unico omnium Proverbiorum Authori Opus vindicantium, duobus tantum exceptis posterioribus capitibus, facile Agur, & Lamueli tribuendis. Porro Libros istum portionem esse 3000. Parabolarum, quas ab eodem Rege dictatas novimus (4), ne ambigimus quidem.

Ad Parabolarum ordinem quod attinet, eamdem manere, quæ olim sub Salomone, dispositionem aliqui opinantur. Fragmenta quædam amplioris cujusdam Collectionis superesse malunt alii, quorum opinioni maxime faver Textus Operis, in quo variæ sparsim occurrunt inscriptiones. Continuata rerum series ab exordio usque ad caput 10. fingularis veluti Præfationis Operi præfixæ loco habenda est (5). Exinde priori titulo, *Parabolæ Salomonis*, repetito (6) novo titulo Liber incipit. Sunt autem breves quædam sententiæ, nulla inter se rerum connexione junctæ, antithetis plerumque, & alienas historias spectantibus verbis, ac tandem similitudinibus propositæ: singulæ autem sentium præseferunt absolutum & plane ab alia feparatum. Hæc lucubrationis ratio usque ad cap. 22. 17. obtinet. Exeipit deinde alius reium tenor, stilo magis prioribus novem capitibus uniformi. In cap. 24. 23. nova hæc inscriptio promitur: *Hæc quoque Sapientibus*, i. e. pro Sapientibus, vel Sapientum dicta, tum concisus & senteutiosus stilus uti prius in cap. 10. &c. recurrit. Cap. 25. novam collectionem his verbis exordiur: *Hæ quoque Parabolæ Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechiæ Regis Judæ*. Definit ea rerum series in cap. 30. in cujus exordio hæc legas: *Verba Agur filii Jake*. (Ita Hebr.) Tandem cap. 31. inscribitur: *Verba Lamuelis Regis*.

Ex quibus omnibus satis demonstratur arbitror, Proverbiorum collectionem, qualis modo extat, e variis Salomonis sententiis adnotatam nec unius esse Authoris nec temporis; redegisse vero illas in unum corpus Eidram sive alium quemcumque, qui Libros Sacros recensendos, & in eum statum, quem modo tenent, redigendos post captivitatem Babylonicam suscepit. Ex quo data Interpretibus quibusdam occasio, totum Opus in tres Libros distribuendi. Priorem librum definit Baynus intra decimum caput; decimum, & deinceps usque ad cap. 23. 17. secundum constituit; tertium cæteris occupatum.

Aliud argumentum, quod collectum plurium Authorum cura Opus illud demonstrat, crebra est versuum & sententiarum repetitio (7). Vix enim persuademur, singularem Authorem non intermisse scribentem eadem iæpius repetere, veluti priorum oblitum suscepisse. Nihil moror hic sententias in Textu quidem Septuaginta & Vulgatæ legendas, quæ in Hebræo desiderantur; 12. vel 13. similes leguntur Latino Textui post S. Hieronymum adjectæ (8).

R. Kimchi Collectionem illam Ilaiæ authori tribuendam censuit; alii Helciæ, & Sobnæ Præfectum sub Ezechia agentibus. Et sane Ezechiam singulares Salomonis ac forte etiam Sapientum aliorum virorum sententias colligendas mandasse constat; quo vero tempore, quomodo, quo fine, quid tandem Opus illud contineret, an hodie superfit, ineerta omnia. S. Hyppolytus, ab Anastasio Nicæno (8) laudatus, tradit, sub Rege Ezechia laborantem a viris lectissimis quibuldam Operibus Salomonis excerpendis, relictis iis quæ minus utilia, & minus formandis moribus populique instituendis esse arbitrarentur. E Canticis igitur unum Cantieum Canticorum selectum est; e Parabolis illæ discretæ, quæ in hac Collectione leguntur. Paria ferme tradit Eusebius Cæsariensis ab eodem Scriptore laudatus; autumat enim sub Ezechia laborantem fuisse, ut selectissimis quibusque e Libris Salomonis excerptis, cetera omnia supprimerentur; ne fesiliter populus, quod jam fieri a multis contigerat, Volumi-

(1) *Prov.* 25. 1. (2) *Grot. in* 3. *Reg.* 4. 32. *& Præfat. in Proverb.* (3) *Grot. ad Proverb.* 4. 23. (4) 3. *Reg.* 4. 32. (5) *Mercer. Grot. Munst. alii passim.* (6) *Vide cap.* 1. 1. 2. 16. 25. *Item cap.* 11. 2. *&* 16. 18. *&* 18. 12. *Item cap.* 12. 14. *&* 13. 2. *&* 18. 20. *Item* 6. 19. *&* 19. 5. 9. *Item* 13. 11. *&* 20. 21. 23. *Item* 20. 10. 23. *Item* 21. 9. *&* 25. 24. *&* 19. 24. *&* 26. 15. (7) *Vide Notas ad Præf. Prov. in priori volumine Operum S. Hieron. nov. Edit.* (8) *Anast. Nican. qu.* 39. *in Script. Vide in cap.* 25. 1. *Cornel. a Lapid. Tost. in* 3. *Reg. cap.* 4. *qu.* 8. *Vatabl. in cap.* 24. 23. *Prov. Et Salazar in cap.* 21. 17.

mina illa ſtudioſus pro remediis affectæ valetudinis quærendis conſulens, ad impetrandam a Deo opem nimius ſe prompte conferret. Porro quæ Ezechia curante teſervata ſunt, inquiunt illi, hæc ad noſtram uſque ætatem manſerunt. In eamdem fere ſententiam conecdunt Rabbini, Ezechiæ tres illos libros collectos tribuentes [1], ac viciſſim ab illo pluta Salomonis volumina ſuppreſſa aſſerentes.

De tempore ſcripti a Salomone Opetis non ſatis convenit. Judæi quidam tenent [2], Canticum Canticorum prima ætatis inventa ſcriptum; Proverbia maturo jam Scriptore; in extitum jam inelinanti Eccleſiaſten deſeriſſe: id Judæis illis ex ipſis eorumdem Operum inſcriptionibus affirmandum ſuccurrit. In fronte enim Proverbiorum Regis Iſrael ſibi titulum Author vindicat; in Eccleſiaſte vero Regis Jeruſalem. Solida plane argumenta. Rabbinorum aliis [3] viſum eſt, non prius quam in ſenectute, paulo ante obitum, Salomonem ad ſcribendum applicare, cum ſcilicet hebetatum antea molliſſimæ vitæ illecebris ingenium ſingulari Deus beneficio viro reſtituit. S. Hieronymus in Ezech. 43. luculenter aſſerit, Salomonem poſt commiſſum etimen Proverbia ſua dictaſſe; ſed veroſimilius credimus, tunc potiſſimum ad Proverbia ſe applicaſſe Salomonem, cum in maximo eſſet ſapientiæ culmine; ſapientiæ, inquam, cujus præ ceteris omnibus univerſi Orbis Regibus ſumma fuit vito laus. Proverbia ſua laudat ille in Eccleſiaſte [4]; unde facilis conjectura, Proverbia illa Eccleſiaſten præceſſiſſe. Carmine ſcriptum eſſe Opus S. Hieronymus [5] aſſeruit, id forte ſignificans, vel carmina illa nullis fuiſſe legibus adſtricta, vel ſtilum refertre poeticum, quemadmodum vetetum Philoſophorum ſententiæ omnes [6].

De authoritate ejus Libri ambigit nemo; unus apud Veteres Theodotus Mopſueſtenus [7] ambigendum de illo ſuſcipiens contendit, ſcriptum a Salomone Opus, naturali tantum ſapientia inſtructo; neque enim divinum accedete lumen debuit viro uſq; adeo naturalibus ingeniis dotibus ornato. Hanc opinionem inſtauravit Auctor in Specimine opinionum Theologorum quorumdam Hollandorum de inſpiratione Sacrorum Librorum. Sed de parſimonia illorum, nihil ad Deum; & Eccleſia, quam Divinus Spiritus inſtruit pariter & moderatur, Proverbiorum Librum in cenſum Sacrorum numquam non habuit. Laudarunt illum, nec infrequenter, Scriptores ſacri N. T. [8]; quare uti authoritatem hujus Libri in dubium revocemus, nihil eſt.

Verſio Proverbiorum five a Septuaginta adornata, vel ſtatim ſub eorum nomine vulgata, laudata ab Apoſtolis vetuſtiſſimiſque Patribus, ab originali frequentiſſime diſcrepat; continet enim plures ſententias fruſtra quidem in Hebræo quærendas, ſed in libro Eccleſiaſtici, ſaltem ex illis quaſdam, recurrentes. Verſiones Syriacæ, & Arabicæ, & quod ſingulare eſt, Paraphraſis Chaldaica nonnullis in locis e Græco expreſſa videtur. In Textu Romanæ Editionis tranſpoſita quædam, maxime a cap. 24. 22. quo in loco interſerit 24. priores verſiculos cap. 30. ſequitur dein caput 31. ac cap. 25. & ſubſequentia adusque totum 29. verſiculum, Librum claudentem. Minoris momenti tranſpoſita quædam, ſicut & variantia in ſingulis capitibus, quod crebriora ſint, prætetmitto. Quid eatum rerum fuerit in cauſa, non facile eſt divinare. Viri quidam docti [9] ſuſpicantur, plures olim obtinuiſſe variorum temporum & Authotum non ſatis uniformes inter ſe collectiones: cum igitur aliæ alium tenerent ordinem, inde varia pariter ſeries capitum, dogmatum, axiomatum, & ſententiarum. Cave tamen hæc de Originali, quod numquam variavit, ſed tantum de Græca Verſione credas. Authores Helleniſtæ primi omnium hæc facile invexerunt; nec abs re ſuſpicamur, Interpretem ad uſum privatum ſcribentem, quid ſibi maxime liberet, hoc in Opete adornando ſecutum. Sed hæc incerta.

Præter tria hæc Opera, Provetbia, Eccleſiaſten, & Canticum Canticorum, genuinos Salomonis fœtus, ſequiorum temporum impoſtura nonnulla etiam eidem Authori Opera pernicioſa maxime, & magiam plerumque continentia affinguntur; quo ſcilicet ſub tanti nominis obtentu majori confidentia merces illæ pravæ venderentur. Ita Salomonis nomine inſcribitur *Liber de remediis morborum apud* Kimchi: *Contradictiæ Salomonis*, a Gelaſio cenſura inuſtus; *Teſtamentum Salomonis*, Gaulmino notum. Tanto etiam nomine inſcribuntur 5. Libri apud Albertum Magnum in *Speculo Aſtrologiæ*, quorum 1. *Liber Almadad.* 2. *Liber quatuor annulorum*. 3. *Liber de novem Candariis*. 4. *De tribus figuris Spiritum*. 5. *de Sigillis ad Dæmoniacos*. Quatuor alios memorat Trithemius, 1. *Clavicilum Salomonis ad filium Roboamum*. 2. *Librum Lamone*. 3. *Librum Pentaculorum*, forte *Pentagenorum*. 4. *De Offitiis Spiritum*. Laudatur a Reuclino Liber *Raziel*, & a Chico alter de *Nigromantia ad filium Roboamum*. Apage hæc a viro ſapientiſſimo.

Porro hæc vetuſtiſſima eſt fraus, cum ipſe de Salomone Joſephus Antiqu. lib. 8. cap. 2. perſuadere credulis nitatur, ſcripſiſſe illum pellendis morbis atque Dæmonibus potentiſſimas adjurationes, quæ adhuc Joſephi ætate valerent. Teſtatur autem, Eleazarum quemdam plures expuliſſe Dæmones coram Veſpaſiano, applicata tantum radice quadam a Salomone indieata, quam in annulo geſtabat, & ejuſdem Principis nomine invocato. Omnia hæc Salomonis Opera, ſicut & Epiſtolæ Salomonis ad Hiram, & Hitam ad Salomonem, quamvis Joſepho ptobatæ, inter apoctypha tejiciuntur.

DISSERTATIO

An veteres Legislatores & Philoſophi e Scriptura Leges ſuas, & Moralem ſcientiam hauſerint.

REctam in ſcriptis Polemicis lancem tenere, & in æſtu diſputationis in adverſam veritati partem tantum non abtipi, arduum eſt pariter & infrequens. Certæ ætatis opinio fuit, id omnibus vitibus enitens, ut demonſtratet vetetes Philoſophos pluta & optima quæque tum in legibus, cum in ſctiptis ſuis e Sacris Judæorum Libris expreſſiſſe. Accidit etiam non infrequenter, ut varietatis temporum circumſtantiis contraria probatentur, nihilque intactum relinqueretur, quo intelligetent homines, nihil noſſe de Scripturis Philoſophos; quippe qui mentem haberent

(1) *Vide Bayn. in Proverb.* 25. 1. *& Talmudic. apud Mercer. Præfat. in Proverb.* (2) *Vide Bayn. hic, Cornel. a Lap.* (3) *Zemach David pag.* 33. *Seder Olam Rabba cap.* 15. (4) *Eccl.* 12. 9. *Compoſuit Parabolas multas.* (5) *Præfat. in Iſai.* (6) *Laert. lib.* 1. *in Ademna. Vide not. Caſaub.*

(7) *Vide Concil. CP. IV. Collat.* 4. *artic.* 63. (8) *Vide Hebr.* 12. 5. 6. *Canis reverſus ad vomitum. Ex Proverb.* 26. 11. *Jacob.* 4. 6. *Humilibus dat gratiam. Ex Proverb.* 3. 34. *Ege quos amo, corrige & caſtigo. Ex Proverb.* 3. 12. (9) *Grot. in capite* 15. 33. *& Boſſuet Præfat. in Proverb. pag.* 16.

rent & spiritam, non secus ac reliqui omnes Ethnici, errorum tenebris obvolutam; atque in mercerum spiritus vagarentur; ut si quid inter eorum Libros & Mosaicos Propheticosque congruere deprehenderetur, id unice casui, & lenitiæ naturalis lumnis, omnibus æque mortalibus a Deo concessi, tribuendum fuisset. Eo tandem, quo versamur, sæculo Scriptores quidam id sibi, in aliam extremitatem abrepti, probandum susceperunt [1], Moysen ipsum leges suas & ceremonias Ægyptis debuisse; quippe qui in Ægypto institutus, quæ ibi didicerat optima (erat enim juxta Sanctum Stephanum [2], *eruditus omni sapientia Ægyptiorum*) in luccum suum transtulerit. Posteriorem hanc opinionem refutandam suscepimus in Prolegomeno ad Exodum: Modo aliorum opiniones in examen revocandæ sunt.

Ex quo Judæi Ægypti solum deseruerunt, usque ad extremam Regni Juda & Israelis ætatem, in una semper regione ac continentes, colendis agris & terræ ubertati, quæ lactæ, & mellæ manabat, promovendæ laboribus suis occupati, tum & curas suas omnes nuttiendis parvulis filiis, meditationi, & exercitationi Legis intentas habentes; discretiemper ab externarum gentium coniortio; mari, quantum commodis suis fit, eller propinqui, fed quantum corruptioni morum ex aliorum commercio avertendæ satis remoti; cum neque connubia, neque Religionem haberent cum Idololatris gentibus communem; singularem tandem vitæ tenorem sectati, quo & odio erant & contemptui ceteris per orbem gentibus; his, inquam, omnibus perpetuo inter se charitatis fœdere ita conjungebantur, ut simul nihil haberent cum ceteris gentibus commercii. Hanc de populo suo ideam subjicit Josephus [3]: eamdemque de illis prophani quique Scriptores habebant. Tacit. Hist. lib. 5. *Instituta sinistra, fœda, pravitate valuere . . . . apud ipsos fides obstinata; adversus omnes alios hostile odium . . . . Judæorum mos absurdus sordidusque.*

Post restitutam e captivitate gentem, minus & claritate nominis & potentia valuerunt; vicissim tamen plus studii posuerunt, tum in colendis veteribus ceremoniis, cum pariter a commercio exterorum ut fe continendis. Cum tamen frequentibus populi translmigrationibus & exilibus factum esset, ut per universam terrarum Orbis faciem longe lateque plures e Judæis disperderentur, nullaque esset in toto Oriente, Ægypto, Africa, Insulis Mediterranei, Græciæ, & Italiæ regio Judæis habitatoribus vacua; Hebræi, gens licet omnibus contempta, singulari vitæ genere & politia admirationem in se omnium gentium, quas inter versabantur, converterunt. Tum omnium versa studia inquirendæ eorum origini, historiis, & legibus. Tandem sub Ptolemæo Philadelpho Rege Ægypti Verso Legis ex Hebræo in Græcum fuisse ex eo deinde veluti traditi in manus Libri Philosophorum studia exercuerunt. Nihil tamen certi ea de re affirmandum suscipimus; neque enim extra omnem dubitationis aleam positum est, hunc Ægypti Regem, vel Bibliothecæ ipsius Curatorem eam Pentateuchi Versionem procurasse; quidquid enim asseverent Aristæas, Philo, Josephus de Versione a Septuaginta adornata, facile tamen contingere potuisse credimus, ut Judæus aliquis sponte illam susceperit. Tradit Philo de vita Mosis, Judæos Insulæ Phari solemnem ejus rei memoriam singulis recurrentibus annis celebrasse; eum interim alii Judæi solemne ad diem 8. Thebet jejunium indixissent, quod etiam nostræ ætatis Calendaria notant. Addunt Judæi, eo prophanatæ Legis horrore, tridui tenebras Orbis universi faciem obduxisse. Vide Joseph. Seal. in Calend. Jud. in Can. Ilagog. lib. 1. Vide & Selden. de jure Nat. & Gent. lib. 3. cap. 3. Judæos vetus Testamentum in Græcum transtulisse Judæis ceteris invitis, Ligfootus autumavit.

Tunc Philosophi, quibus opportune accidit, ut vernacula eorum lingua Græca fcilicet, per totum fere Orientem post constitutum Imperium Alexandri Magni ceterorumque post ipsum, vulgaretur, iter aggressi sunt, quo extra Patriam suam viros doctos, unde aliquid discerent, convenirent. Ægyptus jam inde a pluribus sæculis inter primores sapientiæ laude florentes nationes primceps habebatur. Eo proinde frequentius veniunt est. Ipli pariter Hebræi, externorum morum discendorum avidi, itinera ea de re & peregrinationes suscipere non recusarunt; quod exemplo diserimus Jesu filii Sirach, Authoris Ecclesiastici, qui plures le regiones excurrisse perhibens, idem ceteris præstandi author est [4].

Eo temporis intervallo, quod inter solutam captivitatem & Jesu Christi adventum continetur, fama est, Paganos Philosophos e Sacris Scripturis in rem suam derivasse optima quæque moralia præcepta, quæ in eorum scriptis admiramur; tum & grandia, quæ de Deo ipli tenire & gemina eum Moyle loqui vili sunt. Ex his fontibus Pythagoras, Plato, aliique plures optimam absolutissimæ Reipublicæ sue politiam deriverunt; ex his Solon majoria Ilgum suarum partem. Pythagoras, qui longe lateque discurrisse fertur, Jeremiam in Ægypto, ut fama est, vidit [5], Ezechielem in Chaldæa [6]. Illum autem non Judæos tantum nosse, sed & ex eorum Legibus plures in suam Philosophiam transtulisse, Hermippus apud Josephum est author [7]. Idem patrei Josephus obiervat [8], Platonem ad Mosyfis imitationem injunxisse, ut patriarum Legum tabulas assidue cives manibus verlarent.

Clemens Alexandrinus [9] Paganos alloquutus, asserit, Legis Platonis aliorumque Legislatorum, Hebræis pro lamori earum patre deberi; unde etiam optima quæque & beatam illam eloqui ubertatem haulerint [10]. Illura ejus rei exempla latis conformem utrimque exprimendi rationem teltantia in medium adducit. S. Justinus Martyr [11] perfuatum habet, veteres illos Paganos Philosophos non tamquam primos præstantissimarum veritatum, quæ in eorum scriptis admiramur, Authores habendos; vix enim hæc homini in mentem venire potuerant; sed omnia ad Scripturas Divinas, quæ illi in rem suam traduxerint, referenda. Singula autem propius dispiciens, demonstrat, Orpheum, Homerum, Solonem, Pythagoram, Platonem, aliosque plures, cum per Ægyptum peregrinarentur, in Libros Mosaicos incidisse, quorum lectione plurimum in cognitione Divinæ naturæ profecerint. Contendit etiam alibi [12], Philosophos omnes Græcos, quæ de animæ immortalitate, & quæ de pœnis impiorum scripserunt, non aliunde, quam ex Scriptis Prophetieis repetisse; addisque eam, quæ inter Platonem & Moysen, simul utriusque lcripta collatis, apparet, discrepantiam Platoni tribuendam, qui Mosaicorum Scriptorum lensum minus recte fuerit assecutus [13]. Si quid ergo, ait, commune nos inter & vos in doctrina fuerit, non illud nostri ex vestris, sed vos ex nostris accepistis.

Hanc inter Platonem cum Moyse ceterisque Judæorum Prophetis contonantiam Celsus pariter agnoscens [14], Judæos e Platone didicisse concludit. Sed ejus calumnias refutaturus Origenes, demonstrat, e Moyse potius ceterisque Prophetis, utpote Platone vetustioribus, Philosophi illius doctrinam derivandam fuisse. Aliud in speciem quidem plausibilius Celsus addebat; cui bono, inquiens, Authores Judæos consulamus, cum eadem apud Platonem concinnius aperiusque exprimantur? Cui re-

po-

(1) *Marsham. Canon. Ægyptiac. & Spencer. de Legibus Hebræorum Ritual.* (2) *Act.* 7. 22. (3) *Joseph. lib. 1. contra Appion. pag.* 1038. (4) *Eccli.* 34. 12. & 36. 23. & 39. 5. (5) *Augustl. lib. 2. de Doctr. Christ. cap.* 28. & *lib.* 8. *de Civit. cap.* 11. (6) *Quidam apud Clem. Alexand. lib.* 1. *Strom.*

(7) *Lib.* 1. *cont. Appion. pag.* 1046. (8) *Idem Ibid. lib.* 2. *pag.* 1079. (9) *Clemens Alexand. Admonitione ad gentes pag.* 46. (10) *Hem ibid. pag.* 47. 48. (11) *Justin. Apolog. pag.* 15. *Edit. Paris. an.* 1636. (12) *Justin.* 2. *Apol. pag.* 81. 82. (13) *Justin.* 2. *Apolog. pag.* 93. (14) *Vide Origen. lib.* 6. *contra Celsum.*

ponit Origenes, Sacros quidem Authores plus eorum poſuiſſe, ut prodeſſent, quam ut Lectores delectarent; quare ſtilo uſos fuiſſe ad multitudinis captum accommodo; cum interim Pagani nonniſi viris doctis ſcribentes, angustos ſtudiis ſuis atque utilitati exinde hominibus obventuræ fines conſtituerint. Factum inde, ut parcius plerumque Philoſophorum ſcripta legerentur; ſicut frequentiſſime viteriſſim Sacrorum Scriptorum Lucubrationes, quæ multitudinis captui quadrarent. His cauſis propagationem Evangelii deberi, cum interim Plato neglectus maneret, & ſolitarius.

Tertullianus (1), poſt conſtitutam Legum Moſaicarum ceteraſumque Scripturarum vetuſtatem, tandem addit: *Sciatis ipſas Leges quoque veſtras, quas videntur ad innocentiam pergere, de Divina Lege, ut antiquiore, formam mutuatas.* Subdit deinde: *Quis Poetarum, quis Sophiſtarum, qui non de Prophetarum fonte potaverint? Inde igitur & Philoſophi ſitim ingenii ſui rigaverunt.* Sed, ait idem Tertullianus, tanta eatum luce perſtricti, in medio licet luminis verſantes, totam earum elegantiam pulchritudinemque intueri non potuerunt; cæci pariter & præſumptuoſi, earum veritatem ſuis præjudiciis conformare volentes, corruperunt, opiniones ſuas & ambages divinis certiſque Sacrorum Oraculorum veritatibus intermiſcentes: *Nec mirum, ſi Vetus Inſtrumentum ingenia Philoſophorum interverterunt.*

Dæmones, ait alibi (2), de induſtria in ſcripta Poetarum quædam e Scripturis Divinis vera fabellis admixta induxerunt; eodemque Spiritu erroris factum eſt, ut in Philoſophorum Scripta, quædam a Religione noſtra non aliena irreperent; quo ſcilicet inſidiæ in veritatem parararentur, cum tempore a Divina Providentia conſtituto in mundo manifeſtari contingeret. Semel enim falſis hiſce ideis & fabellis Poetarum animi hominum occupati, quid inter veritatem & mendacium interceſſeret diſcriminis, mente diſtinguere vix poterant. Pernicioſum plane artificium, quod tamen in eos tantum valuit, qui errori pervicacius inhærentes deponere illum recuſarunt. Ita factum eſt, ut *omnia adverſus veritatem de ipſa veritate conſtruerentur.* Veritas fabellis delibuta, vim omnem juvandi amittit. Mendacio enim fides omnis detrahitur, & Apoſtolis ad deſtruendos Paganorum errores, atque ſuperſtitiones laborantibus, una ſimul factum eſt, ut eodem veluti fato veritates, arcto quodam cum illis vinculo conjunctæ, intercideront: *Ut quæ idea non putet Chriſtianis credendum, quia nec Poetis nec Philoſophis.*

Hæc a Tertulliano ſuſius diſputata, exprimit pariter S. Juſtinus Martyr in ſecunda Apologia; habet enim perſuaſum mali cujuſdam Genii artificio factum eſſe, ut Poetis quædam exciderent vera, ad Jeſum Chriſtum pertinentia, atque in eorum Operibus plurima deprehenderentur ex Jeſu Chriſti geſtis, ſed fabularum quodam guſtu tradita; & Paganorum Numinibus applicata. Doli enim artifex Spiritus ille, probe noſcens lata de Jeſu Chriſto Oracula, præoccupandas in illum mentes hominum ratus, omnia fabellis, & rebus ſupra fidem prodigioſis inſerſit, quo ſcilicet, cum in mundum venire Redemptorem contingeret, homines fabellis fictiſque prodigiis aſſueti, minus eſſent recipiendis veritatibus, quæ in Evangelio referendæ erant, comparati; atque difficultate & arduitate examinis diſtinguendi vera a falſis abſterriti, omnia æque qua vera, qua falſa, utpote quæ omnia fabuloſa ſibi viderentur, rejicerent.

Sanctus Cyrillus Alexandrinus adverſus Julianum ſcribens lib. 1. diſerte aſſerit, veteres Philoſophos, per univerſam maxime Græciam celebratos, cum longa ætate eſſent Moyſe poſteriores, plura ex ejus Libris in ſuccum ſuum, quamvis non felici ſemper ſucceſſu, converiſſe. Cum enim hebetiori eſſent ingenii acumine, quam ut Legislatoris Hebraici geniunum ſenſum pervaderent, falſa quædam, vel minus ſaltem perfecta de Natura Divina ſupposuerunt. Addit pariter, ex iis Philoſophis aliquos Prophetis Judæorum receentiores, id ſibi ſuſcepiſſe, ut plura ex illis Divinis Authoribus exſcriberent. Equnis enim, ait, in animum ſibi potuiſſet inducere, Philoſophos illos, qui longas adeo peregrinationes, & maxime in Ægyptum, diſcendi gratia ſuſceperunt, illud neglexiſſe, quod magis & eorum vota, & ardens inquirendæ veritatis ſtudium expleret? Quæ tandem apparet inter illos, cum maxime de generalibus rerum notionibus agitur, conſonantia, ea ſane argumentum eſt apertiſſimum, omnes pariter ex eodem fonte potaſſe; cum in rebus ceteris, in quibus ſinguli ingenium ſuum ſectati ſunt, numquam inter ſe non committantur. Excutienda deinde ſuſcipit eorum dogmata de creatione, natura, & attributis Divinis, de Verbo, Spiritu Sancto, & anima Mundi.

Theodoretus in ſuo Opere adverſus Græcos ſive Gentiles, Hiſtoricorum teſtimonio (3) probat, Veteres Philoſophos, ut Pherecidem, Pythagoram, Thaletem, Solonem, Platonem peregraſſe Ægyptum, Siciliam, & Italiam, nullamque fuiſſe ſive gentem ſive locum adeo remotum, a moribus abhorrentem propriis, diverſis lieet ſervientem Regibus, quo illi ieſe conferre inquirendæ veritatis gratia renuerint; ut ubicumque noſſent Sapientes aliquos viros verſari, eo ſtatim advolarent: ex quo factum, ut non Ægyptiorum tantum, ſed etiam Hebræorum doctrina proſecerint adeo, ut Pythagoras alienum ſibi non duxerit, ſi circumciſione, quam Ægyptiis ex Judæis recceperant, ſeſe initiandum præberet. Laudat in eam rem teſtimonium Porphyrii Philoſophi, Chriſtiani nominis oſoris, qui e Delphico quodam Oraculo probat, demonſtrandi eamenis ad Deos deducentis (4) authores fuiſſe Chaldæos, Ægyptios, Phœnices, Lydos, & Hebræos; eam vero doctrinam, quam e Barbaris tenebant, exſcripſiſſe tantum Græcos, quin & corrupiſſe quandoque. Ex Prophetis agitur Judæorum, ipſius Oraculi teſtimonio, prima veritatis & veræ Philoſophiæ origo repetenda eſt. Si quos vero populos alios, neinpe Chaldæos, Ægyptios, & Phœnices Apollinis Oraculum Hebræis jungit, operæ pretium eſt animadvertere, ait Theodoretus, veritatis conpitiones in eas gentes non niſi a Judæis deriviſſe. Debent enim doctrinam ſuam Phœnices commercio cum finitimis Judæis, debent Chaldæi Judæis in ſua regione captivis. Quibus enim prodigiis Deus Danieli ejuſque ſocius favit, illis pariter infinuata pluribus Chaldæorum veritas. Ipſe pariter Cytus in vera Religione inſtitutorem habuit Danielem, virum in Aula ſua principem. A Cyro vero ſubacti Lydi, Legem pariter & veram Religionem acceperunt. Contubernium tandem veterum Hebræorum in Ægypto, gentibus illis profuit, quo diſcerent eorum de natura Divina ceteriſque ad Religionem pertinentibus dogmata.

Idem ſuſius demonſtrat Euſebius toto Libro undecimo Præparationis Evangelicæ, probans (5), Platonem potiſſima Philoſophiæ, & Theologiæ ſuæ dogmata e Sacris Libris deriváſſe. Nititur etiam demonſtrare, ſententias ejus Philoſophi plures cum Scriptura convenire, longo ordine recenſens ea, quæ a Platone de Verbi Divinitate ſcripta ſunt, de ideis, de ſummo bono, virtute, animæ immortalitate, creatione mundi, reſurrectione, Deique judicio &c. Si autem, addit ille, Græci Platonem Ducem ſecuti ſunt, ipſe vero Hebræos, tota eſt Græcorum Philoſophia ex Hebræis repetenda. Eamdem collationem proſequitur toto libro duodecimo, & parte decimi tertii, ubi teſtimonium Ariſtobuli laudat, ingenue fatentis, Platonem leges & diſciplinam, five ceremonias & mores Hebræorum expreſſiſſe. Tradit inſuper, ante Alexandrum Magnum & Per-

(1) *Tertullian. Apologet. Edit. Rigalt. pag. 19. 39. 41.* (2) *Idem Apologet. pag. 21. & 42.* (3) Laudat Porphyrium Chriſtianorum acerrimum adverſarium, Numenium Pythagoricum, Plutarchum, aliosque plures. (4) *Theodoret. ex Porphyr. loc. cit. pag. 472.* (5) *Item lib. 12. & 13.*

Perfarum Imperium vulgatam fuisse Græcam Pentateuchi Versionem, quæ cum minus exacta, nec numeris omnibus absoluta deprehenderetur, alteram Demetrio Phalereo instante, sub Rege Ptolemæo Philadelpho susceptam fuisse. Priori illa Versione, ait, Pythagoras, Plato, Socrates, aliique plures ante Philadelphum in scientia Divinitatis, providentiæ, & creationis mundi profecerunt. Laudat deinde Eusebius testimonium S. Clementis Alexandrini, non semel nec obscure perhibentis [1], Veteres Philosophos, & potissimum Pythagoram, ac Platonem optima quæque sua, quemadmodum ex plurium sententiarum collatione demonstrat, lectioni Mosaicorum, & Propheticorum Librorum debere.

Gemina legas non semel apud S. Ambrosium [2], qui affirmandum sibi ducit, Pythagoram & Platonem, cum in Ægypto versarentur, plura ditandis Operibus suis e Sacris Libris decerpsisse. Infimur etiam eam inter primas Platonis curas veniendi in Ægyptum fuisse, ut scilicet res gestas Moysis, ejusque Legem, & oracula Prophetarum disceret [*]: *Eruditionis gratia in Ægyptum profectus, ut Moysis gesta, Legis oracula, Prophetarum dicta cognosceret.* Excidrat aliquando S. Augustino [3], Platonem, cum in Ægyptum venisset, Jeremiam nosse, vel saltem ejus scripta legisse; sed rem paulo attentius excutiens, palinodiam cecinit [4], cum Jeremias ante Platonem fato cessisset, nec Sacræ Scripturæ Græcis literis, nisi post obitum ejus Philosophi, traditæ fuerint. Quare, ait, cur sacras Scripturas Græce legeret, nihil erat: facile tamen potuit, addit, Hebræo interprete legendis Hebraicis Libris uti, quemadmodum & Ægyptio legendis Ægyptiis usus est: quin & id consilii secutum demonstrant ea, quæ de creatione Mundi paria apud ipsum & Moysen leguntur; sicut & quæ Plato verbis ipsis Mosaicis de Numine locutus est [5]: *Ego sum qui sum: sic dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos.* Addit vero alibi [6]. *Multo erudibilius est, ipsos potius de litteris nostris habuisse, quæcumque bona & vera dixerunt, quam de Platonis Dominum Jesum Christum, quod dementissimum est credere.*

Hæc habent majoris momenti argumenta quicumque ea tenentur persuasione, veteres Græcorum Philosophos faniorem Philosophiæ suæ partem e Sacris Literis Hebræorum hausisse. Sed cum de re aliqua gesta quæstio agitatur, nihilque Divinius revelatum, sive ad Religionem saltem oblique spectans in ea re habetur; unice spectandæ sunt rationes, quibus id sibi afferendum Patres censuerunt. Porro rationes illæ ad duo potissimum capita reducendæ sunt; 1. Philosophos plura nosse, quæ in Sacris Libris leguntur. 2. Eorum plus iter in Ægyptum habuisse, ubi frequentissimos Judæos versari contigit. Hisce tamen omnibus tria reponenda; 1. Neque Philosophos, nec alios quosque Scriptores eorvos unquam fassos, se vel Judæos præceptores audisse, vel Libros eorum legisse: 2. Quæ inter utrosque Scriptores apparet sententiarum convenientia, unde potissimum ejus sententiæ argumentum petitur, interdum minus illa quidem quam pro recepta opinione probat; potuit enim ex altera, quam quæ constituitur; causa originem trahere. 3. Philosophos, de quibus modo, eum ante Versionem Græcam sacrorum Librorum floruisse, eorum Librorum ledemne nihil profecisse potesant. Non tamen negaverim, alia via, traditione nempe, potuisse earum veritatum notionem ad illos descendere; sed de facto ipso, quod certum alii statuunt, dubitationem movemus.

Si vero authoritas authoritati opponenda, minori quidem Scriptorum numero adversa sententia fulcietur; sed majores illi vicissim & solidiores rationes. Demetrius Phalereus, Aristæas, Aristobulus; & Josephus plus favent sententiæ neganti, aliquid e Sacris Libris Philosophis innotuisse, quam affirmanti. Origenes, Tertullianus, Sanctus Augustinus, quos posterior ista opinio inter suos vindicat, adversam strenue propugnant. Tandem Lactantius demonstrandum sibi, nec levibus & facile revincendis rationibus suscepit, Divinas Scripturas prorsus Philosophos latuisse. Sed plenius ea de re agendum.

Philo Judæus [7], ægre adeo sibi persuadebat, Philosophos e Sacris Scripturis aliquid deduxisse, ut luculenter asserat, ante Versionem Græcam sub Ptolemæo Philadelpho Gentiles nihil de Sacris Judæorum Libris nosse. Cui Scriptoris assertioni eo major in ea re fides adhibenda est, quo in studio Platonis excultior erat, ut de illo obtineret: *Sive philo platonicat, sive Plato philonizat* [8]. Quitandem inter sententias Platonis & Moysis consensus statuitur in iis, quæ ad creationem Mundi pertinent, ille fane impetrare ab eodem Scriptore non potuit, ut crederet Platonem Moysen exprimere intendisse; vulgatum enim esse ait, Platonem suam illam sententiam ab Hesiodo deduxisse. Verum, addit Philo [9], *Longe antiquior Moses legifer docuit Judæos, mundum esse genitum & interruptibilem, quod scriptum reliquit in sacris Voluminibus.*

Aristæas, ex quo Aristobulus, Philo, Josephus, ceterique post illos Patres hauserunt omnia, quæ de Versione Sacrorum Librorum ex Hebræo in Græcum sub Ptolemæo Philadelpho litteris mandarunt, Aristæas, inquam [10], numquam in mentem sibi induxerat, Philosophos Mosaicorum Scriptorum aliquid adoptasse, quamquam alioqui assereret, ante Ptolemæum Versionem aliam, minus quidem probatam, portionis saltem Scripturarum obtinuisse. Namque Demetrium Phalereum loquentem inducit, Hebræorum scilicet Libros eo plus Regias sibi curas & thesauros mereri debuisse, quo Leges contineant Sanctitate & Divinitate ceteris omnibus præstantiores. Hujus vero doctrinæ, ait, si nulla unquam mentio occurrit apud Scriptores, Poetas & Historicos ceteros, id in causa fuit, teste Hecatæo Abderita, quod puritate & sublimitate sua nimis extollerentur. Ex quo vero adornatæ jam Versionis lectio facta est coram Rege, admirari ie dixit idem Hecatæus & Demetrium allocutus, Opus illud, vere divinum, Philosophos omnes & Poetas fugisse. Cui Demetrius Legis illius Sanctitatem & Divinitatem numquam violari prophanorum ore debuisse, respondit; unde Scriptores quosdam aliquid ex illis in sua Scripta traducere tangentes, Divinæ ultioni pœnas dare coactos ab incœpto destitisse.

Adjecit Demetrius, Theopompum, quod talia auderet, e statu mentis sibi quito decidisse, nec nisi post mensem sui compotem factum. Cum autem lucido aliquo intervallo eo temporis spatio uteretur, rogaretque interim Deum, ut causam inflicti sibi morbi tandem aperiret, per quietem certior factus est, id in suum caput ultionis provocasse, quod secreta & digna silentio pandere ausus fuisset. Quare ab incœpto statim desistens, sanitati mentique actutum restitutus est. Ita pariter, addidit Demetrius, referentes audivi, Theodectum Poetam Tragicum vorlentem in sua carmina aliquid de Libris Mosaicis traducere; statim luminibus captum temeritatis suæ luisse pœnas, nec nisi precariam sanitatem recepisse.

Non ego quidem pro historia Aristææ & relatis ab eo exemplis vadem me exhiberem, neque enim me fugit quid contra ejus historiæ veritatem scripserint sapientissimi plures viri, uti Valesius, Cardinalis Bona, Josephus Scaliger, Hody, Vandale, aliique plures, ad fabellam quantam quantam illam aman-

(1) *Vide Clement. Alexand. Strom. lib. 1. pag. 299. 342. &c. & lib. 5. pag. 559. &c. & 592. &c. Ita lib. 6. & Exhort. ad Gentes.* (2) *Ambros. in Psalm. 118. Serm. 2. num. 5. & 13. & de fuga sæculi cap. 8. num. 47. de bono mortis cap. 10. num. 45. & cap. 12. num. 51. de Noe & Arca cap. 8.* (*) *Idem fere in Psal. 118. num. 4.* (3) *Lib. 2. cap. 28. de doctr. Christ. & lib. 8. cap. 11. de Civit.* (4) *Retract. lib. 2. cap. 4. num. 1.* (5) *Exod. 3. 14.* (6) *August. de doctr. Christ. cap. 28. num. 43.* (7) *Philo lib. 1. de Vita Mos. pag. 657. 658.* (8) *Hieron. in Catalog. Scriptorum Ecclesiast.* (9) *Philo lib. Quod mundus sit incorruptus pag. 940. 941.* (10) *Aristæas de Septuaginta Interpr.*

amandantes. Nec sane facili negotio objecta ab illis in eam historiam plura diluerentur ; e g. quod Aristæas Græcum se, Paganum, & Præfectum in Aula Regis Ptolemæi Philadelphi jactitaverit, cum interim nunquam se non Judæum qua in verbis qua in stilo Hebraismis redundanti demonstret : testatur insuper, Demetrium Phalereum Bibliothecam Regis curasse, cum testimonio Hermippi apud Diogenem Laertium constet, Demetrium, quod partibus Ptolomæi Soteris adversus Philadelphum favisset, in exilium actum atpidis morsu sibi necem conscivisse, Philadelpho Regnum ineunte. Ad hæc, Demetrium, Græcorum ista ætate eloquentissimum, barbaro quodam eloquio differentem inducit Aristæas, & indigna viri ingenio, eloquentia, & eloquii puritate effutientem. Laudat etiam Demetrius apud eumdem Aristæam testimonium Hecatæi, tamquam Authoris vetusti, cum alioqui suppar esset ætate. Epeaistadium commemorat, quod tamen post Philadelphi Regnum constructum est. Meminit pariter victoriæ Regis Ægypti ex Antigono, tamquam eo tempore relatæ, quo Septuaginta Alexandrum venerant, cum factum illud ad Regnum alterius Ptolemæi pluribus post Philadelphum annis pertineat. Litteræ ad Eleazarum Sacerdotem Summum, sicut vicissim Eleazari ad Regem, Demetrii pariter sermones eumdem simplicissimum stilum referunt. Plura etiam in rem præsentem observari potuissent, quibus fabellæ suspitio promoveretur. Quod autem nostrum intentum maxime evincit, illud est, nimirum Scriptorem illum Judæum plane, & quidem vetustissimum, quippe cujus Scripta nonnisi Philo & Josephus, ne quid dicamus de Aristobulo & Alexandro Polyhistore, quorum est dubia authoritas, Authorem, inquam, illum numquam sibi persuasisse, prophanos Authores Sacris Judæorum Scripturis aliquid debere. Quæ de antiqua Græca Scripturæ Versione ante Ptolemæum Philadelphum in eodem Libro asseruntur, infra in examen revocabimus.

Porro hoc Scriptoris testimonium, negantis Paganos aliquid de Scripturis Divinis nosse, eo pluris faciendum est, quod Josephus [1], Clemens Alexandrinus (2), Eusebius (3) aliique plures post ipsum, & adoptandum sibi illum & non sine elogio referendum duxerunt. Origenes non concedit quidem Cello (4), Platonem aliquid e Scriptis Mosaicis expressisse, sed illud tantummodo sibi demonstrandum suspicit, Moysen & Prophetas multo esse Philosopho illo vetustiores, ut non nisi per summam impudentiam assereretur, Scriptores Hebræos Platonem ætate se plane inferiorem imitatos fuisse ; idemque Origenes in suo Commentario in Canticum Canticorum, (5) quem S. Hieronymus e Græco in Latinum transtulit, hæc habet : *Nunc Moysi numen auditur, quod prius Judæa tantum claudebatur angustiis. Neque etiam Gracorum quispiam meminit ejus, neque in ulla gentilium litterarum historia de ille seu ceteris scriptum aliquid invenimus.* Novit pariter Josephus Græcorum Historicorum ea de re silentium (6), cujus rei hanc ibi rationem censuit reddendam, nimirum numquam illos nostros Libros legisse ; additque Demetrium Phalereum, veterem Philonem, & Eupolemum, de illis aliquid, sed minus exacte & sincere tradidisse ; quod scilicet neque illorum historias consuluissent, neque ad res ejusdem gentis animum applicallent.

Tertullianus, cujus supra mentem expressimus (7), aperto licet testimonio asseruisset, Prophetas & Philosophos aliquid unde discerent & Opera ornarent sua, e Scripturis Sanctis quæsivisse, alibi tamen eam Joquendi rationem susupsat, ut priorem illam sententiam num satis ipse probaverit, incertum relinquat. Quemadmodum, ait, per obscuræ noctis opaca atque per oppanias Cœlo nubes furtivus aliquis lneis radius transpirat ; sieut mille fluctibus agitata navis, atque insano tempestatis furore jactata *prosure* interdum *errore* in portum insperato depellitur ; ita pariter Paganis Authoribus radius subinde quidam affulget, qui cæcea nocte agentibus, cœca quadam, ut ita dicam, felicitate vera nonnulla demonstrat : *sed & natura plerasque suggerunture quasi de publice sensu*. Non inde tamen jure infertur, eos qui talia loquuntur, Prophetas Judæorum consuluisse ; *plus enim diversitatis invenias inter Philosophos quam societatis, cum & in ipsa societate diversitas eorum deprehendatur*. Addit pariter : *vera quoque & confessantia Prophetis aut aliunde commendant, aut aliersum sustornent cum maxima injuria veritatis, quam efficiunt aut adjuvari falsis, aut patrocinari*.

S. Augustinus quamquam alioqui sententiarum affinitatem inter Platonem & Scripturam admiraretur, nec semel significaverit non alienum esse se ab ea opinione, potuisse a Philosophis quædam e Libris Saeris deeerpi ; non ita tamen patronum se ejus sententiæ constituit, quin contrariam etiam quandoque demonstrandam inlicipiat, Philosophi hujus mundi, sit ipse, (8) æternam & immutabilem veritatem prospexerint quidem, sed iter ad illam reducens penitus ignoraruut. Creatorem per ereaturas detexere, & in cognitionem Authoris mundi ex eodem mundo venerunt ; sed *veritatem in iniquitate detinent*. Non illis Deus five Lege five revelatione manifestatus est ; sed *invisibilia ejus per ea qua facta sunt, intellecta conspexerunt*. Nihil igitur ad Philosophorum illorum doctrinam five Lex, five Scripturæ Judæorum, quas, ipso eodem S. Doctore fatente, Græcorum litteris eorum ætate nondum traditas fuisse constat (9).

Potuisse Platonem, eeterosque dogmata sua e Scriptis præcedentium Philosophorum, & Poetarum derivare, idem S. D. alibi (10) agnoscit. Nec abs re quidem suspicaremur, Platonem plura, quæ in Scriptis suis expressit, e Schola Socratis didicisse ; Socrates vero, eum in Ægyptum venisset, viros doctos, & Sacerdotes ejus gentis consuluerat. Anaxagoræ, & Euripidi eadem tedebat opinio de creatione Mundi ac Ægyptis, nec multum ab illa Aristophanes abhorruit (11). Quis autem dixit unquam Scriptores illos Sacra Hebræorum Scripta suffuratos ? Anaxagoras Socrate vetustior erat ; Euripides, & Plato eumdem Soeratem audierunt ; ad eamdem ætatem Aristophanes pertinebat. Non erat igitur cur Plato ex urbe Athenarum digrederetur, quo dogmata illa in Scriptis suis expressa disceret ; dogmata, inquam, illa, quæ nonnisi e Scriptura repetere illum potuisse adversæ sententiæ Scriptores contendunt. Omni ætate, & apud omnes quæ genes veteres quædam traditiones obtinuerunt de natura Dei, de creatione Mundi, & diluvio, quæ nulla rerum vicissitudo e mentibus hominum excutere valuit ; sed traditiones illæ majori fide apud Barbaros servatæ sunt, quam apud Græcos, quemadmodum ab Augustino observatum est (12).

Confusim eatam rerum variis Scriptorum opinionibus notionem Lactantius (13) scite admodum explicans, non negat ille quidem plura esse, qua in verebis, qua in rebus inter Poetas, & Philosophos cum Scripturis affinia ; sed hæc omnia aliunde repetenda esse demonstrat, quam ut e Sacris Libris suffurati Pagani crederentur. Profecto illi *nullas litterat veritatis attigerant* ; sed semina quædam veritatis e fabellis, & prifeis Populorum traditionibus, quæ in scriptis suis deinde sererent, sedulo collegerunt ; *Qua Prophetarum vaticinie tradita in sacrarie Dei continebantur, ea de fabulis, & obscure opiniene collecta, & deprauata, ut veritas a vulgo falet . . . . carminibus suis comprehenderunt*.

Mirari se alibi significat (14), Pythagoram, & Platonem, qui discendi gratia Ægyptum, Chaldæam, & Perfidem deeurrerunt, quo varios eorum po-

(1) *Antiq. lib.* 12. *cap.* 2. (2) *Strom. lib.* 1. (3) *Prep. lib.* 11. (4) *Cont. Cel. lib.* 6. (5) *Apud Hier. to.* 2. *pag.* 812. *nov. edit.* (6) *Adv. Appion. lib.* 2. *pag.* 1051. (7) *De Anim. pag.* 305. 306. (8) *Serm.* 141. *de Ver. Jo. pag.* 683. 683. *nov. edit.* (9) *De Civit. lib.* 8. *cap.* 11. (10) *Ibid. lib.* 8. *cap.* 12. (11) *In Avibus*. (12) *Augustin. lib.* 18. *cap.* 37. *de Civit.* (13) *Lactant. de Origine Erroris lib.* 2. *cap.* 12. (14) *De vera Sap. lib.* 4. *cap.* 2.

populorum mores, & religionem spectarent, ut in Judæam venirent, ubi sitim suam discendi extinguere maxime potuissent, *ne* cogitasse quidem: *sed averses esse*, inquit ille, *arbitror Divina providentia, ne scire possent veritatem, quia nondum fas erat alienigenis hominibus religionem Dei veri, justitiamque notescere.* Tanta enim hominibus referate, supremi erat hominum Institutoris, qui venturus expectabatur.

Quæcumque igitur spectetur sententiarum affinitas inter Philosophos, & Sacros Authores, numquam tamen certum ex ea deduci potuisse arbitror argumentum, quo plagii reos Philosophos illos accusemus: Poterant utrique ex uno eodemque fonte hausisse: Deus veritatum omnium author est, & origo, Scriptorum licet Sacri Authores peculiari quodam Spiritu afflati, non eo tamen prohibebantur, quin plura noscerent, sive studio, sive experientia, sive meditatione, sive sensuum conscientia. Lumen naturale æque omnibus hominibus affulget, & summus omnium Præceptor, quicumque ejus verbis intimam cordis aurem præbent, omnes docet. Quæ mortales circumstant, hæc intentos auditores docent omnes. Inter ea quæ in Philosophorum lectione animum pertellunt, num gestorum narratio aliqua, rerum circumstantiæ, nomina, adscriptiones temporum, & singulares quædam loquendi rationes nonnisi e Sacris Libris derivandæ occurrerunt unquam? Profecto exceptis generalibus quibuldam notionibus de natura Dei, de lege naturali, de officiis, imbecillitate, æque magnitudine hominis, quo affinitas illa spectetur nihil erit. His autem omnibus detegendis sola meditatione naturali lumine admoto opus est.

Nulla vel fere nulla in Religione veritas occurrit, quæ sectam aliquam Philosophorum in sui patrocinium non vindicaverit, juxta ac Lactantius animadvertit [1]: *Nam particularium veritas ab his tota comprehensa est.* Sed quemadmodum idem Scriptor adjecit, *totam veritatem, & omne Religionis arcanum Philosophi attigerunt; sed aliis refellentibus, defendere id, quod invenerant, nequiverunt; quia singulis vatio non quadravit.* Profecto si omnes e Scripturis decerpta tradidissent, cur inter se discreparent, nihil esset. Religionis systema unico jungitur contextu in Sacra Scriptura, patum sibi constat apud Philosophos.

Superest modo in examen revocemus, num ante Ptolemæi Philadelphi Regnum vetus quædam obtinuerint Græca, sive omnium sive partis tantum Scripturarum Versio, ab ea prorsus diversa, quæ hodie nomine Septuaginta vulgata est. Eam sententiam tenuisse fictum illum Aristæum in superioribus animadvertimus; loquentem enim inducit Demetrium Phalereum, quasi scilicet audivisset, Theopompum quemdam decepere quædam voluisse e Versione jam inde adornata, quamvis minus exacta neque omnibus numeris absolura, ſtatimque e ſtatu mentis emotum pœnas luisse. Reni quidem neque asserto narrat Aristæas, neque documentis probat; sed aliorum relatione audita scribit. Plus aliquid addit Aristobulus [2], disertissimis verbis asserens, ante Demetrium Phalereum, quin & ante Imperium Persarum, & Regnum Alexandri Magni, adornatam fuisse Græcam sacrorum Librorum Versionem; qua Græcis litteris traderetur historia exeuntis ex Ægypto populi, cum & omnium, quæ a Deo pro Hebræis edita sunt, prodigiorum, Legis Mosaicæ, & traditæ in potestatem populi Chanaanitidis: quibus verbis non obscure significantur Libri omnes Moysis, & Josuæ, ac Judices.

Verum minor est etiam hujus Scriptoris quam Aristææ fides. Si quæ fuerat Græca potissimorum Scripturæ Librorum versio, Platoni, cæterisque Philosophis non incognita; cur tantis verbis Demetrius necessitatem & arduitatem novæ hujus Versionis exaggerat? Ut quid procurandæ novæ eorumdem Librorum Versioni Regis Ægypti thesauri impenderentur? Si enim ad unam summam redigantur quæ per eam occasionem profusa ab Aristæa narrantur, profecto non minor constabit quam ultra 2200. talentorum, nempe 2250600. librarum, pro singulis talentis Ægyptiis 2688. libris computatis: intolerabilis ea ætate etiam pro Rege Ægypti profusio. Adde Versionem Græcam Sacrorum Librorum ante Cyri & Persarum Regnum nulli bono futuram; neque enim sive Judæorum ultra Euphratem sive in Ægypto versantium usui fuisset, neutri enim Græcam linguam callebant; Græcum enim eloquium in illis regionibus non nisi post Alexandrum, & Imperii Persarum eversionem obtinuit. At enim valebat pro Græcis sub Cyro in Asia Minori degentibus? Esto, sed quibusnam argumentis laboratum esse pro illis demonstretur? Quin & Græci illi si quando in suam linguam translatos Sacros Libros habuissent, numquam sane quærendos illos in Ægypto suscepissent; neque ea ignoratione rerum Judaicarum tenerentur, ut ne nominis quidem illorum in suis Operibus meminerint. Fabulam plane sapiunt ea, quæ de ultione Divina in Theopompum, & Theodectum, quædam de sacris Libris exscribere in suis Operibus tustentantes, ab Aristæa referuntur. Est igitur dubitandi locus, num Philosophi Ptolemæo Philadelpho vetustiores de Lege Dei divinisque Scripturis aliquid noverint; vel si quid audierant, id sane leve admodum & confusum potius ex relatione & consuetudine cum Hebræis, quam ex lectione eorum Librorum deductum creditur. Hæc, quantum sapimus, probabilissima de quæstione hac ambigua dicenda fupperebant.

IN ECCLESIASTEM PROLEGOMENON.

HEbraice inscribitur Liber: *Coheleth*, quod fœmininum nomen est, ad litteram sonans, quæ *publicum allegnitur*, seu cœtum convocat. Sed genere nominis neglecto, Septuaginta, & post illos Latini verterunt *Ecclesiastes*, quo Græco nomine Orator, seu pro concione loquens vir indicatur. Illud sibi nomen, in toto operis decursu usurpat Salomon, iisque se characteribus exprimit, qui soli quadrant, uti illud tituli: *Verba Ecclesiastæ* [Coheleth] *filii David Regis Israel*. Opera sua, divitias, ædificia [3], Scripta pariter, & maxime parabolas [4] non silet. Sententiosus ejus stilus ubique regnat, seque præcedentium omnium, qui in Jerusalem floruerunt sapientissimum, dirissimumque perhibet; quibus omnibus dubitatio de illo universa subducitur.

Non defuerunt tamen e Criticis, qui falso inscriptum Salomoni Opus suspicarentur, ejusque Regis personam induxisse Scriptorem, doctum alioqui, qui exercendi ingenii gratia Opus illud suscepit, Salomonis omnia, stilum nempe, & res ipsas exprimens; quemadmodum Græcus Author Libri Sapientiæ eodem consilio stilum & conceptus Salomonis in suo Opere affectat. Diu post Salomonem scriptum Opus Grotius Præfat. in Eccles. suspicatur; & alibi [5] ab aliquo Viro docto jussu Zorobabelis di-

(1) *Lactant. de Divino præmio lib. 7. cap. 7.* (2) *Aristobulus apud Clement. Alex. Strom. lib. 1.*

(3) *Eccles. 2, 4, 5, 6.* (4) *Eccles. 12, 9.* (5) *In Eccles. 12. t. 1, 12.*

digestum credit; ut æternum pœnitentiæ Salomonis monumentum ſtaret: in capite vero 12. 12. ad filium ejus Abiud ſermonem converti ſuſpicatur illis verbis: *His amplius, fili mi, ne requiras.* Movetur autem, quod in eo Scripto plurima deprehendat aliena a puritate eloquii Judaici, quæ nonniſi in Eſdra & Daniele recurrunt. Sed Calovius, qui omnia ſedulo examinavit, collectis pariter vocibus Chaldæis, quas ſparſim Gratius in ſuo Commentario annotavit, nonniſi quatuor offendit [1] e quibus duo pariter ex Hebræo dubio procul deducuntur. Duæ reliquæ Chaldææ quidem vel Arabicæ ſunt voces, facile apud Hebræos ætate Salomonis obtinentes; cum enim quantum late pateret Hebraica lingua noſtro ſæculo ignoretur, contingere facile potuit, ut plura contineret, quæ hodie nonniſi in linguis Chaldæa & Arabica perſeverant. Quid inſuper prohiber, Salomonem aliquas fi iniamarum gentium voces uſurpaſſe?

Author opinionum quorumdam Hollandorum Theologorum teſtatur, non deeſſe qui credant, Dialogum toto eo Libro ſcribi inter pium aliquem virum, & impium dogmata Sadducæorum defendentem. Occurrunt quidem in illo, ait, plura inter ſe repugnantia, quæ ab uno eodemque vix ſcriberentur. Sed quod æqui bonique ferant Scriptores illi, affirmandum ſuſcipimus, ne vehiginm quidem Dialogi in eodem Opere deprehendi. Plura quidem lane repugnantia ſcripta ab Authore fatemur; ſed Oratoris ille perſonam gerit & Principis, qui pro concione populum ſuum inſtituens impiorum cavillos proponendos ſibi & refutandos ſuſcipit; vel ſi mavis ſuos ille prioris ætatis ſenſus prodit, quam abſurda & ridenda olim ſapuerint ſimul demonſtrans. Uno verbo viri ſapientis perſonam gerit in utramque partem diſputantis, qui poſt oppoſitas varias alicujus rei ſententias, omnia ponderat, omnia diſcutit, & æqua judicii lance utriuſque partis momenta librans, tandem in ſaniorem inclinat. Occurrunt in eo quidem Sadducæorum & impiorum opiniones, quibus tamen Author numquam adhæret; alteram vitam agnoſcit [2]; ſimul & præmia pœnaſque poſt obitum [3]. Laudibus profequitur ſapientiam, virtutem, juſtitiam; Orationem ſuam claudens, in eo totam hominis rationem ſitam eſſe docet, ſi Deum timeat, ejuſque præceptis obſequatur. [4].

Verum ne ultra immoremur cavillis refutandis & conjecturis, quas turbidæ quædam mentes, inquietæ, ſuperbæ, ſua tantum ſtudentes, promovent, de quibus Apoſtolus [5] prodit, in ſpeciem tantum doctrinam & pietatem colere: blaſphemiis vero proſcindere, quæ minus aſſequuntur; & divinas Scripturas ac Libros quoſque prophanos perinde habent; in proferendis illi conjecturis ſuis de Authoribus Sacris, in rejicienda Eccleſiæ & probatiſſimæ vetuſtatis authoritate procaciores ſunt, quam ſi de proferendo in Authorem aliquem claſſicum judicio ageretur. Defezendum enim illi aliquid tunc ſaltem cenſerent judicio Criticorum & diuturnæ ac numquam turbatæ Scriptoris, cui Opus aliquod longa ætate vindicatum eſt, poſſeſſioni. Cum vero de Libro aliquo Divino res eſt, nullam ſibi regulam præter malum illum genium Criticum & cenſorem agendi, tum & ſupra ceteros parendi, conſtituunt. En Eccleſiæ Jeſu Chriſti reformatores, ſuæ pariter communionis viris odioſi, imbecillioribus pernicioſi, nec ceteris omnibus minus noxii, qui minus caute nullum dolum ſuſpicati ad eorum ſcripta legenda ſe conferunt! Veh illis, qui cæco contra Moſaicum præceptum offendiculum ponunt [6]. Salva enim ſunt omnia viris doctis, judicium per ſe de rebus ferre valentibus, quibus rationes ab adverſariis prolatæ, utpote leviores plane & nullius ponderis, nihil timentur.

De tempore ſcripti Operis incerta omnia. Fletum eſſe Salomonis reſipiſcentis, qui ſub vitæ exitum, cum tandem rerum hujus mundi vanitatem noſſet, ſeque in viam reſtitueret, ſcribendum Opus illud ſuſceperit, Hebræi, S. Hieronymus & Commentatores plerique [7] autumarunt. Cenſuit Rex ille ſapientiſſimus ſibi committendum eſſe, ut perpetuum reſipiſcentiæ ſuæ monumentum ſtaret, quo ſimul poſteri monerentur, ne vanitate rerum ſe atque voluptatum aſſentatione, ambitione, & amore divitiarum ſeducendos præberent; ſed omnium maxime præcavendos cenſuit ab amore mulierum [8], quem ſibi funeſtiſſimum expertus fuerat. Hujus ſententiæ documenta in ipſo eodem Libro ſpectantur; ita enim loquitur Salomon, quaſi vir per omnia expertus, quiad voluptatem nihil ſibi reliqui fecerit, nihilque intentatum reliquerit, quod ſibi maxime homines optant, ædificia, locupletem gazam, convivia, voluptates, ſcientiam, oblectamenta, uno verbo quidquid hominis vota explet; ſed in his omnibus nihil ſe præter vanitatem offendiſſe profiteetur. Ipſum etiam ſcripti Operis tempus quodammodo definire viſus eſt, prodens ad illud ſe contuliſſe, cum jam *compoſuiſſet parabolas multas* [9].

Contraria tamen opinio, ſcriptum a Salomone Opus ante admiſſa liberioris vitæ crimina, neque rationium momentis neque authoritate deſtitutus [10]. Si enim, inquiunt illius ſententiæ parroni. Salomon Opus illud poſt criminoſę vitæ licentiam ſuſcepiſſet, quo æternum reſipiſcentiæ ſuæ monumentum ſtaret; cur tanta de æterna ipſius ſalute caligo & ambiguitas? Patres, & Commentatores argumentum illud in utramque partem tractant. Hæc ſane illorum ratiocinatio plane intentum evincit, demonſtrans ſaltem numquam in Eccleſia eam opinionem obtinuiſſe, quæ Scriptum a Salomone poſt ejus reſipiſcentiam Opus conſtituit. Exploratum ne pariter habemus Dei Spiritum numquam deferuiſſe hominem, quo tempore ille a recta via aberravit? Fateamur tamen oportet, priorem illam ſententiam & majori rationum & authoritatum pondere fulciri, ac tandem mitiora defendere; adeoque & nos in ſuas partes nonnihil inclinare: deſtituitur tamen ea aſſeveratione, quæ dubitationem omnem ſubducit. De ſalute Salomonis ejuſque reſipiſcentia quæſtio determinanda non hominum judicio, ſed Divino reſtinquitur.

Judæorum Scriptores docent [11], & S. Hieronymus poſt illos confirmat [12], Doctores Judæorum, qui Sacrorum Librorum Canonem deſcribere juſſi ſunt, de Libro Eccleſiaſte aliquandiu ſuſpenſos hæſiſſe. Deliberatum eſt inter illos, num ſupprimi Opus præſtaret, quod repugnantia quædam, & noxia aliqua contineret, quibus imbecillioribus offendiculum pararetur, & nonnihil error de mortalitate animarum juvaretur. Verum poſt longam rei diſcuſſionem tandem ſuſcipiendum Opus cenſuerunt, quod ſcilicet in eam ſententiam claudereter, oportere nimirum Deo timorem & Legibus ipſius obſequium exhibere. Quodcumque tandem judicium de hac traditione feratur, illud conſtat, apud Judæos æque & apud Chriſtianos divinam eſſe Operis hujuſce authoritatem.

Non ſemper tamen idem fuit erga Divinum illud Opus obſequium. Quid Grotius & Amanuenſis Theologorum Hollandiæ ſenſerint in ſuperioribus obſervavimus. Theodorus Moſpueſtenus [13] perſuaſum habebat, Salomonem pro eo, quo præſtabat naturalis ſive ſtudio comparatæ ſapientiæ acumine, nulla intercedente S. Spiritus revelatione, Opus illud ſcripſiſſe. Hæreticorum nonnulli, de quibus Philaſtrius [14], tamquam Epicureis faveris rejiciebant. Lutherus [15] pro innata illa obtrectandi libertate, ſive potius audacia, Authorem hujus Operis *neque verum neque calcaribus indutum eſſe* dicit; Opus eſſe Thalmud per quam ſimilimum, nempe ex ſpuriis aliis farctum; colleeta in eo quæ Salomon inter cœnandum effutierat, ſive quæ in ſuis ſcriptis ſparſerat. Hæc celebratiſſimi hujus Reformatoris ſententia, quem virum Deus ſuſcitaſſe dicitur, ut in priſtinam

Differt. Calmet. Tom. I.

(1) *Eccleſ. 7. 6. Sir. (per Sameeh) Oll. 12. 5. ad jonah 8. 1. peſchar 10. 8. lemata.* (2) *Eccleſ. 12. 8. 9* (3) *Eccleſ. 12. 14.* (4) *Eccleſ. 12. 13.* (5) 2. *Timoth. 3. 1. &c.* (6) *Levit. 19. 14.* (7) *Jeron. in Eccleſ. 1. 12. Pineda, a Lapide, Geier. Mercer, alii plerique.* (8) *Eccleſ. 7. 27.* (9) *Eccleſ. 12. 9.* (10) *V. de Ballorm. Bonfrer. Delrio in Cantic. Iſagog.* (11) *Hebræi in Midraſ.* (12) *Hieron. in Eccleſ. 12. 12. 13. 14.* (13) *Vide Synod. V. C. P. Act. 4.* (14) *Philaſtr. Hæres. 132.* (15) *Luther. Colleg. convival.*

ſanctitatem Eccleſiam Chriſtianam reſtitueret. Venia nobis profecto dabitur, ſi talia effutientibus negle-ctis, traditionem omnem Eccleſiarum præferamus, cui ipſi pariter Proteſtantes deferendum arbitrati, Opus illud inter Canonica recipiunt.

Porro Liber iſte veluti perpetua quædam oratio cenſenda eſt, in qua Salomon demonſtrandum ſuſcipit, omnia huius mundi vanitatis habere plurimum & moleſtiæ; unum tantum ex omnibus ſupereſſe, in quo ſibi homines fidant, timorem Dei nempe, & debitum ejus Legibus obſequium, & judiciis ipſius reverentiam. Primam illam Operis partem fuſius demonſtrandam aſſumens, longo ordine recenſet vana omnia & ficta, quæ homines in errorem inducunt. Per omnes vitæ conditiones recurrit, abuſus omnes relevat, ſtulta plurima hominum detegit, & de vanitate creaturarum, divitiarum, ac voluptatum diſputat; illa exemplo ſuo & experientia propoſita omnia demonſtrat, voluptatem, gaudium, oblectamenta, uno verbo quidquid homines detinet, fuci habere plurimum, rei nihil, oſtendit. Tandem poſtquam Lectores diu multumque per amœna iſta deduxit, & auditorem ſuum vulgaribus & ad omnium captum accommodatis rationibus exercuit, tandem fateri cogit, nihil eſſe in hoc mundo quod æſtimemus, ſive amorem noſtrum & ſtudium detinere mereatur; nihil ſolidum, tranſeunt enim omnia, & evaneſcunt, ne excepta quidem hominis ſapientia, & ſolidis quibuſque rerum notionibus. Unum tandem eſſe probat ſolidum perpetuumque, cui maxime inniteamur, virtutem, timorem Dei, picetatem atque fidele Divinis Legibus obſequium.

Salomon in eo Opere, ait S. Gregorius Magnus [1], Oratoris ſeu Philoſophi pro concione loquentis perſonam aſſumens, veluti motam aliquam ſeditionem pacaturus, vel emotæ alicujus turbæ ſpiritus ad quietem revocaturus, ita orationem ſuam inſtruit, ut prius blande in auditorum corda influat, varias eorum opiniones diſtinguens pariter & exponens. Ita vero exponit, ut ſingularum vim totam ſimul explicet, ſimulque ita ſe omnibus veſtit, quaſi partes ſuas propugnet. Hæc autem omnia ſummo artificio diſponit, quo eorum cavillos omnes facilius diſſipet, ſupprimat paſſiones; ſubito enim nihil talia cogitantibus laqueum ſtringit, ſparſamque orationem velut in unum cogens, *Finem loquendi*, ait, *omnes pariter audiamus: Deum time & mandata ejus obſerva; hoc eſt enim omnis homo.* Ad eum unice ſcopum Author collimat.

Arduus eſt in paucis intellectu Liber, peritiſſimorum Criticorum judicio [2]. Quod quidem non ex ſtilo tantum breviori & maxime conciſo repetendum eſt, ſed maxime ex ſententiis inter ſe pugnantibus; laborandum quippe eſt Lectoribus, ut argumenta ad ſua revocent principia, quo Salomonis mentem aſſequantur, ſedulo quæ diſtinguant, quæ ipſe perſe, quæque perſonam agens impiorum loquatur; quæ vis ejus argumentis tribuenda, ſive intra quos limites determinanda; quid conceſſerit, quid negarit Author, & quouſque pariter & negandum fuerit, & concedendum. Nec minus negotii facit, quid maxime de rerum hujus inundi vanitate, atque uſu oblectamentorum ſtatuendum ſit; duo enim ſunt latentes utrimque ſcopuli æque pernicioſi: *omnia vanitas eſt*; & *Ego dixi, vadam, & affluam deliciis & fruar bonis*. Impegerunt in illud Manichæi, duo ſtatuentes in mundo principia, quorum alterum malum cenſebant. Abutebantur ſecundo Epicurei, finem hominis voluptatem definientes.

Quod a Salomone aſſeritur, nihil eſſe ſcilicet in mundo novi, ſemper enim fuiſſe quidquid modo eſt, aliud eſt errorum ſeminarium, ſi ad literam teneatur: recta enim ad mundi æternitatem conducit, quod eſt veterum plurium Philoſophorum aſſertum. Hi ſcopuli in lectione ejus Libri evitandi, quibus labendi occaſio impiorum compluribus facta eſt, contra Sacri Scriptoris mentem, graphice rerum vanitatem ideo depingendam aſſumentis, non *utique ob aliud niſi ut eam vitam deſideremus, quæ vanitatem non habet ſub hoc ſole, ſed veritatem ſub illo, qui fecit hunc ſolem*, ait S. Aug. de Civ. l. 20. c. 3.

IN CANTICUM CANTICORUM PROLEGOMENON.

Liber, quem modo diſcutiendum aſſumimus, inſcribitur eſt *Canticum Canticorum*; nempe eximium & omnium excellentiſſimum Canticum. Solent enim Hebræi exaggerationis gratia in eum modum effari: *Deus Deorum, Rex Regum, Mane Montium, Cælum Cælorum*. Pluralis nomine laudat in ſuo Officio Eccleſia, *Cantica Canticorum*, quam phraſim improbat Origenes [3], tamquam originali Textui contrariam; legit enim ſingulari numero [4]: *Canticum Canticorum Salomonis*. Sed facile eo plurali nomine inſinuatum eſt, plura eo Opere collecta ſimul Cantica & carmina contineri; reapſe enim plura apparent, cum ſedulo in examen revocatur. Unum eſt inter plurima a Salomone ſcripta Cantica, quod noſtra ætate ſuperſit. Scripſerat enim Salomon uſque ad 5000. [5] Cantica, quę omnia pariter intereiderunt, præter unicum illud, de quo Impræſentiarum, & alia forte nonnulla in collectione Pſalmorum legenda [6].

Patres, & vulgo Interpretes Judæi pariter & Chriſtiani Opus Salomoni vindicant. Rabbinorum nonnulli, quorum tamen opinio ſingularis eſt, Iſaiæ arbitrantur. Porro ipſe Salomon, tum in fronte Operis cum in Textu, nomine ſeſe exprimit [7]: *Venite & videte*, ait ille ad filias Jeruſalem, *Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater ſua*. Ejuſdem Sponſi nomen pariter & Regiam dignitatem non ſilet pluribus in locis Sponſa. *Introduxit me Rex in cellaria ſua* [8]; & *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum* [9]. &c. *Vnde fuit pacifica* [Salomoni nempe] [10]. Meminit etiam 60. cuſtodum Salomonis [11], ejus thalami, currus, 60. uxorum primi ordinis, & 80 ſecundi [12].

De tempore & occaſione ſcripti Operis diſſident Scriptores; alii enim adornatum in ipſo incundi Regni exordio eredunt, quo tempore totus ſapientiæ amore tenebatur, & in vivis adhuc agebat mater IpſiusBethſabee, quam fœminam deſignari dicunt c. 3. 11. *Venite & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater ſua* [13]. Contra vero alii ſuſpicantur, Regem, cum provectioris eſſet ætatis, & a mulierculorum illecebris animum mentemque jam exticaſſet, ad ſcribendum ſeſe contuliſſe. Moventur autem, quod argumentum tractet in eo Cantico ſublime,

(1) *Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.* (2) *Mercer. Gejer. Prof. in Eccleſ. &c.* (3) *In Cantic.* (4) *Sir haſirim aſcher leſelomoh.* (5) 3. *Reg.* 4. 32. (6) *Pſal.* 127. nomine Salomonis in Hebræo inſcribitur: cui pariter a Rabbinis tribuitur *Pſal.* 71. (7) 4. *Can.* 3. 2. (8) *Cant.* 1. 3. (9) *Cant.* 1. 2. (10) *Cant.* 7. 12. 13. (11) *Cant.* 3. 7. (12) *Cant.* 6. 7. (13) *Vide Delrio in Cap. Iſaiæ.* 4.

me, & futuræ mentis Lectorem exigat. Plerique tamen perfuafum habent, ſcriptum occaſione nuptiarum Salomonis cum filia Pharaonis Regis Ægypti (1), ac proinde florentibus adhuc ejus Principis annis. Hæc opinio cum & authoritate Scriptorum, tum etiam rationum pondere præ omnibus probatur. Porro mulierem illam tenero præ omnibus amore a ſponſo dilectam Scriptura ipſa teſtatur. Ejus enim uſibus magnificentiſſimas ædes conſtruxit (2). Ex ipſa pariter carminis lectione intelligimus, Salomonis voluptatibus præto tantum fuiſſe 60. conjuges, & 80. uxores ſecundi ordinis (3); quem deinde numerum adeo prorogavit, ut ad 1000. fœminas creverit (4). Ponſa, de qua in eo Opere Ponſus admirans dicebat (5): *Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia Principis!* ſuperabat illa filias Iſraelis qua oris elegantia, qua dignitate, qua natalium claritudine.

Nec me fugit non defuiſſe qui crederent cantari eo carmine epithalamium pro nuptiis Regis cum Tyria aliqua puella; cujus gentis, quemadmodum & Phœnicum, mulieres deperiſſe Salomonem in 3. Reg. 11. 1. 5. legimus. Invitat ibi Rex Ponſam ſuam, ut e Libano veniat (6); aquis defluentibus e Libano (7), ſicut & turri Libani (8) comparat. Porro nuptiarum Salomonis pompam auxiſſe filias Tyri, & munera ponſæ obtuliſſe legimus in Pſal. 44. Nuptiæ igitur cum puella aliqua Tyria celebrabantur.

Malunt alii Ponſam e Jeruſalem, vel Sunam, vel ſaltem e circumjacenti Jeroſolymæ regione accerſere. Invitat ſemel atque iterum Ponſa dilectum ſuum (9) in domum matris ſuæ, & in cubiculum genitricis ſuæ. Et Salomon cap. 8. 5. hortum in agro Jeroſolymitano deſignat, locum ejuſdem Ponſæ ſuæ natalitium. Illam pariter appellat *Sulamitidem*, ſive juxta plurium exemplaria (10) *Sunamitidem*; unde ania quibuſdam ſuſpicandi dara eſt, deſignari *Abiſag Sunamitidem*, quæ ſenem Davidem fovit (11), quam & Adonias in uxorem popoſcerat (12). Credunt enim ejus ſententiæ aſſertores, quod tamen vix perſuadearetur, Salomonem fœminam cum Rege patre ſuo antea nuptam, poſt ejus obitum duxiſſe. Evertendæ autem opinioni, quæ ſponſam cum filia Pharaonis confundit, illud etiam addunt, nimirum, in eo Opere deſignari fœminam, quæ paſtoritiam exercuerit, & a fratribus ſuis gregum curam haberet commiſſam, & quæ ſolis radiis efflueraret (13). In vineam pariter, & agros ſe confert, quin & in avitam ſuam Ponſum invitans, munus pollicetur fructuum omnis generis, tum & vini aromatibus conditi (14). Quid hæc ad principem fœminam, & maxime ad Regis Ægypti filiam? Nec minus ab illa abludit, quod Ponſa noctu ſurrexiſſe narratur, ac per urbem diſcurrens pluribus a militibus cuſtodibus injuriis affecta eſſe, qui vel pallium illi ſuum abripuerint (15). Regina ne ſola, & incognita per Urbem diſcurreret conjugem ſuum quæritura?

Sed facile hæc omnia diluuntur. Non enim ita Canticum illud ſuſpiciendum eſt, quaſi hiſtoriam contineat, vel epithalamium inſtar Græcorum, & Romanorum, quorum moribus receptum eſt, nuptiales puellas laudes Ponſi, & connubii felicitatem carminibus decantare. Ponſus ibi & Ponſa non raro ſolitarii, & abſque teſtibus loquuntur. Variando autem gratia, quo uberiores eſſent dulciorum colloquiorum fontes, ad varias rerum circumſtantias, hiſtas ſimul, conjugere viſum eſt, & in varias formas Dilectos tranſmutare. Ita ſæpe tamquam Rex cum Regina loquuntur, modo paſtor eſt cum puella paſtoritiam agente; modo vir cum puella aliqua agreſti; ſolitarii ſæpe, interdum coram teſtibus ſecum invicem agunt. Hinc errandi anſa pluribus data, qui de indole ejus Libri, ejuſque argumento acturi, ſeriem quandam actionum, & perſonarum ſibi inveſtigandam duxerunt. Fruſtra tamen illi; non enim norant varias diſtinguere partes, in quas totum Opus diſtribuitur, non varia tempora, non Scriptoris artificium.

Quo igitur totam Operis œconomiam plenius aſſequamur, animadvertere oportet, 1. Apud Judæos, quemadmodum & apud Lacedæmones (16), receptum fuiſſe, ſtatim ab inito matrimonio viros novas nuptas modeſta quadam continentia tota maxime ſeptimana ſuſcipere. Prima nuptiarum dies apud Lacedæmones modeſte frugique a veneris cibique uſu acta; poſt frugalem vero menſam, cum amicis novam nuptam vir conveniebat, & vix brevem, cum illa moram cum ſociis cubatum redibat; atque ita reliquum diei noctiſque pars cum coævis amicis agebatur; numquam ad nuptas niſi ſumma cautione & modeſtia accedentes, metu ne domeſtici familiareſque in eadem domo manentes aliquid ſentirent. Ponſa viciſſim ſedulæ Ponſi ſui diligentiæ favebat, id maxime curans, ut videri ab illo furtim potuiſſet. Ea cantio non biduo tantum duraba, ſed contingebat non raro, ut prius liberos e conjuge viri ſuſciperent, quam uxorem ſuam publice noſcerent. Idem pariter a Judæis obſervatum, prioribus ſaltem ab inito matrimonio diebus, quod non ſolo Cantici, ſed etiam aliarum Scripturarum teſtimonio diſcimus. Ita Prov. 8. 17. 34. Sapientia perſonam gerit Ponſæ pro iis ſollicitæ, qui ſummo mane præ foribus ædium ſuarum vigilant. Gemina pariter legas ibid. 4. 24. 15. Eccli. 4. 13. & 14. 25. Quibus ſemel in animo poſitis, ſi quis deinde ad Cantici lectionem accedet, idem pariter animadvertet. Ponſus nonniſi per quietem noctis ad Ponſam accedit, raptim ab illa ſummaque cautione diffugit, vix primo adventante diluculo. Amicorum cœtum & occupationes ſuas omnes noctu deſerit, ſtatimque ſe illis ſummo mane reſtituit.

2. Septem hic noctes vel ſeptem dies non obſcure diſtinguuntur. Porro tota ſeptimana nuptiarum cæremoniæ apud Hebræos duraſſe, pluribus exemplis demonſtratur. Labanus, poſtquam in thorum Jacob Liam pro Rachele furtim induxiſſet, ait ad illum (17): *Imple hebdomadam hujus copulæ*, qua deinde abſoluta alteram tibi ſororem conjungam. Pompa nuptialis Samſonis 7. diebus duravit (18), totidemque altera Tobiæ cum Sara. Hunc autem Tobiam Raguel ejus ſocer rogavit, ut ſaltem una ſecum 14. dies moraretur (19), duplici nempe ſpatio quam nuptiarum ſplemnitas poſceret; retinere enim apud ſe generum mediabatur. Mos ille ſemper apud Judæos manſit in tantum, ut pro ſingulis, quas duceret Hebræus quiſpiam, uxoribus ſeptimanam nuptiarum celebrare teneretur, ſi Rabbinis fides (20).

Priori Operis capite Ponſus & Ponſa perſonam agunt paſtoris; hæc virum interrogat, qua gregem eſſet deducturus; ecquem locum faſſendis meridianis ardoribus ſeligeret, metuens ne forte ipſa alia imprudens quærens paſcua, a Ponſo elongaretur. Primæ huic diei nox ſuccedit c. 2. 3. 4. 5. 6. Ponſus ſummo mane e lectulo ſurgens, ſopitam Ponſam deſerit, furtimque in agrum ſecedit, verſ. 7.

Succedit altera nox cap. 2. 8. 9. Ponſus ad feneſtram ſponſæ accedens, vix ab illa agnitus aperto oſtio introducitur; mane ad campeſtria vel paſtoralia exercitia ſeſe reſtituit verſ. 17.

Cum tertia nocte plus juſto Ponſus diferret, anxia Ponſa e lectulo ſurgens, ad quærendum de illo a cuſtodibus Urbis ſe ſe confert. Vix ab illis proceſſit, cum Ponſum habet obvium, ſtatimque illum in claſtra introducit cap. 3. 1. 2. 3. 4. Summo mane raptim Ponſus diffugit in montes. Ponſa nec præ ſomno ſentiente verſ. 5. Secundum hæc, ſurgens Ponſa in agrum digreditur verſ. 6.

Cap. 4. Ponſus dilectæ ſuæ venuſtam oris, totiuſque corporis elegantiam pluribus laudat; quod ab ipſo familiari cum illa ſermone in agro factum legentibus apparet. Hæc dilectum conjugem, ut ad

Differt. Calmet. Tom. I.

(1) 3. *Reg.* 3. 1. (2) *Reg.* 7. 8. (3) *Cant.* 6. 7. (4) 3. *Reg.* 11. 3. (5) *Cant.* 7. 1. (6) *Cant.* 4. 8. (7) *Cant.* 4. 15. (8) *Cant.* 7. 4. (9) *Cant.* 3. 4. (10) *Cant.* 6. 12. & 7. 3. (11) 3. *Reg.* 1. 3. (12) 3. *Reg.* 11. 17. (13) *Cant.* 1. 4. 5. 6. (14) *Cant.* 7. 13. & 8. 1. 2. (15) *Cant.* 5. 5. & 3. 3. 4. (16) *Plutarch. in Lycurgo* (17) *Gen.* 29. 22. (18) *Judic.* 14. 12. 15. 17. (19) *Tob.* 8. 23. (20) *R. Eliezer. Pirke Aboth* 1. 16.

se veniat invisendam, appellat (1). Ille ab amicis, quibuscum cibos capiebat, dilabens, ad fores Sponsæ advolat (2); sed illa ne aperiret, nefcio quid remorante, in hortum sese restituit. Egreditur statim Sponsa, de Sponso milites Urbis custodes interrogat, a quibus vulnere & injuriis affecta, recedens inde filias Jerusalem de dilecto suo quæstiuras convenit (3). Tandem inter eundum amatum virum offendit (4), unaque regreditur c. 6. 9. Hæc quartæ nostis historia.

Succedenti proxime nocte, de qua cap. 7. 1. &c. Sponsus paria in uxore sua, quæ Sponsa de illo in præcedentibus capitibus, laudat; mane vero ambo agrum petunt vers. 11. 12. 13.

Sexta nox in agro vicoque, in æde matris Sponsæ acta est (5). Invitat Sponsum suum Dilecta, exquisitos fructus, & vinum optimum pollicita. Mane Sponsus sopitam Dilectam relinquens, ad montana se confert c. 8. 4.

Septima nox in horto acta. Post cap. 8. 5. totum deinde Librum occupant dulcia inter Dilectos colloquia. Mane Sponsus, cum ab amicis observari se animadvertisset, fecedendi veniam rogat a Sponsa, cui illa: *Fuge Dilecte mi, assimilare capreæ hinnuloque cervorum, super montes aromatum* c. 8. 13. 14. Hæc, quantum assequi potuimus, tota hujus Operis idea, quæ in 7. vel 8 fecessus five dialogos commode distribueretur (6); unde facile conjectura, frustra epithalamium aliquod satis sibi constans ab aliquibus quæri (7).

Totam connubiorum cæremoniam invenisse in eo Opere Sanctus sibi plaudebat. In prima enim scena insinuari credit a Sponsa votum suum amato potiundi (8). In secunda anxiam se de ejus absentia præbet (9). Succedit deinde in tertia tota connubii cæremonia; annulo Sponsa donatur, convivium instruitur (10). In quarta Sponsa solemni pompa ad Sponsi ædes deducitur; cum intra in vim omnia utriusque conjugis laudibus insonent (11). In quinta scena Sponsa præ foribus dilecti stans, quæ maxime decent puellas recens nupras, docetur (12). Verum ut hæc omnia in Opere inveniantur, plura in littera Textus transmutanda sunt, totusque capitum ordo invertendus; quod si semel concedatur, quid non Anthoribus affingetur?

Generalis hæc, quam huc usque lineavimus, totius Operis idea, te tamen nonnisi Libri cortex habenda est & superficies. Aliud enim longe sublimius consilium fuit Spiritui Sancto, quod maxime Ecclesiæ & Patres affecuti sunt. Cantandum enim suscipit Author castissimum illud connubium Jesu Christi cum nostra hominum natura, cum Ecclesia, atque anima singulorum Justorum. Eo mens erigenda est & spiritus, cum ad lectionem hujus Libri nos ipsos conferimus. Quicumque enim prophanis oculis & minus casto corde ad illum accedit, pro spiritu vivificante occidentem litteram offendit. Sapienter proinde cautteque Judæi lege caverunt, ne quis ante 30. annos annum carmen illud legeret (13). Norant quidem viri illi sapientissimi, Sanctum esse & divinitus inspiratum Opus, unde *Sancti Sanctorum* nomine designabant; sed imbecilliores & prophanos arcendos censuerunt, grandius est enim quam ut illorum imbecillitas ferat, sanctius quam ut ab aliis violetur. Tetlatur etiam Gerson, apud Christianos & Doctores etiam suæ ætatis obtinuisse, ut ante eam ætatem ab ejus lectione abstinerent. Quin & interdictum apud Veteres prorsus spiritibus carnem cantum & sanguinem sapientibus, qui spiritualibus & mysticis impares essent, S. Isidorus Hispalensis c. 7. Regulæ est author.

Summo, quo tenebantur in sensus mysticos abditosque hujus Operis, obsequio, eo adacti sunt Patrum (14), & Commentatorum nonnulli (15), ut nullum quærendum sensum litteralem & historicum dicerent; fructus autem referri ad temporale Salomonis cum fœmina Ægyptia vel Judæa connubium, quæ nonnisi de Spirituali Jesu Christi cum Ecclesia fœdere scripta sunt. Fatemur quidem ultro, citra temeritatis & imprudentiæ notam numquam committi potuisse, ut omnia ad litteram, spiritali sensu exclusa, exponerentur. Id enim præterquam quod offendiculo esse inevitabili legentibus, tantumdem haberetur ac si quis toto ex lectione ejus Operis fructu se ipsum privaret. Si quid tamen minus est periculi in opinione, quæ omnia de Jesu Christo ad litteram interpretatur, quam in ea quæ omnia ad litteram de Salomone exponit, priorem tamen opinionem non continuo certam asseramque & ab omni immunem diserimine censemus. In veteri Lege res omnes sub figurarum umbraculo latebant. Vetus Testamentum adeoque & Canticum Canticorum perpetua allegoria intexitur, allegoria, inquam, duplici instructa sensu. Primum offert Judæis carnalibus, secundum spiritalibus; ille præsentia, hic futura respiciebat: ille Jesum Christum, alius Salomonem defignabat. Judæi Canticum exponunt de casta Domini cum Synagoga toraque Judæorum gente connubio. Christiani de fœdere Jesu Christi cum Ecclesia.

Ex quo Constantinopolitanum II. (16), deliria Theodori Mopsuestreni, ejusque in Cantica Commentarium damnavit, quo in Opere vir ille impius omnia ad nuptias Salomonis cum filia Regis Ægypti devolvebat; imponendum tantummodo frænum censuit eorum licentiæ, qui totos se ad literalem sensum tradebant, nihil sensum spiritalem morati, quem maxime intendisse S. Spiritum constat. Numquam tamen rejiciendos improbandosque censet Patres illos & Interpretes, qui sensu litterali & historico admisso spiritalem maxime præterunt, suamque interpretationem Jesu Christo aeæ commodant. Hanc methodum sibi constituerunt veterum & recentiorum Interpretum plerique; hanc nos etiam post ipsos sequemur.

Hujus Operis authoritas Judæis æque & Christianis probatur; unumque inter Veteres refragatorem habuisse legimus Theodorum Mopsuestenum. Scriptor ille per summam impudentiam asserere non dubitavit (*), numquam in Ecclesia & Synagoga ejus Scripti lectionem permissam fuisse; carmen vero esse convivale potius & nuptiale, simile Dialogo, quod olim Plato de Amore scripsit. Nihil in eo prophetieum Jesum Christum respiciens contineri (17); nihil de historia Regni Salomonis; nihil ad formandos mores, sapientiamque; sed meram putamque apologiam initi a Salomone eum Ægyptia muliere connubii cujus rei invidiam purgandam apud populum fuum Rex sapientissimus ita suscepit, ut Sponsæ suæ eo scripto carmine blanditetur. Dubitatum est etiam de ejus authoritate apud Rabbinos nonnullos; sicut & rejicitur ab Anabaptistis, non sine addito Libri pessimi elogio. *Flagitiosum Librum* habuisse fertur Castalio (18); alii, quod numquam scriptum Dei nomen præseferat, inter apocrypha amandagt; quæ potissima erat patter ejuidem rejiciendi Theodoro Mopsuestteno ratio.

Grotius, vir ille celebris, qui sibi tantum licentiæ in eum Librum usurpavit, quantum castæ Lectorum aures, quique debitum servare nogunt in Scripturam obsequium, vix ac ne vix quidem patiuntur, id primo contendit (19), secretum aliquod Salomonis eum filia Regis Ægypti colloquium eo Opere contineri, cujus colloquii, inquit, testes adhibiti funt juvenes Sponsi socii, & puellæ sponsæ comites. Optime ista quidem. Addit deinde, Salomonem totum rei maritalis arcanum honesto quodam verborum involucro occultasse; ex quo factum, inquit, ut Judæi ejus Libri lectio-

(1) *Cant.* 5. 2. (2) *Cant.* 5. 2. (3) *Ibid. vers.* 3. &c. (4) *Cant.* 6. 1. 2. &c. (5) *Cant.* 7. 13. & 8. 1. 2. 3. (6) *Videsi lubet, D. Bossuet qui similiter ut cenemia Canica in septem noctes distribuit* (7) *Origenes in duplici Comment. super Cant. Mercerus Sanct. Durham. &c. Theodor. hanc sententiam refutat in Cant.* 5. 9. 8. (8) *Cant.* 2. & 5. (9) *Cant.* 6. 3. (10) *Cant.* 2. (11) *Cant.* 3. *usque ad* 8. 8. (12) *Cant.* (13) *Origen. & Theodor. Prof. in Cant. Hieron. sup. maxime Prof. in Ezech* (14) *Vide Prof. Theodor. in Cant.* (15) *Calov. hic Vat. Durham* (16) *Concil. C. P. II. Collat.* 4. *art.* 68. 69. 70. 71. & *Epist. Pelagii* 2. *Cum Theodorus Canticum Canticorum velles exponere, & non ad commenta, sed potius ad deliramenta laboraret, per hunc librum Æthiopissa Regina blasitum esse professus est.* (*) *Conc. C. P. II. collat.* 4. *ar.* 71. (17) *Ibid. ars.* 68. 69. (18) *Scaligeriana.* (19) *Prafat. in hunc Lib.*

lectionem nonnisi nubili ætate viris permittant. Ad se vero quod attinet, sedulo ipse quidem in suo Commentario aggreditur arcanum illud, a Sapientissimo Principe casto verborum amictu velatum, denudare. Quare salacissima omnia in medium producit, Salomoni plurima affingens, quæ neque sine horrore audirentur, neque cogitasse ipsum unquam, dum scribebret, persuasum habemus. Hæc detegere profecto nonnisi corrupto corde & Spiritu Author potuisset. Si Rex ille sapientissimus ea docuerit in suo Opere, quæ Grotius observat, ejus carminis lectio non viris tantum infra trigesimum ætatis annum, sed sexagenariis etiam & matrimonio copulatis interdicenda fuisset. Æternæ oblivioni tradi oporteret salacissimum Librum, ex quo virus potius quam puri latices potarentur. Hanc de Sanctissimo Opere idcam avertat a nobis Deus. Sed illud monendum eenlemus, plus cautionis quam solcat plerumque adhibendum esse adversus Scriptorem ipsum magni virum nominis, qui sub obtentu modestiæ & vastissimæ eruditionis, perniciem Religioni molitur, in dubium revocans tum finem, cum exitum oraculorum; quæ omnia a Jesu Christo avertens, & pernicioſas plerumque Rabbinorum expositiones adoptans, omnia ad factum aliquod Veteris Testamenti divertit.

Neque id latis; sed addit de eodem Cantico Canticorum idem Grotius. Creditur, ait, Salomon, quo Operi huic suo vulgi æstimationem conciliaret, *que magis perennaret hoc scriptum*, eo illud artificio digessisse, ut nulla Textui illata vi omnia ad allegoriam de amore Dei erga populum suum detorqueri possent; quem proinde sensum Paraphrastes Chaldæus, & R. Maimonides adoptarunt. Cum vero Dei in Synagogam amor Symbolica quædam habeatur imago cæli alterius amoris Jesu Christi cum Ecclesia; hinc non improspero successu Authores Catholici eumdem sensum in Opere investigarunt. Quæ Grotii sententia perinde valet, ac si dicertis verbis fateremur, Salomonem Synagogæ æque & Ecclesiæ illusisse, utramque dolo malo fefellisse in re maxime seria & majoris momenti, probandum veluti authoritatis Divinæ Opus tradendo, in quo nihil præter lascivientes amores & connubiales ageretur. Quis credat decipi potuisse a callidissimo Rege omnes Judæos pariter & Christianos Scriptores, Concilia omnia, & ipsum quodammodo Deum, in eo maxime providentia sua invigilantem, ne unquam prophanum aliquod vel non Divinum Scriptum tamquam divinitus inspiratum haberetur, neve in Cauonem Sacrorum Librorum recenseretur Scripta, quibus maxime virus diffunderetur? Quid dictu magis horrendum? Ecquis unquam crederet id ausum fuisse Doctorem Christianum, Canticum illud tamquam Divinum Opus adeo probantem, ut Commentario suo exponendum aliis aggrederetur? Tantum sibi Grotius susceþit, quem tamen virum & laudare omnes & legere studeut. Eo virum deduxit libertas, & singularitate opinionum suarum parendi amor.

His excessibus authoritatem opponimus omnium Ecclesiarum qua ex Catholicis, qua ex Protestantibus, Judæorum pariter omnium sæculorum, Conciliorum omnium, Patrum, Interpretum uno assensu Opus inter canonica & fide Divina asserta recipientium. Si Dei nomen nullibi legitur, ejus, rei in causa fuisse potest, quod perpetua in eo Scripto regnet allegoria, in qua Sponsi nomine Deus ipse & Jesus Christus designetur, eo enim maxime spectasse Author creditur: ipiaque Operis natura postebat, ut latens sub allegoria sensus numquam prodiretur. Porro velamina illa subducere nudamque veritatem demonstrare ad nos, qui Commentaria scribimus, pertinet. Frequentissimæ sunt hujus generis in Scriptura allegori, quem admodum toties Synagoga & Ecclesia sub idea vinex (1), vel Sponsæ (2) exhibitæ satis demonstrant. Quis autem talia legens in Scriptura, expressum Dei nomen postularet, Dei nempe, hujus Sponsæ viri & hujus vineæ possessoris? Relictum id curæ Scriptorum, qui latentes Scripturæ sensus promendos susceperunt.

Ejus Operis stilus rebus maxime respondet, vividus, mollis, blandus: ut ipsum per se Opus omnibus numeris absolutum, nulla etiam divina revelatione accedente haberetur. Ambo conjuges conceptus suos figuris, ænigmatibus, comparationibus ex agro deductis ornant. Nihil frequentius occurrit quam unguenta, aromata, fructus, vinum, horti, fontes, ejus regionis deliciæ. Apparent quidem interdum longius deductæ, & vehementiores figuræ; sed indulgendum aliquid qua ingenio Orientalium, qua calentis amoris igniculis.

Cum nostra ætate Castalio Illum illum nimis affectata vocularum blanditie vertisset, quas ille voces ex prophanis Authoribus mutuas, pernicioſas quasque passiones veluti depingere jusserat, ejus confilium Theologi omnes, etiam Protestantes, improbarunt. Visus est enim debito in Opus illud Sacrum obsequio defuisse, & sanni simpiorum expoſuisse opus venerabile; loquentes nimirum exhibens Sponsum & Sponsam tamquam duos perditos amantes, qui prophana plurima mutuis colloquiis effutirent. Theodorus Beza, Castalioni in primis aversus, quem in alio reprehendebat errorem, ipse pariter adoptavit; parvo quodam elegantique libello Latinis carminibus Canticum tradens. Porro scriptor illc indigna adeo Scripturæ gravitate verba utrique Conjugi affingit, ut honestissimorum quorumcumque invidiam in se provocaret (3). Gilbertus Genebrardus, cui maxime indignus videbatur in re tam seria lusus, eo quo tenebatur pro defensione Catholicæ Religionis zelo, probrosum illud Bezæ Scriptum exagitandum susceþit, dedecus omne relevans, errores detegens, & prolixa Scripta epistola coram Miniſtris Calvinianis Scriptorem accusans, tum carmina carminibus opponens, pro mollibus lascivientibusque seria & elegantissima dedit, doctissimo pariter in Canticum adjecto Commentario.

Paraphrasis Chaldæa ejus Operis prolixam refert & morosam omnium, quæ in Cantico leguntur, cum historia Judæorum compositionem. Græca Versio exactissima est. Du Bos in nova editione Septuaginta Francekeræ 1709. Versionem Cantici ipsum esse Symmachi Opus arbitratur.

(1) *Psal. 79. 9. Isai. 5. 1. & Jerem. 2. 21. Ezechiel. 17.* (2) *Matt. 20. 1. 21. 33. & Vide Isai. 54 5. & 61. 10. & 62. 4. 5. Jerem. 2. 32. Ezechiel. 16. 8. Osee 2. 16. Matt. 9. 15. & 22. 2. & 25. 1. Joan. 2. 29. & 3. Cor. 11. 2. Ephes. 5. 24. Apoc. 19. 7. & 22. 2. 7.*

(3) Legitur e. g. *Ecce tu bellissima, His columba pradita Petulis ocellulis. Hinc & inde pendulis Crispulis cincinnulis.* Paulo post: *Talis est tibi coma. Mollicella crispula.* Et alibi.... *Callida, Altero me patulo Contuens ocellulo, Alterum cervicula. &c.* Et infra: *Hisce me quam blandulis, Unice cheerus mihi Excitavit voculis. Tu mea o soror cula, Tu mea o columba.* Et alia ejusdem saporis.

DISSERTATIO

DE CONNUBIIS HEBRÆORUM.

DE connubiis tractatio adeo late porrigitur, ut unica Dissertatione totam complecti nunquam possimus. Quare nec ut Jurisconsulti tamquam civile aliquod pactum, nec ut Theologi tamquam morale aliquod sive religionis opus Dei nominis invocatione sacrum respiciemus; at de solis nuptialibus ritibus differendum erit nobis in præsentia, tum & de pactis sponsalitiis, in quæ omnia priscos recentesque mores quantum sat est, ut Commentario in Canticum Canticorum serviant, percurremus.

Præcocissima erant apud Hebræos connubia: virorum ætas a Rabbinis præscribitur 18. annorum [1], quam ætatem si quis cœlebs exegerit, ille criminis reus est, præceptum illud Dei ad primos homines transgressus: *Crescite & multiplicamini* [2]. Liberum tamen cuique ætatem illam prævenire. Quod ad puellas attinet, citissime quidem sponsalibus obligabantur; nuptiæ vero tandiu dilatæ quandiu pubertatis, quam vocabant, ætatem, nempe duodecim annorum & unius quoque diei [3], non absolvissent. Hinc phrases illæ in Scriptura familiares: *Uxor pubertatis mea* [4], quibus priores in adolescentia nuptiæ designantur, & illud, *Dux pubertatis* [5], quod de Sponso usurpatum est.

Facile hinc intelligimus, cur virginitas opprobrio effet Israelitis, ut insignis piæ omnibus probri loco ducerent Hebræi, si domum patris sui ingressa ætatem reliquisse, neque eorum nomen in Israel suscitatæ sibi exprobraretur. Hinc luctus filiæ Jephte, virginitatem suam non secum ac sunus lugentis [6] per diem enim suam virgo claudebat, nullo patri hærede relicto. Hinc etiam Dei adversus Israelitas minæ apud Isaiam [7], futurum nempe prædicit, cum rari adeo in Israele viri occurrerent, ut septem fœminæ uni singulari viro elocarentur, contra receptum apud omnes gentes morem, nihil ab illo postulantes. *Panem nostrum comedemus & vestimentis nostris operiemur, tantummodo invocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum*: ac si diceret, id tantum volumus, ut uxores tuæ appellemur, & virginitatis a nobis opprobrium avertatur. Dilecta in Canticis cap. 8. 1. ita charum sibi virum affatur: *Quis mihi det, ut inveniam te foris & deosculer te, & ducam in domum matris meæ, & jam me nemo despiciat*? i. e. quando, rogo, contingat, ut ego uxor & mater facta, duplex a me sterilitatis & cœlibatus opprobrium depellam? id enim designat Sponsi in maternam Sponsæ domum introductio.

Cum vero mulieres & maxime puellæ in clausuris domus suæ ab omni externo commercio prohibitæ detinerentur; plerumque aliequis puellæ connubia petebantur antequam conjuges mox futuri se mutuo cognoscerent. Puella ante conjugium *alma* appellabatur, i. e. latens; & cum Scriptura grande aliquod malum [8], vel novum quid totum ciens Urbis populum exprimit, ipsas e clausuris puellas accurrisse dicit: *Filia Patris absconditæ* in domo nempe patris] *ad vigilia & sollicitudo ejus, aufert fœminam; ne forte in adolescentia sua adulta efficiatur, & cum viro commerata edibilis sit*, aic Eccli. 42. 9. Et in Cantico 8. *Soror nostra parvula, & ubera non habet. Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est*? i. e. quando nuptiæ ipsius postulandæ, sive quando coram dilecto suo producenda? quemadmodum producta est Rebecca coram Eliezer Isaaci pronubo, num in eas nuptias consentiret, interroganda. *Si murus est, addit Canticum, ædificemus super eum propugnacula argentea; si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis*, i. e. vestibus splendidissimis, atque muliebri cultu ejus decorem elegantiamque promoveamus.

Hemor pater Sichem, & ipse per se Sichem nuptias Dinæ filiæ a Jacob parente postularunt [9], & Samson vitæ a se mulieris in Thamnata, genere Philistinorum, specie captus, ejus nuptias optare se patri suo significavit. His auditis, parentes & ipse Samson ejus puellæ parentes ea de re rogarunt, pactaque nuptialis sanctia sunt. Nuptiæ tamen diu prorogatæ; cum enim Samson ad Sponsam se conferret, leonis a se extincti, cum primo Thamnatam iret, cadaver solutum jam offendit, & in nuda ossium compage apes insedisse. Hoc exemplo doctrina Judæorum confirmatur, pacta nimirum sponsalia diutius connubium præcedere, nimirum 6. mensium vel toto anni spatio [10]. Id tamen non usque adeo receptum, e Tobiæ junioris historia [11] docemur; quippe qui statim a postulatis nuptiis matrimonium inivit. Tradunt Rabbini, quibus tamen asserentibus vix credimus [12], integrum non fuisse parentibus, si forte ab aliquo filiarum nuptiæ postularentur, recusare, modo puella certam pubertatis ætatem, duodecim nempe annorum & unius diei, exegisset. Contrarium plane a Scriptura infinuatum credimus, in qua semper filiæ in parentum potestate pertinuntur, & pro arbitrio ipsorum nemine repugnante, elocantur. Idem observare licet in connubio Rebeccæ, & Sarræ uxoris Tobiæ junioris, quæ sane puellæ legitimam ætatem attigerant: licet etiam spectare in Thamar nuru Juda, quæ fine soceri assensu connubio jungi interdicebatur.

Pacta Sponsalia sive scripto sive tradita a Sponso argentea aliqua moneta puellæ, vel saltem cohabitatione & conjugali commercio firmabantur [13]. Hæc instrumenti formula. Tali feria, tali die mensis N. Anno tali a creatione Mundi, juxta supputationem, qua nos utimur &c. *Qui tempore Talis, filius Talis, dixit Tali puellæ, filiæ Talis. Sis mihi Sponsa, juxta institutionem Mosis, & Israelitarum, & dabo tibi dotem virginitatis tuæ, argentum scilicet 200. auxorum, quæ summa competens est tibi ex ipsa Lege. Et assensum præbuit Talis* (puella), *ut ejus jam esset Sponsa. Idcoque Sponsa hanc sua promissis dotem scripto ei confitenture diebus eorum Nuptialibus. Insuperque dixit: Lo me suscipio, atque in heredes meos posteritque, præstare, quod in hoc Libello Sponsalitio continetur, etiamsi ex pallio, quod in humeris meis, idque sive vivam sive moriar. Quin & suscepit in se Talis* (Sponsus) *præstandi quod in Libello hoc Sponsalitio continetur omnis, juxta ea, quæ ex more attinent ad alios ejusmodi Israelitidum libellos Sponsalitios &c. Testes N. N. N.* Pacta vero traditione monetæ & sine scripto firmata coram Testibus agebantur; illis enim adhibitis vir puellæ monetam tradens profitebatur: *Ecce tu mihi ex hac Sponsa es.* Oppignerationem per coitum, Lege quidem permitti docent RR. [14]: a Patribus vero interdici, quod matrimoniorum clandestinorum incommoda & licentiæ ansam præstarent [15].

Conciliatis semel sponsalibus, mutuo virum inter & mulierem familiaritas, ad id usque interdicta [16], non tamen licentia, permittebatur. Si quid deinde vitii Spon-

(1) *Leo Moden. Cærem. Jud. c.* 3. (2) *Gen.* 1. 28. (3) *Selden. Uxor. Hebr. l.* 2. *c.* 3. (4) *Joel.* 1. 8. *Super virum pubertatis tuæ. Et Malac.* 2. 14. *Uxorem pubertatis tuæ.* (5) *Proverb.* 2. 17. *Reliquit ducem pubertatis suæ.* (6) *Judic.* 11. 37. (7) *Isai.* 4. 1. *Vide & Jerem.* 31. 12. *Mulier circumdabit virum.* (8) 2. *Macc.* 3. 19. & 3. *Macc.* (9) *Gen.* 34. 4. (10) *Leo Moden. Cæremon. Judæor. c.* 3. *c.* (11) *Tob.* 7. 14. 15. (12) *Maimon. Hulach. Ischuth. c.* 3. (13) *Seldan. lib.* 2. *c.* 2. *Uxoris Hebraica.* (14) *Deut.* 24. 1. (15) *Vide Seldan. l.c.* (16) *Leo Moden. c.* 3.

Sponsa cum alio quam cum Sponso contraxisset, adulterii rea censebatur [*]. Sunt qui opigneratam tantum S. Josephο B. V. Mariam Jesu Christo fœtam credant; quæ si forte criminis, cujus ex tumore verentis suspicionem mysterium ignaris præbebat, rea deprehensa fuisset, potuisset a viro continuo non remitti tantum, dare repudii libello, sed & de adulterio puniendi Magistratibus deferri. Esto enim mutua inter sponsos familiaritas permitteretur, non ea tamen, quæ conjugibus post celebratas reapse nuptias, data facultas. Ita enim Patrum edicto eautum habebatur, archioribus coneluſa finibus Legis in ea re juxta illorum interpretationem licentia; e re publica enim visum est, ea inhibitione publicæ honestati & morum integritati consulere. Si quis forte hujus præcepti reus damnareur, flagrorum animadversionem lubibat.

Receptum erat apud Hebræos, ut Sponsus soluto pretio Sponsam emeret, qua de re convenichat inter partes, sicut etiam de ceteris nuptiarum conditionibus; de dote a viro solvenda, de muneribus etiam parentibus, & fratribus Sponsæ tradendis, antequam pacta Sponsalia rata haberentur. Vadem horum omnium exhibemus historiam Jacob. Conventum est primo inter ipsum & Labanum ieperunii de famulatu, quo ipse Jacob pro emendo filii Raehelis conjugio ſervirei; totidemque insuper ſervilit pro eadem Raehele, cum priores nuptiæ cum Lia pro Rachele fraude Labani conciliatæ fuiſſet [*]. Queruntur autem ambæ conjuges de Jacob, quod debitam ſibi dotem parens uſurpaſſet [2]; quarum in ea re querelæ five Labanum injuſtitiæ aceuſant, ſive minoris in filias ſtudulgentiæ, neque enim tamquam aliena rapienem reſtitutionis zeum peragunt. Saul filiam ſuam Davidi vendidit centum præputiis Philiſtinæ [3]. Siehem filius Hemor Dinæ nuptias poſtulans, hæc ad fratres puellæ dicebat: *Jeveniam gratiam coram vobis, & quæcumque ſtatueritis, dabo. Augete dotem & munera poſtulate, & libenter tradam quod petitis: tantum date mihi puellam hanc uxorem* [4]. Quindecim nummis argenti hordeique menſura eum dimidia, Oſee conjugem emit [5]. Nec tamen propterea abſtinebat pater, quin pro modo conditionis ſuæ munera daret filiæ, ſumptui in cultum puellarum & ſolemnem in domum Sponſi traductionem ſufficiendo. Morbus reeeptum erat, ut munera illa 50. zuzim non exeederent. Porro zuzim moneta erat viliſſima, unico argenteo denario juxta RR. reſpondens, i. e. [6] quartæ ſicli argentei parti, ſive 8. ſolidis circiter monetæ noſtratis [7].

Hæc formula inſtrumenti nuptialis apud Hebræos [8]. *Die N. Manſit N. anno ſexto calculum nobis in noſtra Cæſ. ad flumium N. N. filius N. dixit N. Filiæ N. Virgini: Sponſa ſis mihi in uxorem, juxta inſtitutum Moſis & Iſraelitarum. Et ego, Deo volente, colam, honorabo, ſuſtentabo, cibabo, alamque, & veſtiam te juxta morem Maritorum Judæorum, qui honorant, ſuſtentant, cibant, alunt veſtiantque uxores ſuas, ut decet. De etiam tibi, ut virginitatis tuæ dotem, argentum CC. Zuzorum auzos argenti* [9], *qui tibi ex Lege competunt; præbiturus etiam tibi alimenta tua, & veſtimenta tua, & quæ tibi ſufficiant, & concubitum tecum juxta morem univerſæ terræ. Conſenſum item præbuit filia N. ut eſſet tibi N. in uxorem. Voluit etiam & adjecit ille illi in principalis dotis incrementum ſummam N. Et bona quæ attulit ipſa Sponſa, æſtimantur ſumma N. Totum autem Sponſæ huic acceptum, in ejus poſſeſſionem tranſit, & illius ſit poteſtatis, atque ut creditum ex ejuſce fide pendet. Et ſic nobis dixit Sponſus ille N. Ita me recipiæ præſtare, in me recipit præſtationem totius ipſius, datis etiam & bonorum qua ſecum ipſa Sponſa attulerit; non poſt modicum ſibi acquiſierit; item & dotis incrementi. conditionumque qualiumcumque ad dotem attinentium; nec in me ſolum, ſed etiam in heredes meos, qui mihi ſucceſſerint, & in omnem ſubſtantiam meam pretioſiorem, poſſeſſionesque meas qualeſcumque ſub Cælo, qua ſive nunc mihi ſunt, ſive in poſterum fuerint, idque, ſive res fuerint mobiles, ſive immobiles; qua univerſa pignori ſunt atque hypothecæ dotis ſum dictæ tori, ac rebat quas ſecum attulit, ſus poſtmodum acquiſierit Sponſa, & incremento dotis, ut exinde bis præſtentur, ſive dum ſuperſtes fuero, ſive poſtquam ſim mortuus. Quod & de pallio ſuper humeris meis dictum volo. Quin & obligatio omnium rerum, quæ ſupra ſcribuntur, memoranturque ampliandæ, non qua probatio ſuppetat deficiatus, ſeu pro Libelli formula ſit, ſed juxta vim & effectum omnium Libellorum dotalium, qui in uſu apud Iſraelitas, & ſecundum id quod receperunt & ordinarunt Rabbini noſtri ſpii memoriæ. Et ſignavimus Libellum, ſua Syngraphum hanc dotalem tempore ſupra memorato. Reſque ita ſit manifeſta rata ac firma.*

Cum inter partes de nuptiis contrahendis convenisſet, certa in eam rem dies decreta. Quarum feriam vel ſextam pro puella, quintam pro vidua ſolene Judæi recentiores [10]. Præcedenti ad eam rem die Sponſa ad balnea ſe conferr, indeque ſtrepentibus circum variis culinariis inſtrumentis, quibus de nuptiis vicinus quiſque moneatur, ſolemni pompa deducitur. Collatis ſimul quæ Seldenus, Buxtorfius, & Leo Modena in eam rem ſcripſerunt, cum non ſatis illi inter ſe convenerint, ſuſpicor non eumdem ubique apud Judæos morem obtinuiſſe, ſed pro varia regione in pluribus variari. Quà die celebrandum eſt matrimonium, Sponſa mundo omni mulicbri ornanda, ſolemni pompa & inter puellarum nuptialium cantilenas in ædem ad eam rem deſtinatam deducitur. Deus ipſe, ſi fides RR. [11] a ſe alienum non ventare, ſi ſuis ipſe veluti manibus Evam comeret, eum ad nuptias Adami producendam. Quare ornata Dei miniſterio Sponſa, atque ſplendidiſſimis veſtibus fulgens Sponſo coram aſſitit. Ludebant interim Angeli, omnium inſtrumentorum concentu, primis illis nuptiis plaudentes; cum interim Deus triumphalem umbellam ſub qua nupcię contraiendę, ſuſſiceret. Bella rudioris craſſioriſque populi commenta!

Cæremonia nuptialis plerumque in atrio, horto, vel agro, ſub dio temper celebratur [12]; aliquando tamen aula velamentis ornata in eam rem inſtruitur, ait Leo Modena cap. 3. Deducendis autem Sponſis nec inſtrumenta muſica deſunt, nec triumphale vexillum quatuor adoleſcentulis ſuſtentatum. Nigrum ſtammeum vultui Sponſæ obduitur, quo in memoriam reducitur velum Rebeccæ, quo ſibi faciem velavit, eum proeedentem obviam Sponſum ſuum ſtaeum proſpexit [13]: eodem velo obnubitur Sponſus, in memoriam, uti ferunt, everſionis Templi Jeroſolymitani. Dein utriuſque conjugis capiti imponitur *Talet*, quadratum nempe velum, totidem ſiccis ad quatuor angulos ornatum; id autem ejus rei gratia præſtitum dbeent RR. quod Ruth ad Booz dixerit: *Extende pallium tuum ſuper famulam tuam, quia propinquus es* & Ezechiel. 16. 8. ubi Deus de Iſraelitis, quos veluti Sponſam exhibet, loquitur: *Tranſivi per te, & vidi te, & expandi amictum meum ſuper te, & operui ignominiam tuam; & juravi tibi & ingreſus ſum pactum meum, & facta es mihi.*

Tunc Rabbinus loci Præfectus, five Cantor Synagogæ, vel ſaltem propinquior conſanguineus, eratęem ſeu vas plenum vino aſſumens, pronunciata prius in hæc verba benedictione: *Benedictus ſit Deus, qui creaſti marem & fœminam, & matrimonium inſtituiſti Cre.* Sponſo prius, deinde Sponſæ degustandum populum propinat. Secundum hæc, Sponſus annulum digito Sponſæ coram teſtibus, Rabbinis plerumque, inſerit, hæc ſimul verba pronuneians: *Ecce mihi Sponſa ſis ex hoc anguilo, ſecundum inſtitutum Moſis & Iſrael.* E ſolido auro paratum annulum, nullo adjecto gemmæ ornamen-

(*) *Selden. lib. 2. Uxorie Hebr. cap. 1.* (1) *Gen. 29. 26.* (2) *Gen. 31. 15.* (3) 1. *Reg. 18. 25.* (4) *Gen. 34. 11. 12.* (5) *Oſee 3. 2.* (6) *Miſna tit. Kezuboth cap. 6. Vide Selden. lib. 2. Uxoris. Hebr. c. 10.* (7) *Selden. Uxor. Heb. lib. 2.* (8) *Maimon. Halac. Iebom Vechaliza cap. 4. apud Selden. lib. 2. cap. 20. Uxor. Hebr.* (9) Summam conficiunt 50. ſiclorum argenti, ſeu 81. librarum monetæ noſtratis. (10) *Leo Moden. ceremon. Judæor. c. 3.* (11) *Rabbin. in Talmud. Vide Buxtorf. loc. cit.* (12) *Buxtorf. ibidem.* (13) *Gen. 24.*

mento, Buxtorfius describit, docens simul, Sponsum universo coetui auteum esse illum & justi valoris approbare. Excipit deinde lectio instrumenti nuptialis, quod sponsus puellæ consanguinei servandum tradit. Interea vase aliquo, post decantatas sex benedictiones, (septemeum priori, de qua supra, appreeandæ sunt) iterum novis conjugibus propinatur, quod reliat, in signum lætitiæ effuso. Abreptum autem vas Sponsus vi quadam in murum sive in terram elidit, cujus confracti symbolum Templi Jerosolymitani desolationem exprimit. Solet alicubi etiere ejus rei gratia Sponsi caput inspergi. Justiorem alii moralemque interpretationem ejus cæremoniæ promunt, nimirum ut symbolum aliquod mortis ejus festi lætitiam diluat, eaque veluti imagine fragilem labilemque naturam suam in vitro expressam homines intueantur. Eo pariter spectare dicunt atra illa velamina, quibus utrusque Sponsi caput obnubitur [11]. Velamina illa linea, & omnibus phrygiis ornamentis, gemmis auro argentoque ornata, Seldenus post RR. præscribit [12].

Idem Seldenus nonnulla, non abs re prorsus, hic referenda, in hæc omnia observat. 1. Post contracta Sponsalia, & obligatum matitale ipsitumentum, integrum esse Sponso Sponsam in ædes deducere, atque nuptias maturare. Id tamen non sine exceptione quadam viris permissum. 2. Si puella duodecim ætatis annum una die nondum excessisset, eautum Sponso ne e domo patris educeret, neve matrimonium consummaret, nisi patre, & puella simul annuentibus; & quando etiam utrique assensum suum præbuissent, integrum erat puellæ anni dilationem petere, quo pariter jure eadem puella jam puber eensebatur; quippe cui uno anno matrimonium differre integrum manebat. Quamquam si pacta Sponsalia integro anno post filiæ puberiatem celebrarentur, tunc id unum tantum impetrandum dilatio permisit. Fas etiam Sponsæ ad implendas nuptias Sponsum cogere: qui vicissim eodem jure ac Sponsa, in differendo nempe matrimonio, eeatlebatur. Si ultra concessum tempus nuptiæ protrahebentur, alere suis impensis Sponsam usque ad nuptias Vir in pœnam tenebatur. Hæc dicette quidem numquam in Scriptura; quæ tamen certum aliquod tempus, intra quod Sponsalia definienda essent, non obscure designat, narrans, Jacob post impletum certum temporis augustas Rachelis a Labano exegisse [13]: *Da mihi uxorem meam, quia jam tempus impletum est, ut ingrediar ad illam.*

Festis diebus & Sabbato, a Sponsalibus & connubiis inеundis apud Judæos feriatum illunt etiam qui privilegium diei festi ad præcedentem Sabbato diem &, subsequentem [14] protogent: quod testimonio Leonis Modeoa repugnat, ex cujus fide selectam ad eam rem sextam feriam supra retulimus. Nulla tamen Sabbati religio moratur ne nuptialia illa festa, septem dietum ad minus spatio celebrata; quemadmodum exemplis Liæ [15], Sarræ junioris Tobiæ sponsæ [16], & Samsonis [17] docemur. Ad eam nuptialem pompam vir sanctæ adeo adigebatur, ut plures licet fœminas eadem die duxisset, nihil de septem illis diebus demere permitteretur, inquiunt Rabbini.

Annulum sponsalitium, quo sibi Sponsus puellam oppignerabat, vetustissimum esse & ad rem conjugii pertinentem cæremoniam plures autumarunt, ejusque ritus vetustas ex altissimis repetita fontibus deducitur. Seldenus tamen recentiorem esse ex eo demonstrat, quod ejus mentio in ritualibus quidem Libris Hebræorum frequens, nusquam tamen in Talmud occurrat; neque de annulis connubialibus quidquam in Scriptura; laudat etiam Opus Mi. Leonis Modeni de cæremoniis Judaicis, in quo desisse jam annulos in connubiis Hebræorum dilertis verbis asseritur. Editio Italo habet plerumque eum morem neglectum; sed versio Gallica D. Simonii impositum digito Sponsæ a Sponso coram duobus testibus annulum legit. Addit Seldenus, præscriptam in Ritualibus eam cæremoniam loco veteris alterius jam abrogatæ, tradendi nempe Sponsæ argentea aliqua vel aurea monera arrhas sponsalitias. Hinc air virum illum, qui toti cæremoniæ præsit, nostra etiam ætate, testes rogare consueviste, num ille, quem monstrat, annulus nummum argenteum valeat; quibus affirmantibus, quærit item, num Sponsalia præcesserint, illdemque annuentibus, statim Sponsæ digito annulus inleritur. Porro quæ de annulis nuptialibus S. Annæ, S. Joachim, S. Virginis Mariæ, S. Josephi feruntur, ad fabellas non immerito rejicias. In cæremonia nuptiali Tobiæ junioris, Raguel Sponsæ parens apprehensam filiæ suæ manum intra Tobiæ manus reposuit, addens [18]: *Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob vobiscum sit, & ipse conjungat vos, implatque benedictionem suam in vobis.*

Coronæ nuptialis vetustior ritus, cui petita e Scriptura exempla non desunt. Docent Judæi [19] coronas olim in cæremonia nuptiali utrumque conjugem gestaffe; Sponsus quidem auream vel argenteam, vel rosis seu myrto, vel olivæ ramo contextam; Sponsa vero auteam, vel argenteam. Utriusque forma coronas Matris deorum, tutritas nempe referebat. Ejus rei usum interdictum fuisse ajunt post Jerosolymæ a Romanis eversionem. De corona Sponsæ nihil in Scriptura, nisi forte eo spectare eredatur illud Cant. *c. 8. Veni de Libano sponsa, veni de Libano.* Sed nihil de corona in Hebræo. De Sponsi vero corona hæc apud Isaiam *61. 10. Gaudens gaudebo in Domino, qui induit me vestimentis salutis, & indumento justitiæ circumdedit me quasi Sponsum decoratum corona, & quasi Sponsam ornatam monilibus suis.* Sponsa in Cantic. 3. 11. *Videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius.* Tandem Author 3. Maccabæorum describit adolescentes Sponsos cæteramen ponderi pro coronis nuptialibus colla subdentes.

Solent nostræ gratis Judæi super duorum conjugum, & maxime Sponsæ, caput frumentum plenis manibus spargere, illud interim apprecantes? *Crescite & multiplicamini.* Adduntur alicubi nonnullæ argenteæ monetæ, quæ pauperibus colligendæ permittuntur. Olim vero in moribus positum fuisse tradunt Rabbinorum nonnulli, ut utrique conjugi terra referretur esse, in quibus tatum antea hominum jam generatum, et, traderentur; addita simul precatione illa, crescerent nempe illi & augerentur, veluti frumentum illud, quod cæterorum frumentorum præcocissimum est. Non alludit eæremonia illa ab hortis Adonidis, quo nomine viminea quædam sive argenteæ ad viminearum modum contextæ essæ, in quibus satæ quædam herbæ [20] germinantes jam defignabantur. Solebant plerumque in festis Adonidis deferri, velut indicium quoddam cæremoniæ nuptialis. Mæ tamen alterius diei ejusdem Numinis funus lugebatur.

Illud etiam Apud Hebræos singulare obtinebat, ut cum primum Sponsus ad umbellam, sub qua pacta nuptialia celebranda, perveniisset, Sponsa a fœminis deducta ter circum Sponsum gyraret, juxta illud Jeremiæ 31. 22. *Fœmina circumdabit virum.* Dein vero Sponsus Sponsam manibus teneus, semel tantum circa umbellam ducebat [21]. Ridenda hæc quidem, nec sane minus inepte Jeremiæ locus ad pompam nuptialem accommodatur; id enim taneum infinuat Propheta, futurum, ut post solutam captivitatem, felicia adeo laberentur tempora, atque civium numerus adeo floreseeret, ut nulla fœmina de quærendo sibi viro atque gignendis filiis sollicitudine aliqua teneretur.

Adjectum Sponso Paranymphum, quem Jesus Christus *amicum Sponsi* [22] appellat, ex Evangelio intelligimus. Juvenum etiam nobilis comitatus selectus in obsequium illius solemni nuptiarum die. Nec simili pompa Sponsa destituebatur. Porro nuptiarum socii spectantur in historia Samsonis

(1) Confer *Buxtorf. & Leon. Moden. loc. cit.* (2) *Selden. Uxor. Hebr. l. 2. c. 5.* (3) *Gen. 29. 21.* (4) *Selden. ibid. l. 2. c. 22.* (5) *Genes. 29. 17.* (6) *Tob. 13. 23.* (7) *Judic.* 14. 15. (8) *Tob. 7. 15.* (9) *Selden. Uxor. Hebr. l. 2. c. 15. Ex Gemar. & aliis.* (10) *Theocrit. Idyll. 15.* (11) *Buxtor. Synag. Jud. c. 28.* (12) *Job. 3. 23.*

ais(r), & in Cantico Canticorum (2), amicæ Sponſæ non ſemel etiam in eodem Canticorum Libro parent (3), ſicut & in Pſ. 44. 8. 13. 15. Docent Rabbini, obtinuiſſe jam, ut in Judæa, non vero in Galilæa, duo Paranymphi, Sponſo nempe & Sponſæ ſingulis aſſignati, ab eorum lateribus numquam, neque cum ambo cubarent in lecto, abſcederent, omnis nimirum doli inter utrumque conjugem circa lineum pannum ſanguine tinctum, & virginitatis indicia, de quibus Moyſes (*), præcavendi gratia: Hæc non ægre mious crederentur, quam præſtarentur impudenter (4). Malluerim potius, quod etiam ex Cantici Canticorum lectione non obſcure inſinuatur, novos Conjuges toto ſeptimanæ nuptialis ſpatio numquam niſi ſactum & obſcurè nocti favore, ſive dubio adhuc diluculi albore convenille, quod etiam in Prolegomeno ad eum Librum fuſius a nobis demonſtratum eſt. Porro Rabbinorum commentum illud conſuſa ſolum de circumſpectione ejus populi erga fœminas idea ſatis ſuperque arguitur. Nihil tale ſive ex lectione Cantici, ſive in nuptiis Jacob cum Lia, junioris Tobiæ cum Sara, Samſonis &c. occurrit.

In Solemnitate nuptiarum puellæ ſemper novæ nuptæ comites adſtabant, neque mixtim pueri puellæque conſuſi unquam ſpectabantur. In Cantico Salomonis ſemper puellæ cum Sponſa tripudiant, ſive ante clauſtrum illius æquo ſecubias. Et cum ſummo mane Sponſus ſurgens abſcedit, numquam puellis nuptialibus, ut ſoluto obſequiis dilectæ ſuæ invigilent, donec ipſa e lectulo ſurgat, non commendat (5). Sponſus ipſe furtim ſeſe amicis ſubducit, quo Sponſam nocte conveniat (6): rogatur autem ab illa, ut ſubmiſſe loquatur, auſcultari enim a pueris nuptialibus obſervarique animadvertit (7). Nuſpiam hic Sponſæ Paranymphus, neque etiam Sponſi, qui ab ejus latere ne cubantis quidem recedat. Paranymphi munus habebatur ut nuptias Sponſi loco curaret. Cum enim Sponſus rerum gerendarum multitudine occuparetur, nec per ſe omnia præſtare poſſet, ejus vicibus & ſecundus ab illo fungebatur Paranymphus. *Qui habet Sponſam, Sponſus eſt*: (ait S. Joannes de Chriſto) *Amicus autem Sponſi, qui ſtat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem Sponſi* (8). Porro vir Sanctus Paranymphus in Jeſu Chriſti præſtabat. Apud Græcos præ ſoribus nuptialis cubiculi Paranymphus vigilabat (9), conviviam atque nuptialem omnem pompam curans. Sunt qui credant *Architriclinum* illum apud S. Joannem ipſum fuiſſe inter Sponſi amicos, cui tota convivii inſtructandi, præſtandique ne quid deeſſet, cura commiſſa. Id maxime ſpectatur in convivio in Cana, cui Jeſus Chriſtus, ejuſque Mater aſſuerunt (10). S. Gaudentius Brixianus Tract. 9. ex Veterum traditione receptum dicit, huoc convivii Præfectum e Sacerdotum numero ſelectum, *qui morem diſciplina legitima gubernaret, utramque ordoris agerat conjugalis: ſimul & convivierum apparatum, miniſtros atque ordinem diſpenſaret*.

Idem viciſſim & a puellis nuptialibus cum Sponſa præſtitum. Honoris gratia deducebant, muliebri cultu ornabant, aderant cuſtodes, & totius feſti atque lodorum conſortes: non enim moribus ejus regionis permittebatur, ut mixtim eum juvenibus puellæ eidem menſæ accomberent. Ad eadem puellas etiam attinebat epithalamium ſive cantilenam Sponſæ congruam cantare, ipſa ſponſalitiæ ſolemnitatis nocte, qua ſcilicet fauſta novis nuptiis apprecarentur. Hinc Pſal. 44. in quo epithalamium inſtruitur, hanc Præſcfere inſcriptionem: *Canticum gaudii pro dilecto*. Porro duo cranſ epithalamii carminis genera (11), *matutinum* nempe & *veſpertinum*: Illud excitandis a ſomno, hoc conſopiendis Conjugibus. Sponſus ſuis cille puellas nuptiales rogat, ne matutinum epithalamium canteot, illis verbis: *Ne vigilare facietis dilectam, donec ipſa velit*. Veſpertini meminit Pindarus Pyth. Od. 3. utriuſque Theocritus Idyl. 18.

Cum Sponſus conjugem in ſuas ædes reduceret, quod plerumque tota ſeptimana nuptiarum in domo Sponſæ acta differebatur, amicæ Sponſæ illam comitabantur, omnibus interim feſtivis cantilenis reſonantibus. Ad eam pompam nocturnum potiſſimum tempus deſtinatum: ex quo intelligimus, cur Virgines illæ, quæ in occurſum conjugum feſtinabant, cum forte poſt datam ſomno brevem aliquam quietem ad ſtrepitum venientis Sponſi evigilarent, cum lampades ſuas habebant inſtructas, a Sponſis deſuetæ fiot; quæ vero emendo ſibi oleo diverterant, pompa jam procedente & in domum Sponſæ recepta a convivio nuptiali excluſæ ſint (12).

Similis ceremoniæ deſcriptio in Libris Maccabæorum (13) legitur. Cum filii Jamri ſolemnes nuptias in Medaba urbe transjordana celebraſſent; quod ex illis quidam filiam Principis Chananæi duxiſſet & Sponſa in ædes viri ſolemni pompa deducereiur, inſtrepentibus circum omnibus, qua muſicorum inſtrumentorum, qua armorum fragore, ſupervenientes in nuptialem illum comitatum Maccabæi, omnes diſſipartunt. Facile autem credimus, Jeſum Chriſtum illa decem Virginum parabola ad eas potius ſpectaſſe Virgines, quæ venienti in ædes viri Sponſæ occurrerunt, non vero ad eas, quæ tota ſeptimana nuptiali Sponſam illam comitare ſunt. Ceterum illud etiam animadvertendum eſt, occaſione hujus pompæ nuptialis filiorum Jamri & Samſonis, qui Piſiſthæam conjugem duxit, illos Hebræorum in nuptiis mores apud finitimas etiam gentes obtinuiſſe; nec ſatis abludit Orientalis noſtræ ætatis conſuetudo, quemadmodum in ea re, ſic etiam in aliis pluribus, de quibus Scriptura.

Obſervatum eſt in ſuperioribus, conſueviſſe Judæos ante ceremonias nuptiales & deductos utroſque conjuges ſub nuptiali umbella, & ſyngrapham maritalem ſignare, & de ceteris omnibus, ſecus etiam de dote ſolvenda, convenire. Spectavimus etiam poſt factum ejus ſyngraphæ lectionem, & poſt datum puellæ annulum, Scripturam illam parentum Sponſæ manibus traditam. Alia tamen ceremonia in nuptiis Tobiæ ſervata. Raguel enim poſt præſtitum connubio aſſenſum, continuo maous puellæ filiæ ſuæ Sponſi manibus jungit, collataque benedictione, connubium abſolutum eſt. Poſt hæc omnia, ſcripta ſyngrapha maritalis, quam adſcripſerunt ſua teſtes firmarunt. Nihil tale apud Judæos recentiores ejus regionis incolas, quamquam apud illos nuptiæ junioris Tobiæ & ceremoniæ ejuſdem conjugii tamquam exemplar feliciſſimi & optime inſtituti connubii habeantur.

Singulæ gradii ſignificationes, quibus totius nuptialis ceremoniæ pompa eo ſeptimanæ ſpatio plaudebatur, recenſeri vix poſſunt. Illud ſane conſtat, nihil obſeſtamentorum præterimiſſum a Judæis, niſi quod Lege interdiceretur. Æneigma a Samſone adhibeſcentibus nuptialibus propoſitum, tum & illi ſingulare eſt (14), cum genium illius populi de acumine ingenii præſumcotis demooſtrat a ex quo paritez intelligimus; junctas convivijs ceteriſque corporis blandimentis etiam ingenii deſieias. Insmbulationes in hortis & vineis obiervesin Caotico Canticorum (15): *Mane ſurgamus ad vineas*; venationes (16): *Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas*; commeſſationes (17): *Comedite amici & inebriamini chariſſimi*. Mutuis ſe munuſculis in hortis provocabunt Spoosi (18): *Veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum*.

Veni

(r) *Judic.* 14. 11. (2) *Cant.* 5. 1. & 8. 13. (3) *Cant.* 1. 4. & 2. 7. & 3. 5. 11. & 5. 8. 16. & 8. 4. (*) *Deut.* 22. 15. (4) *Auguſt. lib.* 14. *cap.* 18. *de Civit. Dei. Remotum ab arbitris eubile conquirit, emmuſque famulos atque ipſos etiam Paranymphos, & quoſcumque ingredi qualibet neceſſitudo permiſerat, ante mittis foras, quam vel blandiri conjux conjugi incipiat.* (5) *Cantic.* 2. 7. & 3. 5. & 5. 8. (6) *Cant.* 5. 2. (7) *Cant.* 3. 5. 8. 13. (8) *Joan.* 3. 29. (9) *Jul. Pollux.* (10) *Joan.* 2. 9. (11) *Scoliaſt. in Theocrit. Idyll.* 18. (12) *Matt.* 25. 1. &c. (13) 1. *Macc.* 9. 37. & *Joſeph. lib.* 13. *cap.* 1. *Antiq.* (14) *Judic.* 14. 12. (15) *Cant.* 7. 12. & 2. 11. 12. (16) *Cant.* 2. 15. (17) *Cant.* 5. 1. (18) *Cant.* 5. 2.

Veni in hortum meum, soror mea Sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis; comedi favum cum melle meo. Bibi vinum meum cum lacte meo. Et alibi introductam se narrat Sponsa in cellaria dilecti sui, ubi vina & fructus servabantur [1]. Porro eminente excutienda sunt ea, quibus de magnificentia nostri temporis occupamur, præjudicia, & e magnarum Urbium superbia excedendum, quo de immocentibus illa oblectamentis judicium feratur. Sponsus clam nocte intempesta Sponsam convenit, & summo mane reeedit; Sponsa vicissim in tenebris errabunda dilectum quærit, incidit sæpe in milites Urbis custodes, qui ei insultant; non raro filias Jerusalem offendit. Earum vicissitudinum blanda narratio, & eventus pars erat oblectamentorum, quibus tota septimana nuptialis agebatur. Quod tamen hebdomadæ spatium nulla adeo sive lege, sive consuetudine definebatur, quin parentum arbitrio prorogari non posset. Raguel ad duas septimanas nuptias filiæ cum juniori Tobia produxit [2]; quamquam pro viduæ nuptiis, qualis Sara habebatur, tres tantum dies præscripteæ a Rabbinis leges assignent.

Tradit Buxtorfius Synag. cap. 28. post celebratam sub umbella ceremoniam nuptialem, totum necessariorum comitatum una cum sponsis in domum sese recipere, ac mensam continuo instrui. Tum Sponsus, quanta potest venustate prolixam satis benedictionem Hebraicam eantat, eaque demum absoluta, primo cocta pullastra, & crudum ovum menstæ apponitur. Hujus pullastræ parte aliqua modica Sponsa donatur a Sponso, statimque veluti dato signo cæteri convivæ omnes in reliquam illam dapem sese immittunt, disjiciunt, lacerancque, ac sibi invicem illam diripientes effusisque ridentes, ovum mutuo in ora projiciunt: Post convivium, inter omnes dignissimus manu Sponsum apprehendit; ejusdem vicissim manum secundus tenet, illius tertius, omnesque simul consertis inter se manibus, choream instruunt in rotundum. Surgunt pariter fœminæ ad saltandum, seorsum tamen a viris, honestissima manum Sponsæ tenente. Porro hujus choreæ genus vetustissima traditione apud Judæos obtinet. *Chorearn præcipi* appellant, quod Dei præcepto pro conjugali festo injunctum fuerit.

Deductio Sponsæ in thalamum, Rabbinorum judicio [3], ipsum est ultimum conjugii complementum; neque enim absolvitur sive benedictione, cæterisve ante illam ceremoniis. Porro ante solemnem illam deductionem puella nomen *Ischa gemurah*, nempe Sponsæ perfectæ non obtinet; ea vero accedente, etiamsi consummari matrimonium, occurrente aliquo impedimento, non contigerit, furi si fortæ puella menstruis laboraverit, quo tempore ad illam accedere viro ospitale erat [4], nihilo tamen secius conjux habebatur. Si quid igitur simile contigerit, deductio mera est ceremonia; quæ deinde post receptam ab eadem fœmina valetudinem iteratur. Ante deductionem illam benedictio in hæc verba coram decem viris maiora ætate, non mancipiis recitatur.

Benedictus sis Domine Deus noster Rex mundi, qui universa creasti in universo in gloriam tuam. Benedictus sis Domine Deus noster, Rex mundi Creator hominis. Benedictus sis Dominus Deus noster, qui creasti hominem ad similitudinem suam & ad similitudinem imaginis archetypi sui, & præparavit ei ex se ipso structuram seu ædificium usque in sæculum. Benedictus sis Domine Deus noster Creator hominis. Gaudendo gaudebis, & exultabis saltii, colligendo libros eos in sinum suum in lætitia. Benedictus sis Domine Deus noster, qui lætari facis Sion in liberis suis; lætando lætari fas hoc per amatum, juxta lætitiam a te donatam creaturæ tuæ in horto Eden ab antiquo. Benedictus sis Domine Deus noster, qui lætari facis Sponsum & Sponsam. Benedictus sis Domine Deus noster, Rex mundi, qui creavit gaudium & lætitiam Sponsi & Sponsæ, exultationem, cantum, hilaritatem, jubilationem, amorem, fraternitatem, pacem & amicitiam. Confestim Domine Deus noster audiatur in urbibus Judæa, & in plateis Jerusalem vox gaudii & lætitiæ, vox Sponsi & Sponsæ, vox affectus mutui Sponsorum ex thalamo suo, & pueri e choro modulationis sua. Benedictus sis Domine Deus noster, qui lætari facis Sponsum cum Sponsa [5].

Eas benedictiones summopere observant Rabbini, quippe quas ab Esdra derivatas credunt [6]. Sed recentiores suspicantur. Porro verba illa, *Confestim Domine Deus noster audiatur in Urbibus Judæa, & in plateis Jerusalem vox gaudii, & lætitiæ, vox Sponsi & Sponsæ*, satis defignant recentiorem esse formulam evertione Jerusalem & Judæorum omnium dispersione. Vetutiores plane benedictionum formulas exhibet Scriptura, in qua eas fratres Rebeccæ fotori impreeati sunt, cum ad Sponsum Isaacum iret. *Soror nostra es, crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum* [7]. Cum Ruth Booz nuptiæ, omnes qui ante fores Urbis forte aderant, precantur nuptæ [8] fauste aeclamarunt: *Faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur in domum tuam, sicut Rachel & Liah, quæ ædificaverunt Domum Israel* (perpetua nempe filiorum serie) *ut sit exemplum virtutis in Ephrata* (œconomiæ nempe maritalisque virtutis) *& habeat celebre nomen in Bethleem, fiatque domus tua sicut Phares, quem Thamar peperit Juda, de semine quod sibi dederit Dominus de, hac puella &c.*

(1) *Cant.* 2. 4. 5. (2) *Tob.* 8. 23. (3) *Maimonid. Halach ischoth; & Seldenus aruch, & alii apud Seldon. Uxor. Hebr. l.* 2. c. 13. (4) *Levit.* 20. 18. (5) *Vide Talmud ad tit. Cetubuth. Vide & Seldeh. Uxor. Hebr. lib.* 2. *cap.* 12. (6) *Maimon. Halach Kiriath Schemai. cap.* 1. §. 7. (7) *Gen.* 24. (8) *Ruth* 4. 11. (9) *Tertull. lib.* 1. *de Prafer. cap.* 7. *Cypr. lib.* 3. *testim. cap.* 15. *Amor. de Parad. cap.* 7. *Hilar. in Pfal.* 127. *Clem. Alex. Strom. lib.* 6. *Orig. lib.* 1. *de Princip. Attil.* (10) *Athan. in Synop. Epiph. de Pond. & Mens.*

IN LIBRUM SAPIENTIÆ PROLEGOMENON.

SCRIPTOS a Salomone, vel ipsi attributos Libros, vetus & constans Ecclesiæ consuetudo *Libros Sapientiales* denominat. Patribus non raro sub generali titulo *Sapientia Salomonis* laudantur [9]. Ecclesiæ autem stilo *Sapientia Salomonis* nomine non Opera tantum ejus Regis designantur, sed Liber etiam Ecclesiasticus, sicut & alterum Opus, de quo nobis est in præsentia sermo excellentiæ quodam privilegio *Liber Sapientiæ*, vel ut legunt Græci, *Sapientia Salomonis* appellatum. Alter ramen a Salomone ejus Author habendus est, nemine scriptum ab eodem Regge affirente; quamquam ab omnibus velut summa axiomatum & sententiarum ipsius suspicitur. Obtinet etiam apud Prisços [10] nomen *Panaretos*, i. e. virtutum thesaurus, sive documentorum collectio. Nec aliter plane nomen *Sapientiæ* hic usurpatur, quam pro Religione, pietate, timore Dei & justitia, diversa plane significatione quam quæ eidem voci apud Paganos tribuitur, cum apud illos vix unquam

quam Religionem ſonet & ſolidæ virtutis exercitium, ſed potius ſterilem quamdam notionem veritatum generalium, & moralis diſciplinæ ac virtutis planè naturalis, illuſtrando intellectûs aptam voluntati vero ad virtutem inclinandæ ineptam.

Unus Authori eſt ſcopus, ut Reges Optimates, & Judices terræ quæ verbis, qua opportunis documentis, qua adhortationibus ad ſtudium Sapientiæ impellat [1]. Salomonis nomen, quo majorem apud illos obtineat authoritatem, uſurpat [2]. Præceptorem & Dominum agit, omni tamen faſtu remoto. Principem quemdam magnum in exemplum adducens, qua ille via ad culmen glotiæ, honoris, famæ, divitiarum, ſapientiæ & eloquentiæ pervenerit, fuſius demonſtrat [3]. Quæ illa? Sapientia una eſt, inquit Author, cui Vir ille magnus omnia ſua accepto debet referre; quam viam ſi quis alius tenere voluerit, ipſe non imparem aſſequetur felicitatem. At enim difficilis eſt, & ardua [4]: falleris o bone, inquit, namque ſola a Deo precum moneta emitur ſapientia, quin & illa quærentium ſtudia præverit, atque obvia venientibus ſincero animo occurrit.

Adjicit ſimul animum Author removendis obviis quibuſcumque in hac via obſtaculis, quæ tamen omnia ipſi ſibi opponunt mortales, nulla ponuntur a Deo [5]. Fruſtra homines accuſant naturam, ejuſque imbecillitatem & corruptionem. Letho, & peccato nullus patuit a Deo in mundum aditus, ſed illis fraude Dæmonis & pravitate hominum præſtructa via. Deus enim hominem creavit innocentem [6], & immortalem, ille vero ſuo crimine, e dato ſibi privilegio excidit. Quorſum hæc? an proprerea omnis illi præcluſus ad ſapientiam aditus? Minime hoc quidem; ope enim Dei ad illam poteſt adnitit, ejuratæ prius crimine, & dolo. Gaudet Deus ſincero ſimulatu, & recto corde; abhorret autem ſapientia ab anima corrupta, & doloſa.

Verſo deinde ſtilo adverſus incredulos, animæ immortalitatem aſſerit, eos paritet caſtigans, qui beatitudinem ſuam in eo conſtituunt, ut voluptatibus penitus ſe dedant; in ſuum caput mortem provocare aſſerit, atque partibus ſe Dæmonis tradere, qui pravitate ſua, & invidia hominem in ſummum malorum pertrahere nititur [7]. Exhibet virum juſtum invidia, obtrectationibus, injuſtis damnationibus, & morte ipſa violenta oppreſſum; quæ ſane omnia mire quadrant cum Hiſtoria Paſſionis Jeſu Chriſti [8]. Impios ad judicium Dei, & extrema in altera vita ſuppliciа provocat; neque minus angentur, ait, vita Juſtorum beatitudine, cujus ipſi fururi ſunt teſtes [9]. Sanctorum deinde profequitur felicitatem, quos exhibet in ſtatu perpetuæ pacis, gaudii, & gloriæ, æterna beatitudine fruentes. Eos Reges, eos Judices in Cœlo repræſentat glorioſum impetrum obtinentes, & eo glotioſius, quo magis in terra temnebantur (10). Laudes proſequitur virginitatis quam incontinentiæ & adulteriis (11) opponit, adulteris, inquam, quorum poſteros mala omnia, breviot vita manet (12).

Magnificis verbis Sapientia effert, vel ea illi tribuens, quæ ſoli Divinitati, cujus emanatio eſt, proprie deberi ſcimus. Hanc enim relevat titulo Spiritus Dei, Spiritus Sancti, Creatoris, qui omnia ſimul, & amplirudine ſua replet, & intuitu luſtrat, cui nihil impoſſibile eſſentia ſua ſingularis, effectibus multiplex (13). Odor eſt, inquit, Sapientia, vapor e virtote Dei elevatus, ſplendoris ipſius emanatio, candor lucis æternæ, lucidum ſpeculum Majeſtatis Divinæ, imago ejus Bonitatis, quæ una in multa ſimul, & omnia poteſt, & invariata innovata omnia. Nemo a Sapientia alienus a Deo amatur [14]. Per Sapientiam Deus hominem creavit, eademque utitur jugi throni ſui aſſiſtrice. Quare Deum rogat Author, ut Sapientiam e ſummo Cœlo ad ſe demittat, cujus ductu utatur & diſciplina (15).

Quæ ex ea Sapientia comparantur hominibus commoda, experimento ſuo relevat (16). Adam in profundum malorum dejectus, Sapientia releyante tecreatus eſt (17). Noe per Sapientiam placuit Deo, in medio generationis corruptæ incorruptus ipſe ſervatus [18]. Abraham & Loth ambo Sapientiæ opem experti ſunt; ille in generali Mundi depravatione juſtus, hic incendio Sodomitico illæſus. Recitat hiſtoriam Jacob, & Joſeph, ſicut & Moyſis, ac Hebræorum in Ægypto & in deſerto; percurrit clariora in eorum favorem a Deo facta prodigia; quippe quæ totidem Sapientiæ decora videantur. Sedulam inſtituit comparationem inter diſſitas illas Providentiæ vias, per quas Deus Ægyptios & Hebræos deduxit; his enim ſe benevolum patrem, illis juſtum judicem exhibuit. Idololatriæ ab ipſa origine hiſtoriam retexens, quæ inde mala, quæ abſurda, quæ pernitioſa ſequuta ſunt omnia, exponit (*), ejus ſimul exitum & everſionem prædicens (†). Eum proſequitur Idololatrarum cæcam agendi rationem ſupra homines, eo lugendam magis, quo nullam prætendere poſſunt excuſationem, quin in Creaturis noverint Creatorem [19]. Tandem nullus eſt in Scriptura Libet, in quo auguſtiora de Deo grandioribus verbis prædicentur [20].

Occurrunt tamen in Operé quædam, unde ſuſpicio aliqua de authoritate ejus Libri creatur. Quæ ibi de origine Idololatriæ ſcripta ſunt [21], hæc ſingulari Diſſertatione in examen revocabimus. Operoſior eſt diſquiſitio illius, quod apud Authorem legimus cap. 8. 19. 20. 21. *Sortitus ſum animam bonam & cum eſſem magis bonus, veni ad corpus inconinquinatum.* Sed ibi ſermo eſt de dotibus animæ, naturæ inſinuante, inditis, non vero de dotibus ſupernaturalibus moralibus animæ ſimul & corporis [22].

Alibi vero tradit cap. 10. 14. Joſephum ſceptrum ſimul & diadema Ægyptium tenuiſſe, quod præter fidem videtur librotum Moſaicorum. De Israelitis in Ægypto ſub Pharaone, quaſi de viris probis, & nullius criminis reis agit [23]; cum alioqui teſtimonio Ezechielis (24), aliorumque Prophetarum in ipſum idololatriæ crimen prolapſos conſtet. Probat Hebræorum furtum, quo Ægyptiorum res ſubripuerunt (25); id enim tamquam debitum laboribus ipſorum præmium, & ex receptis injuriis levamentum aliquod habendum cenſet. Plura hiſtoriis a Moyſe deſcriptis addit. Perſuſum habuiſſe videtur, Abrahamum Turris Babelicæ conſtructioni ſynchronum vixiſſe, quamquam ita ſe, qua erat ſapientia & prudentia, gubernavit, ut inter pronos ad Idololatriam populos pene ſolus ſteterit (26). Chananæos accuſat Magicæ ſuperſtitionis (27), eoſdemque traducit, quaſi gentem carnivoram (28), muſeas & veſpas colentem (29), quorum criminum numquam in Scriptura aceuſantur. Colebant quidem Philiſthæi Beelzebub Deum muteatum; ſed gens illa originem de Chananinitide non referebat.

Afferit ignem illum, quo imbre & grandine admixta Cœlum pluit in Ægyptum (30), peperciſſe inſectis ad Ægyptiorum perniciem immiſſis, quaſi ſciliect muſcæ, ranæ & cetera hujus generis ſubſtitiſſent adhuc (31), nec Moyſe exterminante jam periiſſent (32). Mannam deſcribit veluti dapem in Cœlo paratam ad cibum Angelorum, in qua ſaporem omnes quoſcumque optarent, Hebræi experirentur (33); eum tamen Moyſe referente Num. 11. 8. conſtet, mannæ ſaporem ad panem oleo ſubactum acceſſiſſe, ejuſque

(1) *Sap.* 1. 1. & 6. 1. 2. 3. 10. 21. 22. (2) *Sap.* 7. 2. 3. & 9. 7. 8. (3) *Sap.* 7. 1. &c. (4) *Sap.* 1. 2. & 6. 14. & 7. 7. 8. (5) *Sap.* 1. 3. 4. 12. &c. & 2. 24. (6) *Sap.* 1. 14. 15. & 2. 23 (7) *Sap.* 2. 1. &c. (8) *Sap.* 2. 13. &c. (9) *Sap.* 5. 2. &c. & 6. 6. 7. (10) *Sap.* 3. 1. &c. & 4. 7. 8. & 5. 16. 17. (11) *Sap.* 3. 13. 14. & 4. 1. &c. (12) *Sap.* 3. 16. 17. & 4. 3. &c. (13) *Sap.* 1. 6. 7. & 7. 22. (14) *Sap.* 6. 25. &c. (15) *Sap.* 9. 2. &c. (16) *Sap* 7. 11. 12. (17) *Sap.* 10. 1. 2. (18) *Sap.* 10. 4. (*) *Sap.* 13. 11. 12. & 14. 14. 15. & 15. 7. (†) *Sap.* 14. 12. 23. &c. (19) *Sap.* 13. 1. &c. (20) *Sap.* 11. 22. 23. & 12. 1. 2. 15. . . . 19. (21) *Sap.* 14. 15. (22) *Vide Comment. ibid.* (23) *Sap.* 10. 15. (24) *Ezech.* 20. 8. & 23. 3. & 16. 1. 2. (25) *Sap.* 10. 17. (26) *Sap.* 10. 5. (27) *Sap.* 12. 4 (28) *Ibid. verſ.* 5. (29) *Ibid. verſ.* 23. 24. (30) *Exod.* 9. 24. (31) *Sap.* 16. 18. 19. 20. (32) *Exod.* 8. 13. 14. 31. (33) *Sap.* 16. 20. &c.

ejusque fastidium tenuisse tandem Hebræos; & ita tenuisse, ut ne respicere illam adhuc sustinerent (1). Plura apud illum de *spectris*, Ægyptiis objectis toto eo triduo, quo terræ faciem universam tenebræ occuparunt, nulla nisi fulminum luce eimmeria illa nocte intermixtere (2). In historiis transfretationis Erythræi multa addit, quæ fabulam subolere videntur, uti quæ de herbis & arbusculis imum maris fundum vestientibus (3). Coturnices in Castra Hebræorum demissas, divino miraculo productas non secus ac ranæ & muscæ in plaga Ægyptiaca, censuisse videtur (4).

Verum hisce omnibus simul reponendum, 1. Naturalis juris postulare æquitatem, ut cum de Authore vita functo, qui suam defendere causam non potest, agendum est, ejus verba benigna quantum fieri potest interpretatione molliantur, neque ad rigidum unquam sensum trahantur, ni forte vis aperta veritati repugnet. Nihil autem ex iis, quæ in Librum opponuntur, ita pravum sensum refert, ut æquiorem non patiatur, & veritati consonum (5). Ut quid igitur ex illis ovulis in Authorem creetur? 2. Quod ad additiones spectat, solemne est Sacris Historiis, neque alienum omnino a Prophanis, ut omissa ab uno alterius sedulitate suppleantur.

Dicet fortasse quispiam, hæc quidem vera esse cum de Authoribus agitur synchronis, historias sui temporis vel paulo vetustiores referentibus. Nobis autem, inquiunt, res est cum Authore longe ab ætate Moysis remoto. Respondeo, rerum gestarum memoriam duplici ad posteritatem via transmitti, scriptione nempe, traditione: iraque si quæ in scriptis rerum monumentis desiderabantur, hæc ad Authorem per traditionem deferri potuerunt. Tandem si Dei inspiratione scriptum est Opus, quod nos certum constituimus, & mox adductis rationibus probabimus, nihil est cur invidia in Authorem creetur, nisi si forte aperta quædam in ejus Lucubrationibus repugnantia cum historia sacra, & veritate ac Religione deprehendantur, qua de re nobis quidem in Libro Sapientiæ.

Quæ de Regno Josephi in Ægypto leguntur, hæc non de imperio quidem dispotico sed ad nutum administrato intelligenda sunt; qua etiam phrasi usos novimus fratres ejusdem Josephi ad Patrem loquutos, Gen. 45. 26. *Joseph filius tuus vivit, & ipse dominatur in omni terra Ægypti*. Hebræi jugo tyrannico Pharaonis oppressi justi erant & sine crimine, non quidem coram Deo judice, cujus flagello in pœnam admissæ idololatriæ cæbebantur, sed coram Pharaone ceterisque Ægyptiis, quos nullo in se crimine provocatos, advertarios experiebantur. Hebræorum furtum, quo Ægyptiorum utensilia sustulerunt, Sacra Scriptura numquam accusat, quin & Interpretes solidis congestis rationibus defendunt. Chananæos illorum criminum reos non immerito Author condemnat; quin & multo loquitur indulgentius, quam ceteri ea re in re Sacræ Scripturæ Libri. Additamenta ad historias a Moyse relatas jam supra defendimus. Reliqua in Commentario exegimus.

Viri quidam eruditi objectionem hanc suam adversus Authorem hujus Operis nobis proposuerunt. Si alter est Libri Author a Salomone, ut quid ergo se tamquam Salomonis personam gerens obtrudit? Num Spiritus Sanctus hæc suggerit Sacris Authoribus, ut personam alterius mentiantur? Hitlec reponimus, Scriptorem hunc, quicumque tandem fuerit, nihil præcitatisse dolosum & mendax. Prosopopejam scribit, genus quoddam parabolæ imitatus, qua conciliandæ sibi authoritatis gratia, amplissimi alicujus viri personam assumit. Ita pariter mulier illa Thecuitis (6) David alloquens, viduatam se filio simulavit. Propheta Israelis vulneratum se dixit (7), quod captivum abire permisisset. Narhan commissum a David cum Bethsabee crimen arguens, parabolam advenæ cujusdam enarrat (8), ac tandem familiarissimum est Prophetis, ut Deum, Moysen, Abrahamum loquentes inducant.

Consilium fuit Authori scribenti, ut justam de origine & scopo veræ sapientiæ ideam Paganis ingeneret. Deperierunt Græci Philosophiam: sed in ea, qua tenebantur, veri illius Authoris ignoratione, sua illam industria se comparaturos spondebant. Quare Author Sapientiæ donum esse Dei demonstrandum aggreditur. Quid autem Sapientia apud Paganos? aliis sterilis rerum contemplatio, aliis ad arbitrium præscripta moralis scientiæ disciplina, ipsas aliquando humanas vires excedens, quæ erat Stoicorum sapientia: aliis virtus naturalis, vitam honestam ad rationis normam dirigens. Authori aliter visum; namque & Sapientiam proponit supernaturalem, & Deum illi finem ejusque sanctitatem seopum constituit. Idolatriæ dedeeora ab ipsa origine, miros progressus, horrorem & confusionem revelans, ipsam destruere nititur. Si homines, & Philosophi potissimum ignorationem Dei caulentur, illos eo nomine criminis reos dicit, quippe qui nec Dei ignorationem ullam prætendere, nec Creatoris in Creaturam transferre cultum possunt impune. Tandem adversam statuit sententiam opinioni Epicurcorum, & Saducorum, animæ immortalitatem, ac post obitum judicium, & pœnarum præmiorumque retributionem negantium. Stilum etiam acuit in præcipuos Philosophorum errores, solidum ad philolophiam iter simul demonstrans. Dogmata de peccato originali, de lapsu & pœnitentia primi Parentis, de pœnarum præmiorumque retributione in altera vita desertius ibi, quam alibi unquam in Veteri Testamento, traduntur. Præclarum sane monumentum ad addiruendam vetustatem & veritatem eorum dogmatum apud Judæos.

Sex priora capita veluti præfatio toti Operi præfixa, novem priora Proverbiorum capita compendiario continent, quibus etiam atque etiam urgentur Reges, ut se totos studio sapientiæ impendant. Septimo & octavo capitibus Salomon (hoc enim nomen Author prætendit) exemplo suo propolito, quam tenuerit viam ad sapientiam, exponit. Late proinde persequitur florentissimi Regni sui felicitatem, scientiæ suæ gloriam, quæ omnia ad finem sunt tertii Regum. Qua religiosus Princeps ad Deum usus est præcatione, dum Regnum inirct, de qua 3. Reg. 3. 6. 7. 8. 9. hæc paraphrastico stilo recitatur cap. 9. Tandem a decimo capite eadem precatio continuata serie usque ad Libri exitum perseverat, in qua, variis propositis exemplis, utilitas Sapientiæ etiam atque etiam adstruitur; stultorum ac impiorum vitia exaggerantur, propositis una simul Justorum & Sapientum virorum præmiis. Finis Operis deesse videtur, sive quod ab Authore ad ealcem deductum non sit, sive quod absolutum ab ipso mutilum ad posteros pervenerit. Neque enim incepta, & ad calcem usque Libri deducta oratio tuo termino claudiatur, cum alioquin claudendam consilium Authoris exigeret.

Prætereunda hic a nobis de Authore Libri, & tempore scripti Operis disquisitio, qua de re in peculiari Dissertatione commodius agetur. Textus originalis Græcus est, qualis ad nostram usque ætatem perseverat; neque enim scriptum unquam Opus Hebraice videtur, quidquid Authores nonnulli contenderint (9). Nulli enim, vel laltem rarii in eo Libro Hebraismi, nullæ ad genium linguæ constructæ periodi. E' Prophanis etiam quandoque phrases derivantur, uti illę de Gigantibus in aquis Diluvii demersis (10); de fluvio Lethe, vel oblivionis (11); de Regno Adis, vel Plutonis (12); de ambrosia (13) &c. Non raro Platonem habuisse præ oculis Author videtur, vel saltem gnaviter in eo ejus lectione exercuisse. Stilus rotundus est & tumens epitheris, obscu-

(1) *Num.* 21. 15. (2) *Sap.* 17. 3. 4. 6. 15. (3) *Sap.* 19. 7. 8. (4) *Sap.* 19. 11. 12. (5) *Vide Comment. in hunc locum.* (6) 2. *Reg.* 14. 4. &c. (7) 3. *Reg.* 20. 35. (8) 2. *Reg.* 12. 2.

(9) *Isid. lib.* 1. *Offic. cap.* 2. *Lorin. Præf. in Sap. Vide Sixt. Sen. lib.* 8. *Biblior. Bellarm. lib.* 1. *de Verb. Dei.* 13. (10) *Sap.* 14. 6. (11) *Sap.* 17. 13. (12) *Sap.* 1. 14. (13) *Sap.* 19. 20.

obſcurus tamen quandoque, & numquam non poeticus. Judæos Opus non latuit, cum ab eorum Authoribus interdum laudetur; ſed e Græco ad illos derivatum eſt. Rabbi Moyſes filius Nachman [1] laudat *ex magna Sapientia Salomonis* verba illa cap. 7. 7. *Invocavi, & venit in me ſpiritus ſapientiæ &c.* quæ ille verba Syriace, vernacula Hebræorum lingua Jeſu Chriſti ætate recitat.

Scripturæ teſtimonia crebro occurrunt; ſemper tamen juxta Septuaginta. Ita e. g. Sap. 5. 20. 11. 12. 13. vita hominis umbræ comparatur, navi fluctus ſcindenti, avi aerem ſulcanti, ſagittæ recta ad ſcopum tendenti, quæ omnia deſumpta ſunt Prov. 30. 19. quo in loco Sapiens juxta Septuaginta enumerat quatuor, quæ ipſe cogitatione minime aſſequitur: *viam Aquilæ in aere, viam anguis ſuper terram, navis in mari, & adoleſcentuli in juventute ſua*: Hebræus autem legit: *Viam viri in Virgine*. Illud Sap. 2. 12. *Circumveniamus juſtum, no e manibus noſtris diſlabatur, quoniam inutilis eſt nobis*, ex Il. 3. 10. juxta Sept. derivatum eſt: *Alligemus juſtum, quoniam inutilis eſt nobis*: cum Hebræus habeat: *Dicite juſte, quoniam bene*. Quæ de plagis Ægypti, nempe de muſcis, & ſcyniphibus ibidem referuntur, e Septuaginta petita ſunt. Quæ de Idolis cap. 41. & 44. omnia totidem fere verbis recurrunt in Iſaia, Jeremia, Baruch, & Pſalmis [2].

Latina vulgata Verſio alium habet a S. Hieronymo Authorem; manet etenim ex veteri Vulgata obſervante in Eccleſia ante S. Doctorem, & ab ignoto Authore primis Eccleſiæ ſæculis ex Græco adornata. Latinam lingvam minus Author ille callebat; quare voces adſciſcit minus elegantes [3]: *beneficium* ponit pro divitiis: *bonuſtum* pro locupiete; *reſpectum*, ſive *viſitationem* pro punitione; *ſupervenientem* pro adverſario; & *nocivo*; *ſupervacuitatem* pro ſcoriæ ſuco & jactantia. Textui originali religioſe adhæret, ut verba ipſa reddere curet; quare ſermonis ornamenta omnia, & periodos ad genium lingvæ Latinæ volens libenſque negligit. S. Hieronymus in Præfatione ad Libros Salomonis, profitetur quidem recenſuiſſe ſe ad veterem Verſionem Septuagintæ Proverbia, Eccleſiaſten, & Canica; abſtinuiſſe vero a Sapientia, & Eccleſiaſtico. Variantes modicæ ſunt in Exemplaribus Græcis, abundant tamen in Latinis, cum plures reſulteret ex Editionibus Complutenſi, Antuerpienſi, & Sixtina ann. 1590. In Bibliis Clem. VIII. & in Vulgata correctæ ſunt [4].

Ejus Libri authoritas non æque ſemper unanimi conſenſu in Eccleſia recepta eſt; cum enim omnes æque Chriſtiani convenirent his Libris recipiendis, qui Hebraice ſcripti, & in Hebræorum Canone relati, Synagoga tradente, ad Eccleſiam tranſmiſſi fuiſſent; in cæteris vero Græce ſcriptis, uti Sapientia, & Eccleſiaſtico, non una eſſet omnium Eccleſiarum ſententia ſuſpendendum judicium ſunm in ea re tandiu cenſuit Eccleſia, quandiu poſt longas meditationes, & diſcuſſiones veritatem in aperto non poſuit. Quæ aneeps, atque diutina Eccleſiæ deliberatio ſatis probat, non fortuito illam caſu nec indiſcuſſa cauſa ſententiam tandem ſuam protuliſſe. Librorum primis Eccleſiæ ſeculis raritas, Eccleſiarum inter ſe diſtantia, cogendorum Conciliorum difficultas in cauſa fuerunt, cur ſinguleę Eccleſiæ ſuam retinerent traditionem, hiſce Libris probandis rejiciendiſque; donec tempore & diſcuſſione explorata veritas, unanimi omnes conſenſu, & regula conciliavit.

Quæ contra hujus Libri authoritatem proferuntur, ſunt, 1. vix credi potuiſſe, Philonem Judæum, cui Opus tribuitur a nonnullis [5], Divina inſpiratione in ſcribendo uſum fuiſſe: vir enim ſuit Judæorum Sacris ad obitum uſque addictiſſimus, a Jeſu Chriſto & Evangelio alienus. 2. Ancipites hærent veteres PP. [6], an Librum recipiant, quem proinde ad Authores dubios, & a pluribus Eccleſiis non probatos rejiciunt [7]. Quin & recentiores quidam Interpretes, uti Lyranus hic, & Cajetanus in Eſther ad fin. e numero Canonicorum expungendum cenſent. 3. Deeſt in canone Judæorum, quos latuiſſe Opus ante Chriſtum videtur. 4. Ipſe ſuam Liber notam reprobationis exhibet; plura enim offert ex Evangelio, & Scriptis Apoſtolicis expreſſa; repugnantia etiam nonnulla cum veteribus & Divinis Scripturis, additamenta tandem conſulto, uti quidem videtur, appoſita. Sed hiſce ſatis repoſuimus in corpore hujus Prolegomeni; quæ vero de Philone, atque de locis ex Evangelio, & Libris Apoſtolicis in Sapientia expreſſis, in Diſſertatione de Authore hujus Libri ſuſe tradabimus. Accuſationes falſitatis in hunc Authorem ſupra diluimus. Modo agendum de Judęis, atque Veteribus quibuſdam, apud quos hujus Operis authoritas nutat.

Judęorum authoritas numquam magni in Eccleſia habita eſt; maxime recentiorum Judęorum, quorum livor & prava in Religionem Chriſtianam æ fidem ſtudia exploratiſſima ſunt. Apoſtoli, quibus ſane major debetur fides, plura ex eo Opere in rem ſuam derivarunt [8]; e quibus potius deducium quidquid in Sapientia legitur, nonniſi gratis, & repetito, ut ajunt, principio aſſereretur. Ex Apoſtolis autem ad Fideles Liber ille devenit, acceptumque ab Eccleſia veluti Divinum depoſitum, ſervatum ſemper, & tamquam Scriptura Divina habitum eſt. Teſtimonio quorumdam Veterum de authoritate ejus ambigentium, turbam opponimus Scriptorum omnis ætatis, unanimi conſenſu inter Libros Canonicos hoc Opus cooptantium [9]. Tandem, ut aliquorum ſcrupulos evellamus, qui ex Antiquitatis dubitatione fibi etiam in ea re ducunt ambiguendum, admittimus in medium Concilium Carthaginenſe III. ann. 397. Sardicenſe ann. 347. Conſtantinopolitanum in *Trullo* ann. 692. Toletanum XI. ann. 675. Florentinum ann. 1438. & Tridentinum ſeſſ. 4. in quorum canone Divinarum Scripturarum ſuus eſt Libro Sapientię locus. Inter Veteres PP. nemo ferme hunc illaudatum præterit; quorum alii genuinum Salomonis Opus, alii Prophetę cujuſdam, omnes tamen Sacri Authoris cenſuerunt. Poſſet etiam hæc revocari argumentum a præſcriptione deducium; neque enim fas eſt adverſarios accuſantes contra receptam tot ſæculorum poſſeſſionem admittere. Oſtendant illi contra noſtrum jus monumenta, ſi quæ habent; falſi arguant, & refutent tot Concilia, tot Authores Eccleſiaſticos: ſapientiſſimos æque ac doctiſſimos, noſtram perſuaſionem tuentes. Contra illos prius quam contra nos cauſa augenda eſt.

Pro-

(1) *Vide Cornel. a Lapid. Præf. in Sap. pag. 4.* (2) *Iſ. 44. 9., Jerem. 11., Baruch. 6. Pſalm. 113. vel 114.* (3) *Sap. 16. 9. & 19. 16.* (4) *Præcipuas in Comment. in extrema ejus Codicis adnotavimus.* (5) *Hieron. in Prolog. in lib. Salom. Lyran. Dion. hic. Galatinus l. 1. de Arcan. cap. 4. Vives in Auguſt. de Civit. l. 17. cap. 20.* (6) *Athan. in Synopſ., Baſilh. lib. de pend. & menſur. Hieron. Prolog. Galeato, & in Zach. 8. & 11. & ep. 115.* (7) *Joh Damaſc. l. 4. de Fid. Cath. c. 18. Melito epiſt. ad Onſim. Orig. in Pſ. 51. Euſeb. l. 4. Hiſt. Eccleſ. c. 28. & Laodicena Synod. Athan. Epiſt. Feſtal. Gregor. Nazian. Cyril. Jeroſolym. &c.* (8) Conſet *Matth. 13. 43. Juſti fulgebunt ſicut Sol in Regno Patris eorum*; cum *Sap. 3. 7. Fulgebunt Juſti & tamquam ſcintilla in arundineto diſcurrent. Et Matth. 27. 43. Confidit in Deo, liberet nunc ſi vult eum*; *dixit enim* ę *Quia Filius Dei ſum*; cum *Sap. 2. 18. Si enim eſt verus filius Dei, ſuſcipiet illum. Et Rom. 1. 20. Inviſibilia enim ipſius per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur &c. Sap. 3. 1. Vam animæ ſunt hominum, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei &c. Rom. 11. 34. Quis enim cognovit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius ejus fuit? &c. Sap. 9. 13. Quis enim hominum poterit ſcire conſilium Dei? &c. Ephoſ. 6. 13. 16. 17. Accipite armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo &c. Sap. 5. 18. 19. Accipiet armaturam Zelus illius &c. Hebr. 1. 3. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ ejus, &c. Sapient. 7. 26. Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei Majeſtatis, & imago bonitatis illius.*

(9) *Vide Lorinum Præfat. in hunc Librum, Corn. a Lap. P. Alex. in V. T.*

Prophetica etiam oracula in hoc Opere expressa, & a Patribus agnita, authoritatis ipsius monumentum sunt apertissimum. Eorum loco haberi possunt ea, quæ de futuro Idololatriæ excidio [1], de Judicio Dei in impios [2] ibidem leguntur. Quod tamen maxime Doctores, ac Veteres etiam Patres detinuit, oraculum est de supplicio Justi [3], adeo expressum, ut ipsam pene Dominicam passionem oculis subjicere videatur; quod sane adeo apertum futuri oraculum Grotio visum est, ut adjectum ab aliquo Christiano post obitum Servatoris locum crediderit. Vix est tamen, ut ejus Authoris suspicio aliquid apud Lectores valuerit, cum totius Libri contextui Oraculum illud summe cohæreat. Sane aliter Patribus ereditum est [4], testimonium illud, vel oraculum in Jesu Christo impletum Judæis & Paganis objicientibus.

Neque Rabbinis Opus illud pene rejicitur. Ex eo testimonium in Præfatione in Pentateuchum a Moyse filio Nachman laudatum supra adduximus; & Joannes Picus Mirandulanus [5] perhibet, apud Judæos legi conjuncte Libros *Sapientiæ* Hebraicum, Opus, ut illi quidem autumant, e medulla Legis Mosaicæ a Salomone deductum; sed illud satis a nostro differt, S. Isidorus Offic. l. 1. c. 12. Sixtus Senensis Bibl. lib. 8. hær. 9. Christophorus a Castro, Consalvus Cervantes, Joannes Lorinus in suis Præfarionibus ad hunc Librum contendunt, scriptum prius in Hebræo Librum, deinde a Septuaginta Græcæ linguæ traditum fuisse. Sed horum opinio longius, quam par est, excurrit. Hebræi Opus illud legunt e Græco in Hebraicum translatum; & bona fide agnoscunt, nunquam in Canone Hebraico receptum Opus fuisse.

DISSERTATIO
DE AUTHORE LIBRI SAPIENTIÆ.

SI tota hujus rei controversia inter Catholicos Authores de authoritate Libri nihil ambigentes evertereret, non esset plane cur operosiorem ea de re Dissertationem institueremus, quàm quæ a nobis antea, de authoritate plurium Sacrorum Librorum ab Ecclesia æque ac ab Heterodoxis probatorum; quamquam alioqui Scriptorem habeant dubium, & incognitum. Semel ac enim de scripto, Spiritu Sancto Authore, Libro inter partes convenit, non est cur negotium fieri debeat de certo determinando organo & instrumento, quo Deus usus est. Verum illam agitamus quæstionem, in qua plures de Scriptore Operis in se potissimum disputationem ideo suspicinnt, ut ejus authoritatem oppugnent, & obscuri Authoris patrocinium assumant, quo apocryphi notam Libro inurant. Horum ausus ut occurramus, Dissertatione hac suscipimus demonstrandum, Librum Sapientiæ, quamquam ignoto Authore scriptum, suam tamen obtinere inter ceteros Sacræ Scripturæ authoritatem.

Pluribus Catholicis Scriptoribus non alium hujus Authorem quærendum visum est, quam Salomonem, a quo, inquiunt, Hebraice scriptum Opus, a Septuaginta una cum ceteris ejus Authoris, Græce redditum est [6]. Sub ejus nomine frequenter a Veteribus PP. laudatur [7]; neque alium ferme præsefert titulum in Exemplaribus Græcis. Non aliam sane personam, quam Salomonis, sustinet ubique Author, ut apertius se prodat in hoc Opere Salomon, quam in aliis quibuscumque Libris [8]. Constat etiam inter omnes, indignum non esse Opus viro sapientissimo, atque eruditionis gloria insigni; neque a Salomonicis abludere ejus axiomata, & sententias. Si Græcum tantummodo Libri exemplar maneat, non statim inferendum est, inquiunt hujus sententiæ patroni nunquam Hebraice scriptum Librum fuisse. Quot enim superstunt hodie Libri in alium sermonem translati, quorum textus originalis periit? Quot insuper Libri certo cuidam Authori fine controversia deputati, obscuriores exhibent genuini operis characteres, quam qui hunc Librum Salomonis esse demonstrant? Hæc speciosiora sunt pro hac sententia argumenta.

Quibus reponimus, vix fieri potuisse, ut genuinus Salomonis Liber, & ex Hebræo Septuaginta in Græcum translatus adeo Judæos latuerit, ut nullum haberet in eorum canone locum. Quis autem se vidisse Exemplar illud Hebraicum unquam jactavit? Ne verbum quidem ea de re apud Interpretem, Lactuit in ea lingua Josephum, Philonem, S. Hieronymum (9). Facile igitur numquam scriptum fuisse persuademur; maxime cum phrases, stilus, & cetera omnia nihil Hebraicum, Græcum vero plurimum sapiant. Testimonia Scripturæ e Septuaginta laudantur, ficut & loca quædam decerpta e Libris diu post Salomonem scriptis. Nonnisi autem temere accusarentur Judæi in odium Christianorum hujus Libri authoritatem, & oracula in obitu Jesu Christi impleta obtrudentium, Textum originalem suppressisse. Res est enim hæc ardua, atque vix persuadenda, cujus hypotheſis texceries eversa, vix amplius sustineretur. Fac volnisse Judæos, an ne potuissent? fac potuisse, quid profecissent, relicta Græca ejusdem Operis Versione una cum aliis pluribus Scriptis, quibus non minus luculenter Religionis nostræ veritas adstruitur?

Patrum authoritas uniei est quidem momenti ad veritatem fidei, & authoritatem Textus asserendam a quin & in ea re maxime desertur uniformi, & constanti illorum assensui; cum vero de aliqua critica veritate res est, maxime si in sententias abeant plane diversas, non est cur de eorum authoritate fieri debeat præjudicium. In hac quæstione Veteres neque satis constantes, nec uniformes loquuntur; aliqui enim abjudicant a Salomone opus (10); alii ambiguunt; nemo satis constanter rem asserit. Laudant illi quidem pro recepto in Ecclesiam more *Librum Sapientiæ Salomonis*, quo generali nomine non unum hunc Librum intelligunt, sed & Proverbia, & Ecclesiasten, ac tandem Ecclesiasticum (11). Titulus Græcorum Exemplarium nullo validiori est argumento, quam ipsum Salomonis nomen ab ipso sibi Scriptore

(1) *Sap.* 14. 13. (2) *Sap.* 5. 1. 2. 18. & 6. 6. 7. (3) *Sap.* 2. 12. 14. &c. (4) *Tertull. contra Marcion. L.* 3. *Clem. Alex. Strom. l.* 5. *Lact. l.* 4. *c.* 16. *Cypr. de Sion*, & *Sina. Ambros. lib.* 32. *Offic. cap.* 6. & 7. *Author Oper. imperf. in Matth. hom.* 43. *Cyril. in Isai.* 59. *Aug. de Civ. Dei lib.* 17. *cap.* 20. & *lib.* 12. *contra Faust. c.* 44. (5) *Profat. in Haptapla apud Cornel. hic.*

(6) *Sixtus Senen. Bibl. lib.* 8. *hæref.* 9. *Christoph. a Castro hic, Consal. Cervantes Prof. in lib. Salom. Roger. lib. de lib. canon. cap.* 24. *Salmer. t.* 1. *Prolog.* 8. (7) *Tertul. de Præscript. cap.* 7. *Cypr. de temp. Sim. lib.* 3. *cap.* 15. 52. 58. *Ambr. de Parad. cap.* 7. *Hilar. in Psal.* 127. *Clem. Alex. Strom. lib.* 6. *Origen. de Princip. lib.* 1. *Athan. in Synop. Basil. lib.* 5. *contra Eunom. cap. penultimo. Vide Cornel. a Lapid. & Lorin. hic.* (8) *Sap.* 7. 1. &c. & 9. 7. &c. (9) *Epist. ad Paul. seu prolog. galeat. apud Hebræos nusquam extat, & ipse filius Græcam eloquentiam redolet.* (10) *Hieronym. in prolog. Galeat.* (11) *Aug. de Civit. lib.* 17. *cap.* 20. *Alii duo, quorum unus Sapientia, alter Ecclesiasticus dicitur propter eloquii nonnullam similitudinem, ne Salomonis dicantur, obtinuit consuetudo, non autem esse ipsius, non dubitant Doctores.*

ptorc in Opere vindicatum. Solemne erat Antiquis, Operibus suis nomen illius inscribere, cujus personam in eodem Opere loquentem inducebant: ita Platonis Dialogi præseferunt nomina Socratis, Timæi, Protagoræ; & Ciceronis Liber de claris Oratoribus nomen Bruti; alterum ipsius opus nomen Hortensii; ac tandem Xenophon Librum suum, quo optimum Principem formavit, Cyrum, (cujus potissimæ sunt in Libro partes) inscripsit. An proinde hitce Authoribus deputaretur Opus, & non potius Platoni, Ciceroni, & Xenophonti, qui Lucubrationibus suis externa nomina indiderunt? Testatur apertissime Sanctus Hieronymus, nomen Salomonis adscititium esse Libro, & cunctorum [1].

Quæ in Libro apparet cum sententiis & stilo Salomonis consonantia, abunde demonstrare videtur alterius fuisse a Salomone Authoris. Neque enim Princeps disertissimus e suis libris sententias excerperet, nec alibi expressa repetere voluisset; numquam etiam potuisset loca ex Isaia, & Jeremia laudare, utpote illis Prophetis vetustior [2]. Manet tamen apud nos eadem Operis estimatio idemque meritum; facemur enim suo titulo, nempe Sapientia Salomonis, non indignum; quin & parenti fœtum tribuimus longe illustriori & sapientiori, nempe Spiritui Sancto, Authorem Operis affanti, quemadmodum & Salomoni scribenti præsto fuit. Præreereundum hic censeo, quod est alibi animadversum, de phrasibus Paganicis, quibus Opus aspergitur, ut de Rege *Adis*, vel Plutone, de *ambrosia* &c. quæ porro fabellæ Salomone recentiores videntur; quemadmodum & eamdem recentiorem ætatem fapiunt, quæ de roseis corollis leguntur cap. 2. 8. [3].

Sancti Augustini ea fuit sententia, ut Author scripti Operis idem haberetur ac Ecclesiastici, nempe Jesus filius Sirach [4]; brevi tamen errorem sensit, cujus palinodiam recinens in l. 2. Retract. cap. 14. fatetur quidem multo probabilius esse, alium a Jesu filio Sirach Authorem habuisse Librum Sapientiæ; nil tamen ea de re ulterius addit. Sed extra controversiam ponit idem Augustinus, hunc Librum, sicut & Ecclesiasticum, Authorem habuisse Divino Spiritu afflatum [5]: *Quoniam in authoritatem recipi meruerunt, inter Prophetas numerandi sunt*. Alibi vero scribit, veteres Ecclesiasticos Authores, temporibus Apostolicis proximos, authoritate hujus Libri usos fuisse, veluti divinitus scripti Operis; quare, inquit, probandus omnino est Liber, & e Canone Scriptorum Sæcrorum non expungendus [6].

Sanctus Hieronymus in Prol. Galeat. tradit: *Nonnulli Scriptorum Veterum hunc esse Philonis Judæi affirmant*. In hac sententia fuerunt Authores post ipsum plures. Sed hanc aliqui veluti pernicioſam opinionem, authoritatem Divini Operis evertentem, rejeecrunt; quippe quæ Authorem Libri habeat Judæum nullo Dei Spiritu inter feribendum afflatum (7); alii vero eam prorsus amplexi sunt (8) quamquam fanior illorum pars hunc Philonem, de quo S. Hieronymus, vetustiorem fuisse suspicatur altero Judæo Philone, scriptis Lucubrationibus notissimo (9). Plures enim cognomines viros distinguunt; primum Ptolemæo Philadelpho cœvum, & e numero, uti quidam fernnt, Septuaginta Interpretum; alterum, quem Biblium Josephus & Eusebius appellant; tertium tandem, qui sub Philonis Judæi nomine celebratur: quartus Philo Author Libri de Anima, de quo in Libro *Juchasim*, sub secundo Templo florebat.

De primo Philone cum nulla in antiquitate fit mentio, nihil est cur ejus ætas ad Philadelphum & Septuaginta Interpretes statuatur; facile nec eo tempore, nec alio quoeumque in vivis egit. Alter Philo e Biblo oriundus, religione erat Paganus, ac vertendæ e Phœnicio in Græcum Historiæ Phœnicieæ operam impendit (10). Apud Josephum eodem in censu habetur (*) ac Demetrius, & Eupolemus; ambo vero cum a Sacris Hebræis alieni fuissent, neque satis nosse eorum Libros, neque Populi historiam calluisse potuerant. Porro talis Vir scribendo Operi faero & prophetico impar erat prorius. Superest ergo Philo Judæus Alexandrinus, primo Ecclesiæ æculo in vivis agens, qui pro Judæis Alexandrinis ad Imperatorem Caligulam legatione functus est anno Æræ 40. Plura in prima ætatis juventa Opera scripsit, sed deinde rebus Gentis suæ gerendis occupatus, operam non fane inutilem illis impendit. Eulebio & S. Hieronymo authoribus (11), Vir ille cum secunda legatione ad Claudium Imperatorem fungeretur, neeessitudinis vineulum cum Sancto Petro concilivit. Quin fi fides sit Photio, Christianis mysteris initiari se passus est, quamquam postea gravius forte habitus Religionem deseruit. De hoc viro tamquam tui temporis amplissimo agit Josephus l. 8. cap. 10. ejusque Opera perspicuitate & eandore stili maxime laudantur. Allegoricam methodum in interpretatione Scripturarum affectat, quam deinde Veteres PP. Ecclesiæ imitatos fuisse, eum Libros Sacros allegorica ratione exponerent, Photius animadvertit (12). Sed quæ de Religione Christiana Philonis, sicut & de conluetudine ipsius cum S. Petro feruntur, fabellæ loco ab Eruditis nostræ ætatis habentur.

Quo de tota hæc controversia plenius cognoscamus, an scilicet Philo ille Librum Sapientiæ scripserit, quatuor hæc potissimum spectanda sunt: 1. An in præceptis, axiomatis, & sententiis cooveniant. 2. An idem sit utrinque stili tapor. 3. An in toto Libro character plane contrarius Philoni, ejusque ætati appareat. 4. Tandem animadvertendum est, cujus sint authoritatis Scriptores, huic Authori Opus deputantes. Nunc de singulis singillatim.

Author Libri Sapientiæ Deum exhibet rerum omnium Authorem, & Servatorem, justitia & sapientia præfulgentem, qui omnia æque providentia sua enutrit; Deum qui nihil præferat hominum felicitati, qui justos omnes & fine crimioe ereavit; qui invitus pœne & corum pravitate, atque exuberante jam nequitia ad ultionem cogitur; cui Authori aceepto refertur Sapientia verax; & bona universa non in se continet tantum, sed & in alios vix rogatus effundere gaudet. Consonat prorsus Philo; sed cum Judæum Authorem eadem sentire pro Religionis suæ institutio par sit, nihil est eur in conferendis ejus locis operam inutilem ponamus.

Hominum anima juxta Sapientiæ effatum immortalitatis dote prædita est, quæ corruptibili corpori revincta, ejus pondere fatileens ad terram frequenter trahitur (13) Æternæ illa quidem felicitatis capax est; sed eriminum quandoque merito supplicia in se & mala interminabilia provoeat. Si Creatoris ignorationem prætendat, nulla fane est eausatio; eum ex agnitis Creaturis, nullo negotio ad Creatoris cognitionem

(1) *In Prolog. Galeat. Altius Pseudepigraphos, hoc est, falso inscriptus, qui Sapientiæ Salomonis inscribitur.* (2) *Confer. Sap. 3. 14. cum Isa. 56. 4. & Sap. 9. 13. cum 1. 40. 13. & Sap. 13. 11. & 14. 8. cum Jerem. 10. 3. 4. 5. & Bar. 6. 3. &c.* (3) *Vide Tertull. de coron. Militis cap. 9. qui resentiores illas autumat Isaiæ, & captivitatem Babylonica.* (4) *De doct. Christ. lib. 2. cap. 8. Illi duo Libri, primus qui Sapientia, alius qui Ecclesiasticus inscribitur, de quadam similitudine Salomonis esse dicuntur; nam Jesus filius Sirach eos scripsisse constantissime perhibetur.* (5) *De Trin. Christ. lib. 20. cap. 6.*

(6) *Li. de præd. cap. 14. Quem sibi antepofuerunt etiam temporibus proximis Apostolorum egregii Tractatores, qui eum testem adhibent, nihil se adhibere nisi Divinum testimonium credidernnt.* (7) *Jacobus Faber Vien. ep. apud Lorin. hic præf. cap. 2.* (8) *In Lyr. hic Galat. de arcan. Cath. Fidei lib. 1. cap. 4. Vives l. 17. cap. 20. in Augusti. de Civit. & alii quidam.* (9) *In Dried. de Eccles. dogm. lib. 1. cap. 4. Michael Medina de recta in Deum fide lib. 6. c. 12. Grueber. ad ann. 3860. Pamel. in notis ad S. Cyprian. de Mortal. n. 43. Canis. de locis lib. 1. cap. 12. & alii passim.* (10) *Euseb. Præpar. lib. 1. cap. 6.* (*) *Lib. 1. coner. App.* (11) *Euseb. Hist. lib. 2. cap. 17. Hieron. de Script. Eccles. c. 11.* (12) *Cod. 105.* (13) *Sap. 9. 15.*

nem deveniatur (1). Paria legas apud Philonem de homine, corpore tamquam indumento seu vestimento aliquo amicto (2): verum, ait, Sapientis animavirtutibus tamquam clamyde paludatur. Alibi vero scribit veniſſe nos in Mundum ramquam peregrinos, & Sapientem ita in corpore, & in terris agere, quaſi in alienam regionem veniſſet; Cœlum enim ut veram patriam ſuam reſpicit (3).

Alibi (4) duo animarum genera diſtinguit, quemadmodum & Geniorum totidem, nempe Angelos bonos & malos. Scatet, juxta Authoris ſententiam, aer totus hiſce ſpiritibus, ſive Geniis utriuſque indolis; quorum alii in corpora deſcendunt, alii vero plurimum a corpore abhorrent. Porro ex iis, qui in corpora illabuntur, eamque veluti ſedem conſtituunt, cella quadam philoſophia exculti ſemper corporis reſolutionem meditantur: quo ſcilicet vitam ſibi promereantur incorruptibilem & æternam. Alii vero pondere carnis oppreſſi, ſtudium negligunt Sapientiæ, atque totos ſe caſui deducendos committentes, in corpora & ſenſibilia, ſive in ſuum, jactantiam & divitias rapiuntur. Hæc Authoris ſententia cum Sap. 8. 19. 20. quadrare videtur; ubi Salomonis perſonam agens, ait Sapiens: *Sortitus ſum animam bonam; & cum eſſem magis bonus, veni ad corpus inquinatum.* Conſtituiſſe hic ſibi Author videtur animarum præexiſtentiam, quarum aliæ bonæ, aliæ malæ fuerint, non natura quidem & neceſſitate, ſed arbitrio & voluntate. Porro idem ſenſiſſe Philo in locis laudatis certo nobis perſuademus.

Laudes in Sapientiam apud Authorem Libri collatæ, ipſiſſimæ in Philone recurrunt. Hinc enim Philo-dono a Deo conceſſam animabus ab ipſis erepunditis in bonum inelinatis, atque contemplationi vacantibus aſſerit (5); addit prodiiſſe illam ante omnia ſæcula (6): quippe quæ cum Mundus crearetur, miniſterium ſuum exhibuerit (7); quare Deus univerſi pater eſt, inquit, matriſque loco Sapientia habenda. Sapientibus unice regnum, & jura in populos deferenda ſunt (8); ſolique vere divires cenſendi (9). Nihil niſi divinum, ait, in Sapientia, nihil acquiſitu facilius; ſemper eſt enim opportuni præſto, neque ullo unquam tempore paleſtram ſuam claudit (10); ſed auditores quoſcumque & quocumque tempore libens amplectitur, atque inſtructionibus juvat. Sapientia dulcedine ſua, & meracis doctrinæ liquore omnes inebriat; omnes ad potandam ſeientiam invitat; omnes, ut bona interminabilia comparent, etiam atque etiam hortatur. Regibus author eſt Philo, ut cæteris præſtare potiſſimum Sapientia nitantur (11), in qua unice gloriam ſuam, & felicitatem conſtituant. Juvat Principem non humana tantum, ſed & divina callere, ut in medio populi tamquam lex animata obſervetur (12). Hæc totidem fere verbis in Principe optimo a Sapiente expreſſo recurrunt.

Author Sapientiæ de Verbo Dei ſic agit, quaſi de re ab eo, a quo prodit, & a quo miſſum eſt, diſtincta. Virtute poſſet ſumma & ſupernaturali. Hoc Verbo paſtos olim Iſraelitas in deſerto (13); hoc amuleto a vulnere ſerpentum convaluerunt (14); ejus gladio primogeniti Ægyptiorum extincti ſunt (15); ejus tandem miniſterio omnia e nihilo producta (16). Hiſce, ſi alias unquam, Philonis ſenſentia conſonat; quem proinde apertam hauſiſſe Verbi Divini cognitionem ex initio Evangelii S. Joannis autumarunt nonnulli. Nec defuerunt qui crederent, ipſum Evangeliſtam doctrinam ſuam & phraſes ex eodem Philone expreſſiſſe. Itaque Verbum Divinum ſugere tradit hominum obtutum; quippe quod imago ſit expreſſa Dei & rerum omnium creator (17). Addit alibi, Verbum longe mundum univerſum excedere, ac vetuſtate, & amplitudine creaturas omnes vincere (18). Eo ſemel prolato diviſa ſunt & ſeparata elementa (19), & variæ materiæ Univerſi portiones in ſuos ordines, certoique locos diſtributæ. Addit Verbum e Deo genitore prodiiſſe, ſicut & Verbo authori tum Orbis univerſi productionem, cum & ipſi in univerſa Mundi regna imperium referendum (20). Cum de Iſaaco ageret, ſcribit illum numquam a debira in Deum fide receſſiſſe, ſed Verbo Divino mediatori adhæſiſſe; quod ſcilicet Verbum ad nos ſe demittens nos etiam edocendos aſſumeret in eo, quod optimum eſſet, & quid in ſingulis rerum artieulis facto eſſet opus, inſtituit: neque enim dedignatur Deus, ait, noſtris ſe ſenſibus ſubmittere Verbi ſui miniſterio virtutis ſtudioſis opem præſtans (21).

Alterius vitæ pœnæ, & præmia, ſicut & juſtorum retributio & gloria conceptis verbis exprimuntur Sap. 5. 2. &c. nec minus diſerte apud Philonem de profug. & de conſuſ. lingu. Tradit enim Philo, elementa, aerem, ignem, aquam ſimul in ultionem impiorum conſpirare; militat enim, inquit, Deo, a quo in uſum hominum deſtinata ſunt, ut debitam pro vitio ingrati animi, & pravitate illorum exigant ultionem (22). De Cain agens ait, homines arbitrantes corporis mortem ultimum eſſe malorum, nihil cogitare de eo, quod ſubeundum illis ſupereſt coram terrifico ſupremi Judicis tribunali; cum alioqui mors ceu veſtigio quædam futuræ eladis habeuda ſit. Quorum vero cladesilla, & ſupplicium? jugis mors, per ſingulas æternæ vitæ periodos continuata (23): mors ſemper permanens, & mors, ut ita dicam, immortalis. Duo enim ſunt mortis genera: corporea nempe, quæ in medio eſt, atque in bonam, ſive deteriorem partem trahenda. Reſtat altera, quæ mors eſt jugi vita continuata, ſummum plane malorum repuranda.

Docet alibi impios vel productâ ad extremam ſenectutem vita numquam non mori; juſtos vicciſſim vel ſenſibili defunctos vita, vere & ſemper mori perpetua, & interminabili. Ejus rei exemplum exhibet in Nadab & Abiu filiis Aaronis, qui in prima ætatis juventa deceedentes, immortalitate, & incorruptibili coram Domino vita fruuntur (24). Addit alibi diuturnam vitam non annorum numerum ſed actos in juſtitia, & probitate dies conſtituere (25); quæ lanc phraſes omnes e Sapientia expreſſæ videntur, ubi hæc recurrunt c. 4. 7. &c. Non crines cani, ſed vita ab omni crimine immunis, & animi candor ſenem ætatem efficiunt; ſibi charum hominem in prima ætatis juventa e mundo revocaſſe Deum, metu ne quid corruptionis contraheret; tandem qui vitam agit perfectam, illum omnia ſenilis vitæ privilegia adſciſcere.

Quæ Sap. 13. legimus de idololatria, & idololatris ſimillima ſunt iis, quæ a Philone initio Libri de Monarchia diſputantur, ut eadem in mente agitaſſe uterque Scriptor, ſive alter ex altero proſeciſſe videri poſſint. Uterque enim hominum ſtultitiam depingit, quippe qui Dei nomen aſtris conceſſerint, eum potuiſſent mente ſupra creaturas elevata ad ipſum Creatorem, & Moderatorem aſcendere. Locus eſt enim in Libro Philonis de Decalogo pag. 754. & 555. edit. Pariſ. ſimillimus Sap. 15. 15. ubi Numinum imbecillitas pene oculis ſubjicitur, quæ oculis, auribus, manibus, & pedibus inſtructa, vitæ tamen functionibus peragendis ſint prorſus inepta. Infiniti eſſemus, ſi loca ſingula in utroque paralleia

(1) *Sap.* 13. 1. *&c.* (2) *Philo de Profugis. Vide & de conſuſ. linguar. pag.* 259. E. F. (3) *Ita de agricult. pag.* 153. *Vide lib. de ſomniis pag.* 459. (4) *De Gigant. pag.* 222. *& 223. Edit. Pœri de la Revere a.* 1613. *Genevæ. Vide & de Conſuſ. ling. pag.* 270. *C. D.* (5) *Philo de Profug.* (6) *Philo. de Temulent. pag.* 190. D. (7) *Idem, Quod deterior potiori inſidiari ſoleat pag.* 128. *Vide de Charit.* (8) *Idem de Agricul. pag.* 150. (9) *De plantatione Noe pag.* 274. (10) *Quod omnis probus liber.* (11) *De Temulentia pag.* 200. (12) *Idem de Vita Moſis l.* 2. (13) *Sap.* 16. 26. (14) *Sapient.* 16. 12. (15) *Sapient.* 18. 15. (16) *Sap.* 9. 1. (17) *Philo. de Mundi Opific. pag.* 5. (18) *Idem lib.* 2. *Legis Allegor. pag.* 71. (19) *Idem: Quis rer. divin. hæres.* (20) *De opif. Mun. pag.* 3. (21) *De ſomn. pag.* 448. (22) *De Vita Moſi l.* 1. *pag.* 478. (23) *De Præm. & pœn. pag.* 713. (24) *De profug. & vag.* 358. *Vide & Quis Divinit. Rer. hæres?* (25) *De Abraham.*

lela congerenda fuiſſent; ſed ſatis attulimus, ut de utriuſque conſenſu judicium feratur.

Modo de hiſtoriis in Libro Sapientiæ recurrentibus, quæ Moyſis filei repugnantes videntur, nonnulla animadvertenda. Philo de Joſepho agens, tradit illum a Rege Ægypti conſtitutum *Præregem, ſeu ut melius dicam, Regem ejuſdem regionis* [1]. Et plagas Ægypti deſcribens tradit, in regione ſupra Memphim numquam Cœlum pluere, nec hyeme unquam horrere. Quare, ait, nova aeri facies immutata eſt, & naturæ ipſius indolem variari contigit, cum juſſu Moyſis contribuis omnia, fulminibus, pluvia, & grandine inhorruerunt; & quod maximo fuit prodigio, neque imbres inguentes ignem fulgurum extinguebant, ac inter medios ignes grando concreſcebat [2]. In Sap. 16. 18. & 19. 20. patia obſervata recurrunt.

Notat Philo [3], toto triduo tenebrarum Ægypti nec ignem ineendi præ nimborum denſitate potuiſſe; quod item legas Sap. 17. 5. De Manna ſimillima utrinque; illam enim non hominum induſtria, ſed Cœlitus demiſſam eſſam deſcribit Philo [4]; addit inſuper de Profug. pag. 367. protendiſſe illam Divinam Sapientiam, & De Dei Verbum, &, imperium e Cœlo miſſum: quæ ſane quadrant cum verbis Moyſis, docentis non in ſolo pane vivere hominem, ſed etiam in verbo Dei. Veſtes Summi Sacerdotis figurata & allegorica interpretatione exponens, totum in illis Univerſum expreſſum una cum Authore Sapientiæ obſervat [5]. Veſtes enim omnes ſimul mundum, ſingulæ vero varias ipſius partes exprimunt. Ita *Podaris* ſive tunica hyacinthina colore ſuo aerem refert, malogranara limbum ipſius ornantia aquam redunt; flores terram, tintinnabula harmoniam exprimunt ex œconomia partium Mundi, & bene diſpoſitis rebus expreſſam. Deſunt quidem in Textu Hebræo poma granata, & tintinnabula; ſed Philo fidem Septuaginta ſequutus eſt [6]. Referunt hæc omnia ea, quæ Sapiens brevioribus verbis cap. 18. 24. ſcripta reliquit: *In veſte podaris, quam habebat, totus erat orbis terrarum.*

Animadverſione plurima dignum eſt, Philonem verba ipſa Sapientiæ numquam laudare, quod ſane obſervaſſet ſi e Sapiente ſententias referre vel eum Authorem ſequi voluiſſet. Exdem ſunt apud utrumque ſententiæ, methodus, guſtus, iidemque quamvis diverſis expreſſi verbis conceptus; quemadmodum ſolent Authores eoſdem conceptus de eodem argumento in variis ſcriptis Operibus exprimere. Hæc itaque ſpecta ſe eos credimus, qui de Philone, atque Authore Sapientiæ unum, eumdemque Scriptorem fecerunt.

Sed ſtili inter uttumque Authorem diſerepantia validiſſimo eſt argumento, quo unus ab altero diſtinguatur: id tamen priſcos illos Authores a ſua de hac re ſententia non retraxit, quamquam alioqui de ſtili diverſitate, non minus ac Scriptores noſtrates, ferre judicium noſſent. Ipſa enim orationis ſtructura reclamante, obſervarunt per interpvalla in eodem Libro magnificas illas, atque epithetis turgentes Philonis periodos, vividas & pathetieas in picturis phraſes. Si reliqua autem magis ad graviratem, & ſententias compoſita videbantur, quam cetera ejuſdem Authoris Opera; hæc ſane de induſtria a Philone affectata erediderunt, quippe qui prætenſo Salomonis nomine, ad hanc ideam orationem ſuam componeret. Hæc facile tota fuit ratio de ſtili diſerepantia inter utramque Lucubrationem, diſcrepantia, inquam, tota ex argumento Libri, & conſilio Authoris proveniens. Diſſitos enim, planeque varios affectat characteres Author, cum Orationem, cum præcepta, eum epiſtolam, eum carmen ſcribit; in omnibus tamen unus eſt idemque Scriptor.

Quamquam autem Liber certi temporis, & loci indicia rara ſubjiciat, aliqua tamen in illo ſubdorari ea de re licet. Vivebat Author in regione pagana, & facile in Ægypto; quandoque enim in idolatriam Ægyptiorum invehi deprehenditur, carpens bruta, aquam, ignem, ſerpentes, & pernicioſas vieliæque beſtiolas in aris confecratas [7]. Vivebat quo tempore Judæi ſummo habebant honori Paganorum religionem [8]. Idolorum originem accerſit e confecrata a parente ſuperſtite, & de filii letho dolente ejuſdem filii memoria [9]. Quadrant hæc eum ſumma qua Ægyptii in defunctos tenentur, obſervantia, ſient & eum iis, qua de Iſide, & Oſiride ſummis ejuidem gentis Numinibus, feruntur; quorum alterum in populo regnaverat, illa Regi Ægypti, nupta conjugis ſui memoriam cultu ſuperſtitioio conſecraverat. Occurrit etiam apud illum nelcio quæ oppreſſio & perſecutio, qua populus a Prineipibus Paganis affligebatur [10]. Conſonant hæc omnia ætati Philonis, eum ſcilicet in Judæos in Ægypto, & Judæa Imperatores, Præſides, atque vulgares populi omnes conſpiarent.

Si vero Author poſt Jeſu Chriſti obitum ſcribebat, & noſſe paſſionis ipſius hiſtoriam & deſeribere in perfecutione illa Juſti ejuque ſuppliicio poterat [11]. Faeile etiam cum præoculis haberet Chriſtianæ Religionis exordia, & prodigia Evangelii prædieationem conſequentia, augurari ſibi poterat imminentem Idolotum & Idolatriæ everſionem [12]. Tandem eum ſub Imperatoribus ſæviſſimis; & Idolatris ageret, maluit ſub Salomonis perſona inſtructiones ſuas occultare: ſuumque conſilium magis magiſque celaturus, ſtilum etiam affectavit, ut antiquitatis quemdam aetem, & authoritatem ſpiraret. Tuum etiam vix fuiſſet, quantum conjicio, tunc temporis in media utbe Alexandtina Librum Græee ſcriptum ad Principes dirigere, in quo Idola, & Idololatria liberioribus verbis ab Authore reprehenderentur. Facilius Salomon hæc loquens, tutiuſque audiretur.

Cum S. Hieronymus refert, Veteres nonnullos Scriptores authorem Operis Philonem Judæum habuiſſe, nullus dubito, quin Philonem Alexandrinum deſignaret. Eequis enim alter eo nomine tunc temporis innotuerat? Cum autem laudati ab illo ea de re Authores omnium primi diſerte de Authore ejus Operis in Eccleſia vulgato loquantur, eorum ſane authoritas maximi reputanda eſt; ex eo potiſſimum quod poſt ea tempora nemo alium certum ejuſdem Scriptorem prodidit unquam. Ea eſt harum veritatum indoles ut quo magis ad originem ſuam accedunt, eo majorem veritatis fidem obtineant. Porro eorum Scriptorum ætate reeentiſſima erat ejus tei traditio, ac faeile ex ipſis Apoſtolorum æculis in Eccleſiam derivata. Philonis meritum ſatis prædicant magnifica illa de vito Authorum veterum elogia. Non defuiſſe qui erederent ſacris Chriſtianorum addictum fuiſſe, adductis ſupra Eutebii, & S. Hieronymi idem aſſerentium teſtimoniis, probavimus. Calluiſſe illum Veterum leges omnes & doctrinas Eutebius eſt author [13], eloquentiam ejus laudat, ſententias, conceptus, ia Scripturis eruditionem, ſicut & Libros Sacros interpretandi rationem [14]. Si in Catalogo operum Philonis apud S. Hieronymum, & Eutebium, alioſque Liber Sapientiæ deſideratur, hujus tei in cauſa fuiſſe potuit, quod eum ea ætate inter Scripturas Divinas referendum eſſe Opus ambigeretur, abs re proriſus videri poterat, ſi inter Opera Authoris Judæi appareret.

Hæc fere ſunt quæ Philoni Opus vindicant; ſed non tanta profectò, quæ Librum eidem Scriptori adjudicent. Obſtat, & ſemper obſtabit Judaicæ Religionis in Viro profeſſio, quam ſane ulque ad vitæ exitum ſervavit, quamquam alioqui ea ætate viveret,

(1) *De Joſeph. pag.* 424. (2) *Philo De vita Moſis lib.* 1. *p.* 481. (3) *De Vita Moſis lib.* 1. *pag.* 482. (4) *De congreſſ. quær. Erudit. gratia.* (5) *De vita Moſis lib.* 3. *pag.* 519. (6) *Exod.* 28. (7) *Sap.*11. 16. & 16. 1. 9. *Conſer Philon. de Decalog. pag.* 582. & 183. (8) *Sap.* 13. 1. 28. &c. & 14. & 15. 1. &c.

(9) *Sap.* 14. 15. &c. (10) *Sap.* 15. 14. *Omnes enim inſipientes, & infelices ſupra modum animæ ſuperbi, ſunt inimici populi tui, & imperantes illi*, &c. (11) *Sap.* 2. 10. &c. (12) *Sap.* 14. 13.

(13) *Præpar. lib.* 7. *cap.*12. (14) *Idem Hiſt. Eccle. l.* 2. *cap.* 18.

quam pluribus annis Christi obitus præcesserat. Si Evangelii veritatem novit, non illi sane tantum detulit, quantum debuerat. Non est igitur cur per eum virum locutum credamus Spiritum Sanctum, ut Ecclesiam doceret, ejusque opera pararum Librum inter sacros haberi voluisse. Harum sane rationum pondus non sentiunt, qui Sapientiam a Libris Sacris abjudicant; sed in illos hæc habemus in promptu: 1. Stili discrepantiam, 2. Silentium Authorum, ac potissimum Eusebii, & S. Hieronymi, sicut & Photii, Suidæ, aliorumque, inter Opera Philonis nullum huic Scripto locum esse permittentium. 3. Loca ex eo Libro in Evangelio, & Epistolis Apostolicis laudata, quæ sane Opera seu Philonis Operibus vetustiora sunt, seu modico plane tempore post ejus Libros scripta. Vide hæc loca in Prolegomeno superiori expressa. Favet igitur illi inconstans plane traditio, cui si consensus aliquis sententiarum adhibeatur, non ita tamen hæc Philoni peculiaria sunt, quin pariter in Job, Proverbiis, Platone, Ecclesiastico, & Macchabæis paria liceat observare[1]. Apud singulos illos conceptis verbis pœnæ, & retributiones expressæ in altera vita leguntur; Sapientia Deo coæva, Verbum Dei potentissimum, Sapientissimum, quod creare omnia, servare, instruere etiam, punire, præmio donare novit. Communia hæc sunt axiomata apud Judæos ejus ætatis, quæ forte ipse Philo ex iisdem Scriptoribus didicisse poterat.

Apud Origenem nihil satis certi proditur, quemadmodum & apud ceteros post ipsum Patres de Authore ejusdem Operis. Nihil tandem ultra fateri cogimur ex hucusque deductis, quam quod Philo satis cum Authore Sapientiæ consonat, qua in methodo, qua in sententiis fere omnibus; vixisse quin etiam Authorem Sapientiæ in Ægypto ætate non multum remota, & post adornatam a Septuaginta Versionem. Si quis autem studium adhibeat in colligendis utriusque Authoris synanimibus, plura facile congesserit. In Sapientia puerperii tempus intra decem mensium periodum claudituri [2]; in Philone vero intra septem definitur: ut si quæ terminum illum transgressa, nempe si octavo mense mulier enitatur, dilati nimium puerperii ineommoda proles sentiat, vel plerumque vitam non proroget [3]. Diserepant etiam in sententia de hominum formatione, ejusque eum Deo similitudine; in ea est enim Author Sapientiæ opinione, ut homo productus dicatur ad Dei immortalis, & innocentis similitudinem [4]. Ejus nempe hominis corpus e terra deductum in terram reducendum statuit [5], cum vicissim anima a Deo egressa Deum repetat post mortem. Philoni vero ita constituetum est, ut totam Dei cum homine similitudinem ad animam a Deo tantum ab exordio creatam, insitamque ab illo in bonum indolem referat [6]. Addit tamen accitos a Deo in societatem construendi hominis Angelos pravos; quibus authoribus accepto referendam esse itiam in malum propensionem. Quæ plane sententia pernitiosum etiam eo duobus principiis bono pravoque, a Manichæis assertam deinde hæresim, infert.

Grotio Præfat. Sap. Opus esse Judæi creditur, Hebraice scriptum post Esdræ ætatem, & ante Simonem Summum Sacerdotem; quare Libro Ecclesiastici, quem ordine præcedit, vetustius arbitratur. Versionis in Græcum Authorem fuisse credit Christianum aliquem in eadem lingua exercitatissimum, a quo liberius redditum Opus, absque eo quod verbis originalis serviret; hinc, ait, nonnulla e medio Christianismo in Librum derivata funt. Huc referenda quæ de Judicio supremo Justorum, impiorumque, pro meritis in retributione in eo Libro disertius, quam in aliis quibuscumque Hebræorum exprimuntur.

De hoc Grotii systemate universo nullam proferre possumus satis firmam conjecturam. Opus enim Hebraice scriptum fuisse nonnisi divinando assereremus; eum Veteres omnes qua Judæos qua Christianos ea lingua scriptum tatuerit. Porro si quod unquam fuisset, Judæi ne commisissent, ut perirer? Nullum Hebraismi vel sermonis cujusdam exotici vestigium in Versione Græca apparet. Christiana autem dogmata, quæ in Versionem irrepsisse Grotius autumavit, recurunt etiam in Libris Macchabæorum, in Philone, eorumque pars etiam apud Platonem legitur. Namque in Macchab. lib. 1. cap. 6. & 7. in Eccli. 18. & 24. 31. 32. & 33. 10. &c. in Philone in locis supra laudatis, testimonia legimus disertissima de vita Justorum æterna, quemadmodum & æternis impiorum suppliciis. An igitur propterea recensita a Christianis Opera illa suspicabimur? Vivida illa Justi pictura, persecutionibus, & calumniis afflicti, ac tandem violenta morte oppressi, nonne etiam a Platone de Rep. l. 2. exhibetur, ex quo in Ciceronem de Rep. l. 3. & Senecam [7], derivatam seimus? Scitum est etiam, quantum veteres Græci ipsique Judæi Scriptores doctrinæ hujus Philosophi studerent; nec abs re prorsus suspicaremus, Operis hujusce Scriptorem consecrandam duxisse hanc de Viro Justo ideam, latiusque explieandam in Opere hoc Divino suscepisse, asserta in hunc modum e captivitate, qua apud Paganos tenebatur, in libertatem veritate. Ita S. Paulus conceptus interdum, & verba ipsa prophanorum Authorum consecravit [8].

Cornelius a Lapide Præfat. hic autumat, eum Librum Græce scriptum, Judæum habuisse Authorem post regressum e captivitate Babylonica circa tempora Ptolemæi Philadelphi; neque abs re esse arbitratur, si e numero Septuaginta Interpretum aliquem crederet, vel saltem alium quemcumque Sapientem Judæum, qui pro Rege Ægypti ad scribendum se contulerit; est enim Opus, juxta ea supra animadvertimus, ad institutionem Principis destinatum. Refert Aristeas, Philadelphum propositisse singulis Interpretibus quæstionem de optima Reipublicæ administratione. Opinionis vero, quæ olim increbuerat, de Philone ejus Libri Authore, in eausa fuisse existimat æquivocationem in nomine Salomonis. Cum enim Salomon alio nomine *Jedidiah* 2. Reg. 12. 25. appellaretur, quę posteriori vox Dei amicum sonat, & Græci id ipsum explicent nomine *Philos* sive *Philo*: Rabbi Philonem appellaturi, nomen Jedidiah usurpabant. Quare scito nomine *Sapientia Jedidiah*, interpretati sunt: *Sapientia Philonis*.

His conjecturis nihil deest præter rationes, & petita e re argumenta. Quare in re ambigua a dubio non recedamus, libenteique profiteamur ignotum esse hujus Authorem, quamvis Divinum alioqui Opus sit & canonicum, cum nihil in eo defideretur quod Divini Operis numeros impleat. Divinis est enim Institutionibus refertissimum, aperttissima de Jesu Christo, ejusque Passione Oracula, ac tandem veritates exhibet quæque justis, ac sanctis recreandis, terrore vero impiis afficiendis utiles. Accedit Ecclesiæ authoritas, qua in Catalogum Divinorum Librorum eooptatur. Vixisse Authorem post Septuaginta, e quibus etiam tune testimonia laudat, eum ab Hebræo reeedunt, nullus dubito. Scribebat eo tempore, quo allegoriis Eruditi delectabantur. Tandem exercuisse se ie gnaviter demonstrat in Scriptis Philosophorum, & Poetarum Græcorum; qui omnes characteres recentiorem produnt Authorem. Equidem state posteriorem eroderem Scriptore Ecclesiastici, quem sub Rege Ægypti Ptolemæo Epiphane, & Syriæ Antioeho Epiphane constituit; quare vivere potuit sub Macchabæis.

DIS-

(1) Confer. *Sap.* 7. 25. cum *Eccli.* 5. 5. & *Eccli.* 1. 9. 20. cum *Sap.* 1. 5. *&c.* & 7. 22. 23. & 12. 1. *&c.* (2) *Sap.* 7. 2. (3) *Philo de opif. Mundi pag.* 38. *Edit. Parif. & l.* 1. *allegor. Leg.* 9. 42. (4) *Sap.* 2. 23. 24. (5) *Sap.* 15. 8. (6) *Philo de Opif. Mundi pag.* 16. & *de confuſione Lingu.* 9. 347. (7) *Apud Lact. l.* 6. *c.* 17. *ex Senec. lib. Mor. Philoſ.* (8) *Tit.* 1. 12.

DISSERTATIO

De Origine Idololatriæ.

DUos vel tres Idololatriæ fontes indicat Author Sapientiæ. Primus eſt mœſti parentis de amiſſo acerbo funere filio mixtus amore dolor; querendo enim ſolatio ſimulacrum erexit filii ſui, cui una cum univerſa familia divinos honores impendit; ex familia ſuperſtitio in Urbem derivata, & e Numine unius familiæ totius Reipublicæ Deus effectus eſt [1]. Secundus, ſculpti alicujus Operis elegantia, quam ſane dignam Divinitatis ſedem ſtulti homines arbitrati ſunt [2]. Tertius, quod in idem fere recidit [3], cum nempe figulus ſimulacrum ſcite adeo efformavit, ut proinde Divinitati conſecrandum cenſuerit. Calvinus invidiam in Librum Sapientiæ creaturus, quo illum e Canone expungeret, autumavit deprehendiſſe ſe in aſſignanda Idololatriæ origine aperti ſimum in Libro errorem; quare decepti Authoris fœtum alienum eſſe a Deo, omnis veritatis Author, contendit [4].

Honorem Sacri Authoris, ſimulque Eccleſiæ univerſæ, authoritatem Libri tamquam divinam recipientis, vindicaturi, noſtram hanc Diſſertationem inſtituimus de Idololatriæ origine, in qua ne lato quidem ungue a veritate receſſiſſe Authorem ſuſtinemus, oſtendentes noſtiſſe illum omnes Idololatriæ cauſas recenſere, ſicut neque primam originem ejus rei indicare contentum, exempla quædam exhibuiſſe craſſioris illius ſuperſtitionis, Divinos honores fato jam functis mortalibus, atque ſculpeis marmore ſimulacris impendentis. Quamquam ſtulcum hoc Idololatriæ genus recentius ſit, præ altero, quo ſpiritus, aſtra, & elementa colebantur. De his ergo in præſentia, Epicurei, & quicumque Religionis naturalis ſyſtema ſibi fabricarunt, ſtatuunt hominem fortuito caſu emerſiſſe, ſicut & reliquas Orbis partes univerſas, eumque fortuito caſu & per gradus ad uſum ſermonis, ad leges vitæ civilis, ad cultum Deorum & Religionem perveniſſe. Ita ex illis unus ſenſit Statius Theb. lib. 3.

Primus in orbe Deos fecit timor.

Et Horatius.

Jura inventa metu injuſti fateare neceſſe eſt.

Homines ſomniorum phantaſmatibus turbati, ait Lucretius, Deos ſibi ad arbitrium fabricarunt [5]. Cum autem in ſomniis ſpectra quædam ſibi obſervantia animadvertiſſent, quæ corporis proceritate juſtam hominum ſtaturam excederent, ſicut & elegantia ceteris præſtarent, vera eſſe quæ videbant rati, Deos ſibi conſtituendos ſuſceperant. Hinc ſtatuæ, Templa, & per univerſum Orbem Altaria. Aliis interea impoſuit certus aſtrorum motus, fulgor, & nitor, ſicut & amplitudo, cujus impares erant naturalem rationem aſſequendo; quare in eam venerunt cogitationem, ut a potentiſſima quadam re hæc omnia dirigerentur; vel ſaltem aſtra eotidem eſſent Numina, quæ homines in ſua continerent poteſtate.

Sed quantum illi in origine religionis errabant! Non ſane habendi capiti, non timor, non error, non caſus Numinis ideam, & potentiſſimæ rei conceptum hominibus indidit. Hoc enim alta mente inſculptum gerentes, prima Religionis ſemina e primo ortu referimus. Hæc vero ratione fota gratia excluduntur. Quo homines de Numinis exiſtentia ſibi perſuadeant, ipſi conſulant, tum & creaturas reſpiciant, ac tandem rationem docentem audiant. Poſtiſſima Idololatriæ origo ea cenſenda eſt, quæ ex opreſſis natnralis rationis igniculis reſultavit, rerum divinarum ignoratione frigidoque illo torpore, qui homines reddit ſegniores excolendis illis veritatis ſeminibus a natura in eorum mente jactis.

Porphyrius vir doctus, cum inquiſitiſſimo eſſet in Chriſtianos animo, ſimulque intelligeret quantum e re Chriſtianorum fuiſſet impium illud abſurdum craſſumque Idololatriæ commentum, cujus ipſe toram ſentiebat vim, aliud plane a vulgari diverſum excogitavit Religionis ſyſtema. Uſus eſt in eam rem authoritate Theopraſti [6], qui primorum hominum Religionem deſcribens, alterius ſane ſuperſtitionis ideam ingerit, quam quæ deinde obtinuit. Olim, juxta Theophraſtum, nulla erant ad cultum propoſita ſimulacra, nulla operabantur mortales ſacra eruenta, omnia aberant Templa, Aræ, & Sacerdotes deſtinati. Recentiora ſunt, addit, nomina, genealogiæ, atque variorum Deorum inter ſe diſtinctiones. Unum, primumque rerum omnium principium debita puraque ſubjectione & cultu agnoſcebarur; oblatæ illi herbæ, lac, fructus: puræ, & inſontes manus levabantur ad Cœlum; non intermixri liquores libabantur; quibus vero ſui erat ſacrificii Sacerdos. Hanc religionem Porphyrius probavit, in qua potiſſimum, putumque ac genuinum Paganiſmum volebat agnoſci. Hæc inſuper Religio erat Sapientum & Philoſophorum; quare, addit Porphyrius, quam vos impetitis, Chriſtiani, Religio populi eſt vulgaris, & indocti.

Utitur non raro Euſebius teſtimonio Teophraſti, & Porphyrii idololatriæ arguendæ ſimul & ab uſibus in eorum ſuperſtitione regnantibus, plane oppoſitis primorum hominum religioni demonſtrandis. Sed alia plane erat Porphyrii mens; valde enim caviſſet, ut homines ad uſus primevæ Religionis Veterum Patriarcharum revocarer, uti Adam, Abel, Seth, Henoch, Noe, quos ille ne norat quidem; ſed in ſe ſuſcepit a conflata de multiplicitate Deorum & cruentorum ſacrificiorum invidia Paganiſmum vindicare, ſimulque voluit Paganiſmum ſuum reformatum & e vulgari ſubductum magis magiſque commendare. Sed nobis plane non imponer; ſemper enim contra ipſum afferemus, nullam talem Religionem, qualem ille depingit, ullibi apparuiſſe; cujus exempla, ſi quæ forte inveniſſe ſibi confidat, hæc petita ſunt omnia e vera Religione, & veteribus Patriarchis, quibus nihil erat cum Paganis commune. Colebant illi non Cœlum & aſtra, ſive conſtam primi principii notionem, ſed Dominum Deum Omnipotentem Cœli terræque creatorem. Cultus illorum longe erat a ſuperſtitione, nec hominum arbitrio, ſed ex Dei præſcripto indictus. Fruſtra Porphyrius aliique laborarunt, quo ab impacta criminis accuſatione Paganiſmum porgarent. Fonres habuit Idololatria errorem & licentiam; in decurſu acceſſit ſtultitia & crimen; devolvitur in impietatem, & atheiſmum.

Novam de paganiſmi origine ſententiam Philoſophorum alii invexerunt [7]; male enim congeſtam tot portentoſarum fabularum ſtruem non ſuſtinentes, horrentes inſuper ad objecta de Numinibus crimina, & indigno Diis cultu, ſimulque moleſtius ferentes vaganem in incertum eorum genealogiam, commodum ſibi duxerunt, ſi alios habere ſe diceremt Deos, quam quorum invidia onerabantur; neque enim cultum impendere ſe profitebantur hominibus, ſed aſtris & elementis; quem enim Jovem appellabant, ipſum eſſe dicebant Cœlum; Neptunus aqua, Apollo Sol, Diana Luna, Junoaer, Vulcanus ignis, & ſic de ſingulis. Sed Aſtrorum cultus, non minus quam Simulacrorum ſive hominum rationi videtur repugnans; imo potius præ hominum deteſtabilior, præ-

(1) *Sap.* 14. 15. (2) *Sap.* 13. 13: 14. (3) *Sap.* 15. 7. 8. (4) *Inſtit. l. 1. c. 11. §. 8.* (5) *De Rerum natur. l. 5.* (6) *Vide Porph. de Abſtin. anim. & apud Euſ. Præp. Evan. l. 1. & 4. & alibi ſæpius.* (7) *Vide S. Aug. toto lib. 7. de Civ. Dei.*

ſtat enim Creaturam ratione utentem colere, quam inanimem. Sol hominum ſervituti deſtinatus eſt, quare nec homine potiorem meretur honorem. Operam ergo perdebant quicumque fabulam, & Theologiam Paganorum operoſa diſquiſitione explicandam aſſumpſerunt; qua in re, ut Cicero, ſi ſtabulis ſtultis exſplicationes dare laborarent [1]. Paganorum Religio tumultuario opere conſtitit, neque enim Sapientes & prudentia præſtantes viri totum fabricarunt ſyſtema. Primus ejus Author nullam habuit certi ſyſtematis ideam. Vulgus enim indoctus & ſuperſtitioſus Idola primus invexit; Sacerdotes, lucelli cupidi, in abſurda opinione gentem foverunt; acceſſerunt Principes politica ratione ducti; Sapientes adjecti ſunt, metu ne invidiam in ſe populi crearent; quamquam, ut vera dicam, nunquam illi ſerio & data opera idololatriam amplexi ſunt, cujus tamen cæremonias, turbam ſequuti, exequebantur, thure Deum colentes exterius, quem intus in mente deridebant.

Erant inter eos, qui rudem illum errorem vulgo relinquentes, ad ſpiritualia mentem elevabant; quare cum ſimulacro Jovis coram proſternerentur, mentem collebant ad Deum, quem Cœli Creatorem agnoſcebant. Quo ſimul facto, & ſe e reliqua turba ſubducere, & cultum ſuum e communi fœce vindicaſſe ſe autumabant [2].

Pulices illi, qui non ſimulacra, ſed ipſos,
Quique Deum coram corpora vera vident,
Quod queniam nobis invidit inutile ſaxum,
Quos dedit aer, vocis affigimuque colo.
Sic homines novere Deos, quos arduus Æther
Occulit, & colitur pro ſove, forma Jovis.

Quod tantumdem eſſet, ac ſi Jupiter ubicumque ille moveniretur, plus aliquid meretereur honoris, quam ejus ſimulacrum, vel fas eſſet elata ad originalia mente, cultum impendere in virum corruptum & impium. Hanc enim habemus ideam de Jove ceteriſque Numinibus ex hiſtoria & ipſa Paganorum Theologia.

D. Clericus [3] veteriſſimum idololatriæ genus illud habendum eſſe contendit, quod Angelis ſummum impendit honorem. Horum ſane cultus veteriſſimus eſt fine controverſia; cœpit autem primum ex debita illis obſervantia, quam ſibi beneficiis nobis impenſis opeque præſtita conciliaverant. Senſim hæc obſervantia degeneravit in cultum veluti ſecundarium, & cum certa quadam ſubordinatione ad præſtitam ſupremo Numini venerationem; tandem in cultum nulli ſubordinatum & abſolutum. Eodem cum Angelis cenſu habitæ ſunt animæ corporibus ſolutæ, maxime Principum. Venit deinde in mentem, quum animæ iſtæ, vel Genii e corpore ſeparati Aſtris quibuſdam conjungerentur, quorum eſſent veluti animæ, eaque deinde opinio obtinuit. Diluculo apud Orientales Angeli innotuerunt, quibus nihil frequentius in eorum Theologia, nec rarius in S. Scriptura. Ex Oriente in Græciam invexerunt Pythagoras, & Plato, qui in ea fuerunt opinione, ex aere ſive Cœlo animas in corpore demitti, atque ad propria ſtatim remeare poſt corporum reſolutionem. Aſtra vero animæ prædita eſſe habebant perſuaſiſſimum; & in ipſa Scriptura popularia quædam dicta deprehendemus, quæ huic opinioni favere videntur. Hinc aſtra colendi ania data eſt. Ex aſtris transiata in Reges cultus: qua enim obſervantia in viventes ſubditi tenebantur, hanc neque poſt eorum deceſſum depoſuerunt. Ita ſenſim adoleverunt cultus Beli Regis Babyloniæ, Oſiridis Regis Ægypti, Jovis Regis Cretæ.

Veteriſſimum primumque Idololatriæ fontem conſtituit Voſſius de Idololatria *lib. 1. cap. 1.* in recepta de duplici principio, bono nempe & malo opinione. Cum enim bonum æque & malum regnare in mundo homines animadverriſſent, nec uni eidemque Numini ambo illa deberi arbitrarentur: vix enim fieri poſſe rebantur ut e bono Deo tamquam fonte malus eſſet rivulus; duo æqualis potentiæ, æterna pariter, ſed indolis plane oppoſitæ numina invexerunt, quorum illud malo, alterum bono præeſſet; mutuo inſuper inter ſe committerentur, alterum altero deſtruere adnitente. Ex utriuſque ſimulatæ quin & bello factum eſt, inquiunt, ut tandiu mundi creatio differretur, neque enim prius eommiſſum eſt, ut mundus prodiret, quam ut bonum illud Numen malo alteri prævaleret; ſed victus licet malus ille Genius, creatum opus omni, quo potuit, malo aſperſit. Hoc veteriſſimum juxta Voſſium tum Paganæ Superſtitionis ſyſtema, cum prima abſurdæ illius Religionis origo.

Huic ſemel inductæ Religioni altera acceſſit, cultus nempe ſpirituum & maxime Dæmonum, ac tandem animarum Heroum. Conjecturas haſce ſuas nullo exemplo fulcit Voſſius; nec enim certum aliquid in re veteriſſima ſuppetit, ſed conjecturas conjecturis tantum confirmat.

Rem totam Patres (4), qua patte moralem reſpicit, conſiderantes, ſcite animadverterunt, invectam ex peccato & eorruptione hominum in Mundum Idololatriam. Elatæ mentis tumor, effrænis in voluptates licentia, & omnis impatiens voluntas imperii, totidem idololatriæ fontes habendæ ſunt. Quandiu enim homines ingiculos rationis, atque amoris & timoris Dei prima ſemina foverunt, & perſiſtere in obſequio, & cavere a tanto crimine, ne deberum Creatori cultum in Creaturam transferent, viſi ſunt. Sed vix laxatis arbitrio frænis, ut ſe quoeumque ferret voluntas; rapi permitterent, ſtatim pro cujuſque genio Numina invecta, quæ fovere voluptates, non cohibere timore & authoritate ſua poſſent. Religionem ſibi commentitiam formarunt, legeſque præſtituerunt injuſtas. Cum enim partim ab inculpata in mente Numinis idea ſeſe liberare non poſſent, partim vero amore licentiæ raperentur, quam habebant de vero Numine notionem, debitumque ei illum cultum ad ſenſibilia & temporanea tranſtuleruntur. Confuſa interim & vaga retenta idea Summi boni, ſupremæ bonitatis, recti ordinis, ejuſque ſapientiæ, quæ omnia dotes ſunt peculiares Divinitatis, Dei nomine prodiga liberalitate res illas donarunt, in quibus primores aliquas lineas ejus excellentiæ deprehendiſſe ſibi viſi ſunt.

Sanior Scriptorum pars cenſet, Aſtra prima omnium honores ſibi Divinos merito excellentiæ ſuæ, cui Divinum aliquid ineſſe videretur, ſibi a ſtultis hominibus vindicaſſe; certus nec interruptus motus, nitor conſtans, beneficia in uſus hominum collata longe plurima, ipſa animantium & plantarum conſervatio craſſiores illas mentes rapuerunt. Hæc ſane Numina erant elementia prædita, commoda, utilia, quæ nihil exigebant, vetabant nihil, genio indulgebant, nullumque voluptatibus imponebant frænum. Opportuna ſane Numina mortalibus licentiæ amantibus, & voluptatum cupiditate raptis. Aſtrorum cultum pone ſequutus eſt elementorum, ignis, aquæ aeris, terræ, ventorum, cujus invehendi ſtudem ducebantur rationibus. Plus nimio earum dotibus rapiebantur mortales, & beneficia ab illis repenta majori obſequio compenſata voluerunt. Acceſſit de eorum natura ac primi rerum omnium principii ignoratio: Hæc omnia impulerunt homines, ut in eodem Numinum cenſu elementa cum Aſtris cooptarent. Commodiſſima erat Religio, & e re cupiditatis fuerat, ſi Deos ſibi proponeret ad ſuum arbitrium mutoſque.

Neque

(1) *De Nat. Deor. lib. 3. Magnam moleſtiam ſuſcepit primus Zeno, deinde Chryſippus, Commentitiarum fabularum reddere rationem, vide ſi placet Choræmonem apud Porphyrium laudatum ab Euſeb. præp. l. 3. c. 3. pag. 92. 93. Item pag. 100. 101. 108. 111.*

(2) *Ovid. lib. 2. de Pont. Epiſt. 8.* (3) *Clor. Index Philolog. ad hiſt. Philoſoph. Orient. in voce Angelus & aſtra.* (4) *Arnob. orat. contr. Gent. nu. 8. 9. 10. Euſ. præp. lib. 2. cap. 6. Auguſt. de Civ. Dei lib. 7. cap. 33. & 39.*

Neque is licentiæ terminus : translatum Dei nomen rebus inanimatis, ut amnibus, sylvis, fontibus, datum est animantibus, qua utilibus, quæ perniciosis, illis in gratiam acceptæ beneficii, his ne noceret. An impensus hominibus cultus brutorum & elementorum honorem præefferit, in medio relinquimus. Sed certum statuimus & inconcussum, hosce omnes cultus superstitiosos remotissimam sibi vindicasse antiquitatem, sicut & transgressis semel ea parte rationis limitibus, nullam servarunt homines ultra regulam & modum. Quidquid sueverrebat, huic statim offerebantur thura : nemora, lapides, metalla, humana, membra ipsa corporis humani (1), & turpissima etiam vitia conseerata sunt. Ita Venus turpes voluptates særo nomine velavit ; ultio & ambitio in Marte culta est : crapulam Baechus in Aras extulit.

Cultus hominibus impensus plures habuit causas, e. g. amor Sponsæ in Sponsum. Ita Venus Adonidem celeberrimum totius Orientis Numen, Isis Osiridem in toto Ægypto inelytum conseervavit. Timor etiam superstitum Regum, sive amor in mortuos, homines vel gratos pellexit, vel assentatores impulit, ut bonos malosque Principes in Aras exroilexerent. Metus divinos honores impiis, amor bonis conciliavit. Aliam ejus rei originem indieavit Sapientiæ 14. 15. nempe amorem Patris superstitis in filium immatuto fato præreptum. Afflicti enim cordis solatium quæsiturus, exprimendam sibi filii imaginem curavit, quo coram prostratus, quod Dei erat in mortalem hominem contulit. Ita plane Synophanes Ægyptius inter Deos habendum curavit filium suum (2), & Cicero idem sibi præstandum sumpsit eum Tullhola filia sua, quam omnium ptimus veluti Numen invocandam suscepit (3).

Sed quo primum tempore superstitio inecepit, quibus deinde gradibus eleviè? Autumarunt Rabbini, idololatriam ante diluvium obtinuisse, unumque fuisse ex criminibus, quibus Deus provocatus aquas diluvii immisit. Conlonat huic Judæorum opinioni ideæ, quam subjiciunt Sacræ paginæ, & Prophani de priscis illis Gigantibus, viris audacibus, tumidis, impudentibus & procacibus. Exponunt in eum sensum Jocum Geneicos (4), quem e Textu originali ita reddunt : *Tunc cæptum est prophanari nomen Domini*. Sed interpretatio illa nonnisi ferme in Scholis Rabbinicis proponitur ; aliter enim Patres & Interpretes Christiani sententiam exposuerunt. Graeci legunt : *Hic sperare invocare nomen Domini* ; Aquila : *Tunc cæptum est invocari Nomen Domini, sive distingui nomine Domini*. Eo scilicet titulo glotiolo homines Dei servitiis addicti ab impiis distinguebantur. Filii Seth & Enos communi *Filiorum Dei* nomine, posteri Cain *Filii hominum* voeabantur. Hie posterior sensus prioti præstat. Nec tamen inde aliquid inferas, quasi nulla ex tunc idololatria obtineret ; sed nihil inde pro illa infertur.

Patribus nonnullis (5) invectæ primum idololatriæ author post diluvium ereditur Sarug avus Thare, & a Noemo septimus; sed hujus opinionis nullum habemus doeumentum. Diserte quidem Josue 24. 2. 14. asserítur, Thare patrem Abrahami, & ipsum Nachior Paganorum iaeris addictos fuisse ; patia etiam de Abrahimo insinuat ; unde facilis conjectura vetustissimam esse mali illius originem, quippe quod jam inde longe lateque obtinuisset. Idem ante nos animadvertisse Josephus visus est (6), tradens Abrahamum omnium primum singularem Deum propugnasse, cujus unius manu fabricatum Universum stetisset. Avitam hanc superstitionem servavit familia Nachor, regionem Transeuphratheam incolens, quemadmodum ex subiatis furto a Raechele Idolis seu Teraphim Labani

Differt. Calmet. Tom. I.

patris sui intelligimus (7). Facile etiam concedit senior Patrum & Interpretum pars, Abrahamum ejusque parentem cœptum diu ante ipsos errorem sequutos fuisse. Fatetur quidem aliis de Abrahamo aliam fteriffe sententiam (8), avitam ab illo iedem diuteram fustinentibus, perfecutionis ea de re in te concitatæ evitandæ gratia ; sed ea non afferunt fuæ opinionis documenta, quæ invitos cogant.

Nembrod robustum illum venatorem, juxta phrasim Gen. 10. constitutæ Idololatriæ primum authorem receptior sententia tenet. Vir ille omnium mortalium primus, ait Josephus (9), homines in Deum animavit, ad condendam Turrim Babelicam temerario ausu hortatus Fertur & ignis cultum, qui longa ætate manfit, in Chaldæam invexisse (10) ; addunque in eumdem ignem injectum Abrahamum divino prodigio illæsum tecessisse (11). Harum tamen fete omnium traditionum fubsesta est fides, quippe quæ ex Rabbinorum traditione derivatur. Quamquam vero non inviti credimus Nembrodum inter præeipuos turris Babelicæ hortatores fuisse, nullo tamen argumento pertuatum habemus, invectæ in Chaldæam idololatriæ authorem habendum, licet fuisse author potuerit: neque enim hic de eo, quod fieri potuit, sed de eo, quod factum est, agimus.

Alii Idola repetunt ex Cham filio Noe (12) ; alii ex Chanaan ejus filio (* . Ferunt Cham ipsiffimum esse Zoroastrum tota antiquitate celebratissimum ; æque tamen iis, qui de illo agunt, ignotum. Cham authorem dieunt magiæ, & veneficarum artium, quæ ad illam referuntur, addunque Chanaan superstitionem provexisse & cultum Idolorum per Phœnieiam, & in Chananæos posteros suos, ex quibus authoribus longe lateque per Orbem propagata fuit. Sanchoniato apud Eus. Præp. lib. 2. systema exhibet prope absolutum Theologiæ Phœniciæ, quo cœpisse in regione idololatria fere ipfi mundo coæva traditur. Quantum vero ad eos, qui Cham, & Chanaan authores idololatriæ malunt, cum dicitiui nulla afferant doeumenta, certum sane a nobis fidem non exstorquent ; de Sanchoniatone autem seimus conclum eredi a Porphyrio Scriptorem, qualem unquam rerum natura vidit.

Nec meliorem sane merentur fidem afferentes Ninum Assyriæ Regem mortalium omnium primum homines conieraffe (13). Ninus, inquiunt illi, Templum patri suo Belo exeitavit, quod inviolabilis asyli privilegio donatum voluit. Sed Ninus Judeibus Israel suppar erat, juxta Chronologiam Usserii (14) : quare non potuit primus invehæ id ololatriæ author haberi, quippe quæ vetustiorem haberet originem non in Ægypto tantum, sed & in regione transeuphrathæa, quemadmodum ex Teraphim ab avita domo a Raehele fublatis (15), & a Jaeob una cum aliis idolis a familiaribus suis, e regione transeuphrathæa delatis, in Chanaanitide sub terra defossis (16) intelligimus. Tandem in superioribus innuimus, Idolorum cultum in Mesopotamia in domo Thare, ejusque filii obtinuisse. Manet igitur certum, diu ante Belum, & Ninum idololatriam innotuisse. Fatemur quidem in obseuro adhue esse, an homines jam inde divinis honoribus eolerentur ; fieri enim potuit ut ante Belum aftra tantum, & elementa familiaria essent ejus regionis Numina. Sed in re dubia nihil certi asserere audemus.

Ad Ægyptum nos conseramus opottet, ut certius aliquid ea de re investigemus. Josephi ætate dereftabilem illum morem non adhuc familiarem in Ægypto fuisse, Grotius in Gen. autumavit. Ex tunc tamen propensissimam illam gentem seimus in magiam, divinationem, auguria, interpretationem somniorum ; cujus rei argumentum est ea, quam Pharao

(1) *Athan. Orat. contr. Gentil. n. 9.* (2) *Dinophan. Lucadem, apud Fulg. de Diis gentium init.* (3) *Tull. apud Lact. l. 1. cap. 15. de falf. sap.* (4) *Gen. 4. 26. Ar huchal lit sahefchen adonai.* (5) *Epiph. de hæref. lib. 1. Suidas in Sarug.* (6) *Antiq. lib. 1. cap. 9.* (7) *Gen. 31. 19.* (8) *Achior apud Judith 5. 6. 7. 8. Hebræi plerique.* (9) *Antiq. lib. 1. cap. 5. Vide Aug. lib. 16. de Civit. cap. 4.* (10) *Hæ-*

ge Vitterin. in Gen. 10. (11) *Rabb. in Bereschit. Rab. & Hieronymus Q. Hebr. in Gen.* (12) *Cassian. collat. 8. cap. 21.* (* *Lact. de falsa Relig. l. 2.* (13) *Ambrosiast. in cap. 1. Ep. ad Rom. Cyril. contr. Jul. lib. 3. Hieron. in Oseæ 2. Eus. Chron.* (14) Regnum Beli confert ille ad *A. M. 2682. & Nini ad 2737.* (15) *Gen. 31. 19.* (16) *Genes. 35. 4.*

intendit curam, ut somnii sui ænigmata panderentur [1]. Ex tunc eadem obtinebant Sacerdotum Ægyptiorum privilegia [2], quæ diu post manssisse apud Herodotum leginus [3], ac primum concessa ab Osiride Diodorus Siculus l. 2. est author. Inter Ægyptios etiam & Hebræos ex tunc adeo non convenichat, ut ne cibum quidem una capere sustinerent; cujus rei nulla fuisse alia causa videtur, quam quod Ægyptii bruta quædam animalia colerent a Judæis macta tionibus & sacrificiis destinata, insuper certum tenemus, Hebræos contracta in Egypto lue ad Idola proruisse, quod vitio illis a Prophetis vertitur [4]; & in vitulo aureo in itinere per desertum paulo post exitum ab Ægypto [5], sicut & ex Idolis secum in eodem itinere in æditiculis delatis [6], arguitur. Idem produnt Leges Mosaicæ, quæ regnantem jam Idolatriam præsupponunt, longaque ætate jam obtinentem in Ægypto, Chanaanitide, regione Madian, & Moab; Idolatriam, inquam, non alterorum tantum, & circumstorum, sed brutorum etiam & hominum.

Caveri jubet Moyses [7] a cultu simulacri cujuscumque, visibile aliquid, sive cœleste, sive terrestre, live aquatile exhibentis. Ea Lege interdicitur populo cultus astrorum, animalium, & piscium. Vitulus aureus Aarum Deum Ægyptium exprimebat [8]; adicula Moloch, de qua Amos 5. 25. 26. facile sacrum Solis simulacrum claudebat. Caver insuper Moyses, ne hircis, quemadmodum olim factum erat, sacrificia offerrentur [9]; *mortuus* ille, cujus lugere funus populus prohibetur Levit. 19. 28. Osiridem referebat; Beelphegor cujus mysteriis Hebræi pellicentibus fœminis Madianitis initiati sunt [10], Adonidem. Moloch cruentum illud Numen, cui humanis victimis ipsa Moysis ætate litabatur, familiare erat ejus ætatis Idolum [11]. Chananæi, referente Authore Sap. 12. 3. 24. 27. muscas & alia insecta conseravcrant. Apud eumdem Authorem 13. 2. 10. 15. 18. 19. & 16. 1. 2. Ægyptii ejus ætatis exhibentur omni criminum cœno obvoluti, habentes Numina e brutis consecrata, nec tantum mitibus, sed & perniciosissimis & exitialibus. Major regnabat in Chanaanitide corruptio, in qua Aras subverti omnes, sacros lucos succidi, Idola & sepulchra superstitiosa vastari Mosyes Deut. 7. 5. & 12. 3. præcepit. Mentio est etiam apud illum de septis ignem æternum Soli sacrum conservantibus [12].

Hæc certissima, quæ unquam assignari possit, idolatriæ epocha, quamquam non ea est, quæ originem & exordium erroris, imo nec etiam progressum docear. Absoluram enim jam & provectam exhibet superstitionem, cum jam astra, homines, & bruta divinis honoribus gaudcrent; magia, divinatio, & impietas ad summum malorum devenissent; sieut & turpissima quæque vitia superstitiosi cultus propagines, nihil unde crescerent, habercnt ultra [13]. Nihil æque certum, ac vetustum apud profanos Authores occurrit.

Theophrastus apud Porphyrium [14] tradit, jam Inde ab infinita propemodum ætate Ægyptios, mortalium illos sapientissimos, Deorum cœlestium cultum, & sacrificia in suis locis oblata adoptasse; non sacrificia quidem thuris, & aromatum [quæ recentiora sunt] sed virentium herbarum, quas puris manibus lectas Cœlum versus elevatas offerebant, veluti naturæ primitias; terra enim, antequam animalia generaret, plantas produxit. Plantas igitur integras cum foliis, & radicibus evellentes igni imponebant, eo Sacrificio Numinum sibi opem imploraturi. Nec minor erat illis cura æternos ignes sive in Templis, vel in septis ad id consecratis servare. Abhortebant autem adeo, ait ille, ab hac thurium, & cruentorum sacrificiorum, quæ hodie obtinet, profusione, ut inaledictis oncrarent quicumque a veteri illa consuetudine recedere ausi fuissent, cujus hodie memoria quidem superest. Sed & Porphyrium, & Theophrastum provocamus, ut vel unum exemplum proferant cultus eorum, quos appellant, cœlestium Deorum, apud veteres Ægyptios, sicut & Religionis illius commentitiæ, quam illi sibi in mente sua fabricarunt. Non sunt imprœsentiarum hypotheses atque præclaræ rerum ideæ excogitandæ, rerum gestarum verstatem quærimus, & documenta. Certiora profert Scriptura remotissimæ etatis, ultra quæ, si quid habet Porphyrius, & Theophrastus, nullo tamen fatis firmo documento afferuntur.

Diodorus Siculus l. 1. author est, Osiridem Regem Ægypti insigne Templum excitasse Jovi & Junoni parentibus suis; binas in eo ædiculas Jovi consecrasse, quarum alteram de nomine Jovis cœlestis, aliam Jovis Ammonis appellatam voluerit. Ofiris diu ante Moysen vivebat, ejusque ætate aliorum etiam Deorum in Ægypto cultus obtinebat. Jupiter Ammon judicio plurium Eruditorum ipsissimus est Cham pater Mezraim & Regni Ægyptiaci primus author. Phoronæus sive Meropis omnium mortalium primus Templa in Ægypto erexisse, Arnobio contra Gent. lib. 6. creditur; suppar erat autem Abrahamo, cum Apim, qui Memphem habuit deessorem, ad ætatem Isaac Eulebius conferat. Apud Lucianum (*) legimus, Cyniram Vencris Templum longe vetustissimum in monte Libani consecrasse; sed hujus virietates, juxta suppurationem Sochismorum Chronologorum, cum bello Trojano componitur; quare nullum remotissimæ antiquitatis privilegium ex epocha ejus Templi Veneri concedcretur. Refert etiam idem Author, non defuisse, qui primum Templi Deę Syriæ authorem Deucalionem crederent, quem virum alii cum Noe confundunt. Sed hujus opinionis nullum extat documentum.

Rudis ille Idolatriæ mortales & simulacra Divinis honoribus colcnti, nec recens in Græcia inventum est, nec minoris vetustatis, quam ut apud Chaldæos, Phœnicces & Ægyptios obtineret. Docuisse se Græcos duodecim maximorum Numinum doctrinam simul & superstitionem jactitant Ægyptii [15]. Se etiam primos Authores gloriantur Templorum, Altarium & simulacrorum. Assentiuntur & Græci, plura se recepisse ex Ægyptiis profcssi; sed quo potissimum tempore, incertum. Belli Trojani ætate Græcorum religio jam tota obtinebat; non enim duodecim majores Dii desiderabantur, non Sacerdotes, non sacra, non Augures; & hæc e remotissima ætate invecta. Hesiodus Homero suppar, Theogoniam nobis reliquit partim veram, partim commentitiam, quæ a remotissimis fontibus Paganorum Deos deducit. Sed facile ab exteris Genealogias hasce & traditiones acceptas Græci adoptarunt; quemadmodum ex Ægypto deduxisse illos nomina Deorum Herodotus ultro fatetur [16]; tradit enim cæremoniarum partem ad Cadmi & Phœnices in Bœotiam ab illo deductos repetendam fusse; quemadmodum Bacchi solemnia [17] a Melampo instituta, & a Cadmo juxta Herodoti conjecturam adoptata. Deorum vero chronologiam adeo in Græciam celebrem, recentius Græcorum inventum esse censuit, nec nisi post adscitos Deos ab Ægypto [18]. Quin & ipsorum Ægyptiorum confessione, commentitia illa Numina totidem erant veteres Regionis Principes, quorum illi ætatem & genealogiam designabant. Repetebant illos quidem ex remotissima origine; sed vetustatis licet privilegio donati, semper tamen mortales erant, in censum Numinum adlecti, quorum alterum genuerat. Hoc sane apertissimum est documentum vanæ & commentitiæ eorum gentium religionis, & Theologiæ.

Sunt qui maluerint Idololatriæ originem e Phrygiis repetere [19]; alii acceirunt e Meliffo Rege Cretæ. Græci tradunt [20] Cecropem Regem suum omnium

(1) *Gen.* 41. 8. (2) *Gen.* 47. 21. 22. (3) *Lib.* 2. *cap.* 37. (4) *Exech.* 16. 3. 4. 5. *Amos* 5. 25. 26. (5) *Exod.* 32. 4. 5. (6) *Amos* 5. 25 26. *Act.* 7. 42. (7) *Exod.* 20. 4. (8) *Exod.* 32. 4. 5. (9) *Levit.* 18. 7. (10) *Num* 25. 2. 3. (11) *Lev.* 18. 21. & 20. 2. *&c.* (12) *Levit.* 26. 30. (13) *Sap.* 14. 12. (14) *Apud Eus. Prep. l. c. 9. p.* 28. 29. (*) *De Dea Syr.* (15) *Herod. l.* 2. *cap.* 4. (16) *L.* 2. *cap.* 50. (17) *Idem l.* 2. *cap.* 4. (18) *Idem lib.* 2. *cap.* 145. (19) Legc si lubet, *Corn. a Lapid. in Sapient.* 12. (20) *Cyrill. contr. Jul. lib.* 1.

omnium primum ſimulacrum conſecraſſe, cui nomine Jovis donato hoſtiis immolatis litarit. Alii dedicata primum ſimulacra Dedalo authori tribuunt[1]: ſed vir ille ſeulpendi arte eximius, veteres quidem ſtatuas exquiſitiori artificio reformavit, non primus invexit. Ante illum uno æquabili lapidis ductu exprimebantur ſimulacra, qualia etiam noſtra ætate ſpectamus in quibuſdam Ægyptiis monumentis, junctos ſimul pedes & brachia lateribus veluti glutine refrenentia. Rudem etiam ſculpturam Dedalus ita reformavit, ut expreſſa ſealpro ſimulacra propius ad naturam accederent [2]. Quadrant hæc cum traditis Sap. 13. 11. de artificio & ſolertia ſculptorum, quorum expreſſa elegantiſſimo opere ſimulacra multum Idololatriam promoverunt; eleganti enim contuberuio delectari Deos rudes populi opinantes, in ea maxime ſententia confirmati ſunt ex Oraculis, quæ a ſimulacris illis reddi credebant.

Prætereundam cenſemus originem Idololatriæ apud Romanos, Scythas, Germanos, Gallos & Africanos; præterquamquod enim illorum de veteri religione res minus ſunt exploratæ, perſuaſiſſimum etiam habemus, Orientem citius, & maxime Chaldæam, Phœnicieam & Ægyptum, quam Occidentales Populos erroris contagionem ſenſiſſe. Quare, ut Authoris Sapientiæ de origine Idololatriæ ſententiam ab invidia liberemus, non alio quam apud Orientales Populos divertendum eſt nobis. Audiſis ea de re Euſebium Præp. l. 1. cap. 6. & 9. Perſuaſum habet vir ille doctus, Idololatriam in Ægypto cœpiſſe, ac deinde contagione Phœniciis communicatam, unde poſtea terpſit in Græciam, ex qua tandem Barbaræ gentes inſecitæ ſunt. Suspentus Ægyptii ad ſpectum, fulgorem, certique regulis directum Aſtrorum motum, an eam venerunt ſuſpicionem, an Soli & Lunæ Divinum aliquid ineſſet: huic autem Aſtro nomen Oſiridis, alteri vero Iſidis tribuerunt.

Sed negotium faeit operoſiſſimum ætas hujus Numinis, quorum illum Regem fuiſſe Ægypti, alterum Reginam, nemine diffidente, intelligimus. Porro Oüris ipſe in inſcriptione columnæ erectæ in Nyſa Arabiæ Urbe, ita de ſe profiteatur. *Mihi pater Saturnus Deorum omnium ultimus. Sum vero Oſiris Rex, qui universum peregrinati orbem uſque ad deſertos Indorum fines ..... Sum autem Saturni filius grandiſſimus, germen ex pulchro & generoſo ortum, cui non ſimum genus fuit. Neque ullus eſt in Orbe, ad quem non accederim, locus.* Et in altera columna ibi poſita: *Ego iſis ſum Ægypti* Regina Mercurio (five Thaato) *erudita. Quæ ego legavi, nullus ſolvere poterit. Ego ſum Saturni Deorum omnium ultimi filia grandiſſimæ, ego ſum Oſiridis Regis uxor & ſoror. Ego ſum Hori Regis mater.* Habemus hic apertiſſimum de ordine & genealogia eorum Numinum monumentum. Conſtat autem hornm ætatem Aſtrorum in Ægypto cultum præceſſiſſe. Tunc enim primo collata Aſtris hominum nomina; ex quo cultus olim Aſtris impenſus ad homines transtatus eſt. Cum vero ſuccurrit, ut bruta ſimul conſecrarentur, illud etiam infinuatum voluerunt, Deos ſcilicet, ſæviente Tiranno in Cœlum bella, tutum fibi effugium in corpora brutorum quæſiviſſe, ex quo Divini honores brutis collati. Conſtat plane dogma de Metempſycoſi in Ægypto plurimum invaluiſſe, quod multum ad legenda in cenſum Deorum bruta contuliſſe facile credimus.

Phœniees, Euſebii judicio, primo Solem & Lunam coluerunt. Quin & veteſtiſſima fuiſſe Græcorum Numina Solem, Lunam, Aſtra, Cœlum & Terram, Plato autumavit [3]. Ignota erant olim nomina Saturni, Jovis, ceteroramque Deorum, recentiori demde ætate celebratiſſima: ne veniebat quidem in mentem, ut Numinibus illis conſecrarentur Aræ & Templa, crigerentur ſtatuæ, quarum vel ars, ſieut architectura, ac pictura, ignorabatur.

Non abs re prorſus de eodem argumento philoſopharur Lactantius, de falſa Religione l. 1. c. 15. Prio-

res illi homines, inquit, ſylveſtrem agebant duramque vitam: nulli ſubditi Regi, nulli vitæ inſtitutori; quare cum primum contigit, ut regendi populi vir aliquis ſibi curam aſſumeret, traditiſque præceptis ad commodiorem inſtituret vitam, in hunc, ſive accepti beneficii memores, ſive aſſentationis gratia Dei nomen, & ſupremos honores contulerunt. Cum autem ſublatos illos viros aetibo fato dolerent, mœſtitiæ ſuæ ſolatium quæſiverunt, conſtituris ſibi imaginibus, ſive virorum ſimulacris, quæ amiſſorum memoriam revocarent. Neque is finis; exuberantis enim amoris exceſſu, quos homines habuerant beneficos, hos ſibi Deos ut inſtituerent, adducti ſunt. Neque id quidem gratuito; viſum eſt enim eo propoſito exemplo poſteros ad virtutem, & in Republica gerenda elementiam animare. In denſum ſuperſtitio & Idololatria gliſcens per totum Mundum irrepſit, cum eam, qua in veteres Principes tenebantur, obſervantiam teneris Infantibus parentes inſinuarent.

Erant Numina univerſis fere Gentibus communia, uti primi Authores, & Principes magnarum Gentium, ex quibus deducta in varia Orbis loca colonize, Religionem ſimul propagarunt. Aliorum eultus certis cupuidam regionis, Urbis, Inſulæ limitibus definiebatur. Ita Ægyptii Iſidem, Mauri Jubam, Macedones Cabyram, Carthaginenſes Uranum, ſive Cœlum, Latini Faunum, Sabini Saeum, Romani Romulum, Athenæ Minervam, Samos Junonem, Paphos Venerem, Lemnos Vulcanum, Naxos Bacchum, Delphus Apollinem peculiaria numina habebant.

Filiorum in Parentes amor Idololatriæ provehendæ plurimum contulit. Liber, Pan, Mercurius, Apollo, parentem ſuum Jovem Mortalium omnium Primi coluerunt. Æneas Divinos honores Anchiſi Parenti decrevit.

Nunc pateras libate Jovi, precibuſque vocate
Anchiſem Genitorem.

Et Æneid. 5. circa initium, vota illi nuncupari jubet:

Poſcamus ventos, atque hæc mea ſacra quotannis
Urbe velit poſita Templis ſibi ferre dicatis.

Cicero in Conſolatione in obitu Filiæ ſuæ Tulliolæ ita apud ſe reputaſſe prodit [4]: *Cum vero & mares, & fœminas complures ex hominibus in Deorum numero eſſe videamus, & eorum in Urbibus atque agris auguſtiſſima delubra veneremur; aſſentiamur eorum ſabinis, quorum ingeniis & inventis eamem vitam legibus & inſtitutis excultam conſtitutamque habemus. Quod ſi nullum unquam animal conſecrandum fuit, illud profecto fuit. Si Cadmi progenies, aut Amphitryonis, aut Tyndari in Cœlum tollenda fuit, huic quidem bonos everte dicandus: quod quidem faciam: teque omnium optimam, doctiſſimamque approbantibus Diis immortalibus ipſis, in eorum cœtu locatam ad opinionem omnium mortalium conſecrabo.*

Ex hac Ciceronis commentatione facile intelligimus, nihil niſi certum aſſertumque ſtatuiſſe Authorem Sapientiæ, eum inter primas idololatriæ origines locum habuiſſe voluit patris in filium inſantam potius quam amoremz ex quo univerſa in hunc Seriprorem creata invidia evaneſcit. Non ille quidem negat, alias etiam fuiſſe idololatriæ cauſas, cum ille unam potiſſimam diſerte aſſignet, deſcribens cultum a Chananæis & Ægyptiis in Aſtra, elementa & bruta impenſum [5]. Neque id fibi præſtitit in conſilium, ut de omnibus ſingillatim idololatriæ cauſis differeret, id enim ab argumento Operis alienum fuiſſet; cum enim propoſitum tantum haberet, ut idololatriæ abſurda omnia in conſpectu legentium poneret, ſatis erat hæc innuiſſe. Idololatria, quæeumque demum

(1) *Jul. Hygin. l. 1. fabul. c. 274.* (2) Vide *Marſham. Can. Ægypt. Sæcul. 11.* (3) *In Cratyl. apud. Euſ.* (4) *Apud Lact. loc. cit.* (5) *Sap. 13. 1. 2. 3. Aut ignem, aut Spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum ſtellarum, aut nimiam aquam, aut Solem, & lunam Rectores Orbis Terrarum Deos putarunt.*

Differt. Calmet. Tom. I.

ex parte respiciatur, nullam potest causationem obtendere; æque enim semper humano spiritui erat invidiosum, quod debitum Creatori honorem in Creaturam transtulerit, surdis auribus neglectis creaturarum omnium clamoribus illis: *Ipse fecit nos, & non ipsi nos*; neglectis quin etiam propriis cordis vocibus, diserte latis exprimentibus summam rerum omnium perfectionem Deum esse. Probro etiam numquam illi non dabitur, quod in media luce cæcutiens, Deum solum æternum, immutabilem, infinitum, increatum, immortalem non viderit, neque intellexerit Dei nomini æque honoribus imparem semper futurum five hominem quemcumque, five brutum, five quampiam ex rebus a Deo constitutis.

IN LIBRUM ECCLESIASTICI PROLEGOMENON.

ARTICULUS PRIMUS.

Titulus, & Consilium Operis.

Titulus *Ecclesiastici*, apud Latinos vel usum in ecclesiis religiosis in Ecclesia habitis [1] prodit, vel inditus Operi est, quo a Salomonis *Ecclesiaste* id est concionatore, distingueretur, cum alioqui idem sit utriusque Operis scopus, ut scilicet traditis ad officia vitæ institutionibus & regulis, ad sapientiam viam muniat. Inscribitur apud Græcos [*]: *Sapientia Jesu filii Sirach*, five tantum [2] *Sapientia Sirach*, vel *Panaretos Jesu filii Sirach* [3], *Panaretos* Græce sonat omnium virtutum collectio, five liber omnia vitæ officia docens. Vidisse le Opus idem Hebraice inscriptum *Parabola*, testatur Sanctus Hieronymus ibid. qui etiam interdum eumdem Librum laudat sub nomine *Sapientiæ Salomonis*.

Collegit in eo Opere Author plurima ad omnia vitæ officia, & hominum status præcepta; nec intra moralem tantum disciplinam se continet, sed etiwilem etiam, & politicam amplexus, omnibus in quaeumque vitæ necessitate præsto se exhibet. A consilio Operis Salomoniei in eo differt, quod de singulis quibusque articulis differat, ut totum Opus in singula capita uno simul contextu colligata distribui possit: cum vicissim Salomon stilo utatur breviori, nec una contextus serie juncto. Olim singulis Ecclesiastici articulis signt imponebantur tituli, quorum magna pars (uperest in Græco Editionis Romanæ, & in Veteribus Mss.

Præfatio totum Opus præcedit, in qua post celebratas Sapientiæ laudes, ad præcepta stilus vertitur, pluraque ad præcipua vitæ officia utilissima præscribuntur. Idem sequitur Operis tenor usque ad caput 24. unde Sapientia hortatorium ad virtutem sermonem propositis variis ad illam regulis, & præceptis instituit. Verso deinde stilo author *a cap. 42. 15.* primum Dei laudes prosequitur, deinde insertis illustrium virorum gestis fuæ historiam post Adam, Enoch, Noe, usque ad Simonem II. filium Oniæ II. nonnullis Jesu filio Sirach annis ætate seniorem. Claudit tur Opus in postremo capite porrecta ab Authore ad Deum precatione, qua gratias Deo agit, ex evitato ejus ope diserimine, creata sibi coram Rege ab invidis adversariis calumnia. Tum & omnes ad sapientiam invitat. Quare non abs re cum Viro eruditissimo eredimus [4], Jesum filium Sirach in eo Opere unice Salomonis consilium affectasse; primo scriptis, quod ab illo etiam factum scimus, *Parabolis*, five præceptis moralibus; deinde *Ecclesiaste* five concione quadam, in qua Sapientiam verba facientem induxit: tandem *Cantico* in laudem Dei, & insignium gentis fuæ virorum.

ARTICULUS II.

Author Operis.

NON defuerunt inter Veteres plures [5] qui ex argumenti similitudine, five quod Liber cum Salomonieis in eodem volumine jungeretur, eidem Regi tribuerent. Sed Salomone multo recentiorem esse illius Authorem certo certius scimus; laudatur etiam in eodem Salomon ipse, & Reges posteriores; laudantur & Prophetæ, virique insignes, ante & post captivitatem Babylonicam clari, sicut & Simon Summus Sacerdos paulo Machabæis vetustior. Tandem aliqua de se prodit Author, quæ Salomoni nulla ratione conveniunt. Quare ut Salomoni tribuantur similitudo tantum quædam eum Operibus ipsius, & argumenti cognatio efficere potuit; quod in causa fuit non raro, ut adscititium Authoris nomen alieno Operi inscriberetur. *Duo Libri, quorum unus sapientia, alter Ecclesiasticus scribitur, de quadam similitudine Salomonis usſe dicuntur*, ait S. Auguſt. de Doctr. Christiana, lib. 2. cap. 8.

Grotius, & Drusius, sicut & inter Veteres Sanctus Isidorus Hispalensis de Eccles. Offic. lib. 1. capite 12. negant Jesum filium Sirach nomen esse Authoris hujus Operis; sed Interpretis, qui Græce vertit, regnante in Ægypto Ptolemæo Evergete. Sed certior, & reeepta magis opinio, Authorem agnoscit Operis Jesum filium Sirach, & Interpretem alterum Jesum Authoris ex fratre nepotem: eo autem hujus sententiæ doeunente, 2. Interpres in fua præfatione diserte asserit scriptum Hebraice Opus ab avo fuo Jesu [6]. 2. Author in cap. 50. 29. de se scribit [7]; *Doctrinam Sapientiæ, & disciplinæ scripſi in Codice iſto Jeſus filius Sirach*; & in fronte cap. 51. *Oratio Jeſu filii Sirach*; sicut & in capitis hujus decurfu ita de se loquitur, ut omnia eum reliquo opere quadrent. Ita e. g. itinera fua pro studio sapientiæ fuscepta profequitur [8]; Deus & studia, & perfecutiones a se toleratas. Tandem in eam sententiam vulgo nostra ætate omnes iverunt; neque abludunt Patres, cum exactius rem disquirendam fuscepernt. Videsis Eusebium in Chron. S. Hieron. in Dan. 9. S. Auguſt. de Doctr. Christ. lib. 2. capite 8. S. Athan. (9) S. Epiphan. hæref. 8. aliosque plures.

Sancto Athanasio, Sancto Epiphanio, & S. Joanni Damasceno (10) ea sedit sententia, Jesum filium Sirach filium habuisse, & nepotem eodem nomine, & cognomine. Malunt alii, seniorem Jesum Libri Authorem patrem habuisse Sirach, & filium alterum Sirach, ex quo natus *Jesus filius Sirach*, qui Opus vertit. Ne vero nominum similitudo confusionem ingereret, nos, rejectis incertis, certis tantum

(1) *Ifid. Hiſpal. Rabun. lib. 1. de Univerſ. cap. 3.* (*) *Ita Complut. & PP. Græci paſſim.* (2) *Edit. Rom.* (3) *Ita Hier. Præf. in Libb. Salom. & Græci paſſim.* (4) *Valeſ. Not. ad Hiſt. Eccleſ. Euſeb. lib. 4. cap. 22.* (5) *Innoc. 1. Ep. ad Exupер. Concil. Carthag. 3. Origen. hom. 8. in Num. & hom. 2. in Ezech. Baſil. Reg. Iuſius diſputat. reſp. 17. Chryſoſt. in Pſal. 134. Hilar. in Pſal. 144. Cypr. lib. 3. Epiſt. 9. Optat. libro 3. contra Donat. Lac Magn. Serm. 2. de Quadrag. & alii.* (6) *Præfat. in Eccli.* (7) *Eccli. 50. 29. Edit. Rom.* (8) *Eccli. 51. 18.* collatum cum 34. 9. (9) *In Synopſ., ſeu in ea Præf., quæ præfigitur Libro Eccli. in Edit. Complut. 4.* (10) *De Fide Orthod. lib. 4. cap. 18.* Vide etiam *Procop. Præf. in Gen. Auctor. hom. 8. Caſſiod. Inſtit. lib. 1. cap. 13. Peluſiot. lib. 4. Ep. 228.*

tum inhærebimus, Operis Authorem appellantes Jesum filium Sirach; Interpretem vero tantum *Jesum*, cujus posteremi viri parentem tamquam in Scriptura ignotum præteribimus. Hujus interpretis nomen nullo satis certo monumento ievvatur est; quod enim in Præfationis capite scriptum legimus, desideratur in Græco Editionis Romanæ.

Ex Rabbinis & ipsis Christianis Authoribus quidam autumant, *Ben-Sira* Judæum, duplicis proverbiorum alphabeti Scriptorem, eumdem plane esse virum cum Jesu filio Sirach, quemadmodum ex sententiarum utriusque, & nominum similitudine colligere sibi videntur; affinia sunt enim *Ben-Sira*, & *filius Sirach*. Porro duplex illud alphabetum, Hebraicum alterum, illud Chaldæum, una cum Versione sua Latina Fagius edendum curavit Iinæ 1542. Parallelas utriusque sententias, Ben-Sira, & Ecclesiastici, refert Cornelius a Lapide ante Commentaria sua in Ecclesiasticum; & quarum tamen affinitate, quamquam non levi; nihil tamen sibi in patrocinium hujus sententiæ collegisse idem Cornelius videtur. Si Judæis fides, Ben-Sira avum habuit Jeremiam, & filium Uziel, ac nepotem Josephum; quæ si commentitia non sint, plane constat, Jesum filium Sirach Authorem Ecclesiastici multo recentiorem esse præ Ben-Sira; ille enim vivere debuit sive instante, sive paulo post captivitatem Babylonicam; hic vero post Alexandri Magni, & Monarchiæ Ptolemæorum in Ægypto ætatem.

Mihi eamen persuasum est, duos hosce Scriptores in unum eumdemque virum componendos, cum Judæi rerum Chronologicarum, & veterum genealogiarum imperitissimi, variis selectis e libro Ecclesiastici sententiis nomen Ben-Sira inscripserint, quod creato filium viro alteri ab Authore Ecclesiastici; & provectioris ætatis tribuerunt. Porro Librum Ecclesiastici Judæos non latuisse, ex Sancto Hieronymo Præfat. in Libb. Salomonis, vidisse se perhibentis Hebræum Ecclesiastici Codicem inseriptum, *Parabola*, intelligimus. Hebraica etiam testimonia sæpius laudant Rabbini [1]; nec Gemarra filet, agens de lege Talmud lectionem Librorum exterorum prohibente, *volumi*, addit Gemarra, *Ben-Sira*. Addit rationem de inhibenda ejusdem Operis, sed implexam, quam R. Salomon ex positurus, observat, rejectum illud Opus e Canone Scripturarum, quod de personarum Divinarum multiplicitate disertius loqueretur [2]. Idipsum etiam nos observavimus in *Ecclesiast. 4. 9. & 34. 5. & 51. 14.* Malunt alii damnatum Opus in Talmud alium esse Ben-Sira, & præcepta quædam magiæ continere; sed hæc vana sunt commenta, & ludificationes; vera enim excludendi Operis causa sunt testimonia a nobis in Judæos laudata pro astruendo SS. Trinitatis dogmate. Testatur Cornelius a Lapide incidisse se Romæ in scripta quædam *Ben-Sira*, quibus quæstiones & problemata proponuntur, sed futilia plane, & absre, quæ Authorem proderent multo Opere Ecclesiastici recentiorem.

Genebrardus in ea est sententia [3], Jesum filium Sirach genus traxisse Sacerdotale e Jesu filio Josedech, qui sacris præfuit post regressum e captivitate. In Exemplaribus quibusdam Græcis apud Drusium ad cap. 50. 35. ejus genealogia ita dueitur, ut avus viro illi tribuatur Eleazar, pater Sirach Jerosolymita [4]. Sed hæc omnia simul, exceptis iis quæ de patria virt traduntur, fidei sunt subleste. Numquam enim Author de Sacerdotali genere suo termonem habet, quod tamen dissimulandum ab illo numquam videretur. Illud tantum de se memoriæ proditum reliquit, studio scilicet se toeum & itineribus tradidisse [5]; multa subisse diserimina [6]; calumniis apud Regem delatum in tantum devenisse periculum, ut nisi prompta Dei ope subvenirtetur, mors sibi oppetenda fuisset [7]. Prophetam agit (8), & veluti a Deo inspiratum; tandem nepotis ipsius testimonio vir erat profunde in Scriptura litteraturæ fama infignis (9). Ipse etiam de se addit, omnium posteremum apud Hebræos ad moralea sententias scribendas se contulisse (10). Hæc de Authore certa traduntur.

Scilum suum ad Proverbia Salomonis componere studet, cujus Operis sententias plurimas in suum Librum convertit. In elogio Sapientiæ texendo stilum & artem Salomonici (11), & Authoris Sapientiæ (12) affectat. De patre & filio tamquam distinctis viris agit aperrius (13); nec nisi temere asseruit Grotius, loca quædam in Opere recensendo a Christianis adjecta in Librum irrepsisse. Alludit quandoque ex Hebræo ad Græcum, sive e Græco ad Hebræum, ut cum de Sapientia dicit, abditam illam esse & occultam, quemadmodum ex nomine proditur, ubi præ oculis habuisse intelligimus, nomen *Sophiæ* compositum cum Hebræo *Zaphnath*, abditum (14). Ac cum *Men*, meniem, derivat ex Mene, sive Meni, Luna (15). Sedit Authori ea veterum quorundam Philolophorum sententia, quæ Mundum æquilibrio sustineri, ac virtum æqualitate tenuit, ut adnitentibus aliis, resistentibus ceteris, omnia in suspenso starent (16).

ARTICULUS III.

Tempus scripti Operis.

TRES sunt de tempore scripti Operis sententiæ: 1. Scriptum Salomoni deputans ad ejus Regnum revocavit. Sed hæc vana sunt, uti supra factis ostendimus. 2. Ejus ætas cum summo Sacerdotio Eleazari, sive Regno Ptolemæi Regis Ægypti componitur. 3. Revocatur ad ætatem Oniæ III. filii Simonis II. & Antiochi Regis Syriæ. Est igitur utraque hæc sententia in examen revocanda.

Satis Author insinuat vixisse se post Simonem Summum Sacerdotem, cujus velut hominis vita funcris laudes prosequitur (17). Jesus ejus nepos, & Operis ex Hebræo in Græcum Interpres, in Ægyptum venit, atque ad scribendum se contulit sub Ptolemæo Evergete (18), qui deceslorem habuit Ptolemæum Philadelphum. Definienda est igitur ætas Jesu filii Sirach inter Sacerdotium Simonis, & Regnum Evergetis, nempe intra A. M. 3721. quo fato ecssit Simon I. Justus, & 3783. qui emortualis est Ptolemæi Evergetis juxta supputationem Usserii. Ita plane nobiscum sentiunt plerique veteres, atque recentiores Chronologi (19), & Interpretes, qui unum eensent cum virum e Septuagintа Interpretibus, ab Eleazaro Summo Sacerdote ad Ptolemæum Philadelphum missis. Occurrit sane nomen Jesu in Catalogo 70. Interpretum apud Aristæam.

Quicumque Jesum filium Sirach post ætatem Simonis II. revocant, his quidem utuntur principiis, unde conlecrutiones plane contrarias dedueunt. Cum enim circa ea tempora duo innotuerint Simones summi Sacerdotes Judæorum, duo insuper Evergetes Reges Ægypti, ex hisce duobus nominibus Simonis & Evergetis oppolita plane inferri potuerunt. Quo igitur certam de Authoris ætate sententiam feramus, conlulendum est ejus opus, atque rerum ab illo gestarum historia. Insinuat ille, ea ætate gentem suam in summam desolationem deveniise (20); ita enim orationem suam ad Dominum convertit: *Miserere nostri Deus omnium, & respice nos, & offende de nobis lucem miserationum tuarum: & immitte timorem*

(1) Vide *Cornel. a Lap. ad calcem Comment. in Eccli. Addit. de* Ben-Sira. (2) *Cornel. ibid.* (3) *Chronol. pagina 16.* (4) *Ita Basil. Alb. & Asf. Pal.* (5) *Eccli. 51. 28.* collatum cum 34. 10. 11. 12. (6) *Eccli. 34. 13.* (7) *Eccli. 51. 5. 6. 7. 8.* (8) *Eccli. 39. 16. 17. & 24. 46. & 50. 50.* (9) *Eccli. Prolat. & cap. 51. 22. 23.*

(10) *Eccli. 33. 16.* (11) *Proverb. 8.* (12) *Sap. 7. 21. 22. & seqq. & cap. 8.* (13) *Eccli. 51. 14.* (14) *Eccli. 6. 23.* (15) *Eccli. 43. 8.* (16) *Eccli. 42. 25. & 33. 16.* (17) *Eccli. 51. &c.* (18) *Eccli. Prolat.* (19) *Torniell. ad ann. 3798. Genebr. ad an. 3797. Cornel. hic Palac. Janſen. Emanuel Sa.* (20) *Eccli. 36.*

rem tuum super gentes, qui non exquisierunt te, ut cognoscens quia non est Deus nisi tu, & enarrent magnalia tua. Alleva manus tuas super gentes alienas, ut videant potentiam tuam. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis ab eis, ut cognoscant te, sicut & nos cognovimus, quia non est Deus præter te, Domine. Innova signa, & immuta mirabilia. Glorifica manum & brachium dexterum; excita furorem, effunde iram. Tolle adversarium, & afflige inimicum. Festina tempus, & memento finis, ut enarrent mirabilia tua. In ira flammæ devoretur, qui salvatur, & qui pessimant populum tuum, inveniant perditionem. Conterat caput principum inimicorum, dicentium: Non est alius præter nos. Congrega omnes tribus Jacob, ut cognoscant quia non est Deus, nisi tu, & enarrent magnalia tua: & hæreditabit eos sicut ab initio. Miserere plebi tuæ, super quam invocatum est nomen tuum; & Israel, quem cognovisti primogenito tuo. Miserere Civitati sanctificationis tuæ Jerusalem, civitati requiei tuæ. Replo Sion innarrabilibus verbis tuis, & gloria tua populum tuum. Da testimonium his, qui ab initio creaturæ tuæ sunt, & suscita prædicationes, quas locuti sunt in nomine tuo Prophetæ priores. Da mercedem sustinentibus te, ut Prophetæ tui fideles inveniantur, & exaudi orationem servorum tuorum. Et cap. 35. 22. 23. 24. *Dominus non elongabit, sed judicabit justos, & faciet judicium; & fortissimus non habebit in illis patientiam, ut contribules dorsum eorum. Et gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superborum, & sceptra iniquorum contribules; donec judicet judicium plebis suæ, & oblectabit justos misericordia sua.*

Hæ populi oppressi & afflicti voces. Sub Eleazaro autem, & regnante Ptolemæo Philadelpho quietæ erant res Judæorum non in Judæa tantum, sed in Syria, & Ægypto. Non est igitur cur ad eam ætatem revocemus Jesum filium Sirach, eo tempore scribentem, quo rebus Judæorum afflictis, ipse se oppressum Regum superborum jugo gemebat: nempe cum exterarum gentium tyrannide premerentur, & opprimerentur, & calumniis affligerentur Judæi.

Sed satis functo Simone II. Judæorum res in Judæa, Syria, Ægypto turbatæ sunt: quin & eo Pontifice Ptolemæus Philopator Judæos Ægyptios contendos pedibus Elephantum damnavit, quemadmodum in Libro tertio Macchabæorum fuse relatum legimus. Idem Rex aditum in Sanctuarium Templi tentavit, dum sacris præsidet Simon II. quem temerarium viri audum deploravit facile Jesus filius Sirach cap. 50. 4. &c. Cum autem reniterentem sibi Summum Sacerdotem nactus fuisset, ejus rei invidia Judæos Ægyptios oneravit, excitata, quam innuimus, persecutione. Post hæc, jugum Syrorum afflicta Judæa subivit. De Simone II. quatuor filii relicti sunt: Onias III. Jaso, Menelaus, Lysimachus.

Onias II.: alta pace sub Seleuco Rege Syriæ fruebatur (1); brevi tamen afflictio succedit inb Antiocho Epiphane; namque a Sacerdotio remotus idem Onias, nec eodem Rege authore Antiochiæ traditus est. Jason Summum Sacerdotium tradita Regi Ægypti pecunia invasit; invasit eadem arte & Menelaus, pulso Jasone. Tandem Lysimachus sacra Templi Æraria diripiens, lapidibus consectus est. Viris illis perniciosis, excidio Reipublicæ natis, authoribus fœdus cum exterris populis junctum est, invectæ Jerusalem Græcorum ceremoniæ; ex quo factum, ut Judæi quamplurimi ab avitis ritibus & religione deficiscerent, in ultimum fere malorum gentem suam adducentes, quemadmodum fuse relatum est 2. Macch. 4. 1. 2. 3. 5. 7. 23. 33.

Antiochus Epiphanes, omnium, qui Judæos afflixerint post captivitatem, longe iniquissimus, Regnum Syriæ inivit anno 3828. post obitum Simonis II. 22. Hæc facile epocha scripti a Jesu filio Sirach Libri constituenda, unde etiam exordium dueit persequutio in Summum Sacerdotem Oniam ante ejus necem. Cum enim præ oculis habetet Author Judæos a religione deficiscentes, cum afflictas gentis luæ res cernetet, ac fere fe futoris impiissimotum hominum victimam expenus esset; id esse futurorum malorum pdhuc præludium eensuit. Quare ultimum Patriæ fuæ excidium, & rerum sacrarum desolationem, quam imminentem prævidebat, ducens præveniendam, in Ægyptum recessit, ubi posttemos vitæ fuæ annos digerendo Operi impendit. Inde veluti e specula gentis fuæ mala prospiciebat, quarum miseratione ductus, supplicationem illam suam in calce Operis descripsam, sicut & alteram capp. 35. & 36. supra a nobis relatam, habuit.

Hanc, quam fiemavimus, sententiam doctissimi quique nostræ ætatis Chronologi & Interpretes sequuntur (2). Huic etiam accenicmus quicumque in ea sententia sunt, nempe Jesum filium Sirach elogium intexuisse Simonis II. non Simonis I. sive Justi; quamquam de reliquo aliquid a nostro systemate altenum sustinent.

ARTICULUS IV.

De Versionibus Græcis & Latinis Ecclesiastici.

JEsus Scriptoris ejusdem Operis nepos in Præfatione Libro præmissa, satis aperte asserit, se Ecclesiasticum ex Hebræo in Græcum sub Ptolemæo Evergete vertisse. In Ægyptum ille secessit anno 38. Ptolemæi VII. Evergetis ejusdem cognominis secundi. Hebraicum Exemplar, cujus ille versionem adornavit, scriptum facile erat Syriaco, Hebræis tum temporis vernaculo, sermone; quemadmodum & Syriacus erat Codex S. Hieronymo usibus. Facile etiam S. Doctor non aliud vidit Opus, quam alphabeticum *Ben-Sira*, hodie usque Syriace scriptum apud Hebræos servatum. Integrum enim Opus Hebraicum prorsus interiit, & Textus Græcus, qualem nos habemus, Originalis habetur, vel saltem tamquam unica Versio ex originali adornata.

Porro is Græcus Interpres stilo utitur duro & implicato, eamque scribendi rationem sequitur, saporis Græcæ linguæ prorsus jejunam, & verbis originalis unice inhærentem. Hinc factum, ut falebræ quandoque in lectione Operis occurrentes, Lectorem morentur, tymtaxis etiam peccet non raro; uno verbo Hebraismis totus contextus scatet, & phrasibus barbaris, ac irregularibus.

Versionis Latinæ sive Author, sive tempus latent, sed vetustissimam esse constat & primis Ecclesiæ sæculis adornatam; quippe quod in veteribus Patribus uniformia fatis testimonia laudentur. Sua pereeft nostra ætate eadem; quæ olim obtinuit, non enim huic recensendæ laboravit Sanctus Hieronymus. Additamenta quamplurima deprehenduntur, sive quod Interpres ad majorem Operis fidem plures ejusdem sententiæ versiones dare voluerit; sive non satis mentem Authoris expossuisse putiori versione metuens, alteram addiderit; sive glossas quasdam, & expositiones subjecere iisdem sententiis voluit; sive tandem hæc altena manu in ora exemplaris appositæ, tandem injuria Amanuensium in Textum irrepsere. Illud plane constat, additamenta hæc omnia, quæ magno numero spectantur, nonnisi ferme repetitiones, sive expositiones referre sententiarum, sive quæ antea appositæ, sive quæ infra subjiciendæ.

Porro Versionis hujus Authorem confundendum facile credimus cum Interprete Libri Sapientiæ; introbique enim quædam recurrunt voces huic Scriptori peculiares; uti *honestare*, pro locupletare; *honestus* pro divite; *honestas* pro divitiis; *respectus* pro a Deo expetita ultione; *monstra* pro miraculis; *inter-*

(1) *Macch. 3. 1. &c.* (2) *Grot. Bossuet. Serar. in Macch. Ab. Usser. Chronol. Raban. Huge, Lyran. Dionys. bic, Et ex Antiquis Euseb. & Hieron. in Chron. Beda de sex ætatibus Mundi.*

terrogatio pro pœna : Eadem utrobique religio ſpectatur in verſendis ſingulis Originalis vocibus, ſicut nec in Sapientia rara ſunt additamenta quædam, ex ipſo, uti quidem videtur, Verſionis Authore derivata. Parem quoque ambo affectant ſtili inſuavitatem, & ambiguitatem, quamquam Sapientiæ præ Eccleſiaſtico felicior ſit ſtilus, quod Græcum habeat elegantius.

Hæc autem additamenta, in Latina Verſione frequentiſſima, a Græca uſque adeo aliena non ſunt, quin aliqua in ea deprehendantur, quæ fruſtra in Latina quæras, & a nobis ſuis loeis Lectori obſervanda exhibita ſunt. Variant etiam ſæpiſſime inter ſe Græca Exemplaria. Editio Romana Sixti V. puriſſima eſt omnium; Complutenſis ad Vulgatæ fidem exactior. Variantia in Exemplaribus Græcis magno adeo numero ſpectantur, ut omnia retuliſſe arduum nobis viſum ſit; quare præcipuis adnotatis, reliquas omiſimus: Qui plenius ea de re inſtrui cupit, adeat Notas Hælehelii, & Druſii, qui argumentum ſuſius proſequuntur. Nec prætereundum ducimus, in optimis Græcis Editionibus capitum ordinem inverſum occurrere a verſu 26. cap. 30. uſque ad caput 36. qua de re ſuprà Lectorem [1]. Olim variii in Græco tituli præfixi erant, varia ab Authore agitata argumenta diſtinguentes; e quibus plures adhuc ſpectantur in Editione Romana, maxime poſt capp. 18. & 19. Dolemus autem, non omnes ſupereſſe, quo exactior ſervaretur ordo in capitibus diſponendis, qui ſane capitum ordo connexui recte non ſervit.

Geminæ Præfationes toti Operi præponuntur; quarum altera in Latinis Exemplaribus Vulgatæ, & in Græco Editionis Romanæ legitur. Canonicam obtinet authoritatem Scriptoribus nonnullis [2], utpote quæ pars ſit Operis canonici; quamquam alium habeat ab Authore Libri Scriptorem, neque Spiritum Authoris neporem, ejuſdem Operis Interpretem. Alii tamen Divinam ab illo authoritatem abjudicant [3], nec immerito, cum Authorem habeat non Sacrum. Altera Præfatio in Græco Polyglottorum Antuerpienſium, & in Græcis Editionibus idem exemplar ſecutis legitur; deeſt tamen in Editione Romana, ſicut in vetuſtiſſimis, optimisque Exemplaribus. Scitum eſt, nullo penitus refragante, derivatam illam e Synopſi Sancti Athanaſii nomine inſcripta; quare neque canonica eſt, neque majorem vindicat authoritatem, quam ipſe Synopſis Author mereatur. Nos Galliee translatam dedimus cum notis. Ejus Author geminos Jeſus filios Siraeh agnoſcit, Authorem nempe Operis, & Interpretem; quæ ſane ſententia plures obtinuit patronos, maxime apud Græcos; ſed Interpretem avo ſuo cognominem fuiſſe, nullo ſaris firmo documento docemur; quin nec ſaris de nomine Jeſu conſtat, cujus tota fides ex Græcis monumentis, & traditione repetitur. Urraque hæc Præfatio deeſt in Verſionibus Syriacis, & Arabicis.

ARTICULUS V.

De authoritate Eccleſiaſtici.

DEfiderari Opus illud in Canone Hebræorum conſtat inter omnes; & cum alioqui ejus ſententias non raro laudare Hebræi deprehendantur, ejus tamen authoritatem longe habent a Divina. Veteres Eccleſiæ Patres, qui ſcripſerunt Librorum Sacrorum Catalogum poſteritati tradiderunt [4], eum intra fines tantum Judaici canonis eſſe continuerint, volentes eos tantum exhibere Libros, qui nulla controverſia apud Judæos æque, ac Chriſtianos recipiebantur, Eccleſiaſticum excluſerunt. Apertius aliquid de eodem Libro aſſerit Sanctus Hieronymus Præf. in Libb. Salom. legi nempe in Eccleſia : *ad ædificationem plebis, non ad authoritatem Eccleſiaſticorum dogmatum confirmandam.* Hunc Librum, quemadmodum & alterum Sapientiæ appellant Veteres *Libros contextatos*, five *Libros Eccleſiaſticos : Non canonici, ſed Eccleſiaſtici a Majoribus appellati ſunt*, ait Rufinus in expoſit. Symb.

Hodie tamen receptum in Eccleſia Catholica dogma tenet, hunc Librum parem habere authoritatem cum ceteris in Canone Judæorum receptis Scripturis. Nullo etiam negotio demonſtraretur e teſtimoniis Patrum omnium ſæculorum, ſicut & omnium Eccleſiarum traditione, ſcriptum illud ſemper canonicam obtinuiſſe apud Eccleſiaſticos Scriptores authoritatem. Quin & Patres ipſi, quos tamquam ejus authoritati iniquiores ſupra laudavimus, teſtimonia ex eo deduxunt, ramquam e Sacra Scriptura petita. Hæc obſervare licet apud Origenem [5], in Sancto Athanaſio de Virginibus ex Eccli. 13. 1. in Sancto Cyrillo Jeroſolymitano Catech. 6. ex Eccleſ. 3. 13. 22. in Sancto Gregorio Nazianzeno contra Julian. Orat. 1. ex Eccli. 3. 11. in Sancto Hieronymo in Epiſt. ad Julian. cujus hæc ſunt verba : *Divina Scriptura loquitur : Muſice in luctu inoportuna narratio.* Idem eſt apud Sanctum Epiphanium Ancorat. cap. 12. ex Eccli. 3. 22. 23. in Sancto Damaſceno Orat. 1. de Dormit. Deiparæ ex Eccli. 11. 30. in Sancto Hilario in Pſal. 140. ex Eccli. 28. 28. 29. aliiſque.

Spectatur traditio Græcæ Eccleſiæ in teſtimoniis S. Clementis Alexandrini Strom. lib. 1. cap. 8. & libro 7. Euſebii Cæſarienſis Præp. lib. 8. cap. 8. Sancti Iſidori Peluſiotæ Epiſt. 206. ex Eccli. 25. 12. Sancti Baſilii Magni in cap. 8. Iſaiæ, & Regulis brevior. quæſt. 104. Sancti Gregorii Nyſſeni hom. 3. in Eccl. Sancti Cyrilli Alexandrini Orat. Epheſi habita, antequam a Comite comprehenderetur; Sancti Joannis Chryſoſtomi hom. 23. ad populum [6]; S. Ephrem adverſus improbas mulieres, Sancti Anaſtaſii Antiocheni in Hexaemer. lib. 9. ut ceteros jam laudatos omittam.

Eccleſiæ Latinæ Occidentalis teſtimonia frequentia ſunt, & perſpicua. De ſententia Eccleſiæ Africanæ nihil eſt quod ambigamus, poſt expreſſam luculenter fidem ſuam in Conc. III. Carthaginenſi can. 47. ubi in Canone Scripturarum quinque Salomonis Libri reconſentur, videlicet Proverbia, Eccleſiaſtes, Cantica, Sapientia, & Eccleſiaſticus. Tertullianus [7], & Sanctus Cyprianus [8] frequentes ſunt in teſtimoniis ex eo petendis; & quod maxime animadverrendum eſt, idem Sanctus Cyprianus ceterique in Concilio coacti pro controverſia de Baptiſmo Hæreticorum dirimenda, opinionis ſuæ patrocinium poſtiſſimum quærebant ex illo Eccli. 34. 30. *Qui baptizatur a mortuo, quid proficit lavatio ejus ?* Hoc plane teſtimonium, niſi ex Opere canonico petitum, facile plane eludere potuiſſent ſententiæ contrariæ patroni; quod tamen ab illis numquam factum ſcimus. Quin & S. Auguſtinus de Baptiſmo lib. 6. capite 34. ſedulo omnia S. Cypriani ceterorumque argumenta ſolvens, non minori cura teſtimonium illud exponendum aſſumit.

Cum maxime ferverent de gratia diſputationes ſub S. Auguſtino, Vir ille ſanctus ex eodem Libro, non ſecus ac ex aliis Sacræ Scripturæ, teſtimonia pro libero arbitrio adſtruendo promebat [9]. Paria obſervabat S. Proſper ejus diſcipulus in Gallia, dum ſtilum adverſus Caſſianum acueret [10]. Idem præſti-

(1) Vide etiam *noſtrum Comment. ad finem capite* 30.
(2) *Vide Greſ. Defenſ. Bell. 1. lib. 1. cap. 14. pag. 168.*
(3) *Cornel. a Lap. ad caput Prologi, Janſen. alii.*
(4) *Melit. Ep. ad Oneſim. Origen. Expoſit. 1. Pſal. Athan. Ep. feſtal. Author Synopſ. ſub ejus nomine, Nazianz. carm. ad Seleuc. Cyrill. Jeroſol. Epiſp. de pond. & menſ. Damaſc. de Fide Orthod. lib. 4. Conc. Laodic. cap. ult. Hilar. Prolat. in Pſſ. Ruſin. Expoſit. Symb.*

(5) *In Exech. hom. 11. Quid enim ait Scriptura ? quid ſuperbis terra, & cinis, & in vita ejus projecit intereana ejus. Ex Eccli. 10. 9. 10. Vide & contra Celſ. lib. 6.*
(6) *Vide & Hom. 15. ad eumdam populum.* (7) *De Exhort. caſtit. cap. 12. ex Eccli. 15. 18.* (8) *Ep. 65. & de Opere, & Eleemoſ.* (9) *De grat. & lib. arbitr. libro 2. cap. 11. ex Eccli. 15. 1. & alibi ſæpius.* (10) *Contra Collat. num. 40. & alibi ſæpius.*

stitit Cassianus ipse [1], Sanctus Fulgentius de Remiss. peccat. lib. 1. cap. 12. Optatus contra Parmenianum lib. 3. ex Eccli. 3. 33. & 19.15. S. Ambrosius de bono mortis cap. 8. & lib. 4. de Fide cap. 4. Sanctus Paulinus, seu alius Ep. ad Celantiam, S. Leo Magnus serm. 91. ex Eccli. 18.30. Julianus Pomerius de vita Contemplativa lib. 1. cap. 8. Salvianus ad Ecclesiam Cathol. lib. 3. aliique plures de authoritate hujus Libri ne ambigentes quidem.

Accedit consensus Ecclesiarum Galliæ, & Germaniæ in Concilio Francofordiensi coëuntium [2]; Hispaniarum in Concilio Toletano VIII. can. 9. ex Eccli 19. 1. Orientalium in Concilio Ephesino cap. 7. in Ep. Synod. ad Synod. Pamphiliæ; quæ omnes veluti canonicum Opus, ac paris cum reliquis Scripturis authoritatis laudant. Tandem Concilium Tridentinum Sess. 4. in Canonem Scripturarum hunc Librum adlegit, omni perplexitate submota, quæ animos quorumdam e nonnullis Veterum testimoniis detinebat.

DISSERTATIO

De Funeribus & Sepulturis Hebræorum.

Quæcumque politiores gentes nihil unquam habuerunt antiquius, quam ut mortuorum sepulturas curarent. Hanc tantum curam solæ mortalium gentes quædam barbaræ, uti Scythæ, Thraces, & Hircani, una cum humanitate ipsa exnerunt. Ceterum Hebræis adeo res cordi fuit, ut nullis per Orbem populis neque Ægyptiis, omnium superstitiosissimis, concederent. Ad id officii tum plura utrobique illos populos impellebant, cum illud potissimum, quod de animæ immortalitate recta sentirent [3]. *Animas*, ait Tacitus Annal. cap. 5. de Judæis, *prælio aut supplitiis peremptorum æternas putant. Hinc generandi amor, & moriendi contemptus.* Condendo in tumulum corpori Saræ uxoris suæ Abraham duplicem speluncam, ut sibi etiam susipue locus maneret, soluto pretio emit. Fratres suos Joseph obtestabatur, ut ex Ægypto fecedentes, una secum in Terram Promissionis cineres suos deferrent [4]. Amplissimorum virorum, & illustrium fœminarum sepulchra sedulo in S. Scriptura notantur; in qua pariter ultimi supplicii loco privandi impii honore sepulchri denunciantur [5]. Mortuorum luctus & sepulturam curare, sicut & dapes ad tumulos afferre, potissima erat piorum hominum occupatio [6].

Vix animam effluverat quisquam, statim res omnes & utensilia ejus cubiculi labem quamdam contrahebant, non nisi post septem dies eluendam [7]. Idem & cum iis fervatum, qui cadaver, vel sepulchrum, sive ossa aliqua defuncti contigissent. Hic autem expiationis ritus. Assumptum aliquid cineris vaccæ rufæ die expiationis solemnis a Summo Sacerdote immolatæ, in vas aqua plenum injiciebatur. Hac deinde aqua intincto hyssopo a viro mundo aspergebantur cubiculum, utensilia, & quidquid aliud maculam contrahi existimabant. Statæ tunc hujus cæremoniæ dies tertia & septima: cujus posteriore diei expiatione peracta, balneo omnia eluebantur, qua vir pollutus, qua ejus vestes; post hæc pura omnia. Ex Rabbinorum doctrina labes de mortuo tunc demum contrahebatur, cum defunctus ex Judæis esset [8]; Pagani enim, inquiunt, superitites quidem, accedentes ad ea omnes inquinant; post obitum puri ipsi nihil contingentibus labis inferunt; cum vicissim Israelitæ superstites odorem puritatis exhalent, quo per nares sanctitas infinuatur; defunctorum vero cadavera, quod Spiritus Sancti una cum anima avolantis contubernio privata sint, nonnisi corruptionem spirant & tabem. Sexcenta hujus saporis venditant de eodem argumento Judæorum Doctores, quæ frivola sunt maxime & inutilia; cum post Templi eversionem hæ cæremoniæ omnes apud Judæos obsoleverint [9].

De funerum apparatu rituque pauca Scriptura, plurima Rabbini (10). Graviter deeumbens Israelita coram decem viris & Rabbino ad id accitis crimina sua confitetur, cujus confessionis formula rudibus & indoctis alphabetico ordine digesta est, singulis alphabeti literis singula & frequentiora crimina continentibus. Doctores per le vitæ fuæ crimina, non de scripto, recitant, ea plane disciplina quæ apud nos servatur. Fidei quædam professio ab ægroto exigitur; exquiriturque potissimum, num venturum Messiam expectet; tum æger Deum rogat; ut corporis & animæ sibi valetudinem restituat, quemadmodum olim Ezechiæ (11); poscere autem le, addit, siquidem hora suprema jam venerit, ut crimina quæ toto vitæ decursu sive prudenti sive imprudenti obrepserunt, morte ipsa eluantur. Orationem demum claudens, concedi sibi postulat locum in Paradiso, & in sæculo futuro sedem, quæ Justis refervatur, sicut & tutum ad vitam æternam iter demonstrari. Post absolutam hujus precationis formulam, amici Synagogam petentes, *pro ipso*, sed alio obtento nomine, Deum rogant, eo veluti indicio infinuantes, in alterum illum virum, priori vita reformata, transiisse.

Viris religionis sive litteraturæ fama insignibus supremum spiritum acturis assistere in religionis partem ducunt, sperantes inde sibi sanctitatis plurimum proventurum, juxta illud *Psal.* 48. 11. *Non videbit interitum, cum viderit Sapientes morientes*. Nihil hic detortam explicationem moramur, contenti Judæorum ritus exponere. Sunt qui morientes osculentur, quasi ultimos halitus excepturi; quod e veteri more petitum esse intelligimus ex Philone Jacob inducente, in argumentum luctus pro inspirato in Josephi obitu nuncio, id sibi in memoriam revocantem, nempe nec decedentis oculos clausisse se, nec supremam dedisse oscula (12). Sunt qui in hunc sensum exponant illud Deuter. 34. 5. *Mortuus est Moyses jubente Domino*, vel Justa Hebræum, *Juxta os Domini*, nempe *in osculo Domini*: ita, inquam, exponant, quasi Deus supremo hoc humanitatis officio dignari amicum & in osculo ejus animam excipere voluerit. Joleph defuncto jam patri supremum osculum impressit (13). Nihil eo more apud Paganos familiarius; supremum decedentium spiritum osculo legebant, supremoque excipiebant spiritus in signum amoris & charitatis (14).

Horentemque animam non tristis in ora mariti
Transfulit.

Ea-

(1) *Collat.* 13. *cap.* 12. *Collat.* 6. *cap.* 16. *Collat.* 2. *capite* 13. (2) *Conc. Francford. ex Eccli.* 3. 22. (3) *Herod. de Ægyptiis lib.* 2. *cap.* 123. (4) *Gen.* 23. 4. *de Abraham, & Gen.* 50. 24. *de Joseph.* (5) *Eccles.* 6. 3. *Jerem.* 8. 2. & 22. 14. & 2. *Mac.* 5. 10. & 9. 4. (6) *Tob.* 2. 20. & 3. 10. & 6. 18. (7) *Num.* 19. 14. 15. (8) *Vide Jo: Nicolai de Sepulch. Hebr. lib.* 3. *cap.* 3. *Basnag. Histor. Jud. lib.* 7. *cap.* 25. *Gallice.* (9) *Vide Leo Moden. Cerem. Jud. p.* 1. *cap.* 8. (10) *Vide Buxtorf. Syn. Jud. capite* 25. *& Leon. Moden. p.* 5. *capite* 8. *Basnag. Hist. Jud.* 10. 5. *lib.* 7. *cap.* 24. (11) 4. *Reg.* 22. 2. (12) *Philo de Joseph.* (13) *Gen.* 50. 1. (14) *Statius.*

Eadem mortuos osculandi ceremonia olim ad Christianos, ne Sæculo tibus quidem exceptis, derivata [1]; quod deinde Concilii Autissiodorensis can. 12. sanctione vetitum est. Egredientem jam animam adstantes scissione vestium prosequuntur, quæ olim sinceri doloris significatio, hodie vero mera est ceremonia, cum & pretiosioribus vestibus sedulo parcere curent, & imum vestium limbum ad latitudinem exciter palmæ scindant. Ex Rabbinorum vero doctrina scissionem illam in obitu extranei post 30. dies fieri licet; in obitu consanguinei proximioris numquam licere. E veteri consuetudine receptum tenent, omnem, quæ forte in domo fuerit, aquam in viciuia effundi, sive eam significationem lotimi doloris exhibentes, sive eo indicio de obitu alienjus dato, vicinos ad lacrymas provocaturi. Rabbini tamen docent [2], contractum ab ea aqua virus, quod Angeli interfectoris gladium eluerit; hinc, ne cui noceat, projicitur. De Angelo mortis fermo est in Græco Job cap. 20. 25. & 23. 23. 24. & nos fusius egimus in Dissertatione de exæde exercitus Sennacherib.

His peractis, solum panno insternitur, depositique super illud cadaveris os sudario obducitur; neque enim defuncti vultum aspicere fas est. Causam addunt hujus ceremoniæ, ne scilicet longioris inediæ, & durioris vitæ malis exteouata egenorum facies ob adstantes magis confundatur. Dein pollex manus interius replicatur, quem situm eum rigentes digiti ægre patiantur, flammibus quibusdam e floceo Taled ejusdem defuncti continentur: sic autem coactus pollex figuram aliquam nominis *Saddai* reddit. Reliqui digiti, præter pollicem, manent extenti rigentesque, quo scilicet, inquiunt Rabbini, documento sint, homines, cum satis eedunt, omnia simul deferere; cum vicissim infantes stricto pugno nascantur, ut eo naturæ magisterio diteamus ingredi illos terram in possessionem divitiarum omnium a Deo immissos. Incendimur cereus, sive lucerna, & ad pedes, sive ad caput defuncti, quamdiu in terra jacet, apponitur; neque enim id est omnibus Hebræis in ea re usus. Ratio hujus ceremoniæ portentosa. In Collatione habita eum Judæis coram Pontifice an. 1412. asseruntur, quod incendendum cereum illum erediderint, ut viam monstrer animæ priftinum corporis domicilium quærirtanti; fiet enim facilius, ut luminis ductu recta ad illud ducantur [3], & alioqui dispositæ sint ad ejus ingressum. Reponebant tamen Judæi, eam a se cavlumniam amoventes; id enim fieri a se diebant, ut fortilegorum absurdas opiniones riderent, autumnantium ex incenso coram defuncto cereo separatam a corpore animam vehementer torqueri.

Secundum hæc, calenti aqua, in qua herbæ odoratæ, & aromata, corpus abluitur, quæ sane consuetudo apud Judæos vetustissima [4], Paganos ipsos non latuit. Ad fœminas plerumque manus illud demandatur, ad quas etiam spectat femoralia defunctis, & subneulam inducere [5]. Sunt ramen qui viros viris lavandis, fœminas fœminis destinras contendant [6]; fed priorem obtinuisse apud Judæos æque ac Paganos consuetudinem, ex pluribus testimoniis conviuci videmur. Socrates, antequam eicutam biberet, corpus suum lavit, ut scilicet ejus lavandi post obitum labore fœminas relevaret (7). Supra indusium vestis alia brevior carbasina additur, quali usebatur veste defunctus ille, dum viveret, die Expiationis solemnis: additur & *Taled*, quadratus nempe pannus cum ansulis ad latera: ac tandem album quoddam capitis ornamentum. Tum feretro imponitur, cujus imus fundus linteo obducitur: addito etiam & altero linteo, quo totum corpus tegitur. Addunt nonnulli, eoamam detinctis abscindi solitam, antequam tumulo inferantur (8).

De feretris, ornamentifque eorum, qui funus comitantur, non una eft ratio. Si vir litteratus obierit, Libris ornatur ferretrum, si amplissimus aliquis vir, feretrum alicubi acutam exhibet formam. Interdum pullum aliquod stratum totum funus segit. Trahunt veteri olim consuetudine servatum, ut defunctorum corpora pretiosissimis, & ornatissimis vestibus induerentur, cujus pompæ dispendio eum indigentes non sustinerent, totum vettere cogebantur (9). Sed, addunt, Gamaliel Doctor pernicioſam consuetudinem abrogavit, constituens, ut corpus nonnisi lineo regereturr: qui deinde mos adeo obtinuit, ut nec cum Regibus alia servaretur consuetudo; simplici enim obvoluti linteo tumulo inferebantur. Sed variant in ea re Scriptorum sententiæ: quæ prior propofita eft, faniorem habet eorumdem Scriptorum partem (10). Regum cadavera diademate redimita, & seeptrum tenentia mandari sepulturæ Schikardus animadvertit, reliquæ vero eorum vestes, quod nemini poſt eorum mortem illis uti fas eſset, igni absumebantur. Sed operæ pretium eſt lectores monere, hæc omnia nonnisi Rabbinorum fide in rebus vetustis suspecta tradi. Narrat Josephus, in eodem cum Davide tumulo ingentes auri thesaurus reconditos (11), qua in re Historici fides nutrar. In funebri pompa Herodis Magni (*), idem Historicus testatur, ad pompam & magnificentiam nihil reliqui factum fuisse; Regalia omnia ornamenta expofita, cum ad tumulum cadaver inferretur; feretrum solido auro conflatisse gemmisq ornatum, velo purpureo auro ornato obductum cadaver, quod in lecto jacebat purpurea veste amictum, cum aureo diademate, & seeptro. Legimus 2. Paral. 16. 14. cadaver Regis Asa lectulo impositum fuisse aromatibus perfuto. Paria de lectis mortuorum legimus apud Veteres Romanos & Græcos: sed & plures ad augendam funebrem pompam lectos adhibitos fuisse, cum viri aliqui insignes ad tumulum ducerentur, fetmus. Apud Rabbinos lecti nomen usurpatur de feretro, quo corpus sepulturæ infertur.

Servatum olim eumdem in funere clarissimorum Doctorum apparatum, quem in Regum, communicantur Hebræorum Doctores [7], nempe igni traditos eorum lectos, omnes vestes & supellex, condita fericis integumentis obvoluta cadavera; nihil tandem fuisse magnificentiæ, quod cum illis omitteretur. Sed vana traditisse illos ex totius antiquitatis silentio suspicamur. Abarbanel ad 1. Reg. 2. aliique nonnulli credunt, Samuelem pallio suo involutum sepulturæ mandatum fuisse; facile quod ea veste amictus consulenti per Pythonissam Sauli apparuerit. Sed alii nihil tale factum tuentur, quod nefas esset hominem in Cana condere; utrumque æque vanum. Nihil enim de hac historia memoriæ traditum eſt. Quo habitu amicta Judæorum cadavera sepulturæ olim mandata fuerint, res eſt obscura; facile tamen idem apud illos mos, ac apud Ægyptios & reliquos fere omnes populos obtinebat, ut linteo pallirarentur. Docent ex Rabbinis nonnulli [13], nefas esse hominem vellimeoto ex lino simul, & lana contexto obvolvum condere sepulchro; id vetitum'alii negant, cum vivendibus quidem ea vestium ratio interdiceretur [14], pro defunctis vero nihil cautum.

Non latuisse etiam Hebræos usum condiendorum cadaverum, exemplis quibusdam docemur; quamvis

(1) *Dionys. Areop. Hierarch. Eccles. cap. 7.* (2) *Buxtorf. Synag. Jud. cap. 35.* (3) *Salem. Ben Virge Schebet Juda cap. 292. Hic accusatio frequens legitur apud Authores, & Turcæ, authore Pokokio, in ea sunt sententia, ut anima tote septimana spatio circa tumulum ornet. Nos. Miscel. pag. 250.* (4) *Act. 9. 37.* (5) *Leo Mode. Basnag. in loc. cit.* (6) *Baron. ann. 34. ex Rabb. Jacob. & Maimonid.*

(7) *Plut. in Pomb. pag. 115.* (8) *Mos. Ægypt. Halac. Ebel, cap. 4. & Gejer de Lutto cap. 5.* (9) *Vid. Jac. Nicolai de Sepul. Hebr. lib. 4. cap. 10.* (10) *Menoch. lib. 8. de Repub. Hebr. cap. 5. 4. 3. Schikard, in jure Reg. pag. 417.* (11) *Antiqu. lib. 16. cap. 11.* (*) *De Bel. lib. 1. cap. ult. ad fin.* (12) *Abod azara cap. 1. fol. 11.* (13) *Vide Basnag. Hist. Jud. lib. 7. cap. 24. num. 9.* (14) *Deut. 22. 11.*

vis nec vulgo recepta *esset* consuetudo, nec satis apud illos frequens. *Josephus* corpus Jacob parentis sui pro recepto in Ægypto, ubi decesserat, more condiendum curavit [1], idemque cum illo ceteriique Patriarchis ibi fato functis servatum facile credimus. Fusus alibi prosequuti sumus, quo olim artificio cadavera salirentur [2], ut incorrupta maneret [3]. Non desunt qui Regum Juda cadavera ita curari consuevisse asserant, quod te intelligere credunt ex funere Regis *Asa*, cujus corpus aromatibus magna copia sparsum pyræ impositum fuit [4]; cum vicissim Joram ejus Regis nepoti honorem illum populus denegaverit [5]. *Non fecit ei Populus secundum morem combustionis exsuviæ, sicut fecerat majoribus suis*. Ferunt cadavera illa non prius imponi pyræ consuevisse, quam condirentur, & aromatibus delibuta essent. Iisdem aromatibus delibutum fcimus Jesu Christi cadaver, quod etiam idem Jesus Christus condiendum prædixerat, ea scilicet occasione, qua Maria pedes illius unguentio perfundebat [6]. In usum sepulturæ ejusdem Nicodemus sibi comparavit centum libras myrrhæ & aloes; & mulieres ad sepulchrum venientes autumarunt facile eo honore adhuc caruisse Jesu Christi cadaver, quod forte Sabbati pervigilio id non licuisset; quare atomata necessaria secum deferenda curarunt. Tandem S. Joannes 19. 40. infinuat, vulgo apud Judæos eam consuetudinem obtinuisse, cum narrans historiam Josephi ab Arimathia, & Nicodemi, Christi corpus lineis quibusdam sive institis una cum aromatibus obvolventium, subdit: *Sicut mos est Judæis sepelire*. Antonius Margarita narrat, quo primum ad cœmeterium corpus delatum est, in ædicula quadam deponi, ubi vexati ovi liquore una cum vino admixto totum linitur; dein lineis consuetis obducitur. In capite tantum inungi consueviſſe post abſciſſam defuncti comam, & antequam pheretro imponatur, Buxtorfius est author. Porro unctionem hanc ex veteri condiendorum corporum consuetudine manſiſſe facile crediderim; manſiſſe, inquam, tantum apud quosdam Germaniæ Judæos.

Ceterum condiendorum corporum apud Judæos ratio plane abludit ab ea, quæ in Ægypto obtinens apud Herodotum *lib. 2. cap. 86. 87. 88.* deſcribitur. Totus condiendi corpus Jesu Christi apparatus erat oleum, & liquida quædam aromata, quibus perfuſæ inſtitæ corpus ſtringebant. Hæc porro tanta non erant, ut corpus a corruptione & tabe ſervarent; ſed continebant aliquanto, nec totum momento reſolvi permitebant. Remiſſum aliquid fuiſſe ex hac conſuetudine cum Lazaro facile credimus, cum quatriduanus fœteret [*]. Totum corpus, excepto capite, longis faſciolis; qualibus pro infantibus utimur, obvolvebatur; capiti vero ambiendo lineum quoddam veluti ſudarium paratum erat: Legimus hæc omnia fatis diſerte in Evangelio, ubi de ſepultura Servatoris [7], & Lazari reſurrectione [8]. His omnibus, faciis nempe & ſudario, ſuper impoſitum dicunt lineum aliquod lineum, quod Evangeliſtæ *Sindonem* appellant [9], & nos *Sudarii* nomine deſignamus; Sudarii, inquam, cujus expreſſæ ſimilitudines in pluribus Eccleſiis ſervantur.

Longe alia curandi corpora mortuorum obtinet apud Judæos noſtri temporis conſuetudo, quemadmodum facile ex collatione eorum, quæ ſupra a nobis ſuſe deducta ſint, intelligimus. Contingit non raro, ut faciæ illæ pretioſæ & ornatæ, quibus Legis volumina obducuntur, cum vetuſtate fuerint detritæ, in uſus mortuorum adhibeantur [10]. Sed hæc rara ſane, & uſus faciarum noſtra ætate in defunctis nullus eſt, ſiquidem [quod maxime animadvertendum eſt] Judæi noſtræ ætatis de veteribus conſuetudinibus deceſſerunt, quo magis magiſque ſe variorum locorum uſibus accommodarent.

Defunctorum corpora aliquo temporis ſpatio expoſita relinquebantur, antequam ſepulturæ inferrentur. Abraham fumus Saræ curavit, locum ſepulturæ a filiis Heth voluto pretio emit, hiſque peractis tum demum corpus conſitum eſt [11]. Corpus Jacob 70. dierum ſpatio circiter retentum eſt, antequam in Chananitidem ad tumulum avitum deferretur [12]. Tabithæ cadaver totum prius in concavi ſolario ſuperioris expoſitum detinebatur [13]. Solebant interim coram expoſito corpore lamentationes & ploratus ingeminari, quorum frequens eſt in S. Scriptura mentio. Hæc tamen in funeribus ſolemni ritu celebratis; frequentiſſime defunctorum corpora actutum ſepulchro condebantur. Ananias ante pedes S. Petri exanimis concidens [14], ſtatim tumulo illatus eſt; quod etiam cum Saphira ejus conjuge ſervatum, quæ poſt tres a viri obitu horas ſimili cum illo fato interiit [15]. Emortualem foveam condendo ſummo diluculo cadaveri junioris Tobiæ paravere [16]. Hodie etiam apud Perſas cadavera ſtatim ſepulturæ mandari ideo ſervatur, quod ſtatim tumeſcant, & corrumpantur (17). Eodem fere inſtanti quo filia Jair deceſſerat, cum muſicis inſtrumentis cantores, ad pompam ſepulturæ acciti ſunt. Qui ſibi neceem intuliſſent, ad horrorem criminis demonſtrandum, ſepulchro nonnih poſt ſolis occaſum inferebantur, teſte Joſepho de Bello lib. 3. capite 14. Idem ſervatum cum ſontibus, Judicium ſententia capitali ſupplicio damnatis (18). Proximiores Defuncti conſanguinei altiores emittebant voces, & ejulatus, tundebant pectus, evellebant crines, ſcindebant veſtes, corpus incidebant, & cineri affidentes caput pulvere inſpergebant. Falſo nuncio de obitu filii Joſeph ad Jacob delato, ſtatim miſerrimus pater ejulare, abicindere veſtes, induere cilicium, & diuturniorem luctum trahere (19). Nec quid ſimile in obitu Conſanguineorum præſtet Summus Sacerdos, ne ſcilicet abicindat veſtes, & luctum cujuſquam agat, Mosaica Lege cautum eſt *Levit. 21. 10. 11.* cautum & vulgaribus Sacerdotibus, ne comam vel barbam radant, neve inciſiones faciant in funere propinquiſſimorum (20).

Ceteris nihil ea de re cautum, niſi tantum, ne quid audeant ſimile in ſuperſtitionibus Adonidis, quod Numen de ridiculo appellatum eſt mortuum (21): *Super mortuo non incidetis carnem veſtram*. In reliquis igitur funeribus nullam doloris ſignificationem alienam a ſe arbitrabantur Judæi. Deventuros Judæos in ultimas angustias oraculo prædicens Jeremias *16. 6.* inter ceetera minitatur futurum, ut nullo ætatis & ſexus diſcrimine paſſim perimantur, ptiventurque dein honore ſepulturæ, a nemine eorum funera curentur; nullum fore, qui corpus incidat, qui crines evellat in eorum funeribus lugendis. Familiaria erant hæc omnia apud Tyrios (22), Moabitas, Ammonitas, nec infrequentia Judæis: *Omne caput calvitium*, ait Jeremias ad Moab (23), *& omnis barba raſa erit, in cunctis manibus ejus ſtigmata, & ſuper omne dorſum ejus cilicium*. Has inciſiones ſibi noxitas ex verbis Legis jam a nobis laudatis Judæi noſtrates arbitrantur. Idem lugendorum funerum apparatus apud Herodotum lib. 2. cap. 85. 86. cum de Ægyptiis agit, deſcribitur. Cum vir aliquis non e vulgo obierit, omnes e familia fœminæ capue & vultum pulvere fœdantes, Urbem ejulantes diſeurrunt; tectum habent vultum, pectus nudatum, quod idemidem cundunt; magno cum propinquorum fœtentio comitatu prodeunt in ſcenam. Interim viri ex alio Urbis latere diſcurrentes, pectus nudatum percutiunt, alte ejulantes, caſum familiæ ſuæ miſerabiliter lamentantur. Ceſſant cum primum mortuus in feretro deponitur.

Cum igitur ad tumulum deferendi corpus hora advenerit, propinqui & amici omnes ad pompam fu-

(1) *Gen. 50. 1. &c.* (2) *In Comment. ad Gen. 50.* (3) *Schacchus Sacror. Electiſm. Miriothecia &c.* (4) 2. *Par. 16. 14.* (5) 2. *Par. 21. 19.* (6) *Matth. 26. 12.* (*) *Jo: 11. 39.* (7) *Jo: 19. 40. & 20. 5.* (8) *Jo: 11. 44.* (9) *Matth. 27. & 5 9. Marc. 15. 46. Luc. 23. 53.* (10) *Maimon. de Leg. cap. 10.* (11) *Gen. 23. 3.* (12) *Gen. 50. 3.* (13) *Act. 9. 37.* (14) *Act. 5. 6.* (15) *Act. 5. 10.* (16) *Job. 8. 13. 14.* (17) *Chardin Iter Perſic.* (18) *Dent. 21. 13.* (19) *Gen. 37. 34.* (20) *Levit. 21. 5.* (21) *Levit. 19. 28.* (22) *Ezech. 27. 27. 28. 32.* (23) *Jerem. 48. 37.*

funebrem accurrunt. Ita deducendo Jacob ad tumulum non familiares tantum, sed & domestici, Satrapæ aulæ Pharaonis, & Optimates Ægypti convenerunt (1). Lugendo funeri Abner justu Davidis exercitus omnis abiectis vestibus, sacco indutus, & alte ejulans pompam funebrem sequebatur (2). Nec David ipse abfuit, defuncti laudes pro concione celebraus. Celebravit etiam & laudes Saulis & Jonathæ scripto in eam rem lugubri Cantico (3); laudavit studium civium Jabes Galaad, qui id commisserunt, ut e mediis hostibus subducta corpora illorum, Principum, regali tumulo juxta tuam Urbem de forarent (4). Vidua Naim una cum frequenti populo filii sui unius sequebatur (5). Arcentur ex doctrina Rabbinorum a funebri pompa defuncti adversarii; addunt que Talmuditæ (6). Jacob in ipso mortis limine filios suos onerasse mandatis, ne Gentiles ad sepulchrum corpus suum accedere permitterent, meu ne Dominum arcerent. Quoad hostes, excludendos edicunt, metu ne in manes defuncti aliquid intentarent. Curari jubent, ut in pedes cadaver efferatur.

Vix e domo educto cadavere, culcitræ omnes replicantur (7), volumenque e ftragulis factum super ftraminea culcitram abjicitur, additur & incensa lampas ad lecti caput, quæ tota hebdomada luctus ardet. Tum lecti omnes domus prostrati (8). Hæc tamen alii præstanda edicunt cum primum cadaver effertur, alii vero cum fossa aggesta terra æquatur. Addit Buxtorfius, servari solitam quibusdam in locis hanc ceremoniam, ut contra elatum ex æde cadaver fidtile vas projiciatur, quod in solum decidens confringitur; quasi scilicet eo emblemate mortem exprimere voluerint, nisi aliam habeant in mente rationem arbitrariam.

Funus deducere viri probi argumentum est apud illos; quare certatim omnes accurrere, simulque referre pro fua finguli vice humeros subjicere contendunt, in partem honoris reputantes, si supremum illud officium in mortuum reprehendat. Ita fe a Patriarchis ceteris que Viris sanctissimis Ecclesiæ Judaicæ accepisse gloriantur. Nec rara sunt ea veteribus Christianis exempla, sicut & quædam hujus generis non infrequentia apud Paganos. Præter amicos & propinquos, doloris sui argumenta ejulatu & gemitibus exhibentes, erant & Præficæ, mercede ad lugendum conductæ: Jer rem. 9. 17. 18. *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Contemplamini, & vocate Lamentatrices, & veniant: & ad eas, qua sapientes sunt, mittite, & properent: Festinent, & assumant super nos lamentum: deducant oculi nostri lacrymas, & palpebræ nostræ defluant aquis. Quia vox lamentationis audita est de Sion.* Et Amos 5. 16. *In omnibus plateis planctus: & in cunctis, qui foris sunt, dicetur: Va va: Et vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos, qui sciunt plangere.* Et Ezech. 27. 29. 30. 31. casum Tyri exhibens, concursum factorum diuit gubernatores navium nautasque, ut potentissimæ Urbis finem lugeant: *Et ejulabunt super te voce magna, & clamabunt amare, & superjacient pulverem capitibus suis, & cinere conspergentur: & radent super te calvitium, & accingentur cilicio, & plorabunt te in amaritudine anima pleratu amarissime. Et assument super te carmen lugubre, & plangent te. Quæ est ut Tyrus, quæ obmutuit in medio maris?* Josephus hiftoricus de bello lib. 3. cap. 11. narrat, falsum de morte sua nuncium Jerosolymam delatum graviter adeo vives accepisse, ut ad triginta dies luctum prorogarent; nec defuisse viros, qui conductis tibia cantoribus, majori pompa funera celebrarent.

In Evangelio Matth. 9. 23. legimus, deductam ad funera duodennis puellæ turbam ludentium tibia; qua in re Paganorum consuetudinem imitatos Hebræos credimus, cum nullum ejus mancat in Veteri Testamento vestigium. Hujus per totum Orientem recipiendæ consuetudinis Græci, Romanique authores fuerunt. Ovidius Fastorum lib. 6.

Cantabat mœstis tibia funeribus.

Et Tristium. Eleg. 1.

Tibia funeribus convenit ista meis.

Funera hominum provectioris ætatis buccina comitabatur; juniorum vero tibia, ait Servius in Æneid. 5. Apud Romanos eautum erat, ne major numerus quam decem tibia canentium in funeribus adhiberetur. Apud Hebræos nefas erat minus quam duos in funeribus uxores adhibere; quibus addendæ erant Præficæ, numquam ab ea pompa removendæ (9). De reliquo conditiones focorum, & personarum lervabantur (10), ea tamen lege, ut si Matrona aliqua virum genere inferiorem duxisset, in ejus funeribus non viri, sed ejusdem fœminæ conditio spectanda esset. Solemne est enim apud Judæos, Sponsam quidem superiorem viri conditionem sequi, inferiorem vel in ipsa morte non sequi (11).

Olim publicos luctus Hebræi in tectis domorum agebant. Isai. 22. 1. *Ascendisti & tu, ait, de Jerusalem omnis in tecta? Clamoris Urbs frequens, Civitas exultans.* Et de Moab cap. 15. 3. *In triviis ejus accinctli sunt sacce: super tecta ejus, & in plateis ejus omnis ululatus descendit in fletum.* Ea occasione, sicut etiam eum in Urbe aut vico inclytus aliquis decessisset, officinæ omnes claudebantur, quemadmodum & in obitu Drusillæ lervatum a Judæis Alexandrinis Philo Judæus in Flac. pag. 953. cit author & in magno Urbis Jerusalem infortunio annunciat Isaias 24. 10. *Ecce domorum omnes claudendas, ut nemini aditus pateat.* Laudat S. Epiphanius hæres. 9. quæ est Samaritan. legem quamdam Mosaicam his verbis conceptam: *Si transierit mortuus, occludite januas ac fenestras, ne domus inquinetur.* Jeremias in Cantico Jerosolymæ mala deplorans cap. 9. 17. hæc inter cetera habet: *Vocate Lamentatrices, & veniant .... docete filias vestras lamentum, quia ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras disperdere parvulos de foris, juvenes de plateis.* Quibus verbis præ oculis habuisse Prophetæ videtur legem a S. Epiphanio laudatam.

Quicumque in pompam aliquam funebrem casu incideriut, inquit Josephus, debent se honoris gratia ceteris adjungere & lacrymas lacrymis miscere (12), quem morem spectasse facile videtur S. Paulus Rom. 12. 15. proverbii loco illud usurpans: *Flere cum flentibus, gaudere cum gaudentibus.* Et Jesus Christus Matthæi 11. 17. *Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentavimus, & non planxistis* (13). Ecclesiastes 12. 5. *Quoniam ibit homo in domum æternitatis sua, & circuibunt in platea plangentes.* Et Zacharias 13. 12. luctum celebrem describens, ait: *Planget terram familia, & familia seorsum ... domus David seorsum, & mulieres eorum seorsum.* Lamentabantur & mulieres Jerosolymitanæ. Jesum Christum ad supplicium profequentes (14). Instantem etiam mortem suam doluit filia Jephte paterno voto immolanda (15). Neque ab ea lege exemptas fuisse pauperculas Hebræorum fœminas tradit Maimonides: jubebantur enim illæ geminos lamentatores, atque lamentatricem conducere; pro ditioribus vero divitiarum modus servandus erat.

Solent in quibusdam locis cereos, sive faces incensas funeri deducendo gestare, teste Leone Modena pag. 4. cap. 8. num. 5. cujus tamen ceremoniæ nullum apparet in Scriptura vestigium, sicuti neque apud Judæos omnes obtinet, cum plura sint loca, in quibus nullus est, nec esse potest; si maxime velent, cereorum apud Judæos usus. In Concilio Narbonensi ann. 589. cap. 10. legimus, Judæos olim in deducendo ad tumulum defuncto neque musica instrumenta, musicasque cantilenas adhibuisse; eoque nomine reprehenduntur, quod invectis ante aliquos annos Canticis, a vetere consuetudine recesserint.

Ca-

(1) *Gen.* 50. 7. ..... 11. (2) 2. *Reg.* 3. 31. (3) 2. *Reg.* 1. 17. *&c.* (4) 2. *Reg.* 2. 4. 5. (5) *Luc.* 7. 11. *&c.* (6) *Berefchit. Rabbefcit.* 100. (7) *Leo Moden. p. 2. cap. 9.* (8) *Geier. de Luctu Hebr. cap.* 18. *ex Maimonide.*

(9) *Misna tit. Cethubboth cap.* 4. (10) *Gemar. Babyl. ad tit. Cethubboth. cap.* 4. *fol.* 28. (11) *Gemar. ibid.* (12) *Contr. Appion. lib.* 2. *pag.* 1075. (13) *Vide & Luc.* 7. 32. (14) *Luc.* 23. 27. (15) *Judic.* 37. 11.

Cavet insuper, ne id unquam in posterum audeant, decreta in tranigressores multa sex unciarum argenti, loci Domino solvenda. Porro hunc morem cereos incendendi derivasse potuerunt Judæi ex veteri jam inde a concessa Ecclesiæ pace, receptа in Christianos consuetudine, cujus etiam apparent vestigia in mandando sepulturæ corpore S. Paulæ, qua occasione Sacerdotes lampades, cereoique gestantes, piæ fœminæ parentarunt. Idem spectamus in Ecclesia Græca S. Chrysostomi ætate. Solebant autem plena jam die condi sepulchro corpora; & eum maxime funera essent conspicua, Virorum fcilicet sive cognitate, sive litteraturæ insignium, per vias & loca Urbis frequentissima deducebantur. Describunt Doctores Judæi funebres Rabbinorum pompas, eaique apparatu magnifico celebratas jactitant. Nec me fugit, Tobiam [1], noctu curasse defuncta mortuorum corpora; sed temporis Judæis infestissimi ratio habenda erat, cum scilicet sepulturæ eorum corpora mandari criminis loco haberetur.

Varia erant in Palæstina sepulchrorum genera: vulgaria nempe in agris effossa, alia in petris montium excisa. Cameræ enim efformabantur in monte in unam vel plures cellulas distinctæ, quarum singulæ singula erant monumenta. Earum tamen situs, forma, & ornamenta pro artificeis peritia, & personarum dignitate, locoque situ, petrarumque dispositione variabant. Abraham soluto pretio duplicem cavernam emit juxta Hebron, quæ in sepulchrum Sarræ [*], sicut & Abrahami, Isaac, & Jacob, cessit. Filiorum tamen Jacob sepulchrum in Sichem fuisse ex testimonio S. Stephani Actuum 7. 16. intelligimus. Potro hoc sepulchrum Abrahamo comparatum spelunea creditur in petra excisa & in binas cametas divisa, quibus plures cellulæ, totidem nempe monumenta, respondebant. Aaron satis functus, in monte Hor in Arabia sepulturæ mandatus est; nec alibi facile quam in spelunca ejusdem montis [2]. In aliam speluneam ad radices montis Phaiga Angelorum ministerio Moysis corpus illatum [3]. Quamvis in Syria tunc dominantium fabricatum. Sepulchris in petra excidendis plures regulas præscribunt Rabbini (17), quamquam nec de amplitudine cameræ, neque de situ, ac numero cellularum non satis inter illos convenit. Nec sane certi aliquid definire possunt, vario enim locorum situi, & personarum censui respondere debuerant.

Post gentis dispersionem, Judæorum omnium unicum fuit votum, ut in Palæstina defunctis corporibus suis sepulchrum contingeret. Dogmate enim certum constituitur apud illos Hebræis omnibus, qui in resurrectione partem aliquam cupiunt, opus esse, ut in terra sancta sepulturam obtineant (18). Qua inducti persuasione non desunt etiam nostra ætate Judæi, qui optati sepulchri potiundi spe in extrema senectute itineris illius incommoda alacres susciпiunt. Arbitrantur vero illi futurum, ut si alibi vitam agere contigerit, saltem post obitum per certos quotidam canales in ea loca devolvantur. Vix hæc in animum induxisse integram gentem nobis persuaderemus, nisi eoneeptissimis verbis a pluribus Scriptoribus unanimi consensu assererentur (19). Appellant devolutionem illam *mori eorum circumvolutionem*, sive *cavernarum circumvolutionem* (20); adduntque extremo dici articulo, qui ad vitam regrediatur forte neminem a Judaicæ religionis professione alienum. Alia lexcerpta hujus, saporis narrant, quæ præterisse non pigebit.

Nulla erat constituta lex, eerta sepulchris loca deeernens; quare modo in Urbibus spectabantur, in hortis domorum, in agro, in montibus, juxta viam, sub arboribus. Regum Juda sepulchra con-

(1) *Tob.* 2. 4. (*) *Gen.* 23. 18. 19. (2) *Num.* 20. 28. *Deut.* 10. 6. (3) *Deut.* 34. 6. (4) 4. *Reg.* 13. 21. (5) *Vide nostr. Comment. in* 3. *Reg.* 2. 10. (6) *Jos.* 19. 41. (7) *Jud.* 11. 38. (8) 3. *Reg.* 2. 10. & 11. 43. & 14. 31. & 15. 8. & 24. 12. *passim*. (9) 4. *Reg.* 21. 18. 26. (10) *Matth.* 27. 7. (11) *Basnag. hist. des Juifs lib.* 7. *cap.* 25. *num.* 9. & *Jo: Nicol. de Sepulchris Hebr. lib.* 4. *cap.* 3. (12) *Iciner. pag.* 47. (13) *Judic.* 16. 31. (14) 2. *Reg.* 2. 32. (15) 1. *Reg.* 18. 28. (16) 1. *Macchab.* 13. 29. & *Antiqu. lib.* 13. *cap.* 11. (17) Vide *Nicolai de Sepulc. Hebr. lib.* 3. *cap.* 11. (18) Vide eumdem *loc. cit. cap.* 13. *pag.* 189. *Buxtorf. Synag. capite* 35. *Mullerus Judaism. lib.* 1. &c. (19) *R. Salomon in Gen.* 47. 29. *Abarbanel*, & *alii*. (20) *Giglet hammetim*.

extima superficie dealbabantur, uti ferunt; innovata singulis annis Februarii mense pictura (11). Ad hunc morem alludens Jesus Christus Matth. 23. 27. exprobrat Phariæis dealbati sepulchri hypocrisim; in extima enim superficie nitentia, intus tamen mortuorum ossa, & taniem continent. Alibi etiam Luc. 11. 44. eoidem Phariæos latentibus excisique sepulchris comparat, quæ imprudentes, si forte illae transiverint, polluunt.

Pleraque tamen & celeberrima Palæstinæ sepulchra in cavernis constituebantur, totam artis elegantiam intus recondentia; si quid tamen esse potest elegantiæ in camera summo quidem opere, nec modicis impensis in monte excisa, defunctis mortuorum corporibus recondendis, in qua cæca semper nox regnabat. Ne etenim magnifica sibi Hebræi construerent sepulchra, ab insita genti prudentia retrahebantur. Fatemur quidem superesse hodie nonnulla singularis prorius structuræ & artificii; sed horum recentissimæ sunt deliciptiones, ab otiosis facile ingeniis exercitationis gratia potius, quam rei veritatis docendæ exhibitæ. Celebratur monumentum Rachelis juxta Bethel, cui sane fœminæ erectam juxta tumulum columnam sive monumentum legimus Gen. 35. 20. Porro sepulchrum illud sua quoque ætate spectari Benjamin Tudelensi (12) asserens, testatur, duodecim ibi lapides pro numero filiorum Israel constitutos superesse; constare autem monumentum illud eleganti quadam tessudine, quatuor columnis sustilita. Celebantur etiam sepulchra Samsonis (13), Azaelis (14), & alterum quod sibi Absalom vivus potuerat, quamquam post obitum alibi sepulturæ mandaretur (15). Monumentum illud appellatur in Sacro Textu, *Manus Absalom*, sive quod opus esset ejusdem Principis, sive quod in sepulchrum ejus destinaretur. Sepulchra Macchabæorum in Modin armis & navium sculpturis, quemadmodum solet eum viris belli laude insignibus, ornabantur (16); quod unicum est sepulchrum, cujus structura non latet. Edificium est Simonis, ad gulfum Gracorum in Syria tunc dominantium fabricatum. Sepulchris in petra excidendis plures regulas præscribunt Rabbini (17), quamquam nec de amplitudine cameræ, neque de situ, ac numero cellularum non satis inter illos convenit. Nec sane certi aliquid definire possunt, vario enim locorum situi, & personarum censui respondere debuerant.

Post gentis dispersionem, Judæorum omnium unicum fuit votum, ut in Palæstina defunctis corporibus suis sepulchrum contingeret. Dogmate enim certum constituitur apud illos Hebræis omnibus, qui in resurrectione partem aliquam cupiunt, opus esse, ut in terra sancta sepulturam obtineant (18). Qua inducti persuasione non desunt etiam nostra ætate Judæi, qui optati sepulchri potiundi spe in extrema senectute itineris illius incommoda alacres susciпiunt. Arbitrantur vero illi futurum, ut si alibi vitam agere contigerit, saltem post obitum per certos quotidam canales in ea loca devolvantur. Vix hæc in animum induxisse integram gentem nobis persuaderemus, nisi eoneeptissimis verbis a pluribus Scriptoribus unanimi consensu assererentur (19). Appellant devolutionem illam *mori eorum circumvolutionem*, sive *cavernarum circumvolutionem* (20); adduntque extremo dici articulo, qui ad vitam regrediatur forte neminem a Judaicæ religionis professione alienum. Alia lexcerpta hujus, saporis narrant, quæ præterisse non pigebit.

Nulla erat constituta lex, eerta sepulchris loca deeernens; quare modo in Urbibus spectabantur, in hortis domorum, in agro, in montibus, juxta viam, sub arboribus. Regum Juda sepulchra con-

ſtituta erant Jeroſolymæ [*] Regum Iſrael Samariæ [†]. E Regibus Juda alii ſepulturæ mandati ſunt in hortis Regius [§]; Samuel in ædibus ſuis [‡], ideſt, ni mea me fallit conjectura, in domeſtico horto; Aaron [‖], Eleazar [¶], Joſue [#], Jeſus Chriſtus [$]; in montibus; Debora [¢] Nutrix Rebeccæ, & Saul [¶] ſub arboribus; Rachel juxta viam Bethleem [‖]. Alienigenæ ſatis functi Jeroſolymæ in valle Hinnon, uti ferunt, five Cedron [¶]. Eo loci conſtitutus erat ager figuli emptus pretio triginta argenteorum, quos ſibi in pretium divenditi Jeſu Chriſti ſolutos Judas ad Sacerdotes retulit [¶]. Ibidem etiam fuiſſe credunt cœmeterium plebeum Jeroſolymæ. Non raro juxta, non ſupra tumulum, columna vel petra ſtatuebatur.

Cum Rex Joſias lapidem quemdam ſepulchralem inter ſepulchra Sacerdotum Paganorum ſpectaſſet, cujus viri eſſet monumentum illud interrogavit [††], atque ſibi reſpondentes audivit recondi in eo virum Dei, qui miſſus a Deo ad Jeroboamum, venturum annuneiavit Joſiam Regem Juda, qui Dei honorem aſſereret, atque ſuper Altare Bethel oſſa Pseudo-Prophetarum combureret [‡‡]. Epitaphia addebantur in hanc plerumque formulam concepta: *Lapis iſte appoſitus eſt ad caput N. filii N. ſepulti die N. anne N. qui requieſcit in horte Eden cum omnibus Juſtis, qui ibi a principio fuerunt. Amen, amen, Sela*: five: *Ejus anima alligetur in horte Eden. Amen, amen, Sela*; five tandem: *Monumentum iſtud, ſive ſtatua erecta eſt juxta cunas illuſtriſſimæ, ſanctiſſimæ, puriſſimæ Virginis Rebeccæ filiæ Sanctis Samuelis Levitæ, quæ obiit bona probitate fama, die ſeptima menſis Thebet anno* 135 *Ejus anima ligetur in horto Eden. Amen, amen, amen, Sela.* Sed hæc epitaphia, & formulæ recentiſſimæ ſunt, nec ſatis inter ſe conveniunt. Nulla epitaphii veſtigia extant apud Veteres: eorum enim loco habebant ſepulchrum, quod conceptiſſimi epitaphii loco erat. Traditione enim receptum tenebatur, hunc lapidem, hanc columnam, talem cavernam certi hujus viri mauſoleum eſſe. Beatimus Tudelenſis iter agens in Palæſtina hanc inſcriptionem Abrahami ſepulchro appoſitam legit: *Hic eſt ſepulchrum Abrahami beati Patris noſtri*. Sed hæc recentiora ſunt.

Cœmeteria appellantur a Judæis *domus viventium*, quo certum de fide reſurrectionis documentum exhibeant [‖]. Cum eo pompa aliqua funebris pervenerit, ad defunctos ibi ſepulturæ mandatos converſi, tamquam ſuperſtites in hæc verba alloquuntur [¶]: *Benedictus Dominus, qui vos creavit, pavit, protexit, ac tandem e mundi per ſuam juſtitiam eduxit. Ille veſtrum omnem numerum ſervat, ille reſtituto tempore vos ad vitam revocabit. Benedictus ſit Deus, qui & mortem induxit, & vitam reſtituit.* Religioſe tumulos obſervant [#], ut nec trajicere illos, nec deducere ſupra aquæductum, vel regiam, nec aliquam viam, ſtruem lignorum ponere, palcere oves, quo mortuorum corporale alterum ſupra alterum in eadem ſola, etiam poſt diuturnam temporis ætatem, ſibi permiſſum arbitrentur. Religionis pars eſt apud ipſos conſtruere Synagogas, ſive Profeucas juxta ſepulchra Sanctorum, & virorum inſignium totius gentis. Ita conſtituta ſpectatur Synagoga juxta monumenta Ezechielis, Zachariæ, Mardochæi, Eſther. Frequenter juxta ſepulchra oraturi conveniunt, pertuſum habentes, quemadmodum certum nos etiam tenemus, plurimam ſtatim eſſe in precibus vim, nec modici eſſe nobis momenti ſanctiſſimorum virorum preces [$].

An unquam ſatem ſtatuo aliquo exemplo contigerit, ut Judæorum corpora igni traderentur, non ſatis convenit inter Scriptores. Servatum id in veteribus quibuſdam Hebræorum Regibus, ut ſcilicet igni, priuſquam ſepulturæ, traderentur, ex monimentis quibuſdam infinuatur. Cives Jabes Galaad rapta e mœnibus Bethſan Saulis & Filiorum corpora combuſſerunt [¢]. Incenſæ pyræ Ahi Regis Juda corpus traditum eſt [¶]; quo honore privatum fuiſſe Joram ejus Nepotem conceptis verbis expreſſum legimus a. *Par.* 21. 19. Diem elauſurum in pace Sedeciam, atque Regio ejus cadaveri parentandum, non omiſſa corporis combuſtione, juxta receptam in decretoriibus conſuetudinem, Jeremias 34. 9. prædixit. Amos 6. 10. ingenti quadam lue vaſtandam urbem Jeroſolymam denuncians, futurum prædixit, ut frequens decem viris familia ne uno quidem reliquo, deleretur: *Et reliet unus* (nempe poſtremum ex decem *propinquus ſuus, & comburet eum, ut efferat oſſa de domo; & dicet ei qui in penetralibus domus eſt: Numquid adhuc eſt penes te? & reſpondebit: Finis eſt.* Nequicquam tamen hiſce, apertiſſimis licet exemplis repugnantibus, contendunt quamplures, morem cadavera comburendi, vel numquam apud Hebræos obtinuiſſe, vel raro [¶¶]. Exempla vero laudata non de corporum combuſtione illi interpretantur, ſed de aromaribus, & facile etiam ædium uteuſilibus & veſtibus, quæ juxta cadavera etemabantur. Laudant in hanc ſententiam Chaldæum, & Rabbinos. Sed apertior videtur Textus fides, quam ut omnis concrematio corporis apud Hebræos exuliſſe credatur; quamquam non ita combuſta credimus, ut in cineres redigerentur: facile contumpta igni carne, nuda oſſa una cum cineribus in tumulum inferebantur.

Deducto ad cœmeterium funere, emiſſaque ad mortuos, quam ſupra recitavimus, prece, deponitur cadaver, ſtatimque ſi rerum geſtarum gloria defunctus ille uteumque claruerit, ejus laudes cœtu aliquis funebri oratione proſequitur; quem ſane morem tenet e vetuſtiſſimis repetitum fontibus, quemadmodum ex Scriptura, Authoribus Eccleſiaſticis & Prophanis docemur. Apud Ægyptios judicium ferebatur de Rege illo interfecto, quam corpus ſepulturæ mandaretur [¶¶]. Fas erat unicuique ejus memoriam ſive laudibus celebrare, ſive etiam vituperare pro geſtis rectis praviſque. Quod autem in Regibus, data proportione cum privatis ſervabatur. Vetus eſt etiam funebrium elogiorum mos in Eccleſia Chriſtiana. Extant adhuc elogia illuſtrium quorumdam defunctorum, inter quæ ſervata legimus in Scriptura elogia Saulis, Jonathæ [##], Abner [$$], Joſiæ [¢¢], Judæ Maccabæi [¶¶]. His peracdis, loſſam illam feralem circuunt Judæi, prolixam quamdam orationem ſimul recitantes [‖‖], quam *juſtitiam judicii* ideo appellant, quod de æquitate Divini judicii in mortuum pronunciati gratias agant. Incipit oratio ab illo Deut. 32. 4. *Dei perfecta ſunt opera*. Supponitur capiti defuncti anguſtus quidam faceus terra oppletus, clavis feretrum firmatur; tum ſi vir aliquis deceſſerit, decem viri feretrum decies circumeunt, precem quamdam pro defuncti anima recitantes. Propinquior inter Cognatos veſtis fuæ angulum ſcindit. Sed hæc ab omnibus æque Judæis non ſervantur. Demittitur deinde in tumulum cadaver, id obſervantes, ut vultum habeat ad Cœlum converſum; ſubelamantibus interim omnibus: *Ite in pacem*, ſeu potius juxta Talmuditas: *Ite ad pacem*. Id etiam ſuperſtitionis a quibuſdam obſervatur, ut defuncti vultum ad orientem convertant; ſed hæc impune ab aliis omittuntur. Projiciendæ primo ſuper cadaver terræ munus eſt propinquioris inter cognatos, a quo veluti emiſſo ſigno, cerratim deinde lequuntur omnes terram pala vel manu aggerentes, quoutque

(*) 3. *Reg.* 2. 10. & 11. 43. & 14. 31. & 15. 8. & 24. 22. (†) 3. *Reg.* 16. 28 & 20. 21. 37. & 4. *Reg.* 10. 35. & 13. 9. 13. *&c.* (§) 4. *Reg.* 21. 18. 26. (‡) 1. *Reg.* 25. 1. (‖) *Num.* 28. 33. 36. *Deut.* 10. 6. (¶) *Joſ.* 24. 33. (#) *Joſ.* 24. 31. (¶) *Matth.* 27 & *Marc.* 15. 46. (¢) *Geneſ.* 35. 8. (¶) 1. *Reg.* 31. 13. & 2. *Par.* 21. 11. (‖) *Gen.* 35. 19. (¶) 4. *Reg.* 23. 6. & 2. *Par.* 34. 4. (¶) *Matth.* 27. 7. (††) 4. *Reg.* 23. 17. (‡‡) 3. *Reg.* 13. 2. (§§) *Leo Moden. p.* 5. *c.* 8. (‖‖) *Buxtorf. Synag. c.* 35. (¶¶) *Liſſot. Cont. Cerem. c.* 100. (##) *Vide Baſnag. hiſt. des Juifs l.* 7. *c.* 24. *n.* 24 & *Nicolai de Sepult. Hebr. l.* 4. *c.* 6. (¶) 1. *Reg.* 31. 12. (¶¶) 2. *Par.* 16. 14. (¶¶) *Vide Cerem. de luctu Hebræor. c.* 6. § 6 *Nicolai l.* 2. *c.* 3. *de Sepulchr. Hebr. Baſnag. Hiſt. des Juifs l.* 7. *c.* 35. (¶¶) *Dioder. l.* 1. *Herod. l.* 29 (##) 2. *Reg.* 1. 18. (¢¢) 2. *Reg.* 3. 33 34. (¶¶) 2. *Par.* 35. 24. 25. (‖‖) 1. *Macch.* 10. 21. (¶¶) *Buxtorf. Synag. Jud. c.* 5.

Differt. Calmet. Tom. I.

reliquo solo fossa adæquetur. His peractis rectorsum incedentes e cœmeterio se recipiunt; id tamen observantes, ut antequam exeant, quisque ter carptas herbas retro projeiat, addentes: *Florebunt sicut fœnum terra* (1); quod servari a se dicunt, ut eo documento spem resurrectionis demonstrent, simulque illud ingerant (2): *Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus tamquam flos agri.* Cinere etiam caput aspergunt, ut numquam exeidat e memoria illud: *Pulvis sumus, & in pulverem reverterimur* (3). Sunt qui ultimum vale dicant defunctis in hæc verba: *Sequemur vos juxta ac naturæ ordo repoſcet.* Antonius Margarita Germanus (4) e Judæo Christianus, narrat post absciſſas in cœmeterio vestes, omnes ingenii edito strepitu clamantesque se e loco recipere, metu ne forte contingat clamores defuncti, cujus corpus terra preſſum, muribus nasi extremitatem admordentibus, inquietatur. Habent enim perſuaſum, iis, qui clamores illos easu audierint, intra 30. dierum ſpatium fatalem horam imminere. Christianus Gerſon narrat, e cœmeterio reduces ſeptem vicibus in via aſſidere, quo ſciliceț, inquiunt, Dæmonibus funcbrem pompam comitantibus ſe recipiendi, atque ad propria remeandi tempus permittatur (5).

Secundum hæc, Synagogam petunt; namque ea, quæ de legali impuritate et funeribus contracta in lege ſancita ſunt, hæc contrario uſu abolita ſupra jam animadvertimus. Antequam locum ſanctum ingrediantur, manus lavantes pronunciant illud Iſai. 25. 8. *Præcipitabit mortem in ſempiternum, & auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi ſui auferet de univerſa terra; quia Dominus locutus eſt.* Vix igitur Synagogam ſubeunt, aſſidentes novem vel ſeptem vicibus loeum immutant, ſimul etiam recitantes in defuncti ſolamen precem illam, quam vocant *Sanctam*, miſcentes interdum ſententias aliquas conceptio dolori ſuo relevando aptas, veluti (6): *Dabitur in adjutorio Altiſſimo, in protectione Dei Cœli commorabitur.* Tunc propinquiores cognati in ædes ſuas ſe recipientes, terræ aſſident (7); detractiſque calceamentis, appoſitum ſibi panem, vinum & ova toſta deguſtant, juxta illud Proverb. 31. 6. *Date ſiceram mœrentibus, & vinum iis, qui amare ſunt animo.* Qui conſuetam benedictionis formam ſuper eibum pronunciæ, apta ſimul ſolando afflicto verba permiſcet. In Oriente & alibi etiam non infrequenter ſolent domeſtici & amici toto hebdomadæ ſpatio prandium cœnamque largiorem ad propinquos defuncti mittere; nec raro ipſi non invitati accedunt, quo ſciliceț ſolamen aliquod mœſtis afferant.

Cibi olim in luctu deguſtati impuri cenſebantur; ſed hæc in deſuetudinem jam abierunt: *Sacrificia eorum*, ait Oſeas 9. 4. *quaſi panis lugentium: omnes qui comedent eum contaminabuntur.* Et Ilraelitæ in ſolemni precationum formula cum primitias oſtrorum proferebant (8): *Non comedi ex eis in luctu meo, nec expendi quicquam in re funebri.* Deus Ezech. 24. 17. luctum celebrare vetans, *Nec amictu*, inquit, *ora velabis, nec cibum lugentium comedes.* Porro convivia illa lugubria erant mœſtiſque clamoribus intermixta: *Ruginet ſicut in cana mœruri* (9). Et Dominus ad Jeremiam 16. 5. 7. *Ne ingrediaris domum convivii, (alia domum luctus) neque vades ad plangendum, neque conſoleris eos, quia abſtuli pacem meam a populo iſto ..... Et non frangent inter eos lugenti panem ad conſolandum ſuper mortuo; & non dabunt eis potum calicis ad conſolandum ſuper patre ſue, & matre.*

Receptam apud nos conſuetudinem inviſendi propinquos defuncti, ut ſolaminis aliquid mœſtis afferatur, ſpectare licet in hiſtoria filiorum Jacob, patrem interitum filii ſui Joſeph; quem a beſtia voratum credidit, lugenteum ſolaturi venientium (10); ſicut & in altera fratrum Ephraim, dolentem partem de nece filiorum, quos Gethæi peremerant, convenientium (11). David miſſis legatis eum Ammonitarum Rege de obitu patris lpſius doluit (12). Amici Job, audito amici caſu, ſtatim accurrerunt, doloris ſui argumenta exhibituri (13). Propinqui & amici Lazari, audita viri morte, Bethaniam ſtatim venerunt, viduaras fratre forores Mariam, & Martham ſolaturi (14).

Archelaus poſt celebratum tota hebdomada funus Herodis, magnificentiſſimo epulo populum excepit, quem morem inter Judæos ejus ætatis, teſte Joſepho, receptum, ut ſciliceț largiori epulo defuncti propinqui reficerentur, pluribus tenuioris cenſus non ferendorum ſumptuum cauſam fuiſſe idem Joſephus animadvertit (15).

Alter etiam apud Priſcos mos obtinebat, ut ſciliceț dapes, & vinum ſuper mortuorum ſepulchra conſtituerentur. Tobias 4. 18. filium ſuum monet: *Panem tuum, & vinum tuum ſuper ſepulturam Juſti conſtitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus.* Eccli. 30. 18. *Bona abſcondita in ore elauſo, quaſi appoſitiones epularum circumpoſitæ ſepulcro*; & 7. 37. *Gratia data in conſpectu omnis viventis, & mortuo ne prohibeas gratiam.* Baruch 6. 26. *Sicut mortuis menſuras eorum illis apponentur* (nempe Idolis); & infra verſ. 31. *Ruginet* (Sacerdotes Idolorum) *clamantes contra Deos ſuos, ſicut in cena mœruri.* Scitum eſt apud Paganos eumdem morem reguaſſe, ſicut & apud Chriſtianos, quamquam apud iſtos æque ac Judæos convivia iſta pietatis eſſent, alendis pauperibus deſtinata (16). Sed in abuſus pietate degenerante factum eſt, ut convivia apud Afros contraria lege S. Aug. aboleret (17).

Toto luctus tempore propinquiores defuncti, uti parentes, filii, conjuges, fratres, sorores domi ſe continentes, & terræ aſſidentes eibos deguſtabant. Vultum habebant velatum (18); utoque luctus tempore ueque operibus vacabant, neque Legis lectioni, nec conſuetis precibus, domeſticiſque curis; lectos habebant incompoſitos, pedes nudos, caput coopertum; uſus conjugii nullus; capillos gerunt inconſos, ungues non abſeindunt, ſalutatio nulla, nullus balneorum uſus, a novis albentibuque veſtibus abſtinent; nemo eum illis colloquitur, niſi antea ab illis provocatus; ſcripsum eſt enim Jobum amicos ſuos primum compellaſſe (19). Si caput quatlarint, eo indicio ſolatium ſibi afferre creduntur; ſi quieverint, ſolatium ab aliis quærere (20). Quicumque illos ſolaturi conveniunt, ſolo, quemadmodum & mœſti illi propinqui, aſſident. Bis ſingulis diebus mane & veſpere deeem ſaltem homines eo venientes, conſuetas preees emittunt, Pſalmum 48. recitant; cum neque exire domo, neque Synagogam petere, excepta die Sabbati, luctum agentibus liceat. Cum igitur domo egreſſi Sabbato Synagogam veniunt, turbam habent amicorum comitantem, eadcmque die amicorum viſitationibus præ ceteris diebus frequentantur.

In veſtibus nihil habent peculiare, ſed conſuetum regionis morem ſervant; familiarior tamen in luctibus Hebræorum pullus color (21). Poſt hebdomadam ad Synagogam ſe conferentes, lampades incendi, preees & eleemoſynas pro Defuncti ſolamine offerri curant. Paria in extu menſis & anni repetunt, quibus diebus ſi forte Defunctus Rabbini munus obierit, vel dignitate aliqua functus fuerit funebri elogio ejus laudes celebrantur. Solent ſilii ſingulis diebus mane & veſpere undecim menſium ſpatio in Synagoga orationem Kadeſch animæ parentum luorum ſuffragium recitare; nec defunt qui ſingulis

(1) *Pſalm.* 16. 16. (2) *Iſa.* 40. 6. (3) *Gen.* 3. 19. (4) *Apud Geyer. de Luctu Hebr. c. 6. §.* 17. (5) *Chriſt. Gerſ. pag.* 1. *Talmud. Jud. cap.* 36. (6) *Pſalm.* 90. (7) *Leo Moden. pag.* 4. *cap.* 9. (8) *Deut.* 26. 14. (9) *Baruch* 6. 31. (10) *Gen.* 37. 35. (11) 1. *Par.* 7. 12. (12) 2. *Reg.* 10. 2. (13) *Job* 2. 11. (14) *Joan.* 11. 31. (15) *De bello lib.* 2. *cap.* 1. (16) *Chryſt. in Matth. & alibi. Aug. de Civ.* (17) *De Civ. l.* 8. *c.* 27. & *alibi.* (18) *Ezech.* 24. 17. *Nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes.* (19) *Job* 3. 1. (20) *Maimonides, Geyer. de luctu Hebr. c.* 6. (21) *Job* 30. 28. *Pſ.* 34. 14. & 37. 7. & 41. 10. *Jerem.* 8. 21. *Malac.* 3. 14. *Eccli.* 19. 23.

guiis annis recurrentes emortuales alteiuctius parentis dies celariales habeant.

Quartiquam tota ſeptiduo funera lugeri ſuevetunt, breviori quandoque luctu juſta peracta videntur. *Fili, in mortuum*, inquit Eccli. 38. 16. 17. *produe lacrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare, & ſecundum judicium contege corpus illius, ut non deſpiciat ſepulturam illius .... Et hæc luctum ſecundum meritum ejus unu die, vel duobus propter detractionem; a triſtitia enim ceſſimat mors.* Sed præcipiſſe Author videtur regulas, quibus in funere chariſſimorum dolor temperetur, non morem innuiſſe contra veterem conſuetudinem. Alibi enim concepeis verbis exprimit: *Luctus mortui ſeptem dies* [1]; totum illud temporis ſpatium lacrymis dediſſe Author reprehendit; ſed ita indulgendum cuique naturæ, ut una vel altera dies doloti concedatur, [vix enim acerbum adhuc dolorem poſſet quis ſtatim continere] ac deinde in auxilium veniant mœrentis ratio ſimul & Religio.

Docent etiam Rabbini, probantque plures doloris gradus: tres priores dies lacrymis & animi ægritudini indulgeri permittunt; ſeptem inde dies remiſſiores duci jubent: tandem eriginta dierum ſpatio luctum agi leviorem volunt. Hujus luctus varias periodos Scriptura etiam inſinuat. Amiſſum filium pluribus annis Jacob flevit, non antea dolori finem impoſiturus, quam ipſe vitam claudereet [2]. Ejus vero, nempe Jacobi, funus 70. dierum ſpatio in Ægypto plorarunt, prorogatuique eſt deinde ad hebdomadam luctus in area Ahad in Chananitide [3]. Luctus pro funere Moyſis & Aaronis intra 30. dies definitus eſt [4], quam periodum Sapientibus ſatis eſſe dixit Joſephus in lugendo chariſſimorum funere [5]. Interdum non definito dierum numero complures doloris dies in Scriptura ſignificantur. Septem dies implevit funus Saulis [6], Judith [7], & Herodis Magni [8]. Quod ad Paganos ſpectat, Simonides unam diem doloti præcribit. Ovidius de luctu Orphei in funere conjugis:

..... Septem tamen ille diebus

Squallidus in ripa, Cereris ſine munere ſedit.

Cura doloreque animi, lacrymaque alimenta fuere.

Solebant interdum propinqui Defuncti ad tumulum lugeodi gratia venire. Maria ſoror Lazari domum egreſſa in occurſum Chriſti venientis, ad fratris ſepulchrum plorantem ire eredebatur [9]. Solent noſtra ætiam ætate Syrorum fœminæ, fatellitio aliquo comitum adhibito, ſepulchra propinquorum frequentare, nœniis quibuſdam ejulaturæ. Obtinet hodie uſque conſuetudo publico ſolemnique luctu mortuos plangendi in Oriente fere univerſo, quemadmodum & in Græcia, Dalmatia, Bulgaria, Croatia, Servia, Valachia, Illyrico, neque latet Turcas & Perſas.

Dogma de Paradiſo, Inferno, & Purgatorio ſanctum erat apud Judæos [10]. Illum vocant *horium Edeo*, ſedemque conſtituunt viris probis beatisudine atque Dei viſione potentibus; alterum *gehennam*, quem locum tormentorum impiis ſtatuunt. Sed qui æterno ſupplicio addicantur, rari ſunt, inquiunt Judæi: alii ad certum tempus damnantur, quibus proinde Infernus Purgatorii loco habetur, neque enim alterum ab altero locus, ſed ſuppliciorum duratio diſtinguit. Habent autem perſuaſum, Judæos omnes, modo ſe ab hæreſis crimine ſervent immunes, totumque id habuerinte ſanctum, quod tamquam majoris momenti a Rabbinis præſcriptum eſt, ad Purgatorium damnari poſſe, ad Infernum non poſſe. Alia eſt Talmuditarum ſententia a Buxtorfo Synag. Judaicæ cap. 35. relata, autumantium, animas e corpore egreſſas nil latere eorum, quæ in toto terrarum orbe contingunt, quippe quæ integro anni ſpatio per orbem vagentur, antequam in Cœlum recipiantur. Interim illæ ſæpe, inquiunt, ad ſepulchrum ventitant, per regiones diſcurrunt, evenium omnium teſtes oculatæ. Uno verbo tenent, numquam animas in Cœlum aſcendere, niſi corpore prius in cinerem reſoluto, juxta illud Salomonis Eccle. 12. 7. *Et revertatur pulvis in terram ſuam unde erat, & Spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.* Addunt inſuper [11], poſt conditum ſepulchro Judæi cadaver, Angelum mortis continuo ſuper foſſam aſſidere, ſtatimque animam in corpus regredi, jacenique cadaver relevare. Tunc Angelus ferrea catena arrepea, cujus media pars alget, media candeſcit, valido corpus ictu pereutit, valido, inquam, adeo, ut omnia continuo oſſa diſjungat, tertioque iterum ictu vibrato, carnis reſoluti compagibus totum in cinerem abeat. His rite perſolutis, omnes boni Angeli ſimul accurrentes, partes iterum omnes compingunt, reſtauratumque in tumulo reponunt. Hæc quidem in omnibus, ſed viri probi ingentium eleemoſynarum privilegio eximentur. Apud Tureas non abſimilis fabella vulgata eſt [12], de duobus Spiritibus atris & liveotibus, qui in tumulo una cum defuncti corpore recondantur. Ibi conſtituti aſſidere defunctum jubent, ejuſque cauſa cognita, ſi nullius criminis reum deprehenderint, quieſcere in pace permittunt, ſin minus, ambas aures ingenti malleo percutiunt, cujus doloris acerbitate ejulare miſere Defunctus cogitur.

DISSERTATIO

DE RE MEDICA VETERUM HEBRÆORUM.

POſt pronunciatam æquo judicio Dei in hominem mortis ſententiam, duræ neceſſitatis jugum ſubire mortales coacti ſunt, ut ſingulis nempe diebus manum eum morte, atque mortem inducentibus morbis conſerere cogerentur. Hanc pugnam merito appellamus naturalem illam medicinam, quæ omnibus retro ſæculis, atque inter omnes Mundi populos obtinuit. Ante Adami lapſum, præſentiſſimum vitæ ſervandæ temidum Deus in arbore vitæ paravit; inſita enim pomo hujus arboris vis erat, ut primæ juventutis florem virtique ſervaret intactas: ſi ad præſcriptum tamen Dei eo remedio uti homines voluiſſent. Sed præcipitato conſilio Divinis juſſionibus poſthabitis, cum præſcriptum a Creatore terminum uſu vetiti pomi præverti-ſent, quod peius habebane vitæ remedium, perniciosiſſimum virus ſibi poſterique omnibus experti ſunt.

Inventæ medicinæ Authorem Deum ipſum, vel, ſi mavis, Adamum Judæi reputarunt. *Honora medicum propter neceſſitatem*, inquit Eccli. 38. 1. 2. *omnia illum creavit Altiſſimus; a Deo eſt enim omnis medela.* Nec niſi e Cœlo receptum illud donum medicinæ Pagani adſcitantur, primores illos Medicos

(1) *Eccli.* 22. 7. (2) *Gen.* 37. 36. (3) *Gen.* 50. 3 11. (4) *Num.* 20. 30. *Deuter.* 34. 8. (5) *Antiq. l.* 4. c. 8. (6) 1. *Reg.* 31. 13. (7) *Judith.* 16. 29. (8) *Antiq. l.* 17. c. 10. (9) *Joan.* 11. 31. *Vide Gejer. de Inſt. Hebr. c.* 6. (10) *Lee. Modem. p.* 4. c. 10. (11) *Elias in Thisbi. Vide Buxtor. l. c.* (12) *Pokok. Not. Miſcel. p.* 241. Medicinæ origo juxta Hebræos.

in Deorum cenſum adlegentes. Afflictis Mortalium rebus Adami crimine Deus miſeratus, noluit prompere mortis ſuppliciо perfidiоſum hominem perimere. Virtam miſero ſervavit, dato ad reſipiſcentiam & pœnitudinem ſpatio: viva etiam detinuit illa ſpeculabilium ſcientiarum lumina, quæ antea in ipſa hominis creatione indiderat; iiſque affulgentibus Adam rationem invenit animalia cicurandi, agros colendi, mendodumque morborum, ſi quæ forte inciditſent, aptiſſimam. Uſu & experientia tot annorum acceptam rerum hanc cognitionem excoluit, quibus utrique adjumentis medicinæ exercitium non modice juvatur.

Ex Adamo deinde in poſteros hæreditario jure tranſmiſſam medicinam quamquam Hiſtoria ſilente, ne ambigimus quidem. Moyſes ipſe, licet alioqui primos rerum inventores ante Diluvium ſolertiſſime deſignet (1), ut neque primos paſcendorum ovium, muſicorum inſtrumentorum, liquandi metalli Authores ſileat, de Medicis atque pharmaeis ſanctum ubique ſilentium affectat. In toto Geneſis libro prima de Medicis mentio in obitus Jacobi hiſtoria occurrit (2). Parentis defuncti cadaver aromatibus condiendum de more ejus regionis, de quo vide Herodotum l. 2. cap. 86. 87. 88. & Diodorum l. 1. arte ſervorum ſuorum *Medicorum*, Joſeph curavit.

Obtinebat jam ea ætate, ſicut & diu antea, medicina apud Ægyptios, eoſque quos Medicos Moyſes appellat, aromatibus vel etiam ſale cadavera condientes, morbos etiam tractaſſe ne ambigimus quidem. Veterum plerique inventæ medicinæ honorem tribuerunt Hermeti ſive Mercurio Triſmegiſto (3), quem Virum Ægyptii appellant Thautum; nec facile altus eſt a Chanaan filio Cham. Porro Cham Pater eſt Ægyptiorum per Mezraim, & Chananæorum ſive Phœnicum per Chanaan. Ex quo ſane vetuſtiſſima medicinæ origo aſſeritur. Thautus, ſive Mercurius a conſiliis erat Chrono, alio nomine Saturno ſive Noe (4), quæ varia nomina unum eumdemque virum produnt. Hunc eumdem a Secreti fuiſſe Oſiridis, ſive Iſidis filiorum Saturni nati majorum, & Ægypti Regum Diodorus Siculus lib. 1. eſt author. Malunt alii totam eam rem Oſiridi & Iſidi accepto referre. Ipſa de ſe Iſis in lapide poſito Nyſæ in Arabia tradit, patrem habuiſſe Chronon, conjugem Oſiridem, præceptorem Thautum, & filium Horum. Vide Diodorum l. 1. De Iſide in urbe Nyſa Sanctus Clemens (5), & S. Cyrillus Alexandrini eamdem ſcientiam accenſunt ab Api.

Sed Plutarchus de Iſide, Ægyptiorum teſtimonio fretus, ambos iſtos Viros Apim, & Oſiridem confundendos cenſet. Apis auditorem habuit Æſculapium medicinæ gloria celebratiſſimum. Quod ad Iſidem ſpectat, medicinæ intima pervaſiſſe fœminam illam, eidemque plura medicamina deberi, Diodorus Siculus l. 1. & Manetho apud Euſ. Præp. l. 2. eſt author. Ejus rei merito, inquit Diodorus, Iſidis nomen in Deorum cenſum relati, ejuſque Numen ab ægris implorari, nec fruſtra, nonnulli quidem creditum, contigit. Ab Iſide derivata ſcientia in Horum, ſive Apollinem ejus filium, quemadmodum ab Oſiride didiceratÆſculapius. En veteres medicinæ apud Ægyptios fontes juxta priſcos Scriptores.

Erat in honore ars apud Ægyptios, cujus myſteriis late inſtructus ereditur Moyſes, in omni Ægyptiorum ſcientia excultiſſimus (6). Id lepræ exemplo, atque ratione ejus curandæ, diſtinguendæque in libris Moſaicis tradita (7), diſcimus; diſcimus & ex cautione ab eo præſcripta in coniuctis mulierum incommodis (8). Non deſunt etiam qui credant, Moyſen Chymicæ etiam myſteriis fuiſſe initiatum, quemadmodum ex redacto in pulverem aureo illo vitulo ab Aarone (9) conflato ab eodem & Moyſe ad potandum Hebræis Idolatris tradito, collegiſſe ſibi videntur. Quæ de medicina Moyſis, ſicut & cunnigena Ægyptiorum ſcientia, diximus, apertiſſimo S. Clementis Alexandrini teſtimonio confirmantur (10). Nec ſane in dubium revocari poteſt, virum illum calluiſſe non ſcientias tantum, quæ ad religionem, & politiam pertinent, ſed eas pariter quæ naturæ intima pervaderent. Ita ingenium habuiſſe Phyſicis ſcientiis exeultum ſatis demonſtrant ea, quæ de puris, impuriſque animantibus, quemadmodum & de corporis vitiis Saeerdotes a miniſterio arcentibus, ne quid de ceteris dieam ſupra recenſitis, docet. Quæ de correctis amaricantibus aquis in Mara, projectione cujuſdam ligni, præſitata ab eodem legimus, hæc inſitæ cuidam ejuſdem ligni naturali & medicinali virtuti accepto retuliſſe videtur Author Eccli 38. 4. 5. Non deſunt, qui arcano enidam medicinæ, & chymicæ ſecreto deputent collatam æneiſerpentis erectione e volitantium anguium veneno ſanitatem (11).

Certos quoſdam fuiſſe Medicis Ægyptiis Codices Sacros, quibus ſervanda ſibi attis præcepta docebantur, Diodorus Bibl. l. 1. eſt author: quæ ſane præcepta ſi quis in tractandis morbis ſervaſſet, huic omnia ſalva erant, ſive ægrotis valetudo, ſive mors obtigiſſet; eum vicidim ab illis exorbitaſſe, vel collata ægrotis ſanitate, capitale haberetur. Homerus (*) inſinuare videtur, Ægyptios fere omnes medicinam profiteri, & ita profiteri, ut nullibi peritiores Medici invenirentur. Frequentiſſimos ſane in ea regione Medicos fuiſſe ex Herodoto docemur (6). Cum ſingulis corporis partibus ſinguliſque morbis fui eſſent Medici peculiares, ita ſui erant pro capitis, oculorum, dentium, ventris morbis. Sed hæc longe aliena ſunt a Moyſis ætate, & in Strabone legimus (12), obtinuiſſe olim apud illos, ut ægros in foro exponerent, quo ſciliceet obviis quibuſve commodum eſſet, ut ſi quid ſeirent remedii, proponerent: quod etiam a Babyloniis (13), Gallis, & Luſitanis (14), ſervatum eſt. Repugnant illa quidem cum traditis a nobis ſupra de medicinæ initiatæ apud Ægyptios quod aiunt dedit Caſaubonus conjectura, autumantis pro *Ægyptiis* legendum eſſe *Aſſyriis*; cum maxime neque apud Strabonem, neque apud Diodorum, ſive Herodotum ſimile aliquid de Ægyptiis proditum, cum peculiarius de illis agerent, legatur.

Poſt Ægyptios, vetuſtiores mediciæ mediæ aſſertores eredimus Chaldæos, & Phœnices, quibuſcum erant Hebræorum commercia conſtituta, eademque occaſione facile & medicinæ artem didiciſſe potuerant. Paro primum regionis Medicum Cadmum venerantur Phœnices (15), ſient & eadem ratione Baechum colebant Aſſyrii, Lybes, & Indi. Cozvus erat Moyſi Cadmus; ſed multo ſito vetuſtior Baechus, ſi Criticorum conjectura valeat, virum illum cum Nemrod confundentium, cum alii non deſint, qui Moyſen ipſum eo nomine deſignatum credant. Hæc plane omnia tatis prudunt medicinæ in Oriente vetuſtatem, antea apud illos obtinentis, quam ut in Græcia prodiret celebratiſſimus ille Chiron præceptor Herculis, Ariſtæi, Theſei, Telamonis, Teucri, Jaſonis, Velæ, Achillis, & Palamedis. Horum Virorum Epocha non latet, cum plures Trojæ, obſidioni adfuerint. Reſtat modo ut eam quæſtionem tractemus, an ſeilicet Hebræis ex ipſis gentis erepundiis methodus aliqua medicinæ, & quæuam illa, tum & Medicinam profitentes viri fuerint. Cujus rei rationa afferri poſſe a nobis documenta, quam ut Lectorum vota omnia explcant, in tanto Scripturarum ſilentio, in ipſo ſermonis veſtibulo ultro fatemur.

In univerſa Patriarcharum hiſtoria ne verbum quidem ullum occurrit de Medicis, & Medicina quamvis frequens ibi de morbis, uti Ilaac, Abimelechi, Rachelis mentio recurrat. Dignum etiam animad-ver-

(1) *Gen.* 4. 20. 21. 22. (2) *Gen.* 50. 2. (3) Vide *D. Le Clerc. hiſt. Medicin. pag.* 1. *pag.* 20. 21. *Gallice. Galen. Orat. ſuaſ. ad art. Clem. Alex. Strom. lib.* 6. *Martian. Capella de arte Gram. lib.* 3. (4) *Vide inſerip-tionem a Diodoro relatam in hac verba: Mihi pater Saturnus eſt omnium Deorum ultimus. Ego ſum Rex Oſiris, qui arma per univerſam terram intuli* ..... *Ego ſum filius Chronos natu major.* (5) *Strom. lib.* 1. *pag.* 307. (6) *Aſſumm* 6. 22. (7) *Levit.* 13. 14. (8) *Levit.* 12. 15. (9) *Exod.* 32. 20. (10) *Strom. lib.* 1. (11) *Num.* 21. 8. 9. (*) *Odyſſ. D.* (5) *L.* 2. *cap.* 8. (12) *De Luſit. lib.* 3. *pag.* 115. (13) *Strab. lib.* 16. *pag.* 746. *lib.* 1. *cap.* 19. *Herod. lib.* 1. *c.* 197. (14) *Strabo lib.* 3. (15) *Plutar. Symp. lib.* 3. *q.* 1.

verſione arbitror, Joſeph opera quidem Medicorum uſum in condiendo aromatibus cadavere parentis; an vero ægrotanti Medicos adeſſe voluerit, non legimus. In Lege duo tantum ad Medicinam ſpectare videntur. Sanctum eſt Exod. 21. 18. 19. eum qui alterum in rixa ita læſerit, ut deeumbere cogat, atque læſus deinde convaleſcens vel ſeipioni ſaltem innixus valeat prodire, non capitali quidem ſupplicio mulctandum, ſed, inquit, *operas ejus & impenſas in Medicos reſtituet*. Ita reddunt vulgata, & Interpretum plerique [1]; Hebræus tamen contractior eſt [2]: *Ceſſationis tempus reſtituet*; ad literam; *Ceſſationis tempus reſtituet, & ſanabit illum*: i. e. impenſas curationis ſuppeditabit, ipſe curationi ipſius operam dabit. Luculentiſſimum iſtud, quantum aliud nullum, de medicina teſtimonium videtur.

Alius de medicina locus Levit. 13. & 14. ubi de lepra agitur, apparet. Varia ibi morbi illius genera, ſigna & ſymptomata luculentiſſime recenſentur; nihil omiſſum de notis ineuntis, veteraſcentis, & ſeſe remittentis morbi. Sed hic ego nihil de curatione lego; quin nec noſſe aliquid ea de re Moyſes videtur; cum internoſcendi tantum morbi rationem Sacerdotibus præſcribat, quo ille ſeſticet ſtatu ſuerit, an eo laborantes puri habendi eſſent, vel impuri, an ab hominum commercio ſegregandi &c. Leproſos habebant Judæi veluti Dei vindictæ flagello perculſos: *Nos putavimus eum veluti percuſſum a Deo*, ait Iſai. 53. 4. Quare caviſſe Hebræos, illorum curationi, utpote quos ſupernaturalis morbi genere laborare arbitrarentur, manus admovere, R. Manahem ad Levit. 13. eſt auctor. Audita a Rege Iſraelis cauſa adventus Naamani Samaritani, Jeſuique Regis Damaſci ad ſe litteris poſtulantibus ut virum illum a lepra curaret, *ſcidit veſtimenta ſua, & ait: Numquid ego Deus ſum, ut occidere poſſim & vivificare* [3]. Jeſus Chriſtus curatis leproſis quibuſdam, unum illud eſſe voluit prodigium certum aſſertumque, quo ſe Meſſiam demonſtraret [4].

Quæ Moyſes edicit de abſtinendo a fœminis ſtatim a puerperio [5], ſive menſtruo ineommodo laborantibus, illa pariter argumento ſerviunt. Hæc enim omnia veluti totidem amuleta, ſi nomen illud abſurpare fas eſt, habenda, quibus peſtis ſeu contagionis ex ea re provenientis virus arcetur. Nec abs re eodem medicaminum nomine eenſeri poſſent, quæ ipſe Legislator præſcribit de coma leproſorum abradenda, de elaudendis leproſis, eorum poſt receptam valetudinem luſtrationibus, & admittendorum in conſortium hominum expiationibus.

Quod in ſuperioribus adduximus exemplum de vino receepto gravi vulnere laborante, ſatis demonſtrat non defuiſſe tunc temporis, qui luxata membra componerent, vulnera lenioribus adhibitis remediis temperarent. Hujus rei peritia hodie Chirurgos, olim abſolutiſſimos Medicos reddebat. Chiron, Machaon, Podalirius, Pæon, Æſculapius nihil ultra quam peritiores erant Chirurgi [6], cum ſola noſſent vulnera tractare, teſte Plinio lib. 29. cap. 1. Podalirius, & Machaon filius Æſculapii, Agamemnonis in expeditione Trojana ſocii, numquam in peſtem interniſque morbis, ait Celſus, artem ſuam exercuerunt: vulnera tantum tractaſſe contenti. Quin & medicinæ œconomiam ignorabant adeo, ut Machaonii receepto in humeris vulnere laboranti potum permitterent e vino & comminuto caprino caſeo confectum [7].

Apud Hebræos cum de morbis ſermo occurrit, itti de febribus, malaeiis, peſte, dolore capitis, ſeu viſcerum, numquam de pharmaeis aliquid legitur; frequenter viciſſim de illis, cum de vulneribus, conſractione, ſive ſtupore agatur. Aſa podagra laborans, Medicorum opem quærivit; quod vitio illi in Scriptura vertitur, quaſi una hac re Deo minus fidere videretur [8]. Joram, receepto inter bellandum vulnere, Jezraelem curationis gratia ſe receepit [9]. Ezechias ulcere gravi afflictus, applicato caricarum cataplaſmate ab Iſaia ſanitati reſtituetus eſt [10]. *Tempus eſt occidendi*, ait Eccle. 3. 3. *& tempus ſanandi*. Porro vir iſte, nempe Salomon, omnia ſibi naturæ abdita habebat reſerata, eum de plantis omnibus diſſeruiſſet [11]; quare medicinæ ſecrera plane noverat. Mirari autem lubit, Judæos præſeripta ab eo pharmaca omnia, atque medendi rationem adeo neglexiſſe, ut nullos haberet in gente Diſeipulos. In Prophetis enim, qui poſt illum floruerunt, nihil legimus, niſi ſi quid de vulneribus oleo, & faſciis tractatis, medicaminibus ex reſina conſtantibus, herbis tandem & plantis ad valetudinem, & medicinam conferentibus. Sinceram cordis gaudium, Salomone teſtante [12], carnis ſanitati confert; additque, ſermonem probum [13] ſitas habendum quaſi arborem vitæ, nempe arborem fructus ferentem ſalubres. Stomachi nimio ingeſto cibo gravati faſtidium, proeurato vomitu relevasi idem Scriptor Proverb. 23. 8. ſuadet, quod etiam monet Eccli. 31. 25. iis, qui in convivio plus nimio ingurgitaverint; quæ tandem ex venere & voluptatibus proveniunt incommoda Sapiens percenſens, modum adhibendi deſcribit oſſa ſimul & carnem abrodentem [14].

Alliganda a Domino vulnera populi fui, ae tandem ſananda Iſaias 30. 26. prædicit. Et Jeremias 8. 22. *Super contritione filiæ populi mei contritus ſum, & contriſtatus, ſtupor obtinuit me. Numquid reſina non eſt in Galaad, aut Medicus non eſt ibi? Quare igitur non eſt obducta cicatrix filiæ populi mei?* Et cap. 14. 19. *Expectavimus pacem, & non eſt bonum; & tempus curationis, & ecce turbatio. Numquid projiciens abjecit Judam, aut Sion abominata eſt animam ſuam? Quare ergo percuſſiſti nos ita, ut nulla ſit ſanitas?* Et cap. 30. 12. 15. *Inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua, plaga inimici percuſſi te, caſtigatione crudeli: Obduxam cicatricem tibi, & a vulneribus tuis ſanabo te*. Et cap. 47. 11. *Aſcende in Galaad, & tolle reſinam; filia Virgo Ægypti, fruſtra multiplica medicamina; ſanitas non erit tibi*. Et 51. 8. 9. *Subito cecidit Babylon, & contrita eſt. Ululate ſuper eam, tollite reſinam ad dolorem ejus, ſi forte ſanetur. Curavimus Babylonem, & non eſt ſanata; derelinquamus eam, & eamus unuſquiſque in terram ſuam*.

In his omnibus unus tantum eſt ſermo de vulneribus, confractionibus, ſtupore: & quænam pro illis medicamina? Reſina, & faſciæ. Oleum addit Iſaias 1. 6 *A planta pedis uſque ad verticem capitis non eſt in eo ſanitas, vulnus & livor & plaga tumens non eſt circumligata, neque fota oleo*. Rationem ſarciendi confractiones proſequitur Ezechiel 30. 21. *Fili hominis, brachium Pharaonis Regis Ægypti confregi, & ecce non eſt obvolutum, ut reſtitueretur ei ſanitas, ut ligaretur pannis, & faſciaretur linteolis, ut receepto robore poſſet retinere gladium*. Et cap. 47. 12. Arboris cujuſdam meminit fructus gratiſſimi ſaporis, cujus folia præſentiſſima ſunt morborum medicamina. Cete illud Tobiæ adoleſcentulo minitans Raphael apprehendens exenteraviit, ſervarique mandavit jecur, tamquam præſentiſſimum curandis morbis remedium. Nec fruſtra ille; cum & expellendo Dæmoni, & reſtituendis cæco Tobiæ luminibus denide valuerit [15]. Nec ignoti erant Mediei ætate Oiee, in quam rem ille c. 5. 13. *Et vidit Ephraim languorem ſuum, & Judam vinculum ſuum, & abiit Ephraim ad Aſſur, & miſit ad Regem ultorem; & ipſe non poterit ſanare nos, nec ſolvere poterit a vobis vinculum &c.*

In morbis intima tantum depaſcentibus etiam gravioribus arduiſque, nullus erat medicinæ uſus. In ea enim, qua tenebantur, cauſarum ejus morbi ignoratione, quærendo a Deo, ſive ab ejus Prophetis auxilio religioſiores efficiebantur. Non deerant tamen qui ad ſuperſtitiones ineitarentur, ad Magos, Idololatras, Veneficos, ſicut & ad muſeam.

(1) *Septuag. Chal. Syr. Arab. alii plerique.* (2) *Rak ſchibfro jithen Verapo jerape.* (3) 4. *Reg.* 5. 7.
(4) *Matth.* 11. 5. (5) *Levit.* 15. (6) *Vide Le Clerc. Hiſtor. Medicina Gallice.*
(7) *Hom. Iliad.* 11. (8) 3. *Reg.* 15. 23. & 2. *Par.* 16. 12. (9) 4. *Reg.* 8. 29. & 9. 15. (10) 4. *Reg.* 20. *Iſai.* 38. 8. 21. (11) 3. *Reg.* 4. 33. (12) *Proverb.* 14. 30. (13) *Proverb.* 15. 4. (14) *Prov.* 5. 11. (15) *Job* 6. 5.

Ille quo Jobus afflige batur, immissus erat a Dæmone morbus, sed Dæmon opprimendo viro nonnisi causas naturales armavit. Ad eas ille angustias redactus, numquam sibi ex remediis opem quæsivit; nihil etiam tale succurrit Amicis; sed omnium una erat sententia, impetrandam a Domino valetudinem. Moralem tantummodo ejus mali rationem quærunt; an scilicet illud in ultionem criminum a Deo immitteretur, sive tantum periculi de virtute viri fortis faciendi, atque virtutis Dei exerendæ gratia. Insultantium sibi Amicorum sermonis pertæsus Jobus dixit experiri se illos *Medicos frustraneos* (1). Lepra, morbi genus frequentissimum ac pernicio sissimum apud Hebræos, peculiaribus earebat Medicis simul & remediis; cum enim certa exhibita fuissent morbi documenta, statim miseri abominibus deserebantur, metu ne contagione morbus propagaretur (2).

Amnon Filius David, plus nimio sororem Thamar deperiens, tabe & mœrore infectus ægritudinem contraxit (3); nulla tunc mentio de pharmacis, sive de medicis. David ad solandum ægrotum veniens, ne medicaminum quidem meminit. Quæsivit uniee Amnon, ut aceræ ad se sororis manu degustare sibi liceret forbitunculas, & cibum. Abias filius Jeroboami Regis Israel æger decumbebat (4), statimque uxor Jeroboami ab eo missa ad Abiam Prophetam accurrit, adolescentuli valetudinem deprecatura. Cum e solario superiori domus in inferius conclave Ochozias Rex Israel præceps corruisset, certos misit viros ad consulendum, opemque implorandam Beelzebub Dei Accaronitarum (5). Saniori consilio Hazael Rex Damasci opem Prophetæ Domini procuravit (6). Naaman Syrus e Damasco in Regionem Israeliticam venit, morbi sui remedium ab Elisæo imploraturus (7). Filius Sunamitidis fœminæ, quæ Elisæum hospitio receeperat, vehementi dolore capitis abreptus, in ipsis matris ulnis exanimis conei dit. Volavit illa ad Prophetam, qui statim in ædes ejus se conferens, filium ineolumem matri restituit (8). Joram Rex Juda post toleratam integro biennio dysenteriam, vi morbi tandem oppressus est (9). Ozias Rex Juda in ultionem ulurpati muneris Sacerdotalis, quippe qui offerendum sibi Domino thymiama arrogaverat, lepra percussus est (10). In his omnibus non vulgarium virorum morbis, altum est de medicaminibus, & Medicis silentium. Inter Præfectos Aulæ Regum Juda, Davidis, Salomonis, eeterorumque post ipsos, nullus erat Medicorum locus. Sed numquid propterea nulli erant in Regione Medici? Non hoc ego quidem autumaverim; sed rari, eorumque peritia in eo tota versabatur, quemadmodum supra etiam animadversum est, ut membra recomponerent, vulnera sanarent.

Aliud erat apud Hebræos Medicorum genus; venefici scilicet, qui suis actibus jactitarent, se colubros sistere, frænumque, ne mordeetent, imponere, ac tandem nescio quæ carmina obmurmurantes, morsibus eorum mederi. Fusius hoc argumentum pertractavimus peculiari Dissertatione in Psalmos. Quod ad morsus venenatos attinet, nihil ad id usque medicina excogitaverat. *Ego immittam vobis*, inquit Jerem. 8. 17. *serpentes regulos, quibus non est incantatio*. Et Job 41. 25. de Crocodilo: *Conculcant illum Amici*; (Hebr. Exeantatores). Et Eccle. 10. 11. *Si mordeat Serpens in silentio* (Hebr. cui non est incantatio), *nihil eo minus habet, qui occulte detrahit*. Et Psal. 57. 5. ita Psalmista de hostibus suis: *Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, qua non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter*. Ac tandem Eccli. 12. 13. *Quis miserebitur incantatori a Serpente percusso?*

Quærebatur etiam in morbis magorum opera, quamquam non ita aperte ejus usus in S. Scriptura exprimitur. Salomonem obtinuisse a Deo virtutem pellendi Dæmones, tum & mala, quæ illis authoribus in homines inferuntur, removendi a Josepho doeemur (11). Scripsit igitur earmina, & exorcismos in morbos Dæmoniacos præstantissimos, quorum vi maligni Spiritus numquam regressuri pellerentur. Hæc tanandi ratio, addit ille, hodie usque apud nos obtinet; hisce enim oculis vidi Eleazarum virum Judæo eorum Vespasiano, ejusque filiis, militiæ Præfectis, tum & militibus quampluribus, Dæmoniacos frequenti numero sanasse. Offerebat ille naribus Dæmoniaci annulum infertam habentem, loco gemmæ, radieem a Salomone indieatam. Pronunciabat nomen ejusdem Principis, sicut & quædam præscripta ab illo verba: satis hæc: nam statim Dæmoniacus in eetram eoneidens, ineolumis deinde relevabatur. Dabat vir ille luculentissimum veritatis simul & artis suæ documentum; vas enim aqua plenum in loco aliquo distanti constitutum invertere abeuntem Spiritum jubebat; eodemque articulo, quo Dæmoniacus relevabatur, sponte sua effundi vas, nullo movente, adstantes mirabantur. Hanc Josephi sententiam, tribuentis Salomoni vim aliquam in morbos magicam, ne probemus, religione abstterremur. Habemus enim perluasum, virum illum, de quo Historicus, magiæ artibus valuisse, quas nomine & authoritate Salomonis, uti Magorum omnis aetatis mos est, honestabat. Solemne est enim magis viri alicujus insignis nomen obtendere, quo indoctis rudibusque grandi illa speeie imponant.

Hisce superstitiosis medicaminibus saniori consilio alia substituta sunt remedia non improba arte parata, aliqua data occasione dæmoniaeis juvantia. Cum Saul tetro quodam melancholiæ morbo agitaretur adeo, ut a Dæmone vexatus, nec abs re perstus, eum & Dæmonem haberet obsidemem, videretur; utebatur nequam ille spiritus prava humorum corporis ejusdem Regis œconomia, ut miserum torqueret: quare requisitus David musica quædam instrumenta coram illo pulsans, tumultuantes compeseebat humores, simulque afflictum solabatur. Jesus Christus, ejusque Apostoli prodigio, quandoque ægritudinem hanc tunc temporis familiarem depulerunt (12). Solo enim pronunciato Jesu Christi nomine ejusque authoritate dare Dæmones eogebantur; quod tunc medicamen est præter omnes medicinæ regulas valens; & in Dissertatione de Medicina sola quadam rei affinitate deducendum. Sed animadvertere operæ pretium est, in ea fuisse perluasione ejus ætatis. Hebræos, ut latentes omnes & incurabiles morbi Dæmoni authori deputarentur. Legimus sane in Evangelio, epilepticos, surdos, mutos, lunaticos, mania laboraotes, torquentem in se spiritum malum experios fuisse; quo statim a Jesu Christo sive ab Apostolis pulso, salva erant omnia. Legimus de muto Dæmone (13), de altero balbutiente (14), de homine spiritu ægritudinis afflicto (15): & S. Paulus 1. Cor. 5. 5. incestuosum illum Corinthium Sanatæ permittens, tradere se dixit virum hunc infestissimo advertario *ad interitum carnis*. Et S. Marcus 3. 10. de morbis corporis agens, *plagas* a Deo missas appellat (*).

Frustra quis vulgi errorem & phantasiæ deliria suspieabitur; quasi nec Saul, sicut nec epileptici, lunatici, & muti Evangelii insidentis spiritus livore torquerentur. Facile enim eredimus permissile Deum, ut ea ætate Dæmones corpora illorum agitarent, qui Divinam in se ultionem criminibus provoeassent; sive ut exemplum ejusdem ultionis, & timorem mundo ingereient. Veteris enim Legis spiritus erat, ut rigidam semper austeritatem exhiberet. Erant Hebræi jugo servitutis premendi, ne potuarum seuibilium flagello, quas illi homines rudes & earnales uniee graves sentiebant, eogendi. Porro illi morbos habebant veluti Divinæ ultionis flagella, improbis spiritibus tam-

(1) *Job* 13. 4. *Hebr.* (2) *Levit.* 14. (3) 2. *Reg.* 13. 2. 4. 5. 6. (4) 3. *Reg.* 14. 1. 5. (5) 4. *Reg.* 1. 2. (6) 4. *Reg.* 8. 7. (7) 4. *Reg.* 5. 5. 6. (8) 3. *Reg.* 17. 17. (9) 2. *Par.* 21. 15. 18. 19. (10) 2. *Par.* 26. 19. (11) *Antiq. l.* 8. c. 2. (12) *Matth.* 9. 32. 33. & *Luc.* 11. 14. (13) *Matth.* 9. 32. 33. & *Luc.* 11. 14. (14) *Marci* 7. 32. (15) *Luc.* 13. 11. (*) *Ita* & c. 5. 29. 34. *Luc.* 7. 21.

tamquam administris urentis; eamque in populo opinionem fovendam Dominus cenſens, Dæmones quandoque immittebat, corpora hiſce morbis inflictis torquentes [11].

Ut ad magica remedia, unde digreſſi ſumus, regrediamur, animadvertere juvat Medicos egiſſe interdum eos vitos, qui ſimul magiam, non fictam illam, profitebantur. Zoroaſtes inter primos medicinæ inventores, nomen habet & inter Magos celeberrimum. Circe, & Medea, ambæ medicina claræ, & pluribus medicis operationibus inſignes, magiam æque profitebantur. Apud Ægyptios, teſte Origene lib. 8. contra Celſ. Damones, five Numina æris 36. numero cenſebantur. Quorum ſinguli, diviſo in totidem partes hominum corpore, five ſingulis portionibus præerant. Dæmones illos peculiari nomine vindicula lingua appellantes Ægyptii invocabant, ejus potiſſimum opem flagitantes, cujus dominio pars corporis aegritudine affecta ſubjiciebatur.

Æſculapius, author Pindaro [12], febres omnes, ulcera, vulnera, dolores pellebat, five dulcia quædam veneficia adhibens, five nutes potiones, remediique in extima corporis ſuperficie applicatis, five tandem inciſionibus. Fluentem e vulnere Ulyſſis cruorem opo inorntationum prohibitum narrat Homerus [13]. Salutaria morbis interdum reputabantur verba quædam, five ante magica parata carmina; quemadmodum apud Catonem legimus ea, quæ ſuper *luxatum* membrum otioſi homines obmurmurabant [14]. Quæ verba interdum in Amuletis quibuldam ſcripta, ſuper affectas morbo partes ponebantur, five collo appenſa geſtari conſueverant. Hæc arte parata medicamina appellabant *Taliſmanuos*, *Amuleta*, *Phylacteria*.

Ne ambigimus quidem, Hebræos pro ea, qua tenebantur, ſuperſtitione, rudique rerum ignoratione, hæc ſimul omnia remedia adoptaſſe. Vidimus in ſuperioribus, non defuiſſe apud illos contra morbos auguium excantatores, neque pellendis Dæmonibus, annulo quodam ſuperſtitioſo adhibito, Magos. Sunt qui ferpentem æneum Moyſis pro Taliſmano habuerint. Sed hæc omnia curandorum morborum remedia Dæmonis invocatione valentia, Lex Domini damnat deteſtaturque [15]. Cum rudiores populi æneo Moyſis ſerpente abuti viderentur, abolendum mandavit Ezechias [16]; ſicut & ejuſdem juſſu igni traditos ferunt Libros a Salomone de arcanis naturæ ſcriptos; videbantur enim nimiæ plus ſibi opis ſperare ex inſpecta virtute herbarum, quam collocatæ in Deum fiducia. Quod acceſſebatur e muſica remedium, ingenuum magis minuſque æriminoſum videtur; ſcitum eſt enim, quantum muſica Davidis contulerit agitatæ Saulis melancholiæ compeſcendæ [17]. Hanc ſane valuiſſe plures Medici agnoſcunt in morbos corporis e turbata ſpiritus œconomia provenientes; quippe quæ omnia in ſuos ordines redigat. Id ſe experimento noſſe Galenus [18] profitetur; pluribus enim, quibus ſpiritus ægritudo corporis œconomiam turbaverat, muſicæ remedio juviſſe ſe dicit. Si quis autem, addit, remedio illo probando Medicorum authoritatem defideret, ille habet Æſculapium patriæ meæ Numen, hoc uno ſolamine afflictum ægritudine ſpiritus corpus relevans. Obſtetrices Athenienſes, Platone teſte, facile reddebant puerperium ope quorumdam aromatum, carmina quædam ſimul obmurmurantes (19). Videſis noſtram Diſſertationem o e efficacitate Muſicæ Veterum Hebræorum.

Recepta igitur erat apud Hebræos ſenſentia, morbos plerumque Dei vindicis eſſe flagella, cujus eſſent adminiſtri, & tortores illi, quos Dæmones vocamus; quemadmodum etiam in ſuperioribus demonſtratum eſt. Adam, ſub ipſum veluti peccati limitem, mortis pœnam in ſe pronunciatam ſuſtinuit (10). Abimelech vix rapta Sara, quam ſororem non conjugem Abrahami reputaverat, vindicem Dei manum in ſe expertus eſt (11). Ægyptii nolentes Divinis juſſionibus morigeros ſe præbere, variis plagis percuſſi ſunt. Her & Onan crimine deteſtabili id committentes, ne filii e Thamar naſcerentur, ſubito correpti perierunt (12). Maria ſoror Moyſis, vix a murmure in fratrem, lepra obductum corpus exhortuit (13). Eamdem lepræ ulcionem excruit Deus in Azariam Regem Juda, reum attentati muneris Sacerdotalis in oblatione thymiamatis (14). Philiſthæorum anus pudenda plaga perculſus eſt, quod ſcilicet illi minus religioſe Arcam obſervaſſent (15); eamdemque curioſius ſcrutantibus Bethſamitis capitæ ſe fuit (16) ſi nec mitius cum Oſa actum eſt manus in illam protendente (17). David quod tanta aliqua curioſitate populi cenſum indixiſſet, ingenti hominum clade erratum expiare coactus eſt (18).

Amici Jobum tot oppreſſum malis & ærumnis inviſentes, eo indicio eum alicujus inſignis criminis arguebant. Rex Joram impietatis & idololatriæ reus acerbiſſimo diſſenteriæ morbo contabuit (19). Quid Nibuchodonoſor? nonne impietatis & criminum ſuorum pœnam morbo, & metamorphoſi luit? Quid David? nonne criminis ſui cum Bethſabee merito, morbo ſimul & morte filii ex eo concubitu nati punitus eſt? Tandem familiares ſunt hæ loquendi formulæ in Sacris Libris (20): *Dominus eſt qui mortificat, & vivificat, qui deducit ad inferos, & reducit*; *Dominus eſt vitæ, & mortis, ſanitatis, & morbi, utriſque pro arbitrio imperans*. Judæis denunciat ſuorum, ut refractarios inſanabilibus morbis puniat, morigeros valetudine ſimul & incolumitate donet.

Hæc æque regnant in Novo, & Veteri Teſtamento; & Jeſus Chriſtus receptam hanc opinionem non ſemel confirmaſſe viſus eſt; iis, quos incolumes reſtituerat, etiam æque etiam commendans, ne quid ultra criminis admittant; veluti infinuans morbi cauſam omnem peccato deputari. Allatum ad ſe paralyticum ita affatur (21): *Fili, remittuntur tibi peccata tua*; & tum gravius hæc verba accepiſſe adſtantes videntur, adjecit: *Quid eſt facilius dicere, remittuntur tibi peccata tua; an dicere, ſurge, & ambula?* Occaſione autem viri cujuldam a crepundiis cæci, Chriſtum interrogant Apoſtoli Joan. 9. 2. 3. *Rabbi, quis peccavit, hic, an parentes ejus, ut cæcus naſceretur?* Ac ſi habuerint perſuaſum, latentis cujuldam criminis vel filii vel parentum malam fuiſſe propaginem hanc, qua juvenis tenebatur, cæcitatem. Sed errantes docet Chriſtus, demonſtrans nullius criminis meritо morbum hunc viro obtigiſſe; ſed Divinæ providentiæ conſilio factum eſſe, ut ad exhibendum Divinæ virtutis documentum cœcus naſceretur. S. Paulus morbos, & mortem ipſam plurium Chriſtianorum deputat minori illi, quam in Euchariſtia recipienda exhibebant, religioni. Cum Herodes Rex Judææ perſecutionem indixit in Apoſtolos alterum atque alterum crimen adjeciſſet, ut necis Sancti Jacobi fratri S. Joannis, carcerationis Sancti Petri, graviſſimam in ſe Dei vindicis manum ſenſit (22); dum enim verba ad populum Cæſareæ haberet, inter ipſos plaudentis populi voces acclamantis Dei ſe verba non hominis audire, ſubito percuſſus ab Angelo, pernicioſo adeo morbo contabuit, ut vorantibus vermibus aliquanto poſt tandem abſumeretur; quippe qui, inquit Textus Sacer, *non dediſſet honorem Deo*. Eamdem omnibus perſuaſionem ſteriſſe in extremo Hierodis Magni morbo, Joſephus teſtatur (23), ut ſcilicet criminum ſuorum & crudelitatis merito a Deo puniretur.

Non repugnaverim quidem, horum exemplorum plurima Divino eſſe prodigio deputanda, nec Judæos ita reputantes audeam reprehendere; ſed omnia æque

(1) *S. Hieron. in Matth. 9. 4. Et datur nobis intelligentia propter peccata plerasq; evenire corporum debilitates; & idcirco forſan dimittuntur prius peccata, ut cauſis debilitatis ablatis, ſanitas reſtituatur.* (2) *Pyth. Ode 3.* (3) *Odyſſ. T. ſeu 19.* (4) *De re Ruſtic. art. 160.* (5) *Lvvit. 26. 6. Deut. 18. 10. 11. Levit. 19. 31.* (6) 4. *Reg.* 18. 4. (7) 1. *Reg. 16. 23.* (8) Vide Galen. *de Sanit. tuenda lib. 1. cap. 8. Et le Clerc, in l. Medicina lib. 1. pag. 72. 73. Gallice.*

(9) *Plat. Theæteet. pag. 149.* (10) *Gen. 3. 3. 19.* (11) *Gen. 20. 4. 5.* (12) *Gen. 38. 9. 10.* (13) *Num. 12. 10.* (14) 2. *Paral. 26. 19.* (15) 1. *Reg. 5. 6.* (16) 1. *Reg. 6. 19.* (17) 2. *Reg. 6. 7.* (18) 2. *Reg. 24.* (19) 2. *Paral. 21. 18. 19.* (20) Vide Levit. 15. 26. & 26. 16. 21. 28. *&c. Deut.* 28. 17. 35. 39. & 29. 22. *Job. 5. 18. Iſai. 19. 22. & 30. 26. & in Pſalmiſſim* 5. 3. & 40. 5. & 106. 30. (21) *Matth. 9. 2. 3.* (22) *Actuum* 12. 23. (23) *Antiqu. lib. 17. cap. 8.*

prodigia credere vix aſſentior. Inter pluta enim miracula, plures etiam naturales morbos agnoſco; & (ne prodigia non neceſſaria accumulem) maluerim ego Deum, cum hominem morbo aliquo percuſſiſſe legimus, id commiſiſſe tantummodo, ut morbum illum a natura induei in pœnam præcedentium criminum permitteret. Nihil de meo hoc judicio reliquis impoſitum volo; ſed conjecturam meam prodo, quam ceterorum examini permitto, ne metu irreligioſus in Sacras Scripturas videar.

Ita ſemel Hebræi de cauſa morborum perſuaſi, in eam quoque opinionem venerunt, ut morbos omnes tum inuſitatos, cum vulgares pravis Angelis tribuerent. Erat, juxta illos, Angelus exterminator, Angelus ultor, Angelus mortis. Cædem primorum natu in Ægypto (1), Sennacheribi (2), luem in Populum graſſantem (3), Angelo ultori, ſeu exterminatori ferunt acceptam. Erant, & ſunt etiam noſtra ætate in ea ſententia, ut Angelum mortis homines gladio ſuo perimere (4) fœdumque cruore gladium aqua, quæ forte in ædibus occurrit, eluere arbitrentur. Humor, quæ ferali gladio adhæſerit, virus eſſe præſtantiſſimum rati, id ſumma cura efficiunt, ut tota, quæ forte domi occurrerit, aqua ſtatim ab obitu Defuncti effuſa, diſcrimen omne evitent.

Credunt inſuper, morborum, quos alioquin naturalibus, praviſque affectionibus Medici tribuunt, ſive Dæmonem, ſive Lunam in cauſa fuiſſe; quemadmodum de morbo Saulis, & de hypocondriacis affectionibus ſtatuunt. Fatemur quidem, plures fuiſſe hujus generis morbos Dæmoni authori tribuendos, ipſo docente Evangelio; ſed vix poſſumus in animum inducere, ut omnes ex iiſdem cauſis derivandos credamus. Rudis populus noſtra etiam ætate Dæmoniacos habet plurimos, qui inter ſtultos, & mania laborantes merito rejicerentur; plus illi helleboro, purgaminibus, & ſacrificiis, quam exorciſmis ſolemnibuſque Eccleſiæ precibus, nonniſi exigente neceſſitate, ſive aperta utilitate adhibendis, juvarentur.

Alia etiam vetuſtiſſima accepta tradicione inter Judæos opinio fertur, cujus in ipſa Patriarcharum hiſtoria veſtigia apparent: eos videlicet, qui rem aliquam inſuetam per viſum ſpectarint, mortem imminentem manere. Agar, objecto ſibi per viſum Angelo, ferale mortis ſuæ omen ſe recepiſſe putabat; ſed ab Angelo confirmata, cum tandem animos reſumpſiſſet, prodigii loco habuit, vidiſſe ſe Deum, nil incommodi expertam (5). Jacob gratias Deo agebat eo nomine, quod vidiſſet *Deum facie ad faciem*; & *ſalva, inquit, facta eſt anima mea* (6). Deus ipſe ita ad Moyſen locutus, profitetur: *Non videbit me homo, & vivet* (7). Hebræi Moyſen rogabant, ut ipſe loquendi ad populum munus aſſumeret; ſi forte enim Deus ipſe per ſe loqueretur, certam ſibi mortem timebant (8). Manue pater Samſonis, ejuſque conjux, quod Angelum vidiſſent, ferale ſibi illud ominabantur: *Morte morieмur, quia vidimus Dominum* (9).

Qui vero medicinam inter Hebræos, quemadmodum & de Græcis ſcitum eſt, profiterentur, viros fuiſſe non vulgares, verbis quibuſdam Scripturæ inſinuatum videtur. Ejus enim artis præcepta neque a Principe aliena eſſe arbitrabantur, cum Iſ. 3. 6. legamus: *Apprehendet vir fratrem ſuum, domeſticum patris ſui; veſtimentum tibi eſt, Princeps eſto noſter: ruina autem hæc ſub manu tua*: (nempe membra noſtra e lapſu afflicta medicaminibus fove) *Reſpondebis in die illa dicens: Non ſum Medicus, & in domo mea non eſt panis, neque veſtimentum; nolite conſtituere me Principem populi*. Et Oſee 5. 13. vitio Iſraelitis vertit, quod ſpem illi omnem in Aſſyriis collocaſſent: *Et vidit Ephraim languorem ſuum, & Juda vinculum ſuum; & abiit Ephraim ad Aſſur, & miſit ad Regem ultorem; & ipſe non poterit ſanare vos, nec poterit ſalvare a vobis vinculum*. Et Zach. 11. 16. *Egoſuſcitabo Paſtorem in terra, qui derelicta non viſitabit, diſperſum non quæret, & contritum non ſanabit*. Jerem. 6. 14. *A Propheta uſque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum; & curabunt contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes: Pax pax* (nempe vulnus obducitur) *& non erat pax*, & reprehendebar.

Licet autem olim, & noſtra etiam ætate, peritiſſimi medicinæ profeſſores Judæorum aliqui maxime in Oriente habeantur; in Rabbinorum tamen Libris minus æqua de Medicis legimus; cum Medicos ad illos amandent, quos excluſos pronunciant a Regno, apprecantes illud: *Medicorum optimus in Inferno demergatur; ſplendide enim vivit, nec morbum timet; neque ex ſuum coram Domine conteris, pauperemque, opem ſuam illi denegans, interficit*. Si quis vero de peritia Medicorum Judæorum conjecturam capere e peritia Rabbinorum in rebus anatomicis voluerit, nil plane de illis magnificum opinabitur. Receptum eſt enim inter eos, in ſpina dorſi os quoddam, nomine *luz*, inſertum eſſe, quod veluti radicem & centrum omnium partium corporis habent; inde cor, jecur, cerebrum, verenda, & quid non? Quod autem maxime ejus oſſis virtutem commendat, illud eſt, nempe integrum vel in medio igne numquam non manere, ut germen ſit reſurrectionis, e quo iterum reſolutum corpus, veluti e ſemine planta, pullulet. Enumerare autem in eorpore hominis 248 oſſa, & 365. venas, five ligamenta.

An veteres Hebræi recentioribus præſtarent in Medicinæ peritia, ambigimus; illud tantummodo aſſerendum eſt nobis, naturamſſe illos, uti Veteres fere omnes, corporis humani fœtum in utero Matris coagulatione quadam ceu lactis concreſcere (10); eui deinde Dominum pellem, nervos & tendones inducere. Addebant oſſa, cum ſalva ſint omnia, ſucco quodam madeſcere; areſcere vero continuo ac eorpus vitiarur (11): ſicut etiam medulla oſſium affecta, crudelibus morbis totum eorpus torqueri (12); vitioſum illum calorem, quem inflammationem vocamus, oſſibus adhæreſcere (13); oleum, quo exima pellis fovetur, ad uſque oſſa penetrare (14). Uno verbo valetudinem omnem, morbumque ex oſſium habitudine recta pravaque deducunt. Quin etiam umbilici œconomiam plurimum ad valetudinem conferre, Salomon inſinuare videtur (15); ſicut & illum unctione forum piurimum conruliſſe reſtinguendis depaleentibus viſcera ardoribus (16). Vitam conſtituebant in ſanguine (17). Nec ne? & ſanguinis emiſſione ne verbum quidem in Scriptura.

Familiariſſimum ſimulque celebratiſſimum Hebræorum remedium erat reſina montium Galaad (18), quemadmodum ſupra etiam infinua vimus. Nec ſane Medici diſſitentur, varia reſinæ genera confragoſis oſſibus, ſtupori membrorum & plagis mederi. Non deerant etiam apud illos herbæ & plantæ ſalubres, cujus generis nos medicinales, illi *arbores ſeu ligna vitæ* (19), appellabant; ſicut victiſſim *arbor mortis* apud illos erat, quæ nobis eſt planta virulenta & pernicioſa. Author Eccleſiaſtici (20), ligni virtutes proſequutus ſcribit, Unguentarium variarum rerum admixtione pharmacum quoddam ſalutare componere, cujus odor per totam terræ faciem diffuſus, undique pacem & lætitiam ſpiraret: continuo tamen monirum jubjungit ſalutare, ut icilicet primo omnium ægrotus valetudinem a Deo depreeari ſtudeat, illud etiam committat, ut pœnitudine eluere crimina, oblationes in Templo fieri ex ſimila, opimique pecudibus proeuret; veluti ſi e Mundo egreſſus, jam coram Deo adſiteret. Nec tamen iſta prohibent, addit, quin a Medicis opem imploret; a Deo enim Medieus ereatus eſt, ſuaſque pro valetudine infirmi preeees ad Deum interponet. Tandem maximum aliquod Divinæ ultionis documentum in impios exhiberi preeatus, optat ut impius *in manus Medici incidat*.

DIS-

(1) *Exod.* 12. 29. (2) 4. *Reg.* 19. 35. (3) 3. *Reg.* 24. 16. (4) Vide *Job* 32. 33. 23. *Pſ.* 34. 5. *Prov.* 17. 1. *Dan.* 13. 55. 59.

(5) *Gen.* 16. 14. 15. (6) *Gen.* 32. 30. (7) *Exod.* 33. 20. (8) *Exod.* 20. 19. (9) *Judic.* 13. 20 (10) *Pſ.* 138. 15. *Job* 10. 10. *Sap.* 2. (11) *Job* 20. 11. & 21. 24. & 33. 19. *Prov.* 3. 8. & 15. 30. & 27. 22. *Eccli.* 26. 16. (12) *Prov.* 12. 4. & 14. 30. *Habac.* 3. 16. (13) *Jerem. Thren.* 11. 13. (14) *Pſ.* 108. 18. (15) *Prov.* 3. 8. (16) *Cantic.* 7. 2.

(17) *Deut.* 12. 23. (18) *Jerem.* 8. 22. & 46. 11. & 51. 8. (19) *Prov.* 3. 18. & 11. 30. & 13. 12 & 15. 4. *Eccli.* 47. 12. (20) *Eccli*, 38. 7.

DISSERTATIO

DE RE CIBARIA HEBRÆORUM.

VEterum Hebræorum mores ritusque adeo a noſtris abhorrent, ut ſine ingenti collato in eam rem ſtudio penitus explorata hæc haberi non poſſint. Si quis autem perfunctorie ea tantum noſcere contentus, cetera duxerit negligenda, ille plane numquam intimam Scripturæ, jugi ferme allegoria eo ſpectantis, ſenſum aſſequetur. Inter hæc autem, quæ ad Hebræorum mores ſpectant, res eorum cibaria tanto eſt præ ceteris Eruditorum occupatione dignior, quanto frequentius in Scriptura recurrit, majorique eſt indagine tum verborum ambiguitate cum ex diffortitate morum ſerutanda. Variante enim fortuna ejus rei conſuetudo apud Judæos variavit. Abraham e Chaldæa oriundus, regionis morem & ipſe tenuit, & ad filios tranſmiſit. Ejus poſteri cum Chananæis & Phœnicibus tum ſedes cum in multis mores haberunt communes. In Ægypto plura ex incolis adoperarunt. Dein Moyſes invecto eiborum delectu, aliiſque in Lege ſancitis, novam induxit œconomiam; non uſque adeo tamen ſtabilem, quin plurimum pro locorum varietate variarit. Translati enim in Babyloniam, Aſſyriam, ſicut & Ægyptum aliaſque Orbis regiones Judæi, mores etiam ad loca conformare fategerunt; quamquam certis quibuſdam & uniformibus legibus inhærentes, ſemper a reliquis earum regionum incolis diſtinguerentur.

Illud igitur in hac Diſſertatione conſilium habuimus, ut varias, pro varietate temporis, Judæorum in re cibaria conſuetudines profequamur; an feſtucet aſſidentes, ſive accumbentes cibum caperent, quem locum in menſa haberent honoratiſſimum, quas ante cibum ſervarent luſtrationes; quas & quantas apponerent dapes, comedendi horas, vala in eum uſum &c. Veteribus novas conſuetudines adjeiemus, quo ex utrarumque comparatione difformitas five uniformitas intelligatur.

(a) Veterum Hebræorum convivia, quorum eſt in Scriptura mentio, neque gentis politiam, neque in re cibaria guſtum ſatis commendant. Abraham tres Angelos, quos ſub viri ſpecie hoſpites exceperat, lauto convivio refectiurus, ſubcinericium panem, opimiorem vitulum feſtinato opere parans, una cum lacte, & butyro menſas inſtruxit (1). Porro convivium illud quanto erat dapium numero pauperius, tanto fuit earumdem dapium opimitate ſolemne; namque tria farinæ ſata, quæ ſupra 28. pictas ſingula implebant, integrumque vitulum tribus convivis (Abraham enim ſtans hoſpitibus miniſtrabat) appoſuit. Joſeph fratres ſuos in Ægypto convivas adhibens (2), quinquplo majori quam ceteros fratres epulo Benjaminum donavit. Sauli aſinas patris ſui quæritanti Samuel quartam vituli partem appoſuit (3). Is honor hoſpitibus ejus ætatis. Apparent ejus moris veſtigia apud Homerum, ubi pro viri dignitate victimæ ampliores minoreſve in convivio adhibebantur. Eumenes convivam habens Ulyſſem, quem hoſpitio receperat, quamquam alioqui virum minime noſſet, pingue convivium inſtruxit; tantique apponens dorſum ingentis quinquennalis porci e grege ſelecti (4). Nec in cibo tantum ſervata quædam, ſed etiam in potu, ut convivæ dignitati reſponderet. Ampliſſimi enim viri plenum ſemper ſeyphum coram ſe habebant; cum interim ceteris identidem tantum miniſtraretur (5).

(b) Dapum inter convivas portiones aſſignatæ; Architriclini partes erant. Quin & obtinuiſſe olim creditur, ut ſinguli ſeorſum prandentes, poſitam haberent ante ſe menſam, cui epulæ apponerentur. Ejus rei apparent veſtigia in convivio, quo Joſeph fratres ſuos in Ægypto excepit (6); ſeorſum enim ſinguli fratres aſſidebant, ſicut & Ægyptii, & ipſe Joſeph ſeorſum, poſitas ante te menſas habebant. Superſtitione quadam inducti Ægyptii renuebant menſam habere communem cum Joſeph, ejusque fratribus; non enim cibos capiebant Ægyptii cum Hebræis. Joſephus vero ut ſolus pranderet in cauſa habuit, quod forte ampliſſimam illam dignitatem gereret. Singuli autem fratres ab Ægyptiis & a Joſepho ſegregati, ſervato ætatis ordine ſedebant, aſſignato cuique ab ipſo Joſepho loco, quaſi ipſe ſingulorum ætatem non ſine ingenti eorumdem virorum admiratione noſſet. Cum omnes aſſediſſent, dapes omnes coram Joſepho appoſitæ ſunt, a quo in ſingulos convivas diſtribuæ. Elcana Pater Samuelis epulatum partem duabus uxoribus aſſignavit (7). Apud Homerum ſingulis convivis una erat menſa, & Architriclinus portiones miniſtrabat. Menſa Regum Perſarum omnibus illis epulis inſtruebatur, quæ deinde per Aulicos dividebantur (8); quod etiam hodie in quibuidam Orientis regionibus obtinet (9). Idem ſervatum in Aula Salomonis, ex ingenti farinæ copia, & carnium, quæ in ſingulos dies ſuppeditabatur colligimus. David convivam habens Miphibolet, regias dapes ſuſficiebat. Textus habet ad litteram: *Super menſam Regis veſcebatur* (10). Rogat David Salomonem, ut filios Berzellai eodem honore dignetur (11). Jesabel menſæ ſuæ dapibus paſcebat 450. Prophetas Baal, ſive 400. Prophetas Deæ nemorum, ſive Aſeræ: qui omnes, ait Scriptura *comedunt de menſa* (ad litteram *in menſa*) *Jezabel* (12).

(c) Sed quænam dapes illæ? Omnium exquiſitiſſimæ hœdi videntur, e quibus unum paravit Rebeeca, ut Jacob, eo allato, paternam benedictionem ſubriperet (13). Paſchale convivium agno, ſive hœdo juxta Moyſis præceptum inſtruebatur (14). Hœdum attulit Samion inunus recens ductæ uxori, quam ſibi antea habuerat inſeſtiorem (15). Manue coctum hœdum Angelo ſibi de futura prole nunciaturo appoſuit (16). Queritur frater filii prodigi de patre ſuo, a quo numquam unicum hœdum impetraverat, ut genialem cum amicis epulum inſtitueret (17). Scitum eſt, tria tantum ex animalium domeſticorum genere in cibum permitti, nempe quod ex vacca, ove, & capra naſcitur: plura tam e ſylveſtribus, quam ex domeſticis vetabantur, facile etiam ante latam a Deo Legem; quemadmodum intelligimus ex dato Divinitus Noemo præcepto, ut ſcilicet in Area 14. animalia purra, bina vero impurorum paria ſervaret (18). Legimus 3. Reg. 4. 22. 23. in menſam Salomonis impenſas ſinguli diebus 30. menſuras ſimile, ſicut & farinæ duplum. Porro menſura reddebat 298. pinras cum media pintæ parte, hemiſextario, & amplius aliquanto. Præter hæc, ſufficiebantur 10. faginati boves, 20. boves e grege, 100. arietes, præter eos, qui venantione capiebantur, cervos, damas, capreolos, aliter. Cum Area Domini ſolemni apparatu dedueretur, ſinguli Iſraelitis juſſu Davidis diſtributa aſſati bovis portio (19). A ſanguine non abſtinebant tantum, ſed caute etiam obſervabant, ne quid illius

(a) Convivia veterum Hebræorum (1) *Gen.* 18. 6. 7. (2) *Gen.* 43. 34. (3) 1. *Reg.* 9. 24. (4) *Homer. Odyſ.* 14. (5) *Hom. Iliad.* 4. *Vide Cantic.* 7. 2.

(b) Dapum convivis aſſignata portio. (6) *Gen.* 43. 34. (7) 1. *Reg.* 1. (8) *Athen. l.* 4. *c.* 10. (9) *Chardin. Itinar. in Colchidem Gallice.* (10) 2. *Reg.* 9. 7. 10. 11. (11) 3. *Reg.* 2. 7. (12) 3. *Reg.* 18. 19. (c) Hebræorum dapes. (13) *Gen.* 27. 9. (14) *Exod.* 12. 5. (15) *Judic.* 5. 11. (16) *Judic.* 13. 5. 19. (17) *Luc.* 15. 29. (18) *Gen.* 7. 2. (19) 2. *Reg.* 6. 19.

illius in carnibus cibo destinatis reimaneret, qua de re infra. Adeps victimarum sacrificio reservabatur [1], sed excepta victimis, ejus usus singulis permissus. Facile credimus delicatissimam, & optimam victimæ portionem Deum sibi reservasse, inter quas primas habere poterat adeps; quare cum alicujus convivii apparatus describendus esset, eo nebantur epitheto: *Convivium pinguium* [2]. Queritur Deus per Prophetas, minus pinguibus victimis sibi litari [3]. *Qui diligit epulas*, ait Proverb. 21. 17. *in egestate erit: qui amat vinum, & pinguia, non ditabitur*. Hinc Deus aritis caudam in sacrificiis numquam sibi non reservavit, quippe quæ arvinosa esset maxime; reservavit & renes cum adipe illos operiente [4].

Panis singulis plerumque diebus præbatur: referebat autem placentulas quaidam arentes, tenues, & fractu non difficiles: e placentis vero aliæ subactæ erant oleo, aliæ frixæ oleo, aliæ tantum oleo illitæ. Panis azymus, & fuberinentatus nec infrequens habebatur nec infuavis. Simila oleo frixa, five tantum aspersa, a nostro quidem gustu aliena est maxime: Hebræo vero apprime lapida; adeo mores mutationem subeunt, & de gustibus nulla præscribitur regula. Panis, quæcumque tandem atte confectus, numquam ab oblationibus Templi Domini excludebatur; ex quo facili conjectura intelligimus, quidquid exquisitissimum apud Hebræos erat, totum in pane comprehendi. Norant farinam fecundarii, ciceres, lenticulas, & cetera leguminum genera, quorum maxime usus erat uri & in itineribus. Davidi furorem Absalomi declinanti Berzellai obviam accurrens, attulit farinam, frumentum, frumentum igne tostum, fabas, ciceres, fabas, lenticulas, & alia legumina, pingues insuper mille, butyro, pinguibus vitulis, & ovibus [5]. Eadem occasione Siba munus Regi obtulit 100. panes, 100. alligaturas uvæ passæ, ficus & totidem recentis uvæ cumstros cum utre vini [6]. Ita plane & Abigail eumdem Regem Saulem fugitantem prosequuta est 200. panibus, duobus vini uteribus, 5. coctis arietibus, 5. mensuris farinæ hordeaceæ, 100. alligaturis uvæ passæ, & 200. massis caricarum [7]. Viri illi, quos Saul in itinere offendit, cum ad invisendum Templum Domini pergerent, singuli tres hœdos, totidem panes, & vini urnem habebant [8]. Uxor Jeroboami sub amentitia spolias ad consulendum Ahiam Prophetam pro valetudine filii ægrotantis missa, munus de more regionis attulit 10. panes, placentam, uvas, & vas melle plenum [9]. En gentis prisorum morum delicias, & conviviorum apparatus.

[a] Omnia simul eorum sapimenta sal, mel, oleum, butyrum. Aromatum in cibis ne vestigium quidem in S. Scriptura. In convivio Sponsæ Cant. 5. 1. 2. nihil apparet præter fructus, mel, vinum, lac. Mellis usus ferme in sapimentis continuus, nec rarior est hodie in Palæstina, ejus liquoris feracissima. Convivium Sapientiæ, de quo Prov. 9. 2. 5. victimis five jugulatis pecudibus instruebatur, vino affuso. Tauros & volatilia in eum usum parata legimus in Evangelio Matt. 22. 4. Vini usus olim, & nostra etiam ætate in Oriente infrequens erat, quod in torrida regione vinum frequentius ingurgitare, sicut & meracum bibere, minus salubre habeatur. Quare numquam nisi multa aqua dilutum gustabant, nisi si quando hausstus deliberatur in quibuidam solemnibus ltatisque conviviis, prandii scilicet figillum [10]. Admixta vino aromata, five ejus generis alia potum reddebant delicatissimum [11]. Vinum e palmis, vulgare illud apud Hebræos, nomine *sehar* in S. Scriptura designatur [12], nisi non raro mero junctum legatur. Celebrabantur vina Libani & Chelboni nec minus laudabantur vina Soreæ [13].

Elixatæ vel assæ carnes parabantur; quamquam & sapimentis conditas aliquando degustasse, ex historia Rebeccæ carnes ad gustum lsaaci, sibi experimento cognitum, paranis intelligimus. Manue pater Samsonis hœdum elixatum in olla afferens, sacrificium Domino obtulit [14]. Filii Summi Sacerdotis Heli, cum plurima in Tabernaculo Domini iniqua, tum illud flagitiosissimum commiserunt, ut scilicet famulorum opeta carnes ex ollis corum, qui sacrificia obtulerant, rapientes, non coctas te dapes, sed crudas accepturos diebbant, quippe quas vellent ad suum gustum parare [15]. Agnus five hœdus Paschalis assabatur.

Augebant conviviorum celebritatem musica, tripudia, cantilenæ, unguentorum delicæ. Femina illa prostituta Prov. 7. 17. lasciviente m adolescentulum invitat ad lectum myrrha, aloe, cynnamomo delibutum; addit obtusisse se hostias salutares, quo pingui illum convivio recrearet. Mulier erimuosa Luc. 7. 37. pretioso unguento Jesu Christi pedes unxit, eosque deinde promissa coma absterit. Idem præstitit cum Jesu Christo officium Maria soror Lazari [16]. Amos 6. 5. ebrios Ephraimitas eo nomine reprehendit, quod in conviviis inis musica instrumenta posseerent ad voluptatem, ne Davidi quidem canendi palmam concelluri. Adversarios suos inter potandum cantilenas in scipium admiscere, Psalmista Pl. 68. 13. conqueritur.

[b] Prandii hora consuera in meridie. Meridiano convivio Joiepli fratres fuos excepit [17]. Nihil boni speran jubet Salomon Eccle. 10. 6. de illo Regno, cui adolescens imperaverit, & cujus Principes exoriente mane comederint. Itai. 5. 11. *Væ*, ait, *qui consurgitis mane ad sobrietatem sectandam, & ad potandum*. Tandem S. Petrus Act. 2. 15. impactam ebrietatis calumniam dilut, quod hora diei tertia, nempe juxta nostram supputationem, nona matutina nondum effluxisset. Idem Apostolus e solario domus Simonis Coriarii hora meridiana ad prandium in cœnaculum inferius descendebat [18]. Semotes five Judices Babylonici, qui vitium inferre Susannæ tentarunt, subeunte meridie in ædes tuas ad cibum capiendum se receperunt [19]. Cum Angeli circa eamdem horam ad tentorium Abrahami diverstssent, vir ille pius hospites ad prandium invitavit dicens, quod ad se diverterent eo tempotis arrtetulo, nisi ad cibum capiendum, nihil esse [20]. In Evangelio [21], differte prandium & cœna distinguuntur; quo sane argumento intelligimus binas juitas refectiones singulis diebus a priscis fervatas, e quibus meridiana esurialibus diebus subdicta, altera tantum vespertina retinebatur. Meridiana refectio jmmensi potius loco, quam justæ refectionis erat, manente hodie nique apud Turcas more (Tournefort hittoria Sepri Magni Turcæ e. 3.) ut dapes carnium & oriæ pulmentum nonnisi post quintam horam velpertinam mensæ apponantur. Matutinum igitur convivium apud vitos splendidissimos instruitur herbis, leguminibus, fructibus, bellariis: vulgares in eum usum patata habent olera, cucumeres, peponcs. Ex Rabbincrum ductrina, die Sabbati & magnæ alicujus festivitatis cibum capere aute meridiem nefas; cavendum insuper fuerat, ne antea corpus cibo curaretur, quam cæremonis Templi peractis. Hunc morem specialter credunt Apostolum Petrum Interpretes quidam, cum de ingurgitato vino accusatus dixit, nihil esse cur ejus criminis notam subiret, nondum subeunte hora diei sexta, neque ejus diei, quæ festa esset, officio Templi absoluto [22]. Ad eumdem etiam scopum collimasse volunt aliqui Pharisæorum querelas, de vellicatis die Sabbati spicis discipulos accusantium; quasi scilicet religionem diei festi, horam cibi præverteutes, violassent. Sed nullum apparet in Scri-

(1) *Levit.* 3. 16. Vide *Commentaria hunc locum*. (2) *Isai.* 25. 6. (3) *Malac.* 1. 13. 14. (4) *Levit.* 4. 10. Panis veterum Hebræorum. (5) 2. *Reg.* 17. 28. (6) 2. *Reg.* 16. 1. (7) 1. *Reg.* 25. 18. (8) 1. *Reg.* 10. 3. (9) 3. *Reg.* 14. 1. *Qr. Vide Grotium hujus loci*. (a) Dapum Sapimenta. (10) Vide quæ ad 10tavimus ad Lith. 5. 6. (11) *Cant.* 8. 2. (12) *Levit.* 10. 9. *Num.* 6. 3. *Deut.* 14. 26. *&c.* (13) *Oſe.* 14. 8. *Ezech.* 28. 18. *Gen.* 49. 11. *Isai.* 5. 2. *Jerem* 2. 21. (14) *Judic.* 13. 19. 20. (15) 1. *Reg.* 2. 15. (16) *Matth.* 26. 7. *Marc.* 14. 3. *Joh.* 12. (b) Flora prandii. (17) *Gen.* 43. 15. (18) *Act.* 10. 9. 10. (19) *Dan* 13. 8. (20) *Gen.* 18. 1. 2. (21) *Luc.* 11. 37 & 14. 12. Vide *Meurs. de Repub. Hebr. l. 6. c. 3.* (22) Vide *Hammond. ad Matth.* 12. 8.

Scriptura veſtigium de conſtituta hora capiendi cibi diebus feſtis ſervanda.

Solebant, antequam menſæ accumberent, hoſpitum pedes lavari: nullus erat enim tibialium tunc temporis uſus, ſed nudis cruribus atque ſandaliis tantum prorectis pedibus incedebant. In ſolemnibus conviviis fœminæ ſeorſum a viris diſcumbebant; in nuptiis tamen, & conviviis inter cognatos numquam excludebantur. Mappularum uſus in menſis Hebræorum, quemadmodum & Græcorum ac Romanorum, nullus. Spongias ad detergendas menſas legas apud Homerum.

(a) Locus inter plurimos convivas honoratiſſimus in capite tabulæ ad parietem, & in imo aulæ. Hunc Samuel aſſignavit Sauli, antequam in Regem Iſraelis vitum inungeret (1); nec alterum ipſe Saul poſt obtentum Regnum inter domeſticos diſcumbens tenebat (2). Olim menſæ aſſidere convivæ ſolebant, quod ſub Salomone obtinuiſſe ſcimus (3). Apud Amos 6. 4. 7. Tobiam 2. 4. & Ezechielem (4) ſermo eſt de lectis convivalibus: ſed rarus illorum uſus, cum apud Authores ejus ætatis, ſive etiam recentiores ſervatam aſſidendi conſuetudinem noverimus. Familiarior & frequentior uſus in Evangelio apparet. Jeſu Chriſti convivali lectulo accumbentis pedes Magdalena pretioſo quodam unguento perfudit (5). Accubuiſſe etiam oportuit Chriſtum in cœna ante Paſſionem, Joannes enim ſimul & infra accumbens, caput ſuum in ejus pectus reclinavit (6). Magnificis inſtratis lectis accumbebant convivæ ab Aſſuero invitati, quemadmodum & lectuli aderant in convivio eidem Aſſuero una cum Amano ab Eſther præparato (7). Sed hæc Perſarum exempla ſunt, quamvis alioqui aptiſſima ut moris veruſtatem apud Orientales demonſtrent.

De Rege quodam convivii ſermo eſt Eccli. 31. &c. conſtituto nempe ut convivii rationem omnem haberet, legeſque præſcriberet convivales. Sed hæc Græcorum moribus familiaria, ne unum quidem habent apud Judæos exemplum. Ita vero Scriptor ad Ægyptiorum mores alludens: *Rectorem* (Græcus *regem*) *eorum constituit? ne poſueris; noli extolli: esto in illis quaſi unus ex ipſis. Curam illorum habe, & ſic conſide, & omni cura tua explicita recumbe, ut lateris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam, & dignationem conſequaris correctionis. Loquere major natu, decet enim te. Primum verbum diligenti ſcientia, & non impedias muſicam. Ubi auditus non eſt, non effundas ſermonem, & importune noli extolli in ſapientia tua. Gemmula carbunculi in ornamento auri, & comparatio muſicorum in convivio vini. Adoleſcens loquere in tua cauſa vix. Si bis interrogatus fueris, habeat caput reſponſum tuum. In multis eſto quaſi inſcius, & audi tacens ſimul & quærens. In medio magnatorum non præſumas; & ubi ſunt ſones non multum loquaris. Hora ſurgendi non trices; præcurre autem prior in domum tuam, & illic avocare, & illic lude, Et ſuper his omnibus benedicito Domino, qui fecit te, & inebriantem te ab omnibus bonis.* Hæc convivii leges præſcribit Sapiens, cum ſcilicet convivia communi ſymbola inſtruebantur.

Hæc autem obſervatu digniſſima in Scriptura & veteri Hebræorum hiſtoria: reputavi modo quædam ex Authoribus delibanda de recenti Hebræorum conſuetudine. Culinæ utenſilia omnia ne cujus unquam uſibus, niſi forte Judæi, deſerviunt, ſedulo cavent; ſunt etiam multo in fictilibus religioſores, quæ ſi acceperint calidum aliquid continentia, ſtatim in terram projecta conſtringunt, menſ ne quid vetitum a Lege retineant. Si vero e metallo confecta vaſa nacti fuerint, ſive etiam lapidea, cum non facile noxia imbuantur qualitate, quemadmodum ſolent fictilia, ideo igne ſive calenti aqua purgata permittuntur. Statim vero ac culinarium aliquod utenſile emunt, ſive vitreum illud, ſive fictile, ſive metallinum, mari, ſive fluminī, vel multæ affuſæ aquæ immergunt, quaſi ſummam in illis munditiem affectantes. Sua habent vaſa pro lautioribus, cæteriſque ejus generis, ſua pro carnibus; vetitum enim ſibi eſſe credunt una ſimul carne lacteque veſci. Scata ſunt etiam utenſilia pro ſolemnitate Paſchali, quæ ne contigiſſe quidem fermentatum panem debent (8). Religioſiora ſunt hæc, imo & ſuperſtitioſiora, quam ut a veteribus Hebræis obſervata credamus.

Undecima maturina hora pro capiendo cibo in Talmude determinatur (9): ſi quis ultra diſtulerit, de ſalute ſua periclitaturus creditur: eſt enim, inquiunt, famis oſtium patens, & corpus nutrimentum effugiat. Si denegetur, illud in ſe converſum ſe ipſo nutritur; quemadmodum in urſis ſæviente hyeme ſolet contingere. En præclara Judæorum Philoſophia. Antequam menſæ aſſideant, potiſſima illis cura, ut manus lavent. Plura ineam rem levia prorſus & puerilia præſcribunt Rabbini, apertiſſimum de ingenio illorum documentum. Si quis manus lavare negligerit, ille nihilo minoris criminis reus eſt, quam cujus fœmina proſtituta damnatur, ait Rab. Jore in Talmud. Panem tangere loris quidem, ſed non bene abſtergis manibus, perinde eſt, ait Rabbinus alter, ac ſi impurum aliquid comederetur (10). Quicumque lotis rite manibus diſcumbit, ſalva ipſi ſunt omnia, nihilque ipſi e cibo periculi imminet. Cavendum tamen ne cum manus lavantur, annulus digito inſertus habeatur: facile enim ſub illo purulentum aliquod retineretur. Narrant Rab. Jeſuam in carcere detentum, cum ardam adeo aquam habuerit, ut vix ad arcendam ſiti mottem ſuffieret, maluiſſe tamen de vita periclitari, quam ut officio lavandi manus deeſſet. Illud dignum tanto Rabbino effatus; quicumque illotis manibus veſcitur, ille dignus eſt morte (11). Eadem ſuperſtitioſa Judæorum lotio frequenter in Evangelio recurrit (12). Ubi etiam illud obſervatum legimus, ut manuum extremitate prius abluta, aqua deinde ad cubitum deduceretur, majoris ſecuritatis gratia. Prius autem lavant ſtamuli, deinde filii, omnium poſtremi mare ac tandem Pater. Abſoluta cœna, iterum lotio manuum vultuſque.

(b) Statim a manibus abluti menſæ aſſident, nequid enim ſpatium temporis inter hæc duo intercedat, ſedulo cavent. In menſa panis integer adjecto tale apponitur, qui ſcilicet panis a Patre familias, ſive a Rabbino, fi forte adſit, acceptus medius finditur, ita tamen, ut partes maneant indivisæ. Tum poſito iterum in menſa eidem pani manus imponens; benedictionem pronunciat, his verbis conceptam: *Benedictus ſis, Domine Deus noſter, Rex mundi, qui producis panem e terra.* Hanc orationem claudentes convivæ, reſpondent *Amen*; ſtatimque Rabbinus fruſtulo aliquo panis accepto, illud in ſale, ſive in jure carnium immergit, atque ori tacitus imponit. Dein panis in fruſtula divilus, inter Convivas diſtribuitur. Porro hiſce præſtandis cæremoniis, duo ſaltem vel tres convivæ menſæ adhibendi ſunt. Si unus adfuerit, ſeorſum Benedictionem pronunciat. Ejus rite peractis, Rabbinus uteraque manu vas five calicem vini capiens, dextera manu elevata ita benedicit: *Benedictus ſis, Domine Deus noſter, Rex mundi, qui vineæ fructum creaſti.* Eadem ſervatur benedictionis formula, cum cerviſia five confectus e cedro potus apponitur, & cum ad potandum fine cibo invitantur, ea tamen occaſione ſingulis ſeorſum precantibus. Super aquam nulla benedictio. Hæc omnia excipit integer Pſalmus 22. *Dominus regis me, nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocavit.* Leviter inter ſe diſcrepant Leo Modenas (13), & Buxtorfius (14): ille enim ab aſſidentibus recitari Pſalmum teſtatur, addens inſuper, Patremfamilias e benedicto pane tantum ſingulis convivis diſtribuere, quanta eſt olivæ magnitudo, ex quo inquit,

(1) Locus honoratiſſimus. (1) *1. Reg. 9. 22.* (2) *1. Reg. 20. 25.* (3) *Prov. 23. 1.* (4) *Ezech. 23. 41. Sediſti in lecto pulcherrimo, & menſa ornata eſt ante te.* (5) *Matth. 26. 7.* (6) *Jo. 13. 25.* (7) *Eſth. 1. 6. & 4. 8.* (8) *Leo Moden. par. 1. c. 3.* (9) *Traſi. de Sabbat. cap. 6.* (10) *Traſi. Sotab. c. 1.* (11) *De Rabbi Akiba in Talmud. Traſi. Eguhim. cap. 2. Vide Interpp. in Marc. 7. 3. 4* (12) *Matth. 15. 2. 20. Marc. 7. 2. 3. 4.* (b) Ritus menſæ aſſidendi. (13) *Ceremon. Jud. par. 2. c. 10.* (14) *Synag. c. 7.*

inquit, capiendi cibi exordium ducitur. Testatur etiam iteratis potionibus iterari etiam benedictionem supra descriptam. Buxorfius vero asserit, recitari a Judæis benedictionem aptam rebus quibus adscribitur; quam, ait, toties iterant, cum novæ dapes, sive novum vinum numquam antea degustatum apponitur.

[a] Plura a Rabbinis præferibuntur [*], ut modestiæ & temperantiæ leges in convivio ferventur. Jubent tabulam veluti Altare Domini suspici, sal enim veluti sacrificiorum symbolum habendum est. Monent, ut inter cibos capiendos oculi Dei in convivas intenti respiciantur, juxta illud Deut. 14. 23. Ezech. 41. 22. *Et comedes in conspectu Domini tui*. Paterfamilias longiorem aliquam moram in mensa trahit, si forte mendicus aliquis cibo juvandus apparuerit. Ne cibi ad fatietatem usque capiantur curandum est; scriptum est enim Deut. 15. 11. *Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ*, i. e. non deerunt viri, quibus ad fatietatem panis non sufficitur. Summa religione observari panem jubent Talmudistæ [1]. Quare, inquiunt, neque super panem aliquid apponendum est, neque panis ceteris rebus subjiciendus, quo magis promineat, neque projiciendus in aliquem, veluti canem, ut abigatur: his enim omnibus summa panis religio violaretur. Pronunciant autem futurum, ut quicumque panem contempserit, ille tandem in egestatem incidat. Quin & Angelum credunt huic muneri destinatum, ut scilicet in eos, qui panem projiciunt, sive in terram incauti decidere permittunt, severe animadvertat [2]. Observat ille ne quid contra eas præscriptas regulas committatur, eranigressores miserrima corripiens egestate. Docent Eliam Prophetam convivis omnibus adesse, sicut & singulorum Angelos tum temporis dicta omnia & facta convivarum notare. Si quid minus honestum pravumque loquantur, prompti statim accurrentes Angeli mali dissidia inter illos & querelas exsuscitant. Ea de Angelis opinio convivas detinet, ne vel retro, sive latere reliquias cibi projiciant.

[b] In exitu mensæ frustulum aliquod panis superfit curant, ut 2. Par. 31. 10. ad litteram implean: *Et quo superunt offerri primitia in Domo Domini, comedimus & saturati sumus, & remanserunt plurima*.

Alius est hujus loci sensus: sed omnium fallerstitionum fuarum authoritas e Scripturis a Judæis repetenda est. Quamquam alii hujus frustuli in mensa reliqui rationem ducant ex benedictione post prandium recitanda, quæ scilicet in vanum recideret, nisi aliquid remaneret in mensa. Cultros claudunt, quod scilicet mensa Altaris Domini similitudinem referat; ne ferrum autem in Altari ponatur, cautum est. Recitant nonnulli Psalmum 66. *Deus misereatur nostri, & benedicat nobis*. Tum Paterfamilias utriusque calicem aqua prius ablutum, effuso dein mero plenum in altum elevans, intonat: *Domine, illum benedicamus, de cujus bonis nos comedimus*. Ceteri statim: *Benedictus sit ille, qui bonis suis nos complevit, & bonitate sua pavit*. Continuat ille post hæc prolixam orationem, datoque singulis vini ejus calicis hausfu, ipse reliquum potat, totaque dein cæremonia absolvitur.

Paulo aliter Buxtorfius [3] narrat enim e mensa surgentes ante gratiarum actionem & benedictionem manus lavare, qua cæremonia peracta, Paterfamilias orationem recitat, Deo gratias agens, qui bonitate sua homines & creaturas simul omnes satiat; qui Patres suos ex Ægypto eductos in possessionem Chananitidis immisit, locus cum populo saneivit, fœderatisque Legem tulit, adjecta promissione, ut in æternum, se curante, servaretur. Rogat deinde, ut misereatur urbis Jerusalem & Templi tangatur, ut prostratum Davidis solium viventes adhuc restituturn aspiciant, ut Eliam mittat & Messiam, eductosque e diuturna captivitate foletur, ut ab egestate faciat immunes, ne scilicet sive elemosynam corrogare, sive mutuo aliquid a Christianis accipere, [quos sub nomine earnalis populi, & maledictæ creaturæ diris devovent] cogantur. His præcibus alias adjungit postulantes, ut a Domino sustentari, atque a jugo Christianorum relevari mereantur; ut avitæ religionis sedem repetant, ut largo benedictionum imbre mensam, unde eibos assumpserunt irroret; ut tandem divitiis omnibus bonisque populum suum velit cumulatum. Claudunt adstantes orationem solemni illo, *Amen*, simulque adnectunt verba Psal. 33. 10. 11. *Timete dominum omnes sancti ejus, quoniam non est inopia timentibus eum. Egueruni* [Hebr. leunculi] *& esurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono*.

[c] Olim Rabbini constituerant, ne in eadem mensa caro simul & pisces haberentur; id enim valetudini contrarium dictitabant, & inducendæ pejus periculosum: sed hodie lex contraria consuetudine abrogata est. Induxerunt primo morem, quo Legi in specie saltem aliquid deferrent, ut quotics volebant earnibus simul & piscibus vesci, os prius manusque lavarent, tandem arentis panis frustulo accepto, & calice vini epotis tutus erat a carnibus ad pisces transitus. Postremo omni abolita cautione, nihil eam legem curarunt.

[d] Religiosius alteram legem observant, ne lacte, butyro, sive caseo una cum carne vescantur. Nihil sane ea de re satis expressum in Lege, hæc tantummodo ferente Exod. 23. 19. & 34. 26. *Non coques hædum in lacte matris suæ*; i. e. non occides paschalem victimam, non coques cum adhuc ab ubere matris dependet; vel saltem illam non coques in lacte matris suæ. Verum Judæi litteræ rigorem sectati, omnem lactis cum carne usum vetitum fibi autumarunt; quare nullum apud illos carnis lapimentum lacte conditur, nusquam eadem hora earnem caseumque degustant, jubentes non modicum temporis intervallum ambo illa distirminare [4]: altera pro earnibus, altera pro lacte, five butyro olla; alia etiam utriusque utensilia, ut neque communi utantur five in agro, five in ædibus cultro. Si caſu aliquo contingat, ut in vase aliquo lacti destinato caro apponatur, non ab ejus cibo tantummodo abstinendum, sed nullis deinde usibus vas illud erit, quin & fictile confringitur.

[e] Caseum, cujus ipsi coagulum oculati testes non exploraverint, vetitum sibi ducunt, metu ne forte lac aliquod vetiti alicujus animalis habeat admixtum, vel saltem pellis aliquid in coagulo latuerit; quæ simul ab imprudentibus una cum caseo degustata reos prævaricatæ Legis damnet. Accedit alia timendi ratio, ne scilicet lebes idem pro caseo, qui forte pro elixandis earnibus, adhibeatur. Quem itaque caseum oculati testes exploraverint, hunc signo aliquo appofito distinguunt. Cavent ne communi igni juxta positum lac & earnes decoquantur; sicuti ne communi utraque fercula mensæ apponantur; vel si forte appofita fuerint, curant saltem distinctæ subsint utrique mappæ, neque e regione, vel juxta posita, se invicem respiciant [5]. Quicumque earnes degustaverit, illi unius vel etiam tex horarum spatio [que est superstitiosissimorum religio] a lacticiniis abstinendum; quamquam & in eodem convivio utrumque permittitur, modo fricatis dentibus & ore, arentisque panis frustulum mandentes, odorem omnem & saporem earnium absterserint.

Quæ in Lege conceptis verbis exprimitur sanctio, ut a sanguine abstineant Judæi, religiosius ab illis servatur; nullum enim terrestre animal in cibum adhibere sustinent, quin prius jugulatum ab omni sanguinis admixtione repurgetur. De piscibus nihil curant, rati nihil de sanguine piscium in lege caveri; quippe qui alterius sit a sanguine terrestrium naturæ. Jugulari autem animal non nisi a peritissimis datum, cum plura sint minutissima observanda, puta aptum tantæ rei tempus, locus selectus, bene limatus culter, quo cito sanguis & non interruptus

(a) In convivii modestia. (*) *Vide Buxtor. loc. cit.*
(1) *Tract. Berachot* (2) *Talmud Tract. Cholim cap.* 8.
(b) Quid convivio peracto servetur. (3) *Synag. c.* 7.
(c) Mensam earnibus simul & piscibus instruere vetimus
(d) Lac, butyrum, caseus (4) *V. le Leon. Modenes. & Buxtor. Synag. Jud. c.* 20. (e) Sanguinis usus interdictus.

ptus deſluat. Excipiendus eſt autem ſive in cinerem, ſive in terram ſanguis, exceptuſque ſtatim operiendus. Neque rite jugulare, aut ex vena animalis ſanguinem haurire vulgaris peritiæ & eruditionis res eſt. Amplioribus voluminibus grandis hæc ſcientia continetur, ubi minutiſſima quæque Doctores profequuti ſunt: iisque a ſtudioſis Judæis evoluta, eum intima ejus ſcientiæ pervaderent, accedente inſuper exercitationis peritia, teſtimoniales litteras a Rabbino accipiunt, quibus publicum documentum de viri ſolertia reddatur, idoneuſque habeatur ab omnibus, ut jugulare animal & rite examinare, tum ab eo jugulata tuto poſſint a Judæis in cibum adhiberi. Jubentur autem quicumque eas litteras acceperunt, ſcriptas de cæremoniis ritibuſque Lavionum leges evolvere, ſemel quidem ſingulis cecurrentibus ſeptimanis primi anni; ſecundi vero ſingulis menſibus, ac tandem reliquo vitæ ſpatio quater in anno. Libri hujus titulus inſcribitur: *Hilcheth ſchechiteth & bedicoth*; i. e. leges ſervandæ in jugulandis animalibus, inſpiciendis ſi forte vitio aliquo ad maculam inducendam laboraverint.

[a] Lanionibus hiſce varii pro varietate animalium ſunt cultri, ampliores in boves, minores pro pecudibus inferioribus. Acuriſſimos adhiberi oportet, & minime dentatos, aliquin haberentur impuri; fieut neque carnes in cibum permitterentur. Primo omnium jugulandæ peeudis ligant pedes; dein in terram proſtratæ uno ictu jugulum amputant, nempe exophagum, aſperam arteriam, & vaſa illis juncta; ſuſpeniam poſt hæc in aera victimam ſedulo inſpiciunt, num vulneris aliquid habuerit, ſive quid in veſiculis ſanguinis retineat. Si forte enim ſimile quid deprehendatur, tunc interdictæ carnes, ceteris tamen a Judæis permiſſæ. Idem & in avibus ſervabatur. Cautum eſt, ne eadem ſimul die mactetur vacca cum fœtu; quemadmodum nec ovis vel capra cum catulo. Si quadrupes vel avis purus morticina fuerint, ſive alio quodam mortis genere, ac Judæis præſcripto interciderint, nefas Judæis ex illis deguſtare. Si ulcere aliquo in pulmonibus, vel alibi, ſive etiam interno aliquo vulnere vitientur, eſto interdicta. Idem cautum eſt: ne aliquod confratum fuerit in membris a Rabbinis indicatis, ſive forte animal in mortis diſcrimen veniſſet.

Quo Legem ſanguinem veranem exactius obſervent, præter deſcriptas ſupra cautiones, illas etiam addunt, cvellendi ſcilicet ampliores venas, nervos, & adipem. Immergunt dein victimam aquæ, ac ſemel lotam iterum lympha puriori lavant. Tum ſiecanda exponitur in lamina, poſt laminam in vaſe perforato, quo ſeilicet languſt omnis effluat. Demum unius ſive duarum horarum ſpario evoluto, in eibum permittitur.

[b] A poſteriore femoris, qua coxendicibus jungitur, parte abſtinent, memores hiſtoriæ Jacob, qui poſt luctam cum Angelo, contractum ejuidem Angeli tactu femur retulit (1). Sed in Italia eam iniverunt rationem, ut detracto femoris nervo, tuto deinde cetera devorent. Hæc tamen peculiarem exigunt artem, non omnibus Judæis cognitam. Solent interdictam hanc partem femoris Chriſtianis vendere, quam prius maledictis oneraſſe feruntur, quin & urina maculaſſe in invidiam nominis Chriſtiani (2). Adipem bovis, agni, capræ vetitum ſibi Levit. 3. ult. cenſent: *Omnis adeps Domini erit in cunctis habitaculis veſtris, nec ſanguinem, nec adipem omnino comedetis.* Hæc tamen non niſi de victimis ſacrificii præſcripta facile judicamus. In ſacrificiis enim ſanguis, & adeps victimarum ſoli Domino reſervabatur.

[c] Eo uſque coneeprum in ſanguinem horrorem provexerunt, ut vel ab ovo in quo forte tenuis aliqua ſanguinis macula apparuerit, abſtineant. Quare antequam ovum igni ſubjiciant, excludunt, & contentum liquorem in lance repandentes, vel ex uno in aliud ovi putamen transferentes, ſedulo inſpicinnt, num aliquid ſanguinis latuerit; quod æſtate maxime ſolet contingere. Si pullum aliquem gallinaceum mactaverint, ovis quibuſdam fœtum, ova illa ſtatim aqua, deinde ſali immergunt, ut ab omni ſanguine repurgentur.

[d] Cautum eſt Hebræis, ne in eibum adhibeant quadrupedem, non bifido ungue gradientem, neque ruminantem. Abſtinent a ſue, lepore, cuniculo, ceteriſque Levit. 11. expreſſis, quamquam aliioqui noſtra ætate ignotis. Carnivoras aves rejiciunt, ſicut & piſces ſine ſquammis, & aliis, ac tandem omnis generis reptilia. Fit inde, ut dapes omnes non coctas a Judæis recuſent, ſicut & caveant ab utenſilibus culinariis, mutuo ab aliis quam a Judæis acceptis, veriti ne quid ex vetitis cibis maculæ, ſeu vetiti ſuci contineant; quin & ab alicnis etiam cultris ſe continent. Cum ruri morantur, ipſi ſibi dapes parant, emptis ad eam rem vaſis fictilibus novis, nullique uſibus antea addictis. Emunt animalia, piſces, & aves adhuc viventes, mactatis enim paratique ab aliis numquam uterentur.

[e] Solebant olim Hebræi ex farinæ aqua ſubactæ maſſa primitias Sacerdotibus & Levitis Domini offerre, juxta præceptum Legis Num. 15. 20. Quantum autem offerrent, nihil præcieptum a Moyſe. Sed quadrageſimam, & ſexageſimam partem DD. determinarunt. Hodie, ut legis memoria aliqua maneret, ex farinæ aqua ſubactæ maſſa modicam aliquam portionem crudam igni abſumendam injiciunt. Sed ejus cæremoniæ nulla eſt obligatio, niſi farinæ aqua ſubactæ maſſa 40. ovorum molem æquaverit. Præceptum iſtud ex tribus unum reputarur, quod fœminas adigit: confeiendi enim panis munus ad fœminas plerumque ſpectat (3). Quamquam autem aliorum miniſteriam in re eibaria reſpuere ſoleant, in itinere tamen confecto a Chriſtianis pane veſcantur.

[f] Tota Paſchæ octava exordio facto a meridie pervigili, ab omni fermentati panis uſu abſtinent. Hujus præcepti a Moyſe dati Exod. 13. 15. 16. religionem exactius obſervaturi, domum univerſam ſedule, quin ſuperſtitioſa perquiſitione evertunt; ut nemica quidem panis fermentati remaneat. Eorordinem perquirendi ante duos vel tres dies eapiunt, ſingula ſcrutantes omnia, ſummoventes e loco armaria, arcas, ſellas. His peractis, ahenum aqua plenum ad ignem ſuſpendunt, ut ealenti aqua vaſa omnia mundentur. Poſt calidam affundunt frigidam (4). Lavant etiam mera aqua utenſilia omnia, quæ ahenum non capit, uti menſas, ſellas &c. Quo aurem mundiora fint omnia, foreipe quadam apprehenſam ferri ligulam, ſive lapillum igne candentes ſuper neceſſia aqua ablucnda ſuſpendunt, quaſi igne & aqua purgaturi omnia. Lavant & ahena ebullienti intus aqua, atque injectis eandentibus earbonibus &c. Ea eſt Hebræorum in fermentum ſuperſtitio.

[g] Ex Rabbinorum doctrina interdicitur Hebræis vinum, aliorum quam Judæorum manibus expreſſum. Apud Orientales ea lex etiam obtinet apud Iralos contraria conſuetudine abolita eſt (5), illud prætendentes, Rabbinos, dum legem illam conſtituerunt, in media verſatos fuiſſe idololatria, quacum nullam volebant conſuetudinem. Hodie vero populi, quibuſcum vivunt Judæi, ab idololatria alieni ſunt, juxta ac Rabbini deelararunt. Ceterum vinum maximi æſtimant; ſcriptum eſt enim Pſal. 103. 15. *Vinum lætificat cor hominis*; & alibi Judic. 9. 13. *Lætificat Deum & homines*. Quidam in vino victimas obſervant, e. g. incunte & exeunte die aliqua feſta, in convivis nuptiarum, & eiremuciſionis, cum ſcilicet coneeptæ quædam benedictiones ſuper vinum pronunciantur, & poſtquam vinum hauſerint, benedictionem recitant.

DIS-

(a) Laniones, & animalia examinantes. (b) *Gen.* 32. (3) *Buxtorf. Synag. c. 27. ad finem. Judei omnes quotquot a fide Judaica ad Chriſtianam ſe converterunt, ſoriſſimi unanimiter, eos carnes iſtas prius maculare, & ut liberi ipſarum ſuper eas mingant curare, maledictionemque ſuper eis dicentes, ut tempore Chriſtianus carnes illas edere mortem odiat, ſpirare*, (b) Ab adipe & poſteriori femoris parte abſtinent. (c) Ova (d) Animalia pura & impura. (e) Panis. (3) *Leo Moden. par. 1. c. 9.* (f) Azima. (4) *Vide Buxtorf Synag. c. 12.* (g) Potus vinum. (5) *Leo Moden p. 2. c. 8.*

DISSERTATIO

DE SYSTEMATE MUNDI EX VETERI Hebræorum ſententia.

RES eſt admiratione digna, cur in Mundo poſitos, Mundi fere omnia lateant. Poſtquam tot annos ſæcula in diſputationibus de Mundo trivimus, juxta illud Eccle. 3. 11. *Mundum tradidit diſputationi eorum*, agre habitudinem & ſtructuram terræ, quam colimus, habemus exploratam, quin nec niſi ejus ſuperficiem, minimamque proinde Mundi partem colimus. Reliqua omnia ad ſyſtemata reducta ſunt, coactique ſimplices hypotheſes de illis formare, ab omni præcludimur ſpe, ut temporis beneficio certiora tandem aliqua aſſequamur. Omnia quæ veteres ea de re excogitaverie, ſicut & inventa omnia illorum, ſæculorum ſucceſſu everſa ſunt, atque novis ſuccedentibus hypotheſibus, noſtra ætate rejecta. Idem etiam timendum nobis, ne forte ſcilicet novis invectis theſibus, noſtra omnia aboleantur. Semper tamen plena tenebrarum res erit, atque arduis difficultatum ſalebris impervia. Videtur plane Deus elegantia & magnificentia operis ſui adeo delectatus, ut ſibi ſoli artificium omne cognoſcendum, atque inſpiciendam omnium motuum & revolutionum rationem ſervaverit. Guſtum tantum, & ejus rei tenuem radium nobis permiſit, quantum ſcilicet ſatis eſt agnoſcendæ Artificis ſapientiæ, non quantum noſtris votis, atque omnia explorandi pruritui ſufficiat. Univerſi ejuſque partium ſtudium una eſt ex laboriosiſs illis occupationibus, quibus Deus homines exercendos tradidit juxta illud Eccle. 1. 13. *Hanc occupationem peſſimam dedit Deus filiis hominum ut occupentur in ea.* Quantum homines in ea re laboraverint, tantum ſibi laborandum eſſe ſentient: *Multa abſcondita ſunt majora his, pauca enim vidimus operum ejus* [(1).

Nemo unquam a SS. Scriptoribus exegit ſive rigorem aliquem philoſophicum, ſive exactam illam Ioquendi rationem, quam humanarum ſcientiarum præceptores eorumque diſcipuli ſectantur. Spiritus S. omnibus ſimul verba faciens, omnium captui qua docitis qua indoctis ſeſe accommodat. Sunt qui populares tantum loquendi rationes uſurpent, uti vulgus indoctum, ſed illud æque philoſophicis & elatioribus phraſibus impar eſt. Quare ne quid rudes fugiat, totumque demum Univerſus ex Oraculis Divinis proficiat, ſapientiſſimi fuit Numinis, ut ad ſimplicium captum ſe ſe accommodaret, atque exhibita rerum maximarum idea Sapientum ſimul meditationes detineret. Noſtri vero poſt hæc muneris eſt, ut plenam bonitate & indulgentia œconomiam vultu in terram prono veneremur.

Quæ hucuſque philoſophari ſumus non ſatis attendentes Commentatores quidam, ad explorandum latentem obſcuriſſimum verborum ſenſum ſe contulerunt. Quare vocem illam vulgarem, qua Author facer uſus eſt, offendentes, pro eo quod loquentis ſpiritum penetrarent, omnem veterum curam, ut vocis tantum ideam exprimerent; ideas ſimul Religionis & philoſophiæ omnes ad illam accommodantes. Ita e. g. dum Scriptura prædita intelligentia bruta exprimere videtur, inſtructum corpore Deum, animæ prædita inſenſibilia, prompti accurrunt Interpretes, monentes hæc omnia popularia eſſe, atque ad captum vulgi potius quam ad veritatem accommodata. Optime illi quidem; ſed oportebat ulterius, ut ideas ſimul ea de re populi exponerent, an vera illi ſentirent, vel falſa; poſt hæc omnia, ſi res ferret, eorum opinionem refutare. Nil tamen apud illos tale; ſinguli Authorem Sacrum ad propriam ſententiam detorquent; ſinguli de ſua opinione illis imponunt; loquentem induxerunt Moyſen & Salomonem, veluti transformatos in Ptolemæum, Galilæum, Copernicum, ſive Carteſium. In primo capite Geneſeos ſinguli ſuum creati Mundi ſyſtema legiſſe ſibi videntur. Prodiit non ita pridem Liber inſcriptus: *Carteſius Moſaizans*, quo Mundi Moſaici ſyſtema eum Carteſiano componitur.

Neque impræſentiarum legem imponere nos aliis audemus, ceteris prudentiores nos doctioreſque jactantes. Fatemur quin etiam in vulgarem ſæpe abreptos ſententiam, quæ ceteri de Schola ſentirent, & ſenſiſſe nos olim, & cum noſtris præludiciis Saeros Authores compoſuiſſe. Verum collatis inter ſe variis Scripturæ locis, ubi de partibus Univerſi, intelligimus tandem de Mundi ſyſtemate veterum Hebræorum ſententiam aliam plane eſſe a noſtris ſyſtematibus, & accidere non raro, ut Textum torqueamus, illum noſtris præjudiciis mancipantes. Quod detegendo errori nobis contulit maxime, vagantesque mentis noſtræ ideas determinavit, lectio fuit Patrum, & veterum Philoſophorum, quorum iſti, Philoſophi, eaſdem literaliterum de ſtructura mundi opiniones five traditione five aliter acceptas ſecuti ſunt; illi vero, nempe Patres, pro ea, qua tenebantur, in Scripturas ſacras obſervantia, veritum ſibi eſſe rati, ut earum ſenſum ad tuos detorquerent, litteræ authoritatem in primis ſibi præferendam ſumpſerunt, primam illam ſecuti ideam, quæ legentibus ſeſe ultro offerebat: ex qua junctum conſtantique ſyſtema, veterum Hebræorum perquam conforme ſtatuerunt. Quare nos in præſentia poſt adductos Scripturæ textus, ejus hypotheſim ex ſimilitudine cum hypotheſi veterum Philoſophorum, & Patrum explicabimus. Id erit noſtræ hujus Diſſertationis argumentum & methodus.

ARTICULUS I.

Mundi Creatio.

TOtam creati Mundi hiſtoriam aperti ſſimis verbis explicat Moyſes Gen. 1. 1. &c. *In principio creavit Deus Cœlum & terram. Terra autem erat inanis & vacua*, [Hebr. in chaos] *& tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: & Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. Dixitque Deus: Fiat lux; & facta eſt lux. Et diviſit lucem a tenebris, appellavitque lucem diem, & tenebras noctem.* Hæc primæ diei opera. Altera die Dei juſſu ſtetit firmamentum, mediumque conſtituitur eſt inter aquas inferiores, & ſuperiores, quod Cœli nomen obtinuit. Tertia die aquæ in locum unum ſeceſſerunt, arentem terram relinquentes. Quarta micant aſtra diu noctuque terræ invigilantia. *Fecit Deus duo luminaria magna; luminare majus, ut præeſſet diei;* [nempe ſolem] *luminare minus, ut præeſſet nocti,* [nempe lunam & ſtellas]. Quintæ diei opus ſunt piſces, aveſque. Sextæ homo & animalia terreſtria.

Mirari ſubit ſimplicem adeo hiſtoriæ narrationem variis diſtitiique ſingulorum Philoſophorum ſyſtematibus ſervire potuiſſe; ut omnes ſimul Philoſophi ſuam in Moyſe hypotheſim legiſſe ſibi viderentur. Exhibet Hiſtoricus ſapientiſſimus Dominum veluti potentiſſimum opificem, intentum prius materiæ diſponendæ, atque in certos ordines dirigendæ, cui operi plurium dierum ſpatio inſumpto, tandem veluti jam completo requievit. Docet eraſſe Deum noctem dieinque, antequam ſolem & eetera radiantia corpora formaſſet; quod non ita facile aſſequimur; ſolem & lunam tamquam duo maxima luminaria

(1) *Eccli. 43. 36.*

nacia exhibet, illud tacite insinuans, lunam, astra omnia, & stellas magnitudine sua plurimum superare, quod evidentissime totius Astronomiæ observationibus repugnat. Tandem terram induere veluti immani constantem corpore, cujus servitiis ceteras Deus creaturas destinarit; cum alioqui exploratissimum sit, terram nonnisi minimam esse totius universi portionem. Nihil præterea apud illum de Angelis, eteresque Spiritibus, quamquam ex ejus Libris bonorum malorumque Spirituum veritas addiscatur. Sed non est nobis in præsentia quærito de veritate sive falsitate hypothesis Hebræicæ, eam tantum exacte deseripsisse contenti.

Creati mundi idea per omnes late populos propagata, vivida semper apud omnes ferme mansit, quemadmodum e systematibus veterum prope omnium intelligimus; & probant hypotheses Ægyptiorum apud Diodorum Siculum lib. 1. Phœnicum apud Sanchoniatonem [*], Chaldæorum, cujus extant varia ea de re fragmenta, paucis ante annis impressa apud Stanlæum historiæ Philosophicæ partes. Idem cum Hebræis ea de re sensisse Idumæos ex Job 38. 4. &c. intelligimus Græci, veteribus alioqui traditionibus præbarbaris iniquiores, quemadmodum Oraculo exprobrante accusati sunt [1]; æquius tamen eam traditionem servarunt, ut ex systemate plurium ejus gentis Philosophorum constat [2]. Ex his fontibus hauserunt Latini systema illud, quod Ovidius in suis Metamorphosibus egregie prosecutus est. Convenisse inter omnes, mundum exordium habuisse aliquando. Dissident vero in ejus Authore constituendo; alii enim ejus rei meritum referunt in summum atque potentissimum Numen; alii in animam mundi; alii in motum; sunt qui in aera, sunt qui in amorem, quo fovente moverint chaos, & fœcundatur, ut tandem terram gignat, & animantia. Epicureorum sententia tenet, materiam æternitati coævam fortuito casu in mundum coivisse. Nihil tandem certi ea de re a vagantibusque Philosophorum opinionibus determinandis aumquam a Religione fuppetit petitæ sunt. Non eadem plane fuit apud Hebræos eruendi licentia, quod excellentiæ eorum systematis præ aliis documentum est præclarissimum. Eadem apud illos constantique de gravissima hæ controversia, nempe de mundi creatione, sententiæ ratum semper habuerunt, visibilia & invisibilia omnia in unum Deum authorem esse referendæ quod etiam potissimum Religionis fuæ dogma habuerunt. Uno Dei omnia valentis verbo chaos ac ceteræ deinde omnia e nihilo emersisse sustinuit [3], totamque mundi molem inici *fiat* pronunciatione constare, & nihilo oppositi negotio omnia Dei potentia conservari, ne in nihilum recidant; ac tandem ejus voluntati & providentiæ omnia subnitti. Hæc tenentia Hebræorum omnis ævi & regionis.

ARTICULUS II.

De terra, ejus forma, & quiete.

TErram semper exhibet Scriptura veluti immani constantem corpore molem, quam undique mare alluit, & pelago innarantem; non raro etiam in medio vacui spatii & nihili suspensam inducit; utramque enim sententiam apud Hebræos obtinentem animadverto. Apud Job [4], & Isaiam [5], non obscuris verbis infinuari videtur, terram in medio aeris invisibili quadam & potenti dextera tenente regi; quamvis Scriptores ceteri super aquas extensam, sive constituram affentant. Job: *Qui extendit Aquilonem super vacuum, & appendit terram super nihilum.* Isaias. *Qui mensus est pugillo aquas, & Cœlos palmo ponderavit: qui appendit tribus digitis molem terræ.* His omnibus phrasibus illud insinuari eredimus, quod maxime artisisse Veteribus infra demonstrabitur, terram nempe in medio suspensam libero in aere fluctuare. Verum quæ de fluitatione terræ aquis innarantis afferuntur, & numero vineunt & perspicuitate. Psal. 33. 2. *Ipse super maria fundavit eum,* (Orbem terrarum) *& super flumina præparavit eum:* & Psal. 135. 6. *Firmavit terram super aquas.* Job, cujus de constituta terra restimonium supra curavimus, c. 38. 4. 5. ait: *Ubi eras quando ponebam fundamenta terræ? indica mihi, si habes intelligentias. Quis posuit mensuras ejus, vel quis extendit super eam lineam? Super quo bases illius solidata sunt, aut quis demisit lapidem angularem?* Et Isaias 40. 22. *Numquid intellexistis fundamenta terræ? Quis sedet super gyrum terræ, & habitatores ejus sunt quasi locusta?* His sane geminis Textibus tertia exhiberur veluti ædificium stabile, & inconcussum; utrinque vero nihil de aquis legimus. Salomon in Proverbiis [6]: *Quando appendebat fundamenta terræ,* (five quando *fodiebat, cum eo eram.* Jeremias 31. 37 *Si potuerint investigari fundamenta terræ deorsum, & cæli sursum, & ego abjiciam universum semen Israel.* Vehementem aliquem terræ motum, qui montes finderet, expetimere volentes sacri Scriptores, concussa dicunt fundamenta terræ, & hiscente solo fortium scarurigines patuisse 7. Apertissime pro terrestria terram super aquam constituente Jonas 27. ita enim ille de ie, cum in ventre piteis clautus detineretur. *Ad extrema montium descendi, terra vectes coæclusserunt me.* Queritur Prophera veluti captivum se detineri in imo tub terra carcere, ad ima depressum, ubi terræ & montium fundamenta & universam molem hanc Orbis super te pusitam videbat, præcluta sibi omni libertatis spe. Tenent Petræ terram ceu cucumerem aquis innatare. Chardin Scientia Periarum tom. 2. c. 11 pagin. 153. Gallice.

In ipso hujus abyssi orbisque centro, ex Hebræorum sententia, infernus constituebatur, locus ubi damnati Gigantes sortem suam lamentabantur: Job 26. 5. *Gigantes gemunt sub aquis; gemunt tyranni & superbi populorum dominatores, qui desolatam terram & oppressas nationes contulerunt.* Huc spectant Prophetæ 8], exhibentes Reges Tyri, Babylonis, & Ægypti in renebris densissimis & carceribus squallentes. Eo loci damnantur impii & perditissimi quique, ubi te nulla facta exeundi spe clausis in perpetuum lugebunt 9]. Hunc tandem Pagani appellant *nigrum Tartarum, regnum Plutonis* vel *Ades*. Conionat Poetarum Græcorum, & Latinorum Theologia cum iis, quæ ex Scriptura alibi attulimus. Ex Patribus alii infernum sub terram deprimunt [10], alii ad imum abyssi, alii extra terram [11], in iis, quas appellant tenebras exteriores, quam posteream sententiam tubinitur 11, qui solem circa terram minime torqueri credebant; antipodasque extra terram rejectos in locum perpetua nocte cæcum amandabant.

Ita constituta terra immobilis manet & inconcussa Eccle. 1. 4 *Generatio præterit, & generatio advenit, terra autem in æternum stat.* Et Psal. 103. 5. *Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in sæculum sæculi.* Psal. 118. 90 *Fundasti terram & permanet.* Si vero constantem hanc stabilitatis suæ legem terra aliquando transgressa videatur, ut in terræ motibus accidit, Domino concurienti deputandum est. Irato enim oculo Deus terram respiciens, horrore illam ingenti concutit. Psal. 113. 7. *A facie Domini mota est terra, a facie Dei Jacob.* Psal. 103. 32. *Qui respicit terram & facit eam tremere, qui tangit montes & fumigant;* & 1. Par. 16 30. *Commoveatur a facie ejus omnis terra: ipse enim fundavit orbem immobilem* Jer 10.12. *Qui facit terram in fortitudine sua:* & 51 15. *Prudentia sua extendit Cœlos.*

His

(*) *Apud Euseb. Prapar. Evang. l. 1. c.* 10. (1) *Porphyr. ex oraculo Delphico apud Theodoret. serm.* 1. *cont. Gent.* (2) *Vide Aristoph. & Euseb. Prapar. cap.* 7. & 14. & *Tull. l.* 2. *Academ.* (3) *Psal.* 32. 6. *Verbo Domini Cœli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* (4) *Job.* 26. 7. (5) *Isa.* 40. 12. Hunc textum ita reddunt nonnulli: *Mensurat pulverem terræ in trientali* (6) *Proverb.* 8 29 (7) *Psal* 17. 8. *Isai.* 24 18. *Psal.* 81. 8. (8) *Isa.* 14. 9. *Ezech.* 28 10. & 31 18. & 32. 19 (9) *Prover* 2 18. & 9. 18. & 21. 16. *Psal.* 87. 11. & 70 20. *Isa.* 26. 14. (10) *Vide de Aug. Retract. l.* 1. *c.* 24 (11) *S. Chry. Hic.* 31. *in Epist. ad Rom. Origenes Tract.* 33. *in Matth.*

His semel apud se constitutis; cavebant Hebræi ab accipienda sententia, quæ Antipodas, sphæricam terræ figuram, & rotundem circa illam Solem, & Lunam inducit. Erat igitur juxta illos terra plana supernam inducit. Erat igitur juxta illos terra plana supernam inducit. Erat igitur juxta illos terra plana supern

ſulis, e continenti diviſſis, diſſeminatum. Quod autem de illis vulgatum eſt, nimirum inſulæ nomine omnes regiones maritimas, eorum ſermone ſignificari, id plane verum non eſt, ſi exacta rerum notio attendatur. Habebant enim illi eamdem inſularum ideam, quam ceteræ per orbem nationes, quamquam e geographiæ imperitia atque maritimotum itinerum deſuetudine factum ſit, ut non raro imprudenter inſulæ nomen continentis quibuſdam, ſed maritimis itineribus adeundis, maritimis regionibus tribuerent; rati a continenti diſſeminari, quæ alioqui cum illo jungebantur. Ita e.g. poſteros Javan frequentaſſe inſulas nationum (1), nempe Aſiam minorem, Inſulas Archipelagi, Peloponneſum ſcribunt; & Jerem. 2. 10. nomine *Inſulæ Cethim* Macedonia deſignatur, ſicut & Ezech. 27. 7. *Inſula Eliſa* eſt Elea in Peloponneſo. Danda eſt facile errantibus venia, cum paria apud Veteres occurrant peccata, immo & majora in rebus Geographicis, quæ ſane minoti venia digna ſunt, cum in majoti ſæculorum luce erraverint, quam quæ Authoribus ſacris affulſerit, atque inter excultiores populos, quam Hebræi haberentur. Si quid autem erroris eſt ea de re in Libris Sacris, id ſane vulgo deputandum, non Scriptoribus, qui ad captum Lectoris ſtilum ſuum accommodare debuerant.

ARTICULUS IV.

Cœli & Aſtra.

TRes Hebræorum ſententia aliter ſuper alteram Cœli conſtituuntur. Primum ceteris depreſſius, aer eſt, per quem locum *aves cœli* volitantes diſcurrunt (*), occupant nubes terram irrigantes, ibidemque vapores, & ros juxta eorum opinionem formantur. Alterum Cœlum ſublimius firmamentum appellant, quod inſertas continet ſtellas, atque perambulant ad præſcriptum ſummi rerum Arbitri Luna pariter & Sol. Locum ſupra firmamentum occupant aquæ ſuperiores, de quibus infra. Tertium tandem Cœlum omnium ſublimiſſimum, ſedes eſt Summi Numinis (2), quo raptus Apoſtolus, ineffabilia & arcana verba audivit (3). Quod ad aerem ſpectat, neminiignotum eſſe arbitror Cœli nomine apud Hebræos deſignari. De firmamento Moyſes Gen. 1. 7. teſtatur, poſt conſtitutum illud a Deo, nomen Cœli ab ipſo inditum retuliſſe, Solis, Lunæ, & aſtrorum ſedem conſtitutum fuiſſe, mediumque tandem collocatum dividendis aquis inferioribus a ſuperioribus. Diu olim diſceptatum eſt apud veteres Chriſtianos de natura, & dotibus firmamenti, nec magis ætate noſtra five inter Judæos, five inter Chriſtianos Interpretes convenit. Sunt qui concretam ſolidamque glaciem credant, ingentem aquatum vim cohibentem, ne inferius decidat (4); alii verò malunt firmamentum ex ignea quadam materia componere (5), alii ex aqua (6), alii e vaporibus aeris (7), five fumi; alii tandem e mixtura quatuor elementorum, five, ut alii malunt, ex quinto quodam elemento ab aliis quatuor diverſo.

Ex conſtanti tamen Scripturarum tenore diſcimus, veteres Hebræos in ea fuiſſe ſententia, ut crederent firmamentum ſolidiſſimo quodam corpore compactum, quo ſuperimpoſitam aquarum molem ſuſtineret. Nec male quis juxta eorum ſententiam veluti ingentem concameratum fornicem conciperet. Ita plane ſenſiſſe viſus eſt Joſephus Antiq. lib. 1. cap. 1. narrans Deum obvoluiſſe Cœlum glaciali quadam teſtudine. Vox Hebræa *Rakiach*, quam reddunt *firmamentum*, ſonat potius metalli laminam malleo ductam. Job 37. 18. comparat Cœlos æneo cuidam ſpeculo malleo fabricato. Iſaias 40. 22. juxta Septuaginta, Syriacum, & Arabicum, habet: *Extendit ut cameram cœlos*: inde veteres Patres fere omnes ſuas de firmamento ideas hauſerunt. Narrat Moyſes Geneſ. 7. 11. Deum, poſtquam conſilium de immittendo diluvio inviſſet, reclufis Cœli cataractis aquarum torrentem demiſiſſe. Rogans Iſaias 44. 1. ut Deus e Cœlo deſcendat, ita votum ſuum exprimit: *Utinam diſrumperes Cœlos, & deſcenderes*. Jeſu Chriſti e Baptiſmi lavacro deſcendentis vertici Spiritus Sanctus diſruptis Cœlis deſcendens ante omnium oculos inſedit, ait S. Matthæus 3. 16. & Marc. 1. 10.

Fatemur quidem Cœlos interdum expanſo velo comparari Pſal. 103. *Extendens Cœlum ſicut pellem, qui tegis aquis ſuperiora ejus*. Jerem 51. 15. *Qui fecit terram in fortitudine ſua, & præparavit orbem in ſapientia ſua, & prudentia ſua extendit Cœlos*. Iſaiæ 34. 4. *Et complicabuntur, ſicut liber, Cœli, quia dies ultionis Domini*. Tandem quem locum ſupra ex Septuaginta laudavimus, *Extendit ut cameram Cœlos*; Hebræus reddit: *Extendit Cœlos ut tenue aliquid*, ideſt, velut carbaſum, ſeu tenuem aliquam pellem. Sed in his omnibus textibus ſumma Dei potentia potius celevatur, qui Cœlos formavit ſolidos, vaſtosque, ita facili negotio, quam ſi tenue aliquod velum expandendum eſſet. Hæc tandem omnia mire adſtruunt hypotheſim, quæ firmamentum ceu concameratum quemdam fornicem, duabus terris ultra & citra Oceanum incumbentem, conſtituit.

Ita plane nos docere Scriptura videtur, quæ duo cameræ cœleſtis latera infinito inter ſe ſpatio diſterminari notavit (8): *Si ad cardines Cœli fuerit diſſipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus*. Educturus ſe Deus in Babylonem minitatur hoſtes e ſummitate Cœli (9): & Pſ. 18. 7. diurnum Solis curſum ita deſcribit: *Exultavit ut gigas ad currendam viam, a ſummo Cœlo egreſſio ejus, & occurſus ejus uſque ad ſummum ejus, nec eſt qui ſe abſondat a calore ejus*. Job 26. 11. *Columna cœli contremiſcunt, & pavent a nutu ejus*: & David 2. Reg. 22. 8. *Fundamenta montium concuſſa ſunt, & conquaſſata, quoniam iratus eſt* (10). Hæ plane omnes loquendi phraſes exprimunt ædificium, cujus fundamentis concuſſis, totam deinde molem ad ſummum uſque faſtigium conciti neceſſe eſt. Cœlum enim veluti tectum impoſitum ædificio, terræ fundamenta, & columnas ſuſtinet: *Cœli Cœlorum*, ait Eccli. 16. 18. *Abyſſus, & univerſa terra, & qui in eis ſunt, in conſpectu illius commovebuntur*. Porrò ſi illi eamdem ac nos Cœlorum ideam habuiſſent, quaſi ſcilicet terram veluti in circuli mediteilio conſtitutam ita ambirent, ut nulla ſui parte illam contingerent, numquam ſane in animum induciere potuiſſent, ut terra ſurore Domini correpta, totam poſſet Cœli machinam concutere. Neque ea ſententia adeo fuit Hebræis peculiaris, quin plures haberet apud Philoſophos aſſertores.

His autem ſemel conſtitutis, tamquam ejus ſententiæ neceſſariæ conſecutiones inferuntur ſolida, immotaque Cœli conſiſtentia, ejuſque ab omni admixtione ſecreta puritas. Sunt enim glacies immanis, ſolidiſſima, ut frangi numquam ulla vi poſſit; neque fieri tane poteſt, quin immobiles ſint & inconcuſſi, ſi terræ ultra Oceanum conſtituæ innitantur, fulciantuque columnis Dei ipſius manu firmatis. Prov. 3. 19. *Dominus ſtabilivit Cœlos prudentia*. Oculis ſpectaſſe ſe Deum, cum Cœlos firmaret, & conſtitueret, Sapientia gloriatur, Prov. 8. 27. Si quando in Scriptura ſtabile aliquid ſolidumque deſignandum eſt, permanſurum dicitur cum Cœlo. Pſ. 88. 30. de Regno Meſſiæ ſub Salomonici typhonis agens: *Et thronum ejus ſicut dies Cœli*: & Moyſes Hebræos ita affatur: *Terram, quam juravit Dominus Patribus*

(1) *Gen.* 10. 5. (*) *Gen.* 1. 26. 28. & 2. 19. & *paſſim*. (2) 3. *Reg.* 8 23. *Deut.* 10. 14. (3) 2. *Corinth.* 12. 4. (4) *Joſeph. Antiq. l. 1. c. 1. Sevor. Gabal. Orat.* 2. *Cyril. Jeroſ. Catech. 6. Novat. l.* 2. *de Trinit. c.* 8. *Ambroſ. l.* 2. *c.* 4. *Hexaem. Hieron. Ep.* 82. *ad Ocean. Theod. q.* 2. *in Gen. Mari. Vict. l.* 1 *Carm. in Gen. Coſm. Ægypt. l.* 10. *Beda Hexaem. Rabban. in Gen.* 1. *Honor. Auguſtodun. l.* 2. *de Imag. Mundi, Procop. in Gen.* (5) *Hidelb. Turon. tract. Theol. c.* 23. *Hugo Victorin. Hil. in Pſal.* 122. & *alii*. (6) *Vide Damaſcen. l.* 2. *de Fide c.* 6. (7) *Baſil. Hom.* 3. *in Hexaem. Greg. Nyſſen. in Hexaem. Euſ. Pr. p. l.* 11. *c.* 16. *Aug. Oper. Imperf. in Gen. ad lit. Ruper. in Gen.* (8) *Deut.* 30. 4. & 2. *Exod.* 1. 9. (9) *Iſa.* 13. 5. (10) *Hebræ. habet*: *Fundamenta Cœlorum*.

reibus tuis ; ut daret eis ; quamdiu Cœlum imminet terræ.

Aquæ superiores Firmamento incumbentes, veteres recentioresque Interpretes mire tolerunt ; alii ipsiſſimas eſſe nubes autumarunt, alii vapores (1). Sed veteres Hebræi rem planius concipientes, ſimplices & meras aquas fluidas, & ejuidem plane cum æthereis naturæ ſupra Cœlum conſtituerunt. Id plane ex ipſa Scriptura ultro inſinuari videtur, maluerunque ſanior veterum PP. pars (2), Moyſes Gen. 7. 11. dilapſas inde aquas in terram diluvio inundante narravit ; ait enim, disruptis Dei virtute Cœli cataractis ; aquarum torrentem Deum in terram immiſiſſe. Has aquas Deus juxta phraſim Pſalm. 32, 7. in theſauris ſuis continet : *Ponos in theſauris, abyſſos* & Pſal. 41. 8. mala in ſe inundantia exaggerans, ait : *Abyſſus abyſſum invocat in voce cataractarum tuarum ; omnia excelſa tua, & fluctus tui ſuper me tranſierunt.* Oiee 2. 21. habet, nubes ſiccitatis tempore hiſcente in Deum ore clamare, ut aquis demiſſis, ex ejus theſauris irrorentur. Nubes ipſæ Prov. 8. 28. exhibentur tamquam canales ex abyſſo ſuperiori in terram aquas deducentes. Alibi verò deſcribuntur nubes tamquam utres dimiſſas è firmamento aquas continentes (3). Deus immiſſurum ſe in terram ſteritatem ita plane denunciat ; ait enim clauſurum ſe Cœlum, ne pluviam ſtillet (4), aperturum immiſſurum ut Cœlum alteretur, & ferreum ſit ſuper eos (5). Nec aliunde quam ex abyſſo ſuperiori rorem ipſum deducebant (6). Uno verbo, ſicut Oceanum inferiores, ita Firmamentum ſuperiores aquas ſuppeditare credebant.

Sol & Luna tamquam anima & intelligentia prædita a Judæis credebantur, rati plane eotum voce Dei laudes qua late patet terrarum orbis, celebrari (7). Credebant inſuper ortus & occaſus tot tempora aſtra illa habere perpetua (8) ; nec certa plane ratione Divinis juſſionibus obſequi, ut eo juſque ſtare, retrogredi, tenebras pleno die inducere, Domini furorem denegato lumine exprimere noverint (9). Gemina illa Aſtra tamquam Rex & Regina Cœlorum exhibentur (10), quæ partitio imperio diem moderantia, alterum diei, alterum nocti præſit ; junctò verò Regno Aſtris, Hebræorum ſtilo dictis *militia Cœli* (11), imperarint. Utraque hæc perpetuo motu occipitali, terræ tamen circumnutationem complent ; namque juxta ac ſupra obiervavimus, inferiorem terræ partem Cœli non ambiunt.

Quam autem viam Sol ab Occidente in Orientem deſignet, nullo ſatis aperto Scripturæ teſtimonio docemur : ſingularia prorſus ea de re Veteres prodiderunt, infra a nobis afferenda. Ita Scriptura (12) : *Cœli enarrant gloriam Dei..... Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.... In ſines orbis Terræ verba eorum. In Sole poſuit tabernaculum ſuum* (Dominus), *& ipſe* (Sol) *tamquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, exultavit ut gigas ad currendam viam, a ſummo Cœlo egreſſio ejus, & occurſus ejus uſque ad ſummum ejus.* Hæc menſura & terminus curſus ſolaris. Sapiens in Eccle. 1. 4. 5. apertius aliquid pandit : *Oritur Sol & occidit*, (13) phraſis eſt in Scriptura frequentiſſima) *ad locum ſuum reverſitur, ibique renaſcens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem, luſtrans univerſa in circuitu : pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reverſitur* (14). Depingitur plane his verbis aſſiduus rapidusque Solis curſus ex Oriente in Occidentem, e meridie in Septentrionem rapti. Prior ille motus ſatis omnibus patet, regreſſus vero ex occidente in meridiem, & ad Septentrionem non item.

Duo olim celebrabantur apud Veteres ſyſtemata. Erant qui crederent, Solem cum primum ad Occidentem perveniſſet, in mare demergi, ut curſus æſtum atque radiorum diurnam ergationem, aquarum elemento refrigerare, ejuſque humiditate lucem reparare potuiſſet (15). Ita vero reſtituris omnibus, per latentes cæcaſque vias in priſtinum locum reſtitui Solem credebant. Aliorum ſyſtema ita ferme concipiebatur : cum primum Sol ad occidentem perveniſſet, porrectum ad meridiem montem offendebat in eonum, ſive in pinum deſinentem ; poſt illum montem tota nocte percurrens, ſub ipſum exortientis diei articulum in Orientem reſtituebatur, majori minorive ſpatio curſu emenſo, quo breviorem ad montis cacumen, vel infra illud longiorem viam temuiſſet (16). Quid Hebræ ſentirent, in medium relinquendum duxi ; potuit facile Salomon ſignificaſſe, Solem ſingulis noctibus alterno curſu meridionales ſeptentrionalesque terræ partes percurriſſe, ut ſciliceet quo tempore noctem unum clyma teneret, alterum diem haberet.

Solis & Lunæ eclypſes prodigii loco habuiſſe Judæi videntur, perinde eſſe ratt, ſive aſtra curſum ſiſterent, vel retrogrado curſu ferrentur, ac paterentur eclypſim. Amos 8. 9. *Et erit in die illa, dicit Dominus, occidet Sol in meridie, & tenebreſcere faciam terram in die luminis* (17). Interpoſitione manuum Dei inter montes & aſtra cauſari eclypſim Job 36. 32. inſinuare videtur : *In manibus abſcondit lucem, & præcipit ei ut rurſus adveniat ; & 9. 7. Qui præcipit Soli, & non oritur, & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo.* Ad captum vulgarium magis loquitur Ezechiel 32. 7. cum eclypſim obſcitu nubium cauſari deſignat ; in obitu enim Pharaonis Regis Ægypti ſunus naturam univerſam celebraturam dicit : *Et operiam*, addit, *Cœlum, & nigreſcere faciam ſtellas ejus. Solem nube tegam, & Luna non dabit lumen ſuum.* Joel tribus in locis Solis & Lunæ fulgorem obdućtum, tamquam apertiſſimum Dei in homines furentis documentum exhibet (18).

De tonitru plus aliquid quam de naturæ phœnomeno ſuſpicabantur, rati furoris eſſe Dei datam hominibus ſignificationem. Quare nullo alio Scripturis appellatur nomine, quam *Vocis Domini* (*) *Superbos*, ait Job 1. 37. &c. *expavit cor moum, & motum eſt de loco ſuo. Audite audientiam in terrore vocis ejus, & ſonum de ore illius procedentem. Subter omnes Cœlos ipſe conſideral*, (Hebr. *extenditur*) *& lumen illius ſuper terminos terræ. Poſt eum rugiet ſonitus, tonabit voce magnitudinis ſuæ, & non inveſtigabitur cum audita fuerit vox ejus. Tonabit Deus in voce ſua mirabiliter, qui facit magna, & inſcrutabilia.* Ejuſdem phœnomeni naturam & effectus late perſequitur Pſalm. 28. *Vox Domini ſuper aquas, Deus majeſtatis intonuit, Dominus ſuper aquas multas.* (nempe tonuit ſuper aquas in firmamento conſtitutas) *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. Vox Domini confringentis cedros, & confringes Dominus cedros Libani. Et comminuet eas tamquam vitulum Libani, & dilectus quemadmodum filius unicornium. Vox Domini concutientis deſertum, & commovebit Dominus deſertum Cades. Vox Domini revelabit condenſa.*

Fulgura non alio frequentius nomine deſignantur, quam ignearum ſagittarum & jaculorum Domini. Deut. 32. 22. *Ignis ſuccenſus eſt in furore meo,* (Domini)

(1) *Vide Auguſt. de Gen. ad Lit. l. 2. cap. 5.* (2) *Juſtin. alius PP. ad Orthodox. q. 93. Antioch. in Hexaem. Baſil. homil. 3. in Hexaemer. Nyſſen. in Hexaem. Ambroſ. in Hexaem. l. 2. c. 3. Severi. Gabal. orat. 2. de Creat. Theodqu. 11. in Geneſ. Procop. Beda Rabun. in Geneſ. Vide & Auguſt. de Gen. ad lit. l. 2. cap. 5.* (3) *Job* 37. 12. & 38. 37. *juxta Hebr. Pſalm.* 17. 13. & 4. *Regum* 22. 12. (4) 3. *Reg.* 8. 35. (5) *Levit.* 26. 19. (6) *Deuter.* 33. 28. (7) *Pſalm.* 18. 5. (8) *Pſal.* 103. 19. (9) *Joſue* 10. 12. 13. *Abac.* 3. 11. & 4. *Reg.* 20. 9. 10. 11. *Iſa.* 38. 8. *Amos* 8. 9. *Jerem.* 15. 9. &c. *Joel.* 2. 10. (10) *Gen.* 1. 16. *Pſal.* 135. 8. (11) 4. *Reg.* 17. 4. & 21. 3. 5. & 23. 4. 5. & 2 *Paralip.* 33. 3. *Iſ.* 34. 4. *Jerem.* 8. 2. & 19. 13. & 33. 5. (12) *Pſal.* 18. 6. (13) *Hebr. ad litter. Oritur & pervenit ad locum ſuum.* (14) *Hebr. Pergit & revertitur anhelans.* Multi reddunt vocem Ruach ventum. Sed cum verba & adjectiva quibus jungitur, maſculina ſint, nos reddere maluimus anhelum, veluti ſynonymum Sehoeph. (15) *Homer. Iliad. Tib. V.* 485. (16) *Cosmas Ægypt. l.* 4. *Coſmogr. pag.* 186. &c. (17) *Vide & Jerem.* 15. 9. *Iſ.* 13. 10. (18) *Joel.* 2. 10. 31. & 3. 15. (*) *Pſ.* 17. 14. & 28. 3. &c. *Exod.* 9. 23. & 20. 18.

ni] *& ardebit uſque ad inferni noviſſima . Sagittas meas complebo in eis .* 2. Reg. 22. 15. & Pſal. 17. 15. ait David : *Intonuit de Cœlo Dominus , & Altiſſimus dedit vocem ſuam . Miſit ſagittas ſuas , & diſſipavit eos , fulgura multiplicavit & conturbavit eos* ; & Pſ. 7. 14. impios affatus : *Niſi converſi fueritis , gladium ſuum vibrabit : arcum ſuum tetendit , & paravit illum . Et in eo paravit vaſa mortis* , (arma ad oeeidendum directa) *ſagittas ſuas ardentibus effecit* ; & Pſal. 143. 6. *Domine deſcende , tange montes & fumigabunt . Fulgura coruſcationem , & diſſipabis eos ; emitte ſagittas tuas & diſſipabis eos .*

Quid pluvix , ventus , nimbi , glacies , iris ? quid , inquam , in ſententia veterum Hebræorum , niſi a Deo immiſſa vel puniendis impiis flagella , vel juvandis bonis datæ à Deo ſignificationes ? (1). Ita de illis agunt Hebræi , quaſi portentoſum aliquid & divinum non naturale & commune præferrent . Eccli. 43. 13. &c. *In verbis Sanctî ſtabunt* (ſtellæ) *ad judicium , & non deficient in vigiliis ſuis . Vide arcum , & benedic eum ; qui fecit illum valde ſpeciioſus eſt in ſplendore ſuo . Imperio ſuo acceleravit nivem , & accelerat coruſcationes emittere judicii ſui . Propterea aperti ſunt theſauri , & evolaverunt nebulæ ſicut aves . In magnitudine ſua poſuit nubes , & confracti ſunt lapides grandinis . In conſpectu ejus commovebuntur montes , & in voluntate ejus ſpirabit Notus .* Vide etiam Pſal. 147. 15. 16. Grandinem ergo ita eoneipiebant Hebræi , veluti ſi eſſent ex immani glacici monte avulſæ portiones ; quemadmodum & lapieidinis exteindi petræ & in hoſtem torqueri conſueverunt.

ARTICULUS V.

Conſenſus Veterum Philoſophorum & Patrum cum Hebræorum Syſtemate .

QUOD huc uſque propoſuimus Mundi ſyſtema , apud veteſtiſſimas gentes proteſque Græeiæ Philoſophos ferme idem obtinuit . Phœnices , ſi fides ſit Sanchoniatoni , ſeu potius Porphyrio , qui Authorem illum proeudit , omnium rerum principium agnoieunt chaos , ſeu confuſam eorporum congeriem (2) . Indi , auchore Megaſthene apud Strab. lib. 15. omnia ex aqua prodiiſſe rati , eamdem eum priſcis Græcorum tenuiſſe ſententiam credantur ; quippe qui aquam & chaos pro eodem vidcntur uſurpaſſe ? ita plane ſolent Homerus , Heſiodus , & Thales ineer ſe ſe conciliari . Homerus rerum , Deorum , hominumque omnium parentem eonſtituit Oceanum (3) . Heſiodus primum omnium chaos emerſiſſe cecinit (4) . Thales materiam gignendis rebus ſuppeditaſſe aquam autumavit (5) . Sanior tamen Scriptorum pars ſuſtinet (6) , quod chaos Priiei appellabant , ipſam fuiſſe aquam ; quam ſententiam mire ſuleit Moyſes Gen. 1. 2. chaos abyſſi nomine defignans : *Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi .*

Thales (7) , *& Stoici* , ait Seneca nat. qq. libro 6. eap 6. *Terram totam ſubjecte indicans humore portari , & innatare . . . . . Hac unda ſuſtinetur orbis , velut aliquod grande navigium , & grave .* Manilius Aſtronom. lib. 4.

Ipſa natat tellus pelagi luſtrata coreum
Cingentis medium liquidis amplexibus orbem .

Zeno , quem Stoici ducem ſequuntur , (8) continens in centro mundi immotum conſtituebat , aqua in ſphæram eireumfuſa terram ambiebat , ut ambo hæc elementa centrum haberent commune , atque terra Oceano innataret . Illa ambo elementa veluti in ſinu elauſa aer continebat. Homerus , cujus ſententiam Strabo lib. 1. & laudat & ample ſtitur , ambiri terram Oeeano ſcripſit , & Seneca Tragicus in Œdip. Act. 2.

Oceanus clauſum dum ſtuctibus ambiet orbem .

Chardinus in ſuo Itinerario in Perſidem , receptam eſſe inter Perſas opinionem narrat , terram aquis velue cueumerem aliquem innatare ; i. e. mediam tantum aridæ portionem aquam in ſinu ſuo continere : *S.* Petrus in priori Epiſtola 3. 5. docet , *Terram de aqua , & per aquam conſiſtere* ; immergitur ſcilicet & aqua veluti penetratur &c.

Plura in hoc argumentum Prophanorum Auctorum teſtimonia congerenda eſſent ; ſed iſta ſatis ſuperque . Patrum de ſitu terræ par fuit eademque ſententia . Theodoretus in illud Pſal. 135. 6. *Qui firmavit terram ſuper aquas* , portari terram aquis ſuſtinuit S. Hilarius in Pſal. 135. *Terra ſuper aquam pendula firmitate conſtitit.*

Animadvertimus , in ſyſtemate Hebræorum terram fundamentis quibuſdam in ipſo aquarum alveo conſtitutis inniti. Paria legas apud Philoſophos . Xenophanes Colophonius (9) , quo ſe ab omnibus difficultatibus de innatacione terræ ſuper aquas expediret , hanc rationem iniit ; nempe fundamentis inconeuſſis & profundiſſimis terram ſuſtineri ; Anaximenes , Anaxagoras , Democritus apud Ariſtotelem loco citato , initi terram aeri ſuſtinent ; ad immenſam enim altitudinem elatus aer immani huic moli portandæ par eſt . Thales ejuſque ſectatores autumarunt , *terrarum orbem aqua ſuſtinori , & vehi more navigii , mobilitatæque ejus fluctuare tunc , cum dicitur tremere .* Senec. qq. natural. lib. 3. cap. 13.

Plato in Timæo , Ariſtoteles , Empedocles , Anaximander , ceterique ſupra a nobis laudati , quos Veterum plerique ſequuntur , de immobilitate & inconſtantia terræ eamdem tenent cum Hebræis ſententiam . Quid poeſſimum terram fulciret , & contineret immotam , ne quæſtione diſcutiendum quidem cenſet S. Baſilius in Hexaem. hom. 1. & S. Ambroſ. in Hexaem. lib. 1. cap. 6. num. 22. Si enim , inquiunt , dixerimus aere fulciri ; ſtatim reponetur quinam fieri potuerit , ut aer tenue oppido & lubrile corpus immanem illam compactamque molem ſubſtinerere ? Si in aquis fluitare reſpondemus ; paria opponent . Tandem ſi quis firmius aliquod fundamentum quæſiverie , quæret alter viciſſim , cuinam fundamento fundamentum illud innitatur , & ſic deinceps . Reſtat igitur ut curioſitati fræenum imponatur , prematurque ſilentio quod aſſequi verbis non poſſumus (10). Ex his plane colligimus , Patres illos non ambigere quidem de terræ immobilitate , ſed dubios verſari , an aeri , an terræ , an alteri cuiquam fundamento innitatur ; plerique tamen aerem aquæ præferunt , omniumque ſententia Antipodas prorſus rejeit.

Porro de Antipodis ſententia tamquam infidelis & religioni repugnans habebatur . Videſis Thaonem apud Plutarchum de faeie in orbe Lunæ ; Lactantium Inſt. lib. 3. cap. 24. S. Auguſtinum de Civ. libro 16. cap. 9. Zachariam Papam epiſt. 10. ad S. Bonifaeium Mogutinum anno 748. Procopium in Gen. Quando autem eo adigamur , ait S. Auguſtinus , ut terram conciperemus rotundam , propius tamen eſt vero , ut pars noſtro hemiſphærio averta obduci aquis , quam hominibus , & brutis culta eredatur . *Quid illi* , ait Lactantius , *qui eſſe contrarios veſtigiis noſtris Antipodas putant ? num aliquid loquuntur ? An eſt quiſquam tam ineptus , qui credat eſſe homines , quorum veſtigia ſunt ſuperiora quam capita ? Aut ubi qua apud nos jacent , inverſa pendeant ?*

Multo etiam ab ea de Antipodis ſententia alieniores ſunt , quieumque terram plane eſſe figuræ arbitrati , inferiorem ejus partem negant eircumfuſo Cœlo

(1) *Vide Pſ.* 134. 7. *&* 147. 15. 16. 17 *Jere.* 10. 13. *&* 51. 16. *Eccli.* 43. 13. *&c.* (2) *Euſ. Prap. lib.* 1. *cap.* 10. (3) *Iliad.* 14. (4) *Heſiod. Theogon.* (5) *Thales apud Plut. de Placit. Philoſ. lib.* 1. *cap.* 3. (6) *Plutar. lib. Aquane an ignis ſit utilior ?* (7) *Thales apud Ariſt. de Mun. lib.* 2. *cap.* 13.

(8) *Lacrt. in Zenone lib.* 7. (9) *Apud Ariſt. de Cœlo lib.* 2. *cap.* 13. (10) *Vide Baſil. loc. cit. Ambroſ. in Pſal.* 118. *Serm.* 12. *Auguſt. lib.* 13. *De Civit. cap.* 18. *& lib.* 16. *cap.* 9. *Vide Bed. de nat. rerum cap.* 95. *Bruno Signiac. lib.* 4. *Sent. cap.* 3.

ambiti; quemadmodum nec Solem, & astra circum terram torqueri. Est autem communissima apud Veteres (1) opinio, quemadmodum etiam spectare licet in Cosmographia Cosmæ Monachi (2), & in figuris terræ ab eo delineatis, & a Montfaucone in Editione ejusdem Operis vulgatis. Rati igitur Cœlum terramque continuari, cameram quamdam ab iis constituti arbitrabantur, enjus concameratus ingenique fornix Cœlum esset, terra & mare pavimentum. Habuit hæc opiuio affertores viros omnes doctos usque ad decimum-quintum seculum; ut Toslatus Episcopus Abulensis in Gen. cap. 1. paulo ante deretam Americam, opinionem de rotunditate terræ rejiceret, veluti temerariam, & fidei perniciosam. Illud autem maxime animadvertendum est, Patribus, ut in hanc sententiam inclinarent, in causa fuisse Divinarum Scripturarum apertam, ut ipsis quidem videbatur, authoritatem.

Fontium, flumium, aquarumque omnium terram perluentium originem Oceano deputarunt cum Hebræis veteres etiam Philosophi. Plato docet terram infinitis propemodum meatibus pervium esse; veluti spongiam (3), ut acceptam ex una parte aquam ex altera reddat. Esse autem addit, plura sub terra receptacula variis continendis aquis destinata; quorum alia calidas habent, alia frigidas, puras, luteasque. In centro terræ situs est *Tartarus*, omnium sciliceet aquarum commune receptaculum, ex quo omnibus super terram fluminibus aquæ suffectæ. Cum autem, addit, immensa illa aquarum vis baccaret & fundo, perpetua agitatione commota assiduum illum fontium, & fluminum circulum efficit. Plinius lib. 2. cap. 65. ita mentem suam explicat. *Cum terra arida & ficca constare per se & sine humore non possit, nec rursus stare aqua sine sustinente terra, mutuo complexu jungantur; hac sinus pandente, illa vere permeante totam intra, extra, infra, venis ut vinculis discurrentibus, atque etiam in summis jugis erumpente.* Virgilius Georg. 4. V. 366.

Spelunciſque lacus clausæ lacuſque ſenantes,
Omnia ſub magna labentia flumina terra
Spectabat diverſa locis ...

Servius in eumdem locum obsetvavit, non fabellam aliquam poeticam effinxisse Vatem, sed opinionem retulisse vetustissimam e Theologia Ægyptiorum deductam, unde Thales suam illam sententiam hausit de Oceano retum omnium principio. Homerus fere totidem (4) verbis ac Salomon in Ecclesiastico, eamdem sententiam exprimit; ex Oceano enim omnia deduci ait flumina, sicut & maria fingula, fontes & puteos.

Quod ad Systema Cœlorum attinet, eadem ferme, quæ in Scriptoribus Sacris, apud Veteres observavimus. Illos enim solidos, immotos, & concameratí fornicis instar terram tegere autumarunt. Ennius:

Quaque frete cava cæruleo cortina recepsat.

Hæc autem adeo Prisciis illis erant persuasa, ut contrariæ sententiæ affertores contemptu, & miseratione dignos censerent. *Ubi sunt, qui mobiles Cœles putant, ſphæricos & circulares?* ait Sanctus Chrysostomus hom. 14. in Epist. ad Hebræos, & hom. 17. in eumdem. Quod vero, inquit Lactantius Institut. libro 3. cap. 24. Veteres in eum errorem adduxit, ut crederent Solem, & astra circa terram torqueri, illud reputandum est, nimirum videntes Solem, Lunam, & astra simul omnia singulis diebus oriti ex eodem ferme horizontis loco, & occidere, terram veluti pilam rotundam conceperunt, quam astra quæ libet diurno cursu, veluti circulo delcripto, mediam exciperent; ignorantes quam potissimum viam tenerent, ut ex Occidente in Orientem restituerentur. Ita semel persuasi, in Antipodum sententiam venerunt, tati avetsam nobis terræ portionem suis esse cultoribus habitatam. Quid dicam, addit Lactantius, de illo hominum genere, nisi illud, semel præstructis erroneæ alicujus opinionis fundamentis, errores inde erroribus coagmentasse? *At age*, addit, *multis argumentis probare posſem, nullo modo fieri poſſe, ut Cœlum terra ſit inferius.*

Pseudo-Athanasius in Ps. 103. 3. non obscentus loquitur, Andiamus, inquit, quid nos docet Prophetas, ut Barbarotum ora obturemus, temere prosus asserentia, Cœlum infra terram defscendere. Propheta exerta contra illos voce clamat: *Dominus extendit Cœlum ſicut pellem, vel ſicut expanſum velum.* Porro qui expansum velum dicit, hemieyclum exprimit non sphæram perfectam. Quid Isaias 40. 22. *Qui extendis velut nihilum* (Hebr. velue cameram) *Cœles, expandis eos ſicut tabernaculum ad habitandum?* Cœlum plane non gyrat, sed immobile perseverat, juxta Propheram: *Cœlum firmavit ſuper ſtabilitatem ſuam.* Videsis Pseudo-Justinum in quæstionibus ad Orthod. quæst. 93. 94. Severianum Gabalensem orat. 3. de Creat. S. Cæsar. Dialog. 1. quæst. 97. & 98. Procop. in Genes. Diodorum Tharsensem apud Photium Cod. 223. Theodorum Mopsuestenum apud Joannem Philoponum (5), aliosque permultos, qui concamerato fornice Cœlum terræ superimponi autumarunt. Eusebius in Commentario in Psalmos fatetur, eam fuisse plurimorum sententiam, ut mundus figura sphærica contineretur, terramque veluti in sinu Cœlum contineret. Sed in Commentario in Isaiam cap. 40. contrariam opinionem tuetur. S. Hieronymus in Epist. ad Ephes. 5. 4. Cœlum velut concameratum fornicem habentes *ſtultiloquii* damnat; sed in cap. 3. 18. infinuare videtur, Cœlum latius quam terram non patere; quamquam sphæricum a nonnullis reputari fatetur.

Ex iis, quæ hucusque deduximus, in aperto esse eenieo, Hebræorum systema, quale supra expositmus, satis convenisse cum systemate veterum Philosophorum; quæ plane simplicissima est hypotheſis, prona, & facilis, ad populi captum maxime accommodata, ut scilicet ille dignam de sapientia, & virtute Dei, simulque de imbecillitate sua, atque debita in Deum obiervantia ideam concipere valeat. Maxime igitur conducebat ad finem a Spiritu Sancto intentum, deducendi scilicet homines in Deum pet timorem, & amorem, juxta illud Eccle. 12. 13. *Finem loquendi omnes audiamus: Deum time, & mandata ejus obſerva: hoc eſt enim omnis homo.* Porro in his rebus error nullius est ad æternitatem obtinendam momenti. *Dicendum eſt*, ait S. Augustinus de Genesi ad lit. lib. 2. cap. 9. *hoc de figura Cœli ſciſſe Auctores noſtros, quod veritas habet; ſed Spiritum Dei, qui per ipſos loquebatur, noluiſſe ipſa docere homines, nulli ſaluti profuturo.*

Nec est cur dicatur, Sacrorum Authorum dictis in ea re veritati & expetientiæ repugnantibus, nihil esse cur deinde in ceteris major illis fides debeatur. Quæ enim ab illis dicuntur, non ita plane narrata sunt, tamquam vera afferuerint; sed his tantum velut hypothesibus constituta, non propriam sententiam, sed vulgi opinionem exposuerunt. Ne uno quidem capite Scriptura instruendos homines ea de re data opera suscipit, cum ad nostrum ultimum finem ea nosse, vel ignorasse perinde habeatur. Quis, rogo, eam legem imponeret Philosophis, & Theologis, ut verba ad populum facientes, usitatis in Schola, sicut & in Libris de arcanis naturæ seu mysteriis Religionis scriptis, verbis utantur? Quæ vero Sapientibus, & Philosophis permissa sunt, hæc Sactis Scriptoribus denegemus, qui plutium utilitati seruibentes, ad eaptum sese vulgatium & simplicium accommodant?

IN

(1) *Clemenes Cyclicus theoriar. lib. 1. Horat. lib. 2. carm. Ode 22. Lucan. lib. 9. Pharſal. Terrarum primam Libyen, nam proxima Cœlo eſt. Ut probat ipſe cæter. Sil. Ital. lib. 3. Ad finem Cœli medie tenduntur ab Urbe Squalentes campi. Plin. lib. 2. cap. 78. Æthiopes vicini ſideris calore torrentur.* (2) *In nov. Collect. Graeer. PP. Vide Notas D. Bernardi de Montfaucon in eumdem Lib.* (3) *Plato Phæd. pag. 111. 112.* (4) *Iliad. 21.*

IN PROPHETAS PROLEGOMENA.

ARTICULUS PRIMUS.

Nomina Prophetarum. Variæ notiones vocis prophetare. *Varia Prophetarum discrimina.*

PRopheтæ nomen juxta vim Græci vocabuli virum futura prædicentem significat. Olim apud Hebræos : *Videntes* audiebant : quasi scilicet homines Divina intuentes : *Qui Propheta* (*Nabi*) *dicitur hodie* , ait Author 1. Reg. *9. 9. vocabatur olim Videns* (*Roeh*) : *loquebatur unusquisque vadens consulere Deum : Venite eamus ad Videntem* . Nomen *Nabi* latissimam habet significationem ; non enim exprimit tantummodo virum futura prædicentem, sed hominem etiam a Deo inspiratum ejusque nomine loquentem Abraham Prophetæ Domini nomen obtinet [1] ; sicut & Aaron frater Moysis , qui constitutus fratris sui interpres , ejus ad populum verba exponebat : Exod. 7. 1. *Ecce constitui te* , ait Deus ad Moysen , *Deum Pharaonis , & Aaron frater tuus erit Propheta tuus* . S. Paulus eodem titulo ornavit vatem quemdam Paganum [2], quod scilicet Pagani Vates suos ceu viros Divino æstro afflatos Diisque charos habebant . Factum est etiam , ut abusione quadam viri seductores Divina jactantes , Prophetæ nomine in Scriptura appellarentur .

Designantur etiam, nec raro , Prophetæ appellatione hominis Dei , Angeli Domini &c. Angelus Domini venisse perhibetur e Galgalim in locum nomine *Bochim* , ut ad populum verba faceret [3] . Aggeus 1. 12. se ipsum nominat nuncium , seu Angelum Domini . Malachias adventum Sancti Joannis Baptistæ oraculo prædicens , Angelum Domini venturum annunciat [4] . Tandem inter Prophetas minores novissimus Malachiæ , nempe Angeli , nomine cognoscitur ; cum alioqui ipse credatur a nonnullis [*] Esdras , studio legis & amore notissimus .

Prophetare Hebræorum sermone non est tantum venturi arcana pandere , sed eorum etiam quæ vel nostra ætate vel elapso jam tempore , nobis tamen abdita , contigerunt . Isaias 44. 7. &c. Dei virtutem exaggerans , omnia illi explorata esse dicit , quæ in mundi exordio contigerunt . Milites Jesum Christum oculis velatum cædentes dicebant : *Prophetiza nobis , quis est qui te percussit* [5] . Cum divini Spiritus æstro afflati Prophetæ motibus aliquando agitarentur insolitis , ideo moribus usurpatum est , ut mali spiritus agitatione vexati prophetare dicerentur. Ita prophetasse dicitur in domo sua Saul cum tetro melancholiæ spiritu agitaretur [6] . Prophetæ etiam audiebant , quicumque cantare , choreas ducere , instrumentis canere noviſſent . *Cum ingressus fueris Urbem* , ait Samuel ad Saulem 1. Regum 10. 5. 6. *gregem Prophetarum descendentium de excelso obviam habebis , ante eos Psalterium , & tympanum , & sibam , & citharam , ipsosque prophetantes , & insilies in te Spiritus Domini , prophetabis cum eis , & mutaberis in virum alium* . Filii Aaph constituti sunt, ut *prophetarent in citharis , & psalteriis , & cymbalis* , 1. Paralip. 25. 1. Non raro etiam apud Sanctum Paulum in eo sensu usurpatur , ut sonet Scripturarum sensum pandere , pios sermones miscere , verba in Ecclesia ad populum habere [7] . Extraordinarium est quod legimus Eccli. 48. 14. ubi prophetare est miracula patrare ; *Corpus Elisæi mortuum prophetavit* . Prophetasse etiam legimus ibid. 49. 18. ossa Joseph ; quippe quæ vades fuissent fugæ ab illo fratribus suis promissionis , cum moriturus superstites ipsos mandatis oneravit , ut ex Ægypto egredientes ossa sua secum in Chanaanitidem deferrent.

Erant etiam apud Prophanos *Videntes* , *Prophetæ* , & *Prophetiæ* , sed diversæ oppido a Judaicis. Prophetas appellabant Pagani Sacerdotes Fanorum [8], eos maxime , qui claris oraculorum fama ædibus inservirent , uti Dodonæ , Delphicæ , Clariæ . Olim Ægyptii solebant Videntes nuncupare , qui apud illos deinde Prophetæ vocati sunt . Inter Videntes recensent Saphim Regem ejusdem regionis [9]. Rex Amenophis , optans ut inter *Videntes Deorum* coopteri mereretur , voti compos factus est , ea conditione , ut totam regionem e leprosorum , & impurorum hominum fæce purgaret [10]. Sacerdotes Ægypti plerique Prophetæ appellabantur , quorum vitæ genus durum plane & asperum , studiumque detestibit Porphyrius , seu potius Chæremon apud eumdem de Abstin. lib. 4. S. Clemens Alexandr. lib. 1. & 6. Stromatum , de Thalete narrat , consuetudinem habuisse cum Propheris Ægypti , sicut & Pythagoram præceptorem audiviſſe Sonchedem Atchiptophetam Ægyptiaquem Archiprophetam alibi dicit omnia vectigalia regionis curasse . De oraculis Paganorum , eorumque , quos vocant , Enthusiastis infra differemus .

Dei Spiritus , quamquam maxime omnium singularis , variis operationibus unus sufficit [11]. Interdum per quietem sese communicat , uti Abrahamo , & Jacob , Gen. 15. 12. & 28. 12. Interdum per visum sese revelat , uti olim Isaiæ 6. 1. Joel 2. 28. oraculo prænunciat Judæis futurum , ut juvenes eorum visionibus Divinis donentur , Senes vero Divina patiantur per quietem . Interdum in extasim rapiebantur , ut Sanctus Petrus Act. 10. 11. Solebat etiam Deus in nube apparere , ut Abrahamo [12] , Job [13] , & Moysi [14] . Solebat conceptis vocibus loqui : ita e medio rubi ardentis Moysi locutus est [15] ; e medio nubis Abrahamo [16] ; per quietem noctis Samueli [17] . Sed loquendi familiaior ratio intima cordis inspiratio habebatur ; cum scilicet intimo lumine illustrato spiritu Prophetarum , deinde voluntas excitabatur , quo auditas in corde voces promerent . Ita plane veros Prophetas Divinoque Spiritu afflatos credimus Scriptores omnes Librorum Canonicorum Veteris Novique Testamenti , sive illi futura pandant , sive præterita , sive suorum temporum historias narrent , vel tandem moralia ac pietatis axiomata , aut pia quædam Cantica scribant .

Tria sunt S. Augustino Præf. in libro 19. contra Faust. Prophetarum genera : Prophetæ Judæorum , Paganorum , & Christianorum . De primis satis in Veteri Testamento . Paganorum Prophetæ ipsissimi sunt eorum Divini , & Poetæ . Prophetæ vero Christianæ religionis mittendi præconcinantur a Jesu Christo ad Judæos Matth: 23. 34. *Ecce ego mitto ad vos Prophetas & Sapientes & Scribas &c.* De quibus etiam Apostolus 1. Cor. 12. 28. *Posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos , secundum Prophetas* . Porro viros illos

(1) *Gen.*20.7. (2) *Tit.*1.12. *Dixit quidam proprius eorum Propheta* . (3) *Judic.*2.1. *Vide etiam Judicum* 5.25. (4) *Malach.* 3. 1. Collatum cum *Luc.*1.76. (*) *Hebr. apud Hieron. in Malach. Ita & Chald.* (5) *Luca* 22.64. (6) 1.*Reg.*18.10. (7) 1.*Cor.*11.14. (8) *Festus . Antistites Fanorum Oraculorumque ..... Prophetæ , Sanctæque sui putant loca.* (9) *Manethe apud Joseph. lib.1. Contra Appion.* (10) *Idem ibid.* (11) *Sapient.* 7. 22. *Spiritus Sanctus unicus & multiplex.* (12) *Genes.*16.10. (13) *Job.*40. 1. (14) *Exod.*13.21. *& passim* . (15) *Exod.* 3. 2. *&c.* (16) *Gen.*22. 11. 12. (17) 1. *Regum* 3. 9. *&c.*

cognoſcimus tamquam Authorès Librorum Canonicorum, viros Apoſtolicos, & lumine ac Spiritu Dei afflatos. De variis prophetandi rationibus agit idem S. Auguſtinus de diverſis qq. ad Simpl. lib. 2. qu. 1.

Sexdecim Prophetarum Scripta in Veteri Teſtamento exhibentur; quotum priores quatuor Majores ex ampliori duo Lucubrationibus vocantur, ſcilicet Iſaias, Jeremias, Ezechiel, & Daniel: duodecim reliqui Minores dicti ſunt, videlicet Oſee, Joel, Amos, Abdias, Michæas, Jonas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, & Malachias. Judæi e numero Prophetarum Danielem expungunt; quippe cujus conditio commodior fuerit, quam ut Prophetatum ſoleret. Sed his Eccleſia minime permota, Danielem oraculorum ipſius meritò inter Majores Prophetas cooptavit.

Unicus vel ſaltem potiſſimus Danielis ſcopus eo tendit, ut maximorum Imperiorum vices, Eccleſiæ conſtitutionem prædicat. Iſaias elogium meretur Prophetæ miſerationum Domini; reditum e captivitate Babylonis numquam non oggerit, ejuſque obtentu deſeribit Mundi per Jeſum Chriſtum redemptionem. Jeremias totus eſt in deplorandis Patriæ ſuæ ærumnis, ſimulque gentis ſuæ captivitate, eodemque eſt apud Prophetas loco, quo apud Apoſtolos Sanctus Paulus, deſtinatus nempe a Deo, ut Prophetam Gentilium ageret, quod ab illo pluribus in locis Oraculorum ſuorum inſinuatum eſt (1). Ezechiel inſtituendis, vindicandis, ſolandiſque Judæis captivis deſtinatus eſt, eoque proinde Oracula ejus omnia tendunt.

ARTICULUS II.

De Vetuſtate & ſucceſſione Prophetarum apud Hebræos &c.

VEræ Religionis apertiſſimum argumentum eſt Prophetæ ſinceritas; quare ſicut omnium ſæculorum ſucceſſioni par fuit vera Religio, ita etiam non impatem ætatis vetuſtatem obtinet Prophetia. S. Clemens Alexandrinus & Origenes homil. 2. in Cant. Prophetarum caput in primo hominum parente conſtituunt, cujus Oraculum agnoſcunt in illis verbis Gen. 2. 24. *Relinquet homo patrem, & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ.* In imponendis aptis quibuſque animalium naturis & ingenio nominibus ſingulari ſe præditum ſapientia & lumine demonſtravit. Imminentia eorruptis hominibus mala Henoeh in fragmento Oraculi ſui, in Epiſtola S. Judæ verſ. 14. 15. ſervato, prædixit. Noe Patriarcha juſtitiæ præco a S. Petro Epiſt. 2. cap. 2. 5. dictus, diluvium prænunciavit hominibus, curamque ſuam omnem impendit, ut etrantes ad mentem revocaret, ſed fruſtra (2). Poſt diluvium Abraham a Deo ſuſcitatus, Prophetæ ab illo nomen obtinuit Gen. 20. (3). Prophetans Iſaacus, filii ſui Jacob decora atque potentiam præſidia (4). Jacob ad obitum deeumbens, futurorum ſibi ateana plutima parentia ſingulis filiis revelavit (5). Joſephus a teneris ungueiulis prophetiæ dono elatuit; quippe qui futuram potentiam ſuam per quietem intellexit (6), ſicut poſtea viſa ab aliis per quietem aeeepta divinitus virtute interpretabatur; quod ipſi fortunarum omnium occaſio fuit, & initium.

Ad id uſque temporis verbalis erat Prophetia, vel ſaltem nihil ejus argumenti ſcriptum antehac apud Hebræos novimus; ſed aliquibus poſt obitum Joſeph annis, cum veritates ſeneſeere, & Patriarcharum Religio e mentibus & cordibus Hebræorum dilabi videtentur, Deus Moyſen ſuſeitavit, ut Leges ſuas rogaret, ſimulque eertam quamdam Religionis, & Reipubliæ formam conſtituetet. Nemo laine melius Propheræ dignitatem præ Moyſe ſuſtinuit: Num. 12. 7. 8. *Si quis fuerit*, ait Dominus, *inter vos Propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum. At non talis ſervus meus Moyſes, ore enim ad os loquor ei; & palam, non per ænigmata & figuras, Dominum videt.*

Aaron ejus frater, & Maria ſorot ambo Spiritu Sancto aſſati pariter propheraban. Moyſen in Prophetæ munere exeedit Joſue, (†); ſueeedunt deinde Judices, quorum pleroſque, eos maxime, qui præclariſſimis geſtis populi gloriam auxerunt, veluti Othonieles, Aod, Samionem, Barach, inter Prophetas Judæi recenſent. Nihil tamen de prophetia Judicum in Scripturæ, una exeepta Deboræ, quæ prophetaſſe Scripturæ apertis verbis aſſeritur (*). Sub Judice Heli, uti legimus 1. Reg. 3. 2. *Sermo erat pretioſus, non erat viſio manifeſta.* Sed poſt manifeſtatum Dominum Samueli, Prophetarum numerus crevit in tantum, ut ſub ejus diſciplina plures ſimul viveterent. Quare a Samuele uſque ad captivitatem conſtans Prophetarum ſeries deduci commode poteſt.

David uttamque dignitatem, Regiam ſimul & Propheticam, in ſe uno conciliavit; eoque regnante Gad, & Nathan ſimili prophetiæ dono claruerunt. Salomon parentis veſtigia ea in re preſſit. Sub eo Rege Addo. Ahias aliique nonnulli: Semejas ſub Roboamo elaruit: Semejas, inquam, (‡) niſi fortè maluerit Jeddo ſive Ado rem tribuere) qui Jeroboamum vitulis aureis in Bethel ſacrificia offerentem eonvenieus, verbis minitque caſtigavit (7). Sub Aſa notus eſt Hanani, & Azarias; ſub Joſaphat Jehu filius Hanani. Elias Eliſeus; eorumque diſcipuli frequentiſſimi Regnum Juda & Iſrael ſub Achab, & Jezabele illuſtrarunt; quo ſimul tempore florebat Michæas filius Jemla (8). Oſeam, & Amos audierunt Jeroboam II. Rex Iſrael, & Oſias Rex Juda; nec ab ea ætate remotus fuit Jonas Propheta. Succeſſerunt ſub Joathan, Achaz, & Ezechia Regibus Juda Michæas, & Iſaias; ſub Manaſſe Olas; ſub Phaeee in Samaria Nahed; labente Ezechiæ Regno, Nahum; ſub Joſia Jeremias, & Sophonias, ſicut & Holda Prophetis. Jedelias vit Dei notus eſt ex Jeremiæ 35. 4. Sicut & labente Joſiæ Regno, atque ineunte Joakim, Habacuc prodiit.

Ezechiel ſcribebat in Meſopotamia, quo tempore Jeremias & Baruch Prophetas Jeroſolymæ agebant. Abdias florebat in Judæa poſt captam Jeroſolymam ante deſolationem Idumææ per Nabuchodonoſorem. Captivitate Babyloniea premente, Daniel Suſis agens prophetabat. Tobias inter Prophetas jure reputaretur: ſcribebat autem diu ante Danielem, in Ninive, ſive in Aſſyria agens, Aggæus, & Zachatias premente & poſt exitum captivitatis Babylonieæ floruerunt. Aliquanto poſt illos ſub Nehemia Malachias claruit. Hunc ordinem adductis rationibus aſſeremus in Prolegomenis ad minores Prophetas.

S. Epiphanius in fragmento apud Coteler. in not. can. Apoſtl. lib. 4. cap. 6. numetat uſque ad 73. Prophetas, & 10. Prophetides, 1. Adam, 2. Enoch, 3. Noe, 4. Abraham, 5. Iſaac, 6. Jacob, 7. Moyſes, 8. Aaron, 9. Jeſus, vel Joſue, 10. Heldam, 11. Modam; 12. Job, 13. Samuel, 14. Nathan, 15. David, 16. Gad, 17. Idithum, 18. Aſaph, 19. Heman, 20. Æthan, 21. Salomon, 22. Achias, 23. Samæas, 24. Oded ſeu *Hodoth* vir Dei, 25. Heli Summus Sacerdos in Silo, 26. Joad, 27. Ado, 28. Azarias, 29. Anani, aliter Azarias, 30. Jehu, 31. Michæas, 32. Elias, 33. Oziel, 34. Eliad, 35. Jeſus filius Ananiæ, 36. Eliſeus, 37. Jonadad, 38. Zacharias, aliter Azarias, 39. Alter Zacharias, 40. Oſee, 41. Joel, 42. Amos, 43. Abdias, 44. Jonas, 45. Iſaias, 46. Michæas, 47. Nahum, 48. Habacuc, 49. Obed, 50. Abdadon, 51. Jeremias, 52. Baruch, 53. Sophonias, 54. Urias, 55. Ezechiel, 56. Daniel, 57. Eſdras, 58. Aggæus, 59. Zacharias, 60. Malachias, 61. Zacharias pater S. Joannis Baptiſtæ, 62. Simeon, 63. Joannes Baptiſta, 64. Enos, 65. Mathuſalem, 66. Lamech, 67. Balaam, 68. Saul,

(1) *Jerom.* 15. 10. & 6. 18. & 25. 14 15. (2) *Vide Philon. Quis rer. Divin. hæret*, pag. 517. (3) *Vide & Pſal.* 104 15.

(4) *Gen.* 22. 27. (5) *Gen.* 49. (6) *Gen.* 37. (†) *Eccli.* 46. 1. (*) *Judic.* 4. 4. (7) 1. *Regum* 13. 1. (8) 3. *Regum* 22. 8. 9.

Saul, 69. Abimelech alitèr Achimelech, 70. Amasa, 71. Sadoc, 72. Senex ille, qui Bethel venit, 73. Agabus, de quo in Actibus Apoſtolorum.

Hæc Prophetidum nomina, 1. Sara, 2. Rebecca, 3. Maria ſoror Moyſis, 4. Debora, 5. Olda, 6. Anna Samuelis mater, 7. Judith, 8. Eliſabeth mater S. Joannis Baptiſtæ, 9. Anna Phanuelis filia, 10. Maria Dei Mater [1].

Apud Judæos Megillah c. 1. numerantur 48. Prophetæ & 7. Prophetiſſæ. Prophetæ ſunt 1. Abraham, 2. Iſaac, 3. Jacob, 4. Moyſes, 5. Aaron, 6. Joſue, 7. Phinees, 8. Elchana, 9. Eli, 10. Samuel, 11. Gad, 12. Nathan, 13. David, 14. Salomon, 15. Ado, 16. Michæas filius Emla, 17. Abdias, 18. Ahias Silonites, 19. Jehu Hanani filius, 20. Azarias filius Oded, 21. Chaziel filius Mataniæ, 22. Eleazar filius Dodo, 23. Oſee, 24. Amos, 25. Michæas Morathites, 26. Amos, 27. Elias, 28. Eliſeus, 29. Jonas, 30. Iſaias, 31. Joel, 32. Nahum, 33. Habacuc, 34. Sophonias, 35. Jeremias, 36. Ururias, 37. Ezechiel, 38. Daniel, 39. Baruch, 40. Neria, 41. Sarajas, 42. Machaſias, 43. Aggæus, 44. Zacharias, 45. Malachias, 46. Mardochæus. His eriam ad numerum 48. explendum Hanameelem Jeremiæ parentem, & Sellum Holdæ virum adjungunt.

Prophetiſſæ ſunt 1. Maria Moyſis ſoror, 2. Debora, 3. Anna, 4. Abigail, 5. Holda, 6. Eſther. Adduneur etiam ad ſupernarum explendum Obſtetrices Ægyptiæ, quas prophetico ſpiritu afflatas ferunt.

En longa ſatis & conſtans Prophetarum ſucceſſio, quamvis fortaſſe quorumdam nomina non inepre reſecarentur. Cenſus, quem nos ex Scriptura duximus, certior habendus. Poſt Malachiam nuſpiam Prophetæ apparent, ſed Spiritum ſuum Deus e populo reduxit; quamquam alioqui Spiritu Divino aſſati Scriptores aliquo temporis ſpatio prodierint, uti Author Libri Eſther, Judith, Macchabæorum, Sapientiæ, & Eccleſiaſtici. Prophetiæ Spiritu ceſſante, ſtudium Legis in populo ſucceſſit; cum tanto viderentur Legum Divinarum ſtudioſiores Iſraelitæ, quanto olim in illas refractarii. Vetera Oracula ſatis antehac neglecta in pretio haberi cœperunt, pluſque aliquanto contulerunt Prophetæ poſt obirum ſuum Religioni conſervandæ, quam ante, dum viverent, valuiſſent. Meſſiæ expectatio, quem propediem venturum non dubitabant, oppreſſos alioſque populos mire ſolabatur. Sed eo temporis intervallo id accidit, quod numquam antehac in Iſrael; nempe ſectarum & ſententiarum in rebus Religionis varietas & diviſio. Prophetæ ad id uſque metu populos continuerant; ſed data deinde ſingulis interprerandarum Legum libertas, populos in partes diſtraxit. Male conſtitutæ & ſuperſtitioſæ traditiones invalerunt, cœpæ interpretationes falſæ una & perniciofæ. Id erat Reipublicæ Judaicæ in tres fere quatuor ſectas diſtractæ ſtatus, cum Jeſus Chriſtus in mundum venire dignatus eſt. Regulis etiam diſciplinæ moralis corruptiſſimis utebantur, & dato falſis traditionibus loco, veræ ſimul recedere coactæ ſunt.

ARTICULUS III.

Vitæ genus, ſtudia, malorum perpeſſiones, & inſpiratio Prophetarum.

NIhil in univerſa Hebræorum Republica auguſtius, quam Prophetarum dignitas. *Ipſi eſſe rant Philoſophi, ipſi Sapientes, ipſi Prophetæ, ipſi Doctores probitatis, ac pietatis*, ait S. Auguſtinus de Civit. l. 18. cap. 14. Horum ſane præſtantiſſimorum virorum ſermonibus & oraculis, Numinis majeſtas ſub ipſis veluti Iſraelitarum oculis ponebatur. Erant veluti objecti aggeres pro Religione adverſus Principum impietatem, privarorumque hominum pravos, & corruptiſſimos mores. Vitæ genus, aſpectus, & ſermones, omnia ad inſtitutionem & Propheticam agendi rationem conferebant. Suſcitabantur a Deo in medio populi, ut eſſent apertiſſimum præſentiæ ſuæ atque viva ſuæ voluntatis documenta. Accidebat non raro, ut ea quæ Prophetis contingebant, oraculum eſſent eorum, quæ univerſæ genti imminebant. Querenti Jeremiæ de comminantibus in ſe perſecutionem adverſariis, Dominus reſpondit cap. 15. 19. 20. 21. : *Si converteris, convertam te, & ante faciem meam ſtabis*, (nempe liberabo te) *& ſi ſeparaveris precioſum a vili*, (nempe ſi verbis meis & vocationi ad munus Prophetæ, ut par eſt, detuleris) *quaſi os meum eris*, (nempe volumentum mearum interpres) *Convertentur ipſi ad te, & tu converteris ad eos. Et dabo te populo huic in murum æreum fortem, & bellabunt adverſum te, & non prevalebunt, quia ego tecum ſum, ut ſalvem te.* Vide etiam Iſai. 49. & 50. & 61.

Quamquam Prophetarum magna eſſet in Populo authoritas, corumque dicta certatim populus, & religioſiſſimi quique Principes reciperent, aſperum tamen, anguſtum, & multorum perſequutionibus incommodum vitæ genus agebant. A Populo ſegregati plerumque ſedes habebant in agro, vel in cœtu Diſcipulorum ſuotum, numquam non intenti ſive manuum labori, ſive precibus, ſive ſtudio, ſive inſtitutioni. Quamquam non ita operi erant addicti, ut eas artes exercerent, ſive quæ animi mentem elevant, ſive quæ ſpiritus liberratem Prophetæ neceſſariam impedirent. Eliſeus ad munus Prophetæ vocatus, aratrum dimiſit 3. Reg. 19. Zacharias 13. 5. ait: *Non ſum propheta, homo agricola ego ſum*; & Amos 7. 14. vocatus a Deo ad munus Prophetæ, reſpondit ſe prophetam non eſſe, quippe qui paſtoritiam exerceret, & ficulneas curaret. Filii, ſive Diſcipuli Prophetarum, ſub Elia, & Eliſei inſtitutionibus viventes, ipſi ſibi ceſſulas cæſa ad id lignorum ſtrue ædificabant [2].

Elias confectum e pellibus veſtimentum induebat [3], nec alio plerumque ceteri Prophetæ, cum Zacharias 13. 4. de Pſeudo-Prophetis, verorum Prophetarum habitum non mores imitantibus, pronunciaverit: *Nec operientur pallio ſaccino, ut mentiantur.* Sacco etiam veſtiti inducuntur in Apoc. 2. 3. Reliquum viræ genus veſtibus reſpondebat. Quæ ſolebant pauperibus dari munera, hæc etiam Prophetis data ſunt, uti panis [4], & pecuniæ [5]. Arguſtum illud Eliſei conclave frugi admodum, & modeſta ſupellectili Sunamitis inſtruxit [6]. Nec ille ſancditiorem permiſiſſet, qui opulentis Naamani muneribus recuſatis, Giezi ea acceptantem diris devovit [7]. Quantum a fœminis abhorrerent, exemplo Eliſei in hoſpitam ſuam diſcimus; numquam enim eum illa, niſi Giezi miniſterio, loquutus eſt. Verebatur inſuper fœmina coram Propheta ſe ſiſtere, & cum tandem amor reverendiam viciſſet, volnerem Prophetæ pedes tangere, Giezi prohibuit [8]. Non tamen omnes æque Prophetæ continentiam ſectati ſunt, namque de uxore Iſaiæ ſermo eſt Iſai. 8. & Oſee Oſe. 1. 2. ac tandem de conjuge alterius Prophetæ, quæ, amiſſo viro, ære alieno, impar alioqui ſolvendo, gravabatur 4. Reg. 4. 1. Sed in cœtu Prophetarum nullus erat fœminis locus. Quam vero frugi vitam ducerent, ex univerſa eorum hiſtoria ſatis intelligimus. Scitum eſt quid de colocynthidibus ad fratrum refectionem paratis narratur 4. Reg. 4. 38. 40. Eliam iter agentem Angelus ſolo pane, & aqua pavit [9]. Habacuc pulmentum tantummodo Danieli attulit [10]. Abdias ſolo panc & aqua Prophetas in cavernis latentes aluit [11].

Non raro Adverſarios in ſe provocabant Principes, quorum ſcelera liberioribus verbis caſtigaverant. Nec æquiorem experiebantur Populum univerſum ex correpta ejus impietate concitatum. Plures violenta morte oppreſſi ſunt; *alii diſſenti ſunt* (Græce, fuſtibus cæſi ſunt) *non ſuſcipientes redemptionem, ut me-*

(1) *S. Clem. Alexand. lib. 1. Strom.* numerat 35. Prophetas poſt Moyſen. (2) 4. *Reg.* 6. 1. 4.... (3) 4. *Reg.* 1. 8.

(4) 1. *Reg.* 9. 7. 8. (5) 4. *Reg.* 5. 42. (6) 4. *Reg.* 4. 10. (7) 4. *Reg.* 5. 26. 27. (8) 4. *Reg.* 4. 27. (9) 4. *Reg.* 19. 6. (10) *Dan.* 14. 32. (11) 4. *Reg.* 18. 7.

liorem inveniremus resurrectionem. Alii ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres. *Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti; quibus dignus non erat Mundus. In solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cavernis terræ*. Inter tot mala, & ludibria præsentissima, tamen Spiritus libertatem possidentes, mortem temnebant, obviam procurrentes discriminibus & tormentis, Dei semper Legem vindicantes, contemnentes divitias, hominumque favores & dignitates, ea spiritus virtute, quæ Adversarios terierent omnes, & in desperationem adigerent.

Eorum Ædes, & Discipuli tutissimum erant contra impietatem præsidium simul & asylum. Eo confulendum Dominum venichant, eo ad audiendas Legis lectiones [1]. Palestræ erant virtutis, & innocentiæ sedes. Quamquam prophetiæ gratia non industriæ studiis, seu voluntatis humanæ merito obtineatur, plerumque tamen solebat Deus Spiritum suum filiis, seu Discipulis Prophetarum communicare, sive morum puritate & castitate delectatus, sive quod ad sapientem & societatem Prophetarum invitatio, præludium esset conferendi mox prophetiæ spiritus divinitus datum.

Non desunt inter Rabbinos, qui prophetiæ gratiam referant ad indolem, studium, variasque exteriores rerum causas [2]. Ut aliquis, inquiunt, in Prophetam assurgat, referre oportet a natura vividam phantasiam, ratiocinandi solidam facultatem, studio instructam, validamque corporis habitudinem. Deber autem collatas a natura dotes indefessa studii exercitatione excolere; silentium conservare a voluptatibus, simulque temperare se a cibo potuque. Ne quis in ea re proficiat, unice obstant agitatæ vehementibus animæ passionibus commotiones; furor, tristitia, dolor, exilium, divitiarum opulentia, & dignitatum titillationes Divini Spiritus impressiones in anima Prophetarum impediunt. Ea ratione perfuasi Hebræi, Danielem & Davidem e numero Prophetarum subducunt, alienam nimis ab agresti, & simplici Prophetarum consuetudine vitam agentes. Quamvis autem hæc ita se habeant, arbitrantur vicissim spiritum prophetiæ numquam residere, nisi super homines sapientia, divitiis & potentia præstantes.

Sed illud incommodi hisce Hebræorum animadversionibus accidit, ut omnes ferme Scripturæ authoritati repugnantes deprehendantur. Maxima Prophetarum pars tenuissimi erat census; nec desunt exempla, quibus aliquando loquutum Deum pervidimus sceleratissimos dicimus, uti per Balaam, & Caipham, de quibus legimus Matth. 7. 22. *Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus?* Quæ dicunt de ira, tristitia & dolore, hæc sane magis congruere possunt veritati, cum vehementes animæ agitationes Sanctus Spiritus impressionem aliquando prohibuerint, ut exemplo Elisei intelligimus, qui indignatione quadam commotus, agitationi Spiritus sopiendæ, musici cujusdam instrumenti cantorem adhibuit [*]. Quod autem de exilio adiunt, nihil plane ad rem: cum David Saulem persequentem, sicut & filium Absalomum arma inferentem fugiens, plures psalmos dictaverit; & Jeremias, Ezechiel & Daniel in ipso exilii & captivitatis dolore ab oraculis fundendis non abstinuerint. Extant etiam Cantica longe plura a Sacerdotibus & Levitis in captivitate Babylonica concinnata.

Est itaque prophetia gratis omnino, & intra humanæ Industriæ meritum concessum a Deo donum, quamquam alioqui nec studium, nec indefessam mentis intentionem excludat. Res enim obtinenda est precibus, vitæ innocentia atque assidua in refrenandis passionibus exercitatione. Daniel nec a precibus, nec a jejunio cessabat, ut eorum merito revelari sibi mysterium septuaginta hebdomadum Jeremiæ obtineret [3]. Jeremias Spiritus Sancti opportunum illapsum precario impetravit [4]. Zacharias in studio prophetiæ gnaviter sese exercuit [5]; eamdemque veterum Prophetarum fuisse occupationem Sanctus Petrus Epist. 1. cap. 10. 11. testatur. Omnem illi reponebant curam, ut virorum divinorum oracula assequerentur; quare singula discutientes, tempora & occasiones notabant singulorum, qui prophetico Spiritu enunciabantur, eventuum. Daniel futuri Sanctorum status oracula minime assecutus, pandi sibi illud rogavit; qua de re Angelum respondentem audivit, ut temperaret, quippe quæ arcana essent non nisi præstituto divinitus tempore revelanda [6]. S. Joannes Apoc. 5. 4. pervilum spectavit clausum quoddam volumen, nec a lacrymis temperare potuit, eo quod nemo illud aperire valuisset.

Non raro Deus alteri revelavit, quod alteri non permiserat. Samuel primo autumaverat, Regnum Israelis destinatum a Deo juvent natu majori inter liberos Isai [7]. Jeremias 42. 5. &c. revelari sibi a Domino posseus quid reponeret Judæis le post captam Jerosolymam consulentibus, cum orationi decem dierum spatio institisset, voti tandem compos factus est. Isaac benedictionem suam Jacob, quem Esau filium suum natu majorem credidit, largitus est (8). Jacob Ephraimum fratri præponendum censuit, contra Josephi sententiam, quamquam alioqui Joseph communem cum patre Prophetiæ spiritum habebat (9). Nathan Davidem e sua sententia alloquitur, probari a Domino dixit ejus consilium de Templi ædificatione (10). Propheta ille ad Jeroboamum Regem Israel missus, primo quidem Spiritus Sancti verbis locutus est; dein tamen dolo cujusdam Pseudoprophetæ deceptus est (11). Fatetur Elisæus, celatam sibi a Domino doloris fœminæ Sunamitidis hospitæ fuæ causam. Tandem si Dei Spiritus præsto semper Prophetis fuisset, ut quod phrasis ille in eorum scriptis familiarissimæ, *Spiritus Domini*, sive *manus super me* (12) Efare sane argumento sunt apertissimo, ait Sanctus Hieronymus in Ezech. 11. (13) *ob humanam fragilitatem & vitæ hujus necessitates interdum* (Spiritum Sanctum) *recessisse ab eis*.

Cum autem Spiritus illapsum paterentur, ejus tamen cœtro non adeo rapiebantur, quin resistere valuissent. Factum id quidem fcimus cum Sacerdotibus, & fæminis Sacris Deorum initiatis, quos adeo impotenter rapros legimus, ut ne refibere quidem possent, etiamsi maxime voluissent; mentis enim & sensuum impotes facti, ne loquendi quidem liberam habentes facultatem, tamquam mera automata agebantur. *Spiritus Prophetarum*, ait Apostolus 1. Cor. 14. 32. *Prophetis subjecti sunt*. Et Ecclesia Montaniftarum errorem damnat, tribuentium Prophetis utriusque Testamenti ea, quæ de Pseudo Prophetis tantummodo, sive Sacerdotibus Apollinis feruntur, ut scilicet Spiritus mali agitationibus impotenter raperentur (14). Nostri enim Prophetæ quietum placidumque Spiritus Sancti illapsum sentiebant, & in tranquillo ac sereno mentis culmine manentes, alta cordis pace fruebantur. Ipsi sui compotes erant, debita tantum in Deum observantia inducti ad loquendum, ut Spiritus Sancti ductum sequerentur. Si forte Spiritus, quo animabantur, operatione, ignota sibi arcana quædam exprimerent, latentis sensus expositionem supplices deprecabantur, quemadmodum factum legimus a Daniele 9. 22. 23. & 10. 1. &c. & Zacharia (*). Nemi-

nem

(1) 4.Reg.4.27. (2) *Maimon. more Nebochim pag.2. cap.8. & 32. & 36. & Gent. ad Sap.7.27. Vide Kimchi & Ligfoot. & Buxtorf. biblior. Judæor. lib.6. cap.18. Gallice.*
(*) 4.Reg.3.15. (3) *Dan.9.2.* (4) *Jerem.33.3.* (5) *Zach.12.8.* (6) *Daniel.12.8. Ego audivi & non intellexi. Et dixi; Domine mi, quid erit post hæc?* (7) 1. *Reg.16.5.6.* (8) *Gen.27.22.23.* (9) *Gen.48.18.19.* (10) 2.*Reg.7.3.* (11) 3.*Reg.13.* (12) 4.*Reg.4.27.* (13) *Vide & Epist. ad Damasum qu.3. Orig. in Num.hom.6.* (14) *Vide S. Hieron. Præfat. in Isa. in Nahum, in Habac. Orig.in 6. in Jesu lib.7. cont. Celsum. Ambr. in Ps.39. Chrysost. & Basil. in Ps.44.2. &c.* (*) *Zach.1.9. & 4.4 & 6.4.5.*

nem Deus invitum ad Prophetiam cogebat. Jonas fefe in cutum recepit, ne ad Ninivitas, quo a Deo mittebatur, verba faceret [1]. Isaias 6. 8. 9. ipse fe ultro obtulit, ut munus Prophetæ obiret; Moyſes vero, & Jeremias [2] illud a ſe munus deprecabantur.

ARTICULUS IV.

Prophetia veritati Religionis aſſerendæ confert. Prophetarum certa fides apud Hebræos. Dotes veri Prophetæ.

CUM eo potiſſimum ſpectare noverimus Prophetiam, ut latentia lumini naturali arcana revelet, unice a Deo repetendam apertiſſime conſtat, ut numquam proinde ſine vera Religione eſſe poſſit. Poterit quidem Satanas latentia hominibus arcana quandoque revelare, poterit latentes, ſed a cauſis ſibi exploratis ſuæque potentiæ ſubjectis, effectus prædicere; ſed verum Prophetam agere non poterit. Ad Prophetiam enim ſpectat res prorſus latentes aperta quadam certaque fide revelare, quamquam alioquin nullam habeant cum cauſis ſecundis æque naturalibus conjunctionem. Nihil enim contra naturæ leges audet Aſtronomus, ſi futuram ſolis eclypſim; nihil Philoſophus, ſi pendentem a cauſis ſibi exploratis effectum prædixerit. Verum ſi vatem prædicentem audiamus fortuitum quemdam effectum, e cauſis liberis, & in utramque partem diſpoſitis pendentem; id autem pluribus ante ſæculis ab illo revelatum conſtet: ſi ortum hominis, cujus ipſe nomen, victorias, res geſtas, obitumque prænunciaverit; ſi prodigium aliquod præſentis temporis circumſtantiis prorſus repugnans; nihil ego tunc humani ſuſpicor, ſed omnia ad Deum duxerim referenda: apertiſſime illud veræ Religionis argumentum agnoveris, utpote omnium prodigiorum maximum & iupra hominum fidem. *Annunciate quæ eventura ſunt nobis*, ait Iſai. 41. 23. ad Idola, *in futurum & ſcimus quia Dii eſtis vos*. Aſſuipices Babylonii ultro fatebantur rerum futurarum arcana Dei eſſe non hominis pandere [3]; & Daniel poſt expanſum Nabuchodonoſoris ſomnium, cultui ab eo Principe & Sacrificiis non impar habitus eſt [*]. Fatetur inſuper idem Rex, Danielis Deum ceteris omnibus præſtitiſſe: adeo verum eſt illud Tertulliani Apolog. cap. 20. *Teſtimonium veritatis eſt vera Divinatio*.

Ea perſuaſione inducti primi illi Idolatriæ Auctores, Numinum Myitæ, vetereſque legum Conditores e re ſua eſſe cenſuerunt, ſi leges, tamquam oracula, & cæremonias tamquam revelatos ſibi divinitus ritus proponerent; ſummamque conciliarunt famam Magiæ, Divinationi, Auguriis, & Pſeudo-Prophetiis. Minos dictitavit poſt conſultum integro novennio Jovem, legem Cretenſibus ſcripſiſſe. Lycurgus datis a ſe legibus authoritatem apud Lacedæmones conciliaturus, tamquam oracula Delphici Apollinis tradidit. Numa Pompilius conſuetudinem ſimulavit cum Ægeria Nympha. Oracula omnia ſuum habebant peculiare Numen; nihil enim reliqui fecerant Sacerdotes illa procudentes, ut populum in ea perſuaſione detinerent. Ea animorum diſpoſitione uſus Dæmon ambiguis quibuſdam oraculis credulos fallebat. *Callide qui illa compoſuit oracula, perfecit, ut quodcumque acciderit, prædictum videretur; & hominum & temporum definitione ſublata adhibuit etiam tenebram obſcuritatis*. Cicer. de Natura Deorum lib. 2.

Hebræorum Prophetis nihil tale iuvidiam, & ſuſpicionem creabat; non error, non ambiguitas, non dolus. Prophetiæ veritatem eventuum fides probabat. *Propheta, qui vaticinatus eſt pacem*; ait Jerem. 28. 9. *cum venerit verbum ejus, ſcietur Propheta*. Et Dominus per Moyſen ad populum loquutus Deut. 18. 22. *Hoc habebis*, ait, *ſignum, quod in nomine Domini Prophæta ille prædixerit, & non evenerit: hoc Dominus non eſt loquutus, ſed per tumorem animi ſui Propheta confinxit*. Inſcitiſſimi Chriſtiani nominis Adverſarii numquam tamen id committere potuerunt, ut oraculorum Veteris Teſtamenti aſſertæ eventu fidei refragarentur. Porphyrius lib. 12. in Danielem apud S. Hieronymum Præf. in Dan. contendit, eam, quam Danielis nomine habemus, prophetiam ab Authore quodam ſub Antiocho Epiphane poſt rei eventum procuſam eſſe: quod quidem viri impii dictorum id faltem probat, eorum Oraculorum adeo apertam eſſe ab eventu fidem, ut denegari eorum veritas nulla alia ratione niſi aperti ſſimo commento potuerit. Commentum eſt enim putidiſſimum, quod Porphyrius excogitavit de procuſis poſt eventum Oraculis.

Palam in ipſa populi frequentia loquebantur Prophetæ, ſive in Templo, ſive in Aula Principum, ſive in foro, ſive in via, ſive in portis Urbis [4]. Quare ſi quid errare illos contigiſſet, malæ fidei plures nacti fuiſſent teſtes & accuſatores. Neque palam loqui contenti, Oracula ſua ſcriptis mandabant, legendaſingulis tradentes; quin & ipſi coram frequenti populi concione recitantes. Ex his etiam quædam in publicis gentis Commentariis ad perpetuam rei memoriam ſcribebantur. Interdum teſtes in ſcribendo adhibebant, atque ſcripta ſuo nomine, & temporum nota confignabant Iſai. 8. 2. Jubebantur interdum a Deo Oracula illa in ſcripta redigere, ut certa conſtaret Prophetiæ fides cum eventu collata [5]. Addebant exactam anni & diei adſcriptionem. Quot ſunt teſtes contra illas, ſi quid veritati repugnaſſe deprehenderentur? Ezechiel [*] ad ripas Chaboræ, longiſſimo a Jeroſolyma intervallo conſtitutus, certam diem totamque obſidionis ejuſdem urbis hiſtoriam profequitur [6]: ſcribebat autem imparatus & veluti tumultuario opere. Quæ immediatis fuerurrebant, hæc currenti ſtilo dictabant [7]. *Ex ore ſuo loquebatur, quaſi legens ad me ſermones*. Quos Deus eorum verbis loquitur, minitatur, inſtruit; ſemper tamen ſupremi gradus majeſtate ſervata. An hominum induſtria fieri unquam potuiſſet, ut paris ſemper dignitatis & majeſtatis tenor in eorum ſcriptis regnaret? Idem ſemper in illis veritatis, & æquitatis character, vix calliditate & dolo exprimendus; ſententiarum gravitas, & periodorum majeſtas, vis, & efficacia talis emicat, qualem numquam fraus & impoſtura aſſequeretur. Raro illi argumentis, aliiſque ad perſuadendum artificiis utuntur. Veluti legatione Summi Numinis fungentes, imperioſa quadam gravitate five verba ad Principes habuerint, ſive ad populos, loquuntur.

Quamquam Pſeudo-Prophetarum numerus apud Iſraelitas plus nimio exceriſſet, numquam tamen eo temeritatis venerunt, ut oracula ſua ſcripta tradere auderent. Metuebant ne tandem fallente oraculo eventu, fraudis ſuæ pœnas luere cogerentur [8]. Nullum faciebant finem exclamandi in ſeductores illos veri Prophetæ omnes, æque Principes & Magiſtratus in eos animantes, turpia, ſi quæ commiſſiſſent, geſta omnia exponentes, ac tandem imminentes eorum exitus denunciantes [9]. Ferebant viciſſim in ſocios prophetiæ landis teſtimonium [10]. Alter alterius Oracula laudabat, quin & ejus utebatur authoritate, cum ſibi de eodem argumento agendum fuiſſet [11]. Iſte plane oraculorum conſenſus ac revelationum affinitas aperti ſſimum, ſi aliud ullum, finceritatis, & veritatis eſt argumentum.

Cum Prophetæ Judæis futurorum oracula panderent, ſive Spiritu Propheticoagebantur, ſive non, ait

(1) *Jonas* 1. 2. 3. (2) *Exod.* 3. 11. *&c. Jere.* 1. 5. *&c.* (3) *Dan.* 2. 11. *Non invenietur quiſquam, qui indices illum in conſpectu Regis exceptis Diis, quorum non eſt cum hominibus converſatio. Vide Hieron. in eum locum.* (*) *Daniel.* 2. 46. (4) *Jerem.* 25. 2. & 27. 16. & 44. 24.

(5) *Iſai.* 30. 8. & 34. 16. *Daniel.* 12. 4. *Jerem.* 30. 1. 2. (*) *Ezechiel.* 20. 49. *& alii paſſim.* (6) *Ezechiel.* 2. 24. (7) *Jerem.* 36. 28. (8) *Deut.* 13. 5. (9) *Exech.* 33. 17. (10) *Exech.* 38. 17.

(11) *Michæas* 4. 1. *&c. Iſai.* 2. 3. 4. *Jerem.* 48. 19. *Iſai.* 26. 6.

ait Origenes contra Celsum *lib.* 1. Si futura annuncianda sumpserunt, id plane sicut peculiari Dei inspiratione fieri non potuit ; si vero nullam futurorum scientiam habebant, quinam fieri potuisset, ut in tantam opinionem apud Hebræos devenirent ? Qua plane hebetudine Hebræi fortuito casu oracula fundenres admirabantur ? Addit etiam Origenes, ad sinceritatem Judæorum Prophetarum demonstrandam, numquam fieri potuisse, ut gens illa in medio Paganarum gentium, consulendis Divinis & Auspiciibus addictissimarum, a Prophetis se continerent. Si enim, inquit, Israelitæ uti inter omnes Prophetis pro rebus publicis privatisque consulendis caruissent, vix se potuissent continere, quin ad Divinos, & Oracula Paganorum, sive in medio gentis constituenda, sive saltem consulenda confugerent. Quare Moyses cavens ne Judæi Magos consulant, alterum sibi parem Propheram a Domino suscitandum pollicetur. Et volentibus saltos Deos consulere exprobrant Prophetæ, uti olim Elias ad Legatos Regis Ochoziæ 4. Regum 1. 3. *Numquid non Deus in Israel, ut eatis ad consulendum Beelzebub Deum Accaron ?*

Et lib. 3. contra Celsum idem Origenes ita ea de re disserit. Non fortuito plane casu Prophetæ Oracula plena deinde fide impleta fuerunt, ut de ortu Messiæ e Virgine parente, de passione, mortè & resurrectione ipsius. Neque etiam temere egerunt Judæi, cum, Prophetis aliis rejectis, alios summo honore receperunt, ut eorum scripta eodem loco ac Mosaica haberent. Qua enim ratione potuissent inviolatam Religionem suam servare in medio gentium versantes, quæ Oracula sua jactitabant, nisi peculiares habuissent in sua Republica Prophetas ? Prosequitur deinde eorumdem Prophetarum laudes, qui omnia in suum caput mala provocare potius maluerunt, quam Sancti Spiritus ineitamentis de annunciandis populo Oraculis, atque posteritati tradendis, resisterent. Celebrat etiam gentis Judaicæ constantiam, quæ capitis sui dispendio avitæ Religioni Scripturarum authoritate atque prodigiis suffultæ adhæsit: adeo verum est Religionem illam nec hominum arbitrio neque lascivientis ingenii pruritu invectam stetisse.

Eodem argumento utitur Lactantius [1], Hebraeis Prophetarum oracula afferendis, nempe & rerum illa eventu, & inter se consensu præstare. Nihil, ait ille, istis oraculis gravius, nihil in illis suspiciosum. Quis porro in animum induxerit, fieri unquam potuisse, ut quispiam non futuros tantum eventus prædicendos sibi sumpsisset, sed neque satis cohærentes, & uniformes scriberet sententias, dum furore emotam mentem agitatumque spiritum ad res dictandas conferebat ? Quid, rogo, magis a Prophetæ spiritu alienum, quam decipiendi consilium, cum Prophetæ numquam non laboraverint, ut homines a spiritu deceptionis removerent ; cum ad prædicandam veritatem missi omnem ponerent curam, ne impostura, & mendacium omne eliminarent ? Lucelli amor & sacra auri fames homines plerumque ad decipiendi consilium indueunt. Absint sordes illæ a Prophetis, quos amor muneris sui obeundi eo quandoque deduxit, ut necessaria etiam sæpe ad vitæ sustentationem obliviscerentur. Adeo a cogendis divitiis animum habebant alienum, ut neeessarium etiam diurni cibi curam sæpissime exuerent. Deus sibi sustentandos certo temporis articulo eos viros suscipiebat, cujus illi providentiæ adeo deferebant, ut nec inquietum, nec sollicitum ea de re animum habere sustinerent. Munus autem gerebant hominibus infestissimum, quod in viros illos non raro tormenta induerebat, & mortem ; adeo erant impiis invisi cereisque hominum generi minus jucundi. Adde insuper non defuisse inter Prophetas, qui suprema Regiaque dignitate eminerent, longissime proinde ab omni cupiditatis & seductionis suspicione remotos : Hæc Lactantius Divin. Instit. lib. 1. cap. 4.

Sed quinam, inquies, characteres veri Prophetæ, quibusque potissimum indiciis a seductoribus fuerant discernendi ? 1. Dum eorum dictorum fides cum eventu constaret, nihilque proderent Religioni recisque morum legibus repugnans. Ea enim conditione secreta, eventus sinceritas non nisque adeo asseream Prophetiæ fidem reddebat, uti observat Moyses Deut. 13. 1. &c. *Si surrexerit in medio tui Propheres aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum, atque portentum evenerit, quod locutus es, & dixerit tibi: Eamus & sequamur Deos alienos .... non audies verba Prophetæ illius, sed virum impium interficies*. Cautiores etiam contra Pseudo-propheram & Conficiorum miraculorum altus nos reddens Jesus Christus Matth. 7. 15. & 24. 24. judicium de illis ex eorum operibus inspeciis & doctrina capiendum præcipit. Si Angelus de Cœlo aliter ac doctrinam ab Apostolis traditam docuerit, hunc diris devovendum Apostolus ad Galatas 1. 8. mandat. Nihil igitur habenda sunt miracula, nihil impleta oraculorum fides, si recta sanaque doctrina traditæ a prisciis Prophetis conformis non fuerit. 2. Vocandus est etiam a Deo quicumque ad Oracula fundenda se confert ; ejusdem vocationis & missionis documenta sive prodigiis sive Oraculis certa fide impleris exhibuisse oportet ; vel si omnia absuerint, debet saltem a Propheta supremoque Religionis Antistite probari. 3. Facile etiam inter veros Prophetas habendus fuisset probus aliquis, sanæ mentis, sapienque vir, ab omni cupiditatis & ambitionis suspicione alienus, qui sermones suos omnes certo quodam veritatis atque Divinorum Oraculorum sapore aspersisset.

Ultro quidem fatemur, vitæ frugi atque modestæ characterem non necessarium esse ineeræ prophetiæ argumentum ; cum nota sint virorum quotumdam sceleestissimorum exempla, quibus Deus, in promendis Oraculis suis, instrumentis est usus, ut cum Balaam, & Caipha factum scimus. Sed hæc rara sunt exempla, vixque fieri potuisse credimus, id committere voluisse Deum, ut simplex populus diutius in ea persuasione detineretur, suum scilicet Sanctum largitum fuisse Spiritum viris sceleestissimis, atque penitiora arcanorum suorum secreta talibus revelasse, eorumque propteres ministerio uti voluisse, docendis populis, reducendisque ad rectos justitiæ calles errantibus. Tandem ii simul omnes characteres, vel saltem plures in eodem homine juncti, satis superque populum in cognitionem veri Prophetæ poterant deducere ; vel saltem, si post hæc in errorem labi contingeret, justam habuisset erroris sui excusationem.

Verum si ea, quæ supra demonstravimus, vera sint, quemadmodum ne ambigendi quidem locus remanet, Prophetas nimirum Divini Spiritus illapsum pro dato temporis intervallo sensisse, ut quandoque suo spiritu, non Divinitus dictata, loquerentur ; quomodo destinatos se ad munus Prophetæ, atque affari quandoque Divino Spiritu certo exploratoque Prophetæ ipsi nofecre potuerant ? Poterant his potissimum indiciis. 1. Cum prodigio aliquo voeabantur, ut Isaias, Jeremias, S. Joannes Baptista, ex ipso matris utero ad prophetandum destinati [2]. Daniel certum vocationis suæ indicium habuit e prodigio fornacis ardentis, atque Gabrielis Angeli sibi per visum apparentis, certumque ea de re testimonium ferentis alloquio [3]. 2. Cum alterius Prophetæ invitatione ad id munus voeabantur, uti cum Elias Elisæum in curru suffulit [4]. 3. Cum ab altero Propheta legitimo recipiebantur, ejusque probabantur testimonio, certumque ab eventu fidem Oraculis suis habebant. 4. Cum intimo lumine illustrari, se atque confortari sentirent, subitoque veluti aspectu latentia, futura, & a cognitione remotissima intuerentur. 5. Cum

(1) *Lib.* 1. *de divin. Instit. cap.* 4. (2) *Jerem.* 1. 4. *Isai.* 49. 1. *&c. Luc.* 1. 13. *&c.*

(3) *Daniel, cap.* 9. 21. 22. (4) 3. *Regum* 19. 2 4.

Cum intimo animi ſenſu raperentur in amorem Dei, novoque in illum ſtudio incenderentur; cum impelli ſe forti ſuavique impreſſione ſentirent [1]; cum dilatarentur corde, os recluderetur, atque impavidi omnium in ſe mala provocarent, ſi quando in diſcrimen ſive gloria Dei, ſive ejus miniſterium veniſſet.

Alia etiam documenta exhibet Origenes [*], recti pravique ſpiritus motionibus diſcernendis. Si Prophetа nullam ſentiat agitationem, atque in recto Spiritus, judicii, & libertatis culmine maneat; ſi utilia prodat, & non infimi momenti ad bonum publicum, & Religionem, vix perſuaderi unquam poſſumus, ut aliter quam revelatione Spiritus loquatur. Hi ſimul omnes characteres irrefragabile ſunt documentum de illapſu Divini Spiritus in Prophetas; nec tamen ſi aliqui tantum adfuerint, jure de ſinceritate ejuſdem Prophetæ poſſumus ſuſpicari.

ARTICULUS V.

De claritate & obſcuritate Prophetarum. Varius eorum ſenſus. Omnes in Jeſum Chriſtum collimabant.

PRO varia quidem ratione Veteris Teſtamenti vaticinia clara ſimul habenda ſunt, & obſcura. Quæ olim ante Chriſti adventum obſcuriſſima cenſebantur & plane repugnantia, modo in apertam veritatem poſt Chriſtum devenerunt [2]. Exhibentur ſimul claſtoris dignitatis atque viliſſimæ demiſſionis ideæ; ſervitutis, & Regni; vitæ & mortis; Divinitatis & humanitatis; literalis ſervati, ſimul & reprobati; hæc omnia in unam Jeſu Chriſti perſonam conciliata, in apertam lucem prodierunt. Prophetarum oracula, quæ a ceteris diviſa atque ſejuncta vix aſſequeremur, cum aliis aperti ſſimis collata ſtatim ſe produnt. *Prophetas ad Meſſiam ſpectantes*, ait vir doctus [3], *alia aliarum rerum oracula habent adjuncta, ut earum veritatis inſpecta, de illis etiam argumentum haberemus; neve particularia rerum Oracula ſua fructu carerent.* Peculiaribus rerum oraculis coram ipſis Judæorum oculis impletis, veritas Oraculorum Meſſiæ, quibus prioris illa naturali, & neceſſario nexu jungebantur, magis magiſque aſſerebantur.

Sancti Spiritus in omnibus ſimul Oraculis illud potiſſimum fuit conſilium, ut apertiſſima de veritate Religionis, de Meſſia, atque Eccleſia documenta exhiberet. Eo Scripturarum omnium varietas per diſtitas tamen vias collimat. Aliæ enim recta ad finem tendunt, aliæ per diverticula. Quæ minoris momenti oracula videntur, hæc aliorum veritati aſſerendæ ſerviunt. Iſaias tamquam finem ſibi peculiarem & ſingularem prædicit liberationem Achaz, everſionem Regum Samariæ & Damaſci, quarum impleta veritas argumentum erat ortus Meſſiæ e Virgine parente, quem ille ſimul eodemque tempore prænunciavit. [4]. Ex iis duobus ſibi præſeriptis a Prophetа finibus, ille qui proximus ſpectabatur, nulli erat obſcurus; alter vero magis remotus vix ulli pervius, altero fulcitur [*].

Nec ſolos Judæos Prophetæ ſpectabant, cum ſæpe ad alias etiam exteras nationes converterentur; uti ad Tyrios, Ægyptios, Idumæos, Babylonios, Moabitas, Syros &c. de quarum gentium hiſtoria nihil ferme novimus, niſi quantum e Prophetarum Hebræorum ſcriptis habemus exploratum. Omnia autem iſta conſilio Sacrorum Scriptorum ſerviebant; nempe demonſtrandæ atque aſſerendæ veræ Religioni. Porro e re ſapientiſſimi Numinis fuit, ut veritatis ſuæ documenta non ex Hebræis tantummodo, ſed & ab extraneis nationibus repeterent. Quinimo, cum olim Jeſu Chriſti Eccleſia e Judæis æque & gentilibus colligenda eſſet, opportunum plane & neceſſarium videbatur, ut ſingulæ illæ gentes domeſticas, ut ita dicam, & aperta haberent de veritate ipſius argumenta. Factum inde, ut cum de Regno Meſſiæ Oracula in eiſdem Libris continerentur, in quibus imminentia in illas gentes mala referebantur; factum, inquam, inde ut horum veritate plus nimio & ſub eorum oculis impleta, eo adigerentur populi, ut Jeſu Chriſti veritatem volentes nolentes crederent.

Cum Judæorum populus deſtinatus eſſet a Deo, ut Divinorum Oraculorum depoſitum ſancte cuſtodiret, tum & in ſe ipſo documentum veræ Religionis præberet [5], ut videret nec tamen cognoſceret, audiret nec intelligeret, par ſane fuit, varietnia illa una ſimul & elaritatem & obſcuritatem præferre. Cum gentis politiam diſponerent, ambages omnes abeſſe neceſſe erat; cum vero de Regno Meſſiæ aliquid proderent, tunc ſacra caligine obvoluta omnia. Liberatorem venturum rotundis omnique caputi promiſſis verbis afferebant; ejus tamen dotes atque notam venturi in mundum hiſtoriam per ænigmata tantum prodebant, ut hodie uſque, poſt tantam ſæculorum lucem, in lectione Moyſis & Prophetarum expanſum habeant ante oculos velum, veritatem necdum aſſequentes [6]. In hiſce plane Divinis Oraculis ſatis eſt claritatis pro iis, qui de ſalute ſua laborant ſollicitæ; ſed & obſcuritatis tantum, quantum ſat eſt, ut contradieendi diſpendio ſuo anſam incredulis relinquant. Judæis ipſo Prophetarum æva ad Oraculum arcana penetrandi plurimum commodi præ nobis accedat; ſieut vieiſſim nobis etiam plura impræſentiarum ſuppetunt ad eam rem, quæ illis deſuerant. Hiſtoriam illorum temporum, nonniſi ſub obſcuris verbis a Prophetis alio ſpectantibus indieatam, vix conjectura aſſequimur. Quidquid autem ad Meſſiam pertinet, ejus adventum, paſſionem, reſurrectionem, vocationem gentium, Judæorum reprobationem, Eccleſiæ conſtitutionem, nobis plane præ Judæis, & facile etiam præ ipſis Prophetis, planius eſt & apertius.

De noſtræ ætatis Judæis ſunt qui affirment, nelegere illos quidem vel ſaltem raro Prophetas; quaſi ſcilicet nequid de Meſſia detegant, metuentes [7]. Solemnis eſt etiam apud illos maledictio in eos, qui tempus adventus Meſſiæ exactius ſupputant. Servili quodam interpretationis genere oracula illa exponunt, eeu homines non plane in eorum lectione intrudi, ſed tantum e Patrentum quorumdam relatione, atque corrupta pluribus fabellis traditione rem tenentes.

Cum igitur ea fuerit, qualem huc uſque expoſuimus, vaticiniorum indoles, continuo intelligimus duplicem plerumque in illis ſenſum diſtingui oportere, Litteralem nempe ſeu hiſtoricum, punctum aliquod hiſtoriæ Sacræ Judæorum, ſive Meſſiæ, ſive externarum gentium inferentem; penitiorem atque excellentiorem alterum, ſpiritalem & generalem, qui ſemper Religionis ſtatum, adventum, & Regnum Meſſiæ reſpicit. Ita e. g. eum oratorium Meſſiam & Virgine Parente Iſaias prænuncieat cap. 7. 14. & David de Regno Jeſu Chriſti Pſal. 109. ejuſque paſſione Pſal. 21. loquitur, nullum ſibi alterum proponebant in hiſce Oraculis finem, metam ſuam omnem in Supremo illo Liberatore collocabant. Cum vero idem Iſaias 44. 28. & 45. 1. &c. victorias Cyri & libertatem ab eodem Rege Judæis in Babylonia captivis concedendam pro-

(1) *Greg. l. 4. Dialog. cap. 48. Sancti viri inter illuſiones atque revelationes, ipſas viſionum voces aut imagines intimo ſapore diſcernunt; ut ſciant vel quid a bono Spiritu percipiant, vel quid ab illuſore patiantur.* (*) *De Princip. lib. 1. cap. 3. & contra Celſum l. 7. pag. 334. Edit. Cambrig.* (2) *Vide Theodoret. in Iſai. 29. 11. Aug. Tract. 9. in Joannem. Lege Libros omnes Prophetiot, non intelleſto Chriſto, quid eam inſipidum & ſatuum invenies?* (3) *Paſchal. Meditat. pag. 15. n. 13. Gallice.* (4) *Iſai. 7. 8. & 9.* (*) *Vide S. Hieron. initio Comment. in Amos 7. & in Iſai. 31. 30. & in Oſee 1. 2. & Ribera prol. in Comment. 12. Prophetarum.* (5) *Aug. de Conſenſu Evangeliſt. l. 1. cap. 11. Cui (Meſſiæ) Prophetando venture gens una deputata eſt, cujus Reipublicæ tota adminiſtratio Prophetia eſſet illius Regis venturi, & civitatem Cœleſtem ex omnibus gentibus condituri.* (6) 2. *Cor. 3. 13.* (7) *Buxtorf. Synag. Jud. cap. 3.*

profequitur, cum Pſalmiſta Pſal. 44. magnificentiam Regni Salomonis exaggerat, dictorum omnium duplex eſt ſenſus: alter hiſtoricus in Cyro, & Salomone verſans, e quo ad altiora aſſurgendum, nempe ad alterum ſenſum, quem potiſſimum Sancti Spiritus conſilio ſpectabat, ſcilicet ad Jeſum Chriſtum, ſub nomine & figura illorum Principum exhibitum. Hoc eſt omnium ſimul Prophetarum conſilium.

Profecto ſi unicum tantum in variicinis ſenſum agnoſcamus, tunc ſane pro certo conſtituendum eſt, numquam veniſſe Meſſiam, ait Paſchalius, [1]. Si vero duos diſtinguamus, veniſſe Jeſum Chriſtum ne ambigendi quidem locus remanet. In eo igitur tota quæſtio verſatur, an ſenſuum diſcrimen illud admittendum ſit, an hiſtoriæ apud Prophetas deſcriptæ res ſint tantummodo ſive etiam figuræ; ut planius dicamus, an intimius aliquid præter id quod legentibus proditur, quærendum ſit, vel intra obvii ſenſus fines nos tantummodo contineamus.

Cum epiſtola aliqua magni momenti interciputur [2], ejuſque lectione, quanquam apertiſſima ſit aliquibus, diſcamus penitiorem aliquem & occultum ſenſum in verbis quærendum eſſe, quo neglecto eos, qui epiſtolam viderint, perinde ſe habeſcent ac ſi non vidiſſent, qui audierint veluti ſi non audiſſent: ecquid tunc in mentem nobis venirer, niſi illud, duplicem diſtinguendum eſſe in epiſtola ſenſum? quod tunc max'ne nobis ſuccurreret, ſi in literali ſenſu plurima apertiſſima contradictione repugnarent. Jeſus Chriſtus & Apoſtoli tandem appoſitum ſigillum removerunt, diſruptoque velo, latentem litteræ ſenſum pandcrunt.

Antequam hiſce Oraculis implendis deſtinatum tempus veniſſet, quamquam de eorum fide nihil no'is fuiſſet ambigendum, nullum tamen de eorum veritate documentum exhiberi poterat, ait Spondanus [3]; rerum eventus expectandus fuit. Viri etiam illi, qui in partem prædicti a Prophetia eventus veoiebant, in ſua tantum parte occupati, cum omnes verterent in ſua mala curas, ad omnia ſimul mentem conferre non poterant. Quare res tota illis imprudentibus præteriit [4]. Si quis vero extra tot malorum aleam poſitus totum ante hiſtoriæ eventum ſimul intueturs ille facile mentem ad ſingula adhibebit, atque intellecta rei alterius eum altera relatione, oraculi ſenſum aſſequetur. Fatentur nec ſemel Apoſtoli [5], minime affectous ſe quorumdam Oraculorum, quo maxime tempore implebantur, ſenſum, quorum tandem veritatem tunc primo habuerunt perſpectam, cum poſt obitum & reſurrectionem Domini, mentem ad exacta retro tempora converterunt. Vix aliter contigiſſe de priſcis illis Oraculis credimus. Populi nihil ultra ſpectarunt quam præſentem rei eventum, in littera Prophetiæ deſignatum. Alter, in quem poteſſimum Spiritus Sanctus intendebat, ſenſus primo poſt adventum Jeſu Chriſti fine ambagibus prodiit.

In expoſitione Scripturarum duo ſunt a SS. Patribus indicati ſcopuli ſolerter cavendi; 1. Omnia ad litteram interpretrandi pruritus: 2. Omnia ad Jeſum Chriſtum referendi affectatio. Poſſet & tertius addi, ſi ſcilicet duplex ſenſus omnibus de Jeſu Chriſto Oraculis tribuatur ita plane, ut omnia ea de re Veteris Teſtamenti habere credantur alterum litteralem, & hiſtoricum ſenſum, neque ad Jeſum Chriſtum, niſi ſpirituali & figurata interpretatione, referri.

Porro ſcopulus iſte poſtremo loco indicatus, non minus ac duo illi perniciooſſimus eſt, omnique eſſe conatu removendum, ex abuſione virorum quorumdam Eruditorum noſtræ ætatis intelligimus. Cl. Boſſuet Epiſcopus Meldenſis ſtrenue Grotium, quem pernicioſiſſimum harum litterarum expoſitionum vindicem habebat, oppugnandum ſuſcepit. Fatetur ille quidem plurima eſſe in Scripturis Oracula duplici ſenſu, quem ſcriptus agnovit, facile exponenda [6]; nec diffiteur contingere quidem ſæpe, ut totus Pſalmus ad Jeſum non ſpectet; quamquam alioquin de illo per intervalla ſoquatur; ſicut & oraculo de illo obvio ſenſu exponenda ad alia interdum divertere. Poſitum eſt enim in moribus Prophetarum, ut ex humanis ſtatim evolent ad Divina, & e ſimplici ac hiſtorico ſenſu ſubito ad Jeſum Chriſtum ſive ad aliud quodcumque convertantur. Sed æque certum conſtituit, plura eſſe de Jeſu Chriſto tantummodo proprio & directo ſenſu exponenda, quæ nonniſi oblique tantummodo Davidi & Salomoni accommodari potuiſſent. Ita plane vir ille doctus methodum Grotii ad exactas veritatis leges redigit & moderatur.

Idem Præſul [7], alibi mentem ſuam ea de re explicat, cujus hic ſententiam operæ pretium eſt referre. Concilium Tridentinum, inquit ille, firmitatem traditionis & irrefragabilem ſanctorum Patrum authoritatem in exponendo Scripturæ ſenſu in eo poſitiſſimum conſtituit, ſi unanimis omnium ſententia de rebus fidei & morum conveniat; in expoſitionibus literalibus & hiſtoricis, in quibus nil plerumque ad dogma, ſive authoritatem, led omnia ferme ad ſimplicem conjecturam pertinent, SS. Patrum, etiamſi unanimes ſint, authoritas nil facit ad fidem. Adde ſingularem unius prophetæ literalem explicationem alias etiam ſimul & multipliees quandoque admittere. Quare ne quid moremur authoritates in utramque partem congeſtas, illud ſtatuamus oporter, ſedulo diſtinguendum eſſe inter authoritates SS. PP. & eorum dogma; ſicut & inter privatas illorum ſententias, atque unanimem omnium conſenſum. Quis plane ignorat Scripturarum pene infinitam fœcunditatem, quam ſingularis plane ſenſus non explet [8]? Quis ignorat, Jeſum Chriſtum ejuſque Eccleſiam iis Oraculis deſignari, in quibus ad litteram de Salomone, Ezechia, Cyro, Zorobabele aliiſque agitur? Contentam ea in re Catholici, Proteſtantesque ſimul omnes.

Inter oracula Prophetarum alia Religionis fundamentum ipſum reſpiciunt, ut de adventu Meſſiæ & diſperſione Judæorum &c. oracula [9]. Horum ſenſus neque Sanctos Patres latere potuerat; perinde enim eſſet ac ſi Religionis præcipuum dogma ignorarent. Quare horum ſenſus potuit quidem accedente ſæculorum luce clarius manifeſtari, rem tamen tenere Patres æque in ſuis Scriptis prodere oportebat.

Illud etiam conſtituendum eſt, alia ex Oraculis non dogmata quidem, ſed ædificationem reſpicere, non ipſum Religionis fundamentum, ſed acceſſoria, uti de Ninive, Babylone, Tyro &c. prolata Oracula. Horum expoſitio ex hiſtoria repetenda eſt, nec e Sacra tantummodo, ſed etiam ex Prophana. Conſtat inter omnes, eorum ſenſum indagare ſingulis eſſe permiſſum. Quando vero quiſpiam affirmaverit, Patres in ea re non ſatis attendiſſe omnia, plus aliquid reliquiſſe quærendum, quam ſedulitate ſua invenerint; ille plane eo minus e debita in tantos viros obſervantia receſſiſſe eredendus eſſet, quo ultro faſſeretur, ea, quæ in hoc ſacræ eruditionis ſtudio de ſuo invenit, illorum ſe laboribus & ſtudio non debere.

Ex quo tertia demum veritas deducitur; ſi quando enim contingat, Orthodoxos in expoſitione horum oraculorum nova quædam reperiſſe, non inde tamen permiſſam credimus facultatem, ut nova quoque dogmata pro ſuo arbitratu ex eiſdem oraculis procudant. In expoſitione Sacræ Scripturæ non ita Patres litteralem ſenſum relevant, ut nihil inde exponendum relinquatur; niſi ſi forte agatur de aſſerendo quodam Religionis dogmate ſive de Hæreticis revincendis. Toti ſunt enim alioqui in morali ſenſu pandendo. Ita Præſul ille doctiſſimus, cujus retuliſſe hic totidem fere verbis ſententiam operæ pretium duxi, quippe qui præceptæas ab illo regulas in meo illo Commentario ſecutus ſum; nec deſunt viri quidam iniquius ferentes, ſi forte in aliojus ſententiæ nihil

(1) *Medit. cap.* 23. *n.* 2. *Gallice.* (2) *Paſchal, ibid. c.* 13. *n.* 7. (3) *De Princip. l.* 4. *c.* 7. (4) *Boſſuet Præf. in Apoc. art.* 21. *Gallice.* (5) *Joan.* 2. 22. & 12. 16. (6) *Vide addenda in Pſal. pag.* 611. 612.

(7) *Præfat. in explicationem Apoc. art.* 13. *&c. Gallice.* (8) *Confer S. Aug. Conf. l.* 12. *cap.* 24. 25. 30. 31. *& lib.* 1. *de Doctr. Chriſt. cap.* 36. *& lib.* 3. *cap.* 27. (9) *Boſſuet ibid. art.* 17.

nihil ad fidem & dogmata conferentis expositione a Patrum interpretatione recedatur.

Hilarius in Pſal. 63. num. 2. 3. damnare eos quidem non audet, qui omnia in Pſalmis relata ad Jeſum Chriſtum referre ſatagunt, credere ſe tamen rem fore pernicioſam ſignificat, nec citra diſpendium veritatis de Divinitate & Incarnatione ipſius id poſſe committi, ut omnia ad Jeſum Chriſtum trahantur. Malle proinde ſe addit, ut omnia, quæ ad Jeſum Chriſtum pertinent, ea demum de illo exponantur; in ceteris pronus litteræ ſenſus attendatur. S. Iſidorus Peluſiota lib. 1. Ep. 295. & lib. 3. Ep. 339. vereti ſe dixit, ne omnia conantes ad Jeſum Chriſtum deflectere, anſam præbeamus Religionis noſtræ adverſariis, ut apertiſſimis etiam de illo teſtimoniis refragentur. Utraque extrema æque vitioſa cenſet S. Auguſt. de Doctr. lib. 3. cap. 9. five quod omnia ad litteram exponantur, five quod omnia deflectantur ad allegoriam. *Litteram ſequi*, ait, *& ſigna pro rebus, qua iis ſignificantur, accipere ſervilis infirmitatis eſt*. Impingit in eum ſeopulum pars ſane magna recentiorum Interpretum, grammaticalibus expoſitionibus plus nimio indulgentium. *Inmiliter*, addit idem Auguſtinus, *ſigna interpretari male vagantis erroris eſt*.

Origenes, quem virum alii, & forte immerito (1), de affectatis plus nimio allegoriis accuſarunt, plures admodum appoſitas regulas in eam rem præſcribit. Jubet igitur, ut apertus ad litteram Librorum Sacrorum textus, ſenſum litteralem ædificandis Fidelibus idoneum offerens, non niſi litterali expoſitione pandatur. Sanior autem Scripturæ pars eam expoſitionem ſuſcipit (2). Alibi etiam, nimirum contra Celſum lib. 1. pag. 39. 40. Edit. Cantab. obſervat, Hebræorum Prophetas non de Jeſu Chriſto locutos, interdum ſub ænigmatum & allegoriarum velamentis inreidum ambagibus amoris. Tandem, ait ibid. lib. 2. Judæi, infeſtiſſimi licet Chriſtiani nominis adverſarii, numquam tamen commiſerunt, ut aliis melius quam Jeſu Chriſto convenire vaticinia demonſtrent; ſatis habentes ſi expoſitionem aliquam detortam & ſingularem invehant, quam Chriſtianorum interpretationibus opponant.

Patres, & Commentatores, duos, tres, five quatuor ſenſus in oraculis Prophetarum diſtinguunt: Docet S. Hieronymus ad Hedibiam reſponſ. ad 12. difficul. in expoſitione Divinarum Scripturarum litteralem ſenſum potiſſimum attendendum eſſe; 2. ſenſum tropologicum, five figuratum; 3. Senſum ſpiritualem, vel anagogicum. Monet inſuper ad Oſee 12. in expoſitionibus figuratis non omnia ad litteram exponenda eſſe de viro, cujus eſt in littera ſermo, & ſub cujus perſona figura Jeſu Chriſti, five Eccleſiæ innuitur; alioquin, ait, non typus erit, ſed hiſtoriæ veritas. *Typus enim partem indicat. Quod ſi totum præcedat in typo, jam non eſt typus, ſed hiſtoria veritas appellanda eſt*.

S. Auguſtinus de Civit. lib. 17. cap. 3. tres etiam Scripturarum ſenſus agnoſcit; ſunt enim quædam Jeroſolymam terreſtrem deſignantia; ſunt quæ Cœleſtem; ſunt quæ utramque. Priora litteralem hiſtoricum ſenſum circa temporalem Judæorum politiam veritatem conſtituunt. Secunda figuratum ſenſum reddunt; tertia tandem Textum ad utrumque ſenſum accommodant. Addit, non defuiſſe inter Authores Chriſtianos, qui crederent nihil eſſe in Sacris Libris, quod ad Jeroſolymam Cœleſtem non referretur; i. e. hiſtorias reſque omnes in Libris Veteris Teſtamenti relatas, totidem fuiſſe res ſpirituales & myſticas deſignantes; adeo ut, inquit Auguſtinus, juxta eorum ſententiam duos tantum pro tribus ſupra indicatis Scripturæ ſenſibus diſtingui oporteret.

S. Thomas 1. par. qu. 1. art. 10. tres etiam agnoſcit Scripturæ ſenſus ex uno eodemque litterali ſenſu deductos; nempe allegoricum, moralem, & anagogicum. Conſonant hæc cum recepta Commentatorum ſententia, quatuor Scripturæ ſenſus enumerante, videlicet litteralem, figuratum, moralem, & anagogicum. Poſſent tamen commode quatuor ad duos reduci, nempe ad litteralem & figuratum; quæſtio eſt enim de vocibus.

Sunt vero Prophetiæ, quæ unum tantum & litteralem ſenſum patiuntur; aliæ tres admittunt; aliæ duos, five tres; qui omnes pro litteralibus haberi poſſunt. Daniel cap. 9. 27. prædicit abominationem deſolationis in loco ſancto; cujus Oraculi veritatem applicat Author 1. Macc. 1. 57. perfecutioni ab Antiocho Epiphane motæ, & Jeſus Chriſtus Matth. 24. 15. deſolationi in ultima obſidione Jeroſolymæ ſub Romanis; ac tandem pars Interpretum non modica perfecutioni ſub Antichriſto. Nihil hic repugnans, nihil figuratum; tres enim ſunt reapſe veræ, & genuinæ hiſtoriæ.

ARTICULUS VI.

Methodus Patrum in expoſitione Prophetiarum oraculorum.

QUO tempore Jeſus Chriſtus in mundum venire dignatus eſt, vulgo Judæi in expoſitionibus allegoricis & figuratis Scripturæ occupabantur. Semel enim perſuaſi, Authores Sacros, dum ad ſcribendum ſe confertent, duplicem ferme ſenſum in mente habuiſſe, & præter litteralem obviumque ſenſum, alterum majoris momenti occultaſſe, parcendum ſibi non eſſe laboribus duxerunt, quo e puteo veritatem extraherent. Jeſus Chriſtus ita diſpoſitis Judæorum animis accommodandum ſe duxit; quare docuit e. g. hiſtoriam Jonæ figuram eſſe ſepulturæ & reſurrectionis Meſſiæ (3). Interdum verba ad populum faciens, a litterali & hiſtorico ſenſu ſtatim ne monitis quidem auditoribus, ad ſpiritualem, & figuratum tranſitum faciebat; ita e. g. poſtquam venturum Eliam dixit, *qui omnia reſtituet*, addidit ſtatim; *ſed dico vobis quia Elias venit* (4). Hic ſane poſtquam de vero Elia locutus eſt, ſtatim ad alterum Eliam, a priori illo per figuram indicatum, nempe ad Joannem Baptiſtam convertitur. Ea exponendi ratio frequentiſſime in Epiſtola ad Hebræos recurrit. Jungitur Melchiſedech cum Jeſu Chriſto, vetus cum novo Sacerdotio, cum Sinagoga Eccleſia; quæ ſane ita mixta & confuſa ſunt, ut nonniſi in eo Scripturarum loquendi genere inſtructis pervia eſſe poſſent. S. Paulus ad Galat. 4. 24. figurato ſermone exponit hiſtorias Agar, & Saræ, Jacob & Eſau. Eamdem methodum ſecutus Philo Judæus, ut ſcilicet omnia quæcumque e Libris Sacris profequitur, ad allegoriam detorqueat; hunc intuper fuiſſe morem Eſſeniorum a patribus & præceſſoribus ſuis acceptum idem Philo teſtatur (5). Axiomate receptum erat apud illos, Scripturam veluti animal quoddam exhiberi, cujus littera corpus eſſet, latens vero ſenſus anima.

Ex Philone acceptum morem totam deinde Eccleſiam adoptaſſe Photius autumat. Sed allegoriatum exordium apud Judæos multo Philonem præceſſit, ut ex Libro Sapientiæ 18. 24. conſtat. Ejuſdem Philonis teſtimonio diſcimus, Therapeutis hunc exponendi Scripturas morem arriſiſſe, acceptum ex Libris Authorum ejuſque ſectæ, quos apud ſe magiſtrorum loco ſervabant (6). Joſephus (7) non raro explicationes allegoricas admiſit, faſtus Legem Moſaicam ſimilis generis continere plura, quæ ſingulari Opere complexurus ſe poſticetur (8). Produnt hæc guſtum Judæorum ejus ætatis. Patres igitur hunc ab Apoſtolis morem receperunt, & Apoſtolus 2. Cor. 10. 11. tamquam certum conſtituit, omnia in figu-

(1) *Vide Apolog. Orig. in Epiſt. dedic. Genebr. ad Carolum IX. & Origenian. Huetii & Riberam prælud. 1. in omnes Prophetas.* (2) *Hom. 11. in Num.* (3) *Matth. 12. 39. 40. 41. Jonæ 1. 2.* (4) *Matth. 11. 14. Marc. 9. 11. 12.*

(5) *De vita contempl. pag. 898. & 901.* (6) *Philo de Vita contemplat. pag. 893.* (7) *Antiq. lib. 3. cap. 9. de bello lib. 6. cap. 6. in latino.* (8) *Joſephus Prolog. in lib. 1. Antiquit.*

figura contigisse Judæis: *Omnia in figura contingebant illis*. Quare Patres, ut Scripturas ad allegoriam detorqueret, nihil morabantur, quamquam alioquin eum de convincendis Judæis, Paganis, sive Hæreticis res esset, alteram sibi methodum proponebant. Namque Scripturas ad litteram interpretati, sententias expressas adhibendas sibi ducebant, ostendentes Oraculorum fidem in Jesu Christo impletam fuisse, eggerentes infuper reeeptam Ecclesiæ traditionem in Scripturæ loca, quibus Hæretici abutebantur. Morales & allegoriæ interpretationes, moribus quidem juvandis, confirmandisque iis, qui alioqui perfuasi sunt, atque demonstratæ jam veritati illustrandæ ferviunt; afferendæ autem Religioni contra adversarios, numquam non sibi caveutes a veritate, non ferviunt. Exeipi tamen ab ea regula debent rextus a Jesu Christo & Apostolis expositi, qui iis testimoniis, tamquam omnium exploratissimis, contra Judæos utuntur, contra Judæos, inquam, periuasos alioquin eorum Oraeulorum sensum ad Messiam referendum. Quare suis illos armis & argumentis confeiunt.

Contra Paganos vero ostendunt Patres, servari apud Judæos in Sacris eorum Libris certa futurarum rerum Oracula, unanimi totius gentis consensu receptа, quorum veritas non magistra tantum rerum experientia, sed etiam prodigiorum fide asserta esset [1]. Hæc autem Oraeula omnia in Jesu Christo impleta demonstrabant; ex quo ineluctabili plane argumento conficiebant, nullum alium expectandum esse orbis universi Liberatorem, pro salute generis humani mittendum. Ita S. Justinus Apol. 2. eo adducto loco, *Fœderunt manus meas & pedes meos*, atque ad sensum demonstrato, numquam in Davide *hujus* Oraeuli veritatem omnem apparuisse, sieut nec in alio quopiam Veteris Testamenti Viro Justo, statim infert Jesum Christum verbis illis designarum fuisse. Interdum plura simul varietnia jungunt, quorum alterum alterum sensum pandit. Daniel oraturum Messiam e genere ipsius Deus prædixit 2. Reg. 7. 12. 13. & 23. 1. 2. &c., & Isaias [2], natalium ipsius prodigia omnia narrat, præmuneians oriturum illum e Virgine parente de familia David.

Accedebat non raro, partem ejusdem Oraeuli de Davide, Salomone, Jona five Jacob &c. exponi; partem vero, ad sublimiorem sensum se convertentes, ad Jesum Christum referebant. Cum enim sententiæ verba non possent omnia Patriarchis Veteris Testamenti congruere, Jesum Christum in subsidium adduci oportebat, quem veluti typum designasse sunimos illos Viros norant. *Hunc esse enim sciebant*, inquit S. Hieronymus in Daniel 11. *meretn Scripturæ Sanctæ, ut veritatem futurorum præmitlat in typis*. Ita quæ in Psal. 71. leguntur, non omnia possunt ad litteram Salomoni quadrare, cujus neque permansurum esset eum Sole Regnum, neque Imperium illius ad utrumque mare, five a flumine usque ad extrema mundi prorogandum. Hæc quidem omnia partim quidem, & veluti sub figurarum velamentis *in Salomone præmissa sunt, ut in Domino Salvatore perfectius implerentur*.

Demonstrabant pariter Gentilibus, prophetias, utpote Dei ipsius per Prophetas loeuti opus, parem cum illo veritatem habuisse oportere. Numquam id commissum fuisse, ut Divina illa Scripta a quopiam five ante five post Christi adventum corrumperentur. Non ante, neque enim divinare quis poterat eventurum tandem illum in mundum; neque si divinasset, tam vividis coloribus depingere illum unquam valuisset. Post ejus vero advenrum, Judæi, qui Messiam & reprobare, & erueifiiigere aufi fuerunt, sibi plane eavissent, ne Messiam illum ad sensum in Oraeulis sua opera procusis demonstrarent. Antequam veniisee, agnoscebatur a nemine; postquam veniisset, recipiebat illum nemo.

Cum Judæis vero illud armorum genus tractabant Patres, impletam fcilicet in Jesu Christo Oraculorum veritatem. Neque unum tantum; sive alterum in illo quadrasse Oraculum demonstrabant, sed conveniisse omnia; nec unquam ab illo abfuisse & Messiæ charactcribus; eaque simul omnia adeo in illum collimasse, ut in neminem alium melius. Laborantibus Judæis eadem Oraeula ad alios detorquere. Patres inanem illorum conatum arque mendaces expositiones sub oculis ponebanc. Methodum in re Apostolorum seeuti sunt, maxime S. Petri Act. 2. 26. 27. veritatem resurrectionis Jesu Christi ex illo Psalmi 15. 8. 9. demonstrantis: *Caro mea requiescet in spe, quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ &c.* Ea oceasione ita disserit Apostolus: *Licebat audentor dicere ad vos de Patriarcha David, quoniam defunctus est, & sepultus & sepulchrum ejus est apud nos usque in hodiernum diem. Prophota igitur cum esset, & sciret quia jurejurando juralset illi Deus, de fructu lumbi ejus sedere super sedem ejus, providens locutus est de resurrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem. Hunc Jesum resuscitavit Deus, cujus omnes nos testes sumus*.

Servabatur apud Judæos constans quædam & uniformis de sensu Oraeulorum traditio. Ea amota eum singuli pro suo arbitratu peculiares traderent Libris Saeris expositiones, Librorum Saerorum veritas seminarium fuisset dissensionum, & controversiarum fomentum; quare maximi fuerat apud eos momenti, ut varia sensuum libertas ad unum eertum determinaretur. Quo tempore Magi Jerosolymam venerunt, receptum erat apud Judæos [3], Messiam e Bethleem proditurum, juxta illud Michææ 5. 2. *Et tu Bethleem terra Juda nequaquam minima es in principibus Juda; ex te enim exies Dux, qui regat populum meum Israel*. Certum etiam tenebant, Messiam e familia David proditurum; nec e Virgine parente oriturum inviti eredebant. Sensum igitur Oraeuli Isaiæ 7. 14. ad Messiam traditio determinaverat: *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel*.

His animi dispositionibus opportune usus Christus tendentes in Emaus Discipulos instruebat, Scripturas de le prolaras interpretatus [4]. Eamdem etiam opportunitatem captavit, demonstrando in verbis Isaiæ Jesu Christo Philippus Diaconus in familiari eum Eunucho Reginæ Candaces colloquio [5]. Eamdem traditionem certos quoidam tenuis figuraos certis quibusdam Scripturæ textibus determinantem, sieut & loca quædam de Messia exponentem, Author Epistolæ ad Hebræos sibi in scribendo præponit; eum alioqui quædam laudet omni amota traditione non plane ineluctabili evidentia de Jesu Christo exponenda. Ejus ætatis Judæi quantumvis inereduli negare quidem non audebant, in iis oraculis Messiam spectari; sed periticula fronte contendebant, eum Jesu Christo non ita prorsus quadrare; ut illi potius, quam alteri melius conveniret. Recesserunt temporis fuecessu ab ea sententia, contendentes, in iis textibus ne de Messia quidem sermonem haberi, quemadmodum etiam nostræ ætatis Judæis visum est.

Controversiis nostra ætate tractantes Scriptores vim afferuti hujus demonstrationis, ex consensu & traditione veterum Judæorum deductæ, ineluctabile plane Rabbinis confleium argumentum ejus generis, quæ ad *hominem* appellant. Armarunt igitur eontra Judæos authoritatem Targumim, Talmudium, & veterum Rabbinorum. Accidit olim, ut *Judæus* quidam ex adducto a Rittangelo testimonio *Targum* [6] ita premeretur, ut argumenti pondere oppressus clamaret: *Atlum est de nobis, nisi alterum loce sensum inveniamus*. Id sane familiare est Judæis artificium, ut pondere nostrorum argumentorum oppressi, authoritatibus opponant authoritates, ealldisque expositionibus apertissimam sententiarum veritatem eludant. Supperunt quidem, sed rara admodum,

(1) *Vide exordium Dialogi S. Just. in Tryphonem.*
(2) *Isai. 7. 14.* (3) *Matth. 2. 12.* (4) *Luc. 14. 27. &c.*
(5) *Act. 8.* (6) *Basnag. hist Judaor. lib. 4. cap. 3. art. 1. Gallice.*

dum, bonæ fidei Judæorum exempla; qui imponi ſibi neceſſitatem credendi e demonſtrata veritate permiſerunt. Ceteri enim adeo obſtirmato ſunt in ſuis præjudiciis animo, ut apertiſſimorum etiam argumentorum pondus immoti ſuſtineant. Plus adhuc inſiſtendum fuiſſet in oraculis in Novo Teſtamento deductis, quæ ſane ex unanimi Judæorum ætatis Jeſu Chriſti & Apoſtolorum conſenſu ad Meſſiam ſpectabant. Statim enim ac Judæi recentiores Evangelia, & ceteros Novi Teſtamenti Libros tamquam meras, ſed veridicas hiſtorias habuerint, pro veritate Jeſu Chriſti demonſtranda nihil ultra quærendum eſt nobis. Apertiſſime veritas, qua prodigiis, qua impleta in Jeſu Chriſto Oraculorum fide, qua etiam aſſenſu Veterum Hebræorum teſtimonia illa ad Meſſiam referentium [4], evineitur.

Vix tamen aliquis ſperandus erit noſtris Scriptoribus fructus, ſi cauſam tantummodo egerint, adductis ſolum Scriptorum & Grammaticorum ejuſdem gentis teſtimoniis [2]. Res eſt enim confieienda ex authoritatibus Novi Teſtamenti, ſimulque Veteribus Verſionibus quas ipſi eorum patres probarunt, & ante excitatas inter nos & illos controverſias adornatis. Convenicndum eſt etiam, antequam ultra procedatur, de principiis, quorum inter arguendum uſus eſſe utrimque poterit; neque enim his in medio reiectis, quidquam utraque diſceptationum pars proficiet. Si enim e. g. Judæus Novum Teſtamentum inter fabellas amandaverit, quidquam ex ejus adductis authoritatibus valuerimus? Facerem igitur dieeptationi exordium a conſtituta primum veritate & authoritate atque Divinitate ejuſdem Operis; vel ſaltem Judæum urgebo, ut ipſe mihi authoritatem Veteris Teſtamenti demonſtret; ſeu tandem, ſi ille agnoſcere eam veritatem bona fide detractaverit, utrimque ſaltem conveniemus, ut Liber ille tamquam veridica hiſtoria habeatur. Quæ ſi ſemel a Judæo evicerim, argumentorum illum pondere conficiam. Primum deducam ex rebus geſtis, & prodigiis Jeſu Chriſti, quibuſcum vaticiniorum omnium veritatis quadrat; alterum ex ipſa Veterum Judæorum confeſſione, quæ plane de Meſſia exponenda eſſe Oracula illa convenit. Cum autem aliuqui ne ambigendi quidem locus remaneat, omnia in Jeſu Chriſto impleta fuiſſe; ſtatim evincam non alterum quærendum eſſe venturum in mundum Meſſiam.

Scite admodum loquitur Tertullianus, de diſputationibus contra Hæreticos ſuſceptis agens [3]. Scriptura ad Hæreticos non pertinet, quare nec uti illius teſtimoniis contra nos valent; vel ſaltem ſi illa adhibere voluerint, debent omnes ſimul Scripturas, non earum tantummodo partem, debent etiam in ſenſu Eccleſiæ laudare. Quid enim ſine his valeane Scripturæ? Paria etiam de Judæis uſurpanda ſunt. Si nobiſcum diſceptare maluerint, debent omnes æque Scripturas, qua Veteris, qua Novi Teſtamenti recipere. Quo enim jure poſſunt in rem ſuam contra nos vetus Teſtamentum laudare, cum nos contra ipſos Novo utentes non ferant? Nos unum ſine altero plane non recipimus. Inuniverſa autem diſputatione illud ſemper ſervandum eſt, ut vel illi noſtra principia convellant, vel ſimul nobiſcum admittant.

Generatim autem loquendo, ſenſus figuratus argumentum plane demonſtrativum non conficit. Textus adhibendi ſunt expreſſi, litterales, in quibus explorata omnia. Quamquam traditione & conſenſu veterum Hebræorum, vel ſimilium accedente, ex figurato etiam ſenſu non ſpernenda ſaltem contra Hebræos argumenta deducuntur. Pari etiam privilegio, cum expoſitio aliqua allegorica in Veteri Teſtamento a Jeſu Chriſto vel Apoſtolis adducta legitur, non infimum authoritatis pondus obtinere conſenſa eſt; quemadmodum etiam non aliud eſt judicium ferendum de conſenſu unanimi SS. Patrum, eum oraculi alicujus ſenſus ad dogma, ſed ſpirituali & figurata locutione, refertur. Ita nullum eſt in Veteri Teſtamento expreſſius Vaticinium de futura Meſſiæ poſt tres dies ab obitu reſurrectione, quam Jonæ in ventre ceti hiſtoria; quamquam hæc ad reſurrectionem Jeſu Chriſti nonnſi figurata expoſitione trahuntur. Sed huic figuræ ceitam aſſertamque authoritatem vindicat non traditio Judæorum tantum, ſed & expreſſus Jeſu Chriſti & Apoſtolorum, ac tandem unanimis SS. Patrum conſenſus. Sunt igitur moderato quodam temperamento acceipienda, quæ vulgato omnium ſermone ferluntur, nimirum allegoricum ſenſum conficiendis demonſtrativis argumentis ineptum haberi.

IN ISAIAM
PROLEGOMENON.

QUatuor majorum Prophetarum primus Iſaias, e tribu Juda & e genere Regali David, patrem habuiſſe fertur Amos filium Regis Joas, & fratrem Amaſiæ Regis Juda. Addunt inſuper alii, Iſaiam filiam ſuam locaſſe Manaſſi Regi Juda [4]. Rabbini conſtitutam a ſe regulam ſecuti, Patres nempe Prophetarum, cum proprio nomine in Scriptura exprimuntur, ſimili cum filio privilegio donatos fuiſſe, putant Prophetæ Iſaiæ parentem Amos Prophetæ munere elaruiſſe [5]. S. Auguſt. de Civit. lib. 18. cap. 27. aliique nonnulli cenſent, Propheram Amos ipſiſſimum fuiſſe Iſaiæ parentem; quorum tamen opinioni ne aſſentiamur facit diverſa ſcribendi ratio, qua duo illa nomina expriminuntur [6]. Sicut etiam quod de Amos Propheta, Iſaiæ coævo, animadvertimus; nimirum nonniſi biennio ante eumdem Iſaiam Prophetam agere cœpiſſe, ſi vera ſint ea quæ de epocha iniiti muneris ab Iſaia eum anno 25. Oziæ componenda feruntur; exordium enim prophetandi duxit Amos biennio ante terræmotum ſub Ozia [7]; nempe anno 23. ejuſdem Regis.

Sunt etiam qui maluerint, Iſaiam alterum hunc Prophetam tempore præverriſſe; credunt enim, eam, de qua in fine capitis primi Iſaiæ ſiceitatem, apud Amos etiam tamquam rem, quæ exacto retro tempore contigerit, deſcriptam legi. S. Hieron. ad Damaſ. de Seraphim & Calculo, poſt Euſebium Cæſarienſem Comment. in Iſai. 6. infinuare videtur, Iſaiam tamdiu a fundendis oraculis abſtinuiſſe, quamdiu Rex Ozias lepra percuſſus in pœnam [8] audaciæ vixit: ſed & idem alibi apertiſſime aſſerit [*], quinque prioribus Iſaiæ capitibus Oraeula contineri ſub Ozia prolata; ſicut & ſextum ea complecti, quæ emortuali ipſius anno ab eodem Propheta annunciata ſunt. Nobis ea ſedet opinio, exordium ejus Prophetæ componendum eſſe cum initio a Joathan Regno, ſtatim poſt obitum Oziæ; ineeptumque munus continuaſſe ſub Achaz & Eze-

(1) *Greg. Præfat. Comment. in Vetus Teſtam. Judæis convincendis vel pauca, Chriſtum & tempus, quo is venturus erat, directe deſcribentia, ſufficiunt.* (2) *Veſſ. de Sybill. Orac. cap. 14. Vide etiam Baſnag. hiſt. Judæor. lib. 7. cap. 34. art. 30. 31.* (3) *De Præſcr.* (4) *Hieron. in Iſai. l. 3. cap. 20.* (5) *Vide Hieronym. plur. in loc. & maxime in Iſai. 37. 2. & 38. 1. Epiph. de vita, & morte Prophet. & Clem. Alexandr. Strom. lib. 1.* (6) *Hamon. Pater Iſaiæ. Amos Propheta.* (7) *Amos 2. & Zachar. 11. 5.* (8) *2. Paral. 26. 20. 21.* (*) *In Iſai. 6. init.*

& Ezechia ; ſpatio circiter 62, ſive 63. annorum. Joathan 16. annis regnavit ; totidem Achaz ; & Ezechias 29, qui annorum numerus ſummam conficit 61. annorum. Ejus obitum conſignamus ad annum primum vel ſecundum Manaſſis.

Duo fuerunt Iſaiæ filii, quos ambos figurato nomine appellavit, priorem nempe *Scar-Jaſub*, nempe reliquum redibit ; alterum *Chaſ-bas* nempe feſtina prædare [1]. Fœminam nomine Prophetiſſam duxit [2,] quam eodem cum viro Spiritu prophetandi donant Rabbini. Longo annorum ſpatio prophetavit Iſaias, nempe 90. annis, juxta Chronicum Alexandrinum, exordio facto ab anno 25. Oziæ [3] ; & clauſo cum vita munere anno ſecundo Regni Manaſſe, a quo ſeilicet Rege neci traditus fuit. Sed hæ temporis adſcriptiones incertæ omnes. In capite ſexto Iſaiæ hiſtoria legitur miſſi ad prophetandum viri, appoſita temporis nota, nempe ipſo obitus Oziæ anno ; ex quo infinuatur, numquam ante illud tempus ad prophetandum virum illum acceſſiſſe. Quare ab ea epocha exordium muneris Iſaiæ ducendum enſuſcrim, ea, quæ quinque prioribus capitibus leguntur, ad primum annum Joathan Regis Judæ referens. Quæ ab eodem Propheta deplorantur mala, quæque Regnum Juda depopulabantur crimina, tempus deſignant exeuntis Oziæ Regni ; tempus feilicet Regno Judæ iniquiſſimum. Legimus 4. Regum 15. 37. ſub Joathan Rege duos ſimul exercitus, nempe Phacee Regis Iſrael, & Raſim Regis Syriæ, totam illam regionem miſerandum in modum depopulatos fuiſſe ; ſed hæc ad exitum Regis illius, non ad exordium pertinent. Bello etiam afflictus legitur 2. Par. 27. 5. 6. ab Ammonitis, qui excuſſo jugo, uti facile credimus, ab illo defecerant.

Tota Prophetiæ Iſaiæ ferics in octo partes commode diſpeſcitur. Prima omnes complectitur prophetias ad Regnum Joathan filii Oziæ Regis Juda pertinentes. In primis ſex capitibus, ſermonem unica & continuata ſerie junctum continentibus, acriter invehitur Propheta in Hebræorum crimina, quorum merito mala in illos divinitus imminere prædicit, vaticandumque annunciat Regnum Iſrael : ac tandem poſt diſſolutam ſævam tempeſtatem, ſperandum monet tranquillum Regni ſtatum. Porro Regnum illud Ezechiæ fuit, expreſſa Regni Jeſu Chriſti figura.

Altera prophetiæ pars Regnum Achaz ſpectat, quæ ſex primis illis ſuccedentia capita complectitur. Deſcribit Iſaias obſidionem Jeroſolymæ ab exercitu Phacee & Raſim [4]. In pignus promiſſæ imminentiſque libertatis Regni Juda, exhibet Prophetæ Oraculum de futura Emmanuelis nativitate. Geminos, quos habuit ex uxore, filios myſticis nominibus, futuram Regni liberationem exprimentibus, appellavit. Verſo deinde ſtilo, imminentes Regnorum Syriæ & Iſrael calamitates prænunciat [5] ; frangenda etiam addens contra Aſſyriorum, quibus Deus ultioni de impiis fumet tamquam flagello uturus [6]. Scirus eſt quid paſſi fuerint Judæi a Teglathphalaſſare. Salmanaſſare, ac deinde omnium poſtremo a Senacheribo. In hos Reges caput 10. impenditur. Claudunt [7] hæc omnia exhibitæ promiſſiones de Rege Sapiente, juſto, forti, pio, a quo reſtituenda in priſtinum omnia, revocandi captivi Judæi, & Iſraelitæ per quatuor mundi angulos diſperſi. Sequitur Canticum gratiarum actionis [8]. Porro Rex ille ab Iſaia promiſſus, Meſſias cenſendus eſt, ab Ezechia per figuram expreſſus.

Tertia, quæ proxime ſuccedit, prophetiæ pars, iniquior eſt in Babylonios [9], in Philiſthæos [10], in Moabitas (11), in Damaſcum (12), Samariam (13), & Ægyptum (14). Pertinent hæc omnia ad annum emœtualem Achaz, initumque ab Ezechia Regnum (15). Non eodem tempore ſingula impleta ſunt, ſed ſuo quæque, quemadmodum nos alibi explicare conati ſumus. Autumavimus autem horum malorum partem ſub Salmanaſſare, Sennacheribo, Aſſaradonoque immiſſam ; reliqua pertinere ad Nabuchodonoſorem, Darium Medum, & Cyrum.

Longo poſt tempore Iſaias oracula ſua iterum vertit in Ægyptum, Babyloniam, Cedar, Arabiam, Jeruſalem, Tyrum, in orbem denique univerſum, & quandoque in ſolam Judæam ; quæ omnia late continentur capite 20. usque ad totum 24. Sequitur deinde cap. 25. & 26. Canticum actionis gratiarum pro reſtituto in libertatem Juda, exactaque a Deo de hoſtibus ſuis ultione. Capita 27. & 28. continent minas in Reges Babyloniæ, & Ægypti, qui ambo Hebræos affixerant. Oracula de reditu Juda, & Iſrael, ſicut & Rege pio atque ſapiente, ſub obtentu pretioſi lapidis in fundamentis Sion locati deſignato, Iſai. 20. 1. Poſtrema hæc Oracula pronunciavit Iſaias poſt deletum Sennacheribum, & poſt annum 17. Ezechiæ. Hic finis partis quartæ ejus prophetiæ.

Eodem tempore ſub Rege Ezechia quinta pars exorditur, verſaturque in bello Sennacheribi contra Judæam. Componenda autem videtur cum anno 12. Ezechiæ, ſecundo ante ſuſceptum bellum (16).

Primo igitur Propheta, verſo in Jeruſalem ſtilo, Urbem inundaturum denunciat armorum torrentem, atque archiſimæ obſidione premendam, cujus tamen exitus multo futurus eſſet quam exordium felicior. Vitio vertit Ezechiæ, quod ad Ægyptios converſus potius quam ad Deum, opem illorum contra Aſſyrios implorâſſet (17). Quare furorem in ſe Domini Judæos concitaſſe, quippe qui in Ægypto duxerint confidendum ; quamquam ad Deum reduces læta omnia ſperare pollicetur (18). Poſt confectum bellum lætam orituram in Regno Ezechiæ proſperitatem, juſtitiam, & pacem (*). Invehitur in Sennacheribum, & quæ cum illo conſpiraverant, gentes (19). Portandam eſſe Idumeæ pœnam de ſua in fratres Judæos ſevitia (20). Succedit in capite 35. tamquam epilogus univerſæ hujus prophetiæ, addito veluti Cantico, quo læta omnia Judæ promittuntur. Accedunt his omnibus quatuor capita prorſus hiſtoriea, totam hiſtoriam eorum, quæ in ſuperioribus ab Iſaia prædicta ſunt, complectentia (21) ; quæ ſane adjecta credimus ſive ab Authore, ſive ab aliis, qui ejus Opera recenſuerunt.

Sexta pars vel ſextus ſermo, qui in eo Libro inſtituitur a capite 40. uſque ad 45. totus eſt in demonſtranda Dei & Religionis Hebraicæ veritate, ſicut & falſitate ſuperſtitionis Idololatricæ (22). In libertatem & ſalutem reſtituturum Deum populum ſuum captivum pollicetur. Annunciat adventum Chriſti ejuſque dilecti famuli (23) ; a quo ſperari jubet, ut relevato electo populo ſuo, Idolatria æterna confuſione opprimatur. Quæ ſequuntur capita 45. & 46. & 47. & 48. tamquam ejuſdem orationis pars habentur ; cum Iſaias & Cyri Regnum annunciet, & liberationem populi, ſicut & exitum Bel, Babylonis, & Idolorum, & Judæorum teditum, quæ ſane omnia non Idola quidem, ſed Deus præſtabit. Quare Dei ſummam poteſtatem ſummis laudibus relevat ; ſicut & Idololatriæ vanitatem verbis veluti depingit.

Poſt caput 49. uſque ad 56. 9. Iſaias, veluti Meſſiæ figura, deſtinatum ſe divinitus ab ipſo matris utero ad prophetiæ munus narrat ; addit miſſum ſe a Deo non ut annunciet tantum exitum Jacob e captivitate, ſed etiam gentium ſalutem, & ab errore ineſpiſcentiam. Quanta autem aſſulget lux feliciratis Jeroſolymæ poſt captivitatem ! Si quid malorum perpeſ-

(1) *Iſai.* 7. 3. & 8. 1. (2) *Iſai.* 8. 5. (3) *Ita Hebræi. Hieron. in Iſai.* 7. & *alii paſſim.* (4) *Iſai.* 7. & 8. 3. (5) *Iſai.* 9. (6) *Iſai.* 10. (7) *Iſai.* cap. 11. (8) *Cap.* 12. (9) *Iſai.* 13. 14. (10) *Cap.* 14. 29. (11) *Cap.* 15. & 16. (12) *Cap.* 17. (13) *Cap.* 17. 3. *&c.* (14) *Cap.* 18. & 19. (15) *Iſai.* 20. 28. (16) *Iſai.* 29. 1. *Additus annus ad annum ; Solemnitates evolvat ſuas &c. Iſai.* 31. 10. *Poſt dies, & annum vos conturbabimini.* (17) *Iſai.* 29. & 30. (18) *Iſai.* 31. (*) *Iſai.* 32. (19) *Cap.* 33. 34. (20) *Iſai. capit.* 34. 6. *&c.* (21) *Iſai.* 36. & 37. & 38. & 39. *Quatuor iſta capita e cap.* 18. & 19. & 20. *quarti Regum totidem fere verbis deſcripta ſunt.* (22) *Iſai.* 40. & 43. 11. 12. & 44. & 41. & 44. (23) *Capit.* 42.

sus est Judas, id eriminibus suis ferat accepto [1]. Prosequitur deinde persequationes & mala, quæ ipse, figuram gerens Christi Domini, a Judæis in prædicationem suam iniquioribus passus est [2]. Luctu oppressam Sion solatur, constantem felicitatem annuncians, simulque omnem transferendum in adversarios luctum prodens [3]. Apertissime, & sine ambagibus loquitur de egressu Judæorum e Babylone, excusso Assyriacæ servitutis jugo [4]. Incredulum populum suum suggillat, atque inferenda Messiæ mala omnia depingit [5]; quamquam, ait, ab illo unico salus est attendenda. Stylum deinde occupat [6] in describenda prosperitate Sionis, tamquam figuræ Ecclesiæ ; iterumque futuram gentium conversionem pollicetur, Quas habeant dotes illi, quibus felicitas promissa est, omnes describit ; nempe quicumque legi Jesu Christi morigerum se in omnibus præbuerit, ille, cujuscumque tandem conditionis fuerit, bonis omnibus cumulabitur [7]. Hæc summa eorum, quæ continentur in septima parte Operis : facile ad idem Ezechiæ Regnum pertinent.

Omnium postrema pars occupavit in adventu Messiæ, reprobatione Judæorum, & Ecclesiæ constitutione ; quidquid tandem ab Israele implendum fuerat post solutum captivitatem usque ad plane constitutam Ecclesiam, id totum Isaias prosequitur. Exordium sermonis facit ab invectiva in Duces & Pastores Juda, canes mutos & vigiles cæcos [8] ; quibus proinde furorem Domini denunciat. Vitio vertit populo & hypocrisim, & calumnias ; & divisiones [9]. Quid efficiat Deo accepta jejunia, & Sacrificia, demonstrat. Venturum polliceetur Servatorem, qui crimenbus omnibus expiatis, sanctitatem, atque fidelitatem adducet in populum [10]. Hujus autem Liberatoris verbis magnificis adventum describens, in occursum ejus venturas dicit universas orbis nationes ; qui enim ea data occasione Jerusalem sive ad Ecclesiam se conferre abstinuerit, ille in se mala omnia provocabit [11]. Munera omnia exhibet divini hujus Servatoris, ejusque Ministrorum, sicut & Regni ipsius felicitatem [12]. Quare, ait, nunquam exclamando cessavero, annunciandoque Justi seu Messiæ adventu, nisi cum primum impleta hæc omnia widero ; cum fcilicet felicitate, & benedictionibus Jerusalem universa exundabit [13].

Videre sibi videtur Messiam victoris more ex Idumæa venientem, tinctum sanguine purpureum paludamentum trahentem (14). Veniat, rogo, strenuus ille ductor, veniat fuppetias populo suo laturus, populo, inquam, suo summis calamitatibus oppresso ; Jerusalem eversæ & desolatæ & Templo igni vastato (15). Insinuare videntur hæc omnia iniquissima illa sub Macchabæis tempora, sicut & in eodem capite designari Antiochi Epiphanis persecutio & liberatio Israelis a Juda Macchabæo procurata. Roganti Prophetæ Dominus respondit, scelieribus se populi sui provocatum justo in illos furore exarsisse (16) ; quare rejectis illis, convertisse se ad aliam gentem, alienam antea, modo fidelem & domesticam. Omnia tamen prospera iterum jubet in Jerusalem. Tandem propheticam suam claudens Isaias, & reprobationem Judæorum & Sacrificiorum, atque rituum legalium vanitatem indicat (17) ; magis enim Deum delectari dicit earum virtutum, quas enumerat, oblatione. Iterum deinde Domini adventum, Gentium conversionem, obstinatorum Judæorum mala annunciat ; simulque Ecclesiam seu Christi describit sub figura Jerusalem restitutæ, quo in cultum Domini omnes undique gentes conveniant.

Hoc prophetiæ Isaiæ systema est universum, cujus *Dissert. Calmet. Tom. I.* sex priora capita ad Regis Joathan, totidem quæ sequuntur, ad Achaz, reliqua ad Ezechiæ tempora conjugantur. Illud potissimum præ oculis habuit Propheta, ut scilicet captivitatem Babylonicam, & redditum prænunciaret ; ad hoc enim potissimum destinatum se noverat ; quippe quæ duæ essent apertissimæ figuræ, exprimentes generis humani lapsum in peccatum, & futuram per obitum Jesu Christi reparationem. Ad id muneris destinatum se a Domino, ad quod antea nemo, narrat Propheta, ut captivitatem Babylonicam, & ab ea liberationem Judæis prædiceret (18). Nec sane parum juvat, quo ejus Vatis prophetiæ omnes jungantur conferanturque, ut universum ejus operis systema atque partis cum partibus affinitas exploratabeatur. Ingenue enim fateamur oportet, nihil magis obstitisse, ne Oraculorum sensus perveiretur, quam quod partes a partibus nimium haberentur distractæ, & singulæ seorsum inspicerentur, pro eo quod uno simul intuitu omnia ponerentur sub oculis. Semper enim ac objectum per partes spectatur, vix satis justa de illo formaretur idea. Omnia prius simul juncta confideranda sunt ; deinde singula inspicienda : ita enim pars partem illustrat.

In Oraculis ad Regnum Joathan, Achaz, Ezechiæ, Captivitatem Babylonicam, & liberationem per Cyrum pertinentibus unice spectatus est a Prophetæ Messiæ adventus, atque generis humani redimenda captivitas. Eo collimant omnia, idemque unicus finis prophetiæ ipsius universæ constituendus: quo amoto, obscura omnia ; minæ ejus factæ, promissiones, atque expressæ vividis coloribus picturæ omnes, seu vero majores sunt five minores ; justæ tantum & ad litteram cum Jesu Christo, ejus Ecclesia, obitu, morte, passione, & victoriis ipsius quadrant ; ceteris omnibus non nisi figurata quadam locutione conveniunt. Plus eo Prophcta, quam ceteris aliis usos fuisse Scriptores Novi Testamenti, S. Augustinus de Civit. lib. 18. cap. 29. observat, cum expressiora habeat Oracula, quorum merito Evangelista potius, quam Propheta appellaretur (19).

Recepta apud Judæos, Patrumque Ecclesiæ consensu (*) traditione fertur, Isaia ferra afflictum sub initium a Manasse Regnum interiisse. Hanc historiam erasisse e Libris Sacris, tamquam genti suæ invidiosam, Judæos accusat S. Justinus Martyr. Narrant autem, impium hunc Principem ansam parandæ viro neci sumpsisse ex eo, quod dicentem audiverat Isaiam cap. 6. 1. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum* : ex quo falsitatis Virum Sanctum Rex arguebat ex eo Moysis testimonio Exod. 33. 20. *Non videbit Deus homo, & vivet*.

Sed hæc in speciem quidem scelestus obtendit ; re enim iniquissimo erat in Prophetam animo, liberius scelera sua castigantem. Exponunt autem de illo, quod Epist. ad Hebræos 11. 37. legitur : *Secti sunt* : Nec veteres latebat hoc ferræ supplicium (20). Solebant hominem medium serrare. Addunt ex Patribus nonnulli (21), ferram illam e ligno confectam, ut proluxioni scilicet, & fœtiori fuppliciо perimeretur. Vide, si lubet, noftram Dissertationem ad Deuteronomium de fuppliciis Hebræorum. Ferunt, viri cadaver sepulturæ datum fuisse sub quercu fullonis sive *Regel*, non longe a Jerusalem ad torrentem Siloe, in latere montis Sion. Hæc omnia scimus ab Authoribus parum assertis, nempe Pseudo-Epiphanio, & Dorotheo, qui in eodem loco jacuisse Prophetam sua ipsorum ætate autumarunt. Reclamant Scriptores alii, contendentes diu antea translatum fuisse Panneadem ad fontes Jordanis, unde postea deductum ferunt Constantinopolim, anno 35. Theodosii Junioris, nempe 442. Christi, vel circiter.

(1) *Isai.* 50. (2) *Cap.* 50. 4. *&c.* (3) *Cap.* 51. (4) *Cap.* 52. (5) *Cap.* 53. (6) *Cap.* 54. *&* 55. *&* 56. 1. 8. (7) *Isai.* 56. (8) *Isai.* 56. 9. *&c.* *&* 57. 1. *&c.* (9) *Cap.* 58. *&* 59. (10) *Cap.* 59. 20. 21. (11) *Cap.* 60. (12) *Cap.* 61. (13) *Cap.* 62. (14) *Cap.* 63. (15) *Isai.* 64. (16) *Cap.* 65. (17) *Cap.* 66. (18) *Cap.* 48. 5. *&c.* (19) *Aug. ibid. Ita ut a quibusdam Evangelista, quam Prophet a potius dicendus erit. Hieronym. Epist.* 117. *Isa. Prol. in Isai. Sicque exponam Isaiam, ut illum non solum Prophetam, sed Evangelistam, & Apostolum dicam. Vide & Theodoret. Praf. in Isaiam.* (*) *Origenes in cap.* 23. *Matth. & in Epist. ad Jul. Afric. & hom. in Isai. Tertull. lib. de Patientia cap.* 14. *& Scorpiac.* 1. 8. *Justin. contra Tryphon. Clerysl. ad Cyriac. Hieron. lib.* 15. *in Isai. Auguf. lib.* 18. *De Civit. cap.* 24. *Pseudo-Epiph. & Doroth. de vita & morte Prophet.* (20) *Vide Daniel.* 13. 55. *Matth.* 24. 51. *Valerianus Max. lib.* 9. *cap.* 2. *Sueton. in Calig. cap.* 27. (21) *Juftin. in Dialog. Hieron. lib.* 15. *in Isai. ad finem.*

Plura de rebus a se gestis Isaias ipse narrat, de se tamquam figuram Christi Domini gerente scribens. Ab ipso igitur matris utero appellatum se a Domino testatur, a quo sive impositum nomen obtinuisse, vel salem Deo nomen suum succurrisse perhibet; addens accepisse, eodem donante, os velut acutum gladium scindens, & divina obumbrante manu protectum, ut sagittam in pharetra, ita se in Domini manu contineri [*]. Er. c. 50. 4. Ego, ait, docte & copiose loquendi facultate a Domino instructus, oppressis multorum rebus suppetias ferre aptissimus habeor; apertis auribus ejus instructionem avide tenens; quo vero tempore ad munus Prophetæ missus sum, vidi Dominum magnifico solio assidentem, Cherubim corona circumdatum, terram tamquam scabellum calcantem [1]. Quo territus aspectu, væ mihi, dixi, quod hucusque tacuerim, quod polluta labia habuerim, atque in medio populi polluta labia habentis fuerim; & cum talis ego, Dominum ipsum exercituum meis oculis aspexi. Ita ego mecum ipse querebar, cum unus e Cherubim ex ipso Domini tribunali advolitans, candentem lapidem ex Altaris igne deductum gereus, os meum contigit, simul addens, hujus igniti calculi piamine omnes expurgatas esse sordes, & crimina. Continuo Isaias vocis sonum exaudisse se narrat, quærentis ecquem virum suo nomine missurus fuisset? Obtulit se statim Propheta, acceptisque, ire justus est, atque denunciare populo, ut audiens non audiret, atque videns non intelligeret. Mandatis etiam oneratus est, cordi hujus populi execitatem induceret, auribus surditatem, ne forte contingeret unquam, ut ex illis oculis videret, sive auribus audiret, sive mente assequeretur: ac tandem respicientes Deum fibi, invitum licet, propitium efficerent.

Fuse alibi prosequitur aspera omnia, quæ sibi a populo fuerunt suttinenda [2]; ut corpus traderet percutientibus, maxillas barbam evellentibus, averso stare vultu ad opprobria immotus, atque sputa vilissimorum sustinens; quæ omnia mala ita constanti vultu, Domino virtutem inspirante, sustinuit, ut ferentibus esset in mediis fluctibus immobilis. Queritur cum Deo [3], frustra se laborasse, toties verba faciens ad populum pervicacem, & incredulos nactum auditores. Cui Dominus in se tantum illi esse unice confidendum respondit, a quo suus esset Propheta constitutus, non ad Domum Jacob tantummodo, sed ad universas etiam mundi nationes in viam salutis dirigendas. Addit, [4] Dei Spiritum sedem in se uno constituisse, cujus gratia immotus mœstis solandis, spe libertatis relevandis captivis, litique, qui detinentur in carcere, prænunciando anno remissionis, & diei ultionis exigendæ de hostibus populi Dei, valuisset. In his tamen omnibus de se minus, quam de Jesu Christo loquitur Propheta; quippe qui illius, & in persona, & in rebus gestis toleratisque malis figuram sustineret.

Præterendum hic duximus, occasione belli per Sennacheribum gesti quæ fuerint Itaiæ in Republica partes, quibus minis Ezechiam terruerit, & quo prodigio obtentam ab Ezechia sanitatem, & obtinendam demonstraret. Satis enim hæc omnia per se exploratissima sunt [5].

Paulo post hæc omnia, ineunte Regnum post Sennacheribum Assaradone, Isaias jussu Domini, nudis pedibus & sine vestibus (superioribus credo) triennio ambulavit, documentum ea re exhibiturus, in quas demum ærumnas deventuri essent Ægyptii, & incolæ regionis Chus, quam Vulgata reddit Æthiopiam; nos vero designare credimus partem illam Arabiæ ad latus Orientale Maris rubri, Ægypto inferiori finitimam. Hujus historiæ occasione intelligimus, saccum five habitum pœnitentiæ vulgarem fuisse Prophetæ vestem: *Solve saccum de lumbis tuis, & calceamenta tua de pedibus tuis* [6].

Cum principibus viris ita agebat Isaias, ut Principatum sentire non videretur. Achaz gravioribus verbis de impietate, & increduli animi pervicacia redarguit [7]; Ezechiam de imploratæ Ægyptiorum ope [8], atque de inani gloriolæ jactantia in reserendis thesauris suis coram Legatis Regis Babilonie [9]. Quanta autem animi authoritate audaces illos viros Sobna & Eliacin repressit [10]? Paucis verbis eximii viri characteres delineat Eccli. 48. 27. illud de ipso prodens: *Spiritu magne vidit ultima, & consolatus est lugentes in Sion*. Nec sane alio conflio excitatus videtur a Deo vir tantus, nisi ut sol vendæ captivitatis, adventus Messiæ, & vocationis gentium ipsem afflictis mortalibus faceret.

Ceteri Propheterum fere omnes nullo alio argumento de veritate missionis suæ perfuadere poterant, quam quod Oraculorum suorum fidem ab eventu peterent. Isaias, præter hæc omnia, prodigia patrandi virtute, qua plurimum fulciebat Oracula sua, præstabat. Ita & valetudinem a morbo prædicit Ezechiæ, simulque promissis sua fides stetit; neque his contentus, prodigium altero prodigio de retrogradatione solis, sive ejus umbræ cumulavit. Nec sane poterat aliter eum viro agi, quam ut sua Oracula, ab eventu, post plura demum sæcula sperando, pendentia, prodigiorum argumento stabiliret. Qui enim ea vi destitutus, auditoribus veritatem vaticiniorum, qui ipsi minime visuri essent impleta, perfuasisset? uti Redemptorem e Virgine oriturum, Babylonicam Captivitatem, ex eaque regressum &c.

Præter vaticinia sua, quæ superiore, Librum scripsit Isaias de Gestis Oziæ in 2. Par. 26. 22. laudatum. Origenes in Matth. 23. & Epist. ad Afric. S. Hieronymus in Is. 64. Epiphanius hæresi 30. & 67. Librum quemdam commemorant inscriptum: *Ascensio Isaiæ*; nec diffimilis tituli Libum apocryphum vulgatum scimus Venetiis, sub nomine: *Visio Isaiæ* [11]. Commune est enim omnium sæculorum fatum, ut magnis Viris affingantur opera tantis nominibus indigna, quibus seilicet Operi alioqui ipsemendo authoritas concilietur. Apud Judæos quoddam author reputatus Proverbium, Ecclesiastæ, Cantici Canticorum, & Libri Job a sed Ecclesiæ authoritas nil viro imponit, nisi quod inscriptum ejus nomine habemus, opus Propheticum.

Vir est S. Hieronymo omnium Propheterum tum ingenio, cum eloquii puritate præstantissimus. *Quid loquar*, addit ille, *de Physica, Ethica, & Theologia? quidquid Sacrarum Scripturarum, quidquid potest humana lingua proferre, & mortalium sensus accipere, hoc volumine continentur*. Ita ille Præfat. in Isa. Cujus nobilissimo de Viri eloquentia judicio, geminæ accedunt doctissimi quique nostræ ætatis Critici. Grotius in 4. Reg. 19. 2. ita de illo: *Huic ego Græcorum Demosthenem compare. Puritas Hebraïsmi in Isaia, Atticismi in Demosthene. Magnificus dicendi character, frequentia schemata, & maxime deinosis illa, rebus indignis, asperis, invidiosis vim addens. Sed Isaiam etiam natalium dignitas, & regia affinitas ornabant*. Quadrant in eum virum, quæ de Messala Corvino Quintilianus l. 10. c. 1. *Nitidus & candidus, & quodammodo proferens in dicendo nobilitatem suam*. Sanctius in Is. Proleg. deprehendisse sibi videtur in viro Sublimi ornationem, nitidioremque, ceteroqui autem majori pollentem gravitate & authoritate, quam in alio unquam, qui nostra ætate superfit, Historico, Poeta & Oratore. Numquam alibi invenies plus varietatis & nobilitatis, atque paris argumento dignitatis. Is est tandem in omni sermonis genere, qualis neque Græcus, neque Latinus nemo usquam.

Verso Græca Itaiæ in nostris Bibliis plurimum discrepat ab Hebræo. Quæ vertendi libertas unde nam Interpreti permitteretur, incertum. Frustra autem essemus, si omnes inter hæc duo Exemplaria variantes recensendas assumeremus, cum nimis longe a nostro argumento abduci. Lectorem detineremus nimis distractum a serie expositionis litteralis & historicæ, unice a nobis propositæ. Vide, si libet, ea de re Leonem a Castro.

CON-

(*) *Isai.* 49. 1. &c. (1) *Isai.* 6. &c. (2) *Isai.* 50. 60. (3) *Isai.* 49. (4) *Isai.* 61. 1. &c. (5) *Vide* 4. *Reg.* 18. 19. 20. *Isai.* 36. 37. & 38. & 39. (6) *Isai.* 20. 1. 2. 3. Tenent multi ita Prophetam tri-duo tantum incessisse. Vide comment. (7) *Isai.* 7. 13. (8) *Is.* 31. (9) 4. *Reg.* 20. 12. &c. *Isai.* 39. 5. 6. (10) *Is.* 22. 15. (11) *Vide Sixt. Senens. Bibl. Sacr. in l. 11.*

CONSPECTUS

Historiæ Prophanæ Orientalis a Salomone ad Captivitatem Babylonicam, ad illustrandam historiam Hebraicam in Prophetis expressam.

PRopheticum studium arduum efficit maxime imperitia, qua laboramus, historiæ earum gentium, quibuscum Hebræis commercium, sicut & illæ, quibus offundimur, tenebræ in nomina, tempora & res gestas in Scriptis Propheticis expressa. Toto eo spario ab Abrahamo ad Davidem usque excurrente, omnia plana sunt in historia Hebræorum, quippe quæ res gestas unius gentis contineat, nullo adhuc commercio cum ceteris per orbem nationibus junctæ. Nihil hic operis locandum in concilianda historia sacra cum Prophana, quæ sane tam remotam antiquitatem non vindicat. Frustra quis apud Græcos & Romanos historias quærat expeditionis Amraphelis Regis Sennaar, & Arioch Regis Ellasar, Codorla-homor Regis Elam, Thadal Regis Gentium, susceptæ in Reges Sodomæ & Gomorrhæ, aliosque Pentapolis Principes fœderatos. Nec sapientior efficieris, si apud illos ieruieris Imperium, & Monarchiam Nemrod, cererorumque post ipsum, sicut & subjectæ ab Hebræis Chananæitidis, & regionis Amorrhæorum, quorum Reges magno sane numero ii trucidarunt.

Occurrit apud Judices *Chusan Rasathaim* Rex Mesopotamiæ, de quo ne vestigium quidem apud Veteres. Nec tam magis nota apud illos Regna Idumææ, Philisthææorum, Amalecitarum, Madianitarum, Moabitarum & Ammonitarum. Quamquam aurem ignota æsseur apud illos, Regna tamen erant florentissima, negotiorum commercio cum Hebræis junctæ. Sed, dicam iterum, eo Prophanorum silentio factum est, ut studium veteris Historiæ difficultatibus expeditum multo sit promtius; quare totum negotium ad recentiorem ætatem reducitur.

David & Salomon Reges, qua rerum gestarum gloria, qua Regni amplitudine potentissimi, in historia tamen externa tantum non ignorantur. In historia quarum summorum Imperiorum, nempe Assyriorum, Medorum, Persarum, & Chaldæorum, nullus illis locus, qui unquam aliquam & amplitudine & potentia debitus, affulgnarit. Davide rerum potiente, Syriam dimidiato imperio tenebat Adarezer Rex Damasci, & Thou Rex Emath, quorum primum tributarium Hebræis, alterum fœderatum iple sibi David adjunxit (1). Neque hæc tantum; sed prorogatis ultra Euphratem Regni finibus (2), Ægyptum & Phœniciam quoties sibi populos, porentiam suam verert coegit, cererasque omnes finitimas gentes suo adjecit Imperio. Paterunt dimonis fines Salomon non tervavit tantum, sed multum etiam victoriis provexit (3). Quid tunc vastum illud Assyriorum Imperium, adeo ab amplitudine & potentia celebratum? An forte tanti hujus Regni potentia rota colligebatur in Amraphel Rege Sennaar, sive Babylonis, Arioch Rege Ellasar, Codorla-homor Rege Elamitarum, de quibus Gen. 14. & Chusan-Rasathaim Rege Mesopotamiæ, de quo Judic. 3. 8. 2 Toto a Nemrod usque ad Manahem Regem Israel intervallo (4), ex Assyriæ Regibus ne unius quidem Regis Assyriæ nomen legitur in Scriptura. Noti deinde sunt Teglathphalassar, Salmanasar, Sennacherib, & Assaradon: sicut & Merodach Baladan Rex Babylonis sub Ezechia (5). Successit post hæc omnia Nabuchdonosor, in Libris Sacris celebris, & Prophanis non ignotus. Post Nabuchodonosorem, ordine regnante Evilmerodach, Balthasar, Darius Medus, Cyrus, & Persæ. Ita plane totum schema florentissimorum Imperiorum in S. Scriptura exhibetur.

Quod ad Ægyptios attinet, quamquam remotissimam sine controversia vindicant Imperii sui antiquitatem, prima tamen ejus crepundia tenebris adeo sunt obvoluta, ut ne diiceri quidem possint. Impune omnes in eorum Dynastias inferre manum, susque eos voluntati obsequentes reddere permirruntur. Sesac omnium Regum Ægyptiorum primus arma in Judæam intulit, susceptâ in Roboamum filium Salomonis expeditione (6). Longo post tempore Pharao Necchao bello Josiam fregit (7); tandem *Hophra*, idem vir qui apud Prophanos *Aprires*, adversus arma Nabuchodonosoris Jerusalem suppetias laturus veniens, prælio victus recessit (8). Nihil ultra in Historia Sacra de florentissimo illo Regno; quæ sane minora sunt, quam satis explicandis Prophetis adjumenti ex ea suppetere nobis centeamus. Quare alibi quærenda sunt ea, quæ in obscuro versantur, ut per rectum veritatis tramitem tutius deducant.

Post bipartitam Hebræorum Monarchiam, quam primus David constituens & regens, integram deinde Salomoni filio tradidit, de florentis illius Imperii gloria plurimum detractum est, Steriit tamen aliquandiu, donec semper in deterius prolabens, armis randem Regum Assyriorum, & Babylonis cedere coacta est. Gemina hæc florentissima Imperia, accedentibus etiam pro sub jure Ægyptus, & Syriæ, diutius inter se de regionis illius possessione disputarunt. Reges Damasci nunquam ab affligendis, infestandisque Regibus Israel, & Juda cessarunt; quibus cum ie impares noscerent Hebræi, arma pro ie Regum tutus Euphraten appellarunt. Consilium illud utrique pernitiosum cessit, Syrus nempe, & Hebræis; illi enim victi in dominium victoris concesserunt, Hebræi vero ab armis Regis Damasci liberari, ipsos libertatis asserrores graviores hostibus in se experti, dominatores pati coacti sunt. Eremus post oppressam gentem immodicis victigalibus, illorum libertatem servitute commutarunt, coactoique loco cedere, in regionem Transiuphratæam identidem transtulerunt.

Dirionem Judaicam Ægyptii primo sub Roboamo ingressi sunt, ingentique ditissimaque præda relata, victores deinde in suam regionem sese receperunt. Venerunt iterum sub Josia, cum iciliect Nechao exercitum ad Euphratem ducens, transiirum a Josia, Rege suda rogavit, prohibitoque arma in ludæos intulit ea successu, ut ipsum Regem ipsam commisso prælio necaverit (9). Hujus victoriæ jure subjectam sibi Judæam omnem possidere Ægyptius autumavit; quare rerum te inde potiturn Joachaz veniens a Regno amovit, secumque in Ægyptum adduxit (10). Ejus loco suprema potestas in Joakimum ab Ægyptio collata est, onerata prius regione tributo 100. talenrorum argenti, adjecto auri talento. Nec tamen diutius Ægyptii ludæam tenuerunt; namque Nabuchodonosor Rex Babylonis armis in eam Regionem ingressus, eatam subjecit, amplioti Ægyptiorum ditione ad angustiores terminos redacta (11). Tenarunt deinde Ægyptii, ut præscripros fibra victore fines pervaderent, junctisque cum Regibus Juda armis, in Babylonios moverunt; sed fruttra illi, quin & graviora in se Regis illius arma experti, colla submittere Ægypti, Judæi vero Regni sedem ieroiolymam tradere, arque e parrio solo vertentes, in Transiuphratæa tecedere coacti sunt.

Ita inter se de imperio Palæstinæ potentissimis

(1) 2. *Reg.* 8. 3. &c. (2) 2. *Reg.* 8. 3. & 3. *Reg.* 10. 16. *Psal.* 59 (3) 3. *Reg.* 4. 24. & 9. 17. &c. (4) 4. *Reg.* 15. 19. (5) 4. *Reg.* 20. 11. 12. (6) 3. *Reg.* 14. 25. (7) 4. *Reg.* 23. 29. (8) *Jer.* 44. 30. (9) 4. *Reg.* 23. (10) 4. *Reg.* 23. 30. 31. (11) 4. *Reg.* 24. 6. 7

illis Regibus exercentibus; mutuas ſimultates Reges Iſrael, & Juda exercebant; concurrebant etiam aliquando Reges illi cum Philiſthæis, Idumæis, Ammonitis, & Moabitis. Quibus veluti crebris levibuſque velitationibus vires utriuſque partis etiam atque etiam affligebantur, ut faciliorem moventibus in regionem illam victoriam tandem præbucrint. Sed ea de re integram dabimus diſſertationem ante duodecim Minores Prophetas.

Hæc de univerſa Hebræorum hiſtoria attingere viſum eſt nobis, ſub uno veluti conſpectu exhibentibus rei geſtæ ſeriem a Davide uſque ad captivitatem Babylonicam, ſimul oſtendentibus, quid fuerit hujus gentis cum aliis Regnis affinitatis. Sed fuſius ſingula proſequamur oportet; quare poſt relatam prophanorum Authorum hiſtoriam, ſimul jungemus ea, quæ apud ſacros Authores, ſicut etiam apud Prophetas, leguntur. Plura namque apud hoſce poſtremos ſuccurrunt, fruſtra alibi quærenda, quippe qui non intra Judææ ditionis fines tantummodo Prophetam agere ſuſtinuerunt, ſed aliarum etiam gentium futuros eventus prævidentes, annuoejandos illos aggreſſi ſunt. Id maxime ſpectatut in Jeremia, e multiplici Oraculorum ad gentes ſpectantium varietate, Prophetæ gentium jure meritoque nuncupato.

§. I.

Imperium Aſſyriorum.

Conſtitutum a Nino filio Beli Aſſyriorum Imperium in Aſia majori duravit, authore Herodoto lib. I. cap. 95. ſpatio 520. annorum. Ninus Regnum habuit, five juxta nonnullos [1] 52. annos, five juxta alios 17. tantummodo [2]; quo temporis intervallo dilata eo authore pomeria, atque magnificentiis ornata urbs Ninive, diu ante opera Nemrod [3], conſtructa. Uſſerius componit Nini exordia cum A. M. 2737. ſub Judicibus Debora & Baraeh.

Vacuum obitu Nini Regnum Semiramis ejus uxor adiens 42. annis tenuit, fœmina auctо Imperio Aſſyriorum, quod florentiſſimum Niniæ filio reliquit, illuſtris. Hujus aliquoi celebratiſſimæ Monarchiæ, Nini, & Semiramidis, ceterorumque poſt ipſos, ne verbum quidem in Sacra Scriptura, niſi cum ſub Prophera Jona Regem quemdam Aſſyriæ, ſed ſuppreſſo nomine, meminit [4]. Porro ibi Urbs Ninive exhibetur amplitudine florentiſſima, cui nihil deerat ad delicias, & voluptates. Acceſſit tamen, ut Jona ad pœnitudinem de criminibus voluptuoſum populum revocante, Rex inſignibus dignitatis ſuæ depoſitis, atque ſæco indutus, ſua & ceterorum ſcelera cineri inſidens lugeret, indicto omnibus jejunio tam hominibus quam jumentis. Principis exemplum ceteris ſecutis, Deus tot lacrymis flexus imminenti in ipſos flagello abſtinuit. Legitur etiam alter Rex Ninive, nomine *Phul*, ſub Manahem Rege Iſrael, 10. circiter annis poſt Jonam. Is igitur ditionem Iſraelitam ingreſſus [5], ut ſuis partibus faveret a Manahem collatis 1000. talentis argenti invitatus eſt. Ad illum ſpectant verba Oſeæ 5. 13. *Et vidit Ephraim languorem ſuum, & abiit ad Aſſur, & miſit ad Regem ultorem.* Sulpicantur nonnulli, *Phul* five cum Patte *Sardanapali*, five cum eodem ipſo Sardanapalo, veteribus Scriptoribus notiſſimo, confundendum. Fatemur quidem, Patrem hujus Regis *Anacindaxarem* five *Andaxarem* appellari Athenæo lib. 12. cap. 7. ſed non unum fuiſſe ejus gentis veruſtiſſimis Regibus nomen, ſimulque externa virorum nomina miſere a Græcis corrupta, conſtat.

Auctis in immenſum Ninivitarum criminibus ſub Sardanapalo, Deus ejuſdem gentis adverſarios in Illos armavit. Arbaces Mediæ Præfectus [6], indigne ferens Principem in intimis aulæ receſſibus voluptatibus tabeſcentem, fœdere inito cum Beleſi Præfecto Babyloniæ, ambo excutiendi fœdiſſimi jugi conſilium ſuſceperunt. Quare ingenti comparato exercitu, Ninivem aſcta obſidione prementes, in eas anguſtias miſerum Principem redegerunt, ut uno eodemque loco divitias ſuas omnes, Regium Palatium, ac ſe tandem concremaret [7]. Diviſo igitur inter Arbacem & Beleſim Imperio, illi ceſſit Media, quam liberam pronunciavit, huic Babylon, ubi 14. annis regnavit. Ninivem permiſerunt Nino Juniori, veterum Aſſyriæ Regum hæredi, qui priſcæ Monarchiæ gloriam non indigne ſuſtinuit. Ita factum eſt, ut e reliquiis veteris Monarchiæ Aſſyriorum tria formarentur Imperia, nempe Ninive, Babylonis, & Medorum: De ſingulis impræſentiarum agendum eſt, ut quæque rerum cum Judæis ſocietatem aliquam habuerunt.

Beleſis apud Iſaiam 39. & 4. Reg. 20. 12. Baladan, apud Prophanos Nabonaſſar [8], conſtituto Babylonize Imperio ſedem Regni habuit Babylonem urbem diu antea ab Aſſyriis conſtructam [9]. Marodach Baladan, filius five nepos Beleſis, conſuetudine junctus videtur cum Ezechia Rege Juda, quocum de obtenta ptodigio valetudine gratulatum Legatos miſit [10]. De ceteris Babyloniæ Regibus uſque ad Aſſaradonem ne verbum quidem ultra in S. Scriptura.

Ninus junior, qui labentem Aſſyriæ, & Ninive Monarchiam ſuſtinere permiſſus eſt, in Scriptura appellatur Teglathalaſſar [11]. Imperium habuiſſe videtur toto Oriente celebratiſſimum, cum Ezechias Rex Juda ſuppetias imploraturus contra Raſim Regem Damaſci, & Phaeee Regem Juda, non alterum quam illum Regem adivit. Venit illico, adductoque ipſe per ſe in Damaſcum exercitu, urbem delevit, Regem occidit, incolaſque omnes ultra Euphratem deduxit, ac tandem Regni Damaſceni five Syriaci nomen ipſum extinxit. Verſis deinde armis in ditionem Phacee Regis Iſrael, præſio victum parte ſubjectarum Tribuum deducta in Tranſeuphratæam privat. Jure dein victoriæ verſus in Achaz, quo provocante in finitimos Judææ Reges armaverat, ut armis ab ipſo parceret, conceſſa Sacri Ærarii præda tantum impettatum eſt. Vectigalis igitur Achaz Aſſyriis manſit; quod anſam dedit ſubinde Aſſyriis, ut in Judæam deinde venientes, paulatim prius & per partes, ac univerſam tandem everterent.

Salmanaſſar rerum potitus poſt Teglathalaſſarem in Syriam veniens A. M. 3280. Moabitidem deſolavit, juxta vaticinium ante triennium ab Iſaia 16. 1. factum. Secundum hæc, Syriam obſidens, triennii patientia tandem expugnavit; eaque obtenta victoria, reliquas Tribus in Tranſeuphratæam traduxit [12]. Is exitus Regni Iſrael anno 3283. Ne eodem fato Ezechias Rex Juda obvolveretur, ſingulari Dei providentia factum eſt; quamquam non ita ejus injurias evaſit, quin vectigalibus pendendis Salmanaſari, quemadmodum Achaz deceſſori, cogeretur. Ita redux Salmanaſar victorem exercitum Ninivem reduxit.

Sed vix depoſitis armis, novam itetum expeditionem in Paleſtinam ſuſcepit, ferendis ſuppetiis populis Gitthæis ab Elulæo Rege Tyri oppreſſis [13]. Porro Gitthæos ipſos eſſe Cyprios Scaliger arbitratur; vel Philiſthæi ſunt, & maxime Gethæi, uti Uſſerio magis probatur ad An. 3287. Vicit pariter Phœnices: quibus rebus compoſitis Ninive tandem quievit.

Paulo poſt plurimis maritimis Urbibus, excuſſa Tyriorum dominatione, ad Aſſyrios rebellantibus, ut novos ſubditos Salmanaſar ſuſtinceret, accepta ab illis claſſe 60. ſive 70. navium, inſtructa 800. nautis Phœniciis, cum Tyriis 12. Naves ducentibus prælium init; a quibus victus diſſipatuſque, in poteſtate hoſtium 900. ſuorum captivos reliquit. Quare temperavit quidem a ſuſcipienda Tyri obſidione, ſed diſpoſitis ad fontes militibus, aqua prohibere cives conſ-

(1) *Jul. Aſric. & Euſeb.* (2) *Diod. l. 2. Dionyſ. Halicar. hiſt. Rom. initio.* (3) *Geneſ. 10. 9. 10.* (4) *Jona* 3. 5. Florebat Jonas ſub Regibus Ozia Rege Juda & Jeroboamo II. Regе Iſrael circa *A. M.* 3180. (5) 4. *Reg.* 15. 19. & 1. *Par.* 5. 26. (6) *Vide Athenæum ibidem.* (7) *Vide Cteſiam, & Uſſer. ad A. M.* 3254. (8) *Hipparch. Ptolem. Cenſorin.* (9) *Iſai.* 23. 13. (10) 4. *Reg.* 20. 12. (11) 4. *Reg.* 15. 29. & 16. 7. 10. & 18. 1. *Par.* 5. 6. & 2. *Par.* 28. 20. (12) 4 *Reg.* 17. 3. & 18. 11. (13) *Vide Menand. apud Joſeph. Antiq. lib.* 9.

conatus est. Eluserunt Regis conatus Tyrii, effossis in ipsa Urbe puteis. Hujus temporis sunt infausta illa Isaiæ in Tyrios vaticinia, in capite 23. relata. Ita vexato turbata regione, Ezechias opportunum sibi duxit ut arma in Philisthæos inferret, de quo bello lege 4. Reg. 18. 8. & Joseph. Antiq. l. 9. cap. penult.

Sennacherib rerum post Salmanassarem potitus, bellum in Asiam universam, & Ægyptum intulit [1]; quo ita occupato, uti facile credimus, Ezechias excutiendi jugum Assyriorum, ac denegandi Sennacheribo vectigalia occasionem captavit. Quo autem Assyriorum arma faciliùs sustinerent, fœdus iniviſſe in communem hoſtem eum Regibus Ægypti, & Chus in Scriptura inſinuatur [2]. Venit igitur in Judæam Sennacherib; occupatiſque præcipuis ejus regionis Urbibus [3], & facile in itinere Damaſco ſubacta [4], ab obſidione quidem Jerulalem temperandum duxit, ratus malum ab ipſa radiee exterminandum. Quare omnem Ezechiæ ſperandi anſam præciſuros, redigendis in ordinem Ægyptiis arma convertit. Id bellum triennio occupavit Aſſyrios, juxta Berosum apud Joſeph. Antiq. l. 10. cap. 1. quo temporis intervallo Ezechias muniendæ Urbi, ut diuturnæ obſidioni par eſſet, nihil reliquum feeit [5]. Poſt triennium Sennacherib, ducto ex Ægypto in Judæam exercitu, meridionalis oræ Urbes obſidendas ſuſcepit; fruſtra nonnullas; quaſdam vero non pœnitendo labore. Metuens igitur Ezeehias, ne quid ſibi deterius contingeret, ſtatuit pretio ſoluto periculum redimere. Numeravit protinde Regi 300. talenta argenti, & 30. auri [6]; ſed ne ingenti pecunia alter contentus, quamquam alioqui non majorem ſummam antea exegiſſet, miſſo Rabſace Regem ad deditionem ſollicitavit. Sed Iſaias tetritum; minis Aſſyrii legati Ezeehiam confirmatum, adjecta promiſſione de liberanda mox a perienlo Urbe, atque evacuanda hoſtilibus regione, re negata temittere Rabſacem juſſit [7]. Oraeulo ſua fides; nam oeeurrentem Sennacherib Tharaeæ Regi Chus, ſuppetias Ezeehiæ ferenti, Angelus Domini ſilentio exercitu exuit, ad 185000. Aſſyriorum trueidatis (8). Ea elade affectus Sennacherib, actutum Babylonem ſeſe reeepit, ubi ipſo ſuorum filiorum gladio interemptus eſt 55. diebus, poſtquam Ninive revertiſſet.

Primo ejus belli anno Ezeehias lethali morbo correptus, nuncium futuræ mortis ab Iſaia non ſine lacrymis exeepit. Ejus tamen dolore permotus Deus, Prophetæ verbis renuneiatæ ægro juſſit, ſe quindeeim annorum ſpatio ejus vitam protogaſſe; cujus veritatis nili pignus aeciperet in prodigio umbræ ſolis ſeptem lineis reeedentis (9). Ejus prodigii famam Babylonem uſque delata Regem Merodaeh-Baladan excitavit, ut miſſis Jeroſolymam Legatis gratulatum veniret Ezeehiæ de impetrata valetudine, ſimulque de veritate vulgati jam prodigii quæſiturus (*). Ea legatione Rex plus nimio ſibi adblanditus, & Legatos aeceepit honoriſiee, & tndulgentia in ipſos quadam eheiatoros Regiæ domus omnes eorum illis expandit. Rem graviter tuliſſe Deum Iſaias Prineipi manifeſtavit, ſimul denuneians futurum, ut divitiæ ipſius omnes in poteſtatem Babyloniorum venirent (10).

Oeeiſo igitur parricidio Sennaeherib, fœdati patrio ſanguine filii Regno earuetunt, coacti ſalutem ſuam in montibus Armeniæ fuga quærere. Regno igitur ſuffectus eſt Aſſaradon, alter ex ejus filiis (11), *Saragon*, vel *Sargon* appellatus Iiai. 20. 1. Regnum ad 29. annos protogatum illuſtravit expeditione in Philiſthæos, atque opera Tarthani eopiarum ſuarum Imperatoris capta Azotho urbe illarum gentium non infima (12), movit etiam in Ægyptios, regionem Chus (13), & Idumæam (14), illatæ ab illo injuriæ in Sennacheribum patrem ultionem ex petiturus. Tandem capta Jeroſolyma, ejus Regem Manaſſem captivum deduxit Babylonem (15); quamquam ejus expeditionis tempus multo ſerius, quam priorum illarum eonfignandum eſt. Tandem Imperium Babylonicum antea diſtractum, defeieentibus ex genere Beleſis hæredibus, ſibi nec ſine armis vindieavit, quemadmodum ex Iiaia 23. 13. conſtat. Miſſos etiam ſeimus ab eodem Rege Saeerdotes Domini ad inſtruendos Cuthæos, quorum eoloniam Salmanaſar in Samaritidem duxerat (16). Manaſſes e captivitate Babyloniea eodem, quo adductus eſt, anno redux, Jeroſolymam venit (17).

Saoſduehin poſt Aſſaradonem Regno ſuffectus, 20. annis juxta Ptolemæum rebus præfuit. Idem eredidit tur, qui Judith 1. &c. Nabuchodonoſor appellatus eſt; idemque qui poſt ſubactum Arphaxadum Regem Medorum, nempe Dejoeem, juxta Herodotum lib. t. eap. 102. univerſi ſibi Orbis Imperii proeurandi eonſilium agitavit. Miſſo ea de re Holoferne eum validiſſimo exercitu in Syriam & Paleſtinam, eum eas provincias brevi ſubactum iri putaremus, eonſilio fruſtratus eſt. Namque obſidens Bethuliam Holoſernes neci traditus eſt, atque diſſipatus fugatuſque exercitus, juxta ae in Libro Judith, non ſine difficultatibus tamen alibi in examen revoeandis, narratur (18).

Chinaladon, alio nomine Sarae, duo ſimul Imperia, Aſſyrium & Babylonieum, poſt Saoſduchin habuit, eui nihil fuit, quantum ſeimus, eum Judæis negotii; ſed bellum eontra Nabopolaſſarem Satrapam Babyloniæ & Aſſyriæ filium Cyaxaris Regis Medorum ſuſtinuit (19). Appellantur duo illi Principes in Scriptura (20), *Nabuchodonoſor*, & *Aſſuerus*. Mutuo fœdere conjungebantur ex nuptiis initis inter Amyit filiam Aſtyagis, & Nabuehodonoſorem filium Nabopolaſſaris. Horum igitur copiis arcta obſidione concluſus in urbe Ninive Chinaladon, tandem & Imperium & Urbem dedere coactus eſt. Ita bipartitum iterum Imperium, eum Nabopolaſſar Ninive & Babylone, Cyaxares in Media finitimiſque provinciis regnaret.

§. II.

Imperium Chaldæorum.

NAbopolaſſar ad Regnum evectum Nabuehodonoſorem filium ſuum in Syriam & Paleſtinam miſit, eujus armis in tranſitu præſidium Carchemiæ urbis ad Euphratem, a Neehao Rege Ægypti relictum, deletum eſt (21). Producto deinde in Judæam itinere, captus Joakim filius Joſiæ Regis Iuda (22), non prius dimiſſus eſt, quam regionem tributariam faeeret (23). Triennio victoris legem Ioachimus ſuſtinuit. Dein ratus expeditionem in Ægyptios & Aſſyrios mox parandam Regem detinere, impoſitum jugum exeuſſit. Sub idem tempus contigit, immanem illam ſtaeuam ex variis metallis conflatam Nabuehodonoſori per quietem demonſtrari, eujus myſtiei ſomnii omen Daniel. 2. 1..... 46. explieavit.

Aeeitus igitur ea oeeaſione iterum in Judæam Nabuehodonoſor, ad urbem Ieroſolymæ eum exercitu ſueeeſſit; eaque expugnata perduellionis reum loakimum oeeidit, atque vaeuo Regno *Jeahin* ſive *Jechoniam*, alio nomine *Coniam*, impoſuit. Mox vero præſtitæ in Judæos indulgentiæ pœnitens, amotum Ieehoniam Babylonem eduxit una eum parte Optimatum & Civium ejuſdem gentis imperavit. Suffectus eſt tamen Regno atque Ieroſolymæ relictus Sedeeias patruus Iechoniæ, Anno 3405.

(1) *Berosus apud Joseph. Antiq. l. 10. cap. 2.* (2) *Isa. 30. 2. & 37. 9. 13. & 4. Reg. 19. 9. & 18. 24.* (3) *Id. c. 10. 28. 29. & 4. Reg. 18. 13.* (4) *Vide Comment. Isa. 17. 1.* (5) *2. Par. 32. 2.* (6) *4 Reg. 18. 14.* (7) *4. Reg. 19. 21. &c.* (8) *4. Reg. 19. 35.* (9) *Vide 4. Reg. 18. & 19. & 20. Isa. 36. & 37.* (*) *4. Reg. 20. 12. & 2. Par. 32. 31.* (10) *Isa. 38. & 39. & 4. Reg. 20. 12.* (11) *Id. 38. 36. &c.* (12) *Isai. 20. 1.* (13) *Isai. 20.* (14) *Isai. 34.* (15) *2. Par. 33. 11.* (16) *1. Esdr. 5. 2. 10.*

(17) *Usser. ad. A. 3327.* (18) *Vide Prolog. in Judit.* (19) *Alexan. Polyhist. apud Synsel. Vide Usser. ad A. M. 3378.* (20) *Tobit. Dan. 20. 1.* (21) *Vide Jerem. 46. 2.* (22) *4. Reg. 24. 1.* (23) *A. M. 3398.* Hic ſtatuendum exordium 70. annorum, captivitatis a Jeremia ſæ. 1. 3. 11. 12. & 26. 1. prædictæ. Quo ſimul anno Daniel cum aliis pluribus captivus Babylonem deductus eſt *Daniel. 1. & Jer. 25. 1.*

Secundum hæc, Nabuchodonosor ne diutius Babylone quietus maneret, certioi factus est, Phœnices, Syros, Ægyptios, Arabes, Judæos excusso jugo rebellasse. Quare statim Jerololymam se conferens, expugnare urbem aggressus est. Accepto vero nuncio, auxiliares copias pro Judæis ab *Apria* Rege Ægypti, in Scriptura *Pharaone Hophra* [1] sive *Ephree*, deduci, arma in illum vertit, atque prælio victor, juxta vaticinium Jeremiæ loc. cit. iterum profequuturus urbis obsidionem se contulit. Biennii labore circiter eandem Jerosolyma expugnata est A. M. 3416. simulque fuga dilapsus Sedecias, tandem captus in urbem Reblat ad Nabuchodonosorem rapius est. Cum miser coram Victore stetisset, coactus jugulatos ante se filios tristi spectaculo sustinere, ac tandem ipse luminibus orbatus atque catenis onoratus, Babylonem translatus est, ubi diem clausit extremum. Jerusalem funditus everla, Templum in cineres favillasque redactum, Optimates in Transeuphratæam deducti miserum rei humanæ spectaculum exhibuerunt. E gente florentissima vices tantum calones sub Præside Godolia filio Ahicam in provincia relicti sunt (2). Sed Godolia demum proditione Ismaelis filii Nathaniæ occiso, reliqui populi pars in Ægyptum una cum Jeremia sese receperit [3]. Quod autem remanserat populi, nonnullis post annis a Nabuzardano Babylonem transferri contigit [4].

A. 35:9. nempe triennio post captam Jerosolymam, obsidio Tyri a Nabuchodonosore suscepta est; quam Urbem post 12. annorum patientiam tandem decimo tertio obsidionis anno expugnavit. Nec tamen totis illis duodecim annis ab aliis bellis vacavit, cum & moviſſe illum in Sidonios, Ammonitas, Moabitas, Idumæos arma constet (5). Harum expeditionum historiam frustra aliis quærendam legas apud Prophetas Jeremiam 43. & 44. & 46. Ezechielem 26. & 27. & alios, ut & Abdiam toto capite. Demum ab occupatione Tyri liberatus Nabuchodonosor, arma & delolationem in universam Ægyptum intulit (6). *Apries* sive Ephræus ab Adversariis interemptus [7], vacuum Regnum æmulo suo Amasi reliquit. Interim Nabuchodonosor ingenti reducta captivorum præda, Babylonem reversus est.

Tot igitur inflatus victoriis Nabuchodonosor, ambitiosum illud cepit consilium, ut Babylonem superbissimam Universi Urbem redderet. Quare opera supra fidem ingentia molitus ita se suspiciebat, quasi supra mortalium omnium conditionem ascendisset. Deus, ut elatos illos spiritus pondere aliquo deprimeret, somnium capienti per quietem ostendit ingentem quandam arborem [8] mox succidendam. Continuo vero Rex emotæ mentis factus, integro septennio ad bellux conditionem redactus est (9). Tandem ad sanitatem mentis revocatus, non diu post obiit anno Regni 43. A. M. 3443.

Evilmerodach ad supremæ evectus, Regnum biennio, juxta Berosum, tenuit. Jechoniæ Regi Juda parcens, virum libertati restituit [10]. Post ejus obitum Regnum ad Balthasarem filium devolutum est, cujus tempore Daniel quatuor Imperiorum successiones, & eventus omnes per visum spectavit (11). Eadem nocte, qua vasa Templi Domini prophanaverat, gravem in se Dei manum expertus Balthasar interemptus est [12]: assumpsitque ad Regnum Darius Medus, alio nomine Astyages avus Evilmerodachi (13). De Dario Medo nos in articulo sequenti.

Antequam vero Nabuchodonosoris successores relinquamus, operæ pretium est animadvertere, Historicos prophanos neque inter se neque cum Historicis Sacris latis in ea re convenire. Megasthenes apud Eusebium Præp. lib. 9. cap. 41. statuit Evilmerodachum filium esse & successorem Magni Nabuchodonosoris, simulque interfectum narrat Neriglissoris, fratris uxoris suæ proditione. Neriglissor post occupatum 4. annis Regnum, permisit Labassoarasco; isque postremus proditione conjuratorum correptus est. Dein assensu eorumdem conjuratorum Nabonidus Babylonius, sive Nabannidoch aut Labinith, juxta Herodotum, ex ipsis unus ad Regnum evectus est. Porro vir iste nulla sanguinis affinitate conjunctus erat cum Laborosoarchiodo sive Labassoaracho. Cyrus Nabonidum bello victum cum in potestatem suam redegisset, humanissime habitum in Caramaniam relegavit. Eadem, sed fusius, narrat Berosus apud Josephum contra Appion. lib. 1. pag. 1045. Interfecto, ait ille, merito scelerum & erapularum suarum, post duos Regni annos Evilmerodacho successere Nabuchodonosoris, proditor ejus & uxoris frater Neriglissor Regnum quadriennio occupavit. Huic jure filii successit puer adhuc Laborosoarchodius in quo fævæ & pernicioſæ indolis apparentibus indiciis, conjurationæ facta post novem annos Regni sublatus est. Regnum deinde ad Nabonidum, a genere Regio alienum, delatum, quo cum anno Regni ipsius 17. Cyrus Rex Persidis consligens, secundo bello superior, atque devicto Rege cum reliquis copiarum Borsippum confugiente, Babylonem sibi jure victoriæ adjecit. Ea Cyrus potitus, statim exterioribus mœnibus, metu ne quid validioribus munitionibus confidens auderet, dejectis, recta Borsippum cum exercitu contendit. Nabonidus sustinendæ obsidioni imparem se ratus, victoris Cyri manibus se committens miſereiordiam imploravit. Nec fruſtra; cum ab illo habitus humaniter, Caramaniam reliquæ vitæ sedem obtinuit.

Omnia hæc nomina, tum & tempora conciliati eum Historia Sacra atque Historicis de rebus Cyri agentibus, vix ac ne vix quidem possent. Nec plane mirandum est, si tanta hodie varietas apud Historicos de rebus gestis ejusdem Principis appareat, cum jam inde ab ætate Herodoti (14), qui sane vetustissimus est ejusdem argumenti Historicus, ejusdem Regis gesta tristarie narrarentur. Intanta sententiarum varietate ipse se quod probabilissimum videbatur, elegisse professus est; sed numquid proinde veritatem tenuit? An forte illo posteriores ætate Megasthenes, & Berosus meliora prodiderunt? Omnia nos quæ apud Auctores veteres leguntur, afferemus in medium; conabimur deinde singula suo ordine digerere, atque certos quosdam historiæ articulos eligere, omnibus assertos, neque Systemati Historico Scripturæ repugnantes. Sed altius historiæ exordium repetendum est.

§. III.

Imperium Medorum.

MEdi usque ad Sardanapalum Syriæ Principibus subjecti, post defectionem Arbacis, atque coactum ab illo vitam sibi Sardanapalum adimere, in libertatem, eodem agente Arbace, restituti sunt (15). Primus Auctor constituitæ Medorum Monarchiæ 350. annorum spatio duraturæ, Justino auctore, sive juxta Herodotum 150. tantum (16), is habetur. Post illum nuda quatuor Regum Mediæ nomina, apud eumdem Herodotum, scilicet Dejoces, Phraortes, Ciaxares, & Astyages. Diodorus Siculus l. 2. decem recenset; Eusebius & Syncellus octo. Fatetur tamen Herodotus, Medos ante Regnum Dejocis liberos non exiguo temporis spatio mansisse. Porro Dejoces & urbe Ecbatanis condita (17), & armis ad fluvium Halym usque provectis claruit. Regnasse fertur annis 53. Illum excepit Phraortes, adjectis Imperio Medorum Persis illustris; unde exordium cœpit Regnum Medo-Persicum, de quo Auctores nonnulli (18). Successit ordine Cyaxares, a quo capta Ninive auctumque dispendio Imperii Ninivitici Medorum imperium. Idem creditur cum priori *Dario* Medo apud Æschylum. Filio Astyagi, viro in historiis celebratiſ-

(1) *Jerem.* 44. 30. (2) *Jerem.* 40. 5. (3) *Jerem.* 43. & 44. & 46. (4) *Jerem.* 52. 30. (5) *Joseph. Antiq.* l. 10. c. 11. p. 345. *Ezech.* 25. (6) *Vide Ezech.* 29. & 30. & 31. (7) *Jerem.* 44. 30. *Ezech.* 32. 14. 20. &c. (8) *Daniel.* 4. 7. (9) *Daniel.* 4. 32. 33. (10) *Jerem.* 52. 31. (11) *Dan.* 7. & 8. (12) *Dan.* 5. 30. (13) *Dan.* 5. 30. 31. *Isai.* 13. 17. &c. (14) L. 1. c. 95. (15) *Justin.* l. 1. c. 3. (16) *Herod.* l. 1. c. 130. (17) *Herod.* l. 1. c. 130. (18) *Vide Marsham. Can. Ægypt. Sæcul.* 18.

lebeatissimo, Regnum reliquit; qui sane Astyages alteram e geminis filiabus Amyit nuptui tradidit Nabuchodonosori magno; quo conjugio natus Evilmerodach Rex Babyloniæ (1). Filiam alteram Mandanem duxit Cambyses Rex Pertidis (2); e qua natus Cyrus. Avus igitur maternus pari gradu fuit Astyages Cyrisimul & Evilmetodachi. Caruisse filiis Astyagem Justinus non obscure asserit; sed Cyaxarem unicum filium fuisse illi tribuit Xenophon, Regni deinde successorem; quocum nos conveniamus opottet, ut historia Sacra cum Prophana concilietur.

§. IV.

Persarum Imperium.

CYrus Filius Cambysis, dominationis Medorum pertesius, Persas in idem defectionis consilium una secum armavit; ductoque contra Astyagem avum tuum maternum exercitu, Regem prælio victum vivum servavit, simulque donavit Hircaniæ Præfectura, illud sibi in præmium victoriæ capiens, ut Persas in libertatem, Medos tributarios redderet. Verum urbes Medorum jam Imperio subjectæ, brevi Persarum jugum exeutientes, arduum Cyro negotium effecerunt (3). Is ramen reductis, arma vertit in Babylonios, quibuscum fœdere junctus Crœsus auxiliares copias ducens, victus fugatusque iter in suam regionem vertere coactus est. Quare Cyrus bellum Babylonicum persecutus, eum tandem omnia composuisset, expeditionem suscepit in Crœsum, nec sane ceteris ipsius victoriis inferiorem. Hucusque Justinus: paria ferme Herodotus l. t. c. 178. quamquam bello Babylonico prævertit expeditionem in Crœsum, & in Lydiam. Addit insuper l. 1. c. 74. 77. Regnum Babyloniæ tunc habuisse Labynithum; ac Cyrum levi quidam de causa adductum, Gindum amnem in 360. canales dissipatse; quo tandem opere peracto, Babylonem eum exercitu venit, ubi prælio hostes fractos intra urbis mœnia necessariis omnibus refertissima concluse.

Cum itaque prorogari diutius obsidionem intelligeret, Euphratis aquas per expressos canales in lacus quosdam circumjacentis agri deduci jussit. Ita demum tranatu facilem amnem reddens, per ejus alveum, & cataractas aquam in urbem deducentes, ipse eum exercitu intestina penetravit. Eo stratagemate eitra sanguinis dispendium in potestatem victoria venit Babylon, urbs illa foli vastitate amplissima, adeo ut exercitus hostium media illius tenens in extremis ejus angulis versantes cives lateret. Accidisse vero hæc narrat Herodotus, qua die annuæ cujusdam solemnitatis recurrentis Festum Urbem totam occupabat. Ita Herodotus, qui de Labynitho Rege Babyloniæ, nihil ultra prodit.

Xenophon pluribus adjectis Cyri historiam ornavit, quippe qui optimi Regis exemplar in Cyro tradendum potius quam texendam ejus Regis historiam sibi propositerit (4). Apparet ille quidem historiam ex Herodoti fide tenuisse, eui plura de suo adjicienda censuit (5). Tradit Cyrum parentes habuisse Cambysem Regem Persarum, & Mandanem filiam Astyagis Regis Medorum: filet etiam qua deinum ratione populus adhuc ille expositus, adhuc tamen fortunæ beneficio servaretur, ac deinde ab Astyage avo agnoseretur. Illum enim 12. annis natum deductum ad aulam Astyagis una cum matre sua Mandane commemorat. Dein ad Cambysem Patrem in Persidem rediit. Secundum hæc, Astyage Rege Medorum vita functo, Cyaxares filius succedit. Porro neque de hoc filio, neque de regio titulo Cambysi Patri Cyri donato, ne verbum quidem apud alios historicos. Historiam suam prosequutus Xenophon, addit l. 3. *Dissert. Calmet. Tom. I.*

Assyrios Reges post prorogatum imperium in Syros, Arabes, & Hircanos consilium agitare cœpisse de subigendis Medis, quos unice victoriarum suarum curtus potentia sua refrenasse arbitrabantur. Hæc iubodoratus Cyaxares Rex Medorum, muniendum se duxit contra potentissimum adversarium, qui per se formidabilis vires etiam augere molicbatur, advocatis in societatem belli Lydis, Caribus, Phrygibus, Paphlagoniis, Indis etiam & Cilicibus. Cyrus ætarem agens 40. annorum a Patre Cambyse cum 30000. Persarum missus, arma cum avunculo Cyaxare junxit. Primo igitur bellum illatum in Regem Armeniæ, quem victum amicum & fœderatum Regibus Medotum reddidit (6). Pari etiam successu movit in Chaldæos, quos cum Armenis reconciliavit; pari etiam cum Assyriis, quos prioti prælio affixit.

Rex ille Assyriæ, de quo Xenophon, dubio proeul habendus est Evilmerodachus, sive Balthasar; nullus enim tunc alius Assyriis Rex præfuisse potest. Vix autem probabile credimus, quod de victoriis Regis Babyloniæ in Syros, Arabes, & Hircanos, sicut & de suscepto consilio expeditionis in Medos, narrat. Diu enim antea Nabuchodonosor Imperio suo adjectas illas provincias hæreditatio jure ad filies transmiserat, qui sane ne cogitasse quidem de augendo Imperio videntur. Quæcumque autem fuerit inovendi arma in Babylonios apud Medos causa, factum constat: nec sane minus creditur, Cyrum ab exercitu non abfuisse; namque fatidico quodam effato, quod Nabuchodonosor aliquanto ante obitum suum tempore prominciavit, hæc potissimum referuntur: *Medus Persicus* (Cyrus) *venies, qui dorsum cervicibus vestris jugum imponet. Atque hujus cladis auctor etiam erit Medus, qui ante Assyrii magnopere gloriabantur* (7). Bellum hoc Medorum & Persarum in Babylonem non obscure exprimitur Isa. 13. & 14. & 21. & 45. & 46. & 47. item & Jerem. 50. & 51.

Sed ad Xenophontem regrediamur, Cyaxares & Cyrus ex hisce in Assyrios victoriis prosperum capientes omen, Babylonem deducere exercitum statuerunt (8). Prius tamen illata a Cyro arma in Crœsum Lydiæ Regem (9), cujus expeditionis historiam suse prosequitur Herodotus, Xenophon, aliique; nos vero, utpote a nostro argumento alienam, præterendum duximus. Secundum hæc, ductus a Cyro in Babylonem exercitus, Phrygas, Cappadoces, Arabes in ipso itinere subegit (10), propiusque tandem accedens Babylonem, castra ad ejus mœnia locavit. Capta stratagemate Urbs, quemadmodum supra expotuimus; namque per expressos canales ducta Euphratis aqua in fossas, opus Semiramidis diu ante Babylone regnantis, amni alveus tranabilis factus, exercitum hostium per cataractas in urbem admisit, quo die læta teeurrentis anni solemnitas eives habebat occupatos. Rex Babyloniæ in ipsa aula occisus est, eam exigentibus ab ipso ultionem injuriarum, quas sibi ab eo acceptas querebantur Gadata & Gobria Babylonii, qui duo viri ea de causa a Rege defecientes ad Medos transierant. Urbis & zdium omnium præda militibus & Ducibus permissa; impositum Babyloniis tributi, & colendorum agrorum pensum; quicumque vero e Persis novam hanc sedem eligere maluissent, illi tamquam regionis domini ab incolis habebantur.

Tota ejus expeditionis gloria ad Cyrum spectat; auctore Xenophonte, apud quem nihil de *Cyaxare*, sive eum de bello Lydio, sive eum de Babylonico agereteur. Prodit solummodo, Cyrum post captam Babylonem, compositisque omnibus in Persidem reducem, in Mediam ad invisendum avunculum suum Cyaxarem venisse (11), a quo & oblata victori filiæ connubia, & Media in dotem; caterat enim liberis Cyaxares, Cyrus avunculum amplexatus, dixit habe-

Cc 4

(1) *Alexand. Polyhist.* (2) *Just. l. t. aliique.* (3) *Just. l. t. Civitates Medorum, qua tributaria fuerant, mutato imperio, etiam conditionem suam mutatam arbitrantes, a Cyro defecerunt. Qua ut multorum bellorum Cyro causa, &* origo fuit. (4) *Cicer. ad quintum fratrem: Non ad fidem historia, sed ad effigiem justi imperii.* (5) *Xenoph. l. 1* (6) *Xenoph. l. 3.* (7) *Megasthen. apud Euseb. Prap. l. 9. c. 41.* (8) *Xenoph. l. 5.* (9) *Xenoph. l. 7.* (10) *Xenoph. l. 7. p. 288.* (11) *Xenoph. l. 8. p. 227. 228.*

habere ſe pro ipſo paratas Babylone Regias ædes & ſatellitium, ubi & manere ipſi liberum, & Regem agere, ſiquidem voluiſſet, permitteretur.

Verum, quidquid demum fuerit, an feliciter Cyaxares expeditionis Babylonicæ interfuerit, five non, illud conſtat ex Dan. 9. 31. ſucceſſiſſe illum in Regno poſt Balthaſarem, atque unicum totius ditionis Regem habitum; ſicut & annum primum Darii Babylone componendum eſſe cum tertio Cyri in Perſide; quemadmodum ex cap. 9. & 10. & 11. Danielis intelligimus. Ex ſerie etiam ejuſdem Prophetæ apparet, eodem anno Darii primo Cyrum excutiendæ ſervitutis conſilium agitare cœpiſſe; ut feliciter avunculo Dario ſuccedens, duo Regna Medorum, & Aſſyriorum in ſe uno conciliaret. Vide Dan. 10. 13. Quamquam enim Cyrus Regium titulum in Perſide obtineret, non ita tamen regnabat, quin alterum haberet ſupra ſe Regem; & prohibente Dario, Regis Medorum & Perſarum titulum capere numquam permiſſus eſt. Daniel. 6. 8. 12. 15. Nec a vero prorſus abludere videtur, Cyrum in avunculum moviſſe, cui tandem aliquot poſt annis in Regno ſucceſſiſſet. Daniel. 13. 65.

Quo primo anno Cyrus Babylone regnavit [1], Judæos libertati reſtituit, quod ab illo datum genti privilegium, non pro Tribu Juda tantum, & Iſrael vaſſiſſe credimus, ſed pro cæteris etiam populis a Nabuchodonoſore ceteriſque poſt illum Regibus in captivitatem deductis; cujus noſtræ opinionis documenta alibi afferemus. Aliquanto poſt Hebræorum in Judæam reditum, genitis illius adverſarii Cyri religioni imponentes, dolo extorſerunt ab illo edictum, quo Templi ædificatio interdicebatur [2]. Quo genere mortis obierit, variorum narratione incertum eſt; morbo deciſſiſſe tradit Xenophon lib. 8. Suppliciо crucis ſublatum malluit Diodorus l. 2. Obtruncatum a Tomiri Regina referunt Herodotus, Juſtinus l. 1. & Valerius l. 9. cap. 10. Quam etiam fœminam præciſum viri caput in vale ſanguine pleno demergentem ſimul illud effatam dicunt: *Satia te ſanguine, quem tandem ſitiſti*. Spiculo vulneratum narrat Cteſias l. 11. in præclio cum Derbice; quo accepto vulnere poſt triduum interiiſſe. Alii aliа malunt.

Fruſtra lectores conciliari a nobis varias haſce opiniones expectarent; fruſtra enim moliremur. Præſtat eorum, quæ de Cyro referuntur, partem rejeciſſe, ut reliqua adoptentur. Quæ certiora & ſeligenda videntur, hæc arbitramur. Seriem trium Regum Chaldæorum Babylone regnantium exhibet Scriptura; videlicet Nabuchodonoſor [3], Evilmerodach [4], Balthaſar [5]. Darius Medus [6] Balthaſarem excepit, Cyrus Darium five Aſtyagem [7]; ambo enim hæc nomina ſimul confundenda ne ambigimus quidem. Darium habet Textus Hebræus, Aſtyagem verus Danielis.

Porro Aſtyagem alterum lanè fuiſſe oportet ab alio ejuſdem nominis, patre Amyit & Mandanis, & avo Evilmerodachi & Cyri; quando enim Nabuchodonoſori ejuique gemini filii nonniſi 45. five 50. Regni annos ſimul tribueremus, (neque enim minores poſſumus [8], oporteret Aſtyagem Niniveæ obſidionem ſuſcepiſſe 12. annis natum; namque poſt 50. annos, cum ætatem ageret 62. annorum, Balthaſari ſucceſſit [*]. Hæc autem dubia procul falſa ſunt: cum eo tempore filiam haberet nubilem, quam Nabuchodonoſori elocavit. Oportet igitur alium Cyaxarem Xenophontis admittere filium Aſtyagis & avunculum Cyri. Cyaxarem hunc, quem nos Darium Medum appellamus, ſucceſſiſſe conſtat Balthaſari, Cyri in Regno Babylonico deceſſori.

Series Regum poſt Nabuchodonoſorem in Beroſo & Megaſthene ſuſpitionis arguitur, ex illo Scriptura, Jerem. 27. 7. *Nabuchodonoſore: Et ſervient ei omnes gentes, & filio ejus, & filii filii ejus, donec veniat tempus terræ ejus & ipſius.* Evilmerodach ſatis e Scriptura innotefcit [9], quem totius hiſtoriæ prophanę conſenſus filium tribuit Nabuchodonoſori [10]. Balthaſar filius etiam ejuidem Regis appellatur, ſcilicet neпos ipſius, juxta Scripturæ phraſim [12]. Legimus 2. Par. 36. 21. *Si quis evaſerat* [ex Judæis] *gladium, duſtus in Babylonem ſervivit Regi & filiis ejus, donec imperavit Rex Perſarum*. Nullum ſuppetit documentum, quo Nabonidem five Labynithum eum Balthaſare confundamus; genus enim, & locus mortis Nabonidi nimis diſcrepat ab eo quod de Balthaſare legimus in Daniele.

Si quis igitur retinendos cenſuerit Nerigliſſoren, Laborſoardochum, & Nabonidum, ita poteſt hiſtoriam Sacram, juxta Cl. Du Pin ſyſtema, conciliare [13]. Nabuchodonoſori poſt 43. Regni annos ſucceſſor ſtatuendus Evilmerodachus ejus filius, qui 2. integros annos, & tertii anni aliquod in Regno exegit. Ipſiſſimus eſt autem Balthaſar, non raro filius Nabuchodonoſoris in Daniele 5. 11. 12. appellatus. Fulcit eam conjecturam, quod Evilmerodachi nomen nuſquam legitur in eodem Propheta. Is occiſus a Neriglиſſore fratre uxoris ſuæ Regnum proditori permiſit, qui 4. annis regnavit. Poteſt etiam non incongrue Rex ille filius Nabuchodonoſoris Magni appellari, cujus filiam duxerat. Laborſoardochus ejus filius regnavit 9. menſibus, quo conſpiratione Optimatum Babylonię interfecto, ex conjuratis unus Nabonidus 62. annis ſenior, Babylonius ille quidem, ſed origine Medus, filius Aſſueri five Oxyaris Medi, Regno ſuffectus eſt. Idem vir *Nabonidum* audit apud Babylonios, *Darium* apud Medos, *Labynit* apud Herodotum. Babylonios legibus Medorum & Perſarum moderatus eſt, ac 17. annos in Regno exegit. Tandem Cyrus Imperium Babylonicum adjungere ſibi meditatus, expeditionem illam ſuſcepit; atque poſt captas Suſas procedenti obviam occurrit cum exercitu Nabonidus, commiſſoque prælio victus Babylonius in arcem Borſippum aufugit. Eo amoto, Cyrus Babylonem contendens, poſt expugnatam urbem recta Borſippum cum exercitu petiit. Nabonidus deditione facta Caramanię præfecturam a victore obtinuit. Ita Hiſtoria Sacra conciliatur. Cyrus vero ea expeditione confecta, dominium ſibi totius Orientis adjecit, quemadmodum ipſe de ſe in edicto ejus Judæis lato, in hæc verba: *Omnia Regna terræ dedit mihi Dominus* [13].

Cyrum excepit Cambyſes ſævitia indolis & eruditate nulli ſecundus. Non improſpero eventu cum Ægyptiis conflixit; cui tandem Regioni in poteſtatem redactæ triennio imperavit. Sub hæc tempora partem copiarum duxit in Æthiopes, immiſſique cum exercitu Ducibus ſcripiendum mandavit Templum Jovis Ammonis. Sed ambo hæc bella infeliciter ceſſerunt; namque miſſas in Templum Ammonis copias arenæ turbo in deſertis oppreſſit; quas vero in Æthiopes ipſe ducebat, commeatuum penuria non ſine ingenti ſuorum pernicie tandem reducere coactus eſt. Omnium in ſe horrorem crudelitatis merito provocavit, odium feleribus, & contemptum amentia. Sororem, quæ una erat & uxor, nomine Meroe, interfecit, occidendum etiam mandavit fratrem ſuum Smerdimexx Optimatibus quamplures interemit; nec a Numinibus Ægyptiis abſtinens, ſcommata in ipſos plura, & indigna quædam jactavit. Tandem certior factus, Smerdim fratrem ſuum incolumem ſervari ac Babylone regnare iter in Regnum repetiit. Sed eum Ecbatanæ ad radices Montis Carmeli venifſet, diem clauſit extremum. Deſignari hunc Regem credimus ab Ezechiele 38. & 39. ſicut & a cæteris Prophetis, nomine Gog. Principis Magog. Videſis noſtram Diſſertationem de eodem argumento.

Cambyſe ſublato, Imperium invaſerunt ſeptem Magi, aſſumpta Smerdis fratris Cambyſis perſona credulis

(1) 2. Par. 36. 22. & 1. Eſdr. 1. 1. (2) 1. Eſdr. 4. 5. (3) Dan. 1. & paſſim. (4) 4. Reg. 25. 27. & Jerem. 52. 31. (5) Dan. 5. 1. 30. 31. (6) Dan. 5. 31. (7) Dan. 13. 65. (8) Regnavit Nabuchodonoſor, quemadmodum e variis Scripturæ locis colligimus, 43. annis. Nec minores quam 5. ſive 10. annı tribuerentur Evilmerodacho ſimul & Balthaſari. (*) Dan. 5. 31. (9) 4. Reg. 25. 27 Jerem. 52. 31. (10) Beroſ. Megaſth. & Polyhiſt. (11) Baruc. 1. 1. 12. Dan. 5. Sub umbra Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & ſub umbra Balthaſar filii ejus (12) Bibliot. Hiſtoriarum tom. 2. pag. 812. 813. Gallice. (13) 1. Eſdra 2. 2.

dulis imponentes. Per hæc tempora Samaritani, quibus proſperæ Judæorum res ingratæ accidebant, genere apud Magos accuſarunt, atque obtento ab Artaxata, ex illis uno, edicto, deſiſtendum ab ædificatione Templi & munitione urbis mandarunt (11). Ita interminſum opus uſque ad ſecundum Darii filii Hyſtaſpis annum ceſſavit.

Tandem Magorum dolo comperto, Regnum ad Darium filium Hyſtaſpis delatum eſt. Raptim hæc omnia delibamus, nihil enim habent cum hiſtoria Judæorum affinitatis. Rex ille agnita facultate, quam olim Judæi de reſtituendo Templo a Cyro impetraverant, opus proſequi (reſumpſerant enim monentibus Aggæo, & Zacharia (12), tunc temporis Jeroſolymæ prophetantibus) permiſit. Porro Darius iſte idem eſt ac Aſſuerus conjux Eſther (13), qui meritum ab Amano ſupplicium exegit. Illum excepit Xerxes, quoeum nihil peculiare fuit Judæis. Artaxerxes poſt illum regnans, Hebræis plurimum favit; namque Eſdram prius (14), deinde Nehemiam in provinciam remiſit (15), auctum reſtituendorum mœnium facultate. Imperium perſarum longo etiam poſt tempore manſit: ſed fruſtra & præter argumentum totam hic Regum illius ſeriem duceremus. De Monarchia Græcorum latis egimus in Daniele.

§. V.

Imperium Ægyptiorum, quantum ad res Judaicas pertinet.

POſtquam ab Ægypto ſolum verterunt Hebræi, nullam deinceps retinuerunt communionem cum Ægyptiis uſque ad Regnum Salomonis. Rex ille junctis connubiis cum filia Pharaonis (16), commercium etiam inſtituit inter utraſque gentes equorum ſimul, & mercium (17); ex quo inter gemina hæc Regna convenire cœptum. Rex Ægypti captas a Philiſthæorum urbes quaſdam in dotem filiæ ſuæ Salomoni nuptæ aſſignavit (18). Sed laxari aliquanto mutuum illud amicitiæ vinculum, Salomone adhuc in vivis agente, vilum eſt, quod Pharao in ſua regione excipiendum permiſerit Jeroboamum filium Nabat (19), ſicut & filium Regis Idumææ (20). Hæc diviſionis ſemina in apertum tandem diſſidium eruperunt ſub Roboamo Salomonis ſucceſſore, cum Seſac Rex Ægypti, ducto in Judæam exercitu, poſt direptum Regnum & Sacrum Ærarium præda onuſtus regreſſus eſt.

Labentibus Regnorum Iſraelis rebus, cum utriuſque provinciæ Reges impares ſe contra vires Aſſyriæ & Chaldææ, quibus premebantur, ſentirent, ſuppetias a Regibus Ægypti implorarunt: quod ipſis temper fatale accidit. Non ceſſabant Prophetæ exprobrare genti vanam illam, quam in Regibus infidelibus repoſuerant, confidentiam (21). Ezechias nulla rerum ſuarum utilitate fœdus inivit cum Sennacheribo Rege Ægypti (22); nulla Oſee etiam Rex Iſrael cum Sua Rege Ægypti fœderatus (23). Joſias Rex Juda tranſitum Nechao Regi Ægypti in Aſſyrios proficiſcenti, interclufurus, commiſſo prælio ad Mageddo vulnere confectus occubuit (24). Poſt eam acceptam victoriam, Nechaus urbe Cadyti ejus regionis munitiſſima, facile eadem ac Cades in Galilæa, alio nomine Cedes Nephtali, potitus eſt; productiſque uſque ad Euphratem armis Carchemiſiæ in ſuam poteſtatem reductæ præfidium reliquit. Redux deinde cum in Judæam veniſſet, amoto *Sellum* alio nomine *Joachaz*, quem ad ſolium Judæi extulerant, Eliakim, ſive Joakim ſuffecit, impoſito etiam Regioni tributo (25).

Cum Præfecti in Syriæ & Phœniciæ a Rege Babyloniæ ad Regem Ægypti defeciſſent, Nabuchodonoſor a Patre Nabopolaſſare Rege Aſſyriæ miſſus, primo ſtatim impetu Carchemiſiam, deinde verotam late regionem inter Euphratem & Nilum paterna ditioni reſtituit (25).

Defuncto Neacho paternum Regnum Pſammis ejus filius obtinuit, quod ſexennio obtentum (27), tandem fato cedens, *Apric* filio ſuo, in Scriptura *Pharaoni Hophra* ſive Ephræo (28), reliquit. Hic juncto cum Sedecia, & Rege Chus fœdere, in Nabuchodonoſorem armavit. Interim Nabuchodonoſor ducto in illos exercitu Jeroſolymam obſidione cinxit; quam defenſurus veniens Ægyptius, repulſus ab adverſario, iter in ſuam regionem vertere coactus eſt. Nec ibi diutius quievit, cum Nabuchodonoſor, reductis in poteſtatem Jeruſalem & Tyro, Ægyptum ingreſſus eſt, eademque regione capta direptaque, ingentem captivorum Ægyptiorum prædam reduxit; quo tandem ſua fides ſtetit Oraculis Jeremiæ, & Ezechielis (29). *Apries* deinde ab Amaſi æmulo ſuo oppreſſus, vacuum illi Regnum permiſit.

Jugum Aſſyriorum ſub Nabuchodonoſore ceteriſque poſt illum ad Cyrum uſque, ſuſtinuit Ægyptus (30). Labentibus Cyri annis, dominationis extraneæ pertæſa deſcivit, eique propteréa reducendæ Cambyſes validiſſimum armavit exercitum; cujus viribus impares Ægyptii in arbitrium victoris ſeviſſimi ſimul & impotentis concedere coacti ſunt. Rebellarunt iterum ſub Dario filio Hyſtaſpis; nec ab eodem Principe morte prohibito in ordinem redacti, Xerxis ejus filii potentiam ſenſerunt (31). Quare iterum ſubjectis jugo cervicibus, iterum ſub Artaxerxe Longimano relevati ſunt, ſumptiſque armis ac junctis fœderis ſocietate Græcis, ſexennale bellum ſuſtinuerunt. Cedentes tandem, priſtinis ſervitutis vinculis victas dedecunt manus & quamquam propriis parentes Regibus, Perſas tamen dominos ad Artaxerxem Ochum uſque ſuſtinuerunt. Ab illo quarto jam deficientes, non meliora tantum edocti, ſed Regno penitus deſtructo. Ægyptus in Provinciam redacta eſt (32).

DIS-

(1) t. *Eſdræ* 4. 7. 16. (2) *Aggæ.* 1. 2. 3. & t. *Eſdr.* 5. 1. (3) *Vide Eſth.* 1. & 7. (4) 1. *Eſdr.* 7. & 8. (5) 2. *Eſdr.* 1. 11. (6) 3. *Reg.* 3. 1. & 7. 8. (7) 3. *Reg.* 10. 28. 29. (8) 3. *Reg.* 9. 16. (9) 3. *Reg.* 11. 16. (10) 3. *Reg.* 10. 18. 19. (11) *Iſai.* 36. 6. *Ezech.* 29. 6. *Iſ.* 30. 2. *Habac.* 2. 15. *Oſee paſſim* 7. & 8. & 9. (12) *Jerem.* 44. 30. & 4. *Reg.* 18. 21. (13) *Oſee* 7. 11. & 8. 13. & 9. 3. & 12. 9. *Jerem.* 2. 18. & 4. *Reg.* 17. 4. (14) 4. *Reg.* 23. 29 &c. (15) 4. *Reg.* 23. 35. (16) *Vide Jerem.* 45. & *Antiquit.* l. 10. c. 7. (17) *Herodot.* l. 2. c. 159. 160. 161. (18) *Jerem* 49. 50. (19) *Jerem.* 43. & 44. & 46. *Ezech.* 29. & 30. & 31 (20) *Xenophon Prol. Cyropæd.* & *lib.* 8. *ejuſdem.* (21) *Herod.* l. 3. c. 3. (22) *Died. ad A.* 3. *Olymp.* 107.

DISSERTATIO IN ILLUD ISAIÆ

Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel. Isaiæ 7. 14.

REGNI Juda proſtratis rebus, Achaz armis Regum Samariæ, & Damaſci preſſus, cum imparem ſe validiſſimis illis adverſariis ſentiret, de imploranda Regum Aſſyriæ ope conſilium agitabat. Cum Dominus ad Iſaiam 7. 3. 6. *Egredere*, ait, *in occurſum Achaz, tu, & qui derelictus eſt Jaſub filius tuus: & dices ad eum: Neli timere, & cor tuum ne formidet a duabus caudis titionum fumigantium iſtorum, in ira furoris Raſin, Regis Syriæ, & filii Romelia; non enim ſtabit & non erit iſtud eorum in Juda conſilium.* Juſſiones exequtioni mandavit Iſaias; & cum pollicenti Achaz fidem renueret, adjecit Prophera V. 11. *Pete tibi ſignum a Domino Deo tuo in profundum inferni ſive in excelſum ſupra.* Et dixit *Achaz*: *Non petam, & non tentabo Dominum.* Et dixit: *Audite ergo Domus David: numquid parum vobis eſt moleſtes eſſe hominibus, quia moleſti eſtis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum: & ecce Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel, butyrum, & mel comedet, ut ſciat reprobare malum, & eligere bonum; quia antequam ſciat puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra, quam tu deteſtaris, a facie duorum Regum eorum.*

Coram duobus teſtibus ſcripſit deinde Propheta verba illa: *Velociter Spolia detrahe* [1]; tunc accedens ad Propheteſſam uxorem ſuam, fœtam illam filio reddidit, quem deinde in lucem emiſit: *Et dixit Dominus ad me*, addit idem Propheta: *Voca nomen ejus: Accelera, ſpolia detrahe, feſtina praedari; quia antequam ſciat puer vocare patrem ſuum & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ coram Rege Aſſyriorum.* Verba deinde apud populum Juda habens Prophera Iiai. 8. 18. annunciavit: *Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in ſignum, & in portentum Iſrael, ad Dominum exercituum, qui habitat in Sion.* Profecutus deinde, expoſuit ultionem Domini in caput duorum Regum imminentem, cum & proſpera omnia a Regno Juda ſperanda adjecit cap. 9. 6. 7. *Parvulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Et factus eſt Principatus ſuper humeram ejus, & vocabitur nomen ejus, Admirabilis, Conſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis. Multiplicabitur ejus Imperium, & pacis non erit finis: ſuper ſolium David & ſuper Regnum ejus ſedebit, ut confirmet illud & corroboret in judicio & juſtitia, amode uſque in ſempiternum. Zelus Domini exercituum faciet hoc.*

Hæc tota Prophetiæ ſeries in examen revocanda, quam totam oculis ſubjectam habere oportet, ut rectum de illa judicium feratur. Una eſt Eccleſiæ Catholicæ de illa ſententia ſpectari ſcilicet eo vaticinio filii Dei Incarnationem, ejuſque e Virgine parente nativitatem. Veteres Patres totam Meſſiæ vindicant; nomine *Virginis*, quæ Emmanuelem concepit, defigunram credunt Mariam Jeſu Chriſti parentem; quemadmodum illam agnoſcunt in *Propheteſſa* capitis 8. Sicut de filio Dei interpretanur filium, cui nomen, *Velociter ſpolia detrahe*. Duo Reges armis Judam opprimentes, ſunt ſcelera, idololatria, infidelitas [2].

Sanior tamen recentiorum Catholicorum Interpretum pars duas ibi perſonas, conceptum fœtum in lucem emittentes, diſtinguunt; alteram nempe Mariam Virginem, quæ Jeſum Chriſtum verum *Emmanuelem* peperit; alteram Propheteſſam uxorem Iſaiæ matrem filii, cui nomen, *Velociter ſpolia detrahe*. Reges Judam aggreſſi, ſunt Phacee filius Romeliæ Samariæ Rex, & Raſin Damaſci. Iſaiæ filius futuræ mox liberationis Regni Juda pignus datus eſt; Deus enim fidem ſuam obligat Regi Achaz futurum, ut antequam puer a bono malum diſcernat, atque parentes nomine appellare norit, Regio Juda exactis duobus Regibus in liberatem aſſercnda eſſet, deviſtique hoſtes in prædam Regibus Aſſyriæ permittendi. Verus Emmanuel ille eſt, de quo cap. 9. dicitur: *Et vocabitur nomen ejus, Admirabilis, Conſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſæculi*, quem Principem filius Iſaiæ tamquam ſymbolum & imago deſignabat.

Veterum Hæreticorum quidam [3] contendebant, Jeſum Chriſtum e Maria quidem parente non Virgine ex Joſephi conjugali propagatione quemadmodum ceteri homines, prodiiſſe. Quorum ſententiæ cum apertus Evangeliorum textus repugnaret, ideo cum ſalva ejus authoritate eam ſuſtinere non poſſent, maluetunt vel Sacrum Librum recenſentes corrumpere, vel totum, vel partem rejicere. Eorum blaſphemiæ olim impietatis damnaræ apud Veteres, nullum, quantum ſcimus, noſtra ætate patrocinium nactæ ſunt.

Diſſident inter ſe Judæi in hoc de ottu Meſſiæ argumento; alii enim e Virgine, alii e nihilo deducendum arbitrantur; junctis tamen viribus conveniunt omnes in Catholico dogmate refutando, nempe Jeſum Chriſtum verum eſſe Meſſiam, & e Virgine prodiiſſe. Contendunt autem oraculum Iſaiæ non Meſſiam, non Jeſum Chriſtum ejuſque natalia & matrem, ſed Ezechiam [4], ſive filium Iſaiæ [5] illum, cui nomen, *Velociter ſpolia detrahe*, ſpectare. Hunc illi ſenſum pronum & obvium eſſe e ſermonis contextu arbitrantur. *Ecce Alma*, quam nos reddimus, *Virgo*, ſonat tantummodo *Juvenculam*; hic autem denotat ſive uxorem Achaz, ſive Iſaiæ. Non recentiores iſta quidem Judæi excogitarunt; vetus eſt enim illorum commentum, de quo Tryphon in dialogo S. Juſtini.

Si probandæ Meſſiæ nativitati e Virgine Parente nullum aliud ſuppeteret nobis quam ex eo Vaticinio documentum, arduo plane opere Judæi revincerentur. In ea enim, qua obſtramatum animum gerunt, obſtinatione, plures invenirent detortas explicationes, quibus veritatem eluderent. Sed ſi illi bona fide cauſam agere voluerint, vix erit, ut hujus veritatis documenta per totam undique Scripturam ſeſe offerentia agnoſcere recuſaverint: cum iis utatur phraſibus Sacra Scriptura, quæ proditurum Meſſiam inſuera quadam & legibus naturæ ſuperiori ratione plane demonſtrant. Ita quo tempore Jeſus Chriſtus in orbe appatuit, ad eam recipiendam veritatem

(1) *Iſai.* 8. 1. (2) *Euſ. & Hieron. in Iſai.* 7. & 8. *Aug. de Civit. l.* 17. *c. ult. Epiph. hæreſ.* 78. *Amb. l.* 1. *in Luc. Tertul. de Trinit. Ita & Baſil. Cyril. Procop. alii.*

(3) *Corinthus, Carpocrates, Helcæi, Ebionitarum nonnulli.* (4) *Ita Tryphon Judæus in Dialog. S. Juſtini, Hebræi apud Hieron. in Iſaiam, Kimchi.* (5) *R. Salomon, Lipeman. Menaſſe Ben-Iſraël, alii plerique.*

tem omnes æque Judæi inelinabant. Apostoli demonstrandæ veritati pluribus congestis argumentis se totos contulerunt. Porro si Judæi tunc de natalitiis Messiæ aliter sensissent, futurum scilicet ut e conjugio Messias prodiret, turbas conciviſſent in Apostolos. Rari & forte nulli in animum sibi potuissent inducere, quæ de Virginitate Mariæ ferebantur ; eique probandæ etiam atque etiam Apostoli, & Evangelistæ institissent. Igitur tunc temporis, si dogma illud non obtinebat, certe nulla contraria sententia invalescebat apud Judæos, ut unam, sive alteram opinionem admittere, perinde haberent.

Profecto si Messias communem cum ceteris hominibus naſcendi rationem sortiti debuisset, testimonia Scripturatatum de illo conciliari qui possent ? Legimus scriptum, egressurum illum e genere Abraham, e Tribu Juda, & familia David, habendum Judibrio, injuria afficiendum, ac tandem nece peritemendum. Legimus vicissim Deum esse [1] ; Æternitati coævum esse [2] ; ejus esse ineffabilem nativitatem [3] ; prodiisse e sinu æternitatis [4] ; tamquam germen ex arida terra erupisse [5] ; tamquam germen iterum e radice Jesse [6]. Nusquam aliquid legimus de ejus in carne genitore ; dicitur quidem genitus in sinu aurotæ ; Dominus David appellatur [7] ; Filius Dei [*] ; nihil ab illo scelceris commissum, numquam dolum ex ore ejus prodiisse [8] ; summa quadam exeellentia justum vocari [9] ; nostris (e eriminibus & seeleribus oneratis [10], cum alioqui nemo hominum sine peccato conceptus prodierit [11], nullus eriminis maeula immunis, nec insans unius diei [12]. De Messia scriptum lego, semen illum esse mulieris caput serpentis contrituræ [13] ; futurum, ut e Cœlo instar roris & pluviæ dilabatur [14]. Omnia simul hæc nullo negotio conciliarem, ista simul colligens ; nempe Jesum Christum Æterno Patre fatum ante omnia sæcula, e Virgine Maria, mira quadam partus ratione prodiisse ; quæ plane Virgo e genere Abraham ex familia David ad Tribum Juda spectarit.

Quod autem ad Oraculum Isaiæ attinet, quando nos id Judæis daremus, designatam ad litteram uxorem Isaiæ, matrem *Emmanuelis*, alio nomine dicti, *velociter spolia detrahe* ; quid inde illi ? An forte ex eodem oraculo excluderentur Jesu Christi natalitia e Virgine parente ? An forte unus sensus alterum non patitur. Nunc illi, non seeus ac nos, in ea conveniunt sententia, prophetias fere omnes sensum admittere dupliceem, litteralem, & figuratum ? Illorum etiam confessione constat, e. g. Messiam e mortuis ad vitam fore revocandum ; frustra enim alioqui conciliarentur Scripturæ nunc de obitu ipsius, nunc de Regno illius æterno testimonium ferentes. Quæ cum ita sint, Judæi tamen nullum habent certius ejusdem veritatis argumentum, quam Jonæ e ventre Ceti egredientis historiam. Hanc Parentibus illorum, reiurrectionem negantibus, Jesus Christus oggessit. Nihil est tamen hæc præterquam resurrectionis figura. Quare fateamur oportet, certum quoddam figurarum genus esse, e quibus validum duxitur argumentum ; sicut & quædam oraeulorum genera, quorum fides, licet in Veteri Testamento impleta constet, adhuc tamen in novo implenda per Messiam expectatur.

At enim quomodo conceptus ceterorum hominum more fœtus poteſt natalitia Filii e Virgine parente designare ? Debuit Messiæ Parens eo privilegio donari, quo varia inter se oracula supra a nobis deducta conciliantur. Deus per figuras, & simbolum voluit dotem illam præmonstrare ; cum enim nil in natura exacte Virginis fœtæ prodigium repræsenteet, ideo oraculo prænunciari justit futurum, ut Virgo conciperet, & pareret filium. Sit, esto, Virgo illa Uxor Isaiæ, quæ filium ad naturæ leges ediderit ; an proinde fœtum Virginis parentis non designabit ? Porro verba ad litteræ rigorem nonnisi cum Parente Virgine quadrant. Quot insuper miraeula huic figurativæ veritati demonstrandæ in Uxore Isaiæ patrata sunt ? Virgo potuit sterilem Virginitatem servare ; potuit concipere, nec tamen filium ; potuit concipere filium, nec tamen usque ad partum perdueere ; potuit filius naſci, natuique interire . Sed Isaias hæc omnia uno suo oraculo superat ; futurum enim prædicit, ut Virgo concipiat filium, & filium a partu superstitem ; quo nondum a bono malum præcate diseernere valente, neque Parentum nomina adhuc balbutiente, Judæ regio ab hostium timore relevabitur. En plura simul prodigia, quæ simul omnia Deus contulit uni Virginitati Parentis Messiæ demonstrandæ, in fœtu juvenculæ Uxoris Prophetæ per figuræ significatæ.

Nil igitur pro Judæis, si forte oraculi sensum ad litteræ rigorem uxorem Isaiæ designare dixerimus. Neque enim juxta præstructa ab illis principia exeluderetur, eodem simul oraculo natalitia Messiæ per typum filii Prophetæ designari. Æque etiam potuit Virginalis Mariæ fœeundıtas fœtu prodigioso juvenculæ, ae tandem liberatio humani generis, exeussis a Regno Juda hostibus exprimi. Si quis enim figuras Veteris Testamenti plane & per omnia eum exemplaribus congruere exigat, illi sane nulla in toto Veteri Testamento deprehenderentur. Quis enim neſciat, plures in imagine defectus occurrere, quibus ab originalis perfectione illa decidit ?

Quę nos deneganda Judæis censuimus, hęc illis Grotio in Matt. 1. eoneeſſisse visum est ; quam tamen viri docti eonfessionem nihil iisdem Judæis prosuisse contendimus. Autumat igitur, *Emmanuel* alterum esse nomen ejusdem filii Isaiæ, appellati *velociter spolia detrahe* ; cui frater alter ejusdem Prophetę filius natus major *Searjasub* accedebat. Tantum autem propheticę sensum ita reddit : Quo fidem suam liberaret Deus, futurum spopondit, ut antequam nubilis filia junctis connubiis conciperet & pareret, antequam ejus juveneule filius bonum a malo præ ætate distinguere nosset, sicut & balbutire parentum nomina, ab hostium metu omnis Judæ regio liberaretur. Secundum hæc, Isaias puellam Virginem eorum testibus duxit, quæ conceptum filium, antea sub nomine *Emmanuelis* prædictum, appellatum vero a parentibus, *velociter spolia detrahe*, peperit. Addit autem Grotius, hæc ad litteram expolita, eommode tamen elatiori sensu ad Messiam referri posse, ut quæ de puella uxore Isaiæ, hæc de Virgine Matre Jesu Christi : quæ de Emmanuele filio Isaiæ, de Jesu Christo filio Dei exponantur.

Hoc systema non recens quidem invectum est, cum S. Hieronymus in Isai. 7. testetur : *Quidam ex nostris Isaiam duos filios habuisse contendunt, Jasub, & Emmanuel* : quam relatam sententiam S. Doctor nulla censura, quin nec falsitatis inurit. Nos tamen ad eas angustias in expliezatione hujus oraculi non redigimur. D. Bossuet Episcopus Meldensis, qui data opera in hoc vatieinium feribendum assumpsit, duo simul spectata obiervat ; præsentem nempe, & remotam alteram historiam. Quod oculis præsens spectabat, ortus erat filii Isaiæ, sive Regis Aehaz, non enim quem poſtissimum ex illis desiguet oraeulum apparet ; ejus autem natalitia tamquam pignus liberationis Judæ exhibentur. Remotum illud, quod a Prophetа spectabatur, natalitia erant Jesu Christi de Virgine parente, a quo peceati pondere oppressus mundus relevandus expectabatur. Primum illud veluti secundi illius pignus erat, & argumentum. Cum David de adventu Messiæ sermonem inducturus esset, primo sibi loquendum censuit de Salomone filio suo ; deinde subito velut impetu ad Messiam rapitur. Huic plane contrarius Isaias : in exordio enim sermonis de Messia agens, deinde de Aehaz filio vel suo profequitur. Filios Isaiæ habuit populus tamquam prodigium, & pignus futuræ liberatio-

(1) *Isſ. 9. 6.* (2) *Isſ. 9. 7.* (3) *Isſ. 53.* (4) *Mich. 5. 2.* (5) *Isſ. 53. 2.* (6) *Isſ. 11. 1.* (7) *Psſ. 109. 1.* (*) *Psſ. 2. 7.* (8) *Isſ. 53. 9.*

(9) *Isſ. 41. 2. 10. & 45. 8. & 51. 15. &c.* (10) *Isſ. 53. 5. 6.* (11) *Psſ. 50. 7.* (12) *Job 15. 14. 15. 16. & 25. 4.* (13) *Gen. 3. 15.* (14) *Isſ. 45. 8.*

tionis : ea occasione Dominus adventum filii sui ejusque natalitia e Virgine Parente in salutem totius generis humani prædicit.

Ne autem gemini Isaiæ liberi cum Messia confunderentur, peculiaribus adeo characteribus singulos describit, ut alterius alteri ne convenire quidem possint [1]. En quæ Messiæ tantum aptantur : *Virgo concipiet & pariet, & vocabitur nomen ejus Emmanuel* ; & illud : *Adducet Dominus super eos aquas fluminis fortes, & multas, Regem Assyriorum, & omnem gloriam ejus* ; *& erit extensio alarum ejus implens latitudinem terræ tuæ, o Emmanuel* [2]. Est igitur Emmanuel Dominus & Princeps Regionis Juda, alter proinde a filio Isaiæ, alter est etiam a filio Achaz, quemadmodum infra a nobis demonstrabitur. Sed en apertius aliquid [3] : *Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis & factus est principatus super humerum ejus : & vocabitur nomen ejus Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis. Multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis. Super solium David, & super Regnum ejus sedebit, ut confirmet illud & corroboret in judicio & justitia, amodo & usque in sempiternum. Zelus Domini exercituum fecit hoc.* An forte hæc eum filio Isaiæ, vel Ezechiæ, sive alio quocumque hominum quadrent ?

Characteres geminis filiis Isaiæ ita peculiares, ut ne confundi quidem illos cum altero, de quo hucusque, permittant, ii plane spectantur : *Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum & eligere bonum. Quia antequam sciat reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra quam tu detestaris, a facie duorum Regum.* Postquam Prophetæ hæc Regi oracula prononciasset, domui suæ sese restituens, coram duobus testibus scripsit in Libro [4], *velociter spolia detrahe*, quod nomen erat filii mox sibi oriturí, cujus verba fecerat ad Regem. Prophetissæ ejus Propheticum filium concepit, juxta oraculi fidem, & peperit filium, assignato divinitus nomine appellandum. Tunc iterum Dominus factas antea promissiones innovans, futurum ipsondit, ut antequam filius parentum nomina balbutiret, divitiæ Damasci, & spolia Samariæ regibus Assyriæ in prædam essent ; quod biennio circiter post impletum tcimus in desolatione Regnorum Samariæ, & Damasci armis Teglaphalasaris Regis Assyriæ.

Filio Isaiæ natu majori nomen fuit *Sear-Jasub* ; nempe, *Reliquum redibit*. Ex quo certum capiendum erat Regi & populo Juda argumentum, eos, quos præsentium temporum iniquitas solum vertere coegerat, sive belli iniquioris necessitas in expivitatem hostium deduxerat, in patriam posthminio redituros. Eo filio comitatus Propheta Regem convenit, annuncians natalitia Emmanuel, & alterius, cui nomen, *Velociter spolia detrahe*. Amborum filiorum occasione illud effatus est Isaias : *Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum & in portentum Israel.* Erant enim revera gemina prodigia, & Oracula spirantia.

En igitur trium hominum characteres, *Emmanuelis, Velociter spolia detrahe, & Reliquum redibit*. Virgo Maria conceptum Emmanuelem sive Messiam peperit ; Prophetissa filium edidit, cui nomen, *Velociter spolia detrahe*. Ex his omnibus id resultat : virille nomine Principis pacis, Consiliarii, Dei fortis, Admirabilis expressus, alter est plane ab eo filio, quo nondum usum rationis attingente, oraculis Isaiæ sua fides ex eventu constare debuisset.

Plura sunt, quæ in hanc sententiam congeruntur, nihil tamen solidi præter unicum argumentum, cujus nos totam vim pandimus. Emmanuel Regi Achaz totique domui David promissus, idem est de quo statim subditur : *Butyrum & mel comedet : antequam sciat reprobare malum & eligere bonum, derelinquetur terra a facie duorum Regum.* Neque enim aliter Prophetæ sensus constare videretur ; quippe qui in eadem simul periodo prius de uno, deinde tacitus ad alterum nulla ratione cum priori connexum transiisset. Porro infans ille, quo nondum usum rationis attingente pacata ab hostibus dicto reddenda fuerat, ipse est Isaiæ filius, *Velociter spolia detrahe*. Est igitur Emmanuel ipsissimus Isaiæ filius ; quod plane statim intelligimus, cum gemini illi textus una sermonis serie, quemadmodum & a Propheta pronunciati sunt, junCti legantur. Constat enim in verſibus 14. 15. de eodem Emmanuele sermonem fuisse.

Id etiam prisci Ecclesiæ Patribus ex contextu sermonis, & rerum scite animadversum est, ut gemini illi filii invicem distingui non possent, seu potius ut ex uno duo frustra redderentur. Quare semel applicato oraculi sensu, in quo de Emmanuele sermo, ad Jesum Christum, contequentem ejusdem vaticini ietiem de illo exponeruntur. Ita eorum quidem sententia, quæ de Emmanuele in cap. 7. 14. 15. 16. & cap. 8. dicuntur, ad Messiam referenda esse oportet ; sed de illo etiam dicta haberi necesse est, quæ in cap. 8. 1. 2. 3. 4. de filio Prophetissæ legimus, cui nomen *Velociter spolia detrahe*. His tandem cenſentes adjungenda illa de Principe pacis, Consiliario, Deo forti &c. [5]. Norant enim SS. illi Viri vix fieri posse, ut hæ Oraculi partes divellantur, quin totum simul eorum systema atque tota vis Oraculi, de Messia prolati convellatur. Quæ argumentandi ratio apud illos multo constantior est, quam recentiorum Commentatorum, qui authoritate Patrum primæ & postremæ prophetiæ parti de ortu Jesu Christi exponendæ usi, de reliquo, illis negligctis, novam sibi viam struxerunt.

Illud etiam contra idem systema ingerunt, numquam fieri posse, ut Achaz & populus universus, quibus verba faciebat Isaias, altiet Oraculum de Emmanuele intelligerent, quam quod nascitutus Propheræ filius expectaretur. Prostratis ditionis illius rebus, Achaz in ultimam desperationem adducto, quod imparem se duobus simul Regibus sentiret, Isaias solatium aliquod allaturus consternatis venit. Erecti in spem animi prodigiosum aliquid e manu Dei expectabant, quo tandem priſtinæ felicitatis fercritas tot procellis afflicto Regno restitueretur. Oraculo pigdicit Isaias futurum, ut intra biennii five triennii spatium rebus hostium prostratis, ejusque dissipatis viribus pax afflictis restitueretur. Hujus promissionis pignus exhibiturus, dandum mox infantem denunciat, nondum adhuc conceptum ; quo nondum discernendi malum a bono faeultate instructo, sua futura cæset oraculo fides. Nonne hiantes corvos decepisset Propheta, si prompiam aliquam opem sperantibus, cujus habituri essent veluti argumentum natalitia promiſſi Infantis, Messiæ advenium post septingentos tandem annos impiendum promisiset ?

Tandem, reponunt, vocem *Alma*, quam nos reddimus Virginem, maximum nostræ hypotheſis fundamentum, varia esse, si quæ alia usquam, significationis in Scriptura. Interdum enim exprimit Virginem clausto tutam, ab injuriis hominum cassitatem defendentem ; non raro juvenculam, quæcumque tandem illa sit, nihil ejus virginitate spectata ; quandoque puellam quæ a virginitate exciderit. Uno verbo ficut Græcum *Parthenos*, & Latinum *Virgo* abusione quadam interdum de puella etiam matrimonio juncta usurpatur ; ita pariter Hebræum *Alma* varie sonat pro rerum connexione, & sermonis contextu. Hęc omnia, allatis argumentis, statim demonstrabimus.

Cum itaque in Prophetę contextu jungatur vox *Alma* illi sententię : *Concipiet & pariet filium* ; ita accipienda est quali Virginem designet mox eloendam ; quę deinde conjugii fructum filium pariet e vel

(1) *Isai.*7.14. (2) *Isai.*8.8. (3) *Isai.*9.6.7. (4) *Isai.*9.1.2.3.
(5) *Eus.* in *Isai.*7. & in *Isa.*8.1.2. *Hieron.in Isai.*8.1.2.3.4.5.
76. *Promittitur ei Virgo paritura Filium, cujus nomen fit Emmanuel* ..... *Rursus ergo sub alia figura parvus describitur Virginalis. Nempe c.* 8. 1. 2. 3. *Ita Aug. de Civit. l.* 17. *c. ult. Epiph. hær.*78. *Euf. l.*7. *de Demonſt. c.* 2. *Ambrof. in Luc. c.* 2. *n.* 41. *Tertull. de Trinit. Ita & Cyrill. Basil. Procop. Rupert.*

vel etiam puellam jam nuptam, futuram deinde consuetis naturæ legibus matrem. Non aliter Rex Achaz ceterique vaticinii sensum assequi potuissent ; satisque ex contextu sermonis vocis *Alma* significatio determinatur. Si quid autem prodigii Rex expectabat, non illud erat infantis e Virgine parentæ natalitia, sed illud solummodo, nimirum affectionibus Prophetæ necdum conceptum filium e puella oriturum, cujus exhiberentur natalitia, tamquam pignus & argumentum rei, quæ tum temporis expectationem omnem superabat ; nempe imminentis Regnorum Samariæ, &c. Damasci excidii atque Judaicæ liberationis. En, inquiunt, prodigium.

Ut has difficultates eluamus, quædam in præsentia constituenda sunt, quæ maximi esse momenti arbitramur, oraculorum sensibus promendis ; nimirum Prophetis solemne fuisse Oracula sua de Messia, cum aliis de rebus agerent, pronunciare. Interdum describenda sibi proponunt munera sua, quæ toleraverint mala, quas ad gentes functi sint legationes, quas tulerint persecutiones ; deinde, veluti gradu facto, ad vitam, mortem, Passionem Messiæ ascendunt. Hæc itaque illis quidem vel oblata semel occasione indecidisse constat, sed veluti certam eam legem, ac methodum constituunt. Id olim Sancto Hieronymo ceterisque deinde Commentatoribus observatum [1]. Sapientissimus ille æque ac sanctissimus Scripturarum Interpres, illud etiam in Prophetis observatum promit in capite 1. Malachiæ : *Sic futurorum texunt vaticinium, ut præsens tempus non deseranc.* Vaticinia igitur imminentes rerum eventus ita spectant, ut simul etiam futura prospiciant ; quo scilicet eventu præsentium rerum, fidem sibi de futuris atque remotissimis conciliente.

Hæc generatim de vaticiniis Propheterum observata ad præsens argumentum accommodanda sunt. Intendens Propheta pignus aliquod futuræ mox liberationis Regi exhibere, orituram filium in hujus rei argumentum prænuncia ; quem plane filium ante quam a bono malum ptæ ætate distinguere noverit, promissa Regni felicitas consequeretur. Sed plus aliquid despondenti animis Regi pollicetur Propheta : futurum nempe dicit, ut Messias e parentæ Virgine oriatur ; dein vix delibatum illud argumentum in fulguris morem subito deseretens, iterum ad natalitia filii sui, veluti pignus demum implendi oraculi, regreditur. Emmanuel five Messias potissimas Propheteæ meditationes occupat ; expectationem vero, & mentem Regis & populi arripit vaticinio prædictus ejuidem Isaiæ filius. Nihil duobus hisce natalitiis commune ; nisi si forte filius Prophetæ tamquam oblata aliqua ocasio habeatur, ut oraculum de Messia præter naturæ leges gignendo promeretur.

Solent plerumque Propheteæ de argumento aliquo historico & litterali agentes, opportunam capere occasionem, ut de Messia aliquid prodant. Isaias plane contrarius, annuenteatis prius natalitiis Jesu Christi e Virgine parente, recidit tandem ad filium tuum, veluti pignus futuræ liberationis Judæ promissum. In hoc plane ejus vaticinium a ceteris omnibus distinguitur, quod pluribus negotium faceffere in attingenda mente Propheteæ visum est. Cum autem Vates ceu fulgure aliquo exhibito, quamquam aliquoin vivido & luminoso, Messiam indicaffet, metu ne quis forte minus advertens deciperetur, in idem identidem argumentum recidit, novos semper illius characteres deprompens, quibus scilicet tandem Messias ab omnibus agnoscatur. Hunc enim Deum fortem, Principem pacis in æquitate, & justitia constitutum tolium tenentem quod in æternum maneret, appellat. Quis, rogo, non Messiam a ceteris omnibus distinctum agnoscat?

Possunt igitur verba illa : *Virgo concipiet & pariet, & vocabitur nomen ejus Emmanuel*, five absoluto aliquo sensu & a reliquo contextu divulso spectari, nec alteri tunc omnino quam Messiæ e Virgine Parente nato quadrabunt : five cum reliquo sermonis contextu, & cum oraculo de filio Isaiæ conjunctis, & tunc plane ut de Messia prolaza agnoscamus, atque alterum plane spectare, quam qui reliquo ejusdem capitis, & ceterorum subsequentium contextu præfertur, sola Jesu Christi, Apostolorum, & Patrum Ecclesiæ authoritate persuadebimur. Porro vaticinium illud ex iis reputandum, quorum duplex est sensus, alter ad litteram, alter traditione indicatus ; e quibus alter ab eventu post remotum aliquod tempus impiendo pendet, alter mox complendus expectatur. Eo semel admisso, duos sub nomine Emmanuelis expressos viros agnoscamus oportet, hunc plane ad litteram prodtum, nempe Messiam ; alterum sermonis contextu indicatum, nempe filium Isaiæ.

Ille Deum habet patrem, matrem Virginem, atque totius humani generis salutem operaturus est ; hic e Propheta & Prophetissa natus, divinarum promissionum pignus est & argumentum. Quod in eo vaticinio agnoscimus, id in omnibus metaphoris & allegoriis spectatur, ut duplex sub eatum vocibus sensus lateat. Cum dicimus e. g. *fulmen belli*, duo quædam grammaticali sensu plane diferepantia exprimimus, quæ tamen in unam idem strenui alicujus militis junguntur.

Quamquam aliam iniviffe viam in expositione ejusdem prophetiæ Patres Ecclesiæ videntur, quam quæ vulgo hodie a nostris Commentatoribus tenetur ; non id tamen reputandum est, quasi inde ullo utique commentatur, vel Ecclesia in eo argumento aliquid vatiaffe credatur. Una semper constantique sententia tenuit Ecclesia, vaticinium illud Jesu Christi e Virgine parente fœtum exprimere ; sed Patres, quibus solemne erat sensui litterali figuratum conjungere, e re esse centuerunt, si figuratum, æque ad omnem Propheteæ contextum extenderent ; omnia de Messia, illa etiam quæ ad litteram filium Propheteæ designabant, interpretantes. Paria in aliarum retum interpretatione servarunt. Semel persuasi Salomonem Messiæ typum exhibere, omnia, quæ ad litteram ad Regem illum referebantur, figurato sensu de Jesu Christo expossuerunt. Non est igitur cur invidia in nos ereetur, quasi invicem repugnantia promamus, si litterali sensui inhærentes, ea quæ de filio Isaiæ apertissime pronunciata esse intelligimus, illi vindicantes, nihil Jesu Christo tribuamus, præter ea, quæ litera demonstrante de illo prolaza esse noscuntur. Nec tamen plane negamus, quæ historico sensu filium Isaiæ prodant, per figuram Jesu Christo convenire, quemadmodum & Patres interpretati sunt.

Ultro autem fatemur, Achaz ceterosque populos Prophetam anseultantes, coros in expectatione filii Prophetæ occupatos fuisse ; sed horum in ea re mentem sequi quis cogit ? Quin & verba ipia Propheteæ ad alia deducunt. Cum enim de partu fœminæ conjungatæ agendum est, an forte illa phrasi utimur : *Virgo concipiet & pariet filium* ? Et si Emmanuel idem est vit vocatus postea : *Velociter spolia deprædabet* ; ut quid sub nomine Emmanuelis promissus, eum postea in dias luminis auras venit, non idem Emmanuelis nomen a Patre suo obtinet ? Quomodo in Isaiæ filium quadrare verba illa magnifica credi poterant : Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis, qui sedebit super solium David ?

Licet autem Judæi Jesu Christo coxvi, ceterique, qui ad lectionem Isaiæ se conferebant, non satis fortaffe noscerent futurum, ut Messias e Deo satus Dens foret, atque e Virgine Parente naicceretur ; mysterium tamen aliquod in illis verbis suipicatos constat : *Virgo concipiet & pariet filium* ; ita enim de Jesu Christo locutos Joan. 7. 27. legimus :

Hunc

(1) *In Jerem. 8. & Isai. 3. & 20. & in Nahum 2. Hinc vel maxime obscuri sunt Prophetæ, quod repente dum aliud agitur, ad alios persona mutatur.*

Hunc scimus unde sit. Christus autem cum veneris, nemo scit unde sit. In ipso autem missionis suæ exordio non sibi laborandum censuit Jesus Christus, ut totum Incarnationis & natalium lubrum prodigium exponeret [1]. Mysterium illud plures discipuli ejus ignorarunt, rati e parente Josepho prodiisse. Cum S. Philippus se agnitum illum convenit, tamquam Prophetam habuit. *Quem scripsit Moyses in Lege, & Prophetæ, invenimus Jesum filium Joseph a Nazareth* [2]. Sola ejus inspectæ prodigia totam illam Messiæ opinionem conciliabant, neque consulere ea de re singulas Oraculorum partes opus fuit; pro data enim occasione tandem referandæ fuerant. Quare opportunum ejus rei tempus expectandum erat. Tandem Sancti Matthæi Evangelium veluti reducto velo totum Oraculum expandit, fidei dogma constituit [3]. Ante id temporis res erat pluribus quidem inter fideles in ambiguo posita: exuti dubia oportebat longa miraculorum successione. Invehi mysterium illud primo decebat sub connubii velaminibus occultatum; atque ipse tandem Mariæ conjux testis comparandus erat virginitatis Sponsæ suæ, unde totum generationis Jesu Christi prodigium peteretur. Hanc Messiæ parentem nullo ligandam conjugio numquam Prophetæ revelarunt; nec virginitas & connubium duo sunt inter se repugnantia.

Traditione e patriis Patribus accepta afferit Sanctus Chrysostomus [4], speciali providentiæ suæ consilio noluisse Deum, ut Ilatim Judæis parentis suæ & prodigiosæ generationis arcanum proderetur, cui tam sublimi veritati ferendæ numquam adhuc pares fuissent. Satis igitur habuit, si primo Jesum promerer tamquam filium Joseph & e familia David hæredem; reliquis ad opportunitatem tempora reservatis. Porro veteres istos Patres non alios facile censeo quam Sanctum Ignatium Martyrem Episcopum Antiochenum epist. ad Philadelph. Origenem in Luc. hom. 6. & forte Sanctum Basilium hom. de humana Christi gener. apud quos paria legas. Docent etiam Sanctus Hilarius in Matt. can. 1. Sanctus Ambrosius lib. 2. in Luc. de instit. Virg. cap. 5. aliique plures [5], id committisse Deum, ut Virgo alioquin puella, quam illibatum semper virginitatis florem fervatutam norat, viro elocaretur, quo scilicet generationis Messiæ arcanum ipsius Demonis lateret, nihilque eo pacto honor Mariæ perielitaretur, utpote sub velamentis conjugii occultato: prodigiis enim Filii Virginitate Mariæ nondum revelata, quid aliud quam fœminæ corruptissima haberetur?

Oraculum igitur generationem Messiæ e Virgine parente prænuncians non ita erat omnibus expositum, ut ea veritas neminem lateret. Id enim homines si vulgo nossent; invidiam ea de re in Messiam crealsent, quem ex utroque parente genitum autumabant; nec id unquam commissiset Jesus Christus, ut patrem suum appellarent Josephum, nec mattem suam voluisset communem aliquam fœminam credergent, uxorem Josephi, quæ connubii sui fructum Jesum Christum genuisset. Nec tamen id etiam habebant exploratum, communi scilicet hominum via Messiam in mundum venturum fuisse; vix enim alioqui se continuissent Judæi, quin rejiciendi Evangelii inde argumenta duerent, quod natus in illo Jesus Christus a Virgine parente; contra id quod de Messia futurum eredebant, legerent. Res igitur erat, sicut & aliæ plures ambigua, quam longa terum eventuumque series tandem explicasset. Ita plane acciditi, us plurium oraculorum, quæ repugnantia inter se & vix intellectui pervia vatieinari videbantur, veritas tandem adventu Jesu Christi, ejus vita, passione, & morte in apertum produceretur. Nihil sane aliud potuit in causa fuisse Apostolis, ne Mariæ virginitatem, atque prodigiosam Iesu Christi generationem depromerent, nec ferrent illustre veritati testimonium, Deoque gloriam conciliarent. Omnes enim humanæ prudentiæ leges jubebant, ingratam veritatem silentio supprimi; ne forte propagationi fidei in Judæos, & Paganos obstaculum ponereturi.

Inter Judæos recentiores non satis de generatione Messiæ e parente Virgine convenit; alii enim pro illa, numerus fane major contra illam producitur. Laudantur Rabbi Hunna, & Iosue [6], qui ex vaticinio Ierem. 31. 22. *Femina circumdabit virum*, hanc Parenti Messiæ dotem afferunt. Nullum habitura exemplum inter homines Messiæ natalitia R. Iodem in illud Psal. 84. 12. apud Galatinum lib. 8. cap. 2. *Veritas de terra orta est, & justitia de Cœlo prospexit*, scribens affirmavi, quod scilicet, ait ille, sine corporum commissione generari illum continget; & R. Baraehias in illud Psal. 109. *Ex utero ante Luciferum genui te*, docet sine coitu humano, sed Divino quodam prodigio Messiam oriturum. Frustra Rabbini omnia hæc testimonia suspicionis accusant, ab impostore aliquo, sive Iudæo ad Christianotum partes deficiente procuta comminiscentes.

P. D. Ignatius Landriani Canonicus Regularis Lateranensis in Opere de Virginis partu a se scripto [7]. c. 1. cap. 4. frustra se in scriptis Iudæorum laudata a Galatino aliisque testimonia quæsivisse fatetur, ratus proinde opera recentiorum Rabbinorum post Galatinum ex scriptis illis erasa, nusquam deinceps apparuisse. Ipse vero alia nonnulla e Iudæis Cabalistis in medium adduxit, obscurissima alioqui, & quę vix præterquam Hebraice scripta intelligerentur; veriantur enim omnia in vocibus & literis Hebraicis varie inter se comparatis. Frustra etiam, etsi maxime possemus, a nobis hic omnia exponerentur, cum ioh Iudæi Cabalistę his possent, veluti argumento, uti voeant, *ad hominem*, revinci; quod ceteros Rabbinos nihil valeste nisi res, & literalia documenta.

Sed nobis sane consultissimum simul & expeditissimum videretur, si hisce omnibus in medio relictis, ad alia nos conferremus. Quando enim de consensu quorumdam parvo numero Rabbinorum constaret, levis tantum ex ea te præsumptio resultare in alios posset, quibus vaticinium illud aliter ac nos exponere, & ieripta alia a nobis opposita suspicionis arguere virum est. Ad rem magis contulisse credimus authoritatem Septuaginta, & Chaldæi, vetustissimorum omnium, qui indita ætate inperint. Authorum apud Judæos. Illi enim seddunt æque ac nos: *Virgo concipiet & pariet*. Præter hæc, Veteres quidam RR. ruppetunt in Talmud ad Messiam referentes caput 9. Iliæ, quod tane continuatio est sermonis cap. 7. & 8. ubi de eodem argumento: Tandem paria fensisse Judæos suorum temporum Tertullianus lib. contra Iud. cap. 9. & Eusebius, Cæsariensis Demonstr. lib. 7. cap. 7. quarti seculi Scriptor, quo ista quisque ætate teslamur. Hæc Judæus bonæ fidei revincendis sufficerent: si enim obstinate meritis pervicacia rem agere voluerint, nihil erit quod contra illos valeat.

Porro systema illud jamdiu a Judæis exeogitatum, nimirum infantem promissum cap. 7. 14. 15. cujus deinde natalitia narrantur cap. 9. additis magnificis, & amplissimis titulis, alterum non indicari quam Ezechiam filium Achaz, systema, inquam, illud falsitatis nullo negotio arguitur. Natus etenim Ezechias 8. five 10. annis antequam pater Regni Juda solium ascenderet; regnasse autem illum constat, cum ab Isaia oraculum Emmanuelis mox oriturl accepit. Frustra igitur Isaias ejus natalitia vaticinatur. Narrante Scriptura scimus, Achaz non nisi 16. annis regnasse; sicut & patrium Regnum adivisse Ezechiam 25. annorum ætatem agentem; quare ante obtentum a Patre Regnum natum illum constat. Porro Oraculum hoc Isaiæ ad primum five secundum annum Achaz pertinet; ergo &c. Fateor quidem, Scripturæ verbis sub-

(1) *Bossuet explication sur l'Oraculum p. 8. 9. 17.* (2) *Jo. 1. 45.* (3) *Bossuet l. c. p. 20. 26.* (4) *Chrysost. hom. 3. in Matth.* (5) *Ecthecon. in Matt. Theophil. in Matt. Bernard. super Missus est.* (6) *Vide Galat. l. 7. c. 14. Sanctium Pagnin. Comment. in Psal. apud P. Landriani tract. 1. de Virginis partu c. 4.* (7) *Ex Mediolani 1639.*

ſubobſcure ſignificari, alterum fuiſſe huic Regi filium, ſed qui patriæ hæreditatis jure Regnum adiret, ſolus legitur Ezechias Quare Oraculum Iſaiæ de filio [1], appellato *Principe pacis, què ſuper ſolium David ſedebit, & corroborabit Regnum ſuum in judicio & juſtitia uſque in ſempiternum*; non alteri potuiſſet quam Ezechiæ quadrare. Legimus etiam 2. Par. 28. 3. de Achaz : *Luſtravit filios ſuos in igne, juxta ritum gentium, quas interfecit Dominus in adventu filiorum Iſrael*. Ex his plane filiis nemo prophetico vaticinio deſignatur.

Nec ego pervicacius contenderim, vocem Hebræam *Alma* numquam niſi virginem plane talem deſignare : facile concederim abuſione quadam interdum uſurpari de adoleſcentula, non quidem virginitate intacta ſed ætate [2]. Nullus tamen dubito, quin propria, & genuina hujus ſignificatio ſit, *Virgo*, nec alterum ſuppetit Hebræis vocabulum, quo innupta puella expreſſius deſignetur. Derivatur *Alma* a radice, quæ ſonat occultum & cluſum eſſe; mos eſt enim Judæis, in toto pariter Oriente familiaris, ut in ædium parte, quæ matribus illarum aſſignantur, puellæ Virgines detineantur, veluti in cluſtro. Id ſexcentis Scripturæ locis proditur. Amnon filius David ſororem ſuam ex eadem matre ſatam deperiens, nullam optata puella ſpem potiundi telinqui ſibi querebatur [3], quia cum eſſet virgo, arduum cenſebat quippiam inhoneſte agere cum illa : puellæ ſcilicet arcta cuſtodia & vitis impervia in ædibus cluſæ detinebantur.

Hinc 2. Macc. 3. 19. ſicut & 3. Macc. 1. 18. puellæ Virgines *cenſuſæ* appellantur. Eodemque utitur epitheto Eccli. 9. In ſecretioribus ædium penetralibus detineri illas, continentes ſe ne pudorem ſuum viris panderent, Philo teſtatur [4]. Obſervat inſuper S. Hieronymus, Iſaiam in eo Oraculo abſtinuiſſe a voce *pethula*, quæ de puella tantum uſurpatur : ſed unum voce *alma*, quæ virginem deſignat, numquam in apertum oculis hominum prodeuntem [5]. Hæc eſt genuina ſignificatio vocis in lingua Punica, quam eadem origine cum Hebræa, & Phœnicia ſcimus. Sanior & univerſa fere veterum Interpretum, ac recentiorum turba reddit *Virginem*; & Aquila, qui ſemel & iterum vertit *adoleſcentulam*, Geneſis tamen cap. 30. 19. reddidit *Abſconſam*. Jure igitur meritoque nos eamdem retinemus ſignificationem, donec de contrario non conſteterit.

Reapſe enim quamquam Latinum *Virgo*, ſonet quandoque fœminam non virginem, ſicut & puella fœminam naptam; nemo tamen ſatis ex his convincere poterit, veram & genuinam ambarum vocum ſignificationem non eſſe hujus quidem Virginem reapſe talem, alterius adoleſcentulam nondum viro elocatam. Solus tantum verbotum contextus aliam geminis hiſce vocabulis ſignificationem conciliare potuiſſet. Ita Judith 16. 14. legimus : *Vilis puellarum compunxerunt eos* : & Joel. 1. 8. *Plange quaſi virgo accincta ſacco ſuper virum pubertatis tuæ* [6]. Utrinque plane ſermo eſt de fœminis jam nuptis. Apud Virgilium Paſiphae trium liberorum mater, virgo appellatur Eclog. 6.

Ah Virgo infelix, quæ te dementia cepit?

Et Georg. 4. de Euridice uxore Orphei.

Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Servantem ripas alta non vidit in herba.

Plura, ſi ad rem noſtram opus eſſet, exempla congereremus [7]. His plane ſatis demonſtratum arbitror, abuſione quadam voces aliquas aliter uſurpari, quamquam alioqui aſſertæ ſint & minime ambiguæ ſignificationis. Ita etiam S. Paulus, quamquam alioqui natum e Virgine Chriſtum ſciret, ſcripſit nihilominus de illo : *Natum ex muliere* [8]. Et S. Lucas de Virginitate Mariæ alioqui optime meritus, ſalutantem in hæc verba Mariam Angelum Gabrielem inducit : *Benedicta tu inter mulieres* [9].

Quo igitur genuinam ſententiæ alicujus mentem aſſequamur, textus prius deinde contextus, idea & mens Authoris expendenda, in quibus circumſtantiis rem ſcripſerit; demum illi adhibendi in conſultationem, qui melius noſſe earumdem vocum ſignificationem prætumuntur. Nobis autem favent hæc omnia. Vox *Alma* ſonat apertiſſime & conſtanter Virginem. Fateor quidem jungi illi ſententiæ *Concipiet & pariet*; ſed divino prodigio fieri poterat, ut eadem Virgo ſimul eſſet & mater. Favent etiam huic ſignificationi ipſæ temporis circumſtantiæ. Iſaias prodigium ſe aliquod exhibiturum Regi pollicetur. Illud nempe, de fœtu & partu Virginis. A vero igitur non abhorret, totam prodigii expectationem ad Virginis partum referendam eſſe. Idem colligas ex inſpecto ſermonis contextem; ubique enim legentibus ingeritur infans homine ſuperior, & prodigio natus.

Si vero Judæorum Interpretes veteſtiſſimi, nempe S. Pruagnina & Paraphraſtes Chaldæus conſulantur, eos quidem lego Hebræum *Alma* reddere Virginem. Inclinabant in eam ſententiam de ortu Meſſiæ e Virgine parente Judæi Jeſu Chriſto coævi. Apoſtoli, & Evangeliſtæ, quamquam alioqui nulla ad id cogerentur utilitate, alte tamen & uſque ad cſſuſionem ſanguinis Mariæ Virginitatem proclamarunt. Joſephus Mariæ conjux, qui injurias thalami ſui æquiori animo ferre minime pateretur, qui pariter nihil e re ſua repuaſſet, de Virginitate uxoris teſtimonium dicere, qui ne viſis quidem maximis Jeſu Chriſti prodigiis, & ante aſſertum Jeſu Chriſto Meſſiæ titulum obierat; Joſephus, inquam, omnium primus Mariæ integritatem, & Jeſu Chriſti prodigioſam generationem teſtimonio ſuo aſſeruit. Mahometus ille virginitatis oſor ne refragari quidem huic veritati audet. Aſſerit, & tamquam dogma fidei credendum proponit Eccleſia Chriſtiana, non aliam eſſe hujus Oraculi ſignificationem omni remoto dubio perſuaſa. Hæc ſatis ſuperque, quo docilis & prejudiciis vacua mens perſuadeatur.

DIS-

(1) *Iſai. 9. 6. 7.* (2) *Provvr. 30. 19. Viam viri in adoleſcentia. Hebr. in adoleſcentula, Bohalma.* (3) 2. Reg. 13. 2. *Ki bethulah hi.* (4) *Contra Flac. & de Specialib. Legib.* (5) *Hieron. in Iſai. 7. Ergo Alma non ſolum puella, ſed eum opitaſſi Virgo abſcondita dicitur, & ſecreta, qua numquam virorum patuerit aſpectibus, ſed magna parentum diligentia cuſtodita ſit.* (6) *Eli Kilbthulah.* (7) *Horat. lib. 1. Od. 29.* Quæ tibi Virginum, Sponſo, barbara ſerviet? *Varro de re ruſtica, lib. 2. cap. 10. Nec non etiam hoc, quæ Virgines ibi appellant, annorum 20. quibus mes earum non decrevavit ante nuptias, ut ſuccumberent quibus vellent &c. Aul. Gell. lib. 12. cap. 1.* Non raro fœminas ſtatim a puerperio puellas nuncupat. *Et Virgil. Georg. lib. 3. de Hero uxore Leandri, Nec moritura ſuper crudeli funere Virgo.* (8) *Galat. 4. 4.* (9) *Luc. 1. 28. Vide etiam ver. 42.*

ita plane, & cum Assyriis factum ab Angelo Domini innuere Author videtur.

Josephus in Berosi sententiam conceſſiſſe visus eſt, cum ejus verba nihil de suo addito laudet. Narrat igitur ejusdem Historici verbis, Sennacheribum armata ex Ægypto reſerentem ſociatis cum Rabiace Ducе copiarum ſuarum, quæ ad obſidendam Jeruſalem veniebant, armis ad Urbem ſuiſſe. Sed prima obſidionis nocte ſubita divinitus immiſſa lue corrupto exercitu, & ad 185000. virorum occiſi ſunt. Quare Rex cum reliquis copiis prompta fuga Ninivem ſe reeipere coactus fuit (1).

Rumorem aliquem de Sennacheribi in Ægyptum bello, ejuſque deleto diviuitus exercitu, Herodotus lib. 2. cap. 141. Sacerdotibus Ægypti referentibus, ſed non ſine ementita fabellarum obtegumentis veritate, audierat. Ita totam eam hiſtoriam narrat. Sethon Rex Ægypti, ſimul & Vulcani Sacerdos, armis Sennacherib Regis Arabum & Aſſyriorum preſſus, atque militum ſuorum præſidio omni deſtitutus, in eis angustiis quid conſilii caperet incertus, Divinam ſibi opem enixis precibus imploravit. Cum poſt abſolutas preces in somnum reſolutus dormiret, Vulcanum per quietem vidit, a quo bono animo eſſe juſſus; eommiſſuum enim ſe dixit, ut a Sennacherib armis protegeretur. Igitur Sethon ad pugnam cum paueis ſuorum voluntariis procedens, Peluſium uſque perveneraт; cum eadem nocte murium eampeſtrium exercitus in caſtra Aſſyriorum ſubrepens, raptim cordas areuum, pharetras, lora ſcutorum abroſit; quare mane ſurgentes hoſtes armorum robore deſtituti, fuga ſe ſubducere coacti ſunt. Spectabatur in Templo Vulcani ſimulacrum Regis Sethonis, lapideum murem manu tenens, hac adjecta inſcriptione: *In me quis intuens pius eſto.*

Sed Iſaias 29. 6. 7. & 30. 30. & Pſ. 75. 6. 7. 8. 9. 10. diterriſſime aſſeruit, totam hanc Aſſyriorum cladem ſubito nimbo adjectis fulminibus deputandam: *Ex eris ſicut pulvis tenuis multitudo ventilantium te; & ſicut favilla perranſiens: multitudo eorum, qui contra te prœvaluerunt. Exiguo repente conflictim, a Domino exercituum viſitaberis in tenitate, cum commotione terræ, & voce magna turbinis, & tempeſtatis, & flammæ ignis devorantis. Et erit ſicut ſomnium viſionis nocturnæ multitudo omnium gentium, quæ dimicaverunt contra Ariel* (id eſt contra Urbem Sanctam). *Sicut ſomniat qui eſurit, & comedit: cum autem fuerit expergefactus, vacua eſt anima ejus; & ſicut ſomniat ſitiens, & bibit, & poſtquam fuerit expergefactus, adhuc ſitit, & anima ejus vacua eſt; ſic erit multitudo omnium gentium, quæ dimicaverunt contra montem Sion.*

Hæc ſine ambagibus nimbum aliquem deſignant; ſed expreſſius aliquid 2 *Reg. Et audiram faciet Dominus gloriam vocis ſuæ,* (nempe fulgura tonitrui ſui) *& terrorem brachii ſui oſtendet in eminnatione furoris, & flammi ignis devorantis: allidet in turbine & in lapide grandinis. A voce enim Domini pavebit Aſſur, virga percuſſus, & erit tranſitus virgæ fundatus, quam requieſcere faciet Dominus ſuper eum. Cum tympanis & citharis, & in bellis percipuis expugnabit eos. Præparata eſt enim ab heri Tophoth, a Rege præparata, profunda & dilatata. Nutrimenta ejus ignis & ligna multa: Flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam.* Alludit hic Propheta ad ea, quæ in valle Topheth ſpectabantur, ubi ſcilicet igne, qui Moloeh perpetuo ardebat, humanæ victimæ in Sacrificium Numinis eremabantur. Cum autem ſacrificia illa præſtarentur, ne forte exaudiri miſereturn ejulatum contingeret, prohibebat tympanorum atque inſtrumentorum muſicorum fragor. Ferunt etiam, perpetuum arſiſſe ignem in eadem valle abſumendis mortieinis, quæ ex Urbe effercbantur. Porro exercitus Sennacherib inter fragores nimborum & tonitruum ita plane deletus eſt, ſicut ad ſonum inſtrumentorum ſacræ Numini victimæ abſumebantur.

In Pſalmo 75. nempe in cantico ea occaſione concinnato, hæc legimus: *Habitatio ejus* (Dei) *in Sion, ibi confregit potentiat arcuum, ſcutum, gladium, & bellum. Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis: turbati ſunt omnes inſipientes corde. Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus ſuis. Ab increpatione tua, Deus Jacob, dormitaverunt, qui aſcenderunt equos. Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi: Ex tunc ira tua. De Cœlo auditum faciſti judicium: terra tremuit, & quievit, cum exurgeret in judicium Deus, ut ſalvet ſacere omnes manſuetos terræ.*

Varias hæſce ſententias conciliare, tum per ſe arduum, cum nobis nulla neceſſitatis lege impoſitum eſt. Quod enim inter varios Interpretes & Commentatores non conveniat, frequentiſſime accidit. Sæpe ſuperque habebimus, ſi ea omnia quæ de hac hiſtoria in Scriptura exhibentur, ita cum veritate conſtare demonſtraverimus, ut nihil habeant repugnans, nihil non veriſimile. Porro exercitum ultra 185000. virorum, variis conſtitutum gentibus, diſſitis inter ſe motibus, & ingenio, in media regione hoſtili, atque inter hoſtes, allato de ingruentibus validiſſimis hoſtium copiis nuncio, ſubito terrore conſternatum, agentibus bonis ſive malis Angelis, ſicut etiam ſubito exorto tempeſtatis nimbo, intempeſta nocte turbatum in muruam eædem irruiſſe, nec mira nec ſine exemplo res eſt. Fieri etiam poterat, ut ingruentibus fulminibus, procella grandine atque imbribus, diviuſiique lapidibus eum quiſque pro ſua ſalute ſollicitus huc illuc in tenebris diſcurreret, præcipitatione opprimereтur. Potuit etiam, & quotidiano exemplo accidere diſeimus, dilapſus e Cœlo ignis, parte quadam caſtrorum correpta, unlines non infrequentes abiumere; ſicut & tonitruum concuſſio potuit multorum ſpiritus intercludere. Quis tandem in animum non induxerit, potuiſſe Angelum mortis plurimos intimo & imperceptibili uiteere ſpiculos, absque eo quod in extimum cutis aliquid appareret, quod maxime ſentit S. Hieronymus, perimere? (3).

Varia hæc cedis illatæ genera variis Scripturæ locis ſupra a nobis laudatis exprimuntur. Nunc enim Hebræi inducuntur ſpolis exteriorum hoſtium ditati; nunc eorumdem hoſtium veſtes vulneribus laceratæ & ſanguine fœdatæ in pabulum ignis tamquam inutiles omnino deſtinatæ. Hæc omnia ſatis convenimus hypotheſi a nobis conſtituæ, nempe de exercitu deleto partim fulminibus, & tonitruis, partim Angeli ultoris gladio, partim igne, partim enſe & præcipitiis.

Sed ea, quæ de Angelo exterminatore diximus, maturiori examine diſcurienda iunt. Huic enim Authori Scripturæ tribuit cædem primorum natu Ægypti (4), Israelitarum obmurmuratium in deſerto (5), Israelitarum, quos in ultionem inſtituti cenſus in populo a Davide Dominus peremit (6). Nec alteri aecepto referuntur Jobi calamitates (7). E Græco ejuſdem Jobi 20. 15. dilcimus, eam olim ſtetiſſe Judæis ſententiam, iuum eſſe Angelum ejicienda e corporibus animæ deſtinatum. Alibi etiam, capite nempe 33. 23. legimus fututum, ut ſi forte mille Angeli mortis Juſtum perempturi venerint, numquam tamen virum percuſſuros, ſi forte ille in ſe ipium ſe reeipiens, de redeundo ad Dominum cogitaverit. Si homini fatebimur peccatum ſuum, ne in mortem cadat Angelum prohibiturum. Hunc ipſum Angelum ſtricto gladio ſævientem in populum ſuum, deſideratis paro temporis ſpatio 70000. virorum, David ſpectaverat (8); & Job impios conciteturos in ſuam neeem Angelos exterminatores *coërrit, excludente animas Dei voluntate.* (4) *Exod.* 12. 29. (5) *Pſal.* 77. 49. & 1. *Corinth.* 10. 10. & *Judith.* 5. 11. 15. (6) 2. *Regum* 24. 16. (7) *Job* 1. 11. 12. (8) 2. *Reg.* 24. 16. & 1. *Paralip.* 11. 30.

(1) *Antiquit. lib.* 10. *cap.* 2. (2) *Iſai.* 30. 31. 32. (3) *Hieronymus in Iſai.* 37. *Centum octoginta quinque millia fortiſſimarum virorum ab uno Angelo una nocte cæduntur, & abſque ullo vulnere occiſorum mors ſæva diſ-*

denunciat (1). Psalmus 34. 5. 6. de persequutoribus suis, ait: *Angelus Domini conflans eos*. Salomon in Proverbiis 17. 11. habet: *Semper jurgia quærit malus; Angelus autem crudelis mittetur contra eum*. Eodem Angelo crudeli, Angelo necis, perimente occisi sunt priores illi Satæ filiæ Raguelis conjuges, quos in primo ad thalamum ingressu necabat [2]. Hunc deinde Angelum Asmodæum in deserta Ægypti relegatum vinculis alligavit Angelus Raphael [3]; fonat enim Asmodæus, vastator, exterminator. Hæc de Angelis mortis vetus Judæorum sententia.

Manet ea patiter apud Hebræos periuasio; namque assidere credunt ad caput lecti, cum forte vir aliquis ad obitum decubuerit, Sathanam sive Angelum mortis gladium evaginatum stringentem; e cujus extremitate tres guttæ fellis dependeant [4]. Vix eo viso Angelo, ægrotus ingenti horrore correptus os diducit; statimque promptus Sathanas tres lethales guttas immittit, e quibus una miserum extinguit, altera atrum illum colorem affundit, tertia tandem aptam inducit dispositionem, ut statim in pulverem redigatur. Statim ac animam hausto felle æger efflaverit, Angelus malus nihil habet antiquius, quam ut aqua forte in ædibus occurrente, lethalem gladium eluat. Hinc virus ab aquis contrahitur, statim proinde, ne cui noceant, in subjectam viam dissipandis. Hæc apud omnes late Judæos recepta tenentur. Addunc insuper Judæi, eanes alpectu ejusdem Angeli mortis horrendum latrare; quate fi forte audiri canes latrantes circa ædes ægroti contigerit, malo id omini vertitur [5].

Docent etiam, hunc exterminatorem Angelum nihil in Judæorum gentem posse [6]; cum enim, inquiunt, pravis Spiritus cum Deo quereretur, frustra se in mundo esse, Ego, respondit Deus, re creavi, quo potentiam tuam in ceteros homines, solis exceptis e radice Israel gentibus, exercetes. Factum inde, ut principis Mundi nomine donaretur. Eorum tamen confessione icitum est, privilegium illud solis Hebræis manere, quos fortè in regione Israel obire contigerit. Illos eum occidit gladius acutus, & bene limatus; ceteros extra eam regionem mactat gladius *Sammaelis* confractus & obtusus. Manet etiam defunctis secunda alia mors in sepulchro, quo Angelo deducente anima venire cogitur, una eum corpore judicium subitura. Ea de causa, inquiunt, cavit Josephus [7], ne in Ægypto terra impura, ubi fecunda illum mors manifiet, sepeliretur.

Non abludunt ab hisce Judæorum opinionibus Platonici (8), qui in ea fuisse sententia videntur, Angelum illum, quo adstante, homo, dum viveret, usus est, ejus animam post obitum ad judicii locum deducere. Hunc Angelum animas e corpore separantem, ac deinde evocantem appellat Tertullianus de Anim. cap. 53. *Evocatorem animarum*. At probine an mali Angeli munus est? Mali autumant pleriique Patres, & Interpretes, adjecto omnium Rabbinorum consensu; neque enim invidissum munus alii quam maligni spiritus sustinuissent: sed negotiosa tamen ea res est. Nemo sane dubitat, potuisse Deum potentiam & ultionem suam per bonos Angelos administros exercere. Ita referente Moyse Exod. 12. 4. & 12. 12. 23. legimus Dominum per ædes Ægyptiorum discurrentem omnes majores natu ejusdem gentis interfecisse, quod a verbo Dei, e scabello pedum Domini descendente, executioni mandatum dicit Author Sapientiæ cap. 18. 14. 15. Exhibet autem Verbum illud veluti militem, armis nullis junctura colligatis munitum, qui in mediam regionem saltu descendens, acutumque, & bene limatum gladium, tenens omnia cædibus & sanguine repleverit. Statura autem viri, addit, immanis est adeo, ut terram pedibus, cervice nubes tenear. Ita plane exterminatorem Angelum concipiebant, Angelum, inquam, quem ad ultionem de exercitu Sennacherib capiendam Dominus miserat.

Cum Scriptura de cæde exercitus Sennacherib nos instruit, non ita tamen accipienda est, quasi unius mortis genus, sed potius omnia simul, quibus homines subjecti sumus, designet. Sive enim perimi gentem contigerit pestè, morbo, gladio, unus est Angelus mortis, qui gladium suum exerait. Vel Assyrii in mutuam cædem intempestæ noctis horrore fevierint, sive tonitru, fragore, & concussione spiritus intercluderentur; sive igne cœlitus dilapso, sive fulgure, sive immissis intimis ulceribus interierint, sive e saxis præcipites se dederint; unus est Angelus mortis variis inferens cædes. Ita omnia Scripturæ loca, ubi de hac re sermo, & variæ ac in speciem repugnantes Commentatorum opiniones conciliantur.

Sola Rabbinorum opinio cum Scriptura minime conflare posse nobis videtur. Quod enim Assyriorum corpora ita in cinerem favisfaque redacta sint, ut intactæ vestes maneren; quas deinde vestes colligentes Hebræi, excusso pulvere integram sibi illarum prædam habuerint: id plane laudatis supra Scripturæ testimoniis repugnare arbitror. Ut quid autem prodigia sine necessitate multiplicentur? Non obscure Isaias ingentem vestium prædam, utpote antero interfectorum cruore fœdatam, & vulneribus laceratam nonnisi ignis pabulum futuram prædicit. Nec minus diserte narrat panicum illum terrorem, quo subito turbati Assyrii cæcis invicem vulneribus sese confecerunt. Tandem fulmen & ignis e Cœlo dilapsus ac tonitrua valent quidem sine externo aliquo vulneris indicio homines perimere; non tamen juxta DD. Hebræorum sententiam in cineres favillasque redigere.

Restat insuper aliquid in examen revocandum, quo nempe loco memorabile illud excidium contigerit? Sub ipsis Jerosolymæ mœnibus in obsidione Urbis per Rabsacem, cum scilicet Assyrii castra haberent in valle Josaphat & Tophet, sive Hinnon, ad Orientem & meridiem Urbis, latior Judæorum & Interpretum Christianorum pars autumat. Favere videtur Isaias 30. 33. *Præparata est altheri Topheth, a Rege præparata, profunda, & dilatata*. Eo etiam spectasse creditur Joel 3. 2. 12. *Congregabo omnes gentes, & ducam eas in vallem Josaphat, & disceptabo cum eis ibi super populo meo, & hæreditate mea Israel, quos disperserunt in nationibus. Consurgant & ascendant gentes in vallem Josaphat; quia ibi sedebo, ut judicem omnes gentes in circuitu*. Ferunt insuper, Jugæos mane surgentes corona cadaverum Assyriorum cincta mœnia spectasse, lætoque ad colligenda spolia cucurrisse.

Nobis tamen certa stat sententia, nec Sennacheribum, nec Rabiacem unquam ad obsidendam Jerosolymam successisse. Rabiaces quidem mandatis a Rege oneratus, ejus Urbis deditionem petiturus cum copiis nonnullis venerat; (*) rediit deinde mane alterius diei ad exercitum in Lachis. Competto tamen, Sennacheribum soluta obsidione ejus Urbis ad tentandam Lebnam transisse, eo ad Regem se contulit. Accidit interim, ut nuncius de Tharaca Rege Chus auxiliares copias ad Hebræos deducente veniret, cui Sennacherib occurrendum statuit. Prius tamen misit plenas fastu litteras ad Ezechiam, reduces fe copias Jerosolymam deducturum, Urbem lege victoris habiturum minitatus. Ea occasione Isaias Regi ipondet, numquam commissurum Sennacherib, ut Jerosolymam obsidione seu vallo cingat, nec hostilem quidem sagittam in illam projiciendam; numquam recludendas sceleftissimo hosti Urbis illius fores, sed verso itinere illum ad propria remeaturum. Eadem nocte, i. e. tertia, vel quarta die post reductas copias e Lebna in Tharacam, Angelus Domini descendens ultore gladio 185000. Assyriorum trucidavit [9]; qua clade af-

(1) *Job* 36. 14. (2) *Tob.* 3. 8. (3) *Tob.* 8. 3. (4) *Buxorf. Synag. cap.* 35. *pag.* 507. (5) *Vide Henric. Bremel. Dissert. de Angel. exter.* (6) *Lightfoot. Hor. Hebr. in Joan.* 12. 31. (7) *Gen.* 50. 24.

(8) *Plato in Phædone*. (*) 4. *Reg.* 18. 17. *Misit Rex Assyriorum Tarthan & Rabsaris; & Rabsaces cum valida manu Jerusalem*. (9) *Vide* 4. *Reg.* 19. 8. 9. ..... 20. ..... 35.

affectus Sennacherib, magnis itineribus Ninivem contendit. In via igitur Ægypti, non juxta mœnia Urbis, memorabilis illa clades accidit.

Ambages omnes submovet Isaias 10. 24. 25. *Nolitimere populus meus habitator Sion, ab Assur: in virga percutiet te, & baculum suum levabit super te in via Ægypti. Adhuc enim pauxillum modicumque, & consummabitur indignatio, & furor meus super scelus eorum. Et suscitabit super eum Dominus exercituum flagellum, juxta plagam Madian in petra Oreb, & Virgam suam super mare, & levabit eam in via Ægypti.* Supra jam animadvertimus, hanc Assyriorum cladem comparari a Prophetis eladi a Madianitis acceptæ, quos in mutuam cædem fœvisse scimus, clangore 300. buccinarum militum Gedeonis, sicut subito incensatum lampadarum objectu, turbatos (1).

DISSERTATIO

DE FORMA JESU CHRISTI.

Eleganti, nec ne? Ad Illud Isaiæ 52. 2. *Vidimus eum, & non erat aspectus, neque decor.*

QUA Christiani omnes erga SS. Jesu Christi Humanitatem tenemur, obiter vanitia, non sine modestia quadam circumspectione sermonem de illa nos habere permittit.

Utrumque sane novimus, sive parum, sive extra modum aliquid dicatur, æque in eam invidiosum haberi; speramus tamen adeo nos calamum in officio retenturos, ut nihil extra præscriptas a Religione metas exeurrat. Solum in Christo humanam naturam spectabimus, ejus corpus cum ceteris mortalibus elegantia præstantibus, vel sexus, comparabimus; semper tamen illum e vulgari hominum segregaturi, utpote quem Divinæ naturæ dignitas humanæ hypostaseos junctæ privilegio fecerat potiorem. Si quod vero in præsentia obtendere velum hinc Divinæ naturæ videamur, id plane eo consilio præfabimus, quo certiorem obtutum in ejus humanitatem, remoto Divinitatis fulgore, figamus.

Quid sit pulchrum venustarem constituens, licet inter varias, distitaque genres non tanis conster: æque tamen omnibus lapor quidam pulchritudinis sentitur; ut quicumque pulchro censentur aspectu, is fere omnibus placeant: quid autem sit quod omnibus in ea re placet, neque ipse scirem, neque, si iscirem, facile definirem. Sunt qui ament nigricantem oris colorem, sunt qui fuscum, sunt qui albicantem, sunt tandem qui album. Aliis grandior nasus placet, aliis aquilinus, aliis brevior, aliis simus. Oculos aliis malunt subnigros, alii nigerrimos. Constat tamen inter omnes, virum proceriori, atque bene constituto corpore, vultu ad majestatem, & gratiam composito, ampliori oculo & vivido, ore ad normam amplo, colore modesto & delicato, tota eandem corporis gestu ingenuo, firma & robusta valetudine, hunc apud omnes æque elegantem hominem haberi; sicut vicissim nemo est, qui male constructum hominem, justo breviorem, tervili ore, & corporis habitudine, male firmo gressu, nec bene dispositæ membrorum œconomia, auctoriori & ingrato vultu, non fœdum & inelegantem appellet. Verum inter hæc duo veluti extrema medium aliquid inter elegantem ingratumque hominis aspectum constituitur, quod inne medium multi tenent, nec de elegantia ie jactantes, nec sane turpes haberi patienter ferentes.

Quicumque pro elegantia aspectus Jesu Christi sententiam tulerunt, hi sane nihil desideratum in illo contendunt ex his quæ gratiam hominis aspectui conciliant. Illum ceteris præstare hominibus pulchritudine Psalmista in Pc. 44. 3. diserte testatur: *Speciosus forma pre filiis hominum.* Felicissima sane erat ejus corporis œconomia, cum omnes abesſent cautæ, sive dum fœtus formaretur, sive dum in lucem veniret, sive tandem cum vitæ spatium conficeret, quæ corporis elegantiæ five inducendæ officiunt, five induc-

Differt. Calmet. Tom. I.

tæ jam nocent; nihil enim ad frugem sobriamque vitam habendam sibi reliquum fecerat. Frugi etiam probique parentibus natus est; nulla fœturæ five partus incommoda mater senserat; rectam ejus phantasiæ habitudinem turbaverat nihil; quæ utraque cunta magni est ad eam rem momenti. Jesus Christus matrem habuit Virginem frugi, æque modestam, æque puram, cujus phantasiæ serenum nulla a peccato originali inducta nubes officiare potuerat. Multum tane ad valetudinem rectamque corporis constitutionem, sicut & ad pulchritudinem noscent five excessus hominum, five morbi, five fexcenta alia, quæ in hoc vitæ curriu adversa patimur. Omnia æque aberant a Jesu Christo; quare nihil sint, quin omnibus numeris pectoissimus esset.

Sanctus Hieronymus in Matth. 9. ea de re scribens, ait: *Certe fulgor ipse, & majestas divinitatis occulta, qua etiam in humana facie relucebat, ex prima ad se videntes trahere poterat aspectu. Nitebat* ait idem in Matthæum 21. 12. 13. *fulgor quidam cælestis, & divina quadam in vultu majestas, quæ latentem Divinitatem prædebat.* Qui enim potuisset aliter (2) Apostolos statim ad sui sequelam allicere, qui prostemere solo aspectu multes in horto Olivarum, si nihil supra hominem in ejus vultu spectaretur? Rex Abgarus, author S. Joanne Damasceno de Orthod. fide lib. 4. cap. 17. (3) ad ejus effigiem pingendam virum misit, qui ejus vultus nitore attonitus perculsusque, diu prohibitus est; donec Jesus nolens pium Regem spetua & religione frustrari, assumpta tela, & vultui admotæ ipse sui vultus imaginem impressit.

Refert Nicephorus, S. Lucam pictas a se imagines Jesu Christi, SS. ejus Parentis, & Apostolorum reliquisse, ex quibus deinde per universum Orbem tamquam ex archetypis plures diffusas imagines derivatas. Ita vero Jesum Christum ipse depingit (3): *Porro effigies Domini nostri Jesu Christi, sicut a Veteribus accepimus, talis propemodum: Eyregie is vividoque vultu fuit. Corporis flatura ad spithamas prorsus septem* (id est septem pedes 12. digitotum). *Cesarium habuit subflavum, ac non admodum densum, leniter quodammodo ad scrifos reclinantem. Supercilia nigra non perinde inflexa. Ex oculis subflavescentibus mirifice promanabat gratia. Aceri ii erant, & nasus longior. Barba capillus flavus, nec admodum demissus. Capitis porro capillos tulit prolixiores. Novacula enim in caput ejus non ascendit, neque manus aliqua hominis, præterquam Matris in tenera dumtaxat ætate. Collum fuit senfim declive, ita ut non arduo & extento nimium corporis flatu esset. Porro frumenti referens celorem, non rotundum, aut aiquam habuit faciem, sed qualis matri ejus erat, paulum deorsum versum vergentem, at medice rubicundam. Gravitatem, atque prudentiam cum lenitate conjunctam, placabilitatemque*

Dd 2 ima-

(1) *Judic. 7. 18.* (1) *Idem Epist. ad Principiam.* (2) *Nicepb. Hist. Eccl. lib. 2. cap. 7.* (3) *Nicepb. lib. 2. cap. 40.*

iucundia experturn profoferentem. Perfimilis denique per omnia fuit immaculata fua Genitrici.

Sanctus Bernardus ne dubius quidem fummam Jefu Chriſto venuſtatem & gratiam aſſeruit, in tantum ut ſcribereet term. 1. in Feſtis omnibus SS. *Adhereabant ol* (Urbes nempe & vici) *affatu pariter & aſpectu ipſius delectati. Cujus nimirum vox ſuavis, & facies decora.* Verba ipſa deſcripſiſſe videtur ex Sancto Chryſoſtomo in Pſ. 44. qui detineri homines tradit, & veluti clavis Servatori affigi, potenter adeo illos amor & gratia illius tenebat. Et in Matth. 7. hom. 28. habitu corporis fuiſſe dicit ad gratiam & amorem compoſito, ut ne aſpici quidem & non amari potuiſſet. Et in Pſalmum 44. verba Iſaiæ, *Videmus eum & non erat aſpectus*, exponens ait: *Non dicit de deformitate, abſit, ſed de ejus contemptione; quacumque enim erant vilia, & contemnenda pervaſit.* Sanctus Baſilius de humana Chriſti generat. ad fin. docet, ſenſiſſe Magos ipſam pueri divinitatem, in præſepi jacentem incutos; Magorum enim oculos perſtrinxit fulgor puris oculis numquam non ſpectatus.

Aethelnus Abbas Rievallenſis, Ordinis Ciſtercienſis, Diœceſis Eboracenſis in Anglia, duodecimi ſæculi Scriptor, luculentum tradidit teſtimonium opinionis ſuo tempore receptæ de ſpectata Jeſu Chriſti pulchritudine: ita enim habet Serm. ſeu Tract. de Jeſu duodenni, Dom. infra Octavam Epiph. *Credo in illo ſpecioſiſſimo vultu tantam gratia cœleſtis elegantiam reſulſiſſe, ut omnium in ſe convertaret aſpectum, auditum erigeret, excitaret affectum. Cerne, queſo, quemadmodum a ſingulis tractus ſenes efcalentur, ampleſtuntur juvenes, pueri obſequuntur.* Cum autem, profequitur, una cum parentibus ſuis Jeroſolymam veniret, eſſet autem in moribus poſitum apud Judæos, ut viri ſeorſum a mulieribus peregrinationem illam inſtitueretur, quo religioſius mente & corpore puro de ceremoniis & Sacrificio participarent; puer Jeſus, hondum præ ætate Legis diſpoſitioni ſubjectus, viris indiſcriminatim, & mulieribus adjungebatur. Omnes enim certatim blandum, elegantem, ſuavemque puerum ſecum habere, immeritis fatidium levaturum, certabant. Accidit proinde, ut alter cum altero ventre pucrum reputantes, errandi cauſa utrique parenti traderetur, nec prima die ejus abſentia ab illis ſentiretur.

S. Laurentius Juſtinianus primus Venetiarum Patriarcha, qui ſæculo decimonjuinto florebat, ita habet de hoc argumento, tract. de Caſto Connubio: *Quis unquam ille pulchrior? Quis modeſtior? Quis ſapientior? Ornatur in nubibus, maturus in greſſibus, in ſermonibus ſuavidus, in converſatione circumſpectus, in redargutione ſeverus, in exhortatione blandus, in colloquione ſuaviſſimus, & in omni opere venerandus; aſpectus illius venuſtate plenus, humilitate verecundus, ſuavitate refertus, & tota elegantia decoratus: labia illius lilia diſtillantia, verba vita æterna emanantia, mel & lac ereuctantia. Illud quidem roſenabat in ore, quod latebat in corde; ideo ſolabatur mœſtos, infideles illuſtrabat, cunctiſque ad ſe accedentes reddebat benevolos: ſermonibus quoque ſuis audientium corda ad mundi animabat contemptum: ad virtutum profectum inſtruebat, maxime cum de Regno Dei loquebatur & de gaudiis Paradiſi. Quis autem non langueſceret? Quis jucundo non inebriaretur amore, ſi videret Verbum ambulans, ſapientiam loquentem, unigenitum Dei cum peccatoribus converſantem?* Quamquam autem potiſſima ejus Authoris cura veretur in dotibus ſpiritalibus Jeſu Chriſti depingendis, ſubinde tamen plura tangit, quæ venuſtatem ipſius præ filiis hominum commendant. Accedit ad hæc omnia receptus in omnibus Eccleſiis mos ita pingendi Jeſu Chriſti imaginem, ut ad venuſtatem & majeſtatem compoſitum vultum exhibeat, quod de recepta apud omnes perſuaſione, tum de veteri ea de re traditione, non minimum eſt documentum.

Neque enim ita reputandum eſt, quaſi ſcilicet Veteres imagines Jeſu Chriſti ad vivum expreſſas procurare ſibi neglexerint. Scita ſunt, quæ de Algaro extrahere ſibi depingi imaginem filii hominis jeguntur. Mulier Hæmorrhoiſſa ab incommodo morbi Jeſu Chriſti beneficio ſanata, receptæ ab eo ſanitatis monumentum erigi ſtatuam Servatoris curavit, quæ uſque ad Julianum Apoſtatam ſtetit [1]. Alexander Severus Imperator inter variæ Numinum & Summorum Virorum Jeſu Chriſti imaginem reponuit in Larario; nec ſane illam, ſicut & alias in eodem loco, ſine cultu negligebat [2]. Mulier quædam Chriſtiana, ſed hæreſi Carpocratiana infecta, adjunctas habebat imagines Jeſu Chriſti cum Homeri & Pythagoræ [3]; & noſtra etiam ætate ſpectatur Romæ imago Beatæ Virginis puerum Chriſtum in ulnis geſtantis, opus, uti feruur, S. Lucæ. Non abludit igitur a vero, ſi in Eccleſia ex veteri traditione recepta credatur perſuaſio de ſpectata Jeſu Chriſti forma.

Porro ſi compoſitus ad majeſtatem, & auctoritatem vultus, ſi grata in verbis perſuaſio, partes reputandæ ſunt pulchritudinis & perfectionis virilis; hanc Jeſu Chriſto dotem, ſi alteri unquam, concedendam ne ambigimus quidem. Suppetunt enim ejus rei documenta in hiſtoria Evangelii, ubi de ejectis e Templo mercatoribus & negotiatoribus (4). Vix enim potuiſſet obſtinatos pellere, niſi prius vultus majeſtate & nitore perculiſſet. Paria credere pronum eſt in eo, quod militibus ad capiendum Jeſum Chriſtum venientibus in horto Oliveti accidit, quos ſcilicet injecto verbo & majeſtate ſua terrore reſupinos ſtravit (5). Verba ad populum habentem apprehendi, niſus ad id viris, Judæi præceperant, nemo tamen auſus eſt manum in illum immittere, neminem unquam ita loquutum obtendentes.

Virum fuiſſe corporis habitudine deſpicabilem neque Julianus Apoſtata, neque Judæi five Pagani, inſtituſſimi illi Jeſu Chriſti, & Religionis Chriſtianæ adverſarii, unquam exprobrarunt. Quamquam alioqui nihil omittercre, quo illi invidiam crearet; hunc adulterum accuſantes (6); hunc virum rudem & nullo ſtudio excultum, Magum, ſeductorem (7); hunc mentis emotæ & abreptum a Dæmone (8); Pſendo-Propheram, prodigiorum inanem jactatorem, voracem, obtiotum (9). Hiſtorias quaidam ad ejus ludibrium de vita, geſtis, & obitu ipſius confinxerunt Judæi (10); quid non? Numquam tamen aliqui iuecurrit, ut deformitatem vultus, & neglectum corporis habitudinem exprobraret, quaſi teſticeret ejus calumniæ ne levis quidem anſa obtrectatoribus ſuppeterer.

Hanc hiſtoriæ circumſtantiam, non contemnendam quidem, de inelegantia ſcilicet formæ Jeſu Chriſti, utique non neglexiſſene Evangeliſtæ, Apoſtoli, ceterique hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptores; apud quos ne deſideramus quidem veſtium Sancti Joannis Baptiſtæ formam; nihilque prætermiſſum de iis, quæ ad ornatum ejus Sancti Viri, & Servatoris, ſicut & ad mortem ejuſdem Jeſu Chriſti ſpectabant: ibi de tunica inconſuta, de veſtium diviſione ſortis arbitrio commiſſa, de laboribus, de itineribus, de cibo, de ſomno; quæ ſane omnia ſcire lectoribus minus conducebat.

Si Jeſus Chriſtus invenuſtam formam præ ſe tuliſſet, five id ejus electioni & potentiæ ramquam homini Deo deputaretur, ſive naturali cuidam neceſſitati, tamquam homini e Virgine parente nato. Utcumque autem æque abeſt a vero. S. Spiritus, quem Jeſus Chriſtus parentis loco habuit, nonniſi perfectiſſimum fœtum compingere potuit; neque J. Chriſtus tamquam homo potuit deformitatem eligere, quæ nihil ejus conſilius fuiſſet profutura, nocuiſſet autem aliquantum; potuit enim avertendis ab illo animis plurimum valere, quod ſane fini a ſe præfetipto, & ab

Æter-

(1) *Theophylact. in Luc.* (2) *Lampridius in Alexand.* (3) *Iren. lib. 1. ubi de hor. Carpocr. Epiph. hæref. Auguſt. de Hæref.* (4) *Joan. 2. 14. 15.* (5) *Joan. 18. 6.* (6) *Tertul. de Spect. c. 30.* (7) *Cyrill. lib. 3. 10. 1. in Iſai. Procop. in cap. 53. Iſaiæ.* (8) *Matth. 11. 18. Joan. 8. 24. Juſtin. Dial. cum Typh.* (9) *Matth. 11. 14.* (10) *Vide Toledot Jeſu & Baſnage, Hiſt. des Juifs lib. 6. cap. 27. 28.*

Æterno Patre præstituto repugnasset. Debuit labori & tormentis perferendis par esse; quare valido corporis temperamento instructum fuisse oportebat. Debuit populos & docere, & sibi conciliare; quate vultu ad gratiam composito, suadela verbis addenda erat.

S. Thomas 3. par. q. 14. art. 4. egregie demonstravit, Jesum Christum una cum hominum exuviis assumpsisse pariter defectus naturæ humanæ communes, veluti sitis, famis, laboris & quietis necessitates; qui verò singularibus tantum hominibus peculiares sunt, uti exercitem, ægritudinem, deformitatem &c. reliquisse omnes, & eos maxime, qui consilius suis repugnasse viderentur. Quare & deformitatem rejeciſſe par fuit, utpote quæ consilio suo repugnasset maxime. At enim humilitatis & pœnitudinis spiritu, quo paternæ justitiæ satisfaceret, humilem illam & contemptibilem formam elegerat, simul exemplum se præbens gloriolæ & corporis habitudine eleganti contemnendæ. Sicut & omnibus abjectis divitiis paupertatem elegerat, ut exemplo illo insinuaret, divitiarum gloriæque ambitionem esse contemnendam. Si enim ea fuisset Christo ratio deformitatem eligendi, cur plane non fuisset ægritudines omnes atque peculiares quorumdam corporum imbecillitates allumendi?

Neque ii sumus, qui illam in Jesu Christo vultus gratiam eaneiliemus, quæ mulicbre aliquid & affectatum carnalibus oculis capiendis, & mollioribus extitandis affectibus plurium valeret. Invidiota utique ea res fuisset, & adversariorum obtrectationibus prona. Quid enim tunc non latrassent aversiari dum cœminarum satellitio stipatum cernerent, dum passim cum omnibus colloquentem, ut etiam hospitio Marthæ & Mariæ, ferentemque fœminam pedibus accidentem lacrymis pedes lavare, tergere coma (1); ficuti & alteram alabastrum unguenti pretiosi capiti ejus affundentem. Nonne invidiam in illum creassent, qui laicrvientis formæ blandiriis mollioremsexum allicerer? Nimquam vero eam invidiam tubuisse legimus; ut argumentum ex eo silentio ducatur apertissimum, virili præditum forma virum nihil præ se tulisse, quod non ætas tua, muneri robusque gerendis conveniret. Nitor micabat ex oculis & majestas quædam, ad gratiam & ad venerationem compositus, ut intuentibus obiervantiam simul & amorem inspiraret.

Hæc sunt, quæ pro Jesu Christi forma congeruntur, nec omnium spectatum nonnullis viris Sanctissimis per vetum Jesum Christum jucundo atque florenti supra fidem vultu sese obtulisse. Sed hæc minora sunt, quam ut alicujus ad rem præsentem hæcantur momenti. Alius est enim Jesu Christi inter mortales agentis, alius in Cœlo reguantis ſtatus; ut nihil dicam de hisce visionum generibus, quæ tane fidei tunt subleſtæ, multumque ad eas pingendas imagines confert hominum phantaſia, variis præjudiciis, prout quæque corporis dispositionibus ſerviens. Quæ igitur de Christi forma vulgo recepta eſt ſententia, ea plane communi omnium plauſu probatur; nec aliam patiuntur viri pietati atque orationi prorſus addicti.

Contraria vero de Christi minus ſpectata pulchritudine gratia & populi favore, minus valet. Vix enim apud Christianos invenias id ſibi ſuscipientes, ut contra Servatoris formam conſligant; vixque aliquos id revocantes in dubium ſine homicho ſuſtinentes. Nihil in cathedris frequentius ſonat, quam hujus hominis Dei ſpecioſi præ filiis hominum elogia; pietatis & religionis Libri utramque do illis paginam implent. Fateamur tamen oportet, quæ contra ſpeciem Servatoris afferuntur momenta, ejus eſſe ponderis, ut adveriam opinionem ex æquo ut minus ſuſtineant.

Iaias 52. 13. 14. 15. & 53. 1. 2. 3. &c. Redemptoris humani generis imaginem his verbis depingit: *Congregavit vos Deus Israel : ecce intelliget ſervus meus. Exaltabitur, & elevabitur, & ſublimis erit valde. Sicut obſtupuerunt ſuper te multi, ſic inglorius erit inter viros aſpectus ejus, & forma ejus inter filios hominum. Iſte aſperget gentes multas [nempe beneficiis] ſuper ipſum continebunt Reges ex ſuum: quia quibus non eſt narratum de eo, viderunt; & qui non audierunt, contemplati ſunt. Quis credidit auditui noſtro, & brachium Domini cui revelatum eſt? Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti: Non eſt ſpecies ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſideravimus eum, deſpectum & noviſſimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem: & quaſi abſconditus vultus ejus & deſpectus, unde nec reputavimus eum. Et nos putavimus eum quaſi leprolum, & percuſſum a Deo, & humiliatum. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras &c.*

Verba iſta Prophetæ eo ſtagis ad rem præſentem valent, quo ipſis fatentibus Patribus, & Commentatoribus, ita de Jesu Chriſto prolata ſunt, ut præter illum nemini quadreut. Non ſemel autem in illis ingeritur inelegantia vultus, in quo nil ſane ad amorem & deſiderium ſui ſpectatur. Idem Apoſtolus inſinuat ad Philipp. 2. 7. Chriſtum humana natura indutum, ſervilem formam aſſumpſiſſe. Jo: 20. 15. legimus Mariam Magdalenam viri ſpecie illuſam, hortulanum reputaſſe illum, quem demum Chriſtum novit. De pulchritudine ejus ne verbum quidem ullibi locorum in Evangelio; cum interim nihil omittant Evangeliſtæ. Matth. 17. 2. Marc. 9. 1. totam transfiguationis hiſtoriam deſcribunt; quo tacito documento inſinuant, alcium ea temporis circumſtantia, quam toleret, apparuiſſe. Nitor tunc fulgebat in vultu, ut Solem radiantem crederes, candor niveus in veſtibus.

Abaibanel in Ii. 53 vidiſſe ſibi videtur in oraculo Prophetæ virum vultu, & habitu corporis neglectum, melancholia tertum, & corpore imbecillem; quod ſibi valido eſſe argumento credit, ut ea Prophetæ verba a Meſſia deroqueat, quem ſapientum Chriſtianorum confeſſio aſpectu decorum, & ad gratiam compoſito depingit. Bonus ille quidem Judæus, led malus Logicus.

Veteſtiſſimi e Patribus, quorum magni eſſe momenti authoritas in ea re debet, utpote quod adhuc ſuperſtitem recentiſſima, & puriſſima traditione confirmatæ monumenta, quæ indubitam reddebant de forma Chriſti fidem, veluti ſtatuæ & imagines e vivo expreſſæ; veteres, inquam, illi expreſſum pro ineleganta Jesu teſtimonium ferunt. S. Ignatius 3. ć. 19. nov. edit. pag. 212. olim e.xt. ita ſcripſit in rem noſtram de Chriſto: *Homo indecorus & paſſibilis..... Dominus Sanctus, mirabilis, & conſiliarius, & decorus ſpecie.*

Hanc vultus & natalium Jesu Chriſti obſcuritatem vitio Chriſtianis vertebat Celsus Epicureus; quod ex vulgato rumore acceptum contra Divinitatem Jesu Chriſti tamquam telum jaciebat (2). Quis enim ita impius, ille calumniabitur, inquam, ſi Deus ſapiens in animum, ut credat Spiritum Sanctum male compectum adeo ſibi contubernium elegiſſe? Plane ſi vir ille vulgarem mortalium conditionem exceſſiſſet, conditionis ſuæ inſignia non recuſaſſet, procero & bene conſtituto corpore ſpectandum offerens ſeſe, cui nihil deeſſet ad gratiam, non vox, non indoles, non eloquentia; quare nec Deum fuiſſe oportet.

Ad hoc Origenes fateri ſe dixit, Jesum Chriſtum forma inelegani fuiſſe, ſed in iis quæ ad genus & familiam ſpectant, nonniſi per calumniam obſcuritatem a Celſo objici, ſicut & eadem fide de humili illius ſtatu quædam jactaſſe. Itaiam vero oraculo ſuo tantum præmuniſſe futurum, ut Jesus Chriſtus neque formâ ſpectata, neque inſuetis corporis dotibus ſupra mortale ſeſe extollerez. Fatetur igitur Origenes, nil ſingulare in vultu Jesu Chriſti apparuiſſe, quod latentis divinitatis indicia proderet.

Clemens Alexandrinus, Origene vetuſtior, in Iiaæ vaticinio præmunicatum agnoſcit, nil in carne Jesu Chriſti, quod oculos caperet, ſpectandum. *Videmus eum, ait Propheta, & non erat aſpectus, neque decor* (3). *Quis autem Domino præſtantior? Sed non*

(1) *Luc. 25. 37. 38. Matth. 26. 7.* (2) *Orig. cont. Celſ.* (3) *Pædag. l. 3. cap. 1.*

carnis pulchritudinem, qua visens apprehenditur, sed veram animæ & corporis offendit pulchritudinem : anima quidem beneficentiam, carnis vero immortalitatem.

Et Strom. l. 1. Philosophi sententia laudata, sapienti seilicet nil ad pulchritudinem deesse, nihil etiam defuisse Justis concludit, ut venustissimi haberentur, etsi indecoro essent aspectu; morum enim sanctimonia, & ad normam recti conformata vita pulchritudo est. Laudat in eam rem illud Isaiæ : *Aspectus ejus, & forma ejus inter filios hominum.* Et l. 3. Strom. *Ipse qui est caput Ecclesiæ, in carne quidem deformis, & despicabilis, & spectus carnis transiit, docens nos respicere ad id quod est Divinæ causæ, inaspectabile, & incorporeum.* Et l. 6. Strom. *Jam vero Dominus non frustra voluit nisi vili & humili forma corporis, ne quis speciem laudans, & admirans pulchritudinem, abstitat ab iis quæ dicuntur; & attendens iis quæ relinquuntur, ab iis abducatur, quæ percipit intelligentia.*

S. Cyrillus Alexandrinus paria sensit cum Origene, & S. Clemente. Hujus sunt verba in illud Psalmi : *Speciosus forma præ filiis hominum* (1). *Nemo potest dubitare, quin pulchritudo intelligatur de ea, qua est in gloria, & natura Deitatis omnia superantis, quandoquidem carnis gloriationem nemo adscripserit Christo, nec in gloria ipsius censuerit. Absit hoc, totum enim mysterium incarnationis sua sese exinanivit, & humilitatis, sicut scripsit de eo Isaias Prophetæ : Et vidimus ipsum, & non habebat speciem, neque pulchritudinem.*

Tertullianus ceteris disertius idem asseruit; ita enim de Christo : *Vultu & aspectu inglorius* (2). Et adversus Judæos : *Ne aspectu quidem honestus ; & de Carne Christi : Adeo nec humana honestatis corpus fuit, nedum cælestis claritatis.* Id autem, addit ille, quando sub ipsis fere oculis non exstitisse Prophetæ, abunde tamen persuaderent tormenta, quibus afflictum ejus corpus confectum est. *An anjus esset alicujus unguis summo perstringere corpus novum, speciminibus exutaminare faciem non meminem?* Voluit Jesus Christus in sinu Matris concipi, voluit præcipitum puerperio tempus expectare; voluit augmentum ætatis, adolescentiæ sensim corpore, sensim..Adultus jam prodere se atque in publicum ostendere non festinat : *sed consummatissimo insuper sibi est*, nempe servilis vultus ignobilitate. (3)

S. Augustinus Serm. 20. de verbis Apostoli, deorem quidem in Christo agnoscit, non tamen in corpore : *In homo non habebat speciem, neque decorem. Sed speciosus forma ex eo, quod est pre filiis hominum.* Et in Psal. 118. *Et ipse Sponsus non carne, sed virtute formosus.* Addit in Psalmum 127. Judæos numquam commissuros, ut manus in illum injicerent violentas, siquidem nossent internam ejus cordis pulchritudinem. Quidquid autem in extima corpoiis superficie parebat, illud norant tantummodo : *Nisi fedum intuerent, non insultirent, non flagellis cederent.* Et de verbis Apost. Serm. 20. deformitate Christi Deum non fœmoios doeet. *Si enim, ait, ipse deformitatem resuscitasset, formositas nostra, nos perdidisset ; illo enim deformis in cruce appensus, deformitate sua formosos nos reddit. Imitemur igitur atque complectamur deformem Jesum in hac vita, cruci inhæreamus, atque in ejus passione gloriemur.*

Idem S. Doctor Serm. 95. in recenti Collectione Operum illius primo vulgato, concilians duos simul Prophetas Isaiam, & Psalmistam, quorum primus nomem ab aspectu Christi gratiam ablegat, alter speciosissimum præ filiis hominum celebrat; docet Psalmistam de Jesu Christo Deo egisse : *Cum in forma Dei esset, non rapinam, arbitratus est esse se æqualem Deo*, juxta Apostolum ad Philippenses 2. 6. Propheta vero humanam ipsius naturam præ oculis habuisse, de qua scriptum legimus ad Philippenses 3. 7. *Semetipsum exinanivit, formam servi accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.* Concordant ergo, subdit Augustinus, *amba pacificè*. *Quid est speciosus Deo? Quid deformis Crucifixo?*

Nihil hic ego de Imaginibus, quas jactitant, de sudariis impressam Christi faciem repræsentantibus, neque de nummo illo vetustissimo apud P. Vavassorium De forma Christi cap. 2. qui scilicet nummus P. Sirmondo, dum Romæ versaretur, exhibitus Christi vultum præseferebat ad severitatem potius & austeritatem, quam ad gratiam & amorem compositum. Hujus enim generis monumenta, quorum plerumque nihil minus est, quam asserta vetustas, suspecta tunc Eruditis. Sudaria vero imagines quidem sunt, quarum arbitrio vix ae ne vix hujus rei controversia committeretur. Nihil enim in illis (quando exploratæ esse antiquitatis fateremur) nisi male expressæ quædam lineæ, quæ vix prima vultus rudimenta designant.

Ex his, quantum arbitror, satis colligimus, veteres Patres, sententiæ de pulchritudine Christi parum faviſſe, parum etiam primos illos Fideles, quibus ea de re ereata a Paganis invidia. Neque id reprobrantibus, veritatem negabant Christiani; quæ ab illis probro esse credebantur, hæc sibi Christiani gloriosa censebant. Plus enim ad admirationem & divinitatem Jesu Christi commendandam faciebat, si vilis ille, & contemptibilis homuncio, nihil habens adjumenti sive ex generis qualitate, sive ex industria, scientiæ fama & gratia tantum nihilo seeius valuisset, ut hominum immensam turbam sibi devineiret, cœlestem adeo doctrinam per Mundum sparseret, totumque demum universum tam prodigiosa reformatione immutaſet. Hæc enim, quæ in viro eloquentissimo, venustissimo, cui nihil deesset & studii & eloquentiæ & authoritatis miracula fuissent: quis non magis in eo viro emieare obstupuisset? Appollonius Thyanæus vir forma spectabilis, eloquentia luminus, præstigiis, industria, fictorum miraculosum fama illustris, numquam tamen tantum vatere potuit, ut ea sibi Discipulos adsciscerent: Cum Jesus Christus nec aspectu nec eloquentia gratus, excellentia doctrinæ & prodigiorum luorum omnes ad se mundum pellexerit. Hæc prisſtinis illis Fidelibus veritatis Christianæ fidem faciebant:

Verus illa traditio cœpit tandem sub ipso S. Chrysostomi ævo sensim in adversam opinionem degenerare. Sed S. Hieronymus eodem loco in Matth. 21. ubi nitore quodam micuiſſe vultum Jesu Christi asseruerat, cujus fulgore præstricti negotiatores illi in Templo veriantes, ne pervicaeiæ Jesu Christo resistere prohibiti sunt; eodem, inquam, in loco faetur, vilem adeo & contempsibilem intuentium oculis apparuiſſe Christum, ut a supplicio crucis in illum decernendo Judæi non deterreretur : *Mihi, inter omnia signa quæ fecit, hoc videtur mirabilius, quod unus homo & illo tempore contemptibilis, & in tantum vilis, ut posset crucifigeretur &c.*

Postquam opinio de specie Christi præ filiis hominum superiora tenuit apud Fideles, identidem tamen Scriptores prodierunt, qui veterem opinionem innovarnes, eadem de hoc argumento, quæ Patres primorum sæculorum, senserunt. Michael Medina libro 2. de recta in Deum fide cap. 7. qui Concilio Tridentino præsens adfuerat, docet, illud fuisse corpori Jesu Christi temperamentum, quod maxime conveniret homini sapienti & studiis dedito. Addit deinde nihil esse, quod vanæ illorum persuasioni deferamus, qui nullo fulti argumento autumarunt, Jesum Christum forma spectabilem supra ceterus mortales fuisse; unde felicissimum ejus temperamentum colligere sibi videntur. Hujus opinionis, inquit Medina, nullum est fundamentum, nisi in loeis quibuſdam Scripturæ, sive in sensu allegorico tantum, sive de spiritali ejus pulchritudine ejusque Divinitate exponendis. Hæc ille, additurus pariter, si forte sueeurriſſet, contigiſſe non raro, ut ad gratiam compoſitus vultus pictaque vividis coloribus facies temperamentum haberet iniquus. Sieut vicissim infelix oris habitudo feliciori gaudet humorum mixtura.

Cornelius a Lapide in Isai. 53. 2. hæc de Jesu Christo docet : *Non erat aspectabilis si non habebat aliquid*

(1) *Lib. 2. Glaphyr. in Exod.* (2) *Tertull. de Idololatr.* (3) *Idem de Patientia.*

aliquid dignum aspectu, quod oculis aspicientium ad se traheret: sed erat despectus. Addit deinde, Isaiæ vaticinium de Christi deformitate fidem suam habuisse & in passione ipsius & in reliqua ejus vita universa: Scitum est, tamdem sententiam in Differtatione speciali, ad calcem Opetum Sancti Cypriani a te editorum, D. Rigaltium assensisse. Author Commentariorum in Isaiam 53. sub nomine Sancti Thomæ vulgatus, docet, Jesum Christum suam occuluisse sub imbecillitatis velo pulchritudinem; non deerat viro sive nitor, sive gratia, sed velamento paupertatis occultata. Nos, ait, illum in corpore vidimus, nihil spectavimus ejus majestatis, quam Verus quidam Regi Priamo attribuit, qui vultu Regiam majestatem præferebat.

Possent in eam sententiam plures alii Commentatores laudari, veluti Grotius, Mariana, aliique. Eusebius Cæsariensis in illud Psal. 44. *Speciosus forma præ filiis hominum*, docet verba illa non ad formam aliquam eorporis, sed ad immunitatem a peccato referenda, neque enim, ait ille, contrarius est Psalmista Isaiæ: *Vidimus eum & non erat aspectus*; *non erat species ei neque decor*. Geminus est Eutebio Theodoretus in Ps. 44. neque dissentit Sanctus Basilius in Iis. 9. cui tota Jesu Christi venustas non in justa membrorum œconomia neque colorum pictura, sed in natura Divina spectatur. Eadem legas apud Tertullianum in Marcionem lib. 2. cap. 17. Sanctum Cyrillum in Isaiæ 53. & lib. 1. Glaphyr. in Exod. Sanctum Ambrosium Epist. 1. class. Ippt. 29. ad Irenæum, Sanctum Isidorum Pelusiotam libro 3. Epist. 130. & Pseudo-Hieronymum Commentar. in Psalmos, Psal. 44. aliosque non paros.

Est igitur cur diligenter distinguamus inter Isaiæ vaticinium, quod ad litteram interpretemur oportet, & de ipselegantia aspectus Jesu Christi a prisci quamplurimis Patribus atque Interpretibus exponitur; & sententiam Psalmi 44. de pulchritudine Jesu Christi, quem scilicet textum Interpretes exponendum mystico & figurato sensu de spirituali quadam Jesu Christi pulchritudine a Divinitate & morum lanctimonia petita consentiunt. Primum illud vaticinium potest in argumentum adduci, alterum non, nisi moralem & figuratum sensum pariatur.

Hæc majoris momenti argumenta afferuntur pro ableganda a Jesu Christo omni spectatæ formæ elegantia. Nunc laborandum est nobis, ut inter duas hasce sententias media inveniatur, quæ nec fœditatem nec pulchritudinem, sed medium quid Jesu Christo tribuat.

Est quædam in hominibus venustas mollior plane & lascivior, quam quæ Jesum Christum deceret. Hanc ab eo prorsus ablegamus, quippe quæ repugnet ideæ de illo in Sacra Scriptura traditæ, cum neque in laboribus, in paupertate, in rebus adversis tolerandis exactæ vitæ conveniat. Hunc enim scimus virum fuisse dolorum & victimam expiandis morte sua mundi sceleribus destinatam; nimiumprorsonde abhorruisse a blanditiis lascivientis vultus, a roseis genis & rubo, quæ carnalem gratiam, & hominum molliores affectus pelliciant. Itaque si in eo viri pulchritudo constituatur, omnem a Christo ablegare pulchritudinem non inviti assentimur. Nihil illæ ad acquirendam & augendam venustatem sive studii, sive industriæ contulit; quin & laboravit plurimum, ut si quam habuisset, penitus exterminaret. Si quis vero in aliam extremitatem recidens contendat, nihil fuisse in Jesu Christo nisi fœdum, & deforme, tristem illum & servilem retulisse vultus corporisque habitudinem, os austerum & torvum, vocem asperam, fractam, & inconditam; plenam invidia hanc illius picturam tanquam blaspheman, & humanitati filii Dei injustissam toto abjicimus spiritu.

Medium igitur quid statuamus oportet, ut nihil ipsi sive infigniter fœdum, sive egregie pulchrum tribuamus. Visus est igitur in mundo tamquam mortalium aliquis, justam hominum staturam attingens, nihilque habens supra vel infra vulgarem, seu turpitudinem seu venustatem. Color erat viro, uti facile credimus, fuscus, instar Judæorum Palæstinæ; indolem ipsiavit facile bellicam, & martialem Galilæorum, [1], juxta P. Vavasforium; justam hominum staturam multum sane non excedebat; ut quid enim alioqui Zacchæus spectandi viri gratia, cum præ turba non posset, sycomorum ascenderet [2]? Nec authoritati Nicephori, aliorumque ejus generis defendum aliquid adstruimus; sicut & ambigua sunt argumenta in eam rem picturæ, fudaria, & nummi; nulla enim exploratæ antiquitatis pictura, sive terapium aliquod authenticum superest, quo de forma Jesu Christi ejusque statura doceamur. Quam Hæmorrhoissa staturam erexerat, quam Alexander Mammæus in suo Laraario servabat imagine, quam Jesus Christus misit ad Abgarum Regem, five Marcellina Carpocratiana colebat; hæc, inquam, omnia adeo intercidisse constat, ut nulla earum defcriptio superfit.

Quæ Sancto Joanne Damasceno, & Nicephoro authoribus legimus de fulgore oris Jesu Christi, quo perstrictus, missus ab Abgaro pictor ab opere prohibitus est, hæc sane majora sunt, quam ut Authoribus hisce fequioris ætatis fobis & fine teste credantur. Sanctus Hieronymus, & Sanctus Chrysostomus in ea fuerunt sententia rutilantem e vultu Jesu Christi fulgorem in fuum amiorem mortalescomnes rapuisse. Quæ fi vera essent, de luce quadam tenus corporis perstringente; non fuisset plane cur virum floccipendentes dicitirarent Judæi Matth. 13. 13. 55. & Marc. 6. 3. *Nonne hic est Jesus filius Joseph, Fabri filius? Nonne sorores ejus nobiscum sunt?* Si insolito vultus nitore occultæ Divinitatis specimen exhibuisset, in tantam ne prorupisset audaciam Judæi, Romanique, ut manus in illum injicerent violentas [3]? Pisticis illis fidebimus neque studium plane deerat, neque facultas noscendi, quæ Jesu Christo forma, effet, statura & majestas; nihil autem illi ea de re speciosum produnt. Quis credat unquam, illos, fiquidem aliquid animadvertissent supra vulgare in imaginibus & statuis Jesu Christi, nihil curasse, ut tantæ rei memoria ad posteros tranimitteretur? Ex quibus omnibus illud conficitur argumentum, Jesu Christi formam æque a singulari defformitate, & venustate abfuisse.

Plerique e Patribus, quorum supra in utramque sententiam testimonia laudavimus, in hanc nostram opinionem convenisse videntur, sive cum eorum mens ierio in examen revocatur, sive cum expressus mentem suam prodiderunt. Varicinium illud Isaiæ: *Vidimus eum, & non erat ei species neque decor*; revocant ad tempus Passionis, cum scilicet probro, ictibus, & sputis fœdato vultu triste illi spectaculum intuentibus præbebat [4]. Alii vero exponunt de obscuro, atque de hominum luce, & fuco viræ genere; quod ibi Dominus elegerat [4]. Origenes tatetur quidem Scripturam de inelegantia aspectus Christi ferre testimonium; nulpiam autem ibidem legitur, ait, fœdum aliquod, atque pigmæam staturam ipsum præstulisse [*]; ex quo nihil supra vulgare in illo apparuisse satis designat. Hæc genuina Origenis sententia. Sanctus Clemens Alexandrinus, & Tertullianus de forma Jesu Christi agentes, nimii quidem sunt, quibus, si dicti sui ridonium aliquod testimonium attulissent, egre fidem addiceremus; nunc autem futiles adeo in illud rationes atque ultra intentum probantes adducunt, ut nihil illis deferendum credamus. Vix autem persuaderemur, constitutis a Jesu Christo consiliis fœdioris vultus deformitatem plurimum contulisse. Abhorruit igitur a deformitate tantum quantum ab ejus necessitate abfuerat.

S. Augustinus, & S. Bernardus suas laudes pnl-

(1) *Joseph. de bel. lib. 3. cap. 4.* (2) *Luc. 19 2. 3. 4.* (3) *1. Cor. 2. 8. & Augus. in Psal. 127.* (†) *Theodoret. Eusebius, Hieron. in Isai. 52. & 53. & in Epist. ad Principiam, & in Psal. 44. Chrysost. in Matth. 8. hom. 28. Cyrill. in Isai. 5. Procop. in eumdem locum Bernar. Serm. 26. & 28. in Cantica.*
(4) *Chrysost. in Psal. 44.* (*) *Contra Celsum.*

chritudini vicissim ; & deformitati pro sua singulis ratione contulerunt. Possemus hic in utramque sententiam testimonia illorum recitare ; nec id quidem injuria a Sanctis Patribus assertum est ; cum utrumque illud conitet, & deformem fuisse Servatorem, cui nihil erat ex lascivientis oris blanditiis, quæ carnales oculos rapiunt ; vicissim autem formosius haberi poterat, si illius compararetur, qui sive a natura, sive casu aliquo fortuito aspectus deformitatem aliquam referunt. Utrumque leginus in Scriptura, & laudari Christum a venustate, & abhorruisse illum a nitore & pulchritudine. Psalmista *Speciosum pra filiis hominum* commendat ; Isaias despicatum & inglorium hominem inducit : *Ille sunt due tibia quasi diverse sonantes, sed unus spiritus ambas inflat*, ait Augustinus tract. 9. in Epist. I. Joannis.

IN JEREMIAM PROLEGOMENON.

JEremias Helciæ [1] filius, e Sacerdotali genere oriundus erat ex Anathoth, vico Tribus Benjamin [2] tribus milliaribus a Jerusalem Orientem versus [3]. Primam ætatis juventam agens ad munus Prophetæ vocatus est ; cui destinatum ie divinitus dicit, antequam in lucem edcreiur [4,] & cum Deum primo invitantem audivit, mandantemque ut acceptas a se veritates Regibus, Principibus, Sacerdotibus & populo Juda nunciaret, ætatis imbecillitatem, nec dum palam loquendo aptam, caulatus fuit [5]. Agebat tunc annum ætatis decimumquartum, cum Josias jam a decimo tertio anno in Juda regnaret [6]. Susceptum munus habuit usque ad captam Jerosolymam. Quinque Lamentationum capita premente jam captivitate scripta sunt, saltem anno post captam Urbem A. M. 3417. In 2. Macchab. 2. termo est de Commentariis Jeremiæ post destructionem Jerosolymæ scriptis.

Oracula sua Jeremias scriptis mandare aggressus est primum anno quarto Regni Joachim ; voce enim tantummodo prolata antehac populo vaticinia tradebat. Rerum ab eo gestarum seriem digerere in præsentia ex ejus scriptis conabimur ; consultisque appositis in hac nostra Dissertatione notis, intelligent Lectores, quis ordo chronologicus capitibus ejus prophetæ statuendus sit, & cujus potissimum Regis tempus præferanr.

Cum Deus hunc virum ad ministerium evocasset, simul illi ea quæ a Judæis toleranda ipsi erant mala, sicut & Oraculorum omnium seriem ostendit. Vidit igitur Propheta virgam vigilantem, vel juxta plures Interpretes, virgam amygdalinam, qua nulla est floribus proferendis præcocior, quo symbolo intelligeret Propheta quamprimum ic ? Deo in publicum producendum. Spectavit & ollam luccensam igne e septentrione exsuffiato, ut imminentia Judæ mala per Chaldæos gentem septemrionalem intelligeret. Adjecit deinde Dominus, constituisse se vicum illum in murum æneum, & in columnam ferream, ut contra Duces, Principes, & Populum Juda nequicquam se opprimentes staret.

Mandatis dein [7] oneratus est, ut refractarium a Deo populum, Jerosolymam veniens, gravioribus verbis castigaret. Id autem Jeremias prolixo satis sermone exequutus est, quo post demonstratam amplioribus verbis Dei in populum suum charitatem, cum iter habentes per desertum Sinai, post excussum Ægyptiorum jugum, beneficiis illos prosequeretur ; simul exprobrat scelera, pro illatis a Deo beneficiis a populo repenia, novo plane, nec inter ipsos unquam Paganos spectato exemplo : plus enim, inquit, Numinibus suis deserre Paganos constat, quam Domino Judæos. Adjecit ; frustra spetate illos in ope Ægyptiorum, a quibus nihil sibi spondendum ; sicut nec ab Assyriis antea quidquam impetraverant. Tum Propheta verso orationis pondere in populum Juda, horratur demum, si quidem malint, debitam criminibus suis ultionem per Chaldæos imminentem evitent, lacrymis & pœnitudine scelera eluant. A cap. 2. 1. usque ad cap. 3. 6. declamatorio stilo utitur ; deinde ad Judicis gravitatem se componens, veluti sententiam pronunciat, simulque populum ad officium revocat.

Nec est plane quod miremur, cur Jeremias pariter & Sophonias Prophetæ coævi vehementi adeo oratione crimina Judæ sub Josiæ Regno profequantur. Quamquam enim nemo esset eo Rege magis ad pietatem & probitatem factus ; nihil tamen poterat corrigendis Judæorum moribus, quos vehementi adeo excitamento deceffores Reges, & Magistratus potissimum exempla ad flagitia animaverant. Regnabat adhuc idololatria, & usque ad annum Josiæ 18. cum primum Liber Legis repertus est [8], idolorum, Sacerdotum falsi Numinis, Divinorum colluvies totam Regni faciem deturpabat.

Regnante Josia justus a Deo Propheta *in ipsis* Templi foribus accedentes populum prolixa satis oratione allocutus est, ostendens nihil esse, cur tot criminibus implicati prosperum sibi aliquid e Templi sanctitate iponderent ; cum maxime loci sancti religionem in spelunæam latronum transformassent. Minatur Deus, eam se in Templum ultionem exerturum, quam olim in Silo, nempe eo relicto abiturum, Tandem Jeremiam monet, ne precibus suis pro iniquissimo populo intercedat, qui nempe in tantum sceleris prorupisset, ut unitetiæ Cœli aliisque demum Numinibus externis cultum impendens, eorum prophana simulacra in ipso Templo consecrasset, & sacrificia, in valle Topheth sub ipsis Urbis mœnibus immolasset. Screnit, se ita commissurum, ut exhumatis cadaveribus Regum Juda, Sacerdotum, Principum, Prophetarum & populi, Urbem ad inconditam ruderum struem redigeret. Neque in Judæam tantummodo Propheta gravis invehitur ; sed in Ægyptum etiam, Idumæam, Ammonitidem, & Arabiam. Denique sermonem cogens Propheta Judæos hortatur, ut abjecta Idolorum vanitate, quam sub illorum oculis ponit, ad Deum revertantur, superfuis regioni Assyriorum copias aliosqui poenas daturi. Rogat ille vero Deum, ut furoris sui flagellum in exteras gentes excutiat, Judæis pareat.

In cap. 8. 13. sententiam lego, qua facilis ducitur conjectura, sermonem illum ad famem, per totam regionem sub Josia grassantem de qua apertissime Joel cap. 1. & 2. & 3. spectare. Nec invitus suspi-

(1) *Sanctus Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromat. hunc ipsum Helciæ summum Sacerdotem credit, qui post invenium testumque a se Librum Legis, deinde diem claustit. Consentiunt Rabbini, Paulus Burgensis, & Chaldæus, nec abludunt Sixtus Senensis, & Maldonatus.*

(2) *Josue* 21. 17. 18. (3) *Hieron. in Prolog. & in Jerem. cap. 9.* (4) *Jerem. 1. 5. Antequam exires de vulva, sanctificavi te.* (5) *Jerem. 1. 6. Nescio loqui quia puer ego sum.* (6) *A. M. 3375.* (7) *Cap. 1. & 2. & 3. & 4. & 5. & 6.* (8) *Vide 4 Reg. 23. 4. &c.*

cæter, minatum adversùs impios & idololatras partem exitum habuisse anno 18. Josiæ (1).

Triste legimus Oraculum in cap. 21. quod terribili verborum apparatu exponendum in Urbibus Juda, & Jerusalem Deus Prophetæ commisit. Porrò Vaticinium illud *Pactum* sive fœdus vocitatum est; facile quod in memoriam revocet fœdus inter populum & Deum initum, cujus leges Judæi violaverant. Cum autem iniquius Viri Oracula ferrent cives Anathoth, patriæ ejusdem Prophetæ, ni desisteret, mortem minitati sunt; quibus Propheta vicissim annunciavit, illis necem imminere gladio simul & fame.

In cap. 12. gravius ferre visus est Jeremias tum mala & persecutiones, quas a civibus Anathoth ipse tolerabat, tum etiam impiorum & infidelium felicitatem; cum vicissim fidelis Deo populus sterilitate & Cœli aridutate, sub Josia affligeretur; eodemque spectant capita 14. & 15. Patheticeo ibi stilo mala omnia Regni Juda deiscribit Propheta. Vetat Deus ne Jeremias preces suas pro Juda interponat, quibus ne tunc quidem veniam indulgeret, cum a Moyse & Samuele adhuc in vivis agentibus rogaretur; adeo sedebat Deo sententia, ut in urbem Jerusalem, criminum Manasse filii Ezechiæ Regis Juda ream, animadverteret (2). Idcirco in historia Regum observat Scriptor, nequidquam in contrarium adnitente Josiæ religione, adhuc tamen Deum, vindicem adversus Judam manum, criminibus Manasse iratum, non reduxisse. Hujus furoris pars etiam dira fames, quæ per Regionem grassabatur; reliquis adhuc ductioribus in futurum, cum fcilicet captivus populus adducendus esset, reservatis.

Cujus sit temporis fictum illud Propheticum, de quo cap. 13. mihi habens cum ceteris omnibus connexionis, ambigimus. Jussus a Deo Propheta, cingulum quemdam in spelunca ad Euphratem occultavit, quo deinde se consertens putridum comperit: eodemque simbolo intellexit rejectum a se Judam Deum in exitium abire permissile, quem fcilicet populum antea sibi veluti cingulum obstrinxerat. Sermonem deinde toto eo capite vertit Propheta monendis populis, ut refipiscentes ad Deum revertantur; simul addens minas de futuro Assyriorum flagello.

In capp. 16. & 17. eavet Deus, ne Propheta conjugio copuletur, & filios nutriat Jerosolymæ, neve commitetur, ut in domum ullam ingrediatur, ubi sive læta instruantur convivia, sive funera lugeantur, quasi mœstis sobrium allaturus; id fcilicet defignasis, omnem sè sperandi ansam populo interclusisse.

Iniquius tristia hæc Prophetæ Oracula accipientes populi, invisum sibi virum omnibus convicisis & injuriis aggressi sunt; 3. ; cujus rei querelas cum ad Dominum ferret Propheta, mandatis oneratus est, ut pro foribus Templi, unde Reges adtum habebant, (facile pro foribus Aulæ) staret etiam pro foribus Urbis Banc, coactum ibi populum hortaretur, ne Sabbati religionem vectatione rerum extra urbem violarent; tenuenteseque morem gereie minitatur severa se ultione castigaturum, ac vicissim mortigeros præmio donaturum.

Hæ ieries Oraculorum cum Josiæ Regno componendorum. Scita sunt, quæ de infelici religiosissimi illius Principis obitu narrantur 4. Regum 23. 30. in prælio nempe commisso cum Nechao Rege Ægypti ad Mageddo, gravi confossum vulnere interisse. Vacuum ejus solium habuit Sellum, alio nomine Joachaz inter filios Josiæ natu minimus, Princeps, si quis alius, nequissimus, de quo ibidem cap. 18. *Fecit malum coram Domino, juxta omnia, quæ fecerant patres ejus.* Ejus rei documentum exhibetur in his, quæ a Phassur passus est Jeremias, quæ sane tanta sunt, ut non sub Josia pissimo Rege, sed sub ejus filio subisse Propheram eredamus.

[a] Interim jussus a Domino Jeremias (4) ad figuli officinam veniens, fictilæ vas in manu artificis observavit, quo, dum formaretur, confracto, ex eadem argilla alterum adtum efformatum est; quo documento didicit Propheta, reprobati populi Judæ loco alterum a Deo suscitandum. His omnibus grandis plane invidia in Jeremiam apud Judæos ereata. Tum jussus ille a Deo, fictile alterium vas coram Senioribus (5) & Sacerdotibus assumptum in Vallem Ennom contulit; ubi post recitatam tristem futurorum malorum ihadem, vas coram omnibus, in symbolum imminentis exitii, confregit. Inde ad Templum ascendens palam denunciavit futurum, ut nihil ex his quæ prædixerat, pervicaciæ illorum merito, irritum caderet.

Hæc ingratis auribus accipiens Phassur Princeps Sacerdotum, Propheram percussit, statimque juxta Templi fores in carcere detineri jussit (6). Sed mane alterius diei; eodem agente Phassur, liberatus, ad confueta vaticinia rediens, captivitatem Sacerdoti ejusque familiæ & amicis omnibus prædixit. Ea occasione Propheta, quo nihil firmius in resistendo optimatibus, & populo, humani aliquid patitus est, plus enim nimio queftus cum Deo de exculla in caput suum tot malorum proeella apparet.

[b] Nechao Rex Ægypti ab expeditione Carchemisiæ ad Euphratem redux, amoto a Regno Sellum, quem populus Josiæ successorem dederat, Joachimum. Principem violentum & superbum assumpsit. Cum igitur novus Rex dignitatis suæ insignia sumeret (7), Jeremias ante Palatii fores positi acerbam fecierum Judæ expostulationem, Joachimum ad sanioia cuqsilia revocat, fidem suam obligans futurum, ut si meliora elegisset, Reges adhuc eodem, quo prius, apparatu in eadem Aula spectarentur; eum vicissim, ait, surdus meis monitis aures si præbueris omnia in solitudinem redigentur. Tum verso ad populum sermone cap. 22. 10. *Nolite flere mortuum* (8) *& lugite eum* (Sellum) *squi egreditur a patria non revertetur ultra, nec videbit terram nativitatis sus.* Dictis sua fides, cum Sellum in Ægyptum a Nechao translatus supplicio vitam finiret.

Post hæc invectus iterum contra Joachimum, & superba ædificia & vitam in avaritia & crudelitate actam exprobrat; sciret tamen infelicem adeo sibi exitum imminere, ut ne honore quidem sepulturæ dignus habendus esset, cap. 22. 19. *Sepultura asini sepelietur putrefactus, & projectus extra portas Jerusalem.* Nec meliora sperare jubet Propheta Jechoniam filium Joachim, quem tradendum minatur in manus Chaldæorum, & ex filiis neminem in Regno Judæ rerum potitos spectaturum.

Proxime succedenti capite ambos illos Principes exhibet tamquam immites aliquos pastores, qui non pascere tantum oves dedignantur, sed & miseras vorare non verentur (9). Quare abjiciendos esse censet, & locum factoris illis pastoribus, a quibus reliquiæ gregis meliora essent sperature. Versus deinde in Pseudo-Prophetas & Sacerdotes, quod verbis suis adversarios se præbuissent, verbis castigat.

Sub ipsum initum a Joachimo Regnum, Propheta ad Templum se conlerens, augustæ molis eversionem, prædicit (8). Gravius hæc ferentes Pseudo-Prophetæ & Sacerdotes, injectis in illum manibus, mortis reum denunciarunt; accurrunt ad judicium coram Principibus populi, quibus nihil se dixisse profitetur, nisi a Domino jussum, ejusque nunc verbis denunciare, ut nisi prompta pœnitudine rebus suis provideriut, oraculorum suorum veritatem experimento sue intellectiuros. Ea oratione pacati Principes, causam Prophetæ adjudicarunt; id a Propheta præstitum agnoscentes, sicut Michæas Propheta sub Ezechia ferendum montem Sion, veluti aigum, impune pronunciavit. Inter eos, qui utilem Prophetæ operam ea occasione navarunt, Ahicam filius

Sa-

(1) *Vide Commentar.* (2) 4. *Reg.* 23. 26. *Verumtamen non est aversus Dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor ejus contra Judam propter irritationes, quibus provocaverat eum Manasses.* (3) *Cap.* 16. 13. (4) Regnum Sellum. (4) *Cap.* 18. (5) *Cap.* 19. (6) *Cap.* 20. (b) Regnum Joachim. (7) *Cap.* 22. (*) *Cap.* 23. (8) *Cap.* 26.

Saphan memoratur; qui ab *israelitis populi, & in* mortem illum poscentis furore vitum insontem liberavit. Urgebant in illum exempla Uriæ Filii Semei, qui paria ante aliquod tempus oracula in Jerosolymam jactaverat. Hunc Reges & Principes ad mortem destinaverant, nec aliter directum in se supplicium quam prompta in Ægyptum fuga evitavit; fruſtra tamen, nam educi inde ad mortem Joachimus curavit.

Ante quartum annum Joachimi, contra Ægyptum, Philiſthæos, Tyrios, Sidonios, Gazenſes, Aſcalonitas, tum & contra Moab, Ammon, Idumæam, Damascum, Cedar, Aſor oracula fudit. Manebant omnes illas gentes ſuo ſingulas ordine ira Dei vindictæ manu ſubeunda. Leguntur hæc omnia capp. 46. & 47. & 48. & 49. nique ad verſ. 34. hujus poſtremi capitis. Confer Jerem. 25. 1. ..... 13. 14.

Anno Joachimi quarto Nabopolaſſar Rex Babyloniæ auctum Regia dignitate Nabuchodonoſorem filium ſuum in Syriam miſit (1). Quare anhus iſte Nabuchodonoſoris regnantis primus eum primo 70. annorum captivitatis a Jeremia prædictæ convenit. Nabuchodonoſor in ſuam poteſtatem redactum Joachimum cum aliis Judæorum non infrequentibus, inter quos Daniel ejuſque ſocii, captivos habuit. Verum ſoluto mox Joachimo, ceteros in captivitate retentos, una ſecum magnis itineribus Babylonem deduxit; feſtinare enim cogebat vacuum Nabopolaſſaris obitu Regnum, quod ipſi hæreditatis jure debebatur. Regnum igitur ad triennium produxit Joachimus, quem nihilo meliorem habuit reſtituta dignitas, quam antea collata videbatur.

Sub hæc tempora, Jeremias cœto oraculo 70. captivitatis Judaicæ annos deſignavit; quo elapſo ſpatio, inviſendos a Deo populos prænunciavit, quæ illis irrogaverant mala Chaldæi & Babylonii; viciſſim ab illis exacturo. Eodem tempore Propheta eaſdem iræ Domini ab ipſa Dei manu acceptum Chaldæis, Tyriis, Ægyptiis, Philiſthæis, Idumæis, Ammonitis, Moabitis, & Arabibus obtuliſſe. Altera hæc in eos Populos oracula. Vide ſupra cap. 9. Eodem ſimul anno quarto Joachim, juſſu heſt a Deo prophetias omnes ſuas, initio facto ab anno 23. Joſiæ, ſcriptis redigere (2). Has dictante, Propheta, Baruch ejus diſcipulus excepit, exceptaque juſſu ejuſdem Prophetæ in vinculis detenti in Templum lecturus venit.

Anno igitur quinto Joachim, feſtivali expiationis die legentem triſtia Jeremiæ vaticinia Baruch populus audivit. Re ad Magiſtratus & Principes, nuncianre Michæa filio Gamariæ, delata, vocatus Baruch, una cum libro venit; nec Regem ſingula latuerunt. Interrogatus ab illis Baruch, quomodo Jeremias ſcripta illa dictaſſet, reſpondit, ita dictaſſe, ut non ſolum cudere, ſed tamquam e Libro verba legere videretur. Tum Principes actutum faceſſere Baruch juſſerunt, ſeque cum Propheta in latebris continere, nec ſe prodere ultra juſſerunt. Liber ad Regem delatus; ut ejus tamen argumentum, auditu trium vel quatuor pagellarum lectione, intellexit, conſeſtim abrepto cultro diſciſſum, in ignem ante ſe poſitum projecit. Subinde Baruch & Jeremiam juſſit comprehendi, quamquam a Domino occultati fruſtra quæſiti ſunt. Abſumpti Libri damnum reparaturus Propheta, iterum eadem oracula, eodemque uſus Amanuenſi, adjectis quampluribus ex Dei mandato dictavit. Legimus cap. 31. mandatis oneratum Propheram a Deo, ut hæc ſcriberet, quæ ipſe ſimul eodem Deo docente audiebat. Sed facile caput illud, ceteraque deinceps ad Regnum Sedeciæ ſpectant.

Quæ leguntur cap. 35. an ad primam Chaldæorum in Judam expeditionem quarto anno Joachim ſpectent, an vero ad alteram ſeptimo ejuſdem Regis anno, incertum. Propheta igitur juſſus a Deo Rechabitas in Templum introducit, qui oblatum a Propheta vinum recuſarunt; obtendentes ſe Jonadab e Patribus ſuis viri ampliſſimi præceptis ſectari, a quo nullo prorſus vino uti, nec ſedem habere in domibus & Urbibus, ſed in Tentoriis tantum permittebantur. Quod autem tum temporis Urbem incolerent, id metu Chaldæorum regionem infeſtantium factum eſſe dicebant. Jeremias ea reſponſione audita, vehementi expoſtulatione Judæos aggreſſus eſt, qui legi Dei colla ſubmittere recuſarent, cum Rechabitæ Patrum ſuorum traditionibus tantopere obſequerentur. Scitent igitur Judæi, ſe infanſta omnia manere; fauſta vero omnia, ſimulque æternam generis ſui ſucceſſionem Rechabitæ expectarent.

(2) Hæc de Jeremia ſub Joachimi Regno. Porro Rex ille excuſſo Nabuchodonoſoris jugo deficiiceens, Chaldæos in Judæam provocavit, quorum armis cedere coactus, vitam ſimul & libertatem amiſit; poſt mortem honore ſepulturæ privatus, ſub dio compuerunt, impleta infauſto eventu Oraculorum Jeremiæ fide. Patrem excepit filius Jechonias, tribus tantum menſibus Rex. Nabuchodonoſor, expugnata Jeroſolyma, a Regno illum amovit, ingentemque qua ſacram, qua prophanam Urbis prædam, victor una cum majori Populi parte Babylonem in triumphum adduxit. Inter captivos celebrantur Mardochæus, & Ezechiel. Legimus Baruchi cap. 6. Epiſtolam Jeremiæ ad captivos Babylone verſantes datam.

(b) Poſt Jechoniam Sedecias rerum potitus eſt. Secundum hæc Deus geminos ficubus onuſtos caniſtros pro Templo poſitos Prophetæ oſtendit (3). Alter excellentiſſimi ſaporis fructus habebat, alter intuſuves; illis nimirum captivos e captivitate reducendos deſignantibus, his vero Judæos Jeroſolymæ, ſive in Ægypto agentes, quorum extirpatum divino conſilio decretum erat.

Ineunti Regnum Sedeciæ Reges Moab, Ammonitidis, Tyri, Sidonis, & Idumææ Legatos miſerant, quos ad propria reduces jugo ſingulos donavit Jeremias, munus Regibus ſuis deferendum; ſimul Domini verbis annuncians, eos qui Nabuchodonoſori colla ultro ſubmittere recuſaſſent, inviſos ſub jugum reducendos. Eadem præditi Sedeciæ Jeremiæ 27. Oracula in Elam, & temporis notas 2. nempe ineuntis Sedeciæ Regni exhibent Jeremiæ 49. 34.

Sub ipſum ineuntis Sedeciæ tempus, Propheta vincula ſibi, & juga juſſus a Domino induxerat (4); imaginem ſe arque typiſbolum exhibens captivitatis Populo imminentis. Interim Hananias, filius Azur, Pſeudo-Propheta palam in Templo venditans vaticinia, ſpoponditinfra biennium vaſa Templi reſtituenda, & Jechoniam e captivitate reducendum; quæ eum audiret Jeremias, dixit, ſcire ſe ceteros ad id uſque temporis Prophetas eadem ſeeum annunciaſſe Judæis mala; quæ vero proſpera prædiceret Hananias, hæc ab eventu fidem expoſcere. Tum Hananias abreptis confractiſque vineulis & jugo ligneo Jeremiæ ita plane, inquit, Dominus impoſitum Judæis a Nabuchodonoſore jugum confringet. Pedem a loco verterat Jeremias, cum ſeereto ei monitu redire juſſus, Hananiam alloeutus dixit, pro jugo ligneo ab ipſo confracto cervices populi jugo ferreo Nabuchodonoſorem oppreſſurum; te vero, adjecit, nomine Dei deeipiendis populis abutentem, manere ſcias ante anni exitum e vita deceſſum. Obiit, juxta oraculum, ſeptimo menſe, nempe duobus menſibus poſt Jeremiæ vaticinium.

Sedecias anno Regni ſui quarto Babylonem legavérat Sarajam filium Neriæ fratrem Baruch, repoſcendis, uti facile eredimus Templi vaſis a Nabuchodonoſore (5); qua occaſione accepta, Jeremias vaticiniorum ſuorum in eam urbem exemplar ad captivos Babylone verſantes tranſmiſit; mandatis onerato Saraja, ut poſt lectum Judæis volumen illud, lapidi alligatum in Euphratem projiceret. Quam legimus Baruchi 2. 1. epiſtolam, data creditur a Judæis Babyloniis ad propheram,

ac-

(1) *Anno Mundi* 3368. (2) *Cap.* 36. 1. 2. (a) Regnum Jechoniæ.

(b) Regnum Sedeciæ. (3) *Cap.* 24. (4) *Cap.* 27. & 28. (5) *Cap.* 51. 59.

aeceptæ ab eo epistolæ occasione. Baruch iter habuisse cum ceteris fertur.

Alteram Propheta dedit epistolam ad Judæos una cum Jechonia in Babylonia captivos [1]. Hanc detulit Gamarias a Sedecia Babylonem missus. Monet autem Propheta Judæos, ut sedem in ea regione manerent, & jungerent connubia, non enim prius in patriam restituendos esse, quam post exactos 70. captivitatis annos. Addit minas in gemioos Pseudo-Prophetas Babylonicos, nempe Achab filium Coliæ, & Sedeciam filium Maasiæ, quibus, neglectis veris Prophetis, populus favebat; minarum autem hæc summa, ut scilicet ultimum supplicium se maoere a Nabuchodonosore scirent, cui ταγιcioio ab eventu fides maosit.

Hæc a Propheta scripta Semejas filius Nehelam Babylone versans iniquius ferens, datis ad Sophoniam Summum Sacerdotem litteris, gravius illum accusat, quod Propheram raliæ scribentem sustinuisset, nec tamen audaciæ suæ pœnas in carcere detentum luere coegisset. Epistolam Summus Sacerdos Prophetæ perlegit, qui a Deo jussus alteram adjecit ad captivos epistolam, denuncians Semejæ mortem in captivitate, sicut & illum ejusque posteros aurea delendos, quam ut liberationem populi Judæ spectarent.

Obsidionem Jerosolymæ susceperat Nabuchodonosor anno 18. Regni sui, & 10. Sedeciæ [2]. Expugnandam Urbem non semel rantum, sed crebro Jeremias prænuncians, adeo cives in se concitavit, ut in atrio Aulæ carceris loco detineretur. Eo virum convenit Hanameel ejus consobrinus, monens devolutum ad eum jus emendi agrum in Anathoth patriis sua finum. Emit ille ab Hanameele, redactoque in rabulas instrumento pecuniam solvit; librum vero possessionis Barucho coram Hanameele & testibus tradidit in figulino vale servandum, ne forte succesisu temporis corrumpi illum contingeret. *Si quidem tempus erit*, ait, *cum possidebuntur domus, & agri in terra ista*. Ægre dictus huice fidem præbebat ipse Jeremias, quem proinde Deus prolixe confirmat rero eo capite [3], & sequenti.

Eadem obsidione perseverante [4], ob sex cereriique populi in eorum coacti, consultarunt de manumittendis omnibus captivis Hebræis incunte jam anno Sabbatico, quod ubi a Lege injunctum norant. Parendum Legi censuerunt, & captivi manumissi tamdiu liberi permissi sunt, quamdiu gravis mœnibus hostis instirit. Sed reductis a Nabuchodonosore armis, ut ducentem auxiliares Hebræis copias Ægypti Regem retunderet, Judæi eo metu liberari, captivos reduxerunt in servitutem, nihil Dei præcepta morari. Acrem ea de re expostulationem instituens Jeremias, omnia in suum caput detrahenda mala ut timerent, illis prædixit.

Post receissum Assyriorum*, libertas Urbi simulque Propheræ restituta est [5]: rogatus inſuper a Sedecia Propheta, ut se etiam atque etiam Deo commendarer. Missos ad eam rem a Rege viros renunciare jussit Sedeciæ, Assyrios mox mœnibus graves adfuturos, a quibus expugnandam Urbem, atque in cinerem tavillaique redigendam fcirer. Cum vero post hæc Propheta in Anathoth patriam suam redire decreviſſer, a præfidiariis militibus propipsis Urbis foribus prohibitus est, specie quidem quasi ad Chaldæos defecturum prohiberent. Ejus causa Optimatibus commissa est cognoscenda, quorum sententia in carcerem conjectus adeo retricum, ut ipso demum capite Propheta periclitaretur. Aliquamdiu post clam a Rege acritus feliciranem audivit, dum aliquid haberet novi ad se spectans, nunciaret. Equidem, ait Propheta, te Regibus Chaldæorum tradendum certo teneas: sum Regem rogare ne in eumdem carcerem reducererur. Ille roganti facilem se præbuit, justitque quotidiano pane ali, cibo adjecto, qualis in obsessa Urbe permitterabur; facile enim credimus Nabuchodonosorem intermissam obsidionem antehac resumpsisse.

Igitur post deletas Ægyptiorum copias, Nabuchodonosor gravior mœnibus institit [6]. Quare ad eas angustias redactus Sedecias, per Phassur & Sophoniam, Propheram consulum, num propicrum aliquid per Deum Urbs sperandum manueret. Jeremias nihil illis reliquum dixit, nihil Regi, nihil Optimatibus, nihil eriam populo, qui extrium suum in Urbe oppefiri maluisset; reliquos qui sponte sua Chaldæorum castra subeuntes le dederent, illos saltem vitam manere.

Cum vero minis denunciandisque malis nullum modum ponere videretur, querelas ea de re suas Optimates ad Sedeciam retulerunt; is quo in eorum potestate permissus Propheta, in arentem cisternam sed luroſam funibus demissus est (7). Re comperta, per Abdemelech Æthiopem Sedecias educendum acturum præcepit, ne forte in extrema, qua Urbs tora laborabat, panis carirate, fame enecari contingeret. Rurius vero eductum Propheram secreto interrogavit, num aequiora sibi aliqua speranda nunciaret. Quem ille viram sperare jussit, simulque Urbem ab occisione immunem futuram, siquidem ultro se Chaldæis dedere maluisset; recusantibus exercitam caprivitatem & Urbis everſionem imminere. Hunc cum Rege congressum nemioi mortalium prodere Jeremias a Rege jussus est; simulque in atrio carceris manere præceptus, ubi ad captam usque Urbem, anno scilicet Sedeciæ undecimo, manst.

Factus certior Sedecias teneri Urbis fores a militibus Nabuchodonoſoris, fuga noctis silentio dilapsus, ad deserta Jerichuntina le conferebat; sed fugienti instantes Chaldæi, tandem assecuti captivum ad Nabuchodonosorem Reblaram in regione Emath rapuerunt. Illud captivo Principi supplicium a victore decretum, ut mactari singulos filios coram cerneret, ac deinde luminibus orbaretur; orbatus autem oculis Babylonem deductus est. Devictam Regionem adminiſtravit Nabuzardanus, jussus, collectis populi reliquiis, ingeuos viros Babylonem deducere, fœcem relinquere. Simul tamen mandatis oneratus est, omnem impendere curam, ut Jeremias ſervaretur. Hæc igitur in le recipiens Nabuzardanus, selectos ipse captivos traduxit, reliquis in Judæa relictis præfecit Godoliam. Huic rebus Judaicis Præfecto hæserunt Jeremias, & Baruch, sicut & alii plurimi Judæorum, quos belli metus per finitimas regiones dispertierat (8).

Inter hæc, Ismael filius Nathaoiæ geoere Regio, invidiæ stimulis in Godoliam agitatus, dolo illum peremptorus in Maipbar una cum decem viris te contulit; stirimque Præsidem conveniens prudrione occidit, subiatis simul Judæis omnibus & Chaldæis, quos una veriantes nactus est. Tum collecta, quantam poruit, populi manu in Ammoniridem iter instituit; sed euntem insecutus, Johanan filius Caree, & relinquere prædam & fuga le una cum 8. tantum viris in Ammoniridem proripere coactus est (*).

Johaoan coacta ingenti Judæorum turba juxta Bethleem, Jeremiam consuluit, manendum ne ibi esset, an in Ægyptum maturandum? Propheta postulatis ad respondendum decem diebus, tandem verbis se Dei renunciare dixit, omnes gladio, fame, & peste, perimendos, siquidem in Ægyptum divertere maluisset; manentibus promptam Dei opem pollicebatur.

Surdis auribus (9) Propheræ varicinium excipientes populi Duces, fallendi consilio illum oraculu simulasse dictitabant; acbutantes intuper, illum præcibus Baruch persuasum, consilio tendendi in Ægyptum adversum se præbuisse. Eo igitur decretam profectionem nec Baruch nec Jeremias, inviti licet, & reluctantes, cum illis recusare potuerunt. Oraculis fundendis numquam destitit Propheta lo tantum,

(1) *Cap.* 29. Incertum quo anno. Alia est autem epistola a prioti per Sarajam missa, *Jerem.* 50. & 51.
(2) *Cap.* 32.
(3) *Cap.* 33. (4) *Cap.* 34. (5) *Cap.* 37. (6) *Cap.* 21. (7) *Cap.* 38. (8) *Cap.* 40. (*) *Cap.* 41. (9) *Capite* 43.

eum, ut certum etiam locum demonstraret, ubi Nabuchodonosoris solium, cum in regionem veniret, crigeretur. Ægyptiis indicit, ut iisdem malis & calamitatibus, quibus antea oppressos Judæos viderant, se quoque premendos timerent [2]. Pharaonis Vaphræ eamdem sub Chaldæis Regibus captivitatem annunciat, qua in Sedeciam animadversum antea norat. Tot malorum, quæ Jeremiæ oraculis prænunciabantur, tædio affectus Baruch, bono esse animo a Prophera jussus est [2]; quamvis enim ex iis quæ prædixerat irritum nihil futurum esset, sciret tamen incolumem se inter tot ruinas a Domino conservandum.

Hucusque de historia & rebus gestis Jeremiæ, quantum ex ejus lucubrationibus colligere licuit. Quo genere mortis, tempore, & loco obierit, incerta omnia; sunt qui lapidibus confectum dicant in urbe Taphni a Judæis, iniquo animo minas ejus & expostulationes ferentibus, scriptumque de illo autumant ad Hebræos 11. 37. *Lapidati sunt* [3]. Sunt inter Rabbinos, qui redisse ex Ægypto in Judæam asserant; contendisse Babylonem cum Sedecia, ibique vitam clausisse tradit Abarbanel. Creditum est a veteribus compluribus Patribus, adhuc superstitem Prophetam cum Elia reservari [4], eum de obitu ipsius nihil habeatur in Sacra Scriptura, & interroganti Christo, quæ de se ipso ferebantur vulgari apud Judæos sermone, responderunt Apostoli, alios credere illum Eliam, alios Jeremiam [5].

Caput 52. alium habere a Jeremia authorem videtur, cum rerum Jechoniæ & Sedeciæ veluti summam complexum, totidem verbis ac dubius posteriorum capitibus quarti Regum desinitum appetat. Quin & in Exemplaribus Jeremiæ ante caput illud 52. scriptum legimus: *Hue usque verba Jeremiæ*; unde firmior est nostra conjectura, succedens illud caput ab eo adjectum esse, qui Lucubrationes Propheticas recensuit. Amplioremetiam additionem nos in scriptis Isaiæ deprehendimus. D. Hucrius Episcopus Abrincensis suspicatur, adjectum caput hoc quinquagesimum secundum ab Esdra, veluti præfationem ante subjectas Lamentationes.

Cum ea ætate floreret Jeremias, qua prostratis Reipublicæ Judaicæ rebus, imminentium malorum eventus & prædicere Propheta, & spectare tutus coactus est; quod atrocem viro invidiam apud Judæos conflaverat; hæc planæ omnia acri illo & vehementi stilo conflando non modice contulerunt; perpetua enim expostulatione utitur, totusque ingenti illa malorum idea Scriptor replebatur, quæ vividis ubique coloribus & pathetico fatis stilo depingit.

Ex deducta vero hue usque serie rerum a Jeremia gestarum, facile Lectores intelligent, nos capitum ordinem præverstitisse; ex quo non inviti suspicamur, plures ex ejus viri Lucubrationibus temporum injuria intercidisse. Illud saltem constat, seriem Chronologicam in illis desideravi. Ex capitibus 29. & 50. & 51. delumptæ sunt geminæ illæ epistolæ Babylonem tranmissæ, quarum altera coram populo lecta, deinde justu Prophetæ in Euphratem projecta est.

Præter hæc omnia, plura etiam scripsis mandavit Propheta, uti Lamentationes, quæ sub ejus nomine nostra etiam ætate leguntur; funebre canticum in obitum Josiæ [6], quod nostra ætate desideratur. Eidem etiam Authori tribuunt Psalmum 136. sicut & juncta eum Ezechiele opera alterum, nempe 64. concinnasse tradunt. Sunt etiam qui ab illo digestos credant tertium, & quartum Regum, quod scilicet postremum quarti Regum caput idem recurrat in calce ejusdem Prophetæ [7]. Forte tamen, quod verisimilius eredimus, postremum Jeremiæ caput e postremo quarti Regum derivatum est; quemadmodum non absimili exemplo capp. 37. & 38. Isaiæ ex iisdem Libris Regum descripta sunt. Laudatæ scripta quædam ejusdem Prophetæ 2. Macch. 2. 1. quæ nostra quidem ætate intercederunt; manebant tamen anno 188. Seleucidarum, Mundi nempe 3880. Jesmne cl etiam PP. ut Baruch sub Jeremiæ nomine laudent: quod ab illis non eo consilio factum constat, quasi vulgata sub nomine Baruch vatieinia Jeremiæ deputanda crediderint; sed potius quod eo Amanuensi uteretur Jeremias, ejusdemque scripta statim post illius lucubrationes subjecerentur; ac tandem quod pars libri Baruch, nempe postremum ejus caput, epistolam continet a Jeremia ad Judæos Babylone captivos datam [8]. Creditur diem in Ægypto clausisse. Tertullianus, Sanctus Hieronymus, Pseudo-Epiphanius, Dorotheus [9], tradunt lapidibus in illum animadversum, quod liberius in scelera Judæorum invehcretur; addituque ejus sepulchrum Taphni gloria miraculorum clarusse, quæ maxime depulsis anguibus, & eorodilis spectarentur. Legimus in Chronico Alexandrino, hunc Prophetam ibidem versantem prænuntiasse Sacerdotibus Ægyptiis futurum, ut subita terræ concussione eorum Idola decjecerentur, quo tempore Servator in Mundum veniens, in præsepi quodam infans jaceret. Eo vaticinio instructi, Virginis & Infantis in præsepe positi simulacrum divinis honoribus conferrarunt. Ejus imaginis causam scisciratus a Sacerdotibus Rex Ptolemæus, respondentes audivit, e veteri traditione a Jeremia derivata rem ita tenuisse. Addebant, Alexandrum Magnum, cum forte ad tumulum ejusdem Prophetæ se contulisset, auditis ejus viri de se oraculis, ejusdem reliquias asportari Alexandriam, & in magnificentissimo a te erecto cumulo recondi jussisse [10]. Hæc e Chronico Alexandrino deducta, dum nullum habeant æterem assertorem, fidei sunt subjectæ.

Eupolemus apud Eusebium Præp. lib. 9. cap. 39. non sane in Jeremiam, cujus laudes prosequitur, iniquus, plura de illo narrat, fruitra adhi quarenda. Imminentem Judæis idololatreis extimi vit ille prænuncia verat, cujus res merito sententia Regis Joachim ad ignem mox fuerat damnandus; sed ab eo consilio Regem abtterunit, quod dicerer, Judæos in captivitatem adductos inidem lignis, quibus sibi piram conflaxerant, usuros, paranda cibis victoribus Babylonis, effodiendique in vicinia Euphratis & Tigridis foveis. Contigit reapte, ut Nabuchodonosor certior de hoc Jeremiæ oraculo factus, expeditione Judæa decreta, fœderatum sibi adjungeret Astibaram Medorum Regem, junctisque cum illo armis post occupatam Samariam, Galilæam, Scythopolim, Galaaditidem, everit Jerusolymam, Joachinum omnesque templi divitias transtulit, solis exceptis Arca, tabulis Legis, & Jeremia.

Plura sunt in hac historia conficta, & veritati plane repugnantia, uti quæ narrantur de cædere cum Rege Medorum, sicut & de causa suscipiendi ab Assyriis in Judæos belli; ut nihil dicam de occupata Samaria, quæ a Cuthæis Nabuchodonosoris subjectis tenebatur, nisi si forte, quod facile eredimus, tunc temporis nulla erant Samariæ nisi rudera. Quod ad Aream & Jeremiam a Nabuchodonosore relictum spectat, tradium id 2. Macch. 2. 4. 5. 6. ubi legimus, Jeremiam assumptum sacrum ignem in cisterna quadam occultasse; transtulisse insuper Tabernaculum, & Arcam in speluncam montis Nebo, ubi olim Moyses occubuerat, ibique ad hodiernam usque diem celatam servari.

Non defuerunt inter Veteres [*], qui antequam pla-

(1) *Cap.* 44. (2) *Cap.* 45. (3) *Hebr. traditio, Tertull. adversus Gnostic. cap.* 8. *Hieron. lib.* 2. *in Jovin. Pseudo-Epiph. de vita & morte Proph. Doroth. in Synops. Or.* (4) *Villorin. in Apocal. cap.* 11. 3. *Plures apud Bellar. in Matth. Can.* 20. (5) *Matth.* 16. 14. (6) 2. *Paralipom.* 25. 25. (7) *Procop. Isidor. Kimchi, Tostat.* (8) *Augustin. de Civit. lib.* 18. *cap.* 33. *Chrysost. libro* 2. *contra Judæos, cap.* 6. *Clemens Alexandrinus Pædag. libro* 1. *cap.* 18. *Ambrosius Hexaemer. libro* 3. *cap.* 14. *Ita Basil. Epiph alii.* (9) *Tertull. Scorp. cap.* 8. *Hieronym. in prolog. Epiph. & Doroth. & Isid. de vita & morte Proph.* (10) *Jo Malela. in prat. spirit. cadit* 77. idem tradit, addens Jeremiæ memoriam summis honoribus coli in vico Alexandriæ, dicto Tetraphylo. (*) Orig. & ejus sectatores apud Hieronym. in Jerem. 1.

plane conciperetur; reapſe tamen in rerum natura extitiſſe autumarunt, quod deſumpſiſſe ſibi ex illis Jerem. r. videbantur: *Priuſquam te formarem in utero, novi te, & antequam exires de vulva, ſanctifi-cavi te.* Qui vero e Patribus rebantur, ſuperſtitem adhuc Prophetam cum Elia manere, de illo ſcriptum interpretantur illud Apocal. 11. 3. 4. *Et dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt diebus mille duo-centis ſexaginta amicti ſaccis.* Opinionem hanc quamvis ætate ſua, uti ipſe quidem fatetur, receptiſſimam, minus ſe probare ſcribit Sanctus Hilarius in Matth. Can. 20. Porro 2. Macch. 15. 13. ſatis pro ejus obitu apertum eſt ceſtimonium: *Hic eſt, qui multum orat pro populo, & univerſa Sancta Civitate, Jeremias Prophetа Dei.* Ejus memoriam inter viros ſanctimonia inſigniores Veteris Teſtamenti coluit Eccleſia, quippe qui unus Idemque & Prophetæ, & Virginis, & Martyris dotes in ſe conciliaverit, atque ab ipſo matris utero morum ſanctitatem retulerit [1].

Pedeſtri ſtylo potius, quam ſublimi, ſi cum Iſaiæ, Oſeæ, aliorumque Prophetarum conferatur, juxta Hieronymum Præfat. in lib. 6. Comment. in Jerem. uſus eſt; cujus rei in cauſa idem S. Doctor credit eſſe humilem patriam, vicum nempe Anathoth, unde nihil ingenuum, nihil eleganeia & puritate ſtili ſpectatum, quod maxime in amplis Urbibus, & in Aula ſolet, derivari potuiſſet: *Sed*, ait, *quantum in verbis videatur ſimplex & facilis, tantum in majeſtate ſenſuum profundiſſimus eſt.* Cunæus de Republ. Hebr. lib. 3. cap. 7. *Jeremia*, inquit, *omnis majeſtas peſtita in verborum negligentia eſt, adeo illum decet ruſtica dicitio.* Movendis affectibus, ac maxime ad miſerationem flectendis, valere illum Grotius autumavit, ut de illo dici queat quæ de triſti, & lugubri Simonidis ſtylo feruntur: *Triſtius lacrymis Simonides.* Namque in eo maxime valuiſſe Simonidem etiam Quintilianus animadvertit; ut nemo illo melius elegias & triſtes Lucubrationes ſcribereet [2]. Excellentiſſimum hujus rei ſpecimen præbent Lamentationes Jeremiæ. Non deſuerunt tamen, qui in eo Propheta ſtili granditatem obſervarent [3]. Alii molliores affectus, & fervidos vividoſque motus in ejus ſcriptis animadvertunt [4]. Verſio Græca Jeremiæ nec exacta eſt ſatis, nec ad litteram, qua de re conqueritur Sanctus Hieronymus Præfatione in Jeremiam Verſioni ſuæ præfixa. Frequentes etiam in illa tranſpoſitiones, maxime poſt cap. 25. occurrunt.

DISSERTATIO

De Characteribus Meſſiæ juxta Hebræos Jeſu Chriſto recentiores.

CUM omnium Judæorum cujuſque ætatis expectationes in Meſſiam verterentur, ideam de illo non obſcuram habuiſſe credendi ſunt, certiique ipſum characteribus ab univerſa gente receptis deſignaſſe, quo certo indicio, ſi tandem in mundum veniret, agnoſceretur. Maximum illud fidei dogma neminem latere oportuit; omniumque expectatio in eum tamquam Liberatorem ab omnibus Scripturis promiſſum tendebat. Undique in Scriptura occurrunt expreſſa de illo characteribus apertiſſima, quamvis alioqui variis temporum & rerum circumſtantiis varia, ejuſdem tamen Spiritus in omnibus Prophetis loquentis, vaticinia. Numquam non ingeritur Meſſias, tamquam Deus & Homo, magnus ſimul & abjectus, Dominus ſimul & famulus; Sacerdos quin etiam & victima, Rex & Regi ſubjectus, morti obnoxius & mortis victor, dives & pauper, validus ſimul & imbecillis. Hæc inter ſe, ſed ſpecie tantum, repugnantia, in uno Meſſia concilianda expectabantur. Ipſi enim iidemque Sacri Scriptores majeſtatem Regis & victoris, Meſſiæ tribuerunt, quem alioqui depingebant tamquam virum dolorum, noſtræ infirmitatis, contemptus, & humilitatis exuviis velatum.

Norant etiam Judæi Jeſu Chriſto ſuppares ortum ducturum Meſſiam e Tribu Juda, Familia David [5], in vico Bethleem [6]. Norant manſurum illum pari æternitati ſpatio [7]; ejus adventum hominibus ignotum futurum [8], quamvis alioqui oraculum illc in Lege promiſſum de magno quodam Propheta impleret, [9]. Eumdem futurum ſciebant filium & Dominum David (10), miraculorum gloria coruſcaturum [11]; poſt plurima perlata; e mortuis ad vitam deinde rediturum (12); omnia per ipſum reſtituenda (13): Eliam habiturum adventus ſui præconem (14). Hunc eſſe agnum crimina mundi expiaturum (15); adventus ſui argumentum in reſurrectione mortuum, in reſtituta leproſis valetudine, in Evangelio annunciato pauperibus, exhibiturum (16). Jeſus Chriſtus Judæos ipſos provocat, ut veros in ſe Meſſiæ characteres noſcerent.

Scitum erat, Meſſiam non abolendæ Legi, ſed perfeiendæ venturum (17); lapidem offendiculi futurum, in quem plures impingerent (18); eliminandam ab illo idololatriam, & impietatem (19); certiſſimum populos ad Dominum convolaturos (20); quamvis alioqui adverſarios & obtrectatores in ſe provocaturus eſſet, ne Regibus quidem exceptis (21). Ejus eadaver immune norant ab incorruptione (22); genuinam Legis intelligentiam ab eo petendam (23). Tandem ne dubii quidem tenebant, Meſſiæ adventum ad ſecundi Templi ætatem ſpectare, & potiſſimum circa ætatem Jeſu Chriſti proditurum, a quo etiam omnes demum figuræ implendæ fuiſſent. Quare Apoſtolis ea oracula prædicentibus, atque in Jeſu Chriſto impleta demonſtrantibus, nemo fane Judæorum coram reſtitit, contendens nihil horum Meſſiæ convenire: ſed hæc tantummodo obtrectatores oggerebant: Hæc quæ annunciatis omnia a Jeſu Chriſto inſigni impoſtore, Legis everſore, alieniſſima

(1) *Vide Hieron. in Jerem. 23. 9.* Filios eidem tribuit Paraphraſtes Chaldæus *in Jerem. 37. 12.* (2) *Quintil. lib. 10. cap. 1. Simonider, tenuis alioqui, ſermone proprio, & jucunditate quadam commendari potuit; præcipua tamen ejus in commovenda miſeratione virtus, ut quidam in hac eum parte omnibus ejuſdem operis Authoribus præferant.* (3) *Sanct. Prateg. Dupin, Fraſſen.* Verum D. Simonius in Epiſtolis Selectis 1. 3. *Epiſt. 7. Supplem. itemque in Diſſertat. Critic. ſub Revelui nomine vulgatis Francofurti 1688.* contendit, hanc illorum ſententiam e minori peritia linguæ Hebraicæ proveniſſe; opinionem illi mucarene, ſi in Hebraicæ linguæ cognitione magis aliquanto profeciſſent. (4) *Fleur. præfat. MS. in Prophetas, Jeremiæ manſuetudinem, affectus teneros, feroidoſque motus.* (5) *Matth. 22. 42.* (6) *Matth. 2. 5. Mich. 5. 2.* (7) *Jo: 12. 34.* (8) *Jer. 7. 27.* (9) *Jer. 1. 45. Deut. 18. 18.* (10) *Matth. 22. 42. Pſal. 109. 1.* (11) *Joan. 7. 31.* (12) *Luc 24. 26.* (13) *Mare 9. 11.* (14) *Matth. 11. 14. & 17. 10.* (15) *Jo: 1. 29.* (16) *Matth. 11. 5.* (17) *Matth. 5. 17.* (18) *Matth. 21. 42. 44. Pſal. 117. 22.* (19) *Iſa. 43. 24. 25. & 44. 22. & 60. 18.* (20) *Matth. 12. 21. Iſai. 42. 1.* (21) *Pſal. 2. 2. Act. 4. 26.* (22) *Pſal. 15. 10. Act. 2. 27.* (23) *Joan: 4. 25.*

ma sunt; quare alter ab illo Messias expectandus est. *Io eo tantum*, inquit S. Hieronymus Præfat. in Comment. lib. 6. Jerem. cap. 30. *Judæos inter & Christianos certamen est, ut eum illi, usque credamus Christum Dei Filium repromissum, & ea quæ sunt futura sub Christo, a nobis expleta, ab illis explenda dicantur.*

At enim si Judæi æque omnes id de Messia habebant exploratum, ut quid igitur Jesum Christum hisce expressum characteribus non agnoverunt? nonne in hunc hominem Deum omnia quadrabant futuri Liberatoris indicia? Fatear quidem mentibus Judæorum distinctam hanc & luculentam Messiæ ideam versatam; sed non deerant magno eriam numero Judæi crassiores rudesque, qui aliam plane sibi de Messia ideam formaverant. Rati illi nihil nisi summum in Messia spectandum, proditurum credebant eo majestatis apparatu, ut nihil ceteris per orbem Regibus ea in re concederet; quare nec defuturum illi Regnum in mundo, cui jura daret, non arma, quibus hostium Israelis cornua confringeret, non virtutem, qua parem summis Imperatoribus bellicæ laudis gloriam compararet, ac tandem unhil sub eo Rege reliqui futurum Judæis ad gloriam, & felicitatem. Quidquid poterat ambitiosum animum occupare; quidquid exigendæ ultionis cupidus animus expeteret, ea omnia a Messia præstanda facile autumabant. Quod vero ad natalium ipsius humilitatem, & vitam ejus ingloriam pertinet, ejus illi quidem confusam habebant ideam, & ad figuratum sensum detorquebant: ut hanc veritatem, veluti ex opparo velo transluenteam respicere viderentur. Tandem eo velo reducto post Resurrectionem Jesu Christi, & constitutam Ecclesiam, tunc demum, sin minus ceteri, saltem tamen Apostoli & Discipuli ipsam veritatis faciem spectarunt.

Cum Jesus Christus in mundum veniret, omnium oraculorum fidem, eorum etiam, quæ de passione, atque humilitate ipsius a Prophetis prædicta sunt, implevit. Humilis enim venit, inglorius, obscurus, qui plurima tolleret, nec labori parceret, nullo satellitio, nulla potentia, nulla gloria, adeo ut omnia quæ in ipso magna supra naturam & Divina nitebant, hæc veluti sub obscura caligine tecta & eclypsim passa viderentur.

His præ oculis Judæorum versantibus, qui earneis oculis intuebantur, Judæi crassiores scandalo quidem affeiebantur; quod etiam de Messia a Prophetis prædictum novimus. Prophetæ namque ita in apertum proditurum illum annunciarunt, ut eo tempeyi habitus rejectusque tandem supplicio peti meretur; illud in se uno simul conciliaturus, ut petra esset pretiosa in fundamento constituta, & lapis scandali, in quem Judæi impingerent, ab adificatoribus reprobandum. Neque Divini consilii providentia aliter disposuerat, ut Judæorum plerique, perviaciæ suæ merito, ita viderent ut non intelligerent, ita audirent ut non perciperent, atque ita obstinato in impure corde a salute excluso, novo populo, olim infideli & extraneo, modo in fœdus accito, concederent. Ita constant omnia quæ in speciem repugnare videntur, sive ea quæ ad Messiam pertinent, sive ea, quæ ad Judæos; quorum alii Jesu Christi dictis credulas aures præbuerunt; incredulas alii, quamvis alioqui utrique ea de Messia nossent, quæ in Jesu Christo exacte quadrabant.

Post Apostolorum prædicationem, Hebræi concepta olim opinioni pervicacissime inhærentes, obstinatam habuere in impietate animum; & cum iniquis oculis Ecclesiæ prosperitatem, per universum late orbem, eliminata Idololatria & Judaismo, propagaræ aspicerent, tum insuper a Christianis argumentis e Scriptura petitis premerentur, ut tandem veritatem Oraculorum in Christo impletam agnoscerent; tantam non ferentes invidiam id sibi sumpserunt, ut apertissimos alioqui Oraculorum sensus *ad alia* flectentes, alio etiam Prophetæ detorquerent, litem instituerent in verbulis; ac tandem fabellas quamplurimas de Jesu Christo oggerentes, in ejus doctrinam ereerent invidiam; novas ealque absurdissimas de Messia ideas procuderent; nihil morati traditiones, & sententias Patrum suorum; quo nobis magis magisque negotium faeesserent.

Nec illis quidem statim hæc omnia succurrerunt; sed identidem, & quasi per gradus; ita in Paraphrasibus Chaldaicis; quæ sine controversia Libri sunt post Scripturas apud Hebræos vetustissimi, nonnullis post Jesum Christum sæculis concinnati, plurima de Messia exponuntur, quæ temerario ausu a recentioribus Judæis alio deflectuntur. Per gradus, uti jam innui, in tantam devenerunt perviaciam, quanta jam inde a pluribus sæculis tenentur. Vetustiores Rabbini æquiores in ea re sunt, quam recentiores, ut in quibus olim Judæos habebamus adstipulatores, modo refragatores fustineamus. Trypho apud S. Justinum Martyrem agnoscebat in Scripturis vatieinia, quæ Messiæ passionem designarent; quæ in præsentia a Judæis negantur.

Tredecim fidei articuli apud Judæos nostræ ætatis recensentur, quos plane etiam Maimonides numerat, & in Confessione fidei Judaicæ, exeunte Æræ Christianæ sæculo undecimo digessit. Hanc summo consensu Judæi aeceptarunt probaruntque, eamque fidei professionem a Judæis tenendam, illique immoriendum statuerunt. Porro duodecimus articulus, qui ad Messiam pertinet, in hæc Verba concipitur. *Licet veniturus est, quem morantem licet dimittas, semper tamen expectato, donec veniat.* Quicumque, inquiunt illi, de Messiæ adventu dubitarint, illi totam legem mendaeii accusant; sed ejus adventus certum tempus in Scriptura plane investigandum non est.

Josephus Albus, minus æque ferens Messiæ adventum inter potissimos fidei Judaicæ articulos recensiri, contendit in Collatione habita in Hispaniis coram Benedicto XIII. contendit, inquam, dogma illud in medio versari, cui si fides eidem suam addiexere recusarit, ille non nisi modicum vulnus Legi infligit, ut non nisi ramo arboris avulso inteactam radicem servare videatur. Quæritur ille, Maimonidem eo consilio fidei articulos ad 13. produxisse, ut duodecimum de Messia procuderet. Judæorum quidam ambigunt, num Messias unquam venturus sit; quippe cujus adventus juxta illos non nisi traditione teneatur, facile nutanti & forte confida [1]. Sed fiambigua sint hæc, quid erit in Scriptura, & traditione certum? Quid eandem fiet de Religione Judæorum, ea de Messia persuasione subiata?

Clarissimus Hillel, Christo, si Judæis fides, vetustior, contendit, frustra quidem nos Christi adventum opperiri, cum nostra omnium vota præoccupans in ipso Ezechia jamdiu veniret [2]. Alii pariter diu antea veniisse tenent; sed sub terra latere, eriminibus Judæorum prohibentibus, ne prodeat, quod Rabbinis nostræ ætatis plerisque arridet [3]. Jarchi docet, veterum Hebræorum sententiam tenuisse, Messiam eadem die natum, qua Romanis everterentibus ultima Jerosolymæ desolatio inducta est. Sedem illi aliqui constituunt in Paradiso terrestri, alii in loco ab hominum cognitione remoto & inaccessibili.

Romæ, si Talmudistis fides, moratur, ubi inter leprosos & ægros versans, præ ipsis urbis foribus Etiam, a quo manifestandus est, opperitur. Abarbanel tempora distinguit adventus Messiæ; tempus nempe necessitatis, & alterum tempus, quo venire maxime poterat. Poterat enim, si a criminibus Israelitæ resipuissent. Necessario venturus est, sed temporis articulo in futurum expectando; nondum enim Israel Sabbati religionem, quo par est modo & ratione, servavit: id autem adventus sui tempus præscripsit Messias. Elias, inquiunt, totam duraturi Mundi periodum elausit intra fex annorum millenaria

(1) *Vide Basnag. histor. Jud. libro 6. capite 20. artic. 3.*

(2) *Gemar. tit. Sanhedrin. cap. 11. fect. 36.* (3) *Buxtorf. Synag. Judai. cap. 36.*

narios ; e quibus duo vacui , nempe ante Legem , elapsi sunt ; duo pleni , sive sub Lege ; reliqui vero pro Messiæ Regno maneut . Porro juxta hanc doctrinam Eliæ , jam diu a pluribus sæculis Messiæ Regnum obtumuit .

Alii retrahunt ejus adventum usque ad labentem sextum millenarium ; ut ortus ejus annum confignent ad annum 3761. quæ annorum summa cum periodo annorum 1713. quot a Christo nato elapsi sunt , conficit summam annorum 5474. Quare illis tantum manent 530. anni circiter .

Verum , juxta nostram supputationem , quæ Jesu Christi nativitatis cum A. M. 4000. componit , si periodus 1710. annorum jungatur , implendis sex millibus annis desunt 300. anni circiter . Vana hæc & Aggæi Oraculo apertissime refragantia [1] : *Hæc dicit Dominus : Adhuc unum modicum est , & ego commovebo Cœlum , & terram , & mare , & aridam . Et movebo omnes gentes , & veniet Desideratus cunctis gentibus , & implebo Domum istam* (nempe secundum Templum post captivitatem restitutum). *Magna erit gloria Domus istius novissimæ plusquam primæ* . Debuit igitur Messias sub Templo secundo prodire ; debuit præsentiæ suæ majestate gloriam sacræ Æditis augere , atque intra modici temporis spatium Cœlum & terram conevtere .

Norant omnis ætatis Judæi , quantum e re nostra esset temporis oriturі Messiæ supputatio ; sedulamque in eo operam posuerunt , ut certius adhuc ejusdem advenius tempus juxta sua præjudicia determinarent ; sed exitu semper supra quam credi potest infelici . R. Kimchi , qui duodecimo sæculo florebat , in eam opinionem descendit , Messiam , qui in lucem esset , depulturum e Judæa Christianos , ibidem tum temporis regnantes . Excidernnt quidem ab ejus possessione Christiani ; sed agente Saladino , qui jure armorum ante exitum duodecimi sæculi illam subegit . David Maimondis nepos , conulcus ab Optimatibus gentis suæ de tempore oriturі Messiæ , plurima religioso silentio tegenda , ne forte unquam exteris innotescerent , *revelavit . Ne loquimini in Gete , neque palam annunciatis in Ascalon* . Quid autem ille fando pronunciaverat ? Nimirum Pincham sive Phinceam , quem vocabant , virum quemdam post 405. annos a Teinpli eversione , in tenebrate jam filium genuisse , qui sub ipso pene ortu loquendi facultatem obtinuit . Cum puer ille ad 12. annorum ætatem pervenisset , diem clausit , magnis prius arcanis ad liberationem Israelis revelatis . Scripsit tamen hæc omnia vario linguarum termone , quin & sub verborum ambagibus æneo occultata , ut omnibus obscura oracula illa diu in situ & tenebris occulta jacerent . Tandem in ruderibus Urbis cujusdam in Galilæa inventa , hanc legentibus scotentiam obtulerunt : *Ficus germinat ficus suos* ; nempe Messias in limine est . Interim nondum Messias prodit .

Rabbi Abraham inventam tradit Jerosolymæ scriptam in pariete prophetiam , qua ferebatur Messias eodem temporis articulo proditurus , quo vita olim , dum Josue Chananæorum subjugaret , & cum Ecclesia populum e Babylone reduceret , constellatio recurret , nempe , uti ibidem legebatur , anno 1329. Huic speciosо commento fides desiderata est ex eventu . R. Chanaan in virum quemdam incidit , Librum Romæ inventum habeutem , in quo bellorum omnium exitum futurum legit ad A. M. 4291. i. e. Christi 531. pacatisque demum omnibus , Messiam Regnum suum usque ad exitum septimi millenarii , Mundi supremi , initurum . Mahomindes e Patribus suis accepta vaticinia nonnulla referens , illud sibi intellexisse visus est , Balaamum oraculum pronunciasse , quo prophetiæ donum tandiu in Israele manturum post ætatem suam affereretur , quot ab exordio mundi usque ad ipsum sæcula fluxissent . Cum autem , juxta ejus supputationem , Balaam Prophetam agerer anno 2486. repetita ea aunorum summa reddet 4976. nempe annum 1316. Sed his etiam nihil magis , quam veritas defuit . Alii 2rumnarum exitum compositurum cum anno 1492. alii cum 1598. alii 1600. alii etiam multo serius .

Tantæ demum inconstantiæ pertæsi , quæ nihil magis quam eorum levitatem & in re tanti momenti ambages prodebat , solemni precatione diris devoverunt , quicumque Messiæ annus supputant ; horum , inquit Gemarra , ossa comminuantur , & tanic computrescant ; cum cuim eertum aliquod tempus determinari contigerit , nec eventus respondeat , statim criminola quadam suipicione de re tota dubitatur .

De Messiæ Regno controversia æque dissidentes Rabbinos inter fe committit ; alii enim Messiam concipiunt ceu Judæorum vindicem , qui prostratos erigens , erecto a cervicibus eorum jugo , mundum universum opprimat ; qui in pacato felicique Regno subjectos sibi populos felices habiturus sit . Malunt vero alii hominem concipere dolorum & pœnarum , sub cujus vexillo 2rumnæ omnes & infortunia militent . Ejus ætate dominaturam jullitiam , æquitatem , politiam aliqui crediderunt ; aliis vero contraria prorsus fedet lententia ; sub ipso enim nihil nisi confusum turbatumque expectandum censent ; exulaturam ab ejus regno æquitatem ; eoque Israelem regeute , pollremum populi Judicem inreriturum . Nec minus inter eos conflat de Regni illius spatio ; namque ad quadraginta annos duraturum alii suspicati sunt , alii totum ejus spatium totidem diebus metiuntur , quot in ieptem millenariis dies numerantur ; alii patri tempore jura daturum credunt , quut a mundo eundito usque ad ipsum excurrerunt ; iunt tandem , qui ad æternos annos ejus Imperium præterlabant [2].

Quo vero vaticinia opiuiuni iuæ repugnantia concilient , geminos invexerunt Messias , alterum post alterum , quorum hic humilis delpicatusque , alter glorioius diveſque [3] , uterque merus & simplex homo ; hic non fine liberis , & hæredibus deceſſurus . Prior e genere Joiepli de Tribu Ephraim Patrem habiturus est Uzielem , nomine vero appellandus Nehemias . Exercitum ab eo cogendum e Tribu Ephraim , Manaſſe , Benjamin ac parte Gadiarum , expeditionem vero luscipiendam in Idumæos , quo Judæi nomine defignant Romanos , & Christianos 4:3 ex quibus omnibus , pluribus victoriis fractis , infignem ducendum Jerosolymæ triumphum , insignem , inquam , non captivorum tantum numero , ied Romani etiam luuperii dejecti ipoliis , & Judæis reductis .

Armillum , quem Christiani Antichristum vocitant , sub eodem Rege e marmore quodam parente naiciturum addunt , vel , si mavis , proditurum ; namque Deus creatum jam a sæculo , in marmore veluti in alveo conclusetat . Tantum nactus adversarium Nehemias conferris cum ipso manibus dimicabit , ejusque dissipato exercitu , Ducem habebit captivum . At poſtea ex ejus manibus elapius , reparato bello cum hoste conflniger feliciori exitu ; Nehemias enim in eodem præiio hoste impunde ute , interibit . Defunctum ejus corpus Angeli efferentes , in tumulo veterum Patriarcharum condent .

Tunc in ultimam desolationem filii Israel redacti , salutem sibi in locis desertis quærere cogentur , ubi consternati 45. dierum spatio latitabunt . Secundum hæc , consternatos Angelicæ buccinæ clangore Archangelus Michael ad lætiora revocabit , secundi Messiæ e genere David adventu annunciato . Frodibie igitur Messias Elia Prophera comitante , quem ex univerlo Orbe Judæi velut universæ Gentis Regem , & futurum Liberatorem laiutabunt . Statim Armillus ad arma ; sed cum maxime ad pugnam se instruet , Deus pluvia fulphuris & ignis cœlitus demissa , ejus totum exercitum dissipabit , exterminabitque . Tunc secundus Messias e genere David priorem illum Messiam e Tribu Ephraim ad vitam reducet , dispersos congregabit Israelitas ; defunctos revocabit ad vitam ; Templum Jerosolymæ , juxta delineatum ab Ezechiele modulum , excitabit , ac tandem

(1) *Aggæ. 2. 7. 8.* (2) *Bastnage hist. Jud. lib. 6. capite 25. art. 3. nov. Edit.*

(3) *Abenezra in Ps. 79. 18. Vide Muis in eumdem Psalmum .* (4) *Hieron. in Isai. 22.*

dem adversariis omnibus dissipatis, qua late patet terrarum Orbis, Imperium suum prorogabit. Succedent cum Regina nuptiæ, atque plures e connubio, aliisque uxoribus (plures enim ducet) filii hæreditario jure post ejus obitum regnaturi; communem enim habebit cum mortalibus omnibus exitum (1).

Fabellatum quæ de Messia, ejusque rebus proeuderunt Hebræi, hoc veluti specimen exhibuimus. Alia enim venditant plura, illa maxime quæ de prodigiis Messiæ adventum præcessuris comminiscuntur. Sunt autem decem (2). Primum de suscitatis tribus Regibus, qui sub ementita pietatis larva populos seducent; adeo vero illi impotenti dominatu tyrannidem exercebunt, ut ab eorum violentia recipere se in deserta loca, & cavernas Justi cogendi sint. Tunc sublata omnia litralitis, Rex, Princeps, Dux, Pastor, Doctor, Synagoga. Venient per hæc tempora ab ultimis Terræ finibus nigerrimi quidam homines duobus capitibus, & septem igneis oculis, trucique aspectu monstrosi, quorum aspectum impavidus quisque ne sustinere quidem audebit. Divinæ Providentiæ dispensatione nonnisi trium mensium spatio Imperium illud durabit. Quis enim diuturnius tulisset?

Alterum prodigium in æstu quodam intolerabili spectabitur, unde febres, pestes, quid non? Sed eo flagello Pagani tantummodo eorripientur; apertissimum plane documentum, vel salutare quoddam remedium pro justis Israelitis, quibus certa spes, solis justitiæ mox prodituri jam auroram adesse.

Tertium prodigium efficiet sanguineus quidam ros, virus infestissimum Christianis, ceterisque per orbem gentibus; namque liquoris inavitate capti, illo epoto statim interibunt, nec abstinebunt impii Israelitarum veneni perniciem sentientes.

Quartum prodigium ros alius, quo degustato viri, quibus justitiæ aliquid inest, e primi illius roris veneno perielitati convalescent.

Quintum. Sol denia tenebrarum caligine velatus, 30. dierum spatio lucem denegabit. Tot prodigiis territi Christiani, victas tandem Judaicæ religioni manus tradent.

Sextum. Deo permittente Imperium Romanum eosdem habebit cum Orbe fines, quod Princeps quidam violentus, & læyus Rex omnium postremus novem mensibus tenebit. Surget enim tunc Messias e tribu Joseph, cui nomen Nehemias, de quo nos supra, vocatisque ad arma Israelitis omnibus, expeditionem in Romanum Imperium suscipiet tam propiera, ut occiso Tyranno, omnia jure armorum subjiciat.

Septimum. Marmor pucllæ figuram exhibens, ipsa Dei manu mundi incuntis exordio formatum, insculptumque, ex quo nefario hominum impiorum crimine fœro, filius prodibit Armillus, quem Christiani Anti-christum vocitant. Cujus porro viri, decem ulnis proceri, ambos oculos palmi interstitium disterminabit, oculos, inquam, intra frontis capitulam alte defossos, ignitos, & rubicentes. Flava erit coma, virescent pedes, ac tandem bicipiti erit cervice monstrosus. Hunc Romani Regem salutabunt; Christiani Dominum agnoscent, & Legis suæ Librum tradent. Missis Legatis eadem injunget Israelitis, eadem imperabit; sed Nehemias filius Uzielis ducto contra illum Exercitu 300000. Ephraimitarum, manus pro Judæis conseret, quamquam exitu infelici, subiato non hominum tantum manu Nehemia, quemadmodum supra fusius narravimus. Armillus victoriæ opportunitate usus, arma in Ægyptum ducet, quam suo subjugabit imperio; mox expeditionem in Israelem assumet.

Octavum. Clangente Archangeli Michaelis tuba, subito ie verus Messias filius David, adjecto in socium Elia, exhibebit. Optimi Israelitarum in desertis locis se continentes, eo vcnientem Imperatorem suum excipient. Nec mora; reductis ad arma Judæis, validissimum exercitum Jerosolymam adducet. Occurret statim Armillus; cujus tamen exercitus igne cœlitus demisso conflagrabit, uti nos etiam supra.

Nonum prodigium. Archangelus Michael, repetito buccinæ clangore, sepulchra Jerosolymæ omnia concutiet, ac exanimata Defunctorum cadavera revocabit ad vitam. Sed defuncti prioris Messiæ ad vitam reducendi pium officium ipse Elias Propheta præstabit; hic & Judæos omnes in sua ipiorum ditione versantes, universi Terrarum Orbis Reges triumphali pompa Jerosolymam reducent.

Postremum tandem prodigium reddet tertio clangens Angelica S. Michaelis buccina; ipse enim Emanante Dominus filios Israel in Paradisum introducet, ubi nil illis ad felicitatem desiderandum, cum interim terrena omnia subita immissa flamma adeo absumentur, ut neque cibi quidquam alendis ceteris Gentibus remaneat.

Audiamus modo, quo convivii solemnioris apparatu populum suum in Chanaanitidem coactum Messias filius David excipiet. Immanes omnes dapes ex immanioribus animantibus, piscibus & avibus instructæ; vinum autem potabit, quod unquam fuerit exquisitissimum, eodem nempe, quod ipse Adam in Paradiso sibi expresserat, adhuc in ejus cella vinaria asservato. Opimus ea occasione bos *Behemoth* immolabitur, illa immanis corporis bellua, quæ coactum e mille montibus fœnum uno die devorat. Numquam ille e loco movetur; & ne quid unquam ejus pascuis defuerit, quantum ille per dicm herbarum vorayerit, tantum nocte terræ beneficio reparatur. Juncta erat mari bos fœmella, ied metu ne nimium immanis belluæ genus propagaretur, ineuntis Mundi exordio occisa est; cujus carnes ne sale conditas asservaret, Deus prohibitus est; quod sciret salitas carnes vulgares esse nimium, neque solemnioribus conviviis cupedias esse delicatissimas. Adeo vero in re tam ludicra seriis inet Judæi, ut inter eos non rari per sibi debitam bovis *Behemoth* portionem ita jurent, quemadmodum Christiani per gloriam & beatitudinem.

Ejus convivii solemnitatem augebit Cete *Leviathan*, immanis nempe bellua 300. leucarum spatium occupans. Porro tora aquarum Oceani moles humeri hujus piscis inennibit. Non deerat mari par fœmella, ied metuens Deus ne forte Terra his monstris periclitaretur, neve monstrorum genus totum occuparet orbem, fœmellam occidit, ejusque salitas carnes convivio reservavit. Tandem avis illa ab Israelitis nccanda, nomine *Bar-Juchne*, immanitate sua priobus nil concedit, quemadmodum ex historia mox referenda intelligimus. Forte enim decidit ovum putre ex ejus nido in subjectum Libanum, moleque sua per montium devexa provolutum, obvias 300. proceras Libani cedros dejecit. Cum lapsu suo crepare contigisset, subito erumpentis humoris torrente 60. amplissimos vicos inundavit, vastavitque, veluti subito excussus aquarum nimbus. Si forte avis illa per aera volitans alas explicaret, earum objectu prohibita solis luce, nigra quadam caligo acrem occupat. Nimius essem, si ejus generis commenta omnia de Messia referrem; majora quin etiam adduximus, quam quod eorum in re maxime seria ludicris demonstrandis conveniret.

Harum traditionum, quæcumque demum illæ sint, vetustas ex ipso etiam Evangelio apparet. Portentosa illa Judæorum commenta huic potissimum causæ deputanda sunt, quod figurate dicta a Veteribus tradita, illi ad litteram interpretantur. Olim ante Jesu Christi ætatem futuræ vitæ felicitas, & Messiæ Regnum, adducto convivii lætissimi atque instructissimi emblemate exprimebatur; unde etiam imaginem Regni sui deducere Christo, ut Judæorum moribus obscqueretur, visum est (3). Nihil ille frequentius quam eas nuptias, & convivia, quibus a Patre suo excipiendi essent electi, commemorat. Ille quidem Judæorum hac de re ideam non deliruendam, sed dirigendam ad rectam normam, & ad spiritalem sensum suscepit. Eliminandum tamen a mentibus

(1) *Vide Buxtorf. Synag. Jud. cap. 36.* (2) *Libell. Ajbkros Rachel apud Buxtorf. ibid.*

(3) *Vide Matth. 8. 11. 12. & 22. 2. Apocal. 19. 7. Luc. 14. 12.*

tibus Judæorum errorem duxit, quo nimirum omnes non Judæos a Regno Dei, & convivio Meſſiæ excludebant; monuit proinde Chriſtus, undique ex universo mundo convivarum turbam confluentem eodem convivio excipiendam, quo Abraham, Iſaac, & Jacob. Adjecit deinde aliud, quod vehementer timebant Judæi, nimirum filios Regni inter primores ad convivium invitatos, fore demum excludendos ex aula convivii, atque ſub dio hyemalis noctis injuriis & horrori relinquendos.

Ex parabola decem Virginum (1) intelligimus, Meſſiæ ſive Sponſi adventum nocte intempeſta a Judæis expectari, quod conſtanti apud ipſos traditione receptum eſſe S. Hieronymus in Matt. 25. 6. teſtatur; unde etiam derivatum credit apud Chriſtianos, & ex ipſis Apoſtolis exceptum morem, vigilias nempe Paſchatis ad mediam uſque noctem, qua feliciter horæ venturus Dominus expectabatur, producendi. Vetus illa perſuaſio apud S. Chryſoſtomum pariter & Euthymium apparet (2). Nocturnum hunc Sponſi adventum Chriſtiani de ſecunda Meſſiæ appariſcione, Judæi de prima interpretabantur.

Retulimus ſupra ſyſtema quoddam hiſtoricum, quo repugnantia in ſpecie Prophetarum Oracula conciliandi ſibi Rabbinorum nonnulli ſuſceperunt. Aliud eodem adjungimus, explicandis 70. ſeptimanis Danielis (3), quas Meſſias ſtatim excipiet ab ejus generis Doctoribus non infrequentibus exeogitatum. Earum exordium ſtatuunt in everſione Templi Jeroſolymitani per Chaldæos, ex quo 4090. annos uſque ad everſionem Jeruſalem per Titum ſupputant (4). Duos vero conſtituunt Unctos ſive Meſſias; quorum primus, cum Cyro proruſus confundendus, in ſeptima hebdomada apparuerit; poſtremus, nempe juxta eorum ſententiam Agrippa II. in extrema Jeroſolymæ obſidione interierit. Secundum hæc *Dux*, ideſt Titus, Urbem ſanctam evertit; numquam deinde reſtituendam uſque ad bellum Gog, & Magog, cum ſcilicet hoſtes populi Meſſiæ gladio exterminabuntur. Ita belle philoſophantur Salomon Jarchi & Abarbanel, quos Præceptores Rabbinorum non infimi ſequuntur. Maſuth tamen alii primum Unctum cum Joſue ſummo Sacerdote Eidræ ætate confundere, alii cum Zorobabele, ſive Nehemia.

Sed hæc omnia æque vana ſunt. 1. Exordium ſeptuaginta hebdomadarum conſtituendum eſt ab edicto de permiſſa Urbis reparatione, non veto, quod Judæi malunt, ab Urbis everſione (5) 2. Contrahunt Judæi de induſtria Monarchiæ Perſarum periodum, Regum numerum e decem, ſive duodecim (6) ad quatuor reformantes. 3. Falluntur aut fallunt, cum Agrippam II. Romæ occiſum cum ſtilo Mombajo ſtatuunt anno captæ Jeroſolymæ per Titum; cum & liberis caruerit Agrippa, & viziſſet adhuc anno 14. Domitiani, diu nempe poſt captam Jeroſolymam, ut ex ejus nummis conſtat.

Quam non tribuimus Meſſiæ divinitatem, hæc maxime Judæos contra nos provocat; hominem enim cum Deo confociare, æque moſtruoſum eſſe cenſent, ac ſi duæ inoeciabiles naturæ in unum compoſitum coaleſcant (7). Id autem, inquiunt, numquam a Prophetis commiſſum eſt, ſedulo inter Deum & David diſtinguentibus; hunc enim Dominum agnoſcunt, illum ſervum; Meſſias *David* appellatur, itemque ſimul & *Servus*. Bella ratiocinatio! Potuit nec abs re proſus David ſervus appellari; potuit Meſſias æque nomine David deſignari, cum Rex ille illius eſſet imago. Deus alter eſt a Davide; diſtinguitur etiam, ſi mavis, a Meſſia; nihil hic noſtræ fidei dogmatibus repugnans Jeſus Chriſtus numquam non ingerit ſuam a Patre diſtinctionem. An vero potuit diſtertius Meſſiæ Divinitas exprimi, quam ab Iſaia 9. 6. præſtitum eſt? ait enim: *Et vocabitur nomen ejus Admirabili, Deus fortis, Princeps pacis, Pater futuri ſæculi*. Et Jeremias 23. 6. *Et ſuſcitabo David germen juſtum ſ.* & Iſaias iterum 45. 22. *Convertimini ad me, & ſalvi eritis, omnes fines terræ: quia ego Deus, & non eſt alius*; & 35. 4. *Dicite puſillanimis: Confortamini, & nolite timere, ecce Deus veſter ultionem adducet retributionis: Deus ipſe veniet, & ſalvabit vos*. Author Eccleſiaſtici 1. 4. quem Judæi laudant interdum, qui neque ut teſtis de recepta ſuorum temporum opinione reprobari poſſet, hæc habet: *Prior omnium creata eſt ſapientia, & intellectus prudentia ab ævo. Fons ſapientiæ Verbum Dei in excelſis*.

Neque de Meſſiæ divinitate Judæi tantum recentiores ambigunt, cum ejuſdem rei incredulitas Judæos etiam Chriſto coævos tenuiſſe videatur. Aperta ſunt in eam rem prophetarum Oracula, clara ſane, ſed occupatæ præjudicio menti obſcura; quorum proinde imbecillitati indulgens Jeſus Chriſtus, numquam ſatis apertum ea de re teſtimonium protulit. Volebat, ait S. Chryſoſtomus, ſenſim aſſuefacere mentes hominum carnalium, ne excedens humanam omnem rationem, myſterium tandem detrectarent (8). Si Chriſtus oraculo Davidis illos revincendos ſuſcipit, victi Judæi quidem ſilent; numquam tamen a veteri perſuaſione reeedunt; nec audentes veritatem negare, admittere tamen refugiunt (9). Si Jeſus Chriſtus Dei ſibi authoritatem vindicans, peccata remittit, invidiam in ſe Judæorum creat (10). Inſignia ab eo parata miracula, numquam tamen apud occupatas præjudicio mentes valent, ut Deum illum agnoſcant; & cum Deum ſe coram Summo Sacerdote profiteatur, ille ad blaſphemiam inhorreſcens veſtes diſcindit (11). Apoſtoli quid de illo vulgo hominesenſerent interrogati, reſponderunt ab aliis Eliam, ab aliis Jeremiam, vel unum e Prophetis haberi. Expreſſa Patris revelatione opus fuit, ut S. Petrus divinitatem Filii Dei agnoſceret, profiteretureque (12).

Sed, ut ſupra etiam animadvertimus, quamvis clara quædam idea de Meſſia Judæorum mentibus inſideret, non omnes tamen æque omnia de illo norant. Erant Judæi quidam eraſſiores & rudiores, myſteriis Regni Dei conepiendis impares; erant peritiores & docti, qui omnia Propheterum Oracula habentes explorata, de Meſſiæ divinitate ne dubitaſſe quidem videntur. Idem credebat & populus, ſed confuſa quadam & implieata credulitate. Facile etiam adeo ſe difficiles in agnoſcenda Chriſti Divinitate prebebant, quod meum hominem vel ad ſummum Prophetam haberent. Qui vero Meſſiam illum norant, Deum etiam ne dubii quidem credebant. Numquam autem Apoſtoli adeo inſtitiſſent, ut rem illam inculcarent, niſi probe ipſi prius perſuaſi omnino neceſſarium fuiſſe Meſſiæ, ut Deum gereret homini adjunctum. Maria ſoror Lazari ultro fatetur in Jeſu Chriſto æqualem Deo potentiam, utpote quem genitum e Deo vivo, & in Mundum veniſſe profite batur (13). Cum prodigia in obitu Jeſu Chriſti ſpectaſſet Centurio, divinitati ipſius teſtimonium tulit apertiſſimum (14). S. Petrus ſublimiora quam reliqui e vulgo Judæi ſentiens, luculenter edixit, Chriſtum Filium eſſe Dei vivi (15). S. Thomas poſt tractatas manuum, & lateris cicatrices, exclamavit: *Dominus meus, & Deus meus* (16). Hoc Fidei dogma potiſſimum in ipſo Evangelii ſui exordio conſtituit S. Joannes, nihilque frequentius inſinuat, atque adductis argumentis probat, quam

(1) *Matt.* 25. 1. &c. (2) *In Matt.* 25. 6. (3) *Daniel.* 9. 24 25. (4) *Vide Baſnag. Hiſt. Judaer. l.* 6. *c.* 22. (5) *Dan.* 9. 25. *Ab exitu ſermonis ut iterum ædificetur Jeruſalem uſque ad Chriſtum Ducem hebdomades ſeptem.* (6) *Cyrus, Cambyſes, Darius Hyſtaſpis, Xerxes, Artaxerxes Longimanus, Xerxes II. Ochus, Artaxerxes Mnemon, Artaxerxes Ochus, Arſes, Darius Condemanus.* (7) *Judei Luſitani quæſtiones* 23. *ad Chriſtianos, qu.* 1. 2. 4.

(8) *Chryſoſt. in Matt.* Author Operis impetfecti in Matthæum autumat, eumdem S. Matthæum ſuperfluum repetaſſe in exordio Evangelii de Divinitate Chriſti loquis quod ſcilicet norat ſcribere ſe Judæis de Meſſiæ divinitate perſuaſis. *Hom.* 4. *Initio.* (9) *Matth.* 22. 42. 43. *ex Pſ.* 109. 1. (10) *Luc.* 7. 49. (11) *Matt.* 26. 65. (12) *Matt.* 16. 13. 16. (13) *Jo.* 11. 20. 27. (14) *Matt.* 27. 54. (15) *Matt.* 16. 13. 16. (16) *Joan.* 20. 28.

Jesu Christi Divinitatem. S. Paulus luculentissime illam adstruit, sive tamquam alibi adstructam commemorat. Ubique in novo Testamento argumenta pro Divinitate Filii Dei oggeruntur. Ut quid hæc adeo inculcarentur, cum potissimum novis obtrectationibus ansam præberent opportunam; nisi eam rem maxime necessariam judicassent? Jesus Christus non passim quidem de illa sibi loquendum censuit, interdum tamen & identidem eo recurrit. Vix est igitur, ut Judæi veteres Messiæ Divinitatem ignorasse credantur. Habebant id persuasum; nec Judæi recentiores nisi concepta quadam animi ægritudine in nostros, eam sibi veritatem negandam sumpserunt.

Namque, ut vera fateamur. Judæorum res religiosæ, atque Judaicæ Fidei dogmata temporum vices sentierunt; & alia Patribus, alia Discipulis fletit sententia. Quantumvis enim avitis consuetudinibus inhærere populi videantur, quamtumvis veteribus traditionibus deferre, in rebus tamen maximi momenti plurimum a veteribus opinionibus recessisse illos constat. Quæ enim pervicacia nunc veteribus præjudiciis inhærere cogit, hæc olim ab illis recedere, quo se magis magistro opponerent Christianis, coegit. Semel enim persuasi Christum infignem fuisse teductorem, ejusque Religionem constituta Legis fundamenta subvertere, nihil reliquerunt intentatum, ut attorem in illam & ejus auctorem invidiam crearent. Pervicaciam subvertit pervicacia, totique profligandæ veritati intenti, authoritatem suam deinde periclitari, variatis subinde sententiis, ne senserunt quidem.

Prophetæ certos quosdam nec ambiguos characteres Messiæ expresserant. Eos tamquam genuinos probaverant Judæi vetustiores; ac tandem in Jesum Christum quadrasse omnes, quamplurimi profitebantur.

Verum recentiores Hebræi e re sua esse censentes, ut hanc veritatem negarent, a Propheta vetustissimisque gentis Scriptoribus abalienati, recesserunt. Si autem veritatis pondere coacti vetera Oracula de Messia interpretentur, eorum tamen vim eludunt, dictitantes, five Messiam jam sub Ezechiæ persona venisse, diemque ultimum elausisse; five venisse quidem, sed in hominum turba latenem, ignotum manssisse hominibus; five venturum tandem, cum primum Israelitæ totam Sabbati religionem implevesint; five venturum non sexto decimum Jacobi Millenario. Alii certum tempus assignare refugientes, venturum dicunt serius citiusve; si distulerit, non despondendum tamen animis; venturum enim tandem. Contendunt alii Oracula Messiam designantia, adeo cum aliis aliarum rerum immixta esse, & confusa, ut nec fecerni quidem possint; nihil ea in re veterum traditionibus, tamquam inconstantibus deferendum; quare, inquiunt, frustra nobis Prophetæ objiciuntur, prius enim certum & genuinum eorum sensum vindicari oporteret.

Fatentur illi quidem, tempora pro Messia destinata omnia transisse; interim venturum adhuc expectant, in quo præcipuum fidei suæ dogma constituunt. Rogant singulis diebus Deum, ut adventum suum accelerans, ante in lucem veniat, quam ipsi luci oculos claudant. Dilationis autem unicam causam crimina sua esse fatentur, rati ei demum conditioni obnoxias esse promissiones de Messia latas. Sed quandonam immunem a criminibus universum habebunt? Si ad hoc usque temporis Sabbati religioni implendæ imparcs fuerunt, quando tandem totam ejus perfectionem attingent? Qui vero hæc omnia cum iis, quæ de tempore nati Messiæ narrant cohærere possunt (1)? Tunc enim, inquiunt, Sapientibus fato functis, alia Legis oblivio Doctorum etiam mentes tenebit; ejusque loco hominum impudentia augebitur. Ingens erit panis & vini caritas; (gulosis hominibus omnia vastantibus, ait Glossa) tota Regni facies hæreticorum force, nemine repugnare audente, fœdabitur; Templum vero in locum tripudii commutabitur. Quinam hæc omnia cohærent cum pietate, religione, cæterique virtutibus, quibus alsectus Messias in mundum tandem, juxta eorum sententiam, venit?

Jidem vero qui audita cruce Christi ejusque humiliatare, & passione, ingenti scandalo afficiuntur, nonne ipsi plurium malorum colluviem sub Messia Mundum inundaturam universum venuerunt, in tantum, ut R. Ulia exclamaverit: *Venisset quidem, sed ego nunquam illum invenar?* namque Leonem fugiens, in ungues incidit ursi, & anguis morsu corripitur. Si gloriam ejus adeo exaggerant, ut qui illum asino vectum, & lepræ scabie rabescentem inducunt? quid cum florentissimo ejus Regno bella, lues, pestes? Quid decem illa prodigia ejus adventum præcurrentia, quorum pleraque funestissima sunt, & perniciosa? Duo tantummodo viri in Chanaanitidem ingressi sunt, cum 600000. ex Ægypto egressi iter eo susceptibent; ita pariter, ait R. Rabba, sub Messiæ regno continget. Lærum Oraculum excipiant Israelitæ.

Spondent ceteroqui sub Messia Hebræi victorias, felicitatem, immortalitatem, vel saltem diuturnissima prosperitate felix Imperium. Septem Messiæ gloriosa nomina tribuunt: *Æternus, nostra justitia, Germen, splendor, Consolator, Elias, Silo.* Simul vero silentio premunt nomina *Emmanuel, Jusus., Deus Admirabilis, Consiliarius, Pater futuri sæculi, Fatir Æternus*, & sexenta alia in Scriptura nota. Qui hæc omnia cum principiis ab illis constitutis cohærant? Qui in merum hominem, qualem Messiam credunt, omnia simul quadrent?

Nil in Scriptura dissertius, quam Gentium ad fidem conversio sub Messia, unde illi nomen apud Aggæum 2. 8. *Desideratus cunctis Gentibus*: apud Jacob Gen. 49. 10. *Expectatio Gentium*. Sed insitum Genti in nos odium eos induxit, ut Messiam conciperent veluti Gentium omnium exterminatorem, cujus tota felicitas intra solos Judæos continetur, gesta omnia terminarentur in restitutione Regni Juda, in reparatione Jerusalem, & Templi, in parta Judæis, omnibus exclusis Gentilibus, temporanea tantum & sensibili prosperitate. Tunc, inquiunt, Messias dispersos per universam Orbis faciem Judæos in unum cœtum revocabit; vita functos in dias luminis auras reducet; Templum excitabit, juxta normam descripti apud Ezechielem Templi (2). Finem autem Imperii Israelitici ad uterumque mare protensi, idem erunt qui & universi. Hostes Israelis universi; Christiani potissimum, ultorem Messiæ gladium sentient. Urbs Jerosolymæ gemmis ædificata nitebit, e qua omnes exulare jussi morbi, & vulnera: vita proinde diuturniore vivent Israelitæ, quanta solent quercus, sive arbores aliæ diuturniores, nempe ad minus pluribus sæculis, quemadmodum ante diluvium, adeo ut, inquiunt, puer 100. annorum ætate grandis, quasi immaturo funcre præpetus parentum lacrymis lugeatur, juxta illud Isaiæ 65. 20. 22. *Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit: secundum enim dies ligni erunt dies populi mei.* Populo vero sibi charo faciei suæ aspectu dulcem adeo virtutis amorem infinuabit Altissimus, ut simul insitam in malum propensionem ex eorum cordibus evellat. Hæc tamen omnia, uti lectores facile intelligent, Hebræis savent non Paganis.

Abarvanel (3) deorum Messiæ characteres defignat, apriores ille quidem, quam qui a ceteris Rabbinis traduntur, ceteroqui tamen gustum populi sapientes. Neque enim usquequaque a fabellis, atque ab insitis Judæis omnibus præjudiciis immunes sunt. Horum primus: oriturus Messias e genere Isai, e domo David. 2. Restituturus prophetiam, quæ a secundi Templi per Romanos everssione in Israele abolita cessavit. 3. Sapientiæ illi plus multo, quam ceteris omnibus suppeteet. 4. Modestus erit, subique imperare sciens. 5. Justitiam colet, ut populi admirationem simul & amorem conciliet. 6. Miraculorum gloria coruscabit, oris sui halitu hostes occidet, & adminiftros ultio-

(1) *Vide Gemar. tit. Sota pag. 343. & Basnag. hist. Jud. l. 6. c. 26. n. 3.* (2) *Ezech. 41.* (3) *In Is. 53. & Prideaux dissert. 2. de charact. Mess. Item Basnag. histor. Jud. l. 6. c. 26. num. 12.*

ultionis ſuæ habebit, præter angues & leones, ignem etiam e Cœlo demiſſum. 7. Pacata erit terræ univerſæ facies, ut perpetuum Sabbathum regnare videatur. 8. Gentes infideles, & Reges ultro colla ejus dominationi ſubmittent. 9. Decem Tribus e diſperſione congregatæ ſub Meſſia coibunt. 10. Quibus facilius reducendis, aquas Euphratis, ut olim Moyſes fretum Idumæum, diffindet.

Hæc poſtremo loco ab Authore tradita deſumpta ſunt e Propheta rum quibuſdam phraſibus, qui de reditu Hebræorum e captivitate agentes, ſtilo quodam hypetbolico & figurato per diffiſas Euphratis aquas traductarum Dominum populum ſuum ſcripſerunt (r); quod quidem numquam ad litteram impletum eſſe, neque ut in futurum tempus impletur datam ſpem ullam conſtat. Quid, quod neque hujus Scriptoris authoritati ultro damus manere adhuc in Tranſeuphatæis ductas olim Hebræorum Tribus? Quam enim poſſimum regionem, quod Regnum tenent? Nos alibi luculenter demonſtraſſe confidimus (2), rediiſſe illas una cum Juda, & Benjamin; tenſim quidem non eodem ſimul tempore omnes. Si quid autem reliquum eſt Iſraelitarum in iis Regionibus, hoc ſane deeem Tribus immerito appellaretur (3).

Tandem quem nam fidei ſuæ aſſertorem laudat Rabbinus in iis, quæ de Regno terreſtri Meſſiæ commentus eſt? Facile enim aſſerimus ea, in quibus a noſtra ætate, & cognitione remotis neminem habituri ſumus refragatorem. Porro quæ Judæi de Regno Meſſiæ in terra ex Oraculis Prophetarum inferunt, hæc Chriſtiani mala fide reddita contendunt: quare illi præpoſtere tamquam certum conſtituunt, quæ in dubium ab aliis revocantur. Poſtori nos jure hæc omnia de Regno ſpirituli Jeſu Chriſti interpretamur: habemus enim adſtipulatores eorum veteres Patres, & Doctores, faſtos ex, quæ nos Jeſu Chriſto tribuimus, vaticinia, hæc ad Meſſiam maxime ſpectare; profeſſos inſuper Jeſum Chriſtum jam apparuiſſe. Quin etiam, niſi mala illi fide agere nobiſcum voluerint, in eo ſaltem convenire debent, ut Evangelio eum authoritatis gradum tribuant, quem ceteris vetuſtis hiſtoriis. Neque ultra aliquid nos ab illis exigimus, quo ad ſenſum oſtendamus, poſtorem eſſe noſtrum, quam illorum cauſam. Vacuam illi præjudiciis mentem lectioni hiſtoriæ Jeſu Chriſti conferant, ſtatimque intelligent fruſtra alium ab Iſraele Meſſiam expectari.

Verum non ea tantum nos æquitate indignos cenſent, ſed in tantam proruperunt erga nos audaciam, ut proeuſas mala fide de rebus a Jeſu Chriſto geſtis hiſtoriolas tamquam genuinas venditent. Ex Patrum relatione diſcimus, per ſubmiſſos emiſſarios id egiſſe Judæos, ut undique nomini Chriſtiano atrox invidia ſub ipſis Religionis initiis crearetur. Dictitabant nempe, Diſcipulos inſignes eſſe impoſtores, qui Præceptoris ſui cadaver ſuffurati in vitam rediiſſe illum ſparſerunt (4). Poſt eam deinde ætatem hanc fabellam commenti ſunt (5). *Paadera* quidam Bethleemi incola, cum puellam viro Jochanan nuptam deperiiſſet, e muliercula corrupta habuit filium *Jeſua* ſive *Jeſum*. Cum vero Pater ſuus ſe Babylonem præripuiſſet, puer Jeſus inter ceteros Diſcipulos ſcholam frequentans, in tantum proripuit audaciæ, ut erecta cervice caput coram Sacerdotibus aperiret, quod impudentiſſimi erat hominis æque ac flagitioſiſſimi, ceteris velato capite, & vultu ſeſe Sacerdotibus offerentibus. Ita creata de homine ſuſpicio ejus natales explorandi occaſionem præbuit; nec diu ſtetit, quin vitium in apertum prodiret.

Tandem Jeroſolymam veniens, nomen Dei *Jehovah* ſubripiendi conſilio furtim in penetralia Templi ſeſe inſinuans intra diſeiſſum corporis eutem ſanctiſſimum nomen occultavit. Eo artificio, acceedente magiæ artis peritia, geminos leones præ foribus Templi conſtitutos, ut loei præſidium eſſent, & tutamen ſancti nominis, eluſit. Rugiebant illi adeo horrendum, ut ne reminiſcendi quidem facultas de reliquo præ horrore audientibus maneret. Eo, inquam, artificio Jeſus vigilem fefellit, ſtatimque ſe in Patriam conferens, mortuum revocavit ad vitam, leproſum mundavit. Horum miraculorum fama populi in ſe favorem adeo conciliavit, ut aſino inſidentem in triumphantis morem Jeroſolymam deduxerint.

Rerum tum temporis potiebantur Jeroſolymis Helena ejuſque filius Monibas, ſive Hireanus, apud quos agentibus Sacerdotibus delatus Jeſus, coram Regina ſeſe iſtens, cauſam ſuam prodigiorum potius, quam argumentorum perſuaſione defendit. Ad hæc obſtupefcere Sacerdotes, ſimulque quid ſibi rei agendum conſultare. Tunc e cœtu unus Judas in ordinem ſe illum redacturum dixit, „ſiquidem nomen Jehovah diſcere permitteretur, ſimulque ipſi ſibi veilent totum ejus flagitii reatum imputare. Compos igitur ejus rei factus, Jeſum aggreſſus eſt, atque pronunciato ab intrilque Dei nomine, tanta utrumque terribilis nominis vis arripuit, ut in aera raperentur. Fruſtra Judas præcipitem agere adverſarium diutius molitus, tandem mingendi ſuper illum conſilium atripuit opportunum. Nec mora, uterque fœdo humore pollutus concidit. Jeſus actutum ad Jordanem vehitans, ejus aquis lotus expiatuique; iterum virtutem ſuam exeruit. Quare eum fruſtra in adverſarium præ valere Judas tentaſſet, fraude, quod vi non poterat, ſibi obnitendum propoſuit; namque in ejus partes tranſiſſe ſe ſimulans, illum tamquam e diſcipulis unus perpetuo comitatus, quæcumque ipſe faceret, omnia *Sapientibus* prodebat. Accidit igitur, ut Jeſu forte ad Templum ſe conferente, una cum Diſcipulis omnibus, ab adverſariis omues caperentur, ac continuo marmoreæ columnæ in urbe erectæ alligatus Jeſus, flagrorum animadverſione ſubjectus eſt, tum & ſpinea corona tempora circumdatus, aceto in ſiti potatus, tandem capite damnatus a Sanhedrin lapidibus confectus occubuit.

Defunctus poſt hæc corpus *in lignum* agendum erat, juxta receptum Hebræis morem, ſed lignum antea ab ipſo Jeſu, qui genus mortis ſuæ præviderat, magicis quibuſdam excantationibus per nomen *Jehovah* paratum, confractum ſubito concidit. Continuo Judas ex horto ſuo ingentem aliquem clavum detractum affigens parieti, defunctum viri corpus appendit. Veritus autem ne diſcipuli illud ſuffuratoi reſurrexiſſe palam dictitarent, ipſe clam e tumulo ſubductum in alveo quodam torrentis, facta prius aquarum diverſione, ac deinde priſtino illis curſu reſtituto, occultavit. Accidit nihilo ſecius, ut non invento corpore ſtatim fama reſurrectionis illius longe lateque ſpargeretur. Hunc rumorem credulis auribus excipiens Helena Regina, Filium illum Dei declaravit: ſed Judas proterviam Diſcipulorum Jeſu deprecatus, cadaver illius e latebris eductum expoſuit, ac candæ equi alligatum aduſque Reginæ palatium raptandum curavit. Tunc avulſi defuncto crines; cujus rei cauſa Monachi abraſo capite incedunt. Nazaræi atrocem hanc ignominiam inique ferentes, diverſione facta a Judæis deſiciverunt.

Ludicra hæc hiſtoriola legitur in *Sepher Toledos Jeſu*, qui ſane titulus imitatione quadam Evangelio S. Matthæi reſpondet. *Liber generationis Domini noſtri Jeſu Chriſti*. Porro regnaſſe ætate Jeſu Chriſti Jeroſolymis *Helenam & Mombam*, ea, quæ cetera, fide Author aſſeruit. Numquam enim auditi ſunt Jeroſolymis Helena & Mombas Reges Judæorum, quamquam Helena Regina Adiabenorum, & Ixates ſive Monobaſus ejus filius veniſſe Jeroſolymam aliquando poſt obitum Jeſu Chriſti legantur. Judæi natalem Jeſu Chriſti annum ad A. M. 3691. ſub Alexandro Jannæo confignant, & Reginam Helenam 150. annis ſerius ſub Claudio veniſſe Jeroſolymam conſtat.

Extat alius Liber eodem titulo *Toledos Jeſu*, vulgatus a D. Huldrico anno 1705. in quo magis ad fidem Evangelii expreſſa legitur hiſtoria, non tamen ſine anachroniſmis, & mendaciis. Tempus nati &

(r) *Iſ.* 11. 15, 16 & 44. 24, 28 & 50. 2. (2) *In Diſſert. de Reduct. decem Tribuum Ezechielis præfixa.* (3) *Diſſer. in Regnum quo decem Tribus traduſtæ ſunt, ad Paralip.*

(4) *Euſeb. in Iſ.* 18. 1. *Hieron. ibid. Occum. in epiſt. ad Rom.* (5) *Toledos Jeſu* vulgatus a Vagenſeilio t. 2. Operis ſui *Tela ignea Sat.*

mortui Christi sub Herode Magno configuatur, ad quem delatam narrat accusationem de adulterio Pantheris & Mariæ Matris Jesu. Ejus rei furore, simulque dolore de fuga Pantheris percitus Herodes, in Bethleem actuum ire conferens, omnes ejus regionis infantes ultore gladio trucidandos edixit. Præceptor Jesu statuitur Josue filius Perachiæ, quem Akibas instituerat. Porro Akibas sub Adriano, integro post Christi obitum sæculo florebat.

Author sub nomine Jonathan coævi Jesu Christo & Jerosolymæ agentis vulgatus, narrat, Herodem Magnum consuluisse, quid facto opus esset cum Jesu Christo, Patres Vormatienses, tum temporis per subjectam Cæsareæ regionem dispersos. Quam ineptus, Deus bone! Addit, Herodem ejusque filium exercitum duxisse in Discipulos Jesu continentes sese in deserto Judææ, quo loco vicus Hai spectatur. Jesum Christum ejusque imaginem, sicut & Mariæ parentis ipsius, colebant. Porro Sectatores illi Jesu, suppetias rogarunt adversus Herodem filium a Rege Cæsareæ. Quis, rogo, iste Cæsareæ Rex sub Herode filio? an aliquis Germaniæ sive Palæstinæ Princeps? Nihil ex historia discimus.

Alterum adversus historiarum Judaicarum fidem argumentum ex eo ducitur, quod immane inter se discrepare intelligantur. Namque historia per Vagenseilium vulgata vitium natalium Jesu Christi a Sacerdotibus proditum narrat; altera vero per Huldricum, ab Herode primum, deinde ab Akiba deprehensum tradit; Akibas enim Sacramento quodam dolose, summis tantum labiis concepto, arcanum e Maria parente Jesu deduxit. Addit, Jesum post deprehensos furtivos ejus natales calvitio damnatum fuisse: quod ille ferens iniquius, pravam doctrinam disseminandam suscepit. Desiderantur hæc omnia in altera historia, quæ vicissim maleficiorum scientia peritissimum Jesum prodit, & furtim subducto nomine Domini miraculis pollentem. Subinde historia Huldrici addit, semel statuto capiendi Jesum consilio, Judæos apud ejus hospitem pecunia corruptum egisse, ut medicatum illi vinum præberet, quo nominis ineffabilis oblivio induceretur; neque enim aliter in adversariorum potestatem venire potuerat. Ad eam rem cœlitus impetrandam, decretum solemne Jerosolymæ jejunium, specie quidem divinæ opi impetrandæ pro bello, quo Israelitæ ab infidelibus Regibus premebantur, revera ut a metu viri populus liberaretur.

Cum igitur Jesus Christus die Propitiationis convivium habuisset cum Discipulis, eo poto medicato vino, in adversariorum manus incidit. Dilatum ejus supplicium a Rege usque ad Festum Paschatis, cujus temporis interjecto spatio missi per universum terrarum Orbem viri, si quis vellet rei patrocinium suscipere, ut coram Senatu se sisteret, invitarunt. Consultum ea de re Sanhedrin Vormatiense, non quidem supplicio perimendum, sed arcto & perpetuo carceri tradendum Jesum censuit. Regi altera sedit sententia; quare in crucem actus Jesus, supplicio abbumptus est. Porro quo tempore Jesus Christus occidit, nullum fuisse Jerosolymis Regem tam certum est quam quid aliud. Sed Judæi æque omnia minora habent odio & invidia in Christianos. Historia Vagenseilii captum Jesum a militum manu statim post Festum Paschæ commemorat; a quibus scilicet militibus partim in fugam actos Discipulos Christi, partim occisos addit; tum vero lapidibus damnatum Jesum Sanhedrini sententia.

Nimius essem, si omnes æque Judæorum ea de re fabellas congererem. Quicumque illarum refutationem voluerit; adeat Authores eam rem prosequutos, sive integras eas historias legat vel saltem earum epitomen, addita eorum refutatione per Basnagium hist. Jud. l. 6. c. 28. Nos hic satis superque ducemus, si generatim aliqua animadvertantur in ideam, quam de Messia formarunt Judæi, sicut in calumnias, quas falsis rumoribus ubique de Jesu sparserunt. Ex his enim spiritus illorum dolosus & mendax satis superque convincitur.

Si Messiæ characteres ancipites sunt & ambigui, si tempus pro ejus adventu præscriptum defluxit, quod illorum sententia certum est; quæ illis hodie spes ea de re superest? Venturum ne unquam confident, si factæ de illo promissiones a certis quibusdam conditionibus, nempe a pœnitudine, & resipiscentia populi pendent? Sive Patres eorum errare coëgit in eo, quod fibi formarunt, de Messia systemate, atque in sensu Oraculorum ad Messiam determinato; sive plane Judæi recentiores falluntur, alios tribuentes Messiæ characteres, aliam de illo menti inducentes ideam. Porro in re tanti momenti instabilis illa & minus inter se constans gentis opinio nonne reprobationis, & cæcitatis Judaicæ argumentum est apertissimum? Quid sibi expectandum sit, plane ignorant; sive ipsi, sive Patres eorum in errore versantur. Si eorum sententia obtineat, actum est de Prophetarum Oraculis; si falsitatis convincatur, Jesus Christus verus est Messias.

Porro erroris hujus universi duplex est causa, dolus nempe, & ignorantia. Ejus, qua gens universa laborat, ignorantiæ in tota hac Dissertatione argumenta passim exhibuimus. Fraus apud illos quæras historiam paulo diligentius expositam; frustra petitum inregra fide ex historia veteri documentum. Eorum doli & fallendi spiritus, in historiolis, quas de Jesu Christo procuderunt, si alias aspiam, elucet; quibus tamen ne rudioribus quidem imponeretur, adeo ille fraudem suam in aperrum produnt. Nec ipsi quidem suis hisce artibus caperentur, nisi major esset cordis in malo pertinacia, quam spiritus errandi confutadne cæcitas. Quæ vero infignis est gentis pervicacia & incredulitas, ea demum accepto ignorantiæ & nequitiæ ipiorum referenda. Quis, rogo, eos hominesomni destitutos scientia & probitate ad bonam frugem reduxerit unquam? Quis argumentis illos revincat, cum nec apertissima veritate moveantur, neque absurda quæcumque objecceris, insigniter flolidos terreant? Rerum turbata series, insignes anachronismi, putida mendacia, fabellæ vix ac ne vix quidem fibi constantes, omnia hæc veritate sancta iunt apud ipsos. Apertissimos Scripturæ textus detortis interpretationibus corrumpunt; cum interim pronas & simplices rejiciant. Si quid illis Patrum suorum authoritas negotii fecerit, eam continuo toto abjiciunt animo; si quid nobis res aliqua favere videatur, statim illi sive in dubium revocant, sive e genuina sententia mentem avertunt.

Ex his autem, quæ huc usque deduximus, satis intelligere æquis Lectoribus dabitur, oppanso ante lumina velo infelicem hanc gentem in tenebris versari (z); nihil demum esse totam Hebræorum religionem, quam pervicaciam & obstinationem; reapse numquam amplius ab illis venturum Messiam expectari, nullam illius ideam luculentam servari, nihil tandem credi nisi corruptum, nihil sperari nisi quod terrenum sit & carnale. Fruftra illos ad spiritales sensus elevaveris; pariaque de Regno Messiæ concipiunt ac Mahometes de Paradiso. Aperi, quæso, Domine, obducta infelicium lumina, ut per totam terræ faciem coruscantem lucem agnoscant: aufer cor lapideum, & da illis cor carneum.

DISSER-

(z) 2. Cor. 3. 15.

DISSERTATIO
DE RECHABITIS.

PARCE admodum Scriptura de Rechabitis: ſed ſatis illa, ut ſublimem de gente ideam concipiamus. Genus erat hominum frugi & modeſtum, duris ſe inediis, fuga ab hominum conſortio, rerum omnium abdicatione exercens. Vitam agebant agreſtem ſub tentoriis, neglectis Urbibus & hominum commercio; ſine laticlaviis, ſine domibus, ſine certis ſedibus. Habebantur ab omnibus tamquam Prophetarum imitatores, eorumque dictum exemplar Eſſenii & Therapeutæ apud Hebræos, ac ſolitarii apud Chriſtianos ſectati ſunt [1]. Quem intimo corde fovemus, amor proeo vitæ genere, cui nos ſumus addicti, amore proſequi nos pariter jubet omnia ſimilitudine quadam ad ipſium referenda. Glorioſum eſt nobis, ſi in eo quod Sanctiſſimum eſt & illuſtriſſimum in Veteri Teſtamento, in Elia, in Eliæo, in filiis Prophetarum, in Rechabitis, in S. Joanne Baptiſta originem inſtituti noſtri & primos noſtræ profeſſionis Patres agnoverimus.

De origine Rechabitarum varia eſt variorum ſententia. Nonnulli e Tribu Juda viros accerſunt; quod Theodoreto viſum [2], ea dicto opinione, quod viri omnes longa ſerie 1. Par. 2. deducti, ad eam Tribum pertineant; ex quo eadem inferenda cenſet de Rechabitis, quorum ibidem mentio occurrit. Sed deductis alibi argumentis demonſtravimus, Rechabitas origine *Cinæos* fuiſſe, & quamquam regionem Juda occupantes, adhuc tamen ad eam Tribum non ſpectaſſe.

Autumarunt alii Levitas eſſe, vel etiam Sacerdotes [3], ex illo nempe Jerem. 35. 19. perſuaſi: *Non deficiet vir de ſtirpe Jonadab filii Rechab ſtans in conſpectu mei cunctis diebus.* Ex Rabbinis quidam ſuſpicantur, Rechabitas jure connubii cum filiabus Sacerdotum, five Levitarum conjunctos, liberos genuiſſe Templi ſervitiis tamquam veros Levitas addictos. Quæ ſi vera ſint, oportuit ſane, ut ſingulari quodam privilegio Rechabitæ ad ſacrum munus admitterentur; nihil enim ad eam rem conferebant, quod e matre Levitici generis prodiiſſent; Patrem enim Sacerdotem ſeu Levitam habere opus erat.

Viſi ſunt aliis [4] ſervitiis Templi addicti Rechabitæ, ut inferioribus a Sacerdotibus & Levitis miniſteriis occuparentur, veluti Gabaonitæ [5]. Nathinæi [6], cæterique vocati *filii ſervorum Salomonis* [7]; quos ſane conſtat ſecunda a Sacerdotibus & Levitis miniſteria obiiſſe, veluti ligna & aquam comportandi; id tandem agebant in Templo, quod mancipia in privatorum Ædibus.

Rechabitis tamen præſtantius erat quam Gabaonitis & Nathinæis miniſterium, quippe qui concinendis laudibus Divinis occupabantur [8], numquam tamen niſi ſecundo a Levitis & Sacerdotibus gradu. Quæ tamen a me dicta ſunt, juxta ſidem Vulgatæ & plurium Interpretum, legentium: *Canentes atque reſonantes atque in tabernaculis commorantes. Hi ſunt Cinæi, qui venerunt de calore Patris domus Rechab.* Hebræus quidem commode eum ſenſum patefecit. Verum Interpretes alii reddunt [9]: *Oſtiarii, & in obſequiis manentes*, id eſt famuli, *atque in tentoriis commorantes. Hi ſunt Cinæi, qui venerunt de Chamath, patre domus Rechab.* Quamquam enim oſtiarii munus Levitarum erat [10], poterant tamen ſecundo ab illis gradu alii etiam deſtinari, ut in publicis ſolemnitatibus prioribus hiſce miniſtrarent; ſcitum eſt enim, & nos ſupra infinuavimus, plures fuiſſe in Templo ſecundo a Sacerdotibus & Levitis gradu miniſtros. Ita e. g. Samuel Ephraimita [11]; Anna Prophetiſſa e tribu Aſer [12]; Gabaonitæ & Nathinæi, qui ab Iſraelitis origine alieni e Chananæis derivabantur (13). Hi omnes in Templo ſuo ſinguli ordine miniſtrabant.

Novum prorſus & inauditum ſyſtema de Rechabitis Bolducus invexit (14). Namque ab ipſis Antediluvianis gentibus eorum originem repetens, omnium Authorem conſtituit Enos, e quo per poſteros traductum genus poſt diluvium, deinde per *Cinæos*, *Cinæzæos*, *Hebræos*, five *poſteros Heber*, *Nazaræos*, *filios Prophetarum*, ac tandem *Rechabitas* perpetuo amne defluxit. Unde vero Rechabitarum nomen? Audias Bolducum. Cum Eliæus raptum in Cœlum præceptorem ſuum Eliam ſpectaret, exclamavit: *Pater mi, Pater mi, currus Iſrael & auriga ejus* (15). Pariter Rex Joas inviſens Eliſeum diſcipulum Eliæ, poſtremo illo, quo correptus erat, morbo laborantem, ejulabat: *Pater mi, pater mi, currus Iſrael & auriga ejus* (16): Hebræus legit: *Pater mi, pater mi, Rechab Iſrael, upharaſchan*, i. e. currus Iſrael, & ejus equi. En nominis Rechabitæ originem. Rechabitæ enim filii ſunt duorum Rechab Iſrael, i. e. duorum curruum Iſrael: nempe Eliæ, & Eliſæi.

Joannes Jeroſolymitanus de Inſt. Monac. c. 25. Diſcipulos illos Eliæo tradit, illos vero juxta Bolducum 1. Par. 2. 55. Diſcipulos tradit Eliæ. Hoc Bolducus ſingulari argumento ſententiam ſuam probat. *Hi ſunt*, inquit Scriptura, *Cinæi, qui venerunt de calore patris Domus Rechab.* Quis, rogo, calor iſte patet Rechabitarum, niſi Elias, de quo Eccli. 48. 1. *Et ſurrexit Elias Propheta, quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardens.*

Neque hæc ſatis Authori, qui poſt derivat Rechabitas e curru Eliæ, *Phariſæos* ex equis ejuidem currus deducit. Ipſi autem qui antea *Rechabitæ* appellabantur, deinde Phariſæi dicti ſunt, ducta nominis etymologia ex *Pharaſchim*, i. e. equi currus Eliæ. Porro Phariæi, ſi Authori fides, nihil a Rechabitis adludebant, cum utrique a vino abſtinerent; cujus rei aſſertorem tradit Evangelium, ubi vitio vertiſſe Jeſu Chriſto Phariſæos legimus Matt. 11. 19. *Homo vorax, & potator vini.* Porro, inquit ille, Jeſus Chriſtus Eſſeniorum ſectam profitebatur, ejuſque adverſarii Rechabitarum, quæ eadem erat ac Phariſæorum gens, cum perperi amne deducta eorum ſecta longa temporum ſucceſſione variorum nominum immutationem ſenſiſſet. Si quis talia audeat, nihil erit quod non inveniat in Scriptura.

Sed vera Rechabitarum origo in Cinæis ſtatuenda eſt (17), qui parvo numero Arabiam tenebant, ſive Madianitidis portionem. Jethro ſocer Moyſis, & Jonadab ejus filius Cinæi appellantur Judic. 1. 16. qui una cum tota familia patris relictis ſedibus, Hebræis per deſertum in terram promiſſionis tendentibus accedentes (18), tandem cum illis Chanaanitidem ingreſſi, ſedes fixerunt ad litus occidentale maris Mortui, non longe ab Engaddi (19), in ſorte Juda; ac deinde ſucceſſu temporis interiora Arabiæ penetrantes, Saulis ætate Amalecitis immixti leguntur 1. Reg. 15. 6. Quare ab eodem Principe expeditionem in

(1) *Hieron. ad Paul. ep.* 13. *Noſter Princeps Eliæ, noſter Eliſæus, noſtri Duces filii Prophetarum, qui habitabant in agris & ſolitudinibus . . . . de his ſunt & filii Rechab, qui vinum & ſiceram non bibebant &c.* (2) *Theodoret. 1. Par. init. Vide* 1. *Par.* 2. 55. (3) *Hegeſipp. apud Euſ. hiſt. l.* 2. c. 3. (4) *Vide Sanct. Coro. ad Jerem.* 35. (5) *Joſue* 9. 27. (6) 1. *Par.* 9. 2. & 1. *Eſd.* 2. 43. 58. & 7. 24. & 8. 20. (7) 1. *Eſdr.* 2. 55. 58. & 2. *Eſdr.* 7. 57. 60. & 11. 3. (8) 1. *Par.* 2. 55. (9) 1. *Par.* 2. 55. *Thirathim Schimatim ſuchathim.* (10) 1. *Par.* 9. 17. & 16. 38. & 23. 5. & 24. 6. & c. 2. *Par.* 8. 14. & 22. 19. (11) 1. *Reg.* 1. 1. & 3. 1. (12) *Luc.* 2. 3. (13) 1. *Eſdr.* 2. 43. & 8. & 7. 7. 24. (14) *De Eccleſ. ante Legem l.* 3. c. 16. *pag.* 472. & 473. (15) 4. *Reg.* 2. 12. (16) 4. *Reg.* 13. 14. (17) *In Hebraï, D. Thom. Hugo Lyran. Dion. Cornel. alii.* (18) *Num.* 10. 29. (19) *Judic.* 1. 16.

Amalecitas susceptura, se ab illis recipere jussi sunt. Porro antequam in Chanaanitidem transmigrassent, ad litus Orientale, sive Meridionale Maris Mortui in Madianitide sedes habuisse eo constat, quod Balaam in montibus Moab constitutus, subjectam oculis coram regionem spectaret (1).

Nec invitus crediderim, *Cinæos* Hebræorum ipsissimos esse Græcorum *Troglodytas*, quo nomine significabant populos in speluncis sive locis subterraneis degentes. Moyses enim, sive Balaam apud illum, Num. 24. 21. 22. ita verso ad illos sermone affatur: *Robustum quidem est habitaculum tuum: sed fi in petra posueris nidum tuum, & fueris sicelius de stirpe Cin, quandiu potueris permanere? assur enim capietur.* S. Hieronymus describens populos Judææ Meridionalis initar Troglodytarum in specubus locique subterraneis habitantes inducit (2). Paria legas apud Bellunium Obiecv. l. 2. c. 61. nec aliud insinuat nomen Cinæi, quam viros in ædiculis sese continentes.

Non est igitur cur vehementer miremur, si una eademque gens variis variis subinde appellata nominibus deprehendatur, ut Cuschim, Madianitarum, Cinæorum, Salmonæorum. Poterit enim tamen perpetuo illis nomen a Chaldæo traditum, Alieneo etiam ab Israelitis genere, cum potius affines essent Chuseh, sive Madian, veletiam Chananæis, cum in populo reteneantur quem jure hæreditatis traditurum se Abrahamo Dominus polliceitur (3). Sephora uxor Moysis Chuschitis appellatur Num. 12. 1. & Jethro ejus pater Cinæus dicitur Judic. 1. 16. tum & Sacerdos Madian Exod. 3. 1. Non infrequentes erant Troglodytæ in litore maris Idumææ, maris Mortui, ficuti & in tota ferme Arabia Petræa. Cinæi sedibus locisque carentes hue illuc vagabantur, modo sedem sibi eligentes in specu, modo sub tentorio, modo in nemoribus palmiferis. Heber Cinæus sub tentoriis habitabat in medio Chanaanitidis, cum scilicet Barac & Debora rerum potirentur (4). Post reductos e captivitate Hebræos, viciniam Jabes Galaad teneuisse illos legimus 1. Par. 2. 55. Paulo ante obsidionem Jerusalem, non longe ab Urbe habuisse tentoria constat ex Jerem. 35. 10. 11. quare occupantibus omnia hostibus, ex agro in Urbem transmigrare coacti sunt. Omnibus documentis intelligimus, Hebræos fuisse populo sedes, illudque vitæ genus servasse, quod hodie Saraceni, five Arabes Scenitæ, huc illuque, nullas habentes Urbes certaque sedes, discurrentes. Simili exemplo icimus, Hebræos toto quadraginta annorum spatio erraticam degisse vitam in deserto, & Patriarchas in terra promissionis peregrinatos fuisse.

Genus igitur ducebant Cinæi a Jobab, sive Jethro socero Moysis: & post ingressum Israelitarum in Chananitidem, regionem circa Mare Mortuum plerumque tenuerunt. Ab Israelitis vero nulla potiori ratione distinguebantur, quam agrestis vitæ genere, & Urbium æ diumque neglectu.

Ea fedit nonnullis (5) sententia, Jobab sive Jethro non patrem tantum sed & authorem ac institutorem Rechabitarum fuisse, quippe qui alio nomine etiam Reehab appellaretur; ac tandem Jonadab illum sub Jehu notum, inter posteros ejusdem sive Scripturæ phrasi inter filios habendum. Addunt insuper, vestigia quædam instituti Rechabitarum spectari in Heber Cinæo, qui æ dibus contemptis, sub tentorio degebat, & facile abstinebat a vino, cum Jahel Sisaram solo lacte potasset. Plus aliquid audet Sanctius, namque Madianitas omnes, quorum portio erant Cinæi & Jethro, Rechabitæ vitæ genus fectos censet.

Duo Rechabitarum genera distinguenda censet Serarius loc. cit. veteres nempe & novos. Veteres ex Jethro repetit, agreste vitæ genus, sine certis sedibus & possessionibus ducentes, virtutum & religionis exercitationibus pœnitus addictos. Recentiores Patrem habuisse institutoremque credit Jonadab num & posteris Jethro & filium Rechab, qui veteribus gentibus nova plurima adjicienda censuerit. Juxta hanc hypothesim Rechabitarum institutum longius repetendum esset.

Sed communis receptaque sententia tenet, Jonadab filium Rechab (6) primum fuisse authorem, qui veteribus populi institutis abstinentiam a vino & ab exercitio colendi agri vacationem adjecerit, pro omni cibo spontaneos terræ gregumque fructus adhiberi permittens (7). Vivebat Jonadab sub Jehu Rege Israel, quæ potissimum epocha flattienda, unde Rechabitæ ducantur: *Jonadab filius Rechab pater nester*, inquiine illi, *præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos & filii vestri usque in sempiternum. Et domum non ædificabitis, & sementem non seretis, & vineam non plantabitis, nec habebitis: sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, ut vivatis diebus multis super faciem terræ, in qua vos peregrinamini.* Hæc Rechabitæ vitæ instituta, quæ unis illis peculiaria erant, nec ceteris Cinæorum familiis communia. Reliqui enim Cinæi erraticam vitæ genus fuse certis habitationibus degebant, ut de Noinadibus aliisque pluribus earumdem regionum gentibus memoriæ proditum est.

Porro nullus dubitat, quin Jonadab vir esset amplissimus, & spectatæ virtutis, cum numeroiæ polleritatis, & in toto Israele Judæ florentissimæ in spiritu pater haberetur. Quo potissimum in loco iedem haberet, incertum, cum erraticam vitam non fecus ac ejus sectatores egisset. Legimus 4. Reg. 15. 16. Jehu vindicem Dei in Domum Achab fuscitatum, Samariam venisse, ut in omnes Sacerdotes & Prophetas Baal ultore gladio animadverteret. Inter eundum Jonadab offendens, virum salutavit, quæfivitque: *Numquid est cor tuum rectum, sicut cor meum cum corde tuo?* i. e. itane tu mihi, ficut ego tibi devinctus es? *Et ait Jonadab: Est.* Tunc Jehu prorenia in illum manu in fuum currum assumpsit, addens: *Veni mecum, & vide zelum meum pro Domino.* Utroque Samariam ascendente, tota simul familia Achab & Sacerdotes Baal excisi sunt.

Duravit institutum illud floruitque ultra spatium 300. annorum, adusque nempe captivitatem Babylonicam. Cum autem sub Joachim Rege Juda, postremo ejus anno, Nabuchodonosor arma duxisset in Jerusalem, totam late regionem tenentibus hostibus, Rechabitæ sedem in Urbem transtulerunt, retento tamen priftino more sub papilionibus commorandi. Ejsdem obsidionis tempore Jeremias jussu Domini discipulos Rechab convenicns (8), in Templi cellaria, ubi vinum pro Sacrificiis servabatur, dedixit, oblatoque illis vino ad potum invitavit; cui illi: *Non bibemus vinum, quia Jonadab filius Rechab pater nester præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos, & filii vestri usque in sempiternum. Obedivimus ergo voci ejus, ita ut non bibamus vinum cunctis diebus nostris nos, & mulieres nostræ, & filii nostri.* Cum autem *Nabuchodonosor ad terram nostram, diximus: Venite & ingrediamur Jerusalem a facie exercitus Chaldæorum, & a facie exercitus Syriæ manserimus in Jerusalem.*

Tunc facto Domini verbo ad Jeremiam, ejus vocibus ita Prophetæ ad populos Juda locutus est. Quoadusque obstirmato in impietate eodæ mandatis Domini refragatores eritis? Anne plus valebunt apud posteros mandata Jonadab filii Rech, a vino abstinere jubentis, cujus verbis morigeros ie ad hoc usque reinporis præbuerunt, quam Domini ad vos, qui Propheraruin ceterorumque ministrorum suorum verbis admonuit, ut tandem relictis corruptionis vestræ semitis, in rectam vos viam reducatis, abjectoque externorum Deorum cultu moribusque, tandem tamora conflia recipiatis; nec tamen æquas his dictis suæres adhuc præbuitis? Quare hæc Dei verbis, aut Prophetæ, vobis denuncio. Executam tandem in Judam & Jerusalem flagellum, quod antea minatus fum: *Vocavi enim illos, & non respondernnt mihi.* Tum verso ad Rechabitas sermone ait: *Hæc dicit Dominus: Pro eo quod obedistis præcepto Jonadab patris vestri, & custodistis omnia mandata ejus ..... propterea*

non

(1) *Num.* 24. 21. (2) *In Abdiam* 1. *Omnis Australis Regio Idumæorum de Eleutheropoli usque Petram & Ailam, in speræ obus habitat tunculas habet, & propter nimios calores solis subterraneis tuguriis utitur.*

(3) *Gen.* 15. 19. (4) *Judic.* 4. 11. &c. (5) *Arias Montan. in Judic.* 1. *Vide Sanct. ad Horam.* 35. n. 5. 6. 7. *Serar. Triheres l.* 3. c. 9. *Minerval. c.* 13. c. 15. (6) 4. *Reg.* 10. 15. (7) *Jerem.* 35. 6. 7. (8) *Jerem.* 35. 1. &c.

non deficies vir de stirpe Jonadab, stans in conspectu meo cunctis diebus.

Hujus oraculi sensum alii aliter exponunt: sunt enim, qui de munere judicandi, quod Rechabitis demandatum credunt, interpretentur (1.); sunt qui de perpetuo Nazaræatu, cui tamquam a vino abstinios addictos volunt (2.); sunt etiam qui de munere canendi in Templo, juxta vim Textus Latini. Par. 2. 55. (3.). Receptior tamen sententia tenet, Rechabitas exinde destinatos fuisse muneri janitorum sub Levitis exercendo. Aptissimi enim præ ceteris huic ministerio habebantur, cum & domibus carerent, nec sub tecto, sed sub tentoriis jacerent. Aptissime etiam a vino abstinebant, cujus usus Sacerdotibus, & Levitis, quamdiu in Domo Dei ministeriis occupabantur, interdicebatur. Porro Dei voluntas Prophetæ ore manifestata fatis habebatur, ut Rechabitæ a Levitico genere alieni, adhuc tamen sacro muneri addicerentur.

Nec diu quieti in novi muneris possessione manserunt, namque capta Urbe ocelsque Rege Joachim a Nabuchodonosore, Jechonias loco Joachimi in Regnum æque ac in impietatem successit; cujus proinde moribus post tres menses & decem Regni dies provocatus iterum Nabuchodonosor, Urbe expugnata, diripiens Templi vasa, una cum Rege omnibusque Optimatibus, Babylonem transtulit; non nisi colonis lixisque in Urbe relictis. Inter captivos memorantur Mardochæus & Ezechiel, nec immunes fuêre relicti sunt Rechabitæ, quorum nomina legimus in fronte Psalm. 70. inscripti: *Filiorum Jonadab & priorum captivarum*; quibus facile verbis insinuatur, deductos illos in captivitatem ante posteremam Urbis Jerosolymæ eversionem populique captivitatem. Opere tamen pretium est animadvertere, hunc titulum legi quidem apud Septuaginta ceteraique ad illos expressas Versiones; desideriam vero in Hebræo, Chaldæo, & Syriaco. Aliter tamen primam hanc Rechabitarum captivitatem exponit S. Hieronymus ad Paulinum; *Hanc primam captivitatem*, ait, *sustinuisse dicuntur, quod post solitudinis libertatem, Urbe quasi a carcere sint reclusi*; nempe cum regio hostilibus Assyriorum armis infestaretur.

Sive tandem in prima sive in extrema captivitate, id tamen extra controversiam positum est, Rechabitas eadem cum illis Juda vicissitudines expertos, tum in amissa tum in recepta eum illis libertate, quemadmodum ex fide 1. Par. 2. 55. constat: *Cognationes quoque Scribarum habitantium in Jabes; cunctos atque resonantes, & in tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinæi, qui venerunt de calore*, (Hebr. Chamath) *patris domus Rechab.* Restituti igitur ad propria, pristinum etiam jure postliminii obtinuisse munus videntur. Quid autem fuerit in causa, cur fedus constitutesse in Jabes Urbe Galaaditidis Transjordana, incertum.

Jure etiam meritoque in dubium revocatur, an in textu Paralipomenon nomen Jabes Urbem designet, an aliud quodcumque. Author traductionum Hebraicarum in Paralipp. autumat, nomen esse viri clari inter Cinæos, & Legis consultissimi; sicut re ipsa vir quidam illustris ejusdem nominis occurrit ibid. c. 4. 9. 10. Maluerunt alii labe factum Orthotypi præceptore & magistro Cinæorum sive Rechabitarum confundere (4.).

Quæcumque demum ea res fuerit post reditum e captivitate Babylonica nihil ultra memoriæ proditum est de Rechabitis in Sacra Scriptura; sicut & in aliis Libris rara admodum de illis. Ne verbum quidem est apud Iosephum, quamquam non fuisset, quæ supra retulimus, de Jehu in suum currum assumente Jonadab, secumque Samariam adducente. Hegesippus apud Eusebium (5.) narrat, eum S. Jacobum ad suppliciam raperetur, armatis in ejus necem Judæis, Sacerdotem e genere Rechabitarum clamasse: *Quid facitis? Justus Deum vobis orat pro vobis.* Porro hunc Sacerdotem e filiis, sive posteris Rechab fuisse legitur in Rufino æque & in omnibus Exemplaribus Græcis; sed in suspicionem id revocat Scaliger (6.) aliique nonnulli; nec plane satis exactum esse fatemur oportet, cum nec Leviticum nec Sacerdotale munus Rechabitis permitteretur. Facile tamen designatio potuit Hegesippus sacrum aliquod munus inferius, ministri five offiarii Templi, quod ipse abusione quadam Sacerdotis nomine expressit, quasi illud generatim de omnibus sacris muneribus usurparetur. Potuit etiam Sacerdos, quamvis genere a Rechabitis alienus, eorum tamen vitæ genus sectari: quemadmodum enim in nova Lege plures religiosæ vitæ professionem sequuntur; ita plures Rechabitarum professionem secutos fuisse, quam Rechabitas, cum æque omnes religiosi, & pietati addicti eodem illo nomine designarentur. In eum sensum sæpe vox recurrit in Psalmis, & Paralipomenon. Quis autem dixerit, omnes religiosam plamque vitam exercentes Rechabitas qui vitæ genus elegisse? Alii confundendos scribunt cum Essenis (7.). Sed vitæ genere & professione satis inter se utrique abludebant. Essenii etenim agrestæ vitæ genus sectati, ferendis agris exercebantur (9.); nihil possidentes proprium, omnia in commune conferebant; carebant intuper uxoribus & mancipiis; oblationes quidem, sed non sacrificia, offerebant in Templo, purioribus enim & sanctioribus cæremoniis delectabantur, quam Hebræorum reliqui. Sacrificia illi sua seorsum operabantur; cuique suique rebus, quæque necessariis in singulos distribuendis cœtus habebant ministros destinatos. Non simul omnes in eodem loco; sed varie per plura diiperfi habitabant, atque aliunde venientes fratres provida charitate hospitio excipiebant. Hæc plane omnia a Rechabitarum moribus abhorrent; neque enim uxoribus & filiis carebant, sicuti vientiim omnibus destituebantur latifundiis; a cultu agrorum vacabant, Urbes refugiebant ædeique, nec seorsum illi & extra Templum sacris operabantur, cum potius servitiis Templi destinatos fuisse supra animadvertimus. A vino abstinebant quidem Rechabitæ; nihil autem tale de Essenis apud Iosephum legimus.

Quid Rechabitis acciderit post excisas res Judaicas, everjaque a Romanis Urbe, in historia quidem non legimus; sed Benjamin in suo Itinerario testatur, vidisse se in Thema Horentissimam Rechabitarum posteritatem vastissimæ Regionis dominam. Sed juxt Authori nihil magis quam fides deeft; quare potuit facile plura nobis imponere in tua de Rechabitis historia. Ita ferme rem deserbit Ioner. pag. 75. 76.

„ Ex Pundebitha ad Euphratem, in regionem *Seba*, „ hodie *Aliman* regionis *Sennaar* finitimam veni. In„ de uutus diei supra viginti per deiertum arineie, re„ gionem Judæorum Rechabitarum tenui. Huic gen„ ti, cui alia appellatio *populi Theima*, quod eorum „ regionis caput *Theima* sit; Princeps nomine *Hanan* „ hac ætate præeft: Urbs Theima amplitudine, & in„ colarum numero flores: Regio 20. dierum itinere „ intra montes Septemtrionales longitudine excur„ rens, munitissimis atque instructis Urbibus, nulli „ externo Principi parentibus, frequens est. Incolas „ crebræ excursiones qua in regiones finitimas, qua et„ iam in dissitas, adiuque fœderatos sibi Arabes exer„ cent; sunt enim Arabum quoddam genus, ejratie am „ agnationibus papilionibus vitam, finitimos regiones de„ populibus infestantes. Porro Judæi, de quibus modo „ agros colunt, greges alunt; regio enim optimis pa„ scuis abundat. Decimæ proventuum omnium in usus

(1) *Dion. Carthus. in Jerem.* 35. (2) *Cornel. a Lapid. ibid.* (3) *Sanct. ibid.* (4) *Petrus Martyr in Judic. 1. Rodolphus Hospinian. de origin. Monachatus cap. 7. Vide Serrarii Minerval. cap. 32.* (5) *Hist. Eccles. lib. 2. cap. 23. Vide notas Valesii in hunc locum.*

(6) *Animad. & Euseb. in Elencho scriptores c. 25. Cornel. a Lap. in Jer. 35.* (7) *Theodoret. in Jer. 35. alt. Hugo in eumd. loc.* (8) *Ita ex Nilo & Suida Serarius l. 3. quæstion. 9.* (9) *Joseph. Antiquit. l. 18. c. 2. & de Bello l. 2. c. 12. & Philo lib. quod omnis probus liber.*

„ cedunt eum Discipulorum Sapientum; qui perpe-
„ tuo prædicationi incumbunt, tum Pharisæorum,
„ qui Sionis & Jerosolymæ casum deplorant. Nullus
„ hisce viris, Pharisæis scilicet, vim carnisque usus,
„ atratæ vestes, sedes nullæ nisi in cavernis, jeju-
„ nia nonnisi Sabbato intermissa, preces pro obti-
„ nenda libertate, & regressu Israelis e captivitate
„ assiduæ.

„ Judæi omnes Thelmæ & Thelimæ 100009. ho-
„ minum numero florentes, eadem precantur. Illis
„ Salomon frater *Hanani*, de quo supra, præfuit
„ ambo autem illi Principes expansis tabulis genus
„ suum a Davide referunt. Eorum vestes atratæ ut
„ plurimum & attritæ; jejunia 40. dierum pro Ju-
„ dæis omnibus, qui in captivitate detinentur, apud
„ illos institura. Tota Regio 40. Urbibus, 200. vi-
„ cis, 200. arcibus frequens est. Metropolim habet
„ Thenai; incolas vero Judæos 300000. circiter.
„ Urbem Thenai ambiunt insuperabilissima mœnia,
„ complexu suo agrum cultus patientem, atque fru-
„ mento uberem, longitudinis nempe uti & latitu-
„ dinis 15. m. passuum continentia (i. e. 5. leucarum
„ diametrum, & 15. ambitum dimetientia. Spe-
„ ctaculum sui præbent Ædes Principis Salomonis,
„ amœnissimis viretis jucundæ. Hæc Rechabita-
„ rum, si fides Itinefanti Judæo habeatur, Regio.

Nota est in Arabia urbs *Thema*, facile a Thema filio Ismaelis (2) condita; de qua mentio occurrit Job 6. 19. Isai. 21. 14. & Jerem. 25. 23. Nullo tamen argumento dictumus ea fuisse amplitudine, qua Benjamin describit, nec unquam auditum Rechabitas fedem præbuisse. Omnibus silentibus, uni Benjamino ejus rei fides esto. Plane tanta Urbs & Imperium non ita facile homines nostræ ætatis lateret. Suspicarer non invitus, hanc Themæ regionem viginti dietum itinere porrectam, Reges habentem potentissimos, 40. Urbibus, 200. vicis, 200. arcibus, & 300000. Judæis imperantem, non alibi commodius locandam, quam in sparsis imaginariis. Cur enim alioqui flotem adeo regio omnium Historicorum, Geographorum, & Itinerantium oculos fugisset? Nisi forte malueris, hæc omnia simul post duodecimum sæculum subito evanuisse. Suspectam etiam reddunt fidem ejus Authoris quæ ab illo narrantur de genere vitæ, vestibus, professione, jugibusque ejulatibus populi illius universi. Omnia nos in medio relinquentes, singulis credenda pro suo arbitrio permittimus: nos interim ambigui versabimur, donec nova documenta exhibeantur Rechabitarum, sive nostri, sive etiam sæculi duodecimi.

DISSERTATIO
DE SCHOLIS HEBRÆORUM.

NIL habuerunt antiquius optimæ instituti cuique Populi, quam ut inter potissimas Imperii curas, scholas juventuti instituendæ haberent. In scholis enim formantur Sacerdotes, Judices, Magistratus & Populi; nec alibi Religionem discimus, Leges, Historiam, linguas, scientias, Reipublicæ maximæ, & vitæ apprime necessarias. Ea persuasione inducti sapientissimi quique Legislatores, & Principes, in id potissimum operam suam omnem conferendam censuerunt, ut constituerent primo scholas; jam fundatas tartas tectas haberent; nec modica illis cura, ut Academias erigerent, doctos Præceptores accirent, etiam atque etiam Juvenum profectui consulturi. Paremus hic ab asserendis aliarum Nationum exemplis, intra solos Hebræos hujus dissertationis limites constituentes. Perpetuam scholarum, & Prophetarum seriem a Moyse usque ad Jesum Christum demonstrabimus, flexaque deinde oratione, in examen revocabimus ea, quæ de scholis, studiisque ejus gentis post dispersionem illius sub Romanis, ad usque nostram ætatem narrantur.

Illud commodi veteribus Hebræis præ omnibus aliis Gentibus, ad scholas quod attinet, accedebat, quod Præceptores nacti essent, ceteris omnibus merito & dignitate superiores, Propheras dico, & Sacerdotes Domini. Accedebat tota illorum studiorum ratio, in Lege Domini, & Oraculis versans. Apud alias Gentes summa habebatur ratio Philosophiæ, Astronomiæ, Geometriæ, Musices, Rethoricæ, & Poeseos, quæ omnia satis neglecta apud Hebræos jacebant. Summa illis & unica ratio fuit Religionis; unde accepto referebatur, summa illa in rebus moribusque pristinus firmitas, & constantia, exactam in exercitio Legis studium, & summa institutendæ juventutis cura; nec reliquis omnibus inferior amor in Patriam (1). Abrahum, Isaac, & Jacob Viri Theodidacti, instituendæ familiæ suæ in cognitione & timore Dei curam susceperunt. Quorum institutis veluti per manus ad posteros trantmissis, usque vicissim aliis docentibus, factum est, ut incorrupta sine solutis traditio ad Moysen usque pervenerit; ad Moysen, inquam, qui ad tradendam litteris Legem non sine Domini jussu te contulit. Vir ille Divinus toto vitæ suæ tempore interpretem egit Voluntatis Divinæ ad populum; quem vicissim sapientia sua, constantia, & studio morigerum tempei Deo præbuit & obsequentem. Numquam antea spectarunt homines Magistratus sive rerum scientia pernitiorem, sive institutendis Discipulis majori cura, studioque allaborantem. Numquam toto vitæ suæ spatio cessavit a docendis, hortandis, corrigendis Populis, disciplinæ suæ, & institutioni commissis.

Acciverat tamen in partem curarum in iis, quæ ad instituendos populos spectant, Aaronem fratrem suum, quod peculiari phrasi infinuat S. Scriptura Exod. 4. 1. *Aaron frater tuus erit Propheta tuus*. Alium oneris sui partem deposuit in humeris electorum quorundam virorum, quibus cognoscendas dedit causas Israelitarum, (e interim in aliis majoris momenti occupato (*). Tandem indolierem Dux spiritus viri illius sapientissimi portionem transtulit in 70. selectos viros 3), qui numquam deinceps a munere prophetandi, instituendique populi cessarunt. Deus fidem suam veluti obligaverat, numquam commissurum, ut selectæ sibi e ceteris genti deesset Propheterum successio populo instituendo, donec eximius ille Propheta (4) appareret, a quo aberrantes filii ad pristinas Patrum semitas, & ingressi ad fidem revocarentur (5). Constitit rei successio a Moyse adusque captivitatem Babyloniçam, perpeti veluti amne continuata. Hanc Judæi terminaut in Esdra, & Nehemia, ceterisque eorum ætate, Sanhedrin, a quo formatus Canon Scripturarum, constituendibus & sed Ecclesia Christiana inter Propheras æque recenset & Authores Librorum Maccabæorum, Sapientiæ, & Ecclesiastici, omnes planæ multo Esdra, & Nehemia recentiores; legimusque passim in Evangelio, sub ipsum ortus Jesu Christi tempus Spiritum prophetiæ non ita plane Israelem destituisse, ut suos non haberet Prophetas in Zaccharia patre S. Joannis, S. Elisabetha, S. Joanne Baptista, Anna Prophetissa, Simeone Justo.

(1) *Gen.* 25. 15. (2) *Joseph. contr. Appion. l. 1.* (*) *Exod.* 18. 25. (3) *Num.* 11. 25. (4) *Deut.* 18. 15. (5) *Luc.* 1. 17. *Mal.* 4. 6

Justo. Apud Josephum l. 1. de bello cap. 3. & Antiq. lib. 13. cap. 18. celebratur etiam tamquam propheticæ dono insignis Hircanus Summus Sacerdos, & vir alius, nomine Iesus, qui everſionem Urbis per Romanos diu ante prædixit [1].

Moysi fatis functo in munere Prophetæ, nempe Doctoris, & Magistri Israeliticarum, Iosue succeſſit [2]. Populum ille semper in officio qua prodigiis, qua authoritate, qua probitatis exemplo ita continuit, ut nemquam obsequiis Regis Domini deſiſtent. Paulo ante obitum in cœtu Populi intimum ea fœdus cum Domino innovavit [3]; tantumque ſibi de populo ſuo ſpopondit, ut velut illum tenaturus proponeret: *Optio vobis datur: eligite hodie, quod placet, cui ſervire poſſimus debeatis. Ego autem*, adjecit, *& domus mea ſerviemus Domino.* Seniores illi, qui Moyſen prius, deinde Iosue audierant, integrum fidei, & Religionis depoſitum ſanctumque cuſtodierunt [4]. Sed illis fato concedentibus, enſim Populus corruptionem admittens, in contrarium lieet adnitentibus Prophetis, & Hiſtoricis, datis temporum intervallis, a Domino excitatis, pejora ſemper de ſe timenda exhibebat. Donec excitatus a Domino Samuel, deploratis rebus prompta ope, conſtitutis nempe Scholis, ſive cœtibus Prophetarum, quos inter vitam agebat, ſuccurrit.

Ad illam maxime ætatem pertinent floreniſſimæ Academiæ, rot præſtantiſſimorum Virorum, & Prophetarum Seminaria. Ex his una ſpectabatur in Najoth Ramatha, cui Samuel præerat, altera ſita erat in agro Iericho, ſicut & Bethel ſub Elia & Eliſeo. Quin & frequentiſſimæ paſſim per totam Iſraelis dictionem occurrebant. Singulas ſingulis ejus regionis Urbibus fuiſſe, tradunt Rabbini; ſicut & ſuam fuiſſe peculiarem Eliæ in Monte Carmelo Ligſootus Centur. pag. 685. autumavit. Nos vero ea tantum admittimus, quæ nullo ambigente in Scriptura expreſſa ſunt. Eo vero ad conſulendum Dominum de Oraculis futurorum veniebant Iudæi, ſicut cum Saul Samuelem convenit de Aſinis Patris ſui quæſturus [5]; in morbis etiam oraculo quærebantur, quod exemplo Ieroboami de morbo filii ſui conſentis, [6], Ochoziæ in lapſu ſuo eadem præſtantis [7], diſcimus. Conveniebant etiam Prophetas ſingulis diebus Sabbathi, & Neomeniarum, auſcultandi gratia; quemadmodum mulier hoſpita Eliſæi Prophetam adiviſſe ſcimus [8]. Aggeres ſe præſtabant Prophetæ in idololatriam, ignorantiam, & licentiam; neque enim ſive Regibus impiis, ſive Populis corruptis indulgebant. Nec monſtri loco habeatur, ſi Propheta aliquis graviſſimis verbis, adjecto etiam minarum terrore, Principem in ſummo Throno aſſidentem caſtigaret. Deducto etiam quandoque e Cœlo igne, in homines impios, & audaces animadverterunt. Fidem, authoritatemque loquentibus conciliabant mira, & ſupra fidem prodigia; videbantur enim eorum imperio parere elementa, & ferociſſimæ etiam bellux dicto obſequentes ſubjici. Nequidquam tamen vel ſanctiſſimæ virx authoritas, vel miraculorum virtus, ſeu vis eloquentiæ, & favor populi ab impiorum perſecutionibus Viros Prophetas in tuto poſuit. Sæpe errare, fuga ſalutі ſuæ conſulere, atque invidia potentium preſſi effugium ſibi in antris & in præruptis deſertis quærere coacti ſunt [9]. Minora hæc præ maioribus plerique ſupplicio vitam finientes, ſanguine ſuo veritatem confirmarunt.

En ſeriem ampliſſimam Doctorum, & illuſtriſſimam, ſi alia unquam, Scholæ ſucceſſionem. Et antis enim Præceptoribus non potuit, niſi integrum, ſanctumque doctrinæ depoſitum a Deo ipſo acceptum tradi. Itaque fruſtra apud Hebræos quæras tantam opinionum varietatem, quam paſſim apud ceteros populos offendes. Nullæ apud ipſos in Religione ambages, & diſſenſiones, quæ externos Doctores inter ſe committunt. Semmo idem omnibus, una omnibus ſententia, quod omnes uno Spiritu docente inſtructi ſint. Quæ eotum religionem in partes diviſerunt Sectæ, diu poſt captivitatem invectæ ſunt.

Nomina Phariſæorum, Sadducæorum, & Eſſenionum primo poſt Macchabæos audiri cœperunt, cum ſcilicet multo quam antea rarior eſſet in Populo prophetia. Singulis hiſce ſectis peculiares erant ab aliis diſtinctæ Scholæ, & Diſcipuli; quamquam Divinæ Providentiæ rebus Hebraicis vigilantis cura factum eſt, ut de eorum diſſidio nihil incommodi ſentiret, ſive fidei unitas, ſive Religionis conſenſus. Omnibus unum erat Templum, eadem Synagogæ, ceremoniæ item, & Scripturæ; ſicut & fide iaoctum erat utriſque, Meſſiam, Mediatorem, Prophetam, & Doctorem a Lege promiſſum tenebras tandem omnes diſcuſturum, atque ſpiritus & corda in unam fidem, & ſententiam conciliaturum.

Omnibus eadem perſuaſio, atque expectatio ſedebat, & diſcrepantes alioqui in id tandem conveniebant.

Alius traditionis, & doctrinæ canalis apud Hebræos erant Sacerdotes, quos Moyſes mandatis oneravit, ut Populum inſtruerent, deducerentque, non in rebus tantum Religionis, ſed etiam in politicis, optimaque reipublicæ politia. Habebantur ipſo jure tamquam Magiſtri, & Judices Iſraelis: *Si difficile, & ambiguum apud te*, ait Moyſes [10], *judicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram, & judicum intra portas tuas videris verba variari, ſurge, & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus; veniensque ad Sacerdotes Levitici generis, & ad Judicem, qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis, qui indicabunt tibi judicii veritatem. Et facies quæcumque dixerint, & docuerint te, ſequeriſque ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, nec ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, & decreto judicis, morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael.*

In partem igitur Sacerdotibus obligerat ſtudium, inſtructio Legis, judicia, & miniſterium verbi [11], parcos ſemper eſſe conſuluentibus de quæſtionibus Legis atque reſpondere. *Non enim peribit Lex a Sacerdote*, ait Jerem. 18. 18. *neque conſilium a Sapiente, neque ſermo a Propheta.* Quare dignitate exauctoratum ſe profiterur Deus Sacerdotem ſcientiam negligentem [12]; & per Malach. 2. 7. commiſſe ſe dicit illis depoſitum ſcientiæ, a quibus proinde Legem populus requireret. Sacerdotes, ait Joſephus contra Appion. l. 2. numquam a ſtudio Legis, cæteriſque ſcientiis vacandum ſibi cenſent, illos enim Judices habent Hebræi, & ſi quid in Republica erminis committatur, correctores. His igitur rantiſque viris ſive Dei ſpiritu ſingulari aſſatis, ſive Sacerdotibus, virjs ampliſſimis, & graviſſimis in ſtudio Legis, rebuſque Divinis exercitiſſimis, Præceptoribus & cuſtodibus doctrinæ, Hebræos ſemper uſos fuiſſe conſtat.

Locus docendo deſtinatus Templum Domini habebatur; cum etiam enim ex Legis præſcripto per ſingulis annis totidem ſolemnioribus diebus populi omnes eo convenire juberentur, ea oblata occaſione numquam a Sacerdotibus, & Prophetis ab nunciandis Divinis juſſionibus monendisque Populis ceſſabatur. Evolvebantur inſuper voluminia Legis Domini, quæ deinde populo exponebantur [13]. Prophetæ etiam pro coneione vitia, quæ forte in gentem obrepſiſſent, ſive illa ad Idololatriam, ſive ad alia quæcumque pertinerent, graviſſimis verbis caſtigabant. Sacerdorum vero ædes, & aulæ; quo Sacerdotes eogebantur, itemque aulæ Templi, Senatui convocando deſtinatæ, totidem erant Scholæ, quas adire ſinguli permittebantur, quosies ambiguum aliquid in Lege, ejuſque exercitio occurre-

ret

(1) *Item l. 7. de bello c. 12.* (2) *Eccleſ. 46. 1. Jeſus Nave ſucceſſor Moyſi in Prophetis.* (3) *Joſ. 24. 1. &c.* (4) *Joſ. 24. 31.* (5) *1. Reg. 9. & 10.* (6) *3. Reg. 14. 2. 3.* (7) *4. Reg. 1. 2. 3.* (8) *4. Reg. 4. 2. 3.* (9) *Hebr. 11. 37. &c. & 4. Reg. 19. 4. 8. & 3. Reg. 18. 4. 13.* (10) *Deut. 17. 8. 9. 12.* (11) *Deut. 33. 9. 10.* (12) *Oſee 4. 6.* (13) *2. Eſdr. 8. & 9.*

rei. Quemadmodum enim supra etiam animadvertimus, nihil antiquius habebant Israelitæ, quam ut Legibus & cæremoniis fere uniee studerent. Crepidantur scholas habuisse non in Templo tantum & Jerosolymæ, sed & in singulis etiam Urbibus Levitarum.

Suas etiam seorsum positas scholas habebant Prophetæ, veluti Academia quædam, ubi unà congregantur filii, sive Discipuli Prophetarum. Celebertissimæ pariter & frequentissimæ sub Samuele primum, deinde sub Elia, & Elisæo commemorantur. In agro constituæ viris frequentabantur vitam communem agentibus, pauperem oppido & laboriosam; ita tamen ut simul quieti, contemplationi, & studio vacare possent; frugi enim illi, & modestissimi viti, paucis contenti, & ab inanibus cutis vaeui, post dutiotis vitæ occupationes, tempus norant vacandi spiritualibus exercitationibus. Eos proinde ultro consulebant populi, si quid in moribus, sive in Lege dubii emersisset; in his enim simul habebant exemplum vitæ probe & optime institutæ, simulque præsentis consuetudinis normam, & pro futuris Oraculà. Quate certissimi erant & absolutissimi Legis Interpretes; omnia enim illorum omnium erant instituta, mores, professio, verba, Oracula, minæ.

Prophetarum Discipuli sive eodem cum illis prophetiæ dono excellebant, sive morum tantummodo & professionis tanorum Patrum erant imitatores. Neque enim prophetiæ scientia auscultandis Præceptoribus, quemadmodum ceteræ omnes, comparatur; sed Spiritus Sancti gratuitum est donum, ad arbitrium certis hominibus communicatum. Grotius in Sap. 7. 27. post Rabbinos contendit, raros fuisse Veteris Testamenti Prophetas, qui non serio & diurno physicæ & metaphysicæ studio antea se ad Prophetiam comparaverint; ut præter conjectum uni Amos accidisse videatur, qui nullis antea exculsus Prophetarum Scholis, in Prophetam elevarenit. Verum inania sunt hæc & absurda. Jeremias ex ipso matris utero ad munus Prophetæ destinatus est; Eliseus numquam sub Prophetis sese exercuerat. Quid David, quid Daniel, aliique multi?

His Prophetarum, quibus Sanctus Spiritus præerat, Scholis succesferunt Synagogæ. An illæ ante captivitatem? Vix in animum inducimus, Regionem universam tanto tempore spatio Synagogis fuisse. Tamquam Synagoga profecto haberi poterat domus Elisei, quo Sunamitis & Religiosi viri singulis Neomeniis & Sabbatis conveniebant [1]. Ex Psalm. 73. 8. ad Cantores sub Asaph directo, & inducta jam captivitate scripto, intelligimus omnes regionis Synagogas in cinerem favillaque a Nabuchodonosore redactas. Judith insomnem noctem transiegit in Aula, ubi cœtus cogebantur: *in Ecclesia* [2]. Eadem loca Susis sub Esthere & Mardochæo spectabantur [3]. Judæi captivi Ezechielem auscultaturi interdum conveniebant [4]; & S. Jacobus Act. 15. 21. *Moyses*, ait, *a temporibus antiquis habet In singulis Civitatibus, qui eum prædicent in Synagogis, ubi per omne Sabbatum legitur*. His documentis Synagogarum vetustas in Israele asseritur.

Si forte alibi in Vulgata & apud Septuaginta nomen *Synagoga* occurrat, id positum esse conflat designando loco, in quo populi cœtus habebantur. Post solutam captivitatem Synagogarum usus increbuit, quæ loca habebantur orationis & cœtuum Religionis, ad Legis & cultus Dominici controversias determinandas. Legebantur ibi Sacræ Scripturæ, non sine interpretationibus, conciones habebantur, & catecheses ad populum. Tradunt Hebræi, Synagogarum numerum labente Reipublicæ sempore excrevisse adeo, ut sola urbs Metropolis ad 394. juxta aliquos, sive, ut alii malunt, ad 460. numeraret. Cujuscumque generis artifices suam habebant peculiarem; nec infrequentes erant Synagogæ advenis destinatæ [5]. De Synagogis Jerusalem lege Act. 24. 12. de aliis vero, ibidem impensis Alexandrinorum fabricatis, meminit Talmud; Synagoga Libertinorum celebratur Act. 6. 9. Præerant singulis Synagogis certi Judices, Patriarchæ, Præfides, Principes; aderant ceteri Apostoli, ac ministrorum alii, quos Angelos sive Missos appellabant. De *Archisynagogo*, Principe nempe Synagogæ, sermo est Matt. 5. 22. 35. 36. Luc. 13. 14.

Creditur Apostolus 1. Cor. 11. 10. Angelos hosce Synagogæ præ oculis habuisse, eum fœminas velatas esse jubet *propter Angelos*. Judices Synagogæ animadvertebant in eos, qui aperto aliquo crimine Legem Dei violassent, sive doctrinam sanam pravis quibusdam documentis corrupissent. Illorum sententia lapidibus confectus est S. Stephanus [6]; virgis cæsus S. Paulus [*]. Diutius discipeatum est nostra ætate de quibuidam Ministris quos appellabant *Aves Synagogæ* [7]; sed hæc a nostro argumento aliena prætermitus. Autumant Eruditorum nonnulli Synagogas ipsas Scholarum usui servisse; quamquam interdum junctæ etiam habebantur Scholæ Synagogis [†].

Docendi methodus & disciplina in Synagoga potissimum servata ex Evangelio, & Actis repetitur. Cum Jesus Christus in Synagogam Nazareth patriæ suæ pro suo more venisset [8], & ad legendum accessisset, oblatum Isaiæ Prophetæ Librum evolvit, aperuitque; post lectam Prophetæ sententiam, iterum convoluto Libro, aliquid locutus est. S. Paulus in Synagogam Antiochiæ Pisidiæ veniens [9], abioluta lectione Legis & Prophetarum, invitatus fuit una cum Barnaba a Principibus Synagogæ, ut si quid haberet ad populi ædificationem, loqueretur. Officiose invitationi Apostolus obsequendum ratus, assurgens, porrecfaque manu, silentio indicto, Jesum Christum annunciandum suscepit. Sedebant etiam in Synagogis disputationes instituæ, magna animorum contentione, quod contigisse sæpe S. Paulo aliisque Apostolis, veritatem contra veterem populi perfuasionem annunciantibus, exploratum habemus.

Docent Hebræi [10], motibus cœptum fuisse ab ipsa Gamalielis ætate, ut stantes Legem auscultarent; ideft, ait Grotius in Acta 22. 3. dum Textus legeretur, omnes, quemadmodum nos ad Evangelium, stantes auscultarent; vicissim assidentibus omnibus, cum Textui interpretatio succedebat. Veniens in Synagogam Nazareth Jesus Christus, Textum quidem stando legit, dein convoluto Libro & minitro restituto, assidit [11]. S. Paulus Act. 22. 3. de se tradit, Legi studuisse ante pedes Gamalielis Doctoris; & Philone referente scimus, in cœtibus Esenionum adolescentes assidisse ante pedes Præceptoris Legem interpretantis; & sensus allegoricos & figuratos instar veterum Philolophorum evolventis [12]. Ambrosiaster in 1. Cor. 14. geminas disciplinorum classes in Scholis Hebræorum distinguit: *Hæ traditio Synagogæ est, ut sedentes disputent, Seniores dignitate in cathedris, sequentes in subsellis, novissimi in pavimento juxta natras*. Hactenus de veteri disciplina Scholarum, & facie etiam Synagogarum.

Primum in subsellis locum tenebat Princeps Synagogæ sive Academiæ, facta circum auditorum corona, quo singuli docentem commodius auscultarent. Nec, Discipulis in pavimento sedentibus, Doctor in cathedra sedebat, inquit Talmud Thora cap. 4. §. 3. simul enim omnes, sive cathedris, sive pavimento assidebant. Receptum tamen pristinis moribus fuerat, ut assidentem Doctorem stantes auditores auscultarent, addunt idem Thalmudistæ. Ater obtinuit usus etiam ante eversum per Romanos Templum,

(1) 4. Reg. 4. 23. (2) *Judith* 6. 21. 22. (3) *Esther* 4. 16. (4) *Ezech.* 33. 31. (5) *Fr. Burman. Dissert. p.* 257. *Vitringa de Synagog. Vet. l.* 1. *pag.* 2. *c.* 10. (6) *Act.* 7. 57.

(*) 2. Cor. 11. 24. *Vide & Matt.* 10. 17. *In Synagogis suis flagellabunt vos* 1. & 23. 34. (7) *Vide Lightfoum, Vitringam, & tandem Basnage hist. Jud. l.* 9. *c.* 26. (†) *Vitringa de Synag. Judaic. l.* 1. *p.* 2. *c.* 5. (8) *Luc.* 4. 16. *&c.* (9) *Act.* 13. 14. *&c.*

(10) *Talmud. tit. Megillah.* (11) *Luc.* 4. 16. 20. (12) *Philo lib. quod omnis probus liber.*

plus,

plum, Doctore æque & auditoribus eumdem, quem supra diximus, assidendi morem servantibus. Docebat autem Doctor sive per se sive per Interpretem [1]: cum per Interpretem Hebraice loquebatur, dictis ejus ab Interprete vernaculo auditoribus sermone expositis; ac vicissim si quid scitetur aut auditores a Doctore, Interpres Rabbino exponebat, a quo deinde commissa relponsa ferebantur.

Auctis in immensum Discipulis, & Doctoribus, in varias demum sententias abire cœptum est; quæ deinde opinionum diterepantia Academias five peculiares scholas invexit. Mirabantur Judæi, qui potuisset Christus, nullo Doctore audito, tantum eloquio tantaque exponendi Scripturas facilitate pollere. 2). S. Paulus e Tharso patria sua Jerusalem, urbem tum temporis sapientissimorum Doctorum Scribarumque fama celebrem, studiorum causa missus est.

Author est S. Hieronymus in Isaiam c. 8. l. 3. paucis ante natum Christum annis duos celeberrimos Rabbinos *Sammai* & *Hillel* florentissimas æque ac celeberrimas Scholas instituisse, e quibus Sectæ Scribarum & Pharisæorum inter Judæos origines duxerunt. Illos excepit *Akiba*, quem, inquiunt, Aquila Proselytus audivit; tertius ordine successit Meir, quartus Johanan filius Zachai, quintus Eliezer, dein ordine Delphon, Joseph Galilæus, ac tandem Joiue, qui ad captivitatem usque Babyloniæam Scholam moderatus est. Hanc successionem Doctorum suorum digerebant Judæi, S. Hieronymi ætate. *Deuteroses*, vel *Misnam* accepto referebant *Samai*, & *Hilleli*. Sed nostræ ætatis Judæis alia seder traditio. Quæ vero narrat S. Hieronymus de origine Pharisæorum, hæc minus exacte ad veritatem dicta; namque multo vetustiores fuisse Pharisæos, ipsis saltem Maccabæis pares, in Dissertatione de Sectis Judæorum adductis argumentis demonstrabimus.

Post eversam Urbem totius gentis Metropolim, Academia litterarum in Japhne [3], urbe Palæstinæ, postea *Ivelin* [*], constituta est. Urbs hæc facile confundenda cum *Japha*, cujus incolæ *Japhenii*; quam totius Galilææ florentissimam, & incolarum frequentia atque amplitudine ac tandem munitione Josephus de bello lib. 3. cap. 21. & de Vita sua deseribit. Aberat non longe a *Jotapata*; quo tamen situ potissimum, incertum. Suspicantur nonnulli, Gamalielem præceptorem S. Pauli in eadem Academia Sacras litteras docuisse.

Celebratur, uti ferunt 4), eodem tempore altera Academia *Lydda*, sive *Diospoli*, quæ urbs erat Ephraimitica, 10. five 8. leucis a Jerusalem, Septentrionem versus. Akiba ejusdem Academiæ doctor laudatur, cui Gamaliel successit spe victisim relictam ab eodem Gamalaele in Japhne catheciam ascendens. Fatis functo Gamaliele, successit *Tarphon*. Sed quæ maxime ea ætate floruit Academia, fita erat Tiberiade ad mare Genesareth, five ad lacum Tiberiadis. Doctorum ejusdem Academiæ fama, quos hodie usque Judæi maxime observant, frequentissimos unde discipulos eo acciverat, adeo ut ichola Japhne & Lyddæ in vicinitis Tiberiadis positæ, manerent auditore ferme destitutæ. Hanc Scholam moderabatur Judas Sanctus, discipulus Meir inter posteros clarissimi Hillel Senioris. Hunc excepit Chanina, illum Jochanan Doctorum Tiberiadis posterenus.

Mitnam, & Talmud Jerosolymitanum ejusdem Academiæ Doctoribus tribuunt; nec alibi a Massoretis punctuationem Textus Hebraici confectam ducunt; cum ad eam usque ætatem in Hebræorum Libris vocalia puncta desiderarentur. Sed posterenum hoc in dubium a doctissimis Viris revocatur; quorum argumentarem extra controversiam adeo potuisse videntur, ut vocalia puncta receptus esse inventum nec dissiteri eogamur.

Quo ad *Misnam* attinet, hane Patres sub nomine *Deuteroseos*, five seeundæ Legis noverunt. Eulebius in Is. 1. 22. vitio vertit Judæis, quod vanis Deuteronis suæ expositionibus genuinum Scripturæ sensum eorumpant. Quatuor ejusdem Deuteronis genera a Judæis laudari S. Epiphanius hæresi 33. n. 9. eli author; nimirum quæ Mosyis nomine inscribitur; altera, quæ Akibæ; tertia, quæ Addæ, five Judæ; ac tandem posterema, quæ liberis Athanonæorum, five Maechabæorum tribuitur. Quæ hodie extat Misna, an eadem sit cum illis, sive omnes contineat, non facile definimus; affentiu tamen omnium Ecclesiæ Patrum ecrtum tenemus, fabellis torum confertum esse opus, & nullam in Ecclesia authoritatem unquam obtinuisse. Nec latuerunt S. Hieronymum scripta illa, a quo læpius quidem, sed numquam sine contemptu prodiuentur. Illam enim tamquam perpetuam fabellarum an lium, & falaciatum fabulam fuggillat, additque potissimos tam belli operis Authores laudari ab Hebræis *Bar-Akibam*, *Simeonem*, & *Hellem* 5). Porro *Bar-Akiba* arvus erat five pater Cl. Akibæ; *Simeon* facile confundendus cum *Sammai*, & *Heller* eum Hillel clari nominis Rabbinis.

Judas sanctus post productam aliquo tempore in Academia Tiberiadis moram, Sephorim recepit sese, Urbem Iosephi ætate munitissimam, & Metropolim totius Galilææ habitam 6). Sita erat ad Septemetrionem Tiberiadis, & ad Occidentem mans Genezareth. Clarissimi Doctoris fama frequentissimos Discipulos eo acciverat, ibidemque post 17. annorum moram diem claussit. Hactenus de præcipuis universæ Palæstinæ scholis.

Dum vero negotium hæc omnia conciliandi cum genuina Judæorum historia tuicipitur, saliva non raro conantibus hæret. Scimus enim, referente Iolepho, Urbes omnes Galilææ, ac potissimum Iapham, Sephoram, & Tiberiadem, Romanorum armis everias jacuisse non in prima tantum regionis deiolatione sub Vespasiano, & Tito, sed & in altera tunc sub Adriano, ut Judæis ne venire quidem in regionem impune usque ad quartum Ecclesiæ sæculum integrum fuisset [7]. S. Hieronymus præs. in Os. 1. ejusdem sæculi scriptor, raros fuisse inter Judæos Doctores aninad vertit. *Dicerem quid ab Hebræorum Magistris vix nne, & altero acceperim: quorum & apud ipsos tam rara avis est, dum omnes deliciis fluunt, & pecuniis*. Insuper quo traditionem tuam fulciant Judæi, Doctorum suorum vitam longius adeo prorogant, ut eo maxime documento demonstrent, nil fe historiæ fide certum tenere, fed omnia eorum fabellis, vel saltem anachronismis miscri. Vide sis Exercitationes P. Morini lib. 2. exercit. 2. cap. 1. & 3. Academiæ Palæstinæ, ne Indeis quidem refragantibus, medium tertii Ecclesiæ sæculi non excesserunt.

Post absolutum Talmudis Ierosolymitani Opus, toto spatio 187. vel saltem 150. annorum nullum peculiare historiæ monumentum Hebræis superest 8); & post obitum Doctorum Palæstinæ, de quibus supra, eurea medium tertii sæculi, altum adeo de illa regione silentium, quasi nullos unquam Iudæos incolas habuerit; quod animadvertisse operæ pretium fuit; ut inconstantia in traditione ichoiarum Judaicarum intelligatur. His igitur Academiis Palæstinis destituti Iudæi novas quærunt in Transeuphratæa in urbibus Sora, Pundebita, Nahardea, Machuza, Perutz, Schibbur, quarum plerique in Babylonia, & ad Euphratem sitæ; quo tamen potissimum loco viros etiam doctissimos laeet, ut post leriam rei discussionem nil se certi tradere potuisse affirmarint Bochartus Vantilius, & post ipsos Cellarius [9]; sed per nos habeant licet Judæi suas Babyloniæ Academias, quarum epocham constituunt circa annum Christi 220. Authores vero illarum laudant RR. Rab, & Samuelem, Discipulos Iudæ sancti; occupasse autem perhibent 800. annorum inervallum usque ad ann. Christi 1030. cum iciliter Saracenis totam Babyloniam, & Persidem jure armorum subjiciebantibus concedere scientiæ omnes coactæ sunt.

Ex Scholarum trans Euphratem ruderibus formatæ sunt

---

(1) *Ibid. c. 4. §. 5.* (2) *Ivc. 7. 15.* (3) *Vide Morin. Exercit. Bibl. l. 1. exercit 2. c. 3 n 2. &c.* (*) *Beniamin Tudelens. iter.* (4) *Vide Basnage hist. Jud. l. 7. c. 7.* (5) *Hier. epist. ad Algas. q. 9. 10. & in Is. c. 8. & Eccles. 7.* (6) *De bello l. 3 c. 3. & l. 2. c. 37. Antiq. l. 17. c. 12. & 18. c. 3.* (7) *Euseb. in Is.* (8) *Morin. l. 2. Exercit. 2. c. 1. n. 1. 8. & 10. & Basnag. hist. Jud. l. 9. cap. 3. num. 3. &c.* (9) *Geograph. antiq. lib. 3. cap 16.*

sunt Academiæ Ægypti, & Europæ, Hispaniarum potissimum, quo Judæi refugientes se contulerunt. Clarissimi quique Rabbinorum, quorum hodie scripta superfunt, post ætatem illam floruerunt, uti R. Nathan Princeps Academiæ Romanæ, sæculo duodecimo ineunte, qui post expositas omnes Talmudis voces, obiit Romæ an. 1106. Abenezra defunctus Rhodi a. 1174. Aftronomiam, Medicinam, & Grammaticam callebat, qui præ ceteris optime litteralem Scripturæ sensum allequutus est. Eodem sæculo floruit Moyses Maimon, sive Maimonides, natus Cordubæ a. 1131. sive 1133. e Patre, ut ipse quidem Pater jactitabat, Davidiei generis; audivit Averroem, cujus viri longe lateque fama per Hispanias ferebatur: in Ægyptum deinde sese recipiens, reliquum vitæ spatium ibidem confecit, ut non injuria appellatus esset Moyses Ægyptius. Scientia, & peritia artis medicæ plurimum elaruit, quamquam meritam illam scientiæ laudem plurimum vitaverit suspicione cultæ saltem secreto Mahomethanicæ Religionis. Nil sane incommodum ex pluribus ejus sententiis Idololatriæ accideret [1] Novam Alexandriæ Academiam fundavit tanti Doctoris fama florentissimam; callebat, uti quidem ferunt, non Hebraicam tantum, sed & Græcam, & Arabicam linguam. Obiit circa an. Chr. 1205. sive 1208.

R. Salomon filius Isaac, cognomento *Rafchi*, quod ex compendioso literarum proprii & paternı nominis complexu formatum est: dictus etiam *Jarchi*, quod scilicet, inquiunt, oriundus esset Lunello in Provincia: quamquam alii virum accerunt Troja Urbe Campaniæ. Floruit eodem sæculo duodecimo, cozvus proinde Maimonidi, & Kimchi alteri clari nominis Rabbino, de quo infra. Porro Raschi ætate Italiæ, Græciæ, & Palæstinæ loca lustravit; tandem in Ægyptum se conferens, Cl. Moyien filium Maimonidis invisit. In Scripturam, varioique Talmudis Tractatus laboravit; diem clausit Trevitis annis natus 75. A. M. 1180. cujus deinde corpus Pragam translatum est. Linguarum cognitione excultus, peritissimus insuper in medicina, & Aftronomia habebatur. Aliquo temporis spatio Synagogam Montis Pessulani moderatus est; discipulos habuit R.R. Davidem, & Jonam, qui doctrinam Maimonidis infectati sunt. Namque & scripta Doctoris flammis tradiderunt, & anathemati devotos pronunciarunt, quicumque eorum lectione delectarentur. Partes Maimonidis strenue defenderunt RR. Naibonenics sub signis Cl. Kimchi, una cum plerisque Rabbinis Hispanis pugnantes. Litteralis illa concertatio, toto ipatio annorum 40. duravit; tandem Maimonidi victoria adjudicata.

David Kimchi, cujus jam meminimus, patrem habuit Josephum Kimchi Hispanum inquisitionis Christianoram adversarium. Natus est Narbonæ, urbe ea ætate Hispanis Regibus subdita, ut simul unus, idemque Kimchi & ad Gallos spectaret, & ad Hispanos. Plurimos in Scripturam Commentarios elucubravit, quorum summa laus in sensu litterali. Vir iste doctissimus longe litteratiæ fama superavit & Patrem Josephum, & fratrem Moysen, quamquam ambo operibus quibuldam conscriptis claruerunt. Ad ejus nomen Judæi festive alludentes, sonat enim *molendinarium*, sive farina plenum, proverbio quodam vulgaverant, *nihil esse farina sico molendinario*, ideft scientiæ legis fine Kimchi. Laudatur elogio Principis Grammatieorum, & Interpretum; floruit autem ab an. 1200. usque ad 1250. circiter.

Non defuerunt tandem eo ſeculo apud Judæos Viri in singulis facultatibus doctissimi; in Grammatica enim excelluit Kimchi; Poesis laude celebrabantur Judas Alcharizi, Hallevi, Joseph Haddajan Cordubensis: inter Aftronomos, Abrahami Chiia, Abrami Misi, & Abenezræ clarissimum erat nomen. Apud Gallos Isaacus senior eo maxime titulo insignis, quod 60. discipulos ita in studio Gemarræ formaverit, ut parati essent de singulis propositis argumentis in utramque partem disputare. Nec minori nominis celebritate claruit proxime succedenti ſeculo ex ejus discipulis Judas Parisiensis. Insignes etiam Cabalistæ apud illos claruerunt; namque præter insignem R. Salomonem Iarchi, habuit Gallia R. Gersonem, quem'alii natum Moguntiæ ferunt; certior tamen sententia in Gallia produisse tradit. Opus vulgavit in Gallia *de Conftitutionibus*, quod Judæis appellatur *Lumen captivitatis Gallicæ*. Adornata ab illo Legum Collectio non nisi post medium ſeculi 13. recepta est, cum ipse ſeculo 11. floreret; obiit enim five juxta nonnullos, A. 1028. five juxta alios 40. annis serius.

Inter ejus Discipulos eminebat Iacob Filius Iekar, insignis Musicus, nec minus celebris in definiendo, quid in singulis rerum eventibus Hebræis præstandum esset. Judas Alabareccllonita, sive Doctor Barchinonæ sub R. Gersone profecit una cum Moyſe *Hadarschan*, five Concionatore. Natus est Narbonæ, quo vel invexit, vel restituit ad ufque neglectum conciones in Synagogis habendi morem. Porro ſtudia in Gallhis & Hiſpaniis vices ludęorum in illis regionibus fecuta sunt; quietis enim illis litteræ floruerunt, rebus Iudęorum turbatis jacuerunt.

Serius in Germaniam recepti sunt Iudæi, vel saltem Academiarum in ea regione epocha recentior est, quam in Galliis, & Hiſpaniis; vieſſim tamen diutius ſubſtiterunt, minoribuſque vicibus turbatæ sunt, & jam inde a ſæculo 13. celebres in ea regione RR. floruerunt. Una urbs Germeſheim geminos produxit, Baruchum & Eliezer de Germesheim five de Germeſimam: qui poſtremus vir ſub Moyſe filio Nachman in Cabala inſtructus, diem clauſit A. 1260. annorum 70. ætate tenex. Iiaac Vienenſis Lucubrationibus quibuldam in Scripturam elaruit. Potiſſimum tamen occupabatur in deſcribendis Libris ad uſum Synagogarum regionis ſuæ, quo correctiores redderentur. Vixiſſe perhibetur circa A. 1242. & inter Diſcipulos habuit Meirum Rottemburgenſem, qui præceptore ſuo longe ſapientior, Iudex tandem & Doctor regionis ſuæ renunciatus eſt. Adulphus Naſſovienſis Imperator, ſeu potius Albertus Auſtriacus Filius Rodulphi, virum in carcerem conjecit, a. 1299. Præſtiterat R. Haſſer Hamburgenſis pro Præceptore ſuo cautionem; ſed cum certam pecuniæ ſummam a ſe antea ſolvendam numquam comparare potuiſſet, Meir in carcere vitam abſolvit A. 1305. & Haſſer recipere ſe in Hiſpanias coactus eſt. Circa ea tempora A. 1242. in Diœceſi Moguntina diſtinguebatur R. Amnon, quem Iudæi Martyrem venerantur, omnibus enim pedum manuumque digitis amputatis Archiepiſcopi Moguntini juſſu, poſt ſæpum ſupplicium toleratum in Cœlum coram univerſa Synagoga raptum fuiſſe perhibent.

Sæculis 16. & 17. nonnullos ex RR. doctrina celebres Italia ſpectavit; quos enim Daniel Bambergius Typographus Venetus Venetus immenios erogabat ſumptus in impreſſione Bibliorum Hebraicorum? tum & Rabbinicorum Operum, iis undique Hebræos accivit. Narrant pluſquam 100. ex illis ejuſdem Typographi impenſis adductos, ut ſpecimina edendi Operis corrigerent, & novas inſuper Lucubrationes in uſum Iudæorum ederent. R. David Ganz, Author Libri inſcripti *Germen Davidi* impreſſi ejus cura A. 1587. eodem tempore in Italia florebat. R. Zimcha, alio nomine Simeon Luzari, vulgavit Venetiis Socratem ſuum A. 1638. Venetiis etiam ſedem habebat Samuel Nachmias, Theſſalonica licet oriundus. Soncinum, Urbs licet ignobilis, plurimum tamen celebratur editione operum Rabbinicorum, curantibus Iudæis e Spira digreſſis A. 1490. Erat Iudæis Synagoga Foro Cornelii conſtituta, quam Urbem patriam habuit Gedila vir clariſſimus e Luſitania oriundus, natus eſt autem A. 1500. e patre Academiæ & Synagogæ Neapolitanæ Principe, tempore quo Carolus V. Iudæos omnes ex ea Urbe expulit A. 1539. Synagogæ Mutinenſi præerat R. Samuel, qui A. 1550. Judicium Salomonis vulgavit, quo in Opere jus eanonicum Iudæorum univerſum complexus eſt. Academiæ Patavinæ Ann. 1558. præ-

(1) *Vide Baſnag. hiſt. Jud. t. 7. lib. 10. cap. 9. num. 7. &c.*

præerat R. Meir, eamdemque insigniter commendarunt doctrinæ fama celebres eirca ea tempora Joseph Patavinus, & Isaac Phea.

Synagoga & Academia Mantuana diutina eruditionis fama celebrantur. Leo Mantuanus, & Kolon sæculo 15. illi præfuerunt; cum tamen in partes Hebræos distraherent, Ducis Mantuani justu solum vertere coacti sint. Excepit illos Moyses Senior, vir eruditione insignis. Tandem ne in asserendis singulis Doctorum nominibus nimii videamur, illud generatim statuendum est, non defuisse apud Judæos Doctores Europæos, a sæculis 10. & 12. qui Eruditorum omnium assensu judicii ac doctrinæ solliditate multo Orientales superarunt. Quamquam, ut vera fateamur, multo illi & doctrina & solliditate ingenii inferiores videntur, quam expositæ Scriptorum de rebus maxime Religionis agentium ratio.

Digestimus constantem traditionem & successionem Scholarum & Academiarum apud Judæos, ad nostram usque ætatem deductam. Dispescunt autem illi seriem Doctorum suorum in 9. classes [1]. Primam tenent Moyses, Josue, Eleazar, ac Septuaginta illi Seniores, quibus Dominus spiritum suum communicavit. Succedit altera e Senioribus constans, qui ex ipso Moyse, Josue, & Eleazaro Legem Domini audierant; iisdemque adjunguntur Judices 12. ab Othoniele ad Heli. Tertiam habent Prophetæ, per manus Patrum derivatam traditionem tenentes: horum series a Samuele ducta, & in Ezechielem definens, Prophetas omnes complectitur a Samuele adusque ea-pitivitatem Babylonicam. Quartam constituunt magnæ Synagogæ Patres, Aggæus, Zacharias, Malachias, Zorobabel, Mardochæus, Esdras, Jesus filius Josedech, Saraias, aliique plures 120. numero. Horum ætatem plerique usque ad Alexandri Magni tempora prorogant.

Quæ proxime succedit classis, ad *Sapientes Mišnæ*, seu viros, quorum est in Mišna sermo, spectat. Solent eos vitos appellare *Thonaim* sive Traditionarios, quorum ætatem definiunt ab Alexandro Magno usque ad Judam Sanctum, Principem Academiæ Tiberiadis, qui Mišnam digessit 120. annis circiter post everfionem Urbis per Romanos. Doctores loquaces, quos vocant *Amoraim*, nempe textus Mišnæ interpretes e quibus totum corpus Talmudis Jerosolymitani pariter & Babylonici constat, ad sextam classem referuntur, torum illud tempus spatium occupantem ab obitu Judæ Sancti usque ad absolutum Talmud. Sed hujus confecti Operis epocha incerta, cum alii susceperum Talmud Jerosolymitanum paulo post obitum Judæ autumaverint; Babylonicum vero non nisi 200. annis serius digestum est. Alii ejus exitum componunt eum tertio sæculo Ecclesiæ, alii eum quarto, alii cum quinto. Pater Morinus non nisi ante exitum octavi sæculi elucubratum desendit.

His Doctores Mišnæ Interpretes excipiunt *Sebo-raimi*, i. e. Doctores dubii, sive incerti, quorum etiam incerta epocha ob Persarum Regis, uti quidem ferunt [2], persecutionem. Post obitum Judæ Sancti, Scholæ & scientiæ, uti supra animadvertimus, in Transeuphratæa circa medium tertii sæculi transmigrarunt. Octava classis est Sapientum *Geonim*, vel excellentium; quo se titulo distinxerunt Doctores Babylonii, agentes Soræ, Pondebitæ, Nahardææ, & alibi usque ad annum 1037. Ultimam tandem classem habent vulgares Rabbini, apud Judæos hodie usque agentes iis in locis, ubi Religionis suæ liberum exercitium obtinent. Porro tota horum Rabbinorum gens in tres sectas distinguitur, in Rabbanistas, Cabalistas, & Caraitas, quorum singulis peculiaris est agendi ratio. Rabbanistæ inhærent traditionibus & interpretationibus, contendentes traditiones omnes in Talmude relatas a Moyse in monte Sinai instructo derivatas profluxisse, non secus ac Legis doctrinam; quare eodem authoritatis gradu, quo Legem ipsam, recipiunt. Cabalistæ latentis cujusdam & mysticæ scientiæ arcanum custodiunt, quod scilicet sub verbalis quibusdam, verborum lusibus, supputationibus, atque ad arbitrium excogitatis literarum consimilium affinitatibus compendiisque sibi traditum sibique referatum affirmant. Caraitæ litteram Legis scriptæ præ ceteris tenent; traditiones vero non indiscriminatim omnes admittunt rejicuntque; quare inter Doctores omnes Synagogæ, ingenii indole & diseretione præstant.

Tres priores Doctorum classes a Moyse usque ad captivitatem Babylonicam certum successionis gradum, sicut & doctrinæ, si quæ alia unquam, infallibilis traditionem constituunt; universa enim ejus authoritas non ex alio repetitur, quam e Spiritu Sancto Doctores ejus successionis singulos afflante. Quamvis enim prona in fabulas Rabbinorum indoles tenebris quibusdam asperserit successionem Patrum magnæ Synagogæ; veri tamen genuinæ traditionis radii interuent, eum ad eam usque ætatem Israel vera esset Ecclesia, nec specialis Sancti Spiritus Providentia ejusdem Ecclesiæ Optimates penitus destituisset.

Verum post Jesum Christum, Unbemque Metropolim a Romanis eversam, passim tenebræ, fabellæ, & doli Historiam Hebræorum invaserunt, e quibus alta rerum ignoratio in eorum Scholis, in mentibus caligo. Lumine enim Sancti Spiritus destituti, plena errorum in luce excutere coguntur, & ipsum quidem sectantes, veritati, quamquam alioqui prona, & nulibi non se eorum manibus offerenti, terga vertunt. Sive enim quis Libros spectaverit, quorum illi post Scripturas authoritatem tuscipiunt, ut Mišnam, Gemarram, Talmudes, Targumin, sive Commentarios in eosdem Libros ab illis scriptos, sive Historias, vel interpretationes Scripturarum, sive de Dogmatibus scriptas controversias, inserta omnia anilibus, & plusquam puerilibus fabellis deprehender. Undique fere lectoribus ingerunt argumenta gentis pervicaciffimæ, quæ criminum suorum merito, stolidæ mentis ludibriis relicta est.

Porro corrumpendæ doctrinæ atque minuendæ Hebraicarum scholarum gloriæ prima ratio, insitæ genti in errorem pervicaciæ accepto referenda est. Postquam enim in tantam prorupit audaciam, ut Jesum Christum repelleret, ipsa vicissim a Deo & veritate repulsam passa est. Alter exinde corruptionis fons erupit, defectus nempe infallibilis authoritatis, quam opinionum suarum certam regulam sequerentur: cum interim insitis prædnidiis & magistra errorum ignorantia in sinistra raperentur. Ex quo nempe concedere S. Spiritum doctrinæ hominum coegerunt, divinis traditionibus substituerunt humanas & privatorum doctorum opiniones veterum Prophetarum ejusdemque Moysis authoritati præpolluerunt; dissidium, error, pervicacia & ignorantia omnia illorum invasit. Cum interim Ecclesia Catholica contraria plane agendi ratione fidei depositum sancte servavit, ac Doctrinæ unitatem & veritatem in omnibus studiis dogmatibusque suis asseruerit.

DIS-

(1) *Vide Marin. Exercit. Bibl. l. 2. Exerc. 2. c. 1.* (2) *Vide Basnag. hist. Jud. l. 10. c. 2. n. 12.*

DISSERTATIO

DE RE VESTIARIA HEBRÆORUM.

DUO potiſſimum veſtium genera apud veteres Hebræos ſpectantur; tunica nempe & pallium, quarum illam ſubuculæ loco habebant, pallio pro extima veſte utebantur. Nec alia erat familiaris veſtiendi ratio apud Ægyptios, Perſas, Babylonios, Græcos, & Orientales pleroſque, mares æque & fœminas. Quamquam mulebres veſtes, ac maxime pallium, alterius eſſent a virilibus formæ; & cum raro fœminæ eodem pallio uterentur, ideo ab Herodoto aſſertum legimus, Ægyptias fœminas unica tantum veſte uſas, cum viri duplicem haberent [1].

Tunica ſimul & pallium veſtes illas componebant, quas Scriptura per veſtium ſeu *materiaria veſtium*, integram nempe bibliothecamque veſtem appellat. Ita Naamanum olono obtuliſſe Eliſeo legimus 4. Reg 5. 5. *decem mucatoria veſtium*, nempe decem tunicas cum pari numero palliorum. Cum vero non idem ac noſtrorum temporum uſus peream ætatem obtineret, ut veſtes forſice componerentur & acu, neque tories murarent veſtiendi mores, plures in uium paratas veſtes, ſicut munus aliis tradendas, divites in ſuis veſtiariis reſervabant. Noſtra etiam ætate apud Turcas obtinet, ut Legati Principum, cum abeundi licentiam ab iiidem Turcis petierint, veſtimenta donentur.

Moyſe referente legimus, primævos mortalium patres amplioribus quibuſdam zonis e foliis ficuum pro veſte uſos [2], quas deinde Deus in tunicas pelliceas reformavit [3]. Hæc primorum mortalium res veſtiaria tandiu obtinuit, quandiu linum, lana, & goſſypium concedere rude illud veſtium genus non coegit. Creditur Nohema ſoror Tubalcaim [4], eadem facile quæ veterum Minerva, omnium prima nendi artem, ſimul etiam telas panoſque conficiendi, inveniſſe; ſed ita in morem conceſſum eſt, ut primævæ etiam pelliceæ veſtes retinerentur, quemadmodum ex Levit. 11. 32. & 13. 48. 49. 51 52 & 15. 17. Num. 31. 20. intelligimus. Propheræ maxime pelliceis veſtibus delectabantur [5]; nec inluevere etiam apud Perſas, Gallos [6], Scythas [7], Æthiopes, Ægyptios, Arabes, quorum pleriſque noſtra etiam ætate eadem veſtiendi conſuetudo manet.

Vulgares tunicæ lino goſſypiove conſtabant; ut triuſque enim generis parent in deſcriptione veſtium Sacerdotalium, & Leviticarum apud Hebræos. Mentio ibi de tunicis lineis Hebraice *Bad* [8], de carbaſinis, Hebraice *Schereſch*, quas tamen e goſſypio potius textas, ad Exod. 25. probavimus. Nec inviti concederemus aliquem fuiſſe, ſed rariorem lanæ uſum in tunicis.

Quæ leguntur Gen. 37. 3. de tunica Joſeph, & 2. Reg. 13. 8. de tunica Thamar filiæ Davidis, mire torquent Interpretes. Hebræum enim habet *tunicam paſſim*, quod Septuaginta, & Sanctus Hieronymus vertendum maluerunt *tunicam polymitam*; alii reddunt veſtem pluribus pannorum laciniis varii coloris, alii tandem tunicam opere phrygio ornatam. Moyſes de induſtria obſervat, hanc tunicam a parente Jacob filio Joſeph paratam, quod eum præ ceteris fratribus amaret; ex quo atrox invidia in puerum apud alios fratres conflata. Author Libri Regum indicat, ea tunica pro more regii generis fœminarum Thamarem indutam.

Non inviti credimus, *tunicas paſſim* ejus fuiſſe generis eum iis, quibus Principes fœminæ hodieuſque in Oriente utuntur; conſtant autem longioribus quibuſdam ſubuculis e tela, radiis, vel lineis alterius coloris diſtinctæ, & ſæpe auro, argentoque variata. Virilis infra genua non deſcendit, quemadmodum & manicis eſt brevioribus, nec infra cubitum; mulierbris longior, & manicis ad oram ampliſſimis, inde vero ad humeros uſque ſenſim ſtrictioribus. Aquila pro *tunica paſſim* reddit *veſtem ſtragulatam*; Symmachus tunicam manicatam. Herodorus tunicas Ægyptias lineas eſſe nattat [9], ad extremam oram laciniis ornatas.

Alterius etiam generis tunicas, *ſtrictas* vel *arctas* vocant, in uſum Sacerdotum legimus Exod. 28. 31. Ambiguæ originalis voces Interpretes inter ſe commiuunt; alii enim veſtem ornamentis, & laciniis divitem reddunt; alii auro, gemmis, vel unionibus variaram; alii diſtleminatam pictis oculis veſtem, inſtar caudæ pavonis; alii vero veſtem radiis quibuſdam, vel aſpera ſuperficie ſcite diſtinctam. Nos in Commentario ad Exodum pro veſte texturæ fitmioris, & forte polymita interpretati ſumus.

Mulebres tunicæ virilibus per omnia ſimiles, nonniſi prolixiores, & ornamentorum genere diſtinguebantur. Quamvis enim utrarque manicatæ eſſent, laciniis ornatæ, amplioribus tamen, & tenuioribus fœminæ utebantur. Hæc de illis prudent Irinerantes, dictis ea de re Veterum per omnia adſtipulati. Fervenris regionis clyma leviores, ampliorefque tunicas exigebat [10].

Et Syria Gentes, & laxo Perſis amictu,
Veſtibus ipſa ſuis barens.

Sacrificirum Antonini filii Moeſæ Halagabalo Numinu oblatum detcribens, air Herodianus: Myſtas exta victimarum ferentes ſtragulis tunicis amictos, & manicaris inſtar Phœnicium, diſtinctis in medio purpurea quadam linea, ſeu ſorte purpurea quadam Zona adſtrictis; verbis enim ambiguis [11] utitur.

Cum domi ſe continerent, ſtragulam veſtem ſluere permittebant; domo exeuntes, ſive in agrum tendentes, ſive itineri ſeſe accingentes, ne longior veſtis impedimento eſſet, ſive fluentem reducebant, ſive cingulo adſtrictam coercebant. Jeſus Javandis pedibus Apoſtoloram ſeſe componens, depoſito pallio, lineo balrheo tunicam cinxit [12]. Sanctus Petrus in carcere detenrus, accingere ſe ab Angelo, aſſumptique ſandaliis abire juſſus eſt [13]. Jeſus Chriſtus vitio vertit Phariæis, quod ſtragulis veſtibus, ſive tunicis ſeſe oſtentarent [14], ſuperbiæ iure fomentum, eumque, quam ſupra ceteros affectabant, authoritatem veſtium gravitate quzrentibus. Inrerdum alia ſuper aliam tunica addebatur, maxime algente hyeme; ita cum Sacerdos Caiphas loquentem Jeſum audivit, quaſi blaſphemantem ferre non poſſet, *veſtimenta ſua*, ſeu tunicas ſuas ſcidiſſe traditur Marc. 14. 63. Iter habentes ſuas habebant mutatorias veſtes, a quibus tamquam ſuperfluis abſtinendum mandans Jeſus Chriſtus veras Apoſtolis, ne duas tunicas deferant, ſed uni ſe Providentiæ totos committant [15].

In tunicis album colorem amabant; quo ſpectat illud Eccleſ. 9. 8. ad jucundioris vitæ amatores: *Omni tempore ſint veſtimenta tua candida*. Nec alia, quam candida veſte inſignis curruque vectus Salomon ipſe prodibat, teſtante Joſepho Antiq. lib. 8. cap. 2.

(1) *Herod. l 2. c. 36.* (2) *Gen. 3. 7.* (3) *Gen 3. 21.* (4) *Gen. 4. 22.* (5) *Hebr. 11. 37 & 4. Reg. 1. 8.* (6) *Cæſar Comment. l. 6.* (7) *Juſt. l. 2. Senec. epiſt. 90.* (8) *Levit. 16. 6.* (9) *Herod. l. 2. c. 81.* (10) *Manil. Aſtron. l. 4.* (11) *Herod. lib. 5. cap. 13.* (12) *Jo. 28. 10.* (13) *Act. 12. 8.* (14) *Marc. 12. 38. Luc 20. 46.* (15) *Matt. 10. 10.*

cap. 2. atque ſuffragante Jeſu Chriſto, qui Marc. 6. 28. univerſam Regis illius gloriam multum liliis (floribus ſane inſigni eandore nitentibus) conceſſiſſe perhibuit. Angelos plerumque candida veſtis diſtinguebat [12]; nec ſolemnes Terapeutarum veſtes, teſte Philone de Vita Contemplativa, alium colorem præferebant. In conſpectum Domini venturus populus lavare, ac mundare veſtes a Moyſe jubetur. Apud Ægyptios, Babylonios, Græcos remoriſſimæ antiquitatis mos ille in Feſtis obtinebat, de quo Horat. l. 2. Sat. 2.

Ille repoſcia, natales, aliuſve dierum
Feſtos albatus volabret.

Interdum apud Hebræos tunicæ erant inconſutiles ad textrinam elaboratæ. Hujus generis ſpectabantur tunicæ Sacerdotales, & tunica Jeſu Chriſti, quemadmodum de illis in Exodo 28. de altera vero ex Sancto Joanne 19. 23. intelligimus [13]. Ejuſdem operis tunicas ſimplices, & modicis adeo impenſis paratas, ut intra menſem a muliere conficerentur, Saeerdotibus Plato de Legi. lib. 12. præſcribit. In lecto ita cubant Hebræi, ut nulla tunica [14], aliave veſte corporis nuda protegant, quod a noſtra ætate alienum, in tota antiquitate apud eeteras etiam gentes ſpectatur. Clauſa undique tunica & in ſuperiori tantum parte ſciſſa, inferto per foramen capite inducebatur.

Cum ad agendum aliquid, five ad iter habendum ſeſe inſtruebant, cingulo adſtricta tuniea corripiebatur. Porro cinguli varium erat pro dignitate ſingulorum pretium. Magnificentiſſimis Optimates & divites utebantur. Pro Sacerdotibus prolixa, latiora, polymita, nec infirmi pretii, quemadmodum hodie etiam apud Orientales obtinent [15]; principibus viris non diſſimilia erant, quamvis pretio majora, adſtrictumque tenebant, inter tuniam nempe & cingulum, enſem vel gladium. Mulier fortis, de qua Proverbiorum 31. 24. pretioſi operis cingula a ſe contexta Phœniciis Mercatoribus vendebat. Conſtabant autem lino opere phrygio, auroque diſtincto. Zonis autem accinctos Dei Filium Angeloſque Sanctos Joannes Apoc. 1. 13. & 15. 6. ſpectavit. Pro erumena cingulo interdum utebantur, quod tum e pluribus Scripturæ [16], cum eeterorum populorum exemplis intelligitur.

Prophetæ & tenuiores quique pellicets cingulis utebantur, quemadmodum de Elia & Sancto Joanne Baptiſta memoriæ proditum eſt [17]; quin & funibus in lugendis funeribus adſtrictos Veteres colligimus ex Ii. 3. 24. *Et pro zona funiculus*, ait ille ad filias Sion. Cum triſte aliquid aecidiſſet, ſæco aeeingebantur. Mandat Deus Iſaiæ 20. 2. ut ſublato e renibus ſæco, nudis pedibus ambulet, quo ſcilicet triſti eo habitu futuram Ægypti captivitatem deſigner. Porro eam veſtium alperitatem affectabant Pſeudo-Prophetæ, quo credulis populis oſtentatione vitæ rigidioris imponerent [18]. Ceterum in fervidis regionibus commodiſſime aecidebat tenuioribus agreſtibu que viris, ut cum vel fere omni veſtium pondere relevari, five in privatis ædibus five in agro vim æſtus tolerarent [19]. Plerumque omni veſte nudata captivorum utriuſque ſexus corpora, quod quidem ingenuis fœminis moleſtiſſimum erat, & mulebri faſtui deprimendo perquam incommodum, qua de re erebræ Prophetarum in illas minæ [20].

Femoralia apud noſtræ ætatis fœminas Orientales obtinuere; ſed hujus moris apud Hebræos veteres nulla apparent veſtigia. Sacerdotibus quidem ad Altare aſcendentibus Moyſes Exod. 28. 42. & 39. 27. præſcribit; Hebræis etiam omnibus poſitum erat in moribus ut in equum aſcendentes, five in colendis agris ſeſe exercentes, femoralium five zonarum quoddam genus adhiberent, quibus renium nuda & coxendicum quoque protegerent. Jeremias 13. 1. juſſus a Domino in ſpecu quodam ad Euphratem cingulum ſuum five femoralia occultare; nec aliud forte veſtium genus inſinuatur Act 19. 12. ubi præſertiſſimum fuiſſe morbis remedium legimus ſudaria, & temicinctia, contactu corporis Apoſtoli conſecrata. Lino plerumque nativo colore conſtabant.

Puellis familiares erant anſulæ, ſive zonæ, ſinum & pectus ſtringentes; *Faſcia pectoralis*; ineertum tamen cujus formæ & materiæ. Hebræum *pegiſil* Iai. 3. 24. quod Sanctus Hieronymus & Symmachus reddunt *faſcianı pectoralem*, apud Septuaginta eſt, *tunica ſtlavata purpura*; apud Aquilam *cingulum exultationis*. Quo vero loco Jeremiæ 2. 32. Sanctus Hieronymus habet *faſcia pectoralis*, vis Hebraici vocabuli ſonat potius monile, ſive anſulas; & facile idem eſt quod apud Veteres *redimiculum*, vel *ſuccinctorium*, exhiberuque in tabula Iſidis. Porro genus eſt prolixioris zonæ, quæ collum complexa per ſcapulas deſcendens, ſupra pectus & infra mamillas deeuſſatur; tum utriuſque oræ ad lumbos amplexa, velut cingulo quodam muliebris tuniea ad pedes uſque pertingens adſtringitur; ſed de illa fuſius ad Exodum actum eſt.

Extimam veſtem viris potiſſimum familiarem pallium exhibebat, laneum illud plerumque, five pellieeum, colore vario. Pretioſiſſima purpureo five rubro ſaturo nitebant. Duo hominum genera, pauperum nempe & locupletum, indicans Eccli. 12. 4. his potiſſimum characteribus utroſque deſignat: *Ab eo qui utitur hyacintho & portat coronam, uſque ad eum qui operitur lino crudo.*

De palliorum forma apud Hebræos non ſatis convenit. Dominus diſtinguendum populum hæcdeiratis iuſæ a eeteris ipſa veſtium forma decernens, jubet Hebræos ad quatuor pallii angulas virras quaſdam hyacinthinas adjungere, ut & in veſtium extrema ora fimbriam; nihil tamen de colore decernit [20]; utrumque, ne unquam populum ſe Dei eſſe & filios Domini obliviſcerentur. Porro eas fimbrias ne reſpuiſſe quidem Dominus ex hiſtoria Hæmorrhoiſſæ, tactu fimbriæ illius ſanitati reſtitutæ, apparet [21]. Charitati religionis ſuæ oſtentandæ gratia amplioribus utebantur [22]. Minitatur Dominus exerturum te furoris ſui gladium in Iſraelitas, *qui induiti ſunt veſte peregrina* [23].

Facile eredimus, eas, quas Scriptura appellat [24] ſummitates pallii, Hebr. *alas pallii*, nihil aliud inſinuare quam angulos, quibus annexæ anſulæ. Saul arrepris palli Samuelis alis, virum abeuntem moraturus, vi in diverſa trabentium abſciſſas tenuit [25]. Saul interiora ſpecus, ubi David latitabat, eum ſubiiſſet, elam ipſum Davidem alas pallii præeidentem ne ſenſit quidem [26]. Hæmorrhoiſſa furtim veſtimenti Jeſu Chriſti fimbriam tetigit; nec aliud ſibi remedium ad ſanitatem ægroti poſcebant, quam ut vel *ſimbriam veſtimenti ejus tangerent*. Pallium Summi Sacerdotis, ſuperiori foramine inſerendo eapiri inſtructum, gemina inſuper alia addebar, ad utrumque latus unum, inſerendis brachiis; in reliquis clauium. Pro anſulis ad quatuor latera oram pallii Saeerdotalis ornabant quædam poma granara phrygio opere expreſſa, adjectis altero ordine aureis tintinnabulis [27].

Judæi eeteriores ornamento quodam uruntur, quod pallio veteri ſubſtitutum facile eredimus. Fruſtum eſt enim panni vel lini, quatuor anſulis ad latera inſtructum. Eſt autem duplicatum, cujus una pars

(1) *Dan.* 2. 9. *Jo.* 20. 12. *Act.* 1. 10. (2) *Vide noſtr. Comment. ibid.* (3) *Cant.* 5. 3. *Expoliavi me tunica mea, quomodo induar illa?* (4) *Exod.* 28. 4. 39. & 39. 5. (5) *Matt.* 10. 9. *Mar.* 6. 8. (6) 4. *Reg.* 8. *Matt.* 3. 4. *Marc.* 1. 6. (7) *Apoc.* 12. 3. (8) *Vide* 1. *Reg.* 29. 24. *Job.* 24. 9. 10. *Iſai.* 20. 2. *Micha.* 1. 8. (9) *Iſai.* 3. 17. & 20. 4. *Jerem.* 13 26. *Thren.* 4. 21. *Ezech.* 16. 37.

(10) *Vide nu.* 15. 38. & *Deut.* 22. 12. (11) *Matth.* 9. 20 (12) *Matt.* 23. 5. (13) *Soph.* 1. 8. (14) 1. *Reg.* 15. 27. & 24. 5. 12. (15) 1. *Reg.* 15. 25. (16) 1. *Reg.* 24. 12. (17) *Exod.* 28. 34. & 39. 24.

pars anterius, posterius altera pendet. Hærent autem scapulis ambæ illæ partes, funiculis quibuidam utrinque devinctæ. Vocitant ornamentum illud *barba canephori* (1), id. e. quatuor angulis, sive quatuor alis. Est autem, ut supra innui, brevior veteris pallii similitudo, quæ proinde ad nostras tunicas, sive dalmaticas antrorsum & retrorsum pendentes, atque in superiori parte foramine, hinc rendo capiti instructa accessisse videtur. Nec sane ab eo vestis genere abhusisse pallium videtur, nisi vittis ad quatuor angulos & laciniis in lymbo.

Hæc eamen pallii defcripto mihi suspicio sa arguitur, 1. Quod pallium Orientale quadrato est oblongo, facile in omnes figuras transformando; potest enim in omnem sensum torqueri, potest infra & in scapulis complicari; potest eodem caput obdueri, ut in luctu, in pluvia, in æstu solis; unco quodam hæret infra collum pectori & scapulis. Uno verbo pluribus idem sufficit usibus. 2. Scriptura de pallio agens indicat, totum eo corpus protegi, velari & indui, sub pallio latere hominem, & assumi illud nulla negotio, statimque dimitti; quæ simul omnia numquam devincto corpori paludamento quadrant. 3. Tandem *Thaled* vel *Thalet*, quo Judæi orantes in Synagogis utuntur (2), vetus illorum pallium referre videtur, nec multum a pallio Orientali nostræ ætatis abludit. Nullo superiori foramine instruitur, sed vel scapulis imponitur, vel capiti, sive ante oculos pendet, quo scilicet aditu rebus exterioribus prohibito, mens intra se magis magisque colligatur. Quare maluerim huic potius ornamento veteris Hebræi pallii similitudinem vindicare, quam alteri *barba canephori*.

Pallium muliebre seu velamen, quod faciei obducebant, quoties e domo in publicum prodirent, satis ab altero de quo modo distinguitur. Rebeccea in occursu Isaacum profpiciens, statim faciem velavit (3); & Abimelech Rex Geraræ intelligens Saram se tæpatam, conjugio cum Abrahamo copulatam, fororem tamen ipsius ante ratus, vito usurpare, constituit, dono simul datis Saræ 1000. denariis argenti, quibus, ait, velum oculis tuis imponendum emas (4). Thamar ampliori velo tecta, cum Juda incognita coivit (5). Jubet Apostolus fœminas nonnisi capite obducto velamine in Ecclesiam prodire (6). Quanæ autem illud esset amplitudinis intelligimus ex Ruth, quæ non modicum frumenti ex Booz in pallio acceptum ad Soerum retulit. Omnium qui Orientis loca peragrarunt, testimonio discimus, fœminas earum regionum universas ampliori aliquo velo tectas incedere; & Arabes quidem fœminas perpetuum velamen ita obducit, ut videndi quidem faculeatem e duplici foramine ad oculos permittat; sed textura quadam e fetis equinis foramina illa instructa, ne lumina quidem pervia relinquunt. Porro pretiosissima esse oportuit & magnifica mulierum pallia, quarum nimium cultum luxumque in vestibus Sacra Scriptura non semel reprehendit (7); viz enim aliter quam de palliis seu velamentis hæc accipienda esse videntur.

Familiare erat Hebræis ut nudo capite incederent; nulla enim in vernaculo sermone vocem norant, ornamentum aliquod capitis exprimentem. Unum tantum capitis integumentum Sacerdotibus & Levitis peculiare innotescit, e lineo tantum panno, vitta alligato (8). Summus Sacerdos ditiori, & magis ornato urebatur, quod capiti adstringebat, addita lamina quam aurea supra frontem pendente, in occipitio duplici fascia revincta (9). Occurrit etiam in Sacra Scriptura Regium diadema, quod fascia erat albens vel radiata, in occipitio alligata (10). Loco pilei sive alterius integumenti usi ereduntur Hebræi fascia quadam capiti circumvoluta, quam non obscure innuit Ezechiel 24. 17. *Mortuorum luctu non facies, corona tua circumligata sit tibi*: & sudaria Sancti Pauli præsentissimum in morbis remedium Sanctus Lucas Actuum 19. 12. commemorat quæ sane de faciei istis lancis sive lineis, quas Apostolis obnubentibus, doctissimi plures Interpretes exponunt (11).

Sed negotium in ea re facit, quod Ezechielis testimonium non nisi pro eodem Prophera accipiendum est; viro nempe Sacerdote, cui proinde comam nutrire vetitum erat injunctumque integumentum illud, quod vitta adstrictum gerebant Sacerdotes, quemadmodum supra innuimus. An igitur proinde & ceteri Israelitæ caput suum obnubebant, cum neque ab ingenti fragore, neque ab æstu caput suum protegere, utpote comam nutrientes, tanta qua Sacerdotes necessitate cogerentur? Quod vero ad Sancti Pauli sudaria spectat, poterant eo nomine defignari linei pannieuli, abstergendo manuum orisque sudori destinati, quemadmodum ipso *Sudarii* nomine proditur.

Sedet igitur mente concepta jam sententia, nullum obtinuisse capitis integumentum apud Hebræos. Si quid autem incommodi sive ab æstu, sive ab ingruente hyeme iter habentibus acciderit, illi pallio super caput reducto, novo veluti pilei genere occurrebant. Caput etiam tegebant in luctibus, & dum orationi vacarent, eo externo habitu Numinis majestatem sentire professi. Ita Moyles ad rubum propius accedens (12), & David Absalomi arma fugiens, (13), caput pallio obnupserunt. Aman deducere per compita Sularum Mardochæum ovantem justus (14), dolum deinde regressus rei mœrore & tædio vultum contexit. Jeremias 14. 4. mœstos colonos & populos tædio famis & sterilitatis designans, ait: *Agricola operuerunt capita sua.*

Dum lætum aliquid celebraretur, sicut & in nuptiis conviviisque, florum corollis redimiebantur (15). His igitur exceptis singularibus rerum eventibus, Hebræi nudo erant capite, Saerdotibus exceptis, qui nudatum coma caput certo genere tegumenti protegebant; quare viros caput tegentes probro capiti ipsos suo esse dixit Apostolus 1. Cor. 11. 4. & Spontus Cantic. 5. 2. tore madefecere comas suas protestatur, quod totam noctem sub dio exegisset. Numquam Absalomo triste illud accidisset, ut in tranfitu coma arborum ramis impliceta medius inter Cœlum terramque suspenderetur, si pileo usus fuisset. Neque id tantum solemne erat Hebræis, quin pluribus etiam Orientalibus familiare haberetur. Queumque autem nostra ætate thiara utuntur, eomam sibi præcidunt; quare Israelitæ comam nutrientes nullum sibi cidaris, sive thiaræ usum adseiviste eredendi.

Quæ tamen de viris dicta, non item pro fœminis valent, eum plurimo capitis ornamento uterentur. Si qua fœmina, ait Apostolus 1. Cor. 11. 5. in Ecclesiam orandi gratia veniens, caput non obnubit, hæc capitis sui gloriæ derogat; tantumdem eit enim ac si attonita spectandam se sic præbuisset. Jezabel veniem Jehu Samariam opperiens (16), stybio oculos pinxit, eaput multiplici ornamento insignivit; nempe, uti facile credimus, cidarim assumpsit, sive mitram, adjectis etiam monili, inauribus cæterisque narium & frontis ornamentis, de quibus non semel Scriptura; stybio vero ideo potissimum lumina pinxit, quo ampliora & nigriora apparerent. Judith (17) tentorium Holophernis petitura, comam excoluit, divisisque seite intexitsque licio capillamentis, mitram pretiosam capiti imposuit, quam pretiosis quebusdam vittis innexam occipitio revinxit; additoque deinde cultum omnem inaures nempe aureas & longas unionum series, Baruch 5. 2. futurum annunciat, ut Deus tandem pallio justitiæ & corona sive mitra decoris Jerusalem ornet. Porro pallium illud ipsissimum erat velum, quo Matronæ velut paludatæ in conspectum prodibant.

Isaias

(1) *Buxtorf. Synag. c. 4. (2) Leo Moden. Coræm. Jud. p. 1. n. 5. & 11. (3) Gen. 38. 14. (4) Gen. 20. 16. (5) Gen. 38. 14, 15. (6) 1. Cor. 11. 5. 6. (7) 1. Reg. 1. 24. Jerem. 4. 30. Ezech. 16. 10. 13. (8) Exod. 28. Vide Comment.*

(9) *Exod. 28. 4. (10) 2. Reg. 1. 11. & 12. 30. (11) Occum. & Sanct. in Act. 19. Hist. Scholast. (12) Exod. 3. 6. (13) 2. Reg. 15. 30. (14) Esther 6. 12. (15) Sap. 2. 8. & 2. Macch. 6. Isai. 61. 10. (16) 4. Reg. 9. (17) Judith 10. 3.*

Iaias 3. 18. &c. muliebrem omnem fœminarum ſui
temporis cultum late proſequutus, omnia ſimul, &
torques & monilia, & armillas, & mitras commemorat; addens inſuper diſcriminalia, periſcelidas,
& murenulas, & ulſaóriola, & inaures, & ornamenta ealeamentorum, & lunulas, & annulos, &
gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, acus, ſpecula, ſindones, vittas, theriſtra. Sæpe alibi locuti ſumus de annulis
(1) naribus appenſis, five per utramque narem, ſive per alteruteam inductis, five ad ſummum naſi
demiſſis, ubi nunc oculorum vitra appenduntur.
Comæ nigreſcentes plurimi æſtimabantur (2), quas
oleo & unguentis delibutas fovebant, non fœminæ
tantum, ſed & viri; quod exemplo fœminæ peccatricis id officii Chriſto impendentis (3), diſcimus.
Pueri Salomonem foras prodeuntem proſequuti, comas gerebant odoratis unguentis delibutas, aureoque pulvere aſperſas, quæ ſolaribus radiis percuſſæ
radiabant inſigniter, ait Joſephus (4).

Pullus color, five nigreſcens apud Hebræos luctuoſus habebatur. Solebant etiam ea occaſione ſacco indui, vel cilicio, nempe lancea tudi & pannolia veſte; vel potius e pilis camelorum ſeu capræ contextis, quorum unicus erat five in luctibus, five in extrema rerum familiarium anguſtia uſus. Quare luctum agentes plerumque ſacco accincti in ſacro Textu exhibentur; qua ſcilicet phraſi deſignatur pulla veſtis rudioque, quæ in cingulo formam tunicæ ſuperimponebatur. Neque varius erat in ea re fœminarum a viris uſus rituſque.

Veſtes etiam lugentibus erant peculiares; quarum exempla ſuppeditat in hiſtoria Thamar (5),
Judith (6), Mulieris viduæ, quæ a Joabo ſubmiſſa, de reducendo Abſalomo cum Davide egit (7).
Porro veſtes illæ a luctuoſis funeribuque non abludebant. Judith cilicio accincta ſingulos dies, Sabbato excepto, itemque primos menſium dies feriales habebat (8). Ita plane vita inſtituenda ab ea,
quæ *vere vidua eſt & deſolata* (9). Facilis ea fubit conjectura, vitos poſito pallio triſtia luxiſſe, ut ea occaſione tunica, cilicio, five atra pannoſaque veſte tantum indueretur, adjecto demum cingulo loco funiculo five pelliceæ quadam zona: Familiare id veſtium genus Eliæ Prophetæ (10), Joanni Baptiſtæ (11), ceteriſque Prophetam ſolo habitu ſimulantibus (12): *Non operientur pallio faccino ut mentiantur*. Septuaginta, Syriacus, & Arabs legunt: *Non operientur vellere ad mentiendum*. Nec alio utebantur pœnitentes amictu (13): *Circuituros in melotis, in pellibus caprinis*.

Non ſatis convenit inter Eruditos an nudis ab omni tegumento pedibus ineederent Hebræi. Nudis aſſerit Bochartus Jeroſolymitas. pag. 1. lib. 2. cap. 50. ut non niſi in itinere tibialia induerent. Laudat in eam rem datum a Moyſe præceptum Exod. 12. 11. ut Hebræi agnum paſchalem deguſtaturi, calceamenta aſſumerent, quaſi itineraturo more inſtructi. Addit Juvenalis Satyr. 6. illud de Hebræis.

Obſervans ubi Feſta mero pede Sabbatha Reges.

Demum adducit illud de Regina Beatrice Agrippæ germana, quæ Hebræis veniam impetratura, nudis pedibus coram Feſto ſtetit (14).

Bynæo tamen alia ſedet opinio, autumanti Hebræos plerumque calceamentis uſos, non niſi in ſingularibus rei eventibus, veluti in luctu lugendiſque criminibus, nudi pedalia exercuiſſe. Ita David ex Urbe digreſſus nudis pedibus & ore velato, filii Abſalomi perfidiam lugebat (15). Si Judæi die Expiationis ſolemnis & in ſumeribus ſolo aſſidentes nudipedalia ſervabant (16), id ſane luctus deputandum. Mandat Deus Ezechieli 24. 17. ne calceamenta deſtrahat, neque uxoris ſuæ funera lugeat; quo ſane argumento diſcimus, eos ritus in luctibus ſolemnes apud Hebræos fuiſſe. Iſaias 20. 2. mandatis a Deo oneratur, ut detractis calceamentis, depoſitiſque veſtibus, vivam quamdam imaginem futuræ captivitatis Ægypti & terræ Chus exhiberet: utrumque igitur familiare erat Hebræis. Cum Moyſes ardentem rubum ſpectavit (17): cum Joſue Angelum in viciniis Jericho obvium habuit (18), utrique ſane calceamenta detrahere juſſi ſunt, quod locum ſanctum calcarent. Itraelitis item agentibus per deſertum, nec veſtes, nec calceamenta defuiſſe, Domino beneficia ſua eidem populo exaggerante, Deuter. 25. 10. diſcimus, Moyſes ſingulis Tribubus Iſrael benedictionem impartiens, calceandum præditit Aſer ferro ſimul & ære (19). Cavet Jeſus Chriſtus, ne Apoſtoli ire habentes calceamenta uſantur (20); & Hebræi ſecco pede annum tranſiiſſe ſe deſignaturi, dicunt aquas calceatos tranſiſſe (21).

At enim his exemplis illud tantummodo infinuatur, Hebræos eum foras prodiiſſe, calceamentis uſos, numquid etiam cum domi ſe continerent? En ejus rei exempla. Singula beneficia a Domino in populum velut in ſponſam ſuam dilectam, collata proponutus Ezechiel 16. 10., illud etiam commemorat de calceamentis pretioſis cariſſimæ conjugi dono datis. Filius Prodigus in patrias ledes reverſus, nova veſte, annulo, & calceamentis ab indulgentiſſimo Parente donatus eſt (22). Sanctus Petrus ſomno, dum in carcere eſſet, reſolutus calceos habebat appoſitos (23). In ceremonia, qua vir aliquis fratris ſui ſine liberis decedentis uxorem viduam in conjugem aſſumere teneſabat, coram Populi cœtu calceos detrahebat: §. Proverbii loco obtinebat: *Non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamenti ejus* (24) qua loquendi phraſi infinuaretur, ſe viro alicui per omnia inferiorem reputare; ſimili etiam proverbiali formula uiurpabatur: *Ne calceamentum quidem accepit*, id eſt ne minimum quidem 25. Amos 2. 6. & 6. 8. ut Damaſcenorum, & Samaritanorum impotentem tyrannidem exprimat, vendidiſſe illos ait juſtum, & pauperem pro calceamento, nempe viliſſimo quoque pretio.

His omnibus ſatis ſuperque demonſtratum arbitror, & familiariſſimum apud Hebræos calceamentorum uſum five in ædibus, five in urbe obtinuiſſe. Nec me fugit, plurimos, qua veteres (26), qua recentiores Scriptores (27) autumaſſe, omnem ſibi calceamentorum uſum interdixiſſe penitus Jeſum Chriſtum; nec fane ulla de illis mentio in Evangelio, niſi forte illud S. Joannis Baptiſtæ in eam rem laudaretur: *Non ſum dignus ſolvere calceamentum de pedibus ejus*. Verum contraria ledet ſententia Sancti Joanni Chryſoſtomo ad Pop. Antioch. homil. 6. S. Auguſt. ſerm. olim 42. de SS. capite 6. nunc ſerm. 101. novæ edit. Paulo Burgenſi, Cajetano, Toleto, Barradio, Sopranis, Balduino de calceo antiquo cap. 26. & Bynæo de calceo Hebræorum lib. 1. capite 9. num. 10. Nec contrarium planæ Genti ſuæ morem adoptaſſe Chriſtus videtur, quem pariter S. Marci 6. 9. teſtimonio calceorum par Apoſtolis iter ha-

(1) *Geneſ.* 24. 47. *Proverb.* 11. 22. (2) *Cant.* 5. 2. (3) *Luc.* 7. 37. (4) *Antiquit. lib.* 8. *cap.* 2. (5) *Gen.* 38. 19. *Vide & Baruch* 5. 1. 2. (6) *Judith.* 10. 2. (7) 2. *Reg.* 14. 2. (8) *Judith.* 8. 6. (9) 1. *Timoth.* 5. 5. (10) 4. *Reg.* 1. 7. 8. (11) *Matth.* 3. 4. (12) *Zacch.* 13. 4. (13) *Hebr.* 11. 37. (14) *Joſeph. lib.* 2. *capite* 15. *de bello Jud.* (15) 2. *Reg.* 15. 30. (16) *Buxtorf. Synag. cap.* 35. *Jonath. ad Levit.* 16. 29. *Braun. de veſte Sacerd. lib.* 1. *cap.* 3. (17) *Exod.* 3. 5. (18) *Joſue* 5. 15. (19) *Deuter.* 33. 25. (20) *Matth.* 10. 10. (21) *Iſ.* 11. 15. (22) *Luc.* 15. 22. (23) *Act.* 12. 8. (24) *Deuter.* 25. 7. 8 (24) *Matth.* 3. 11. *Marc.* 1. 7. *Luc.* 3. 16. *Joan.* 1. 27. *Act.* 13. 25. (25) *Eccli.* 46. 22. (26) *Hieronym. ad Euſtoch. de cuſtod. Virginitate. Diſcipulis ſine calceamentorum onere, & vinculis pellitum ad prædicationem novi Evangelii mittuntur, & militer veſtimentis Joſue ſorte diviſis, caligas non habebant, quas tollerent. Nec enim poterat habere Dominus, quod poſſidentes ſervis &c.* (27) *In Dion. Carth. Jansenius, Lyranus.*

habentibus perniſſe intelligimus. Cavit tantummodo, ne plura haberentur, uti ſatis ab aliis Evangeliſtis innuitur.

Nec tamen vadem me exhibuerim, numquam niſi calceatos Hebræos in ædibus ſuis manſiſſe; cum nudipedalia in ædibus familiariſſime obtinenant in feſtividis regionibus, uti in Ægypto, & Judæa e Conſtat inſuper, Sacerdotes in Templo nudis pedibus egiſſe (1). Mancipia, & captivi non domi tantum, ſed foris etiam & in agro nonnulli diſcalceati agebant (2). Sanctus Petrus in carcere eodem habitu ſeſe continebat (3). Sponſa in Canticis 5. 3. ne e lectulo ſurgat, cauſatur mox factam pedum ſuorum lotionem. Nihil moror receptam conſuetudinem nudatis pedibus accumbendi. Jeſus Chriſtus, ejuſque Apoſtoli morem illum ſervarunt; neque enim aliter in lectis pro recepta eorum temporum conſuetudine recubuiſſent (4). Sed veruſtiſſima conſuetudine mos obtinens pedes lavandi iis, qui ex agro veniſſent, ſatis probat, illos, ſemel ac ædes ſubirent, nudipedalia exercuiſſe (5). Idem pariter uſus nudis pedibus qua in domibus qua in Urbe agendi, commendatur longa conſuetudine Lacedæmonum, Athenienſium, Romanorum, & Orientalium fere omnium, quem pluribus laudarunt veteres Patres nonnulli, uti Clemens Alexandrinus Pædag. lib.2. cap. 11. & Tertullianus de Pallio, uti veterum Chriſtianorum, quantum ex Luciano in Philop. collegiſſe videmur, exemplum.

Quænam vero calceamentorum materia? Coriacea, ut autumat Bynæus de calceo Hebræorum libro 1. cap. 2. quod exemplo calceamentorum Gabaoniticorum (6) probaſſe ſibi videtur, coriacea enim credit. Idem etiam confirmat e frequenti pellium uſu apud Veteres; ſicut etiam quod viliori pretio calceamenta venderentur (7), in tantum, ut res in proverbium abiret, quod ſupra jam infinuavimus. Sed ejus argumenta non ſatis intentum evincunt. Neque enim Gabaonitarum calceamenta coriacea fuiſſe conſtat; poterant enim e fruſto aliquo panni, vel ſimili aliquo confecta eſſe. Ex locis Amos a Bynæo citatis, Gejerus de luctu Hebr. illud ſibi probandum cenſuit, non viliſſimos eſſe calceos, ſed potius pretioſiſſimos; neque hodie uſque calcei, licet coriacei utantur, adeo viliores ſunt pretii, quales Bynæo reputantur. Quamquam enim proverbiali formula dicatur, de trito calceo vilius, numquam tamen uſurpatum eſt illud *calceo vilius*. Numquam ſane in Scriptura calceamentorum materia ſatis exacte exprimitur; in Ægypto papyraceo junco intexebantur; ſpartea familiaria erant Hiſpanis; lineis uſos fuiſſe Divinos in Syria, & Phœnicia Herodianus teſtatur (8).

Quare non invitus ego conſenſerim, Hebræos ſandalia & calceos lineos, ſparteos, coriaceos, ligneos ſive alterius cujuſcumque materiæ ſimul omnes noſſe. Æque enim familiaria genti fuiſſe ſandalia ex eo facile intellexerim, quod non ſemel in Textu menſio recurrat de corrigiis pedum, ideſt de vittis pedem aſtringentibus. Militares calcei ferro vel ære armabantur, quo ſpectat illud Deuter. 33. 25. Moyſis ad Tribum Aſer: *Ferrum, & æs calceamentum tuum*. Æreis ocreis pedes, & crura Goliath protegebantur (9); Græci in obſidione Trojæ æreas loricas induerunt; æreaſque pariter, ſive ex auricalco conflatas, ocreas inter Herculis arma recenſet Heſiodus (10).

Fœminarum calceamenta ornamentorum pretio viralia ſuperabant. Ezech. 16. 10. Dominum ceu Sponſum inducens, munera Judæis, tamquam nuptæ ſibi genti, largientem, inter cetera recenſet rubra ſive purpurea calceamenta; legunt alii calceamenta e pelle melis. Nos tamen veterem lectionem præferendam cenſemus, ut ibi calceamenta purpurea exprimantur, ſive illa coriacea fuerint, ſive lanea, vel e goſſypio, linove. Porro ſoleæ purpureæ olim familiariter obtinebant, ſiidemque pictis purpura cothurnis, tamquam ſummæ dignitatis inſignibus, Imperatores utebantur. Viros locupletes Iſraelis olim ad Templum ſe contuliſſe ſingulis recurrentibus annis Solemnitatibus purpureis ſoleis nitentes, autumant Rabbini. Venerem deſcribens Phœnicis amictu Virgilius, addit ſimul.

Purpureoque alte ſuras vincire cothurno.

Et ſandalia Sponſæ in Canticis, quibus oculos Sponſi rapientur, eodem facile colore nitebant. *Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, Filia Principis!* Porro calceorum genus erat, non compreſſa texturæ ſpiſſum, neque enim alioqui pedes translucerent; ſed Phœnicio more contexta ſandalia ita raram exhibebant texturam, ut eruris, & pedis nuda mixta purpuræ interniterent. Simili ornamento prodiit Judith, ad tentorium Holophernis ſe conferens; & cum reliquo corporis cultu placeret, ſandaliorum tamen elegantia, juxta Scripturæ phraſim, Imperatoris oculos rapuit. Plutarchus Sympoſ. lib. 4. narrat, Summum Judæorum Sacerdotem ſolemnioribus quidem diebus magnifice cothurnatum in Templo ſeſe præbere ſpectandum; ſed Hiſtorici quidem falſitatem arguit tum Sacra Scriptura, inter Sacerdotum veſtes minime cothurnos recens, eum Rabbini & Patres uno ſimul aſſenſu nudis pedibus Sacerdotes in Templo miniſtrafle tradentes.

Tibialium uſus Hebræos latuiſſe creditur, eo potiſſimum argumento, quod ex conſtanti receptæ conſuetudine holpitum pedes lavarentur; cum enim ſandaliis laxioris texturæ uterentur, plurimum inter eundum pulveris contrahere pedes neceſſe erat. Licet etiam obſervare, ſtatim a detractis ſandaliis nudis pedibus Hebræos fuiſſe. Ita nonnili detractis ſandaliis menſæ aſſidebant, poſtrema Reipublicæ Hebraicæ ætate; ita pariter in Templo (12) verſabantur; eodemque habitu utebantur in luctu. Porro ex paſſim conjectudo, ut ſandaliis unice indueretur, per totum Orientem obtinebat. Idem mos & in fœminis ſpectatus; quæ enim pro viris adducta ſunt argumenta, eadem & pro fœminis valent; quibus etiam aliud adjungitur peculiare, quod ſcilicet pretioſis monilibus, ſive annulis tibias ornarent, quemadmodum ſupra ex Iſai. 3. 16., & de nudis pedum Sponſæ per tranſverſum ſandaliorum lorica ſpectatis a Sponſo Cantic. 7. 1. ſupra pariter obſervavimus.

IN

(1) *Exod.30.19. Rab.Greg.Naſ. in Cant.Theodor. in Exod.3.4.7. aliique paſſim.* (2) *Iſai.20.2. & 2.Paral.28. 25.* (3) *Act.12.8.* (4) *Luc.7.31. Jo:13.4.5.* (5) *Gen. 18.4. & 19.2. & 24.32. & 43.23. Judic.19.21. & 2.Reg.11. 8. &c.* (6) *Joſ. 9. 5.* (7) *Amos 2. 8. 6. Eccli. 46. 22.* (8) *lib.5. cap.13.* (9) *1.Reg.17.5.* (10) *Hæc.Scutum verſ.122.* (11) *Miſna in Maſſechet. Berach. cap.9. Maimon. in Hald.Beth. Habbechira cap.7.*

IN LAMENTATIONES IEREMIÆ PROLEGOMENON.

SOlemne erat Hebræis, ut in funere amplissimorum virorum, Principum, & Heroum, quorum clarissimum erat in rebus bellicis nomen, funebres cantilenas pangerent; cujus generis quædam in Scriptura adhuc leguntur, ut Canticum in funere Abner (1), alterum in funere Jonathæ (2). Quin & collectio funebrium cantilenarum adornata apparet ex illo 2. Paral. 35. 25. *Ecce scripsum fertur in Lamentationibus*. Neque hæc tantum ad luctum agendum in funere amplissimorum virorum, quin & tetrico hoc carminum genere luxisse casum & vices Urbium, gentium, & Principum etiam externorum Prophetæ videntur. Ita funebri Cantico illugent Isaias (3), Jeremias (4), & Ezechiel (5) deiolationem Ægypti, Tyri, Sidonis, Babylonis, &c. Raro etiam contingit, ut eversionem magnæ alicujus gentis prænuncient, quin simul funebri aliquo Cantico luctum agant, eodem pariter tempore & ventura mala prænunciantes, & tamquam jam impleta lugentes.

Porro Jeremiæ Lamentationes fletus sunt viri sanctissimi, quo vices Jerosolymæ prosequitur. Cum vero multiplici malorum casu Urbem illam jactari Jeremiæ ætate contigerit, quo tempore, & qua potissimum occasione Lamentationes scriptæ sint, ambigimus. Sunt qui cum Josiæ obitu componant, cum scilicet Rex Ægyti æma in Judæam inferens, pii Regis Josiæ exercitum dissipavit, Regem ipsum occidit, ac deinde ab expeditione Carchemisiæ, redux, Jerosolyma occupata, tum & Judæa universa subacta, vinctum Joachaz secum in Ægyptum adduxit (6). Omnia hæc simul mala, inquiunt, scriptis hisce Lamentationibus luget Jeremias. Potissimam hujus opinionis suæ conjecturam ducunt ejus affertores ex illo 2. Paralip. 35. 25. *Universus Juda & Jerusalem luxerunt Josiam. Jeremias maxime, cujus omnes Cantores atque Cantatrices usque in præsentem diem lamentationes super Josiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel*. Addunt his omnibus argumentum ex ipsis deductum Lamentationibus, in quibus elogium texitur Regis, nulli alteri magis, quam Josiæ quadrans. *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus: In umbra tua vivemus in gentibus*. (†)

Malunt alii (*), Prophetæ luctum versari incaptivitate populi, ac vicibus tum Sedeciæ, cum sui ipsius; cujus opinionis suæ argumenta ex omnibus Lamentationum Capitibus deducere se posse confidunt. Quin & Lucubrationis hujus Præfatio, vetustissima illa sane, id asserie luculenter. Nec magis obscure eadem insinuat. Eccli. 49. 8. narrans, vias omnes Jerosolymam deducentes desertas hostes reddidisse, juxta Prophetæ Jeremiæ oraculum; quibus verbis spectatur illud Theren. 1. 4. *Vie Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem*. Nihil sane frequentius in eodem scripto, quam mentio de Jerusalem Templo, rebus eversis, destructis, prophanatis, desolatis. Duo priora capita incommoda omnia obsidionis Urbis relevant; tertio deinde proximo succedenti persecutiones suas luget Propheta; quartum deplorat casum & desolationem Urbis & Templi, Sedeciæ item vices. Tandem quinto Operis capite precandi formulam digerit Vates pro Judæis in diiperstone, & captivitate agentibus; versoque deinde stilo, crudelitate Idumæorum desolationem Urbis urgentium insectatur, simul illos ultionis Domini flagellum manere prænuncians. Porro hæc omnia alio plane quam ad exitum Josiæ spectant, quo tempore Urbs pariter & Templum thabant, sui erant in regione incolæ, nec adhuc ea acciderant captivitatis mala, quæ a Propheta deplorantur. Hæc nos in posteriorem hanc sententiam inclinarunt; an commode ad difficultates diluendas, viderint Lectores.

Scriptum est ergo Canticum post urbis Jerosolymæ eversionem; quin & postremum caput serius ceteris adjectum fuisse ex eo intelligimus, quod deductum jam in captivitatem populum, partimque in Ægyptum translatum (7), Templum in vulpium foveam redactum (*), constituit. Monstratur hodie usque in vicinis Jerusalem fovea, ubi scripta a Jeremia vaticinia sua ferunt, quo eodem in loco magnificum erexisse Templum Constantinum Imperatorem fama est. Sed hisce populatribus traditionibus quis credat? Porro Jeremias post captam Urbem in potestatem hostium una cum captivis ceteris venit, nec nisi in Rama libere abire permissus est, cum Nabuzardan direptam & incendio desolatam Jerosolymam reliquit. A capta Urbe usque ad concessam viro sancto libertatem, intercessit 35. dierum eiciter intervallum; quo temporis ipatio commodum erat Jeremiæ lugubres istas cantilenas in solatium locorum suorum capitivorum scribere.

Inscribitur Opus a Græcis *Threni*, i. e. Lamentationes, a Judæis *Echa*, quod prima in Textu vox illa occurrat, vel *Kinnoth*, fletus, lamentationes. Stilo utitur Author vivido, molli, pathetico, qualem carminum hujusce genus exposcit. Elegantissimum est, quantum aliud unquam in tota antiquitate carmen, & movendis lacrymis aptissimum, quo scribendi genere excellebat Jeremias. Nec sane aliud unquam fuit, vel argumentum lacrymis dignius, seu Vates fletibus aptior.

Quatuor priora capita acrostycho artificio digeruntur, quo scilicet vel singuli quique, vel bini recurrentes versus, ex una elementi Hebraici litera alphabeti ordine exordiuntur. Tertii capitis tres sucedentes versus ex eadem litera ducuntur; sunt autem omnes simul 66. versus. Tandem quarto capite idem ordo, ac in primis duobus restituitur. Nihil singulare spectatur in quinto Operis capite; sed in vetustis quibusdam Mss. Latinis singuli recurrentes 22. versus, præfixam habent Græci elementi literam (8). Acrostycho eodem cum ceteris ordine digestum esse postremum hoc caput insinuare videtur S. Hieronymus (9); sed nihil plane simile in Hebræo spectatur. Porro illud est in seric literarum elementarium notandum, quod in capitibus se-

(1) 2. *Reg.* 3. 33. 34. (2) 2. *Reg.* 1. 18. 19. (3) *Isai.* 14. 4. &c. & 15. & 16. (4) *Jerem.* 7. 29. & 9. 10. & 48. 32. (5) *Ezechiel.* 19. 1. & 28. 11. & 26. 17. & 32. 2. (6) *Hieronym. in Zach.* 12. 11. *Super quo (Josia) Lamentationes scripsit Jeremias, qua leguntur in Ecclesia, & scripsisse eum Paralipom. testatur liber. Ita Chald. Interp. & Raban. & Maldon. & Figier. Thom. Bonavent. Hugo. Vat. Jun. Vide Joseph. Amig. lib. 10. cap. 6.* (†) *Thren.* 4. 20. (*) *Hieronym. in Jerem. Prof. Civitatis sua ruinas quadruplici planxit alphabeto. Ita Theodoret. Procop. Olympiodor. alii fere omnes.* (7) *Theren.* 5. 4. &c. (*) *Ibid. vers.* 18. (8) *Vide nov. Edit. S. Hieronym.* t. 1. (9) *Hieronym. Prolat. in Lib. Reg. Jeremia Lamentationes & oratio ejus ejusdem numeri texuntur alphabeto*. Sed & in multis locis non loquitur nisi de quatuor alphabetis Lamentationum; exempli gratia in Præfatione ad Paulinum. *Quadruplex diversis metris nostis alphabetum. Vide ad Paulam Urbicam*.

cundo, tertio ; & quarto litera *Phe* præponitur literæ *Ain* ; cum vicissim in priori capite posterior hæc illam præcedat ; cujus rei causam quis norit ? Amanuenses errorem hunc (errorem enim credebant) reparaturi , utque suum restituerent alphaberi ordinem literis , non semel Textum everterunt turbarunteque [1], invita licet & repugnante contextus & orationis serie . His tamen nequidquam obstantibus , an Jeremias hunc eumdem ordinem , quem modo tenent , literis affignaverit , manet incertum . Facile ex ipso scripti Operis tempore varietas ista repetenda est .

De Præfatione Lucubrationibus præfixa egimus in Commentario ; Nusquam hanc illa sive in Hebræo , sive in Chaldæo , vel Syriaco legitur . Præter Græcam Versionem a Septuaginta adornatam , fragmenta Versionis Symmachi superfunt ; rara vero aliorum Interpretum ; quod scilicet Origenes Versiones Aquilæ & Theodotionis in Hexaplis servare neglexerit ; an forte quod parum a Septuaginta variarent ? Inde vero deducendum sibi aliqui arbitrati sunt , nec Aquilam , nec Theodotionem vertendis Lamentationibus operam suam contulisse . Sed contrarium egregie demonstrat P. Montfaucon in Præfatione Hexaplorum .

Judæorum quidam contendunt , Lamentationes ipsissimum esse Opus , quod dictante Jeremia Baruch [2] scripto excipiebat , cultro deinde scissum & igni injectum a Rege Joachimo [3]. Sed nulla est hujus opinionis veritas , & conjecturæ .

IN BARUCH PROLEGOMENON.

CLaro ortus genere Baruch , linguæ Hebraicæ scientia excellunt [4] . Patre genitus est Neria , & avo Maseja , viro utroque in regione sua amplissimo ; nec minus illustris fuit dignitate fratris Sarajæ , qui sub Sedecia inter viros Principes suum habebat locum [5]. Porro Baruch a secretis fuit toto vitæ suæ tempore & individuus Jeremiæ ad obitum ipsius comes . Sub Joachimi Regno omnia illius viri sancti vaticinia scriptis redegit , & cum in Templum secum tulisset ejus Operis volumen , coram frequenti Magnatum & populi concione expandit legitque . Cum autem post hæc voluncen coram Rege Joachim delatum legercetur , offensus Princeps gladio discissum in ignem conjecit [6]. Absumptum iterum reparaturus Jeremias , novum ex integro , sed fusius , Amanuensi suo Baruch dictavit [7] ; dictavit autem quale nunc etiam supereſt .

Quæ erat Baruchum inter & Jeremiam rerum affinitas , graves in Propheram nostrum persecutiones induxit ; nihil enim Jeremiæ malorum perferendum fuit , quod item in Baruchum non redundaret . Quare , ita Deo permittente , Baruch , cum forte dic quadam animis desponsdens suam itemque Patriæ sortem lugeret (8) , confirmandus fuit a Deo verbis Prophetæ , & ita confirmandus , ut nihil ultra deinde moverctur .

Quarto Sedeciæ anno , Babylonem una cum Sarja fratre suo (9) missus est , postulatum a Rege Nabuchodonosore , ut vasa sacra Babylonem ipso asportaret , quo tempore Urbem simul & Regem Jechoniam cœperat , remittere dignaretur (10) . Attulit una pariter Propheta Epistolam Jeremiæ (11) ad Judæos in captivitate agentes , quo ille scripto & imminentia omnia in Babylonem mala exposuit , & liberatis ſpem miseris fecit . Jusserat autem Propheta lectam captivis epistolam projici in Euphraten (12) , qua de re nihil a Baruchо omissum . Ad ejus epistolæ lectionem Jechonias cæterique cum illo captivi (13) sibi ingemuerunt , ac collatitiam pecuniæ summam Baruchi manibus commissam , in usum sacrificiorum Domini Jerosolymam transmiserunt .

Data insuper est a captivis prolixior ad fratres Jerosolymæ agentes epistolam , in quinque prioribus Baruchi capitibus relata (14). Porro scriptum illud ab eodem Barucho digestum ne dubitamus quidem ; sicut & asserendum eadem fide censemus , divino illum Spiritu afflatum , ex expressissime pios & religiosos sensus , quos in captivis Babylonicæ animadverterat . In ipso Epistolæ capite precibus fratrum Jerosolymæ commendat Nabuchodonosorem ejusque familiam , quibus justum tenentibus imperium , pacatæ ditionis dulcem quietem captare se posse confidebant . Precum autem exigendarum in causa fuisse potuere , quæ ab eo Principe receperant Judæi beneficia , quippe qui vasa sacra libens remiserat . Rogant autem fratres captivi , ut sua illa epistola legatur in frequenti concione , cum scilicet populus diei festi solemnia in Templo celebraret . Nec diffitentur crimina sua , quorum merito justum hanc Domini ultionem in suum caput provocassent (15) ; veniam rogant pro commissis ; tum & minas Propheтarum , quas olim contempserant , revocant in memoriam (16). Hæc in priori Epistolæ parte .

Secundæ partis exordium instituitur a cap. 3. 9. ductum a singularibus Hebræorum supra cæteras omnes gentes privilegiis ; quod scilicet Legem Domini , genuinam sapientiam , & veræ felicitatis fontem ac viam foli nossent (17). Monentur igitur Judæi , ut respiscant tandem , atque criminibus abjectis dignos se præbeant , qui promissæ libertatis facta sibi spe tandem potiantur . Porro hæc de futura tandem libertate promissio totum litteræ epilogum occupat ; variis enim aptissimis phrasibus eamdem rem iterum atque iterum Author inculcat . Instimus jam , hujus epilogi Authorem credi Baruchum , qui numquam in ea non Propheтam agit , oracula ubique oggerens de captivitate solvenda , & restituenda Urbe , ænigmatica simul phrasi , sed non obscura sane , Christi Regnum & Ecclesiæ constitutionem expeimens (18).

Jerosolymam reversus Baruch , charum sibi Propheтam convenit , communes cum illo vices subiturus . Ita copiis Nabuchodonosoris obsessa Urbe , cum Jeremias in cæterem conjectus esset , simili pariter custodia detentus & Baruch . Post captam Urbem , quo erat obsequio Nabuzardan in Jeremiam , eodem pariter & Baruchum observavit (†). Eductus ergo e carcere , quocumque voluntas ferret , libere abire permissus est . Cum reliquiæ populi secederet in Ægyptum decrevissent , invito licet ac pro virilibus renitente Propheta (*), muemur in Baruchum exci-

(1) *Vide notas D. Joan. Martianay in cap. 2. Bibliot. S. Hieron. pag. 643.* (2) *Jerem. 36. 4. 5.* (3) *Ibid. vers. 22. 23.* (4) *Joseph. Antiquit. libro 10. capite 12.* (5) *Jerem. 51. 61. Princeps Menuchah ;* (6) *Jer. 36. 2. 2. &c. 22. 23. &c.* (7) *Ibid. vers. 27. &c.* (8) *Jer. 45. 2. 3.* (9) *Jer. 51. 59.* (10) *Baruch 1. &c.*

(11) *Continetur Jer. cap. 50. & 51.* (12) *Jer. 51. 63.* (13) *Baruch 1. 3.* (14) *A cap. 1. 10. usque ad totum cap. 5.* (15) *A cap. 1. 15. usque ad cap. 2. 12.* (16) *A cap. 2. 12. usque ad cap. 3. 9.* (17) *A cap. 3. 9. usque ad 4. 2.* (18) *Usque finem cap. 4. & cap. 5. totum.*

(†) *Antiquit. lib. 10. cap. 11.* (*) *Jerem. 43. 2. &c.*

citarunt, quod scilicet eo authore, eorum consilia improbasse Jeremiam dicerent. Vicit tamen populi obstinatio, quibus, ne forte in effœnem licentiam, atque in Idololatriam prorarentur, ad herendum sibi ambo Prophetæ censuerunt. Mansit Baruch in Ægypto ad obitum usque Jeremiæ, quo fatis functo, recepit se Babylonem. Sunt qui contendant, epistolam Jeremiæ, postremo hujus Libri capite recitatam, ab eodem Barucho delatam fuisse; sed Græci textus authoritate in eam sententiam adducimur, commissam illam captivis mox Babylonem transferendis, antequam ambo Prophetæ in Ægyptum proficiscerentur.

Quo potissimum loco obierit Baruch, ambigitur; Babylone anno captivitatis 12. contendunt Rabbini; alii in Ægypto malunt. Emortualem ejus diem ad 28. Septembris, nullo, quantum scimus, fundamento, Martyrologia confignant. Sed quantum de obitus die in dubio verlamur, tantum & magis etiam constat, viri memoriam, apud Judaicam, & apud Christianam in benedictionem esse.

Exemplar hujus operis Hebraicum intercidit, cujus locum tenet Versio Græca vetustissima, ex Hebræo sine controversia adornata, uti ex frequentibus Hebraismis intelligimus. Judæi, quibus sanctum est Libros omnes non Hebraice scriptos e Canone Scripturarum expungere, opus Baruch excludunt. Gravius aliquanto in illud locutus S. Hieronymus, suspicionem facit, num Operis authoritatem satis agnoverit (1). Nihil de illo apertiùs in vetustis Catalogis Sacrarum Scripturarum apud Patres & Concilia. Excidit e numero Sacrorum Librorum apud Protestantes, sicut & Catholicos nonnullos (*). Ad epistolam Jeremiæ in sexto Baruchi capite quod attinet, veluti spuria notari a S. Hieronymo videtur; omisit Theodoretus in suo Commentario, ac tandem in variis Græcis Exemplaribus desideratur.

Sed ad illam vitiosam adludit non obscure Author secundi Machabæorum (2) 2 & ilatim post Lamentationes Jeremiæ exhibent plura Exemplaria, cum interim in aliis eumdem teneat ac in nostris Biblij locum. Nihil sane ætati, moribus Jeremiæ, ac tandem reliquis temporum circumstantiis absonum. Idem & de reliquo opere censendum est, cujus si forte apertior in sacris Catalogis mentio desideretur, ejus rei in causa fuisse oportet, quod sub una eodemque Jeremiæ nomine utrumque opus comprehenderetur. Nec facile satis luculenter inter hæc duo distinctum fuisset in Concilijs Florentino (3) & Tridentino sess. 4. nisi sientium illud ad pravas quasdam consecutiones deduci posse ab Hæreticis Patres animadvertissent. Sub expresso Baruchi nomine Opus non semel Patres laudarunt (4), frequentius tamen sub Jeremiæ: & hodie usque ut Ecclesia aliquid legitur Baruchi Jeremiæ nomine (5).

Nomine Baruchi inscripta prolixa satis epist. apud Syros extat; in qua ita de Angelis sermo, ut Christianum Authorem prodat. Monachum quemdam Syrum suspicatur D. Huetius, olim Episcopus Abrincensis. Alia est prorsus epistola, ac ea quæ recitatur in Græco & Latino nostrorum Bibliorum.

Numquam Baruchi Opus Hebraice scriptum defendit Grotius Prælat. in Baruch; quare digestum credit a Judæo quodam, ut is in Græca lingua exerceret. Porro Author Operis, ait Grotius, narrat, Baruchum anno quinto transmigrationis Jechoniæ Babylonem missum fuisse; quod recentiori aliquis animadvertens, tanquæ Baruchum nunquam ex ipsa veniſſe Babylonem ante postremam captivitatem sub Sedecia, quædam in Textum adjecit, nulla ceteris connexione coherentia. Addit autem Grotius, post ea tempora Christianos Amanuenses e suo quædam pariter addidisse.

Debuit plane Grotius singularis opinionis suæ conjecturas proferre. Sed illè rem tantum asseruisse contentus est, affirmans versum 2. cap. 1. ubi de Jerusalem incendio abiumpta sermo, additamentum esse secundi illius Asthosis, seu potius ejus, qui epistolam recentiùs; non enim, ait, nisi sub Sedecia Urbis illa incendio vastata est. Observat pariter ver. 38. cap. 3. ubi post datam Jacob Legem a Deo, factum legimus ut Deus ipse, *Post hæc in terris visus sit, & cum hominibus conversatus sit*: observat, inquam, verba illa Christianum Authorem exprimere. Asserit tandem, epistolæ Authorem multa e Daniele in Oratione, quam recitat capp. 1. & 2. decerpsisse.

Hucc Grotii objectionibus reponere in Commentario conati sumus. Quod oratio Baruchi simile quid cum altera Danielis præferat, alteram ab altera derivari non probat; communes erant enim orandi formulæ apud Judæos. Incendium Jerosolymæ sub Jechonia ipsemet fuit tantum. Illius vastationis, quæ deinde sub Sedecia Urbem totam abiumpsit. Quem tandem a Christiano quodam adjectum locum Grotius autumavit, parallelum esse credimus alteri sententiæ in Proverb. 8. 30. 31. & Ecclesiastico 24. 13. 14. ubi legimus, Sapientiam, sedem suam in Israele fixisse, quippe quæ suas habeat delicias inter filios hominum; ac tandem respondet alteri Sap. 9. 10. 11. ubi Salomon mitti sibi a Deo postulat Sapientiam, opem & consilium præstituram. Quis omnia simul hæc loca suppositionis arguat?

(1) *Hieronym. Præfat. in expoſit. Jerem. Libellum Baruch, qui usque Editioni Septuaginta copulatur, nec habetur apud Hebræos, & Syrus dagraphiam Epistolam Jeremiæ nequaquam censui differendam. Idem Præfat. in versione Jerem. Librum autem Baruch Notarii ejus, qui apud Hebræos nec habetur, nec legitur, prætermisimus.*

(*) *Dejudo lib. 11. de scriptor. & dogm. Eccles. cap. ultimo Lyran. Dionys. Carth.* (2) 2. *Machab.* 2. 2. *Invenitur in descriptionibus Jeremiæ Prophetæ: Et dedit illis legem, ne obliviscerentur præceptа Domini, & non exerrarent mentibus, videntes simulacra aurea & argentea &c.* (3) *In Decreto de Script. Sacr.*

(4) *Iren. lib. 5. capite 35. contra hæres. Cyprian. lib. 2. contra Judæos & Sermo. de orat. Dominica. Clemens Alexandr. lib. 1. Pædag. cap. 10. & lib. 2. cap. 3. Euseb. lib. 6. Demonstrat. cap. 19. & lib. 10. cap. 3. Ambros. lib. 1. de Fide cap. 2. Idem in Psal. 118. ſerm. 18. Jul. Firmic. ad finem. Aug. lib. 18. de Civit. capite 33. Chrysost. ſerm. de Trinit. & demonstrat. adverſ. Gentil. quod Christus sit modo. Basil. libro 4. adverſ. Eunom. Epiph. hæres. 3. adverſ. Ebionæos. Hildefons. lib. de Virgine Maria cap. 6. Vide Maldon. in hunc Librum, & Bellarmin. lib. cap. 8. de Verbo Dei.* (5) *In Officio Sabbathi Pentecostes Proph. 6.*

IN EZECHIELEM PROLEGOMENON.

EZechiel, filius Buzi, e Sacerdotali genere (1) Sarera, oriundus (2), una cum Jechonia Rege Juda captivus translatus eſt Babylonem. Quo tempore ſolum vertere coactus eſt, propheticæ munus nondum inierat: miſſum enim a Nabuchodonoſore in Meſopotamiam primo Dei Spiritus affluit, quo tempore annum agebat ætatis 30. [3], ſeu potius poſt trigeſimum annum ab Imeo cum Deo fœdere Judæorum ſub Joſia [4]. Quinque jam annos egerat in captivitate, ſuſceptumque munus integra 20. annorum periodo abſolvit, nempe ab A. M. 3409. uſque ad 3430. decimoquarto ab everſione Jeroſolymæ [5]. Totus eſt in ſolandis fratribus ſuis una captivis, quos de præſentia præcoci crudelitate, ut ipſi quidem rebantur, ſuaſionibus Jeremiæ, ut ſe citius dederent Chaldæis, metu inſtantis everſionis Jeruſalem, animi agritudo, & mœror oppreſſerat. Cum enim nihil proſpicerent quod fidem oraculis Prophetæ conciliaturum videretur, Ezechiel confirmandis in fide animis, noviſque oraculis veteribus, quæ jam fuderat Jeremias, & nunc etiam edebat in Judæa, confirmandis a Deo ſuſcitatus eſt. Autumat Sanctus Hieronymus in Ezechiſem 12. utriuſque hujus Prophetæ Ezechielis & Jeremiæ Oracula viciſſim tranſmiſſa, hujus videlicet Jeroſolymam, illius vero in Chaldæam, quo eorum conſenſu fides Judæorum ſimul & religio magis ſque confirmaretur.

Cum vehementius pro extirpanda idololatria inſtaret, neci traditus fuit a Principibus Populi [6]; corpus ſepulturæ traditum ferunt in eodem ſpecu ad Euphratem, in quo olim conditi Semus & Arphaxad. Monſtrant hodie uſque ejus ſepulchrum ad Euphratem in loco 15. leucis a Bigdad; quod retro litum ſit poſt Synagogam Judæorum inter Euphratem & Chaboram ornatumque ſuiti operis fornice a Jechonia Rege, e carcere, Evilmerodachi Regis Chaldææ beneficio, eductis Benjamin Tudelenſis aſſerunt. Summa olim religione & frequentia locus colebatur, neque enim tantum confluebant Principes captivitatis, qui annuum obſequium, non ſine ingenti ſatellitii pompa, vitro ſancto exhibuturi venirebant; ſed etiam ejuſdem religionis æmulatio Perſas, Medos, cæterosque populos tenuit. Accedebat lampas, perpetuo lumine Judæorum ſumptibus ardens. Autographum ejuſdem Prophetæ ſervare ſe in Bibliotheca, in loco ſupra tumulum munito, jactitabant Hebræi, quem Librum ſingulis annis ſtata die Expiationis ſolemnis coram frequenti populo lectitabant. Sed Hebræis hæc aſſerentibus quis credat?

Quæ Ezechielis nomine inſcripta ſunt Opera, hæc ſine controverſia Prophetæ genuina, nihil ad veritatem, & authoritatem reliquum faciunt. Anvero omnia ejus viri ſcripta ſuperſint, in medio res eſt. Joſephus [7] duos ab illis ſcriptos de captivitate Libros memorat. Superſunt quidem plura ejus Prophetæ capita de hoc argumento; ſed univerſum ejus Opus in duos Libros diſtributum fuiſſe, ne veſtigium quidem uſſum deprehendimus.

Narrat alibi idem Joſephus (8), Ezechielem, & Templi everſionem, & numquam viſurum Babylonem Sedeciam vaticinatum, ſuum hoc oraculum Jeroſolymam miſiſſe. Hujus rei nullum ſupereſt veſtigium in Scriptis Ezechielis. Ita patiter Epiſtolam ad Regem Juda ejus argumenti ab eo datam interiiſſe creditmus. Pſeudo-Athanaſius in Synopſi autumat, gemina illa volumina, a Prophetæ ſcripta, penitus interiiſſe. Et recentior alius Author temeritate ſua & opinionum inſolentia notus (9) demonſtrandum ſuſcepit, ſcripta illa Ezechielis nomine ad nos tranſmiſſa, fragmentum eſſe alterius ampliſſimi Operis; cujus rei argumentum ducit ab exordio primi capitis, ita plane concepto: *Et factum eſt in trigeſimo anno*: neque enim conjunctio *Et* exordium eſt Libri, ſed potius partium connexio: ſicut nunquam factum ſcimus, ut in primo Operis veſtibulo certus quidam annus deſignetur, ne indicata quidem epocha, unde ſuppuratio illa ducatur. Obſervat inſuper in eam rem illud capitis 1. 3. *Factum eſt verbum Domini* (nempe factum frequentius) *ad Ezechielem Filium Buzi*.

Nihil plane mozamur fieri potuiſſe, ut Ezechiel plus aliquid ſcripſerit, quam noſtra ætate ſuperſit; ſed nihil pariter huic Scriptoris opinioni deferendum temere cenſemus. 1. Potuit opus Ezechielis in duas partes Joſephi ætate diſtribui, quarum prima 39. priora capita contineret; ſecunda 9. poſtrema, quibus de reſtitutione Urbis, & Templi agitur, Author vero Synopſis authoritate Joſephi præpoſtere acceptâ fretus, autumavit ſcriptum ab Ezechiele alterum, quam quod ſupereſſet, opus, quod deinde interciſiſſe ſibi perſuaſit. 2. Ezechiel everſionis Jeruſalem, & Templi vaticinium (10) in Judæam tranſmiſiſſe facile potuit; neque tamen Joſephus unquam teſtatus eſt, miſſum a Propheta Jeroſolymam integrum opus, in quo numquam viſurus Babylonem Sedecias legeretur. Facile enim ſeu viva tantum voce dedit hoc de Sedecia oraculum, vel epiſtolæ privatæ commiſit, nunquam in canone oraculorum ipſius cooptatæ; 3. Si conjunctio in fronte libri occurrens de integritate operis deteriſſe aliquid certo quodam argumento demonſtret, eadem ſtatim ſententia ferenda eſſet de Libris Joſuæ, Judicum, Jonæ, primo Macchabæorum, aliisque nonnullis, ſtatimque amplioris operis veluti fragmenta quædam habere illos oporteret, quod ſane temeritatis eſſet non ferendæ. 4. Trigeſimus annus in fronte operis inſcriptus, quo potiſſimum referendus ſit, prorſus quidem nos latet; ætate vero quidem Prophetæ res erat explorati ſſima. An ideo invidia in Librum creatur, quod aliqua contineat nobis prorſus ignota? Idem prorſus negotium poſtertati fiet in noſtris Epochis evolvendis, quod nobis in veterum chronologia nos tenet ſolicitos. 5. Dominum ſæpe alias Ezechieli locutum, humquam legimus in Textu; quin potius verba illa: *Factum eſt verbum Domini ad Ezechielem*, hoc primitus verbum Prophetæ factuni demonſtrant.

Tradunt Judæi, Ezechielem familiito Jeremiæ adſtrictum fuiſſe, & duo antèpo hæſiſſe Sanhedrin, num ejus Librum in canonem Scripturarum reciperent. Invium enim habebant Prophetam, quod obſcuritatem præ cæteris affectare, & Moyſi contraria plurima tradere videretur. Porro exordium, & finis ejuſdem Prophetæ ea obſcuritatis caligine obvoluntur, ut veteribus ſimul, recentioribuſq; Interpretibus erucem figat. Ejus lectio anteſtrigeſimum ætatis annum Synagogæ decreto interdicebatur (11). Hæc Pro-

---

(1) Exech. 1. 3. (2) *Pſeudo-Epiphan. vita Prophetar.* (3) Exech. 1. 1. *Et factum eſt in trigeſimo anno. Plurique apud Hieron. in Exech. cap. 1. verſ. 1. &c.* (4) *Hieron. ib. Euſeb. Theodoret. Var. Grot. alii plures. Vide* 4. Reg. 22. 15. (5) Exech 40. 1. (6) *Vide Vit. Proph. apud Epiph. & Benjam. Tudel. Itiner. Se Am. Martyrol.*

(7) *Antiquit. lib.* 10. *cap.* 5. (8) *Ibid. lib.* 10. *cap.* 10. (9) *Auctor. Tract. Theologice politici.* (10) *Ezechiel.* 17. (11) *Hieron. in proœmio Exech. & Comm. in cap.* 1. *In cujus interpretationes omnes ſynagogæ Judaorum muta ſunt, ultra hominum eſſe dicentium & de hac re, & de ædificatione templi aliquid velle conari.*

Prophetæ 18. 2. 20. sententia : *Filius non portabit iniquitatem Patris sui*, repugnare videtur Moysis illi Exod. 34. 7. *Qui reddes iniquitatem Patrum Filiis, & nepotibus in tertiam, & quartam generationem* (*). Quædam innovasse Propheta videtur in præscribendis sacrificiis, post regressum a captivitate offerendis, ut in Commentario animadvertemus. Levius etiam discrimen apparet in dimensionibus Templi Ezechielis, & Salomonis, uti cum de Altari Holocaustorum, & amplitudine conclavium ad latera Templi agitur.

Nonne vero unus Deus, qui olim per Moysen, Idem etiam per Ezechielem loquutus est? An autem Deo lex ulla præscribi posset, ne immutare quidquam, abrogare, & supprimere de legibus cæremonialibus audeat? Si docuisse aliquid superstitiosum, & erroneum Ezechiel argueretur; si authoritate tua licentiam, idololatriam, scelere promoveret, his sane documentis apocryphum librum credere juberemur. Nunc vero contraria omnia; quid enim reliqui esse potuit ad sanctimoniam, quam morum regulæ ab illo præscriptæ, quis illo fortius in crimina invehitur, quis apertiora vaticinia pronunciat de eversione Jerusalem, captivitate Babylonica, ejusque liberatione, restitutione Templi, adventu Messiæ, constitutione Ecclesiæ, & vocatione Gentilium ad fidem?

Omnium consensu, & jure quidem merito omnium Prophetarum eruditissimus habetur, ut juxta Pradi sententiam nihil magis imperviam Prophetarum texturam tam longo temporis spatio reliquerit, quam rerum mathematicarum & architecturæ tot sæculorum ignorantia. Grotius hanc de illo sententiam pronunciat præf. in Comm. in Ezech. *Valuit eruditione, & ingenio, ita ut (sepositio prophetiæ dono, quod incomparabile est) non immerito Homero cum compares ob pulchras ennejas, comparationes illustres, magnam rerum multarum, præsertim architecturæ, cognitionem.* Potuit meo quidem judicio de illo usurpari, quod de Alexo Quintilianus: *Alexus in parte operis aureo plectre merito donatur, qua tyrannus insectatur. Multum etiam meribus confert, in eleguendo quoque brevis, & magnificus, & diligens, plurimumque Homero similis.*

Juvat admirari, quanta spiritus præsentia Reges Tyri, & Ægypti Prophetæ alloquatur; quanta eloquentiæ vi percellat Principem Juda, totumque demum Israelis populum, sive Idololatriæ, sive effrænis licentiæ reum. Similitudinibus, metaphoris, & figuris præ ceteris Prophetis frequentior est; facile quod in Chaldæa agenti familarissimo ejus genti stilo utendum videretur [1]. Hæc de ejus stilo Sanctus Hieron. Præf. in Ezech. *Sermo ejus nec satis disertus, nec admodum rusticus, ex utroque medio temperatus.* Alii hos viro characteres affingant [2]. *Gravitati & vis huic propria.*

Sunt qui autumaverint, apud S. Clementem Alexandrinum Strom. lib. 1. Nazaræum Assyrium Pythagoræ præceptorem, cum Ezechiele consentientem. Pythagoras Chaldæam percurrebat, viros doctissimos ejus regionis invisurus; quare conveniisse Ezechielem, eumque Præceptorem audisse, insigni sapientiæ fama clarum, par fuit. Ita persuasum tenent quicumque eœvum Ezechielis Pythagoram aut tumant; nec alibi didicisse credunt Philosophum illum ea, quæ de Mosaicis Legibus [3] norat, ac potissimum illud de *Tetrachy* 4, sive quaternario; nempe, ut ipsi quidem autumant, de nomine *Jehova*, quatuor Hebraeis literis constanti.

Verum S. Clementi Alexandr. alii sedet sententia, numquam fcilicet Pythagoram Ezechielem vidisse censens. Etenim si non prius Babylonem venit Pythagoras quam post confectam Cambysis in Ægyptum expeditionem, ut ex Jamblico in ejus vita constat; si pariter Pythagoras eodem tempore in Italia versabatur, quo Brutus Patriam a Tyrannide Tarquinii relevavit, ut Cicero Tuscul. QQ. lib. 4. author est; vel si post quatuor a Numa generationes eo se contulit, ut Dionysius Halicarnassæus libro 2. testatur; frustra plane Philosophus hic Prophetam nostrum audisse assereretur. Namque anno a capta Jerosolyma 14. Ezechiel vigesimum numeris sui annum agebat; & Cambysis non nisi 50. annis post hunc annum 14. Ægyptum jure armorum subegit [5].

Legimus in vitis Prophetarum Pseudo-Dorotheï, & Epiphanii, plurimis clarusse Virum hunc in Chaldæa prodigiis; Tribus Dan, & Gad in Babylonia judicasse; simulque in illos Idololatriæ crimine reos, immissis perdendis eorum filiis, & gregibus anguibus, animadvertisse; ac tandem in regione Spyrorum, sive facile Sapirorum sepulturæ mandatum. Verum tota eorum historia adeo male sibi constat, ut nihil gravius quam par sit, de illis censeamus, si totam fabellis & traditionibus popularibus infectam arbitremur.

DISSERTATIO

An decem Tribus e captivitate reduces Regionem Israeliticam repetierint?

FAtis functo Salomone, decem Tribus excussio domus David jugo, simulque avita religione deserta, in crimen prolapsæ sunt; quamquam non ita multo post ipsæ vicissim a Domino derelictæ, manibus adversariorum permitterentur. Presti namque Reges Israel a Damascenis, opem Assyriorum Regum implorare coacti sunt. Ita vero illos defensores habuerunt, ut simul etiam tyrannos & oppressores nacti, tandem suis exspoliati omnibus, patriisque sedibus orbati in Transeuphratæam transmigrarent. Primus horum malorum turbo excussus est in Tribum Ruben, Gad, & dimidiam Manasse, quæ simul omnes trans amnem morabantur, & Tribum Nephtali in superiori Galilæa, quas omnes ultor Teglathphalassaris (6) gladius perstit; dein in reliquas totumque Samariæ Regnum Salmanassar non dissimili supplicio animadvertit (7).

Post narratam hanc decem Tribuum calamitatem, Scriptura tota in Regni & Tribus Juda narrandis rebus occupata, utpote quod ex illis Messias expectaretur, nihil de rebus decem Tribuum curavit amplius. Frustra vero nos earum vestigia conquisivimus per universas Orientis Provincias, eas maxime quo translatas illas e lectione Libri Regum suspicabamur. Ubique occurrerunt quidem Israelitæ, nec tamen unquam invenisse contigit, quod maxime optabamus; nempe decem Tribus inter se distinctas, & distinctum Reipublicæ corpus constituentes. Re-

(*) *Vide etiam Exech. 46. 4. coll. cum Num. 28. 9. & Exech. 46. 6. cum 28. 11.* (1) *Vide Basnage Histor. Jud. cap. 16. art. 2.* (2) *Plury nec. Mss. in Ezech.* (3) *Vide Hermipp. apud Josephum lib. contra Appion. & Aristob. Jud. apud Clem. Alexandr. lib. 1. Strom. & Euseb. libre 13. Præparat. Huet. de Demonstr. Evang.* (4) *Selden-Syntag. de Diis Syr. Godofrid. Vedelin. lib. de Pytagora Tetrachy.* (5) *Vide Usser. ad Annum Mundi 3480.* (6) 4. *Regum* 15. 29. (7) 4. *Regum* 22. 6. & 18. 10. 11.

fiat, ut frustra alio conquisitæ, in sua tandem ipsæ regione quærantur, quod facile nobis felix fausturnque eveniet.

Præjudicatæ quidem opiniones vehementer nostris conatibus opponuntur. Id in adversam plane sententiam inclinasse Patres, & Interpretes fere omnes ultro fatemur. Restitutas jure postliminii fuis sedibus decem Tribus nullibi legimus expressum. Quo demum Authore, quo Duce, quo tempore, qua occasione redierunt? Jussus a Deo Oiee 1. 6. natum sibi filium, *absque misericordia* appellavit; quo nominis oraculo de futuris sibi eventibus Domo Ephraim instrueretur? *Non addam ultra misereri Domi Israel, sed oblivione obliviscar eorum.*

Josephus, qui gentis suæ res florentissimas, quantum alias unquam post captivitatem, spectavit (1), testatur, decem Tribus regionem exilii sui tenentes adeo in Transeuphratæis crevisse, ut in immensum pene auctæ essent. Sanctus Hieronymus in Oiee 1. 6. diserte testatur: *Decem Tribus usque hodie Persarum Regibus serviunt, & innumeram est eorum soluta captivitas* (2). Adstipulantur nostrorum Interpretum plerique (3).

His tamen omnibus opponimus loca Prophetarum, a quibus de reditu decem Tribuum apertum testimonium pronunciatum est. Idem Oiees, qui cap. 1. nullam expectandam veniam Domui Ephraim edixit, idem, inquam, vers. 10. pollicetur: *Et erit numerus Filiorum Israel quasi arena maris, quæ sine mensura est, & non numerabitur. Et erit in loco, ubi dicetur eis: Non populus meus vos; dicetur eis: Filii Dei viventis.* Et cap. 11. 10. 11. Deus furoris sui gladium in Domum Ephraim se minime exertrurum dicens, addit: *Et avolabunt quasi avis ex Ægypto, & quasi columba de terra Assyriorum; & collocabo eos in domibus suis.* Lege etiam de reditu e captivitate cap. 13. 14. 15. & 14. 2. 3. &c. ejusdem Prophetæ. Amos 9. 14. *Et convertam captivitatem populi mei Israel, & ædificabunt civitates desertas & inhabitabunt* ..... *& plantabo eos super humum suam, & non evellam eos ultra de terra sua, dicit Dominus Deus tuus.* Abdias versu 18. 20. *Et erit domus Jacob ignis, & domus Joseph flamma, & domus Esau stipula, & succendetur in eis, & devorabunt eos* ..... *& transmigratio exercitus hujus filiorum Israel possidebit omnia loca Chananæorum usque ad Sarepham.*

Isaias tit. 13. florentes Israelitarum res post captivitatem prosecutus, ait: *Dominus levabit signum in nationes, & congregabit profugos Israel a quatuor plagis terræ, & auferetur zelus Ephraim, & hostes Judæ peribunt: Ephraim non æmulabitur Judam, & Judas non pugnabit contra Ephraim* : i. e. in unum Reipublicæ corpus Israel universus colligetur.

Eadem insinuat Dominus, mandans Ezechieli super gemina ligna scribere, in altero quidem: *Judæ & Filiorum Israel & Sotiorum ejus*; in altero: *Joseph & cunctæ domui Israel sociorum ejus*; ita vero inscripta jungere præcepit, addens: *Faciam eas in lignum unum, & erunt unum in manu Domini* (4). Addit Prophetia cap. 16. 55. *Samaria & filiæ eius revertentur ad antiquitatem suam, & tu* (Juda), *& filiæ tuæ revertemini ad antiquitatem vestram.* Denunciat pariter, post deletum Gog solvendam captivitatem Jacob: Et *miserebor*, addit, *omnis domus Israel.* Tandem cap. 48. ut dissertius reditum decem Tribuum exprimat, novis partitionibus Chanaanitidem distribuens, singulis duodecim Tribubus, quemadmodum olim a Josue factum, singulas portiones assignat.

Sed hæc obscuriora sunt præ Isaia, qui nempe de tempore agens post sublatum extremum adversarium populi sui, nempe Cambysem: *Et erit*, ait, *in die illa, clangetur tuba magna, & venient qui perditi fuerant de terra Assyriorum, & qui ejecti erant in terra Ægypti, & adorabunt Dominum in monte Sanctoejus Jerusalem* (5).

Gemina legas apud Jeremiam 31. 7. &c. *Exultate in lætitia Jacob, & hinnite contra caput gentium, personate & canite, & dicite: Salva, Domine, populum tuum, reliquias Israel. Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos ab extremis terræ* ..... *Adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea, quia factus sum Israeli pater, & Ephraim primogenitus meus est.* Et capite 3. 18. *Bis domus Juda ad domum Israel, & venient simul de terra Aquilonis ad terram, quam dedi patribus vestris.* Horum omnium oraculorum fides expleta est, cum Esdras (6), impetrata a Rege Artaxerxe facultate regrediendi in Judæam, omnes Judæorum & Israelitarum simul & Sacerdotum reliquias collegit, ne incolis quidem montis Caipii neglectis.

Idem Jeremias capite 16. 14. *Dies veniunt*, ait, *& non dicetur ultra: Vivit Dominus, qui eduxit Filios Israel de terra Ægypti; sed, Vivit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aquilonis, & de universis terris, ad quas ejeci eos.* Et cap. 30. 2. *Dies veniunt, dicit Dominus, & auditum faciam super Rabbath filiorum Ammon fremitum prælii, & erit in tumultum dissipata, & possidebit Israel possessores suos.* Tandem capite 50. 4. 19. 20. *Venient*, ait, *Filii Israel, ipsi & filii Juda simul ambulantes & flentes properabunt, & Dominum Deum suum quærent* ..... *Et reducam Israel ad habitaculum suum, & pascetur Carmelum & Basan, & in monte Ephraim & Galaad saturabitur anima ejus. In diebus illis quæretur iniquitas Israel, & non erit: & peccatum Juda, & non invenietur, quoniam propitius ero eis, quos reliquero.*

Zacharias 9. 13. magnificis verbis redeuntes Judam & Ephraim atque restitutam urbem Metropolim prosequitur. *Quoniam extendi mihi Judam, quasi arcum, & implevi Ephraim.* Et 10. 6. 10. *Et confortabo Domum Juda, & domum Joseph salvabo, & convertam eos, quia miserebor eorum; & erunt sicut fuerunt, quando non projeceram eos* ..... *Congregabo illos, quia redemi eos, & multiplicabo eos, sicut ante fuerant multiplicati.*

Tobias vir, si quis alius, Propheta a Deo in captivitate excitatus, futurum pronunciat: *Quoniam omnes benedicentur & congregabuntur ad Dominum* 7. Et cap. 14. 6. *Non excidit verbum Domini: & fratres nostri, qui dispersi sunt a terra Israel, revertentur ad eam.* Azarias filius Oded Propheta Domini, ita Asam Regem Israel ejusque exercitum omnem affatur 2. 8: *Transfluunt multi dist in Israel absque Deo vero, & Sacerdote doctore, & absque Lege. Cumque reverti fuerint in angustia sua ad Dominum Deum Israel, & quæsierint eum, reperient eum.*

Michæas 2. 12. post prænunciatam decem Tribuum captivitatem, solvendam tandem illam his verbis annunciat: *Congregatione congregabo Jacob totum te: in unum conducam reliquias Israel; pariter ponam illum quasi gregem in ovili, quasi pecus in medio caularum. Tumultuabuntur a multitudine hominum. Ascendet enim pandens iter ante eos: divident & transibunt portam, & ingredientur per eam, & transibit Rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum.*

Vix aliud in Veteri Testamento vaticinium dissertius expressum teneretur, si unum excipias Messiæ adventum Regnumque, quam quod de solvenda decem Tribuum captivitate prolatum est. Nobis vero apertius aliquid demonstrandum suppetit, nempe impleta horum vaticiniorum ad literam fides. Possent enim alioqui obtendi vaticinia a conditionum eventu pendentia, quibus, ne implerentur, obstiterint Israelitarum crimina, divinis promissionibus aggerem sese opponentia. Quare non nisi probatioribus Israe-

li-

(1) *Antiquit. lib. 10. cap. 15.* (2) *Vide etiam in Ezechiel 27. pag. 962. nov. Edit.* (3) *Vide Sanct. in Oſ. Vat. alios.* (4) *Ezechiel. 37. 16 19.* (5) *Isai. 27. 12. & 13.* (6) *1. Esdræ 7. 28. Et confortatus manu Domini Dei mei, & ego congregavi de Israel Principes, qui ascenderunt mecum. Et ibid. vers. 7. Et ascenderunt de filiis Israel, & de filiis Sacerdotum, & de filiis Levitarum &c. Et cap. 8. 17. Et misi ad Eddo, qui est primus in Chasphie loco, ut adduceret nobis ministros domui Dei nostri &c.* (7) *Tob. 13. 12. 17.* (8) *2. Paral. 15. 1. 2. 3. 4.*

litis contigerit, ut promiſſæ ſibi libertatis compotes fierent. Poſſet tandem Oraculorum fides tum demum implenda ſperari, quando in exitu ſæculorum una ex omnibus gentibus Eccleſia cogetur, reductoque tandem ſiparo veritas in ſcenam prodibit. Nos quidem hæc ultro damus, futurum agnoſcentes, ut tandem Iſraelitæ *noverint in quem transfixerunt*; ſed huic univerſi Iſraelis conſenſioni tamquam figuram aliquam præceſſiſſe regreſſum decem Tribuum e captivitate ante Chriſti adventum, demonſtrandum in præſentia ſuſcipimus.

Nec agendum hic ducimus de Iſraelitis illis, qui poſt ſchiſma Jeroboami, ejus partibus deſertis ad Roboamum Regem Juda gemmaique Tribus avitæ religioni fideles deſciverunt [1]. Convenit enim inter omnes, illos cum geminis Tribubus in unum corpus coaluiſſe, earumque fortunas ſecutos, unam cum illis captivitatem, ac deinde liberationem per Cyrum habuiſſe. Scirum eſt etiam, poſt Regnum Samariæ everſum, plures ex Iſraelitis in partes Reguu Juda tranſiſſe [2]; ſi qui vero reliqui in avitis ſedibus permanſerunt, illos in jus appellationemque Cuthæorum tranſiſſe, ceterarumque gentium, quæ ex Transeuphratæis in Paleſtinam transmigrarunt [3].

Aſſerendum eſt igitur nobis in præſentia, omnia hæc minora fuiſſe, quam ut vim Propheticorum Oraculorum explerent; ſi quando enim concederemus, modicam Ephraimitarum, Manaſſis, Aſer, ceterarumque Tribuum portionem in Judæ nomen appellationemque translatos, eadem cum illis libertate fuiſſe donatos: plurimum tamen deeſſe crederetur ad explendam prorſus ad litteram oraculorum fidem, quorum eventus proinde in ipſo ſæculorum exitu Judæis omnibus ad fidem & Religionem converſis expectaretur. Nos ergo plus aliquid evincendum ſuſcipimus; contendimus enim ſaniorem duodecim Tribuum partem avitas ſedes ſoluta captivitate Babylonica repetiiſſe.

Luculenta ſane in eam rem argumenta exhibent Libri Eſdræ & Macchabæorum, quæ unica ſunt canonica monumenta de rebus poſt captivitatem Babylonicam conſulenda. Legimus 1. Paral. 9. 3. 4. cenſum Ephraimitarum, & Manaſſis, una cum Juda & Beniamin Jeroſolymam migrantium. In Eſdra regreſſorum una cum Zorobabele, in quo nonina etiam captivorum ex Elam [4], & Megbi [5], urbibus ſive provinciis Perſarum, recenſentur. Porro regio Elam neminem latet, nec minus in hiſtoria Perſica notum Megabyzi nomen. Mentio pariter ibidem occurrit captivorum e Thelmela [6] & Thelharſa reducum, quæ nos loca proxima Cappadociæ credimus; mento eductorum ex Aden & Emer, nempe, uti facile credimus, e provincia Eden, & Armenia. Eſdras per Legatos ſuos invitavit diſperſos in moribus Caſpiis (7). Omnia plane hæc loca non Tribubus Juda & Benjamin, ſed decem Tribubus pervia fuiſſe inde conſtat, quod decem Tribus in ea regione exilium ſubierint, quemadmodum e collatis ſimul Eſdra & 4. Reg. 17. 6. intelligimus.

Mentio etiam induciturIſraelitarum, qui ante transmigrationem ſedem habuerant in Nebo & Pahat Moab urbibus Transjordanicis [8]; & eum cenſus inſtitueretur redeuntium è captivitate, non omnes quidem ut genealogiam ſuam ſive e Juda, ſive e Benjmin probarent, expoſcebantur, ſed ea res tantum a ſingulis petita, ut probarent: *Utrum ex Iſrael eſſent* [9]. Tandem cenſum illum claudit Eſdras 1. Eſdr. 2. 70. his verbis: *Univerſusque Iſrael in urbibus ſuis habitavit*. In primo vero Paſchate poſt captivitatem, in gratiam filiorum Iſrael celebrato, immolati ſunt 12. hirci caprarum, ſinguli nempe pro ſingulis Tribubus [10], parique vitulorum numero, e Babylone reducæ Eſdra, litatum eſt.

Cur autem, rogo, duodecim & hirci & vituli in Sacrificium oblati, ſi decem adhuc Tribus in Transeuphratæa detinebantur? Levitæ ſub Nehemia confeſſi ſunt crimina decem Tribuum, 2. Eſdræ 11. 29. Sub Macchabæis tota regio a Judæis & Iſraelitis tenebatur, nempe Galilæa univerſa, Phœnicia, Judæa, & montes Galaaditidis [11] quos ab hoſtibus oppreſſos Judas Macchabæus, ejusque frater prompta ope relevarunt. In celeberrima illa Verſione Septuaginta adornanda ſelecti e ſingulis Tribubus ſex viri, in Ægyptum ad eam rem deſtinati ſunt [12]. In Evangelio Matt. 4. 15. memorantur Tribus Zabulon, & Nephthali, luce prædicationis Jeſu Chriſti illuſtratæ; & Apoſtolus cauſam ſuam defendens, invidiam ſubiiſſe ſe prodit, quod ſpem aſſuſſiſſe annunciaverit duodecim Tribubus Iſrael, cujus deſiderio noctu diuque tenerentur.

Verum quo maxime tempore decem illæ Tribus redierunt? Facta enim a Cyro redeundi in Paleſtinam copia ad unicam Judæ ſpectaſſe, pro ſingulari illa, qua Deus populum hunc ſuum dilectum proſequebatur benevolentia, creditur. Nos hanc Dei vigilem in Judam providentiam ultro agnoſcimus; ſed perſuaſum nihilominus tenemus, Cyrum eodem fere tempore, eodemque pariter beneficio ceteros a Nabuchodonoſore ductos captivos donaſſe. Ita eo permittente reſtituti ſunt, quemadmodum alibi ſuſius demonſtravimus, Moabitæ, Ammonitæ, Ægyptii, Phœnices, cæterique eodem omnes.

Quare eodem ſimul tempore, quo Tribus Juda & Benjamin ad propria remearunt, Iſraelitæ pariter e reliquis Tribubus, quamquam de illis Scriptura ſilente avitas ſedes repetierunt. In Chronico Samaritano ſub Anno 3905. legimus, Iſraelitas e captivitate rediiſſe, copia redeundi facta a Rege Sauredio, vertente anno 35. Summi Sacerdotii ab Abdelo geſti; remeaſſe vero addit 300000. numero, una cum familiis ſuis ſub Principe Ado filio Simonis. Tantum fane populum in gratiam gentis ſuæ plus nimio exaggeraſſe Author videtur; nec vades nos pro reliquæ hiſtoriæ veritate exhibemus. Sauredius autem potuit *Aſſaradonem* ſive forte Darium deſignare. At ſubleſtam Authoris fidem in medio relinquamus. Cum Tribus Juda, Levi & Benjamin non niſi per turmas & temporum intervalla avitas ſedes repeterent, plurimas adhuc ex illis ſub Dario Hyſtaſpis, Artaxerxe, & Alexandro, Regibus in Judæos propenſis, in Chaldæa manſiſſe conſtat. Ita pariter cum decem Tribubus actum credimus, ut ſenſim & per turmas in Patriam dilaberentur; quare nullum certum ejus rei tempus in hiſtoriis deſignari poterat.

Veſtigia tamen ejus rei non obſcura monſtrantur in Prophetis, & Joſepho. Iſaias poſt narratum diſerte in cap. 26. reditum Judæorum e captivitate, & Babylonis deſolationem; proxime ſequenti capite commemorat futuros poſt redirum e captivitate genris ſuæ eventus. Deſcribit infelicem perſecutoris exitum, atque exigendam a Domino ultionem pro ſanguine in Jeruſalem effuſo, atque vinea ſua everſa, diſſipataque: nimirum Deum omnem regionem inter Euphratem Nilumque perluſſurum, commiſſurumque demum, ut filii Iſrael congregentur *unus & unus*. Hæc Prophetæ vaticinia impleta eredimus ſublato Cambyſe, & Regnum ineunte Dario filio Hyſtaſpis, a quo reſtituta facultas excitandi Templi, tum & ſarciendorum mœnium Jeruſalem.

Ezechiel poſtquam fugandum Gog, ejuſque exercitum prædixit [13], tunc demum futurum prodit, ut domus Jacob e captivitate reducatur, atque ſuper mala domus Iſrael Dominus miſeratione tangatur: tunc demum Iſrael quietus in regione ſua conſidet, eductuſque e medio Gentium, & hoſtilis regionis, totum tandem criminum ſuorum probrum, pondusque ſentiet. Alibi verò [*] Divino mandato oneratus eſt Propheta, in unum latus quieſcere toto ſpatio 390. dierum, totidem annorum numero annos iniquitatis Iſrael expreſſuros. Deinde immutato quieſcendi

(1) *Vide* 2. *Par.* 11. 13. 14. 15. 16. & 15. 9. (2) 2. *Par.* 30. 5. 11. *Vide* & 34. 6. (3) 4. *Reg.* 17. 24. (4) 1. *Eſd.* 2. 7. 31. (5) *Ibid. verſ.* 30. (6) *Ibid. verſ.* 54. (7) *Eſdr.* 8. 15. 17. (8) 1. *Eſdr.* 2. 29. (9) *Ibidem* 11. 59. (10) 2. *Eſdr.* 6. 16. 17. & 8. 35. (11) *Vide* 1. *Macchab.* 5. 9. 15. *&c.* (12) *Vide Ariſtæ Hiſtor. & Joſeph. Antiquit. lib.* 12. *cap.* 2. *pag.* 389. *& ſeq.* (13) *Ezech.* 39. 25. (*) *Ezech.* 4. 5. 6.

scendi habitu ; spatio 40. dierum in dextrum latus cubare jubetur , non dissimili imagine scelera domus Judæ depingens. *Porro*, ait, *diem pro anno, diem, ingnam, pro anno dedi tibi*. Iniquitatis autem nomine hic Scripturæ phrasi ultio iniquitatis, sive juxta alios, periodus sceleris, & idololatriæ Israelitarum designatur.

Hujus 390. annorum iniquitatis Jacob, & 40. Juda periodus unde nam repetatur, ubi pariter absolvenda sit, varii varie contendunt ; una est tamen omnium sententia , eo numero designari tempus oppressionis earum gentium , & pœnæ pro criminibus iubeundæ. Prioris illius periodi exordium componit S. Hieronymus in Ezech. 4. cum prima captivitate sub Phacee Rege Israel , subeunte in Galilæam, & Galaadiridem Teglathalassare , atque veriantes in his regionibus Tribus asportante [1] ; exitum vero confignat posterius , nempe quadragesimo Darii Mnemonis anno ; *quando* scilicet (sub Esther , & Mardochæo) *omnis Populus Judæorum de mortis periculo liberatus , recepit pristinam libertatem*. Revocari etiam posse censet exordium ejus temporis ad oppressionem Israelitarum sub Manahem [2], auctore Phul Rege Assyriæ, ejusque exitum statui anno 20. Assueri , cum scilicet historia Amani , & Mardochæi , simulque procuraia ab illo Israelitarum libertas contigit . Ad iniquitatem Juda 40. annorum quod spectat , id maxime revocandum censet ad primam captivitatem Judæorum sub Jechonia , usque ad exitum captivitatis anno primo Cyri . Juxta nostram Chronologiam supputantur 43. sive 44. anni a capivitate Jechoniæ adusque obitum Balthasaris [3].

Judæi perfuasum habebant , referente S. Hieronymo , ab anno secundo Vespasiani , quo scilicet Templum eversum est , solidis 430. annis in oppressione manendum sibi esse , quemadmodum eodem temporis spatio Ægyptiacam captivitatem Patres suos toleraſſe credebant . Huic periodo conficiendæ simul jungebant summam 390. annorum Israelis , & 40. Judæ . Verum jam inde definita temporum periodus evoluta est, nihilque de priſtinis Judæorum ærumnis remissum. Eodem enim jugo servitutis , quo olim , oppressis miserrimus Populus ingemiscit .

Variant exemplaria Septuaginta in numero dierum, quo in latus sinistrum Propheta cubavit [4]. Legunt alii : *Dormies super latus tuum sinistrum centum quinquaginta dies , & numero dierum tercentum nonaginta peccabis iniquitatem Domus Israel* . Ita Editio Romana , & Theodoretus . In aliis exemplaribus aliera ex istis suppurationibus exprimitur , aliera reticetur. Conveniunt alia exemplaria cum Hebræo , & nostra Vulgata . Nequidquam autem variis hisce lectionibus obstantibus , Theodoretus ferme in fenrentiam S. Hieronymi abit ; namque periodum 150. annorum Israelis componit cum anno quinto capivitatis Jechoniæ ; exitum statuit anno Artaxerxis nono , cujus facultate auctus Nehemias ad restituenda Urbis Metropolis mœnia venit. Eadem ferme Maldonato arridenr.

Qui vero nomine iniquitatis designatum credunt tempus prævaricationis Israelis, illis non est unum certumque ejus temporis exordium. Repetunt RR. [5], ab Abimelecho filio Gedeonis , quamquam periodum interjectam censeant in Samuele , Saule , David, & Salomone , quibus rerum potientibus eliminata omnia ab Israele idola ; donec Jeroboamo ad solium evecto , una cum illo & idololatria, & periodus iniquitatis redit ; sub annum nonum Oseæ una cum everso Regno Israel desinens . Alii nomine *Israelis* [6] designatas credunt decem Tribus a Jeroboamo usque ad Oseam , sicut & reliquias Israelitarum ab eo Rege usque ad captam Jerusalem ; cum scilicet earumdem Tribuum reliquiæ in unum corpus , nomenque eum Juda , & Benjamin transiviſſent . Totum hoc temporis intervallum 390. annorum definiunt , quam etiam periodum credunt Regni iniquitatis Israel , sive illa in decem Tribubus seorsum agentibus , sive immixtis cum Juda regnaret . Posterema hæc opinio recepta maxime & communis est .

Verum negotium in ea re , nec plane minimum , faeit confusa simul , alioquin a Prophera distincta Israelis , & Judæ iniquitas . Sollicite eam rem cavit Usserius [7], quamquam alioquin ejusdem fere systematis asserior . Definit ille totam hanc periodum intra separationem decem Tribuum a reliquis , & annum 23. Nabuchodonosoris , quartum post eversam Jerusalem , cum scilicet Nabuzardanus reliquias Israelitarum , & Judæorum Babylonem transferens , regionem universam desolavit [8]. Eumdem vero annum posterum statuit periodi annorum 40. iniquitatis Juda , jam inde ab anno 18. Josiæ [9], quo rempore innovatum cum Domino fœdus [10], ductæ.

Totus propheiæ contextus in eam nos adducit opinionem , ut credamus , geminas distinctas periodus ultionis e geminis Tribubus exactæ ibidem insinuari . Pronior hic est enim sensus vocis *iniquitas* in eodem textu . Er cum Propheta de re futura , nec imminenti loquatur , potuit maxime designare captivitatem posteream decem Tribuum , cum nempe Samaria sub Oſee Rege expugnata est ; sicut & iniquitatis Judæ exordium statuisse potuit a capta Jerusalem sub Sedecia . Inde vero usque ad Regnum Darii Medi in Babylonia 40. circiter annorum est intervallum . Favit Rex ille Judæis ; quare non incongrue sub ipso statui potuit exitus expiationis solemnis iniquitatis ejusdem gentis . A capta vero Samaria sub Salmanassare Anno Mundi 3283. si quis annorum 390. periodum adjiciat, conficiet A. M. 3673. infignem victoria Alexandri in Darium , atque obtento ab ipso Asiæ universæ Imperio . Porro hunc eumdem annum terminum facile credimus conſtituendum captivitatis decem Tribuum . Vidimus in superioribus fieri potuisse , ut Cyrus manumiserit populos a Nabuchodonosore in captivitatem deductos ; nec inviti credimus , Alexandrum libertatis a se concessæ benficium non in eos tantum populos , qui intra certi cujusdam temporis limites in captivitatem addicti fuerant , contigisse , sed ad omnes patiter captives quoscumque tandem prorogasse ; vel saltem non invisos sibi Judæos illos singulari privilegio donasse.

Suffragatur noſtræ huic conjecturæ Josephus , narrans Regem illum suscepto restituendi Templi Beli Babylone consilio , milites suos omnes cum populorum ingenti turba huic operi impendisse. Soli inter omnes Judæi manum operi admovere recusarunt , veritum sibi cauiantes tum exterorum Deorum cultum , cum etiam ne aliquid in eam rem molirentur. Rex subito furore inardescens , gravissime populum habuit ; dein vero æquior factus, quietos illos reliquit , simulque veniam regrediendi in regionem suam concessit . Vix regressi , nihil habuerunt antiquius , quam ut summotis sanis arisque , aviras sedes ab omni Idololatriæ cinvione purgarent [11]. Narrat insuper idem Josephus , post captam Tyrum Alexandrum Jerosolymam venisse , ubi non levibus beneficiis Judæos profequutus est ; nec illud minimum , quod Hebræis Babylonian incolentibus , suis legibus vivendi copiam fecerit [12]. Hoc autem ab illo præstitum post eam regionem adeptam , pretium victoriæ de Dario relatæ , ne ambigimus quidem . Neque ejus libertatis favor solis Judæis depurandus est , cum æque omnes in Babylonia versantes atque in Mediam transiatos [13] spectet ; quæ sane regiones Israelitis decem Tribuum obtigerunt.

Post Alexandrum Magnum , Judæa novis in dies non Israelitarum tantum , sed & Judæorum Transeuphratæorum , ac per omnes Mundi partes dispersorum (e quibus revocatiorum se illos Dominus per Prophetarum oracula promiserat) accessionibus frequentata est . Ptolemæus Philadelphus , si Josepho

Antiq.

(x) 4. *Reg.* 15. 29. (2) 4. *Reg.* 15. 19. (3) *Vide Tabulam Chronologic. in Daniel.* (4) *Vide Orig. Polychron. Hieronym. hic , & Edit. Rom. Nobilii .* (5) *Kimchi Rab. Salomon &c.* (6) *Prado , Sanctius , Cornel. Tir.* (7) *Ab anno* 3030. *ad ann.* 3420. (8) *Jerem.* 52. 3. (9) *Ab anno* 3380. *ad an.* 3420. (10) 4. *Reg.* 23. 1. & 2. *Par.* 34. 29. (11) *Cont. Appion. lib.* 1. *pag.* 1049. (12) *Antiq. l.* 11. *c.* ult. (13) 4. *Reg.* 17. 6. & 18. 11. *Collocavit eos in Civit. Medor.*

Antiq. lib. 12. cap. 2. fides, Versione ex Hebræo in Græcum Legis Judaicæ procurata, Judæorum in Ægypto captivorum 120000. soluto a se pretio redempta, in Judæam remisit. Neque munificentissimo Principi satis fuit, ut suum illud beneficium experirentur Hebræi in novissimis tantum Regum Ægypti adversus Syros expeditionibus captis; sed omnes æque ac id usque temporis captivos liberos pronunciavit. Eam Judæorum liberationem ex Ægypto Prophetæ Zacharias & Osee [1], oraculo non obscuro (nec nisi post Macchabæos, uti Zacharias fatis diserte) prædixerant.

Quamvis autem nostra hæc opinio singulatitatis aceusari possit, multum enim a vulgari Interpretum sententia recedit; illustres nihilominus nacta est apud Patres simul & Interpretes assertores, Theodoretus [2] non uno in loco persuasum habere se prodit, non infimam decem Tribuum partem e captivitate una cum Juda & Benjamin rediisse, quamvis in unum populum cum Juda coalescentes, in eundem pariter appellationem transierint. Nec plane ab ea sententia Sanctius, Cornelius a Lapide (3), Grotius (4) abludunt, sicut & totidem verbis, nec uno in loco, assentur a Sancto Cyrillo Alexandrino in Osee l. 11. & in Prologo Zachariæ, Theodoreto, & Theophylacto in Oiee 3.

DISSERTATIO

DE GOG, & MAGOG ad Ezechielis 38.

NOmina Gog & Magog non in Veteri solum Testamento sed & in novo innotescunt; illa enim Ezechiel in suis Vaticiniis, illa habet S. Joannes Apocal. 20. 7. Sed utrobique implexa adeo, ut Interpretibus omnibus insolubile enigma videatur. Quo nodum explicandi ratio aliqua iniretur, Systemate huc usque plura exeogitata sunt; alii enim prælius Gog & Magog montes ab Antiocho Epiphane in Judæos peractiones designari opinati sunt, vel salrem quas Ecclesia Christiana a Paganis, five Imperium Romanum a Gothis ceterisque Barbaris toleravit, seu Turcarum in Asiam & Europam excursiones, seu tandem Anti-christi in Ecclesiam Tyrannidem. Nos, quamquam alioqui harum opinionum assertores ea qua par est veneratione suspiciamus, plura tamen in eorum systematibus incommoda deprehendisse profitemur, ut neque systemata illa firmioribus mixta conjecturis magis cum verbis Prophetæ conflare, videantur.

Judæi ceterique, qui eos duces sequuntur, Christiani, contendunt nomine Gog designasi Scythas ultra montem Caucasum, & Pasudem Meotidem, regionem secundum mare Caspium ad Indos usque protensam tenentes, quos tandem post 1000. annos Dæmon una cum aliis gentibus multis in Sanctos armabit (5). Quod ad primam hujus opinionis partem spectat, nihil est in quo Veteres Gog pro Scythis usurpantes non conveniant; quorum tane opinio hac usque communiori suffragio probata est. Josephus Antiquit. lib. 1. cap. 6. Theodoretus hic, S. Eucherius, Beda aliique nonnulli ad Gen. 10. 2. autumarunt, frustra alibi quam inter Scythas & Tartaros Gog quærendum. Quod vero ad Regnum 1000. annorum, & bellis Gog & Magog excipiendum, fabella creditur, Judæis tantum & priscis Millenariis non autem a vito quopiam nostræ ætatis rationis compote asserenda.

Quicumque de Anti-christo oracula Ezechielis & S. Joannis interpretati sunt (6), hoc sibi commodi præ ceteris habent, quod cum rerum eventu pugnare oracula illa argut nequaquam possunt. Quid enim in exitu Mundi futurum sit, res est in incerto futurorum prorsus deliteicens; quare ttat illis pro sententiæ suæ maxima atque unica ratione, nihil ad hoc usque tempotis contigisse, quod ideam omnem Prophetæ expleverit, expectandumque proinde, ut in exitu Mundi congrua dictis Propheticis fides respondeat.

Sed hæc levia videntur ceteris nomine Gog designatum autumantibus Antiochum Epiphanem seu Gothos, sive Turcas; illis enim impleta ad litteram Oraculorum fides sive ante, sive post Jesum Christum, sed ante Anti-christum quidem, demonstranda suscipitur. Fatentur tamen illi ealamitates Judæorum, sive Ecclesiæ, imagine quadam expressa designare mala ab Ecclesia & Fidelibus sub Anti-christo subeunda, quæ præ oculis habuisse potissimum Sanctus Joannes videtur.

Romani (7) in Ecclesiam æque & in Synagogam gladium exeruetunt, sed plane dissimili in utrisque successu. Judæi perseeutione tandem oppressi, nunquam se ab indocta olim ealamitate relevarunt; Ecclesia vero Christiana, virtute quadam superiori & Divina invalescens, erecta semper eervice non jugum tantum recusavit, sed & persecutoribus tandem suis imposuit; & quos olim habebat adversarios, filios tandem morigeros reddidit. Gothi (†) ceterique Septentrionales populi armorum suorum terrore olim & Ecclesiam & Imperium Romanum conflernatunt. Sed cum Oraculi Prophetici series universa conferenda cum illis atque eaulatis ab ipsis in variis Europæ & Asiæ regionibus malis suscipitur, arduum id facesit aggredientibus negotium, quod ad detortas plurimas interpretationes inducit.

Systema magis constans magisque ad litteram & communius probatum videtur, quod Ezechielis Oracula de Antioeho Epiphane usurpanda defendit (*). Sed quatuor nec tane parum ardua illi objicuntur: 1. Gog lethali vulnere percussum in montibus Judææ interisse (8). 2. Ad Orientalem maris plagam sepultum jacuisse (9), nec alibi quam in terra Israel (10). 3. Ejus exercitum Duce extincto fusum penitus dispersumque, versis in se armis mutuis vulneribus sese confecisse (11). 4. Denique Israelitas collectis spoliis, arma eorum pluribus fuecedentibus annis cremasse (12). Quintum aliud addendum videtur, Gog nempe non nisi consilium diteipiendæ regio-

(1) *Zacchar. 10. 10. & Osee. 11. 11. Advolabunt quasi avisex Ægypto, & quasi columba de terra Assyriorum & collocabo eos in domibus suis, dicit Dominus. Vide Osee 12. 9.* (2) *Theodoret. in Ezechiel. 4. 6. & in Jerem. 50. 3.* (3) *Sanct. & Cornel. in Jerem. 3. 18. & 31. 9. In Ezechiel. 4. 6. & in Osee 1. 11. Zachar. 8.* (4) *Grotius in Ezechiel. capite 16. 53.* (5) *Hieronym. in Ezechiel. 38. 1. Judæi & nostri Judaizantes putant, Gog gentes esse Scythicas immensas & innumerabiles, & hæ post mille annorum regnum Messiæ a Diabolo commovendas, qua veniant ad terram Israel, ut pugnent contra Sanctos; multis secum gentibus congregatis.* (6) *Vide Lyran. Burg. Maldon. Vatabl. Clar. hic, Riber. in Apocal. 20. num. 36. &c.*

(7) *Vide Euseb. Præparat. Evangel. lib. 9.* (†) *Ambros. lib. 2. De Fide. Isidor. lib. 14. capite 2. orth.*

(*) *Sanct. Pererc. Corn. Polan. Hulsius.* (8) *Ezech. 38. 21. 22. & 39. 4. 5.* (9) *Ezech. 39. 11.* (10) *Ibid. 14. 15. 16.* (11) *Ezech. 38. 21. 22.* (12) *Ezech. 39. 9. 10.*

gionis Israeliticæ cœpisse ; adjectis minis (1), nihil tamen unquam ab eo executioni mandatum.

Antiochus vero & Templum diripuit & regionem universam fœdissime habuit. Diem autem clausisse eum in Tabes urbe Persidis Transeuphratæa ageret, tam scitum est quam quod quid aliud (2). Post ejus mortem Philippus frater ejus colleganeus, cujus tutelæ & Regnum & filium tum Eupatorem Antiochus commiserat (3), copias in Syriam duxit, quo Lysiam commissi sibi muneris usurpatorem dejiceret (4). Prostratis Judæorum rebus nihil commodi Antiochi Epiphanis obitus contulit ; namque Eupator ejus filius, & Lysias Regni Administrator armis semper & tyrannide & oppressionibus graves illis institerant. Nec Epiphanis morte aliquid five ejus exercitibus incommodi accidit, five Israelitæ relatis de illo spoliis numquam triumphum egerunt.

Nec me latet, singula hæc de victoriis Judæ Machabæi ejusque fratrum variis occasionibus de Syris relatis exponi ; sed hæc contra fidem, quantum intelligo, Prophetæ, unum aliquod præsium designantis, cui Gog ipse interfuit, atque ipse vicissim totusque exercitus deletus est, absque eo quod nullus ex adverso Dux five exercitus Israeliticus duceretur ; ejus enim delendi in casu fuit prodigium id, quod cœlestis, nullo ex hominibus auxilio petito. Deus enim ingentem hunc & variis constantem gentibus exercitum in se committens, id egit, ut mutuis cædibus milites delerentur. Nihil simile in obitum Antiochi, cujus etiam Regis cadaver illatum videtur in tumulum patrum suorum Antiochiæ, sûus deducente, cadavere prius aromatibus curato, ipso Philippo Regni administratore ab Antiocho relicto, uti legimus 1. Macchab. 9. 19.

Verum non satis reputandum est, vulgaria systemata suspicionis arguisse ; cognandum insuper, ut aliud invehatur ex historiæ petitum, quod omnem simul exhibeat ideam prælii, atque dissipari exercitus Gog, quemadmodum apud Prophetam legitur. Quærendus est itaque Princeps aliquis porens, & septentrione deductus (5), a cum florentissimo exercitu & variis collecto populis, nempe e Magog, Ros, Moschech, Thubal, Persis, Cuschim, Phut, Gomer, Thogorma, Seba, Dedan, & Thasis (6) ; Princeps sui impos, atque Judæis infestissimus, ipsorum regionis diripiendæ consilio, explendæ luæ, & fœderatorum sibi populorum avaritiæ exercitum adducens (7) ; Princeps tandem Prophetarum oraculis prædictus (8), perculsus, neeique tradius in montibus Israelis (9), in orientali plaga maris mediterranei sepultus (10) ; cujus exercitus igne cœlitus dimisso exterminatur ; militis enedi notum habeant (11) in Judæa (12) sepulchrum ; quorum deinde ipsa Israelitæ ditaverint ; ossa vero collecta simulque eremata longioris temporis negotium Israelitis fuerint (13). Hæc omnia expeditionem aliquam plane in historia illustrem describunt.

Neque ejus rei vetustas adeo remota est, ut cognitionem omnes refugiat ; potuit enim ante foliam captivitatem contigisse, cum tamquam de re futura agat Ezech. 38. *In novissimo annorum venies ad terram, quæ reversa est a gladio, & congregata est de populis multis ad montes Israel, qui fuerunt deserti jugiter*. Neque recentior esse potest Machabæi historia, cum res Judæorum post eam ætatem adeo in lucem expositæ sint, ut vix ac ne vix quidem tam memorabile factum five latere five oblivione sepeliri potuisset.

Nullum igitur aliud temporis intervallum aptius huic rei deputari posse arbitror, quam ex captivitate ad usque Macchabæos spatium. Res Judæorum ejus temporis latent in obscuro, cum pauca admodum apud Authores Sacros legantur, & nulla apud Historicos prophanos ; deplorabilium genterum, Regibus Persidis subjectum negligentes : *Dum Assyrios Medosque & Persas Orientis fuit, desolatissimus pars servientium*, ait Taeitus hist. lib. 5. Porro in Cambyem ea omnia quadrant, quæ de Gog apud Prophetam memorantur.

Erat enim Princeps violentus, sævus, & si quis alius, impotentissimus ; nihil in historia illius frequentius, quam crudelitate & sævitia factum aliquod memorabile (14). Ejus impietatis, impotentiæ, & avaritiæ monumenta exscenta in Scriptis Veterum exhibentur. Nec sævus in alios, æquior fuit Princeps in Judæos, quos in libertatem per Cyrum patrem sunm allertos, facultate illis concessa ædificandi Templi Domini interdixit. Pronas ille aures dederat adversariis nominis Judaici infestissimis, qui creandæ in populum apud Regem invidiæ nihil fecerant ichqui (15). Valido exercitu comparato, Ægyptiacam expeditionem suscepit ; eas omnes gentes, quas supra deduximus, subjectas habeus, omnes pariter sub signis habuit ; credendus est & pro recepta eorum temporum consuetudine, aut genere ad alicujus Principis ditionem pertinentes, Regi expeditionem aliquam subeipienti arma conjungerent. Porro ille ex Ægypto in Judæam redux, contracto dum equum ascenderet vulnere, Ecbatanis in montibus Carmeli occubuit (16).

Temporum seriem tatis exacte sequutus Prophetæ videtur ; namque captum prius Jerusalem describit, deinde Babylonicam captivitatem, ac tandem Tyri, Ægypti, & finitimarum Judææ gentium desolationem. Excipit hæc omnia everso Imperii Chaldæorum, & soluta Judæorum captivitas (17). Cum parta ex ea re quiete Judæi fruituri viderentur (18), nondum tamen plene constituto Reipublicæ statu, nec munitionibus reparatis ; Gog copias suas turbandis eorum rebus adduxit, extrema minitatus ; nisi Dei manus prompte accurrens terribilem hostem prostravisset, perculsis in montibus Israel tyranno, ejusque exercitu deleto (19).

Post memorabile illud & insigne factum Orbem universum admiratione percellens, *Deus* perfectam libertatem fidemm se Judæis pollicetur, eodemque in regionem suam universos largis benedictionibus cumulaturum (20). Tunc maxime Deus Prophetæ oculis subjecit lehema Templi restituendi, quod tane exstatum est, postquam turbatæ Cambysis obitu res compositæ sunt (21). Darius filius Hystaspis concessa olim Judæis privilegia, rata esse jubens, nova insuper maxime ad Templum spectantia plurima adjecit (22).

Atqui Cambyses Persa erat, non Scytha, nihilque est affinitatis inter ejus & Gog ac Magog nomina. Quin nec Scythium subjectum sibi habuisse unquam videtur, in cujus expeditione Cyrum patrem ipsius obisse ex Historicis nonnulli asseruerunt (23). Scitum est etiam, Darium Hystaspis filium, qui post illum regnavit, adjicicndis editonis suæ Scythis frustra laborasse (24). Ut quid igitur Ezechiel nomine Gog Cambyem designaret ?

Sed facile hanc objectionem diluimus, Patrum & Interpretum assensu constat, nomen Gog (25) non peculiare aliquod viri alicujus hic designare ; sive id de Scythis utiurpent, sive de Antiocho Epiphane, sive de Romanis, sive de Gothis, sive de Turcis, sive

(1) *Ibid.* 38. 11. 12. 13. (2) *Polyb. lib.* 31. *in excerpt. Valsii &c.* (3) 1. *Macchab.* 6. 14. 15. (4) 2. *Macchab.* 6. 55. 56. (5) *Ezechiel.* 38. 15. *Venies de loco tuo a lateribus Aquilonis, tu & populi multi tecum.* (6) *Ibid. vers.* 2. 3. 4. 5. 6. 23. (7) *Ibid.* 9. 10. 11. 12. (8) *Ibid. vers.* 17. *Tu ille es, de quo loquutus sum in diebus antiquis, in manu servorum meorum Prophetarum.* (9) *Ibid.* 39. 2. 3. 4. (10) *Ibid. vers.* 11. (11) *Ezechiel.* 39. 11. 15. 16. (12) *Ibid. vers.* 11. 12. 13. 14. 15. (13) *Ezechiel.* 38.

(14) *Vide Herod. Diodor. & Usser. ad Ann. M.* 3479. 3480. 3481. (15) *Vide* 1. *Esd.* 4. (16) *Herod. lib.* 3. (17) *Cap.* 36. & 37. (18) *Cap.* 38. 8. 9. 11. 14. (19) *Tota cap.* 37. & 39. *usque ad vers.* 25. 26. (20) *Cap.* 39. 26. *&c.* (21) *Vide cap.* 40. & 41. & 42. *&c.* (22) 1. *Esd.* 6. 1. *& seq.* (23) *Vide Justin. lib.* 1. *Herod. lib.* 1. *cap.* 204. *Valer. Maxim. lib.* 9. *cap.* 10. (24) *Herod. lib.* 4. *cap.* 83. 85. 88. *& seq.* (25) *Vide Ant. Aug. lib.* 20. *de Civit. cap.* 11. *Primas. in Apoc. cap.* 20. *Haymonem, Eadem, Anshert. alios plures in Apoc. & in hunc locum.*

sive de Antichristo. Plane adscititium est, quemadmodum solent omnia in theatro, & tot alia mystica & ænigmatica, non in Libris Sacris & prophetiis tantummodo, sed etiam apud Orientales frequentissima. Ita Jerusalem *fornicaria* appellatur Ezechiel. 23. 2. 3; Templum *Libanus* [1]; Urbs & Altare, *Leo Dei* [2]; Rex Ægypti, *Draco magnus* (Crocodilus) [3]; Rex Tyri, *Cherubin* [4]; Babylonis *Assur* [5]; Roma, *Babylon* [6]; Nero, *Leo* [7]; Babylon, *Chanaan* [8]; litteræ, *Chananæi* [*]. Quid Daniel? nonne sub objecta ingentis colossi e quatuor metallis imagine quatuor majora Imperia exhibuit? ficut & post Nabuchodonosorem Reges expressit similitudine quatuor bestiarum. Alexandrum Magnum sub hirci figura; Darium nonnullum Regem sub ariete; Antiochum Epiphanem sub *Regis impudici*? Quid Jesus Christus in Evangelio? Herodem *vulpem* appellavit S. Joannes in Apocalypsi sub inductis Gog & Magog nominibus perfecerunt omnes Ecclesiæ luggillavit. Cur igitur Ezechiel, Propheta alioqui stylo ænigmatico familiarissimo præ ceteris usus, non potuisset Cambysem sub Scythæ nomine designare? Nec sane alio unquam aptiori Principis illius indoles moresque exprimerentur.

Norant profecto Orientales, non tantum nomen, sed & indolem Scytharum e variis ejus gentis in suas regiones excursionibus [9], quarum funesta adeo relicta erant monumenta, ut Scytharum furor in proverbium abierit [10]. Undique occurrebant desolatæ Provinciæ, direpta Templa, majori etiam religione augusta. Nec ab his malis immunes Judæi, quemadmodum & ceteri per Asiam populi. Spectarunt enim sub ipsis pene oculis sui vastatum Templum Ascalonis [11], invitarosque regionis amœnitate barbaros in ipsi Judææ sinu, ducta in Bethsan colonia, confedisse.

Hujus efferatissimæ gentis indolem retulisse Cambyses vitus est. Io Ægypro enim alta crudelitatis ab ipso impressa vestigia, iævusque viventibus insistens, immanior & in mortuos, vel in ipsis tumulis illorum cineres inquietavit. Extractum enim e sepulchro Amasis Regis Ægypti hostis sui cadaver, [12] turpiter cæsum fœde habuit & inhumaniter. Ductam contra leges sororem suam, deinde sævissimo mortis genere enecavit; nec mitior in Smerdim fratrem suum, quod ab illo virtute animi vinci ferret molestissime. Nec laetilegas manus a religione abstinens, Numina Ægyptiorum alia mactavit, alia Templis direptis [13], incendit. Nemo apud illum sacris cutus, non amici, non viri consiliorum maturitate graves, non necessarii; omnes enim æque nulla judiciali servata forma, nulla laltem in speciem honesta causa adducta, furore & stultitia impos truncidabat. Cui porro melius, quam sævissimo Principi Gog vel Scythæ nomen quadrasset? Scytharum nomine Orientales terrebantur, Cambysis vero horrebant; quem pariter virum mortales universi detestabantur.

Alter Cambysem designans character ducitur ex amplissimo illo pocentissimoque Imperio, deductoque e Septemtrione refertissimis infrucio copiis exercitu. Solemne est in Scriptura Reges Chaldææ & Persidis, copias in Judæam deducentes, nimbi, turbinis, ignis, torrentis, gladii e Septemtrione ingruentis nomine designare [14]: E Septemtrione irrupisse legimus Theglatphalassarem, Sennacheribum, Salmanassarem, Nabuchodonosorem, Cambysem; qui poltremus Princeps, nec unicus est, nec poltremus, qui post Ezechielem e Septemtrione eruperit; sed unus tamen ex omnibus Regibus Transeuphratæis hostibus Israelis, in invisa sibi regione mortem oppetiit.

Populi in exercitu Gog Regem aliquem Orientis, Persidem, Mesopotamiam, Arabiam, Regionem Chus & Saba, Armeniam finitimasque provincias, Cymmerios, ac partem Scythiarum subjectas habentem, omnino demonstrant. Insinuant etiam Regem fœdere conjunctum cum Saba, Dedan & Tharsis, sub cujus insignibus militarent etiam Græci, vel saltem insularum incolæ [15]. Magog Scythiam designat, cujus nomine cum amplissimæ regionis tractus apud Veteres cenferetur, nos tamen hic designatos credimus Scythas Isthmum inter, mare Caspium, & Pontum Euxinum contentos; sicut & alios Scythas, exteriores provincias Cambysi subjectas incolentes; nisi forte militasse sub ejus insignibus tamquam mercenarios milites Scythas credamus; neque enim ditionem suam ultra Isthmum prorogaverat, vastumque Scythiarum tractum ab imperio suo habebat alienum.

Ros, Thubal, & Mosoch, quos populos nos ad Gen. 10. inter Armeniam, Colchidem, & Cappadociam constituimus, gentes erant Ezechielis ætate notissimæ, quas negotiationis gratia Tyrum confluxisse una cum ceteris plurimis idem Propheta commemorat; addens, in Emporium convenisse equos vestatas, lorica, scuto, armisque perpetuis protectas [16], mancipia, & vala ænea ferentes [17].

Paras, Chus, & Phut, Cambysis exercitum augentes, designant Persas & Arabes *Chusæos*, sive Scythas ad Araxem, posteros Chus patris Nemrod; ac tandem Ægyptios *Phut*, Thebaidis sive Æthiopiæ fines renentes. Cum enim Cambyses Judaicam expeditionem suscepisset, exercitum ex Ægypto deductum variis subjectarum sibi earum gentium copiis non modice ampliaverat.

Gomer, Togorma, aliæque Septemtrionales gentes, sub ejus signis certantes, populos designabant, quantum conjicimus, loca circa Mœotidem paludem occupantes; quæ omnes gentes five ditioni Cambysis subjectæ imperata factitare venerant, five sub ejus signis merebantur. Celebres autem erant populi ea ætate, qua negotiationibus, qua bellicæ virtutis laude; quare inter ceteros Mercatores ad mundinas Tyri convenisse legimus [18]. Porro argumentum illud non nisi dehibamus, satis habentes demonstrasse, in universa oraculi prophetici historia nihil esse, quod in Regnum Cambysis ejusque ætatem exacte non quadret [19].

Seba, Dedan, & Tharsis fœderata cum Persis arma, sub ejus signis voluntarii merentes, facile junxerant. Seba enim & Dedan populi sunt Arabiæ; cum alioqui Arabes [20], viam sibi ad Ægyptum sternentes Cambyses habuisset, suppeditatis per arida & inculta deserta inter Palæstinam & Ægyptum aquis. Cilices, nomine Tharsis designati facile Cambysis classem cum Phœnicibus & incolis Insularum, de quibus Ezechiel, componebant. Classem illam Herodotus non obscure commemorat, Tharsenes autem rei navalis scientia & commercio jam inde a multis annis clarissime tam certum est, quam quid aliud.

Hæc Cambysis in Judæam expeditio nusquam quidem apud Sacros prophanosque Scriptores expresse legitur; sed ab Herodoto fusius describitur ea, quæ Regis in Ægyptum expeditio; qua confecta redux, juxta eumdem Historicum [21], diem clausit Ecbatanis in Syria, nempe Ecbatanis in monte Carmelo, de qua Plinius lib. 5. cap. 64. [22]. Esdra authore scimus, interdictos ab eo Principe Judæos, ne Templi ædificationem prosequerentur [23]; & apud Ezechielem laudantur vaticinia Prophetarum de finistris ejus Regis in Israelitas consiliis, malisque ab illo in populum imminentibus [24]. Nec sane major populo nuper e captivitate reducto calamitas accidisse potuerat, quam

(1) *Ezech.* 17. 3. & *Habac.* 2. 17. *Zacch.* 11. 1. (2) *Isai.* 29. 1. *Ezech.* 43. 15. (3) *Idem* 29. 3. (4) *Idem* 28. 14. (5) *Idem* 31. 3. (6) 1. *Petr.* 5. 13. (7) 2. *Timot.* 4. 17. (8) *Ezech.* 17. 4. [*] *Ose* 12. 7. *Daniel.* 13. 56. *Zacch.* 10. 3. (9) *Vide Herod. lib.* 1. *cap.* 103. *l.* 4. *c.* 12. & 7. 10. (10) *Vide* 2. *Macchab.* 5. 47. & *Coloss.* 3. 11. (11) *Herod. l.* 1. *c.* 105. (12) *Herodot. l.* 3. *c.* 16. *Herod. in excerpt. Valef. p.* 249. (13) *Herodot. a cap.* 34. *ad* 28. (14) *Isai.* 14. 31. 41. 25. *Jerem.* 4. 13. 4. 15. *Ezech.* 1. 24. 7. (15) *Ezechiel* 39. 6. (16) *Ezechiel.* 38. 4. (17) *Ezechiel.* 27. 15. (18) *Ezech.* 27. 14. (19) Fusius de his in Comment. ad cap. 38. Ezech. (20) *Herod. lib.* 3. *cap.* 4. & 7. 9. 88. (21) *Herod. lib.* 3. *c.* 64. (22) *Stephan. in Ecbatan.* (23) 1. *Esdr.* 4. 17. 20. 21. (24) *Ezechiel.* 38. 17.

quàm ut nullis auxiliis, nullius ope fultus validissimo hostium exercitu premeretur; concussa sibi privilegia abrogarentur; optatam Templi & Urbis ædificationem intermittere cogeretur; ut vel ipsis latronum insultibus pateret. Fiet a Cambyse irrogata in Judæos mala, quemadmodum & Scriptura discimus.

Quod ad eam expeditionem, de qua in præsentiam spectat, nihil sane de illa apud Esdram sive Nehemiam legimus, vel saltem nihil expressum ea de re habetur in Libris iisdem, qui nostra ætate superiunt. Sed hujus rei in causa esse potuit, quod Deus mala ejus Principis consilia præcocrupans, ne quid Judæis sinistrum contingeret, præcoci ejus morte curavit (1). Quot plane tum ea majoris momenti in Judæa, quotum nulla superesse nisi ex Variciniis Prophetarum, hisce plane similibus, cognitio?

Itaque si omnia de Gog scripta in Cambysem quadrant; si partes oraculi singulæ planum habent in illo pronunquæ sensum; nihilque ea in re historiæ fidei repugnat; si nostra hæc hypothesis apertior est & planior, nec a loco, tempore, & personis abludens; cum vicissim omnia alia systemata huc usque proposita, ardua contineant multa, quæque majori planitii excipiuntur, hæc in suis majoris momenti deficiant; eum, inquam, hæc omnia ita se habeant, nobis sane excipiendum systema videtur, planeque demonstrasse confidimus, Cambysem nomine Gog apud Ezechielem designari (2).

Veterem hanc Judæorum traditionem refert Theodoretus in Ezech. 38. & in Joel. 2. ad finem, & in Judic. 4. nempe post solutam captivitatem Babylonicam, adversariorum nominis Judaici invidia factam esse, ut validus exercitus pellendo e Jerusalem populo adduceretur. Sed provido in populum suum Dei consilio factum esse, ut copiæ ille omnes nihil inolientibus Hebræis delerentur. Namque commissæ inter se gentes in mutua vulnera corruerunt, adeo ut omnes ad unum conciderent. Quare tantum abfuit, ut Judæis sinistrum aliquid contingeret, ut insigne quin etiam commodum ex relatis ditissimis spoliis, pereuntisque Judaici nominis terrore finitimis, reportaverint. Vaga hæc & confusa traditio fugacem aliquem veluti per nubes radium veritatis, quo liceat rem totam indagare, transmittit.

Monet Ezechiel ea quæ de bello Gog in Israelitas ipse commemorat, hæc antea veterum Prophetarum oraculo annunciata fuisse (3): *Tu ergo ille es Gog, de quo locutus fuit in diebus antiquis in manu servorum meorum Prophetarum Israel, qui prophetaverunt in diebus illorum temporum, ut adducerem te super eos.* Expressam equidem legimus & aperto oraculo hanc hostium Israelitarum cladem in Prophetis Joele, Michæa, Isaia, qui omnes Ezechiel vetustiores sunt: & Zacharia, qui post illum & post captivitatem floruit: ac tandem in Authore Psalmi 117. Ita igitur Joel. 2. 30. 31. & 3. 15. 16. *Et dabo prodigia in Cœlo & in terra: sanguinem, ignem, & vaporem fumi: Sol convertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, ait Dominus.* Joel. 3. 2. *Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Josaphat* (in vallem Judicii) *& in vallem concisionis* (4). Hoc nomine facile insinuatur vallis Jezrael sive Esdrelon ad Orientem Carmeli, ubi facile Cambyses castra habebat:

Addit deinde Propheta cap. 3. 4. 5. 6. *Disceptabo cum eis ibi super populo meo, & hæreditate mea Israel, quos disperserunt in nationibus & terram meam diviserunt. . . . Argentum meum, & aurum tulistis; & desiderabilia mea & pulcherrima intulistis in delubra vestra.* Insinuant hæc omnia urbem a Nabuchodonosore, sive ejus Ducibus captæ Urbi illata, cujus direpti Templi sacra spolia in trophæum Beli erecta sunt (5). Omnes ergo eas gentes Dominus in vallem Josaphat ad judicium congregabit; & quid inde? *Mitte, ait, falces, quoniam maturavit messis. Venite* [*] *& descendite, quia plenum est torcular, exuberavit torcularia, quia multiplicata est malitia eorum.*

Secundum hæc Deus fidem suam Israelitis obligans, eumulatum se beneficiis populum, in monte Sion ei adfuturum, totamque demum regionem benedictionibus suis fœcundaturum; addens insuper numquam posthac commissurum, ut prophano pede Urbis religionem hostes violarent. Consonant hæc omnia cum iis, quæ apud Ezechielem post narratum excidium Gog leguntur. Nusquam fane nomen ejus Principis in Joele legitur, sed olim Septuaginta cap. 2. 1. legerunt: *Ex bruchus*, vel locusta, *qui venit irruens in Regem Gog.*

Alius pro ejus rei memorabili eventu laudatur Michæas, qui post annunciatam Judæ captivitatem, quæ deinde sequetur post eam solutam, felicitatem describit cap. 4. 11. 12. 13. *Et tunc congregata sunt gentes multæ, quæ dicunt: Lapidetur, & aspiciat in Sion oculus noster, Ipsi autem non cognoverunt cogitationes Domini, & non intellexerunt consilium ejus, quia congregaverunt eos quasi fœnum areæ. Surge & contere, filia Sion, quia cor tuum ponam ferreum, & ungulas tuas ponam æreas, & comminues populos multos, & interficies Domino rapinas eorum.* Porro si quis temporia omnia ab exitu captivitatis usque ad everssionem Jerusalem per Romanos decurrat, nullum aptius inveniet vaticinio Michææ implendo, quam sub Cambyse.

Consonat Michææ Isaias 41. 15. 16. *Ego posui te quasi plaustrum triturans, novum, habens rostra serrantia: triturabis montes & comminues, & colles quasi pulverem pones. Ventilabis eos, & ventus tollet, & turbo disperget eos: & tu exultabis in Domino, in Sancto Israel lætaberis.* Idem Propheta post præmunciatum excidium Babylonis a Persis & Medis imminens (6), addit eadem Dominum jurato denunciasse Assyriis, quos perdendos decreverat atque conculcandos sub Judæorum pedibus in montibus Israel, confracto jugo quod ipsi populo imposuerant. Et in cap. 17. leremoni habens de ultione e Rege Babylonize, Leviathani nomine designato, exsecrata, addit: *Visitabit Dominus in gladio suo puro, & grandi & forti super Leviathan serpentem vectem, & super Leviathan serpentem tortuosum.* Israel vero eo metu liberatus gratiarum actionis Domino hymnum canitabit. Totus regionis tractus inter Nilum & Euphratem vastabitur, & Israelitæ ex Assyria, & Ægypto regredientur. Ea occasione concinnatus Psalmus 117. tamquam gratiarum actionis pro victoria Canticum; vel saltem in eam sententiam conveniunt Origenes in Catenam Corderii, Theodoretus in Psal. 117. Beda in eundem Psalmum.

Zacharias (7) Hebræos Babylone versantes, quos fructus Esdras & Zorobabel sollicitaverant, ad repetendas avitas sedes invitat, pollicitus exerturum Deum gladium in Judaici nominis adversarios, & quos olim opprellores habuerunt, illorum demum spolia collecturos, captivosque habitutos, quibus ipsi servierant. Et alibi: *Sedebit Jerusalem secura* (8), *& erit hæc plaga, qua percutiet Dominus omnes gentes, quæ pugnaverunt adversus Jerusalem: tabescet earo unius cujusque stantis super pedes suos, & oculi ejus contabescent in foraminibus suis, & lingua eorum contabescet in ore suo. In die illa erit tumultus magnus in eis, & apprehendet vir manum proximi sui, & conferetur manus ejus super manum proximi sui.* Hæc posterema verba non obscure demonstrant, exercitum Cambysis inter se commissum in mutua vulnera concidisse.

E nostris Interpretibus plures historiam Judith post captivitatem rejecerunt; nec sane aliter de illa statui potuisset, quam ut ad tempus post solutam captivitatem everlum prophanatumque a Chaldæis Templum referretur, si fidem Græci textus sequamur. Petrus Comestor, & Dionys. Carthusianus (9) *Cam-*

(1) *Vide Ezech.* 38. 10. 11. 12. (2) Commentarii nostri contextus, quo singula per partes explicantur, hanc sententiam in apertioiem lucem ponit.

(3) *Ezechiel.* 38. 17. (4) *Joel.* 3. 14. (5) 4. *Reg.* 25. 13. *Dan.* 5. 2. 3. (*) *Joel.* 3. 13. (6) *Isai.* 14. 24. 25. (7) *Zach.* 2, 8. 9. 10. (8) *Zach.* 14. 12. 13. 14. (9) *Judith.* 16. 31.

hyſum Regem Ninive appellant, quem Scriptura nomine Nabuchodonoſoris deſignat; ab eo vero miſſum Holofernem cum exercitu autumant. Quare locus ſuſpicioni datur, Authorem Libri Judith; quemadmodum ab Ezechiele factum eſſe novimus, veram Cambyſis hiſtoriam enigmate quodam & figuratis verborum ambagibus occultaturum, quem Ezechiel ſub Gog nomine deſignavit, hunc Holofernis appellatione inſinuatum voluiſſe. Pluribus autem ad hæc perſuadebatur. Perſæ, quorum imperium Judæi cum in Paleſtina verſantes, tum ultra Euphratem, numquam tuliſſent, ut Hebræorum Numini caſus Regis ſui tribueretur. Quare hiſtoriam tradidiſſe Scriptorem omnibus noto & ſine ambagibus, plena dilcriminis res erat. Alioqui vero tam inſigne & memorabile Judæis factum in oblivione relinqui, vix ac ne vix quidem poterat: quare & indoli gentis, & politicæ cautioni conſultum erat, ut parabolica quadam & ænigmatica ratione veritas traderetur. Id ſane plurimum grandi-tati rei augendæ conferebat.

Potuit vero Author quædam de ſuo adjungere, uti temporis, lociſque circumſtantias, nihil hiſtoriæ fide immutata. Quæ ejenim majoris momenti ſunt ad hiſtoriam, hæc exacte ſatis exprimuntur. Magnus quidam Rex valido exercitu ſtipatus in agro Eſdrelon caſtra habet; infeſtiſſimus ille oppido gentis & religionis Judaicæ adverſarius; eo vero acci tradito, ejuſque exercitu diſſipato, Hebræi hoſtilibus ſpoliis direſcunt. Recens erat tum temporis captivitatis memoria; recens nec plane abſolutum Templi ædificium; rerum potiebatur Summus Sacerdos; Judæi ab Idololatria immunes, ſpes ſuas omnes in Domino collocabant. Singula hæc in hiſtoria Judith ſpectantur; ſingula etiam hæc in diſſipatum Cambyſis exercitum quadrant. Plura noverat Author ejus Libri nobis proſuſlignota; plura, quæ nobis negotium faceſſunt, enigmatica quadam ratione adjecit.

Hæc a nobis conjectura quadam ita aſſerta ſunt, ut nihil veritati & authoritati ejus Libri derogent. Verum conſtitutæ hypotheſi hiſtoriam Judith & Holofernis poſt ſolutam captivitarem rejiciente, autumamus nihil ex hoc derogatum debitæ, qua in Eccleſiam, & Sacras Scripturas tenemur, obſervantiæ, ſi viam aliquam facilem ineamus, ut tandem aliquid aſſequamur de implexa admodum hiſtoria, ac certa eleiatur epocha rei maxime memorabilis, cujus non obſcura ediderunt oraeula Prophetæ Joel, Michæas, Iaias, Ezechiel, Zacharias; & vetus Hebræorum traditio memoriam conſervavit, quemadmodum ex Origene, & Theodoreto in Pſalmum 117. intelligimus. Hæc vero omnia Eruditorum cenſuræ ſubjecta volumus. Si Joſephus nihil ea de re, ſicut & nihil de hiſtoria Judith litteris conſignavit, hujus rei in cauſa fuiſſe poterat, quod figuram a veritate diſcernere numquam valuit, nec ſatis aſſequi veritatem nominis Gog apud Ezechielem, & nominis Nabuchodonoſor & Holofernis apud Authorem libri Judith.

IN DANIELEM PROLEGOMENON.

DAniel e genere David Regumque Juda prognatus, in prima adhuc ætatis juventa anno quarto Joachim Regis Juda captivus Babylonem translatus eſt. Selectus autem cum tribus aliis ſoeiis, ut in Aula Nabuchodonoſoris Principi ſerviret, liberaliter educatus eſt. Excelli præ ceteris in omnibus ſcientiis Chaldæorum, ſapientiæ ſibi plurimum comparavit; & quod caput eſt, in corruptiſſima Aula, morum ſanctimoniam ſervarunt, nulla contracta labe in tantum, ut a cibis etiam e Regia menſa ſibi conceſſis abſtinerent.

Primum Sapientiæ Danielis ſpecimen exhibuit innocentia Sulannæ contra obtrectatorum calumnias aſſerta, ſimul & vindicata (1). Ingentem ſibi ex ea re viri ſapientis famam apud fratres ſuos Babylone comparavit, cum interim aliud accidit, quo idem ſibi nomen in Aula & apud viros Sapientes ejus Regionis peperit. Nabuchodonoſori per quietem objecta eſt ſpecies ingentis Coloſſi variis metallis conflati, qui avulſo quodam e monte lapide penitus confractus in cineres favillaſque redactus eſt (2). Summa erat Chaldæorum in ſomniis obſervandis ſuperſtitio, quo ſtudia ſapientum ejus gentis omnia collimabant. Exciderat Principi ſomnium; quare non interpretationem tantum a Sapientibus exquirebat, ſed ut ſibi pariter in memoriam revocarent, quid potiſſimum per quietem ſpectaſſet. Cum impoſſibilia exigeret, omnes capitali ſupplicio damnati ſunt. Daniel re incellecta, ſtatim ad Regem convolat, cui & exponere ſomnium, expoſitumque interpretari unum idemque. Acclamare viro Nabuchodonoſor, ſummis honoribus cumulare, Præfecto provinciæ Babyloniæ conſtituto, & Principe Sapientum Divinorumque omnium apud Chaldæos.

Proſperitate ſua inflatus Nabuchodonoſor, Deum e mente excuſſerat, tum & omnem rerum a ſe geſtarum ſibi gloriam uſurpabat. Accidit inter hæc, uti per quietem proceram quamdam arborem ſtatim dejectam, concilamque ſpectaret, cujus radix in terra maneret, truneus vero ferreis æneiſque vinculis conſtringeretur (3). Acritus illico ad interpretationem ſomnii Daniel, Regi annunciavit, ingens aliquod malum in ejus caput imminere; ſciret proinde in brutum reduceendum eſſe, & ex Aula pellendum, quare, ait, peccata tua eleemoſynis redime. Viri monitum ſurdis auribus excepit: quare cum die quadam Babylonem reſpectans Nabuchodonoſor de illa a ſe aucta ornataque ſibi gloriam gratularetur, continuo facta ſibi voce audivit, e conſortio hominum Regnoque abigendum ſe, mox ad earpendas herbas in bovis morem redigendum. Dictis ſua fides; namque ſubita vi morbi emotæ mentis factus Nabuchodonoſor, belluæ morem indolemque induit. Extorris igitur ex Aula Urbeque, ſeptennii vitam errabundus in belluæ morem traduxit.

Septeanio elapſo, Regnumque recepit, atque aurea ſtatua confecrara, mandavit, ut cum primum muſicorum inſtrumentorum concentus inſtreperet, proſtrati omnes quicunque imperio ſuo parerent, Idolum adorarent (4). Aberat facile Daniel, ejus vero ſocii juſſionibus Regis morem gerere reculantes, in fornacem ardentem conjecti ſunt, quamquam in medio ignis incolumes ſervarentur. Prodigii granditatem admirans Nabuchodonoſor, Judæorum religionem edicto commendavit, in quo ſimul & ſomnium excuſæ arboris, & quæ deinde ſecuta ſunt, poſteritatis memoriæ commendavit (5).

Evilmerodachus filius Nabuchodonoſoris, partio Regno adito, nihil de favore in Danielem remiſit. Biennio, juxta Beroſum, regnavit; viduatumque ejus

(1) *Dan.* 13. (2) *Dan.* 2. (3) *Dan.* 4. 7. *& ſeq.* (4) *Dan.* 3. (5) *Dan.* 3. 98. *&c.* & 4. 1. *&c.*

ejus morte Imperium habuit Balthassar ejus filius, cujus Regis tempore plurima per visum Daniel spectavit. Primo igitur sub ipsum Balthassaris Regni initium quatuor animalia e pelago emergentia vidit, quibus porrendi intellexit quatuor Imperia proxime ad Chaldæum Imperium succedentia [1]. Secundum hæc, per hircum & arietem cornibus sese mutuo impetentes in somniis sibi objectos, designari intellexit, hirco quidem Alexandrum Magnum [2], ariete vero Darium, Regum Persarum postremum ab Alexandro victum.

Lauto convivio quodam Balthassar Regni Magnates viros pariter & fœminas excepit; largiorique vino incalescens, jussit afferri vasa Templi Ierosolymitani olim a Nabuchodonosore Babylonem translata. Cum igitur convivis in sacris vasis ministraretur, subito objecta manus species hæc in pariete grandioribus characteribus scripsit: *Mane, Thechel, Phares.* Arcanis notis evolvendis accitus Daniel, prodidit imminere necem, atque Regni in alium virum Regem translationem. Nec oraculi fides diu desiderata est; eadem enim nocte Balthassare occiso, Darius Medus, alio nomine Astyages, regnavit. Sub eo Rege integra manserunt omnia ab aliis Danielis collata, quin & plurimum auctæ dignitates & munera.

Ad illud tempus spectant visiones Danielis in cap. 9. & 10. & 11. & 12. expressæ. Angelus Gabriel Prophetæ per visum aperuit mysterium Septuaginta hebdomadum, quæ annis non diebus constabant, iisque evolutis Messias neci tradendus erat, sacrificia ac Legis cæremoniæ abolendæ. Prophetæ deinde oculis objecta fuit mala ab Antiocho Judæis inferenda, quibus tane præfigebatur, quid sibi ab Antichristo Ecclesiæ Iesu Christi timendum esset.

Dario Medo vita functo, Cyrus in se unum Imperia Persarum & Medorum conciliavit. Ejus edicto patrias sedes repetendi data Iudæis facultas. Sed Daniel Babylone manſit, cui nihil priſtinis honoribus & dignitatibus ſub Cyro detractum eſt. Ad eum Regem ſpectant hiſtoria Dei Belis & Draconis a Daniele occiſi, de quibus in cap. 15.

Danielis fama, ipſo etiam ſuperſtite, increbuerat adeo, ut in proverbio uſurparetur: quod ab Ezechiele in Regem Tyri per ironiam dictum novimus: *Ecce ſapientior es tu Daniele* (3). Ipſius etiam Dei dignum de vero elogium legimus Ezechielis 14. 14. 20. *Eſſi fuerint tres viri iſti in medio ejus, Noe, Daniel, & Job, ipſi juſtitia ſua liberabunt animas ſuas.* Eumdem Prophetiam comparat Grotius Metrodoro Scepſeſi, viro Regni Mithridati adeo intimo, ut nihil majoris momenti Rex ille ſine ejus conſilio ſuſciperet. Sed Philoſophus quidem ſic invidia obtrectatorum oppreſſus, tandem juſſu Regis capitali ſupplicio interiit. Felicior Daniel, cui non ſemel paratum invidia obtrectatorum a Rege ſupplicium Deus ſemper avertens, ſiniſtri nihil accidere permiſit.

Ita cum eo viro egiſſe Deus videtur, ut Oracula ejus dignitati & muneribus reſponderent. Cum enim Rempublicam adminiſtraret, & in ſplendidiſſima totius Orbis Aula verſaretur, Deus illi futurae Imperiorum vices Regumque expeditiones commiſit. Cum vero populum ſuum ingenti amore proſequeretur. Deus illi adventum magni Liberatoris certumque ejus rei tempus reſeravit. Auctus vero a Deo ſomnia interpretandi virtute, plura hominibus occulta pandit. Permiſit Deus quandoque, ut myſticæ quædam ſomniorum ſpecies Regibus exhiberentur, quorum occultum ſenſum Danieli revelavit.

Rabbinorum quidam [4], olim nullum non moverunt lapidem, ut Danielem e numero Prophetarum excluderent. 1. Quod Eunuchus eſſet, cujus generis omnes e cœtibus Iſraelitarum Moyſes excludendos præcepit [5]. 2. Quod extra Terram promiſſionis verſaretur, extra quam ſpiritus prophetiæ nemini datur. 3. Quod tædium & mœror exilii vix Prophetiæ cœſtrum pateretur. 4. Tandem quod Daniel vitam egiſſet commodam & delicatam, ſummiſque ſemper dignitatibus parem, cum alioqui Prophetæ deſpicatiſſimum auſterumque vitæ genus maluiſſent.

Sed has calumnias in virum ſanctum ſolam Iudæorum invidiam ſtruxiſſe Theodoretus in cap. ult. Dan. animadvertit; eum enim apertum omnibuſque remotis ambagibus & Meſſiæ adventum, & certum ejus rei tempus prædixiſſet, e re ſua eſſe cenſuerunt, ſi virum communibus ſuis ſtudiis adverſum reprobarent. Contra ac veteribus Hebræis ante adventum Ieſu Chriſti accidit, qui novis hiſce præjudiciis nondum præoccupati, Danielem non probaſſe tantum, ſed multo etiam commendaſſe videntur. Magnificis verbis virum laudat Ezechiel 14. 14. 20. & 28. 3. Quicumque Canonem Scripturarum digeſſerunt, ſuum illi inter Prophetas locum dederunt. Matthæus Macchabæus Danielem ejuſque tres ſocios non ſine honoris elogio commemorat [6]; & quod caput eſt, Ieſus Chriſtus Matt. 24. 15. & Marc. 13. 14. Danielem addito Prophetæ titulo laudat. *Abominationem deſolationis, quæ dicta eſt a Daniele Propheta.*

Joſeph Antiq. lib. 10. cap. 12. ita virum commendat: *Omnis eximia felicitas ut Prophetæ excellentiſſimo contigit, & viventi tam apud Regem, quam apud populum gratioſe, & poſt obitum ſempiternam memoriam conſecuto. Libri ejus, quos conſcripſit reliquit, etiam nunc apud nos leguntur, qui nobis certam fidem faciunt, quod Deus tum ſe eloquia miſceritis. Non ſolum enim futura prædixit quemadmodum alii Prophetæ, verum etiam tempus, quo eventura eſſent, præfinivit. Et cum alii Prophetæ calamitates prædicerent, idcoque malam gratiam apud Reges & multitudinem vulgarem inirent; hic bonarum rerum Vates fuit, ut propter fauſtiam ominationem quidem benevolentiam eminum ſibi conciliaret; propter eventuum vero certitudinem fidem ſibi apud univerſum mortalium genus compararet.* Hanc de Daniele opinionem habebant veteres Iudæi, a quibus non inter Prophetas tantum, ſed & inter ſummos Prophetas locum tenebat.

In Perſidæ verſatus Daniel, ibi tandem diem claſit: neque enim utendum ſibi cenſuit facultate eeteris Iudæis a Cyro permiſſa, ſed ad obtium uſque longe ampliſſimis Reipublicæ muneribus gerendis occupatus, perpetuo favore pollebat Regum Chaldæorum, Medorum, & Perſarum, in quos Imperium Babylonicum tranſivit. Saniorem vitæ partem Suſis traduxit, ubi & plurima ſibi per viſum objecta ſpectavit. Quo anno, & an Babylone obierit, incertum. Affirmat Pſeudo-Epiphanius de vita & morte Propheturum: Beniamin vero Tudelenſis aſſerit [7], vidiſſe ſe ejus tumulum in Chuzeſtan, quæ olim urbs Suſæ appellabatur, Metropolis Elamiticæ regionis. Spectari etiam ſua ætate turrim in urbe Ecbatanis Metropoli Mediæ, a Daniele, uti quidem ferebatur, ædificatam, Joſephus Antiq. lib. 10. cap. ult. eſt author. Porro opus illud elegantiſſimum ac ſolidum poſt tot annorum excurſum recens ædificatum primo ſpectantibus videbatur. Sepulchrum erat Regum Perſarum & Medorum, ejuſque cuſtodiæ Sacerdos e genere Hebræorum deſtinatus erat. Ita Joſephus.

Stilo utitur Daniel jejuno, languido, nec ſatis magnifico, ut genium & indolem vices ſuas in captivitate & exilio dolentis exhibere videretur. Verum grandiate rerum ſtili humilitas abunde compenſatur.

Inter

(1) *Daniel.* 7. (2) *Dan.* 8. (3) *Ezechiel.* 28. 3. (4) *Vide Hieron. Præfat. in Dan. & Theodoret. Præfat. Comment. in Daniel.* (5) *Deut.* 23. 1. (6) 1. *Macchab.* 2. 59. 60. *Ananiat, & Azariat, & Miſael* credun-

tes liberati ſunt de flamma. Daniel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonum.

(7) *Beniamin. Itinerie pag.* 78. *ita & Abulfarag.*

Inter opera Danielis nomine inſcripta, alia quidem ſine controverſia eidem Authori tribuuntur; de aliis vero diu diſceptatum eſt. Quidquid Hebraice & Chaldaice ex illis ſcriptum ſupereſt, nemine repugnante admittitur: quæ autem Græce tantum ſcripta ſuperſunt, hæc non ab omnibus æque probata ſunt. Hebræam maternam ſibi linguam adhibuit, quamquam ætate adhuc puer in Chaldæam translatus, cum regionis linguæ affueviſſet nonnulla ex illa in ſuum Librum derivavit, maxime verba ſibi alioquin referenda ſuſcipiens, uti recitaturus edictum Nabuchodonoſoris [1], quod Chaldaieis litteris mandatum fuiſſe conſtat; colloquium eum Magis a ſe factum, & Regibus Nabuchodonoſore, Balthaſſare, & Dario Medo [2]; quæ omnia documentum ſunt apertiſſimum de Scriptoris ingenuitate, quippe qui vel ipſa loquentium verba referre ſancte ſibi ſuſceperit. Cum vero hiſtoricum agit, facta referens non verba, & rem vaticinia ſua recitat, mero Hebraico utitur. Vide Danielem 2. 4.

Verſus 24. 25. &c. uſque ad 90. capitis tertii, ſicut duo poſteriora capita Græce tantum ſervantur. Nihil autem ea lingua a Daniele ſcriptum conſtat; ſed facile Hebraicis five Caldaieis litteris ab illo mandata, ab alio demum ex Græco expreſſa ſunt. Unde enim Græcum Theodotionis noſtra adhuc ætate ſervatum proveniſſet [3], ſi nullum unquam Originale Hebræum extitiſſet? Noſtra quidem ætate Originalia illa intereiderunt, quamquam olim ſupputerent. Luſus verborum Græcis ejuſdem Libri vocibus tantum expreſſus inter *Schinen* lentiſcus, & *Schiſi*, ſcindet [4], & inter *Prinen*, ilex, & *Priſei*, ſecabit, verſans [5], locum ſuſpicioni faciunt, non ex Hebræo Verſio adornata ſit; neque enim Hebræis vocibus verborum luſus illi valeret. Sed hæc tanta non ſunt, ut de toto Opere ambigamus: præſtat enim totam eam rem Interpreti deputare, qui luſum altero luſu reddidit; nihil detrahens hiſtoriæ veritati, quam ut ex eo unico argumento de tota cauſa deterius judicetur. Hiſtoriæ quidem Suſannæ, Beli, & Draconis apud Joſephum deſideraturer, a quo facile omiſſa, credimus, quod alio quam Hebræo ſermone expreſſa narratio in dubium a Judæis revocaretur. Porro ex Sancti Hieronymi [6], viri ſi ullius alius unquam, hiſce hiſtoriolis parum æqui, ſingulares Judæorum de illis opiniones diſcimus. Alii enim duos illos ſenes tentatæ Suſannæ reos confundebant cum Sedecia & Achabo, quos Nabuchodonoſor in ſartagine frixit, ut Ieremias refert [7]. Profecto quicumque ea opinione tenebantur, totam Suſannæ hiſtoriam admittebant, eo ſolo excepto, quod de ſeniorum ſupplicio ibidem tradito tegitur. Nolebant enim lapidibus confectos, ſed ambuſtos obiiſſe; iiſdem damnabilis non Judæos Nabuchodonoſorem tuliſſe ſententiam. Iiſdem rationibus ducti reliqui Judæorum fere omnes, totam hiſtoriam tamquam fabellam indignam, quæ in Synagoga legeretur, rejiciebant; oſtendentes numquam committi potuiſſe, ut in alieno ſolo captivi Judices ſuos & Prophetas lapidibus imperere auſi fuiſſent [8].

Inter veteres Chriſtianos Scriptores de authoritate horum capitum, quæ Græce tantum ſcripta ſuperſunt, plurimum diſceptatum eſt. Porphyrius, Chriſtiani nominis oſor, omnia hæc ad fabulas amandavit; ſicut & univerſam Danielis prophetiam poſt factum procuſam contendebat. Ejus calumniis ſeſe opponentes Euſebius, Apollinaris & Methodorus, Danielis quidem ſcripta vindicarunt; de ceteris vero, nempe hiſtoria Suſannæ, Belis, & Draconis judicarunt, *non ſe debere reſpondere Porphyrio pro his, quæ nullam ſacræ Scripturæ authoritatem habeant*; ait S. Hieronymus Præfat. in explan. Dan. Autumabant vero, hæc omnia litteris mandata fuiſſe opera Habaeuc filii Jeſu e Tribu Levi; Danielem vero, de quo ibi, alterum plane eſſe a Propheta, quod ex inſcriptione apud Septuaginta deducebant; eſt autem inſcriptio ejuſmodi: *Prophetia Abacum filii Jeſu e Tribu Juda. Homo quidam erat Sacerdos nomine Daniel filius Abda, conviva Regis Babylonis*. Verum Inſcriptio illa in noſtris Exemplaribus nuſquam extat; nec ſane alioqui magnam meretur fidem, utpote deducta e Verſione, olim Septuaginta nomen præferente, mendoſa illa oppido & fidei parum aſſertæ [9], quam Eccleſia ante S. Hieronymum, penitus deferuerat, ut Verſionem Theodotionis, quamquam alioqui Chriſtiani nominis adverſarii, adopteret.

Julius Africanus in ſua ad Origenem epiſtola apertiſſime Hiſtoriis hiſce refragatur, & S. Hieronymus Præf. in Dan. *Apud Hebræos*, inquit, *nec Suſannæ hanc hiſtoriam, nec hymnum trium puerorum, nec Beli, Draconiſve fabulas*. Verum ipſe Hieronymus ejus dicti in invidiam a Rufino vocatus, reſpondit: *Non enim quid ipſe ſenſiſſem, ſed quid illi contra nos dicere ſoleant, explicavi* [10]. Et in Iſai. 3. 1. [11], tradit de illis: *In tote orbe diſperſa ſunt*; addens a Græcis omnibus, & Latinis, Syris pariter, & Ægyptiis legi, probarique. Addit inſuper, hiſtoriam Suſannæ in vulgatis Editionibus in ipſo Danielis limine ſpectari, ubi a Theodotione, tamquam in proprio ſibi loco [12], quippe quæ tempore præcedit, conſtituta fuerat.

Quod ad Julium Africanum ſpectat, Origenes ſcripta de hoc argumento epiſtola, ejus objectiones ita confutavit, ut ſimul veritatem hiſtoriæ Suſannæ aſſereret [13]. Omnia vero quæ ab illo contra eam hiſtoriam diputabantur, illam, & ſingulas conſenſu quodam, quæ in textu Hebraico deſiderabantur, hiſtorias oppugnabant. Profecto ſi omnia, quorum nullum ſupereſt Hebraicum exemplar, æque rejiciendа ſunt; quis unquam liber a labe erit immunis? Nonne traditio, & Eccleſiæ authoritas, quæ libros illos in canone recipit, ſatis habet momenti, ut ſuſpentam ea de re mentem determinet? Hic ſane, ſi alias unquam, locum habet illud Deut. 19. 14. *Non tranſibres terminos proximi tui, quos fixerunt priores in poſſeſſione tua*. Adverſarium ſuum pone ſequutus Origenes, nihil omittit eorum, quæ ab Africano contra capitum, & hiſtoriarum, de quibus agimus, veritatem objicuntur. His Origenis argumentis adjungi poſſunt teſtimonia Patrum Græcorum, & Latinorum omnis ætatis [14], ex illis ſententias tamquam e reliquis Scripturis canonicis laudantium.

Inſinuare videntur Talmudiſtæ, Danielis ſcripta a Patribus magnæ Synagogæ poſt captivitatem Babylonicam in Canonem Scripturarum cooptata fuiſſe, nec aliunde facile quam a Judæorum traditione S. Iſidorus Orig. l. 6. cap. 2. didiciſſe potuit, ſcripta

(1) *Daniel.* 3. 98. 99. 100. & 4. 1. 2. & *ſeq.* 34. (2) *Dan.* 2. 4. & *ſeq.* & 3. & 5. & 6. & 8. (3) Vide Præfationem Sancti Hieronymi in Danielem, ubi infinuare videtur, Septuaginta, Aquilam & Symmachum, ea capita Græce legiſſe, ſed obelo notata. (4) *Daniel.* 13. 54. 55. (5) *Bidam ver.* 59. 59. (6) *S. Hieron. in Dan.* 13. 4. *ex Origen. Strom. lib.* 10. (7) *Jerem.* 29. 22. (8) *Hieron. in Jerem.* 29. 22. *Unde a pleriſque ac pene omnibus Hebraïs ipſa quaſi fabula non recipitur, nec legitur in Synagogis eorum. Qui enim, inquiunt, fieri poterat; ut captivi lapidandi Principes, & Prophetas ſuos haberent poteſtatem? Et in Jovin. lib.* 2. *pagin.* 431. (9) *Hieron. Præfat. in Dan.* (10) *Hieron. Præfat. in Daniel.* (11) *Vide not. in eumd. loc. nov. Edit.* (12) *Hieron. in Iſai.* 3. 1. *Vide not. in eumdem locum nov. Edit.* (13) *Vide & tr.* 31. *in Matth.* (14) *Vide de Ign. Mart. Epiſ. ad Magneſianes, Athan. epiſt. ad Serapion, & ad Marcell., & in Synopſi, Ambr. lib.* 3. *de Spir. S. cap.* 3., *Tertull. lib. de corona militis. Cypr. epiſt.* 11., *Clem. Alex. lib.* 4. *Strom. Orig. ad Afric. & tract.* 31. *in Matth. & homil.* 1. *in Levit. Chryſoſt. hom. de Suſan. cujus meminit Georg. Syncell. Gregor. Nazianz. hom.* 18. *in laudem S. Cypr. Severr. Sulpit. lib.* 2. *hiſt. Sacra, Ruffi. lib.* 2. *adverſ. Hieron. Aug. ſerm.* 343. *nov. edit. Fulg. ad Ferrand. Alcimus Avit. Vienn. ad Fuſcinam ſororem. Vide Natal. Alex. Eccl. Hiſt.* 1. 2. *pag.* 323.

Danielis, & Ezechielis Synagogæ Patribus, a nonnullis deputari. Id autem afferendum sibi ducebant, quod negarent prophetæ spiritum extra terram promissionis communicari cuiquam potuisse. Validum omnino argumentum ! Suspicatur Spinoia Tr. Teol. polit. cap. 10. pag. 830. septem priora hujus Libri capita ex Annalibus Chaldæorum, post expiatum opera Judæ Macchabæi Domini Templum, derivata fuisse. A Daniele vero nonnisi quinque succedentia capita scripta concedit. Conjecturam hanc suam ducit, quod scilicet septem priora capita Chaldaice scripta autumaverit : quod ab illo quidem asserta veritati repugnat ; totum enim primum caput, & tres priores versus seeundi Hebræum præferunt. Unde vero Mathatias Pater Judæ Macchabæi hauserat, quæcumque ex capp. 3. & 6. Danielis laudat, si post obitum ejusdem Mathatiæ, & Judæ Macchabæi ejus Filii, litteris illa primo mandata sunt ? An satis est Spinozæ res audacter asseruisse, ne minimo quidem dicti sui assertore producto ?

Inscripta Danielis nomine vaticinia pseudonyma esse, & ab Impostore quodam in Judæa sub Antiocho Epiphane agente procusa, Porphyrius commentatus est [1]. Quo vero auram sibi apud credulos captaret, res, quas oculatus testis spectaverat, fatidico quodam fuco obvolvisse & ornalle, *si quid ultra vera opinatus sit*, addebat Porphyrius, *quia futura nesciarit, esse mentitum*. Sed extra controversiam positum est, Danielem diu ante motam ab Antiocho persecutionem in Judæos Babylone oracula fudisse, quæ plane si Porphyrius negare ausus fuerit, impudentissimus ipse bipedum habebitur. Hæc si vera sint, profecto tanti calumniatoris *impugnatio testimonium veritatis est*, ait Sanctus Hieronymus, *tanta enim dictorum fides fuit, ut Prophetæ incredulis hominibus non videatur futura dixisse, sed narrasse præterita*.

Danielis nomine alia quædam circumferuntur, Ecclesiæ authoritate numquam receepia. In Decreto Gratiani c. 26. q. 7. confingitur Liber *Gamaliela Danielis* ; quem Authoris Christiani recentissimi commentum esse, ex Veterum omnium de illo silentio D. Huetius deducit. Apud Pseudo-Athanasium in Synopsi t. 2. nov. Edit. occurrit Liber quidam apocryphus, sed nobis prorsus incognitus, eodem Prophetæ nomine inscriptus.

Verfio Græca nostræ ætatis a Theodotione, uti supra insinuavimus, adornata est [2] Verfio Septuaginta diu antea intercidit ; nisi si quæ illius, sicut & Symmachi & Aquilæ fragmenta in nova Hexaplorum editione servata sunt. Sententiæ quæ in Hebræo desiderantur, obelo quodam seu veru appolito Origenes notaverat ; cujus deinde exemplum sequutus est S. Hieronymus in sua Latina Verfione, ex Hebræo Chaldæoque adornata, junctis insuper e Græco e & Latino additamentis.

DISSERTATIO

De septuaginta Septimanis Danielis.

ALiorum observatione scitum est, lata de Messia vaticinia eo apertiora esse, quo ad ejus tempora propius accedunt. Cujus rei documentum exhibet, si quid aliud, luculentissimum Liberatoris adventus ac Christi Domini interitus post evolutas 70. septimanas Danielis oraculo prænunciati. Apertam adeo veritatem & argumenti exinde in rem nostram deducti pondus Judæi numquam non senssisse visi, nullum non moverunt lapidem, ut molestæ sibi veritati tenebras offunderent. Patres & Authores Ecclesiastici vicissim omnem posuerunt operam, quo fidem oraculi in Iesu Christo impletam demonstrarent ; quibus etiam in hac Dissertatione nos adstipulatores adjungimus. Est autem in ea re aliquid, de quo nemo in Ecclesia dissenserat, nimirum de Messia latum esse oraculum ; sed ad eum scopum non omnes eadem via collimantes, varia invexerunt ex variis deducta suppurationibus systemata.

Cum itaque Daniel oraculum Ieremiæ de relevanda Babylonia post 70. annorum ruinam attentius legeret [3], Dominum supplex rogavit, ut ejus sibi occultus sensus pandereiur. Angelus Gabriel virum conveniens ita affatus est [4]. *Septuaginta hebdomades abbreviata sunt super populum tuum, & super Urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur justitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia, & ungatur Sanctus Sanctorum. Scito ergo & animadverte. Ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem usque ad Christum Ducem hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt, & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporum. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus ; & non erit ejus populus, qui eum negaturus est. Et Civitatem & Sanctuarium dissipabit populus cum Duce venturo ; & finis ejus vastitas, & post finem belli flatuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & Sacrificium, & erit in Templo abominatio desolationis ; & usque ad consummationem & finem perseverabit desolatio.* Scisciitani Propheta Angelus non directe quidem ad quæstionem respondit ; sed interroganti de exitu 70. annorum captivitatis post 6. vel 7. annos mox solvendæ, Angelus ea occasione aliud longe majoris momenti mysterium, post 70. septimanas referandum, pandit ; interitum nempe Messiæ, ad quem oracula omnia & promissiones spectabant.

De hisce septimanis ex quo demum constarent, quod habuerint exordium, quem exitum, diu multumque ambigitur. Origenes decem annos in singulos dies computans, septimanas singulas ex 70. annis conflavit, cui proinde tota 70. septimanarum periodus summam conficit 4900. annorum [5]. Ex singulis lubilæis, nempe ex 49. sive 50. annis, vel 7. septimanis annorum singulas illas Rabbini constituunt [6] ; alii ex singulis sæculis, quibus 70. septimanæ reddunt 700. annos. Saniores tamen & recepta apud Interpretes sententia dies pro annis deputat, ut 70. septimanæ summam conficiant 490. annorum. Hæc annos numerandi ratio peculiaris erat Hebræis, quibus annus Sabbaticus post singulas annorum septimanas recurrebat [7]. Quod autem Prophetam de septimanis annorum loquutum

(1) *Vide Hieron. Præfat. in Daniel,* (2) *Hieron. Præfat. in Daniel.* (3) *Dan.* 9. 2. *Ego Daniel intellexi in Libris numerum annorum de quo factus est sermo Domini ad Jeremiam Prophetam, ut complerentur desolationis Jerusalem septuaginta anni.* Vide Jerem. 25. 11. *Erit universa terra hæc in solitudinem & in stuporem, & servient omnes gentes istæ Regi Babylonis septuaginta annis.* Et Jerem. 29. 10. *Cum cœperint impleri in Babylone septuaginta anni visitabo eos.* (4) *Daniel.* 9. 24. ... 27.

(5) *Origen. Tract. 29. in Matt.* (6) *Rabb. apud Lyran. in Dan. 9. & Galatin. lib. 4. cap. 14.* (7) *Levit. 25. 8. Numerabis tibi septem hebdomadas annorum.*

quutum demonſtrat, illud eſt, numerum pro dimidio unius ſeptimanæ tres annos & ſemis ab illo aſſignari. Legeſis cap. 9. 27. collatum cum eap. 12. 7. Stilo etiam Prophetarum dies pro anno deputantur [11]. Neque apud Prophaoos ignota ſeptimanas annorum ſupputandi ratio. Varro de ſe ipſo loquutus [12], narrat ineunte duodecima ſeptimana, nempe anno 84. voluminum 70. ſeptimanas ſcripſiſſe, nempe 490. & Apollodorus [13] author eſt Cadmi ætate ſeptimanas ex 8. annis conſtitiſſe.

Exordium harum hebdomadum facile, uti quidem apparet, determinaretur, vel iis ſaltem, qui ejus periodi exitum eum Baptiſmo five exitu Chriſti componunt; nihil enim illis niſi retrograda ſupputatio conficienda eſſet. Sed ea, in qua verſamur, Chronologiæ nocte factum eſt, ut plurimum inter Commentatores in ea re ambigeretur. Ad exitum quod ſpectat, alii in Maechabæis terminant, alii natalitiis Meſſiæ; alii in everſione Templi per Romanos; alii in exitu Mundi.

Joſephus & Porphyrius olim, referente Sancto Hieronymo Præf. lib. 12. Com. in Iſai. haoc de ſeptimanis quæſtionem agitaveraot & ſi quis conjecturæ locus remaneat; exitum ſtatuerant in perſecutione Judaica per Antiochum Epiphanem; ad hanc enim Porphyrius ea omnia revocat, quæ in Libro Danielis leguntur [14]; & Joſephus Antiq. lib. 10. cap. ult. ad illam pariter refert deſolationem Templi & interniſſa triennio ſacrificia; quæ omnia hujus Danielis propheriæ veluti appendices haberi poſſunt [15]. Eadem viſa ſunt Authori primi Maechabæorum 1. 17. eadem Sixtus Senenſis ſæculo 16. defendit; ſicut & noſtra ætate Eques Marshamus, Eſtius, nec prorſus abludit P. Harduinus, quemadmodum infra ſuſius diſputabimus. Præterеundum hic duximus, Judam quemdam, qui hoc argumentum ſub Severo Imperatore agitavit [16]; quid eoim ſentiret in ea re, incertum.

Sanctus Hyppolitus Martyr ſupputationem ſuam deducebat ab anno 50. ante ſolutam captivitatem, ſimul ſtatuens poſt illam uſque ad natalitia Jeſu Chriſti 62. annorum intervallum; exitum vero poſtremæ hebdomadæ ante exitum Mundi repetebat eodem putavit. Sed hujus ſententiæ plura ſunt incommoda. 1. Plus nimio contrahit tempus illud quod a primo anno Cyri & ſoluta captivitate ad uſque natalitia Filii Dei interjicet. 2. Reliquum vero temporis, exitum vaticinii ſpectans, plus nimio cootra mentem oraculi retrahit.

Iulio Africano primus [17] hujus periodi anous componitur eum vigeſimo Artaxerſis, a quo impetrata a Nehemia facultas tum ludæam repetendi, cum mœnia Urbis ſarciendi [18]; exitus vero ſtatuitur in obitu Chriſti, anno ubi ipſe quidem autumnat, 15. Tiberii. Centet autem annos, de quibus apud Prophetam, lunares fuiſſe; quod item pluribus aliis Viris doctiſſimis viſum [19]; fatiſque conſtat, ejus ſyſtema præ Veteribus omnibus commodiſſimum eſſe; dignum proinde quod paueis immutatis, plures doctiſſimi noſtræ ætatis loterpretes defendendum ſuſceeperint.

Ducit eam periodum Sanctus Clemens Alexandrinus Strom. lib. 1. a primo anno Cyri Babylone regnantis, ſolutæ captivitate uſque ad everſionem Templi per Titum. Laudat in eam rem Eſdræ teſtimonium, facile e quarto Libro petitum, quamquam fruſtra in impreſſis locus quæratur; inſinuare autem in illo Eſdras videtur futurum, ut Meſſias Jeroſolymis pareat, poſt 62. & ſeptem adhue hebdomadas evolutas, quibus in Judæa a bellis vacatum; ſed nihil in eo teſtimonio ſatis diſtinctum, nihilque cohærens ſupputationibus optimorum Chronologorum, a Cyro uſque ad poſtremam Templi everſionem, majorem multo, quam 490. annorum ſummam conficientium.

Origenes in ea re variat; namque Strom. lib. 10. [20] ejus periodi exordium conſtituebat primo anno Darii Medi, quo oraculum Danielis latum eſt [21], & exitum componebant cum Jeſu Chriſti natalibus. Sed tract. 29. in Matt. ab Adamo repetens Danielis hebdomadas, per totum ſpatium 490. annorum ad uſque Chriſtum, five everſionem Jeruſalem deducebat; quod ab ipſo aſſertum eſt, juxta invectam a ſe ſupputationem, hebdomadam in 70. annos deputantem. Fruſtra abſurdam hanc opinionem refutaodam ſuſcieperemus.

Imperitiam ſuam in rebus Chronologicis & in hiſtoria Perſarum prodidit in ſuo ſyſtemate Tertullianus in Opere adverſus Judæos; periodum enim a Dario Medo 11 jextorlus ejus hebdomadam 62. & ſemis, nempe an. 437. ad uſque natalia Jeſu Chriſti perducit; aſſignatis pro Regno Darii annis 19. Obiiſſe vero ſtatuit Jeſum Chriſtum anno 15. Tiberii, atque inter Chriſti excidia & Urbis per Romanos everſionem conſtituit 53. annorum intervallum. Tot errores, quot verba in hac hypotheſi; nihilque ex illa commodi, niſi quod jugem Eccleſiæ traditionem demonſtret de ſeptuaginta hebdomadis, ad Chriſti natalitia ſive obitum deducendis, earumque exitu in everſione Templi Jeroſolymitani ſtatuendo.

Eutebius Cæſarienſis lib. 8. Demonſt. Evang. & apud Hieron. in Dan. 9. tres hypotheſes adducit; 1. Exordium ejus periodi repetit ab anno primo Cyri; terminat autem hebdomadam 69. in Hircano Summo Sacerdote, quem poſtremum Unctum Domini five poſtremum verum Sacerdotem Judæorum deputat. Reliquam hebdomadam, a prioribus longo ſpatio avulſam, ita diſtribuit: Jeſus Chriſtus in exordio illius ſeptimanæ tinctus eſt, in medio ejus ſpatio cruci ſuffixus; eaque exeunte fides Chriſtiana ab Apoſtolis annunciata.

Altera hypotheſis primam hebdomadam refert ad annum 6. Darii Hiſtaſpis, abſoluto Templo Jeroſolymitano memorabilem; tum 69 hebdomadam componit eum obitu Hircani Summi Sacerdotis; & reliqua deinde omnia, quemadmodum in priori hypotheſi, diſtribuit. Tandem in ultima hypotheſi libertam cuique facultatem permittit, ut quemcumque demum annum caput hujus periodi ſtatuat, five nempe primum Cyri, vel textum Darii Hyſtaſpis; exitum vero ſive ineunte, ſive abſoluto Hircani Sacerdotio, Septuageſimam vero hebdomadam ceteris diuturniorem 70. annorum ſpatio definit; ejus exordium in Baptiſmo Chriſti, exitus in Regno Trajani. Mirari ſubit, viro adeo rerum ſcientia & Chronologia perito hæc in eo argumento excidiſſe, ut ejus hypotheſes in tam multis deprecentur. Monſtruoſum eſt plane illud de ſeptuageſima ſeptimana a ceteris avulſa; oec ſane minus mirandum, quod illius ſpatium longius quam ceterarum protrahatur.

S. Cyrillus Jeroſolymitanus Catechet. 12. a Dario Medo, quem ipſe per errorem eum Dario Hyſtaſpis confundit, hanc periodum reperens, exordium Regoi ejuidem Principis confignat ad 66. Olympiadem. Ejus vero Regni octavo anno reſtituram Urbem Jeruſalem eenſet; ac eandem natalitia Jeſu Chriſti componit cum 186. Olympiade; totumque temporis a Dario uſque ad natalitia Jeſu Chriſti intervallum 483. annis nempe 69. ſeptimanis annorum dimetitur. Nihil vero reliquum addit de ſeptuageſima hebdomada, quæ potiſſimum ad prophetieum

(1) *Vide Exechiel. 4. 6. & Apocal. 12. 6. & 13. 5.* (2) *Varro apud A. Gell. lib. 5. cap. 10. Ex Varrone lib. 1. de Hebdomadibus. Tum ibi addit ſe quoque jam 12. annor. hebdomadas ingreſſum eſſe, & ad eum diem ſeptuaginta hebdomadas Librorum conſcripſiſſe.* (3) *Apollodor. Biblioth. lib. 3. cap. 4. Vide Suidam in Cadmo & Clemens Alexan. lib. 1. Strom.* (4) *Porphyr. apud Hieron. Prafat. expoſitionis in Dan.* (5) *Daniel. 9. 26. 27.* (6) *Apud Hieron. de Script. Eccl.* (7) *Jul. Afric. lib. 5. Tempor. apud Hieronym. in Dan. 9.* (8) 2. *Eſdr. 1. 1. & 2. 5. & ſeq.* (9) *Perer. lib. 2. in Dan. 3. part. Diſput. de 70. Hebdomad.* (10) *Apud Hieron. in Dan. 9.* (*) *Dan. 9. 1.* (11) *Videtur cum* Dario Notho *confudiſſe; ſed textus ad litteram loquitur de Dario, quo regnante oraculum editum: conſtat autem ad Regnum Darii Medi ſpectare. Dan. 9. 1.*

Diſſert. Calmet. Tom. I.

oraculum majoris est momenti. Gemina fere habet Sulpitius Severus Hist. Eccl. a quo pariter silentio prætcritur septuagesima septimana; totumque dimum periodum repetit ab anno 22. Darii Ochi (corrige Hystaspis) usque ad eversionem Templi Herosolymitani, quam in exitu 69. hebdomadæ collocat.

Sancti Joanni Chrysostomo Hom. 3. adversus Iudæos, spatium est 483. annorum inter vigesimum Artaxerxis & eversionem Templi per Romanos, quos duos terminos oraculo Danielis constituit. Exactius aliquid habet Theodoretus in Dan. 9. cui 62. Septimanæ annorum lunarium usque ad obitum Summi Sacerdotis Hircani numerantur; hunc ille Sacerdotem non secus ac Eusebius postremum Jegitimorum Sacerdotum Hebræorum deputat. Exinde ad usque prædicationem Christi spatium est Theodoreto 7. septimanarum. Restat septuagesima quam mediam jam evolutam Iesus Christus obitu suo consecravit. Legisque Sacrificia ad meritum & vim impetrandi quod attinet, cessarunt; affigatero reliquo ejusdem hebdomadæ spatio prædicationi Evangelii per Apostolos, & fœdere innovato cum Judæis illis, qui Christo per eam occasionem iesse adjunxerunt.

Quidam apud Sanctum Augustinum [1] totum hoc vaticinium de Antichristo exponentes, periodi hujus exitum cum mundi universi exeidio componunt. Quorum ille, sicut & Sanctus Hieronymus, impudentiam vituperat, audentes de rebus loqui humanam scientiam excedentibus, quas nonnisi divinitus facta revelatione doceremur. *Magis elige eautam ignorantiam confiteri, ait* Sanctus Augustinus, *quam falsam scientiam profiteri.*

Veteres Iudæi authore S. Hieronymo (*), a Dario Medo, unde repetunt septuaginta hebdomadas, usque ad eversionem Urbis per Titum, assignant 62. septimanarum intervallum. Octo reliquas excipit universæ gentis excidium sub Adriano. Nec illi quidem negare audent Millium, quamquam alium illum a Christo, Danielis oraculo spectari. Plus aliquid quam e re sua fassos illos arbitrati Judæi recentiores, tenebras huic veritati offundere conantur. Sunt ex illis, qui tempus nati Messiæ jam inde evolutum affirment; sed ne veniret, crimina obstitisse. Alii diris devovent quicumque tempora supputarint, veriti ne id studii plus aliquid lucis, quam e re illorum, veritatis amatoribus conferet. Hillel transisse quidem præceptum a Prophetis adventus Messiæ tempus fatetur; frustra proinde ventitum Messiam expectari venisse enim jam inde sub Ezechia, quo tempore Prophetarum oracula omnia impleta sunt.

Sed doctissimis Judæorum contrahere visum est tempus inter Cyrum & eversionem Templi interjectum; quare totam Monarchiæ Persarum a Cyro periodum intra 52. annos definientes (†), quatuor in illa Reges pro decem constituunt. Qua semel invecta Chronologia, frustra quis a Cyro adusque Jesu Christi obitum 486. annos numeraverit. Ducunt autem septuagintæ septimanas a prima Templi eversione per Nabuchodonosorem; ex quo ad eversionem usque Templi per Titum spatium deputant 490. annotum. Geminos autem Unctos agnoscunt, Cyrum, in septimana hebdomadæ; Agrippam II. post novissimam Urbis obsidionem Romæ occisum. Excepit hæc omnia, inquiunt, eversio Urbis *per Ducem*, nempe Titum; quæ Urbis desolatio ad usque bellum Gog, & Magog, deinde a Messia exterminandorum, durabit. Ita plane philosophantur cum RR. in gente sua clarissimis Jarchi & Abarbanel.

Tales adversarios, quibus summa omnia, imperitia nempe, & pervicacia, frustra quis adductis argumentis refutaverit. Judæi enim nec prophanos Authores legunt, nec veram Chronologiam a limine quidem salutarunt. Authores magni & parvi Chronici Judæorum recentiores sunt, quam ut aliquid in eam rem conferant; ille enim sæculo 12. hic sexto seripsisse creditur [2]. Porro gemini illi Messiæ ab Hebræis inducti, nec menti nec verbis Danielis satis respondent. Quæ de occisione Junioris Agrippæ per Vespasianum post novissimam Urbis Metropolis obsidionem narrantur, commenta sunt Judæorum; namque satis quieram Romæ vitam duxisse Principem illum anno 14. Domitiani, ex nummorum fide intelligimus. Sed ille curarum æstus, quo Rabbini jactantur, veritatis hujus oraculi indicium est, si quod aliud, apertissimum, veniste enim jam inde a pluribus sæculis Messiam nullo evidentiori argumento docemur, quam quod Rabbini offundendis huic veritati tenebris nihil relinquunt intentatum. Dionysius Carthusianus epistolam Rabbini cujusdam ad fratrem quemdam suum refert, in quam suspicionis aliquid apud me creat, major quam pro Judæo sinceritas. En integram [3].

„ Amplius videtur etiam, Domine mi, Danielis „ prophetiam, quæ scribitur 9. capite, completam esse, ubi sic dicit: Postquam consummatæ &c. Et „ non est, Domine mi, dubium, quin destructio „ perpetuæ desolationis, sit ista captivitas, in qua „ jam sumus. Nam jam sunt mille anni, & aperte „ dicit Dominus per Prophetam, quod erit desola„ tio perpetua, propter occisionem Christi; & si„ cut est desolatio nostra post occisionem Christi. „ Non comminatus est desolationem perpetuam, nisi „ post occisionem Christi. Et si voluisset aliter dicere, „ quod ante occisionem Christi fuerimus in desola„ tione, respondent nobis Christiani, quod antea il„ lam mortem non fuit desolatio nisi septuaginta „ annis; & post hoc fuimus reducti in terram pro„ missionis, & fuimus apud Deum in gratia & ho„ nore. Certe, Domine mi, non vidi evasionem „ contra populum, qui de facto probat nobis, „ quod postquam reædificatione Templi fuere com„ pletæ septuaginta hebdomadæ, (supple annorum) „ quæ sunt anni abbreviati, tunc fuit Jesus occi„ sus a patribus nostris, & postea venit Dux, sci„ licet Titus, & populus, scilicet Romani, & fe„ cerunt nobis secundum prophetiam istam. Ho„ die sunt mille anni, & sic in ira Dei sumus, & „ tamen in ipso speramus. Et si dicitur, quod Chri„ stus nondum venit, sed cito sit venturus, & ha„ bebimus terram promissionis, & reædificabimus „ civitatem, & habebimus gratiam Dei, & bono„ rem in terra nostra, & illa desolatio fit tempo„ ralis & non perpetua; respondent nobis Chri„ stiani quæ adhuc occiso Christi & adventus Ti„ ti, & populi Romani & desolatio pejor, quam „ ista, in qua modo sumus, quia sunt mille anni? „ Heu, mi Domine, non est exculatio seu evasio „ consonans.

Quicumque ex nostris Interpretibus [4] Oraculum Danielis cum hac Hebræorum Chronologia componere studuerunt, revocare septimanarum periodum coacti sunt ad quartum annum Sedeciæ, ut scilicet ab ea epocha adusque Templi eversionem per Romanos, annorum 490. summam conficiant. Sed præstat totam illam fupputationem vitiosam oppido rejicere, atque in serie Regum post Cyrum nodi hujus prophetici solutionem requirere. Vix enim ambigitur, Angelum de re futura setmonem instituisse, nec de re quacumque, & indeterminata; Ait enim: *ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem.* Inde repetendum est ejus periodi exordium, quod olim etiam veteribus Judæis visum, iis maxime qui arma in Romanos sumpserunt. Sperabant enim mox proditurum Messiam, cujus ope prostratæ illorum res erigerentur; uti inter ceteros testatum reliquit Rabbinorum hujus posttemi sæculi doctissimus [5].

Recepta communi suffragio nostra ætate apud Theo-

(1) *Aug. Epist.* 197. *nov. Edit. Vide & Hieronym. in Dan. 9. pag.* 1114. *nov. edit. Ubi de Appellonio Laodiceno.* (*) *Hieron. in Dan. p.* 9. 1116, 1117. (†) *Seder. Olam Rabba cap.* 29. 30. *& Seder Olam Sutha. Vide Ganz, Zemach, David.* (2) *Basnage Histor. Jud. t.* 4. *l.* 6. *c.* 22. *art.* 18. (3) *Epist. Rab. Samuel. ad Rabb. Isaac.* (4) *Lyran. Burgens. Vatab. Galat.* (5) *Menasse Ben-Israel de termine vitæ.*

Theologos, & Interpretes ſententia [1] tenet, annum vigeſimum Artaxerxis Longimani cum primo Septimanarum componendum. Poſtrema hebdomada Jeſus Chriſtus cruentum ſacrificium Patri oblatus, veteribus ſacrificiis, atque figuris finem impoſuit; atque in illo demum terminus poſitus 70. Septimanis, ſive 490. annorum periodo. Neque eadem omnibus ſupputandi ratio placet; quin & in ea re tantum libertati datum, ut vix duo inter ſe omnino conveniant; quamquam fere omnes in illud collimant, quod a nobis jam propoſitum eſt. Nec ſane aliter melius dubia omnia ſubmoventur, atque hiſtoria ſacra cum prophana juncto fœdere conciliantur. Superſedemus tamen a moleſtis ſupputationibus afferendis de quibus Chronologiſtæ.

Illud ramen monendum operæ pretium duximus, totum opinionum diſſidium in novem, vel decem annorum diſcrepantia verſari. Tot enim ſuperaſſe videntur ſummæ 490. annorum inter 20. Artaxerxis aduſque Baptiſmum, ſive prædicationem Jeſu Chriſti. Huic autem difficultati reſpondet D. Le Pellerier, allatis argumentis demonſtrans vigeſimum Artaxerxis in 2. Eſdræ 1. 1. & 2. 17. 18. decimum eſſe Artaxerxis ſine ſocio regnantis; par enim annorum ſpatium regnaverat cum Xerſe Patre ſuo, in ſocietatem accitus. Ita plane dubitationes omnes ſubduecuntur. Obiit J. Chriſtus medio ſpatio poſtremæ hebdomadæ, nempe triennio & ſemis poſt prædicationem inceptam. Ejus obitu vetus fœdus abrogatum, novum ſanguine ipſius obſignatum eſt; abiit juſſa ſacrificia, & cæremoniæ legales, novumque fœdus confirmatum Apoſtolorum opera, quibus præconibus, & adminiſtris uſus eſt Deus, reduecndis ad fidem Judæis, & Paganis, toto ſpatio trium annorum & ſemis poſt obitum Chriſti; quod reliqui erat ſini poſtremæ hebdomadæ impoſiti: evoluto eo ſpatio, Eccleſia Jeſu Chriſti ſemel conſtituta novis in dies acceſſionibus crevit.

Huic ſyſtemati ardua ſunt plura: 1. obitum Chriſti, firmatumque poſtrema hebdomada fœdus, non ſtatim excepit ſive deſolatio Jeruſalem, ſive Templi everſio, pervicacium Judæorum diſperſio, ac tandem abominatio deſolationis: quæ omnia proxime obitum Meſſiæ conſequuntura, & ante exitum hebdomadarum amplenda Daniel ipſe prædixerat. Ait enim Propheta: poſt Meſſiæ obitum, *Non erit ejus populus, qui eum negaturus eſt. Et Civitatem, & ſanctuarium diſſipabit Populus, cum Duce venturo, & finis ejus vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una; & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia, & ſacrificium; & erit in Templo abominatio deſolationis, & uſque ad conſummationem & finem perſeverabit deſolatio.*

2. Numquam eo pervenerunt ejus aſſertores, ut poſt ſeptuageſimam ſeptimanam ceſſaſſe prorſus ſacrificia Templi Jeruſalem demonſtrarent; cum pretius quatuor annorum decadibus poſt obitum Jeſu Chriſti perſeveraverint. 3. Quis ille *Unctus Domini* poſt ſeptimam hebdomadam, juxta Danielis oraculum proditurus, alter plane a Chriſto Domini poſt ſexageſimam ſecundam ſeptimanam neci tradendo? 4. Nulla ſatis congrua ratio afferri poteſt, cur Propheta ſpatium aſſignaverit 49. annorum, nempe 7. ſeptimanarum a ſecundo anno Artaxerxis pro reſtituendis mœnibus & munitionibus Jeruſalem, iniquiſſimis plane temporibus: 5. Tandem Propheta diſerte duos vaticinii ſui terminos diſtinguit, alterum poſt 7. alterum poſt 62. evolutas ſeptimanas; ex quo pariter geminæ memorabiles epochæ diſtinguendæ viderentur, cum in vulgari hypotheſi nihil tale occurrat; neque enim 7. primas ſeptimanas factum aliquod inſigne a ceteris diſtinguit.

His forte ducti rationibus recentiores quidam Chronologi, poſt 7. ſeptimanarum periodum conſtituunt perſecutionem Antiochi Epiphanis, quod olim etiam Porphyrio, Joſepho, & Authori primi Macchabæorum facile viſum ſupra obſervavimus. Veterum hanc opinionem e ſitu & tenebris in lucem noſtra ætate Marshamus Can. Ægypt. ſæcul. pag. 568. &c. revocavit. Ita vero ille: Darius Medus, quo regnante Daniel oraculum ſuum edidit, apud Æſchylum in Perſis memoratus, Suſarum urbem expugnavit. Porro Author ille autumat, tres illas ſeptimanas jejunii a Daniele ſuſceptæ [2], ex annis conſtitiſſe, producſumque ab eo prophetæ jejunium a capta urbe everſoque Templo per Nabuchodonoſorem uſque ad receptas a Dario illo Suſas, nempe 21. annorum ſpatio. Excepit deinde primo Darii anno [3] Danielis viſio, ex quo uſque ad primum Cyri Babylone regnantis 49. ſive 7. annorum ſeptimanas idem Marshamus enumerat. Porro Cyrus ipſe eſt Unctus Domini: *Uſque ad Chriſtum Ducem hebdomades ſeptem*; vel ſi quis maluerit, tot annorum ſpatium conſtituendum eſt uſque ad reditum Zorobabelis & Summi Sacerdotis Jeſu, quos ambos unctos Domini Zacharias appellavit 4. 2. 3. *Duos filios olei*. Norat autem Daniel evolutas jam 3. ſeptimanas annorum, ſive 21. annos captivitatis populi, cum ſcilicet Angelico illo eloquio dignatus eſt. Didicit autem ab illo ſeptem tantum hebdomadas ſive 49. annos ſupereſſe, ut ſeptuaginta anni captivitatis a Ieremia prædictæ abſolverentur.

Hebdomades ſexaginta duæ, quibus evolutis, *rurſum*, ait Propheta, *ædificabitur platea & muri*, ducendæ ſunt a ſoluta captivitate uſque ad primum annum Antiochi Epiphanis. Vix enim captivitate liberatus populus nihil habuit antiquius, quam ut proſtratum Templum reparandum aggredereturquamquam ſæpius interminſum opus non niſi poſt 22. annos nempe ſeptimo Darii Hyſtaſpis ſteterit. Tunc cœpta ſacrificia 342. annis, nempe uſque ad Antiochum Epiphanem, duraturæ, illius injuria ante ſeptimo regni uſque ad ſecundum Judæ Macchabæi ceſſarunt. Eſt autem juxta Marshami ſupputationem ab anno primo Cyri uſque ad ſecundum Judæ Macchabæi 63. ſeptimanarum annorum, adjecto ſemianno, nempe 444. annorum & ſemis intervallum.

Ita vero hypotheſim ſuam probat: Templum Jeroſolymitanum everſum eſt anno 141. Nabopolaſſaris, Per. Jul. 4707. adde his 444. ſummam conficies ann. Per. Jul. 4551. qui nempe annus compotitur cum ſecundo Regni Aſmonæorum, initi a parta Dei per Judam de Apollonio victoria [4], repurgatoque ab illo Templo, atque Sacrificiis reſtitutis.

Supereſt annus Per. Jul. 4551. cum ſecundo Judæ Macchabæi componendus. Porro Regnum Aſmonæorum claudit Jeroſolymæ expugnatio per Herodem & Soſium Coſſ. Agrippa & Gallo an. Per. Jul. 4697. annorum, ſupereſt annus 4677. annorum, ſupereſt annus 4551. primus initi a Iuda Macchabæo Regni.

En igitur quomodo, juxta eumdem Scriptorem, tota ſeptimanarum Danielis ratio conſtat. 1. Septem ſeptimanæ ſive 49. anni a primo Darii Medi uſque ad primum Cyri excurrerunt. 2. Septimanæ 62. ſive anni 434. numerantur ab inito per Cyrum Regno uſque ad primum Antiochi. 3. Succedit ſeptimana, ſive 7. annorum periodus, ab Epiphane ad uſque prophanationem Templi deducens. 4. Iungitur hebdomadæ dimidium ſive 3. anni & ſemis, ut a prophatione per Antiochum uſque ad expiationem Templi ejuſdem per Iudam Macchabæum perveniatur. Exponit autem illud, *Chriſtus occidetur*, de Sacrorum ceſſatione & diſperſione Sacerdotum ſub Epiphane; legit enim eum Græco: *Unctio deſtruetur* [5]. Ac tandem arbitratur idem Varis oraculum, quod cap. 9. 24. 25. 26. 27. expreſſum eſt, prius etiam

(1) *Ita Jul. Afric. Chryſoſt. Theod. Beda, Carth. Rupert. Zonar. S. Anton. Galat. Perer. Uſſer. ad ann.* 3350. *Lamy. Appar. Chronologic.*

(2) *Daniel.* 10. 2. 3. (3) *Dan.* 9. 1. 2. (4) 2. *Macchab.* 3. 2. & 4. 52. (5) *Exoletbrunthoefer ad chriſma.*

occurrisse legendum capp. 7. & 8. utrobique enim de perseqquutione Antiochi in Judæos mota agitur.

Sed in eo systemate illud maxime vitiosum reprehenditur, quod constituram hucusque Ecclesiæ auctoritate sententiam subruat; cum enim multum ex illa commodi in Judæos & Paganos Ecclesiæ semper retraxerit, ab eo plane semel receepta Authoris sententia, totum oraculum intra fines Cyri, Epiphanis, eversionis Templi, & dispersionis Sacerdotum retrimgunt, decedendum fuisset. Actum est enim de Christo ejusque obitu; actum de confirmato fœdere, eversso Templo; actum de oraculo Christianæ Religionis veritatem asserente. Confundendos etiam statuit Darium Medum post Balthassarem regnantem, & Darium priscum urbis Susarum expugnatorem, quod sane ambiguum est pluribus. Multo etiam majoris indagimis res est, quod ab ipso asserum, Regem illium nempe, quo rerum potiente Daniel oraculum edidit, & Cyri exordia solo 49. annorum sive 7. septuanarum intervallo differminari; repugnat enim huic Authoris opinioni historiarum & monumentorum, quæ supersunt, omnium fides. Ratum etiam constituit, quod maxime, & ægre fuerat probandum, annos 70. captivitatis apud Jeremiam componi cum anno eversæ Jerusalem per Nabuchodonosorem. Nostris enim Chronologis visum est periodum illam illatuisse anno 4. Joachim Regis Juda, & duodevigessimo ante eversam urbem & Templum, hac minori temeritate dimetitur 490. annorum intervallo totum illud spatium, quod inter Cyri crepundia & Judam Maccabæum interjacet; discrepat enim universa ejus Chronologia ab Usseriana, intra 500. annorum spatium, non minus 80. annorum dissidio. Hæc tanæ majora videntur, quam ut illius Scriptoris hypothesim sequamur.

Accusatus a P. Lamy Oratorii P. Harduinus de asserto Mathami systemate egregie se ipsum purgavit [1]: N.e fane injuria, cum non semel peæ una in re ab Anglo illo dissideat; & quod caput est, defendit Harduinus oraculi illius fidem omnem impletam, in obitu Jesu Christi eversaque Urbe & Templo in tanti parricidii ultionem: quod autem sub Maccabæis in Onia summo Sacerdote violataque Templi religione per Antiochum Epiphanem contigit, non nisi emblemate quodam futuris Jesu Christi eventibus [2], & iis quæ deinde expectanda fuerant, præluisse. Hoc P. Harduini systema, cum aliquis Matthamus nihil aliud spectaret, quam Maccabæos, nihil de futuris Jesu Christi eventibus curans.

Ita proinde totam hujus oraculi œconomiam exponit Harduinus in Chronologia V. T. impressa Parisiis anno 1699. & fusius in ejusdem Operis Apologia adversus P. Lamy, Angelus ita Danielem affatur: *Ab exordio pretum tuarum egressus est sermo; Ego veni ut judicarem tibi.* Christus in gente tua ungendus est, neci tradendus in urbe metropoli. In sceleris ultionem Deus urbem sanctam Templumque subvertet, dissipata insuper populo tanti criminis reo. Sed hæc longe majoris momenti alii in Messia implendis præludent.

Ducas igitur summam 70. septuanatum ex annis constantium, quarum periodus figuras omnes Messiæ plerumque post ejus obitum implendas complectur. Ita vero septuanas illas distribues. Priorum septem caput est tempus ab oraculo Jerem. 25. 11. deductum, quo fœliciet Propheta 70. annorum captivitatem populo suo minatus, eo evoluto spatio ad propria revocandum prædicit. Porro septem illæ hebdomades septeæ jam defluxerunt, cum in primum Cyri, nempe mei Unxti [3], annum terminent. A primo Cyri & exitu 70. annorum captivitatis, succedunt 62. annorum septuanæ, quas excipiet Judas Maccabæus, alter e meis Unctis & figura Messiæ.

Post septem hebdomadum in Cyrum desinentium periodum, *Sanctus Sanctorum ungetur*; nempe Josi. filius Josedech Summus Sacerdos, sacro munere fungendo restitutus, victimas ut olim mactabit. Post 62. septimanas inter Cyrum & Judam alterum Sanctum Sanctorum ungendum necique tradendum scias; quod de Onia Summo Sacerdote accipiendum est necei tradito Antiochiæ (4), ante prophanatam ab Antiocho Epiphane Templi religionem. Summus ille Sacerdos meritorum suorum invidia necei traditus dignam gerit figuram Jesu Christi, supplicio in urbe Jerusalem perempti; quemadmodum & prophanatio Templi sub Antiocho Epiphane alteri præludit, occasione captæ urbis Metropolis a Romanis. Hactenus doctus ille Jesuita.

Non vacat in præsentia vitia omnia recensere quæ a P. Lamy in ea hypothesi deprehenduntur: hoc tantummodo animadversione dignum duco, numerari ab illo 62. hebdommadas annorum inter geminos Unctos, nempe inter Cyrum & Judam Maccabæum. Qui vero potuerit Judas neci tradi exeunte sexagesima secunda septimana *Post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus*; cum ipse in medio septuagesimæ septimanæ restituisse sacrificia Templumque expiasse dicatur? Verum, inquit P. Harduinus, Christus ille neci traditus exeunte 62. septimana, ipse est Onias Summus Sacerdos Antiochiæ perempeus. Si ergo Onias Uncti nomine a Daniele defignatur, eur eodem nomine audiere Judas Maccabæus? Eamne duo simul Uncti, duoque eorum viros ejusdem nominis, prophetieum oraculum ad litteram spectabat? Scitum est, Oniam diem clausisse Antiochiæ 3. sive 4. annis ante expiatum a Juda Templum. Adde verba illa, *Ut unguatur Sanctus Sanctorum*, sive de unctione Sacerdotali, qua inauguratus est Iesus Filius Iosedech exeunte 7. septimanarum periodo usurpari, sive de initiato Onia post 62. evolutas septimanas, quod utrumque ardnum est & inenucmodum. 2. Præter Scripturæ morem accidit, neque id unquam allatis ab Harduino testibus demonstratur [5], ut Summi Sacerdotes *Sancti Sanctorum* titulo designentur. 3. Fallitur vir doctus, cum inauguratum Oniam statuit exeunte sexagesima secunda septimana, namque eodem anno juxta P. Harduinum occisus, Sacerdotium 30. annis antea susceptum reliquit.

Ceterum ejus systema nihil habet fidei repugnans, statuit enim Iesum Christum tamquam universæ prophetiæ scopum, quo primum collimasse Spiritum Sanctum defendit: nihil etiam invehit a moribus Prophetarum abhorrens, quibus solemne est, ut in insigni aliquo Veteris Testamenti facto typum constituant & figuram Messiæ, ut eo fœliciet oraculi fide demonstrata, axquioribus deinde mentibus alterius sensus in Messia deinde implendi. veritatem persuadeant. Nihil etiam Fidei repugnare viri docti systema ex eo constat, quod nullam plane sententiam Ecclesia ceteris præferendam statuerit; atque in varias opiniones abeuntes Patres, & Doctores Catholici integrum nostris interpretibus reliquerunt; ut quamcumque demum mallent, hypotesim tuerentur: quare non desunt Interpretes Catholici ejusdem opinionis assertores [6]. Nos eamdem ideam seeuti, alterum systema prodeinndum suscipimus, forte minoribus incommodis obnoxium.

Angelus Gabriel Propheteam allocutus, veniste se a Deo interpretem dixit, ut postulata ab ipso Propheta omnia exponeret, nempe Ieremiæ oraculum de 70. annis captivitatis, quo Prophetæ vota tendebant [7]. Eadem aceepta occasione, alterum, ait Angelus, tibi mysterium pandam: *Septuaginta hebdomades* (annorum nempe, spatium 490. annorum conficientes) *abbreviata sunt* (nempe constituæ) *super Populum tuum, & super Urbem sanctam tuam, ut consummetur prevaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur justitia sempiterna, & implentur visio* (Jeremiæ nempe, sive

(1) *Harduin. de 70. hebdom. Dan. adversus R.P. Bern. Lamy. In edit. Operum Harduini apud de Lorme* pag. 880. &c. (2) *Harduin. Ibid. p.* 885. c. 1. (3) *Is.* 1. 45. (4) 2. *Macchab.* 4. 33. 34. (5) *Harduini Defensi.* pag. 887. 888. (6) *Iesius, Sixtus Senensis Bibliothe.* l. 8. *Haret.* 12. p. 664. *Harduin. loc. cit.* (7) *cap.* 9. v. 2.

sivè aliæ Danielis) *& Prophetia*, *& unguatur Sanctus Sanctorum* (Templo Domini scilicet vetus religio per expiationem restituatur). *Scito ergo & animadverte: Ab exitu sermonis* (Ieremiæ facti de restituenda urbe post exitum captivitatis [1], *usque ad Christum ducem*, a quo in libertatem restituemini (nempe Cyrum Unctum Domini) *hebdomades septem* (sive 49. anni) quibus evoluti *ædificabitur* Urbs, & Templum.

Post Cyrum, restituto sque in libertatem Iudæos, succedent hebdomades *sexaginta duæ*, *& rursum ædificabitur platea*, *& muri in angustia temporum*; nempe rerum potientibus Persis, & Græcis, negotium Iudæis facient Samaritani, veteres Iudæorum adversarii magis quam finitimi. Tandem *post hebdomadas 62. occidetur Christus* (Onias sumus Sacerdos Antiochiæ) *& non erit ei Populus* (hæres e genere suo) *Et civitatem & sanctuarium dissipabit Populus cum Duce venturo* (Antiocho) *& finis ejus vastitas*, *& post finem statuta desolatio*.

Hebdomada hæc posterna confirmabit *pactum multis*, Domini nempe cum probis Israelitis [2], qui partibus Macchabæorum, & Religioni faventes, adversarios se præbuerunt ceteris ab avita religione refractariis; *In dimidio hebdomadis deficiet hostia*, *& sacrificium*, *& erit in Templo abominatio desolationis* (idolum Iovis in Templo constituetur), *& usque ad consummationem*, *& finem* (nempe hebdomadæ) *perseverabit desolatio*.

In Eumdem scopum collimant oracula omnia Prophetæ, quæ nempe referuntur in capp. 7. & 8. 9. 10. 11. & 12. Utique enim Daniel eventus omnes gentis suæ in Oriente a Cyro usque ad Antiochum Epiphanem perfequitur. Idem autem factum variata pluries specie exhibet, ut scilicet altius in mente hominum ejus veritas imbibatur. Semel & iterum Deus Danieli grande illud, & memorabile factum expoluit. 1. Sub emblemate quatuor animalium e mari emergentium [3] 2. objecta decem cornuum specie (*). Triftes illæ ac variæ futurarum calamitatum species menti Prophetæ obversantes in eas angustias virum redegerant, ut conlulenda Ieremiæ vaticinia statuerit, quo exitum tandem captivitatis, futuramque Urbis, & Templi restitutionem scrutaretur. Cum vero anceps sollicitusque revolveret, num septuaginta ab illo præcirptum annorum tempus calamitatum prorogandarum designaret five potius finiendarum periodum, querelas ea de re suas cum Domino instituit. Heu Domine! nondum res Urbis prostratæ restituta sunt, nondum Populi captivitas solura est, tu vero novum veteribus oneribus superaddis, malis mala continuas! Quando ergo miseris patiendi finis imponetur? Quando Liberator prodibit, *ut adducatur justitia sempiterna*? Ieremias solvendam captivitatem post 70. annos prænunciavit: quis ergo annorum finis?

Ea accepta occasione Angelus Gabriel docendum virum suscepit de futuris post *Christum Regem*, nempe Cyrum juxta vaticinium Iſaiæ 45. 1. 13. rerum eventibus, ad usque *abominationem desolationis*, totam ejus temporis historiam prosecutus, quod a restituta Ierusalem & Templo sub Cyro adusque desolationem sub Antiocho interjacet. Hæc omnia peragenda spatio 70. septimanarum denuncians, ita totum illud tempus distribuit. Post factum Domini eloquium ad Ieremiam, *ab exitu sermonis*, usque ad Cyrum Regem unctum, & a Domino pro restituendo in libertatem populo destinatum: *Hec dicit Dominus Christo meo Cyro .... ipse ædificabit Civitatem meam*, *& captivitatem meam demittet*; hæc, inquam, duo *hebdomades septem*, nempe 49. annorum intervallum disterminabit.

Res plane congruit, namque ab anno captæ Urbis, Per. Iul. 4116. & Mundi 3416. adusque primum Cyri, Mundi 3468. anni 49. interjacent. Porro hæc annorum periodus non conficit quidem summam 70.

Dissert. Calmet. Tom. I.

annorum captivitatis apud Jeremiam; sed septem illarum decadum exordium constituendum est anno quarto Joakim, Mundi 3398. plurimis adductis in captivitatem Babylonicam Judæis memorabili [4]. Supra jam animadvertimus, S. Hyppolitum Martyrem septem priores hebdomades Danielis jam inde ante Cyrum duxisse, & Petrus Blesensis [5], verba illa usque *ad Christum Regem* de Cyro Rege Persarum interpretatur.

Verum quo 70. septimanarum oraculum assequamur, ipsum consuli Prophetam oportet. Narrat ille [6], se non plane affectum hujus ænigmatis mysterium, inquietum animis iterum ad conlulendum Dominum se contulisse, votique tandem compotem factum Angeli Gabrielis eloquio didicisse omnia. Eo igitur revelante, brevioribus verbis intellexit Monarchiæ Persarum everfionem, quæ in Alexandrum transiata deinde cum ejus Imperio univerlo, in partes dissindenda erat. Secundum hæc, fusius Gabriel mala omnia exponit ab Epiphane in Judæos inferenda [7]. Cum igitur Angelus mysterium 70. septimanarum expoluisset, nil nisi de periecutione Antiochi disseratur, conjecturæ non exiguus locus datur, eo tendere 62. septimanarum periodum, a Principe unctio usque ad abominationem desolationis, nempe usque ad Macchabæos evolvendam, ut ad Antiochum deducat.

Hiiec 70. septimanis peractis, ait Angelus, *Finem accipiet peccatum*, *& delebitur iniquitas*, *& adducetur justitia sempiterna*, *& implebitur visio & prophetia*, *& ungetur Sanctus Sanctorum*; quibus verbis ſpectatum eredimus ad illud Jerem. 50. 18. 19. *Ecce visitabo Regem Babylonis sicut visitavi Regem Assur*, *& reducam Israel ad habitaculum suum. In tempore illo*, *ait Dominus*, *quæretur iniquitas Israel & non erit*, *& peccatum Juda*, *& non invenietur*, *quoniam propitius ero iis quos reliquero*. Hæc Jeremias apertiſſime de ſolvenda captivitate, evertendoque Cyri armis Imperio Chaldæorum; ſpectat autem oraculum ſive ad annum capræ Jeruſalem ſive ad alterum proxime ſuccedentem.

Horum igitur oraculorum fides implenda expectabatur ſive poſt evolutas ſeptem ſeptimanas, ſive 62. aliis ſuccedentibus elapſis. Ad noſtram hypotheſim pronius arbitramur, in exitu 7. ſeptimanarum impletum oraculum conſtituere; quod aſtruunt Iſraelis ſoluta captivitate felicitas, Babylonis everſum Imperium, & calamitas rotundis verbis in oraculo ſub ea epocha expreſſæ. Tunc ſane Deus ſceleratum populi ſui obliitus, id commiſit, ut idolatria ea ditione Iuda & Jeruſalem penitus abigeretur, ungeretur iterum *Sanctus Sanctorum*, Templo ſcilicet dedicato ſacrificia redintegrarentur.

Author 1. Maech. 1. 17. ſtatuit ad exitum hebdomadæ 62. quæ olim de abominatione deſolationis in loco ſancto prædicta ſunt; air enim juxta Danielis oraculum: *Ædificavit Rex Antiochus abominandum altum desolationis super altare Dei*. Perſuaſum igitur habebat Author, Danielis ſeptimanas in ipſo Antiochi Regno deſiiſſe. Omittenda autem cenſeo argumenta Chronologica a Marshamo & P. Hardouino in hanc ſententiam adducta, quibus ſcilicet inita periodo illa a crepundiis Cyri, ad annum & 20. Epiphanis 2. Iudæ Macchabæi numerari annos 441. demonſtrant. Uſſerius tamen non niſi 372. annos recenſet.

Poſt hebdomades ſexaginta duas occidatur Chriſtus, i. e. Summus Sacerdos Onias; ac deinde altera proxime ſuccedente hebdomada, in medio ejus curſu ſacrificia in Templo ceſſarunt, locoque cedente religione, abominatio deſolationis ſucceſſit. Is rerum ſtatus tribus annis & ſemis, ad exitum ſcilicet ſeptuageſimæ hebdomadæ manſit; namque eo elapſo termino, Judas Macchabæus repurgato Templo, Sacrificia cultumque Domini revocavit, quemadmodum ex 1. Macchab. 4. 36. 52. intelligimus.

(1) *Jerem.* 25. 29. (2) 1. *Mac.* 2. 27. *Omnis qui zelum habet legis statuent teſtamentum*, *exeat poſt me*. 2. *Mac.* 8. 1. (3) *Daniel.* 7. (*) *Dan.* 8. (4) *Vide* 2. *Par.* 38. 6.

(5) *Petr. Bleſ. lib.* 1. *adverſ. perfid. Jud. Ex Petro Alfonſi Judæo converſo ap. Hardouin.* (6) *Dan.* 10. 1. 2. 4. 12. 21. (7) *Daniel.* 11. 12.

De Uncto Domini hæc Angelus addit : *Et non erit populus, qui eum negaturus est* [1]; seu potius non erit hæres, qui Summum Pontificatum post illum obtineat. Utrumque ad fidem veritatis. Cum enim Onias Antiochiam ad causam suam defendendam venisset, Menelaum invasi Sacerdotii, violatæque Templi Jerosolymitani religionis accusavit. Androniens, qui Regis vicibus absente Epiphane fungebatur, auro Menelai corruptus, Oniam dolo malo ex arylo Daphnes, quò confugerat, eductum statim necitradidit. Erat Oniæ filius cognominis, qui cum se frustra avitum Sacerdotium poituiturum intelligeret, annulos nactus potentissimos in Ægyptum concessit, ubi comiter a Judæis excepeus, ædificato ibidem Templo Domini, sacris illius præfuit. Ita plane ina fides constitit oraculo, quo neci tradito Oniæ nullus futurus hæres prænunciabatur.

Hîsce tamen conjecturis, non levibus plane nec futilibus, quibus exitus 70. septimanarum in purificatione Templi per Judam Macchabæum constituitur, nequidquam obstantibus; tutius tamen ac optimum factu censemus si ejus periodi exitus constituatur in obitu Christi, inicium vero anno 20. Artaxerxis Longimani; sicut & septuagesimæ hebdomadæ caput in Baptismo Christi, qua medio sui cursu evoluta, Christus obierit, atque inde post tres annos & semis tota tandem periodus absolvatur. Neque nos incommoda hujus sententiæ dissimulavimus; sed quæ, rogo, hypothesis dubitationes omnes subducat? Verba ipsa vaticinii pronum habent sensum in Jesu Christo & Messiæ vero Uncto Domini, expiandis sceleribus Juda, Israel, atque omnium denique mortalium necitradito. Cum illo enim perpetuo affedit justitia; ipse Sanctus Sanctorum inauguratus est, sive in re sive in typo Ecclesiæ suæ, Ecclesiæ scilicet sanguine ipsius formatæ, purificatæ, & per Spiritum Sanctum veritate & gratia conseeratæ.

Norant Veteres Judæi Messiam circa ea tempora proditurum, quibus Jesus Christus apparuit; evidens plane argumentum, exitum 70. septimanarum ad idem tempus Judæos illos constituisse. Veteres Christiani omnes ita Oraculum interpretati sunt; & sub Augusti ac Tiberii Regno in eam expectationem arrectæ gentes omnes venturum Defideratum cunctis gentibus opperiebant. Post hæc omnia, nihil supererat desiderandum, quam ut vir aliquis produeretur, in quem characteres omnes de Messia apud Veteres Prophetas expressi convenirent. Hæc satis esse videbantur, ut homines agnoscere virum possent; & si qui noscere recusavissent, pervicaciæ accusarentur. Prodiit interim in scenam Christus qui magno prodigiorum apparatu Filii Dei & Messiæ personam gessit. Omnes in illo spectabantur expressi a nobis characteres; ipse est enim verus Christus & Unctus Domini [2], neci eraditus, ab omnibus derelictus, omnimque destitutus ope, sed hæredc & successore relicto. Reliquit enim Ecclesiæ suæ Principes Apostolos, quos Patres constituit infinitæ propemodum turbæ Filiorum Dei, Fratrum & cohæredum Jesu Christi [3]. Ab illo data peccantibus venia, deleta iniquitas, expiata prævaricatio [4], ab illo æternum justitiæ Regnum in mundo constitutum est [5]. Ejus necem sequutum est excidium Urbis, & Templi, omni præcia redintegrationis ipe, sacrificia abrogata & penitus suppressa; abominatio in loco Sancto constituta [6]. Quid horum negare audeant Judæi? Simile nescio quid sub Macchabæis spectatum est, quod tamen futuris hisce tamquam figura quædam præfuit. Numquam tamen Judæis venit in mentem, ut Messiam venisse per ea tempora defenderent. Interim Judæorum & Paganorum immensa multitudo, quorum posteritate Ecclesia Christiana componitur, eautam contra illos dicentes, Jesum Christum verum esse Messiam ex impleta Oraculorum in illo fide testantur [7].

Qua ætate Jesus Christus prodiit, *percrebueras Oriente toto vetus & constans opinio, esse in fatis, ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur*, ait Sveton. in Vespas. cap. 4. Unde, rogo, fama illa per orbem, nisi e Judæa, ubi vetustissima atque probatissima oracula tervabantur? Cur eo potissimum tempore rumor increbuit, nisi quod virie jus gentis docti simi proditurum eo tempore Messiam certa quadam ex Oraculis Prophetarum deducta traditione teneren t? *Plurib us*, ait Tacitus Hist. lib. 5. cap. 14. *persuasio inerat, antiquis Sacerdotum litteris contineri, eo ipso tempore fore ut valescerent Oriens, profectique Judæa rerum potirentur.*

Josephus Judæus & Sacerdos, in religione gentis suæ instructissimus, tradit, nihil sollicitasse magis Judæorum in defectionem animos, quam quod vaticiniis quibusdam præpostero seniu accepeis, e Judæa oriturus Princeps totius orbis dominatione pollens (pondebatur [8]. Plures Judæorum Sapientes hæc pro se oracula interpretari, in expectationem temporalis cujusdam Principis erigebantur, qui detracto genei suæ dominationis Romanæ jugo, Regnum per universum late orbem propagaret. Hæc vulgo apud Judæos recepta persuasio; qua in re fallii illos ita concedimus, ut neque Josephus meliora auguraretur, oraculorum fidem in Vespasiano, cum ad Imperium in Oriente salutatus esset, impleetam arbitratus. Magi Jerosolymam post natum Christum venience, non aspectu tantum novi sideris, sed multo etiam magis sparsa novi Regis in Oriente prodituri fama acciti sunt (9). Nec Romæ ignotum, quod in toto ferme Orbe divulgatum erat; namque Virgilius Eclog. 4. init. de natalitiis filii Pollionis uiurpae carmina illa Sybillæ, aureum sæculum atque divinum quemdam infantem magnificis quibusdam carminibus celebrantia :

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas:
Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo.
Jam redit & Virgo, redeunt Saturnia Regna.
Jam nova progenies Cœlo demittitur alto.

DIS-

(1) *Daniel.* 9. 26. (2) *Luc.* 4. 17. *Act.* 26. 27. & 10. 37. 39. (3) *Rom.* 8. 17. 1. *Petr.* 3. 7. (4) *Luc.* 24. 45. 46. & *Rom.* 3. 24. *Coloss.* 2. 13. 14. (5) *Luc.* 1. 35. *Act.* 2. 27. & *Rom.* 2. 26. & 1. *Cor.* 1. (6) *Matth.* 24. 15. *Marc.* 13. 14. (7) *Vide Matt.* 11. 13. *Hebr.* 1. 1. 2. *Rom.* 10. 4. (8) *De Bell. l.* 7. c. 12. (9) *Matt.* 2. 1. 2.

DISSERTATIO

De Metamorphosi Nabuchodonosoris.

POST prorogatos per universum late Orientem Regni sui fines Nabuchodonosor Rex Chaldææ, fastu tumens & ambitione Babylonem regressus est) pacisque ac victoriarum fructibus colligendis intentus, ornandæ amplissimæ Urbi curas omnes suas verterat. Accidit inter hæc, ut per quietem proceræ cujusdam arboris dejectæ, confractæ atque concisæ speciem exhibitam cerneret; ejus arboris soli truncus & radix servati sunt; sed arbor eversa, vinculisque sive annulis ferreis & æreis constricta. Areanum illud enigma Daniel Regi pandens, arboris speeie Regem ipium ejusque Imperium designari ait; sciret autem, Deum fastu ejus stomachatum, ad agendam ferino ritu, longe a commercio hominum, in agro vitam ipsum damnasse (1). Ibi vero rore Cœli perfusus, atque aeris injuriis expositus, herbam carpere in bruti modum cogeretur, donec ad mentem revocatus nosceret, mortalibus Regibus immortalem aliquem & altissimum dominari. Aliquanto post, Rex ille dum fecum gloriabundus agitaret, quæ & quanta Babylone fecisset, subita audita voce eaidem sibi minas intentari sensit. Nec mora, statim in bovem transformatus, ex aula cœtuque hominum pulsus, ad belluarum ordinem redactus est.

Novum adeo mirumque factum pluribus conjecturis varinique opinionibus occasionem præbuit. Origenes (2) pro eoniecto sibi more arduos Scripturæ Textus ad allegorias flectendi, autumat Nabuchodonosoris nomine Lueiferi e Cœlo lapsum a Prophcta designari. Vix enim historieo & litterali seniu constare posse omnia, quæ apud Prophetam de historia illa leguntur, arbitratus est. Qui enim, inquit, fieri potuisse ut homo bovem indueret? Hæc Poetis quidem socios Ulyssis, & Diomedis in aves lupoique transformatos narrantibus ridemus. Tulisset ne vero Prineeps delicatissimus atque mollioris vitæ delicius affuetus, nudum integro leptennio injurias aeris tolerare, solis herbis agrestibusque fructibus depasci? Quomodo tam longo temporis spatio derelictus, belluarum immanitatem superasset? Eo vero absente, quis Chaldæorum Imperium moderatus est? Fac autem absuerit; quomodo a fuis olim abjectus postea receeptus, solio denuo impositus est? Tandem insignem adeo & memorabilem historiam silentio ne præsiisset Historici prophani, cum minoris momenti plura de eodem Principe litteris confignata posteritati tradiderint? Ita differit Origenes.

Sed neque de tanti Viri nomine, neque de ejus validis in speeie argumentis nobis eeterisque hueusque omnibus impositum est. Nemo enim huc ulque hujus historiæ veritati refragari ausus fuit, quamquam non sine opinionum diffidio: quod vix aliter crederetur de argumento adeo difficili & extraordinario. His tamen non rei ipsius veritas, sed rei præstitæ ratio negotium facit.

Sex in hoc argumentum variæ sententiæ distinguendæ sunt: 1. Origenis, de qua supra. 2. Bodini (3), autumantis Nabuchodonosorem in verum taurum transisse, ut forma & mente pariter hominis deposita, taurina omnia induerit; uno verbo ita corpore & anima in brutum transisse, quoniodo Alberto Pericof aecidisse perhibetur (4). Cum enim vir ille æque loeuples & avarus, unius noctis jactura gregem suum universum, plurium annorum ludore, inquitate, & scelere collectum amisisset, moleste adeo & aeerbe rem tulit, ut mœrore frenetieus, in Cœlum globum tormentarium explodere ausus fuerit, simul indigna plurima jactans. Nec mora; sanguineis quibusdam guttis sudare aer visus; homo autem impius in eanem nigerrimum transformatus, mortiena gregis sui voraci dente laeranda canino more fuseepit. Hanc historiam Cluverius non ex fide testium utcumque, sed oculatorum refert.

Alios autem juvat (5), metamorphosim illam ad extimam tantum corporis formam, non vero ad animam retulisse; quod etiam in Apulej», vi earminum Magicorum in asinum, corporis tantum speeiei translato, retenta tamen hominis mente & spiritu, ipse de se Apulejus de asino aureo testatur. Ita etiam accidisse narrat S. Augustinus de Civit. l. 18. c. 18. Viris quibusdam Italis, qui post degustatum magica quadam arte paratum caseum, equi speciem subito induisse ipsi se sentiebant dolebantque; coacti enim erant in eum habitum Magis certo quodam tempore servire; quo evoluto, jure postliminii proprium formam recipiebant. Sed vir sanctus doctusque nonnisi præstigio rem totam deputavit, quemadmodum infra demonstrabimus. Herodotus (6) ex relatione Scytharum & Græcorum in Scytia commorantium narrat, Neuros ejus regionis populos, solitos quotannis in lupos transmutari, certa quadam temporum periodo; qua elapsa iterum homines.

Familiare id in Livonio Gaspar Peueerus testatur. Plinius, quem credulitatis non raro viri docti accusant, ipse vicissim eodem nomine, sicut & mendacii. Græcos aeeusat l. 8. c. 22. venditant enim illi, familiam esse hominum in Arcadia, ejus singuli lupum hae ratione indunt; nimirum, sortito vir e familia Arcadum eligitur, qui ad oram lacus cujuidam adiunctus, vestibus suis in arbore suspensis natare aquam trajieit, atque in desertum fecedens lupum ibi novennium agit. Si toto eo temporis spatio numquam contingat, ut homini inferat injuriam, tunc ad lacum se redueit, & natatu aqua trajecta depositas vestes humanamque formam resumit, totidem annis, senior factus, quotis lupus fuerat. Ferunt Demarehum sive Demænetum quemdam post degustata exta pueri in sacrificio Jovis Lycei, sive Lupi ab Arcadibus mactati, in lupum statim transformatum, post decennium tandem hominis speciem receptisse. Refert Bartholinus de morbis Biblicis c. 13. Constantinum Manassem in ea fuisse sententia, ut crederet Nabuchodonosorem *de humana forma in porci figuram commutatum*.

Rabbinis nonnullis visum est (7), prompta metempsycosi animam Nabuchodonosoris in aliud corpus traducere; locumque ejus discessu factum, ut bovis anima substitueretur, ex qua bovini mores indoleseque; quantum tamen hominis figura, quæ semper manebat, pateretur. Post evolutum septennium, anima iuum reptens contubernium, bruti animam migrare coegit. Hæc sane opinio Pythagoricis metempsycosis assertoribus, adeoque & Judæis, olim & nunc etiam idem systema secutis, arrideret.

Alii vero turbatum mentis statum in Nabuchodonosore autumaruut (8), sicut & fascinatione quadam præstrictos oculos intuentium; illi ut brutum se reputaret, his vero ut brutum videre sibi viderentur. Omnia igitur juxta eos Authores integra erant, nihilque immutatum, nisi solæ opiniones. Legimus in vita

(1) *Dan.* 4. 22. (2) *Apud Hieronym. in Dan. 4. pag. 1087. nov. Edit.* (3) *Bodin. Dæmonolog. l. 2. cap. 6. Vide Jo: Greg. Buchium Differt. singular. de Metamor. Nabuchodon.* (4) *Cluver. Appendic. ad Epitom. hist. l. 10.* (5) *Vide de Maldonat. hic, Tertull. de Pœnit. c. 12. & 13.* (6) *Herod. l. 4. c. 105.* (7) *Rabb. quidam apud Holsten.* (8) *Medina l. 2. de Recta in Deum fide cap. 7. Vier. de præstig. Dæmon. lib. 2. cap. 24.*

vita S. Macarii, deductam ad vium sanctum puellam, quam in jumentum transformatam parentes, & quicumque itineris socii se dederant, rebantur; cum interim nihil tale puellæ accidisset. Vir Sanctus re intellecta omni submota ab eorum luminibus fascinatione dolum prodidit. S. Augustinus numquam sibi in animum potest induceri, tantum valuisse Dæmones, ut homines in bruta transformarent; id enim supra eorum vires arbitratur [1]: illud vero, quod de Magis Italiæ supra ex illo retulimus, præstigium esse merum turbatæ hominum phantasiæ arbitratur; mali enim Spiritus ludibrio equos & asinos insuetis se sarcinis oneratos credebant, cum nihil præsse in dorso gestarent.

Opinionem suam singulari quadam historia probat, quam præteriisse pœniteret. Pater Præstantii cujusdam vim Magicorum illorum carminum in se ipso sensérat; ita enim insueto somno correptus fuit, ut spatio quidem plurium dierum ne expergisci quidquam potuerit. Evigilans tandem narravit, quo tempore somno teneretur, in jumentum translatum, sarcinam panis ad milites cerræ turmæ una cum cæteris defignatis equis vexisse. Vera dixisse deprehensus, somniasse se tamen in omnibus arbitrabatur [2]. Quare sive Dæmon oculos virum in lecto intuentium fascinavetat, sive id præstigii lis accidit, qui vidille se equum rebantur; eodemque Dæmonis ludibrio vir ille iter feciſſe ſibi videbatur, cum interim quietus maneret.

Denique receepta communi suffragio & maxime probata sententia tenet [3], Nabuchodonosorem Dei vindicis manu peressum in phrenesim incidisse; in eam nempe morbi speciem, quam lycantropiam appellant; cujus vi turbata phantasia, atque morbido ardore effervescens, bovis, lupi, felis, & canis non speciem quidem, sed mores indolemque reipsa sibi adscisciit. Ita Rex semel bovem se esse persuasus, cœpit cubvato dorso manibus pedibusque reptare, herbas carpere, veluti cornupetare, in agro peterrare, cœtus hominum fugere, comam unguesque ferino more negligere. Ad novum prodigium stupentes Babylonii, fuerunt alligaverunt, juxta ac Daniel insinuat [4]: *Alligetur vinculo æreo & ferreo*; nihilque eum illo mitius, quam cum furente & mania laborante egerunt. Sed elapsus tandem, in agrum communem cum belluis vitam acturus convolavit. Neque id morbi genus ignotum est Medicis, scriptisque de Medicina Libris.

Cum naturæ vitio morbus inducitur, sanguini melancholico, diluto, arenti, fervido, unde morbidus quidam calor vilcera depascit, deputatur accepto. Solent eo laborantes insolito quodam robore invalescere, ut vinculis catenisque fruſtra interdum vinciantur. Longam quandoque inediam & vigilias prorogant, nihilque ingentis frigoris sentiunt incommoda. Morbi autem periodus interdum inter plures annos, interdum paucis diebus absolvitur; nec pharmaca vi morbi compescendæ desunt. Sed divinitus immissa in Nabuchodonosorem mania tandiu duravit, quandiu Oraculum diu antea latum desiderat. Quamvis non prohibent, quin morbo inducendo ipsa corporis habitudo plurimum contulisset, quibus Deus opportune Regi superbissimo in ordinem redigendo, usus est.

Frequentissima suppetunt ejus morbi exempla. Ægius ex Galeno narrat [5], mania laborantes ita secum agi putare, quasi in lupos canesque transformati essent: noctu Febtuario menſe discurrere, & per sepulchra oberrantes, hæc vel illa suffringere. Diogenes Laertius in vita Heracliti narrat, Philosophum, tetro quodam melancholiæ humore correptum, emoto mentis statu misanttopum evasiſſe; ut ne custodia quidem inhiberetur, quin fuga dilapsus ſeſe in montes ferino more herbis vilitaturus properaret. Homerus Bellerophontem exhibet arva & desesta loca discurrentem, cor suum abrodentem, & cœtus hominum fugientem; tetro melancholiæ humore maniaque agitatum [6]. Sunt qui canis more latrent, ululent tamquam lupi, rugiant instar leonum, ex Urbibus ſeſe cœtibusque hominum proripiant, nihil præter antra & desesta quærentes. Alii errantis phantasiæ ludibrio, e butyro, vitro, nive conſtare ſe credunt. Alii in elephantinam tubam nasum sunm productum autumant; alii tandem perfuasum habent largo imbre nimbosque viscera sua perfundi. Spectati, olim qui viva ſe cadavera eredentes, ab omni ſe cibo perviacissime prohibetent. Quædam morborum symptomata feles, cuniculos, mures, gallos gallinaceos ex hominibus reddunt. Quid tandem a turbata phantasia alienum?

Plerumque tamen ſolent eo morbo affecti ita persuaderi, quasi in bruta transmutarentur; nec tantem propterea a statu mentis dejiciuntur, conati intummodo illorum animantium mores indolemque affectare. Quare ſi species lupi obtinuerit, ululant illi, mordent, homines fugiunt, etudaſque maxime ovium earnes vorant; uno verbo, lupi ille moribus ſtudebit, & ceteroqui ſapiens in eo tantummodo deſipiet. Si cujus persuaſione phantasiæ illi errorem agnoverint, continuo valetudini restituuntur. Sed raro id evincitur discurrendo; ſæpius purgamentis & refrigerantibus. Cum Pastor Melampus forte vidiſſet capellas ſuas vorato helleboro repurgari, earum lacte paulo poſt degustatam eamdem hebam expreſſo, potandas duxit geminas filias Regis Proetii. Porro Principes illæ fœminæ morbidæ phantasiæ vitio in vaceas ſe transformatas credebant, quod morbi genus ira Bacchi ſive Junonis, qua elegantiores ſe puellæ jactitaverant, inductum e fabulis diſcimus. Melampi pharmacum præstantiſſimum fuit; namque restituto phantasiæ statu, ambæ illæ convaluerunt.

Sed hunc mentis statum non ſeeus ac ſermonis facultatem retinuit ne Nabuchodonoſor toto metamorphoſis ſuæ ſeptennio? Id ſane e re videbatur divinæ providentiæ, quæ hominem in ordinem redigere, atque reſipiſcendi tempus concedere meditabatur. Tertullianus [7] perſuaſum habet, æquum ſuum ſenſile Regem totoque ſeptennio egiſſe pœnitentiam; ſicut & ejusdem exemplo in pœnitudinem verſos ſubjectos illi populos tantum apud Deum valuiſſe, ut Regis ſanitatem a morbo, & reſtitutionem in Regnum impetrarent: *Pœnitentia Babylonierum Regem in Regna restituit, dum enim pœnitentiam Domino immolarat, septennii squalore exomologesim operatur.*

Quid equidem profuiſſet virum puniri, ſi neque pœnam ſentire, neque agnoſcere potuiſſet; ſi in partem voluptatis phantasiæ morbum acceſſiſſet, quemadmodum in aliis mania laborantibus obſervamus? An forte aliquis ſemel perſuaſus lupum ſe, vel bovem induiſſe, moleſtia ex ea re plurima afficitur? An hominem ſe non eſſe dolet? Ne cogitat quidem; nec unquam talem ſe fuiſſe in mentem forte ſuccurrit. Accidit ut quiſpiam errantis phantasiæ ludibrio excellentiſſimas tragœdias a peritiſſimis Tragœdis repræſentatas ſpectare ſibi videretur: ſolitarius tota die in theatro agebat, identidem pro objecta inanium ſpectaculorum ſpecie plaudens. Ejus amici propinato helleboro, aliiſque remediis adhibitis, ab errore virum

(1) *Auguſt. lib. 8. de Civit. c. 18. Nec corpus quidem ulla ratione crediderim Dæmonum arte vel poteſtate in membra, vel lineamenta beſtialia veraciter poſſe converti.* (2) *Auguſt. ibid.* Quod ita ut narravit factum fuiſſe compertum eſt. *Quæ tamen et ſua fomnia videbantur.* (3) *Hieron. Theodoret. Malden. Peter. Cornel. Sanct. Bic Pranc. Vadef. & Sacra Philoſ. c. 80. Mercurial. l. 6. Var. Lect. cap.* 20. *D. Tho. de regim. Princip. l. 2. c. ult. Ruper. de Trinit. lib. 6. de Vict. Verb. c. 29. Del Rio l. 2. Diſq. Magic. cap. 18. Barthol. de Morb. Bibl. Vives, Leonard. Coquæus ad Auguſt. lib. 18. de Civit. alii.* (4) *Dan. 4. 12. Hieronym. in Dan. 4. p. 1089. Cum perſpicuum ſit omnes furioſos, ne ſe precipitent, & alios ferre invadant, cæteris liquet.* (5) *Aetius lib. 6. cap. 21. ex Galen.* (6) *Iliad. 3.* (7) *Tertullian. de Pœnitentia cap. 12. Vide Maldonat. hic.*

vitum revocarunt. Quare illic mœſtus ajebat: Horat. l. 2. Ep. 2.

..... Tol me eticidiſis, amici,
Non ſervaſtis, ait, cui ſic extorta voluptas,
Et demptus per vim mentis gratiſſimus error.

Si cum Nabuchodonoſore ita agebatur, miti profecto eum illo pœna ſævitum eſt; nihil enim ille de ſuo ſupplicio ſentiebat, in partem voluptatis habens, quod in pœnam erat impoſitum.

Sed contraria illis opinio prævaluit, habeturque perſuaſum, a ſtatu mentis emotum Regem toto ſeptennio brutum egiſſe. Ita ſermonis facultate amiſſa, ut mutum bovem non in cibo tantum, indole, actionibus, ſed etiam in voce exhiberet, quantum tamen figura humanis, deformata licet, ſemper in viro manens pateretur. Quare manibus pedibuſque repabat, comam unguesque negligebat, ut etiam atque etiam bovi conformaretur. At enim ubi pœna & tumentis animi dejectio? An forte levioris ſupplicii genus erat, talem tantamque ærumnam non ſenſiſſe, ſibique in eo conſtituto ſtatu placuiſſe? Quid unquam excogitari poterat triſtius, quam miſeriam ſuam non ſenſiſſe? Fuerſa illa felicitas non ſucatæ miſeriæ loco habenda eſt. Tertullianus ſingulari prorſus opinione autumavit, Nabuchodonoſorem ſpeciem tantum bovis induiſſe, mente & intelligendi facultate retenta; quod non ſingulare tantum habendum eſt, ſed ambiguum etiam & erroneum.

Namque formam ille humanam retinuerat, plutimum tamen deformatam; atque corpore adeo peſſime diſpoſito, anima non aliter quam careere utebatur. Phantaſia ſemel turbata, nihil niſi tumultuarium mente exhibebat. Omnes homini ratione utenti peculiares functiones perierare cogebantur, quod ratio & mens omnis alto ſopore tenerentur. Eam tandem ſpeciem vir ille exhibebat, quam ſolent dormientes ſeu largiori epoto vino e ſtatu mentis deturbati, quibus neque ſe, neque alia noſcere ſopitis ſpiritibus & organis integrum eſt. In id unum tatione valebat, ut mores omnes indolemque bovis in memoriam revocaret, quo magis per omnia bruto aſſimilaretur. Ita ſemel errore conſtituto, recte quidem ad vetera præjudicia, ad veritatem autem non recte philoſopharus, aliiſique inſuper ex aliis conſequentionibus deductis, errorem alte perbibit. Is rerum ſtatus quamquam viro e ſtatu mentis emoto minus ſentiretur, hæc tamen in re tanta doloris vacuitas non minimum adjungebat doloris additamentum. Vix tamen a morbo cœperat convaleſcere, cum ſe colligens, intellexit tandem quid ſibi eſſet faciendum. Id vero exhibitum in tanto Rege exemplum, Babylonios ſimul omnes in ordinem redegit, tum & in ventura omnia ſæcula ultionis divinæ timendæ monumentum reliquit, ne quis unquam mortalium erigere in Deum cervieem, Deum, inquam, tanto malorum pondere mortalium faſtum deprimentem, auderet.

Plura ex inſita ad fabellas indole Judæi huic hiſtoriæ addiderunt. Perſuaſum habent, toto ſeptennio vacuum paterna valetudine Regnum Evilmerodaehum ejus filium ſuſcepiſſe, itaque ſubjectos ſibi populos tyrannide oppreſſiſſe, ut ſtatim poſt valetudinem prodiens Nabuchodonoſor, ingentibus populi ab Evilmerodacho abalienati ſtudiis ad Regnum repeteretur. Vix Regno reſtitutus pater, filium in arctum exercem detruſit, ubi nactus Jechoniam Regem Judæorum, ſummam cum illo neceſſitudinem habuit. Factum inde ut aliquandiu poſt ſatis functo Nabuchodonoſore, Evilmerodachus rerum potitus Jechoniam libertati reſtitueret. Metuens vero, addunt, ne, ſicut antea, Nabuchodonoſor iterum appareret, ejus cadaver in 300. fruſtula comminutum, devorandum vulturibus dedit; ut omnis de illo ſi fieri poſſet vel memoria aboleretur (1).

Ex eodem fonte, quantum conjicimus, deducta ſunt, quæ de forma in belluam translati Nabuchodonoſoris feruntur. Sunt qui (2) in ſimilitudinem Cherubim apud Ezechielem 1. humanam ſimul & leoninam, aquilæ &; bovis inſe uno formas concilaſſe erediderint; quibus, inquiunt illi, animalium figuris crimina illius potiſſima, quorum merito plectebatur deſignata, nimirum faſtus, impotentia, erudelitas, & luxuria. Malunt alii (3) anteriora & caput vituli, poſteriora vero leonis viro aptare; cujono ſatis emblemate turpibus ſenſuum voluptatibus, quibus addicebatur, tum & ſævitiæ atque impotentiæ, qua erat in devictos populos, deſignandis: namque luxuriam tautus, ſævitiam leo exprimit. Nihil horum ex Scripturæ fide, in qua de forma bovis ſive tauri vire indita ne verbum quidem.

At enim ſi tota Regis metamorphoſis vitio ertantis phantaſiæ accepto referenda eſt, cui bovis indoles affectata accedebat, ubi, rogo, prodigium? Nihil enim frequentius quam phantaſiæ vitio correpti homines, quo ſi forte laboraverint, continuo translatos ſe in bruta autumant; id ſuper omnia conati, ut indolem etiam eorum brutorum exprimant. Nonne vidimus ætate noſtra viros, qui ſe tamquam equum eutari, ceteraque ſibi præſtari omnia, quæ equis (4) ſolerent, jubebant? Quot etiam errantis phantaſiæ perſuaſione Deos ſe, Reges, Angelos, quamquam in cavea ſive in angusto quodam coneiavi reeluſi, autumarunt?

Optime illi quidem; verum & ſi aliud omne abfuiſſet miraculum, nonne prodigio ſaltem deputandum erat, viſum a Nabuchodonoſore, ac deinde a Propheta expoſitum, de metamorphoſi ipſius per ſeptennium, anno antequam contingeret, tomnium? nonne prodigium eſſet, & quidem inſigne, totam ejus morbi periodum ita deſcripſiſſe Propheteam, ut exordium ipſius exitumque deſignaret? Hæc omnia poterant incredulas mentes eo adduxiſſe, ut crederent, totam eam rem non cauſis a natura ordinatis, ſed divinæ providentiæ conſilio falſoſum Regem in ordinem redigere volentis, accepto eſſe refetendam. Quando cœlitus tantum facta voce poſt annum a ſomnio Rex ille præmonitus fuiſſet, quam voeem ſtatim metamorphoſis ſecuta eſt; id unum ſufficeret, ut prodigium apertiſſime demonſtraretur. Habuerit ille affecti ſanguinis vitio inſitam a natura in morbum propenſionem; quod tamen morbo ſubito corriperetur, nec facile potuit anno ante eventum prænoveri, neque aſſignato adamuſſim tempore contigiſſe, ſi prodigium omne abfuiſſet.

Eſt igitur eur in ea re validam aliquam manum conciptamus, momento phantaſiam ideaique omnes turbantem humorum œconomiam ſubvertentem, ſanguinem, bilem noxio quodam fervore incendentem, qua tandem nova indoles novique plane a priſtinis repugnantes mores viro induerentur. Poterant quidem diu antea ſanguis humoreique eam ſibi habitudinem induere; quod vero ſubito hæc omnia parerent, naturali plane ratione non poterant; quemadmodum inductus ſubito morbus ut ſubito removeretur, non niſi divino prodigio factum eſt. Qui enim aliter potetat fervor ſanguinis & humorum tubito compeſci, vulnus tam altum phantaſiæ illatum obduci, omnia in ordinem redigi, eademque omnia octennio ante a Propheta prænunciari? Dicant qui vacuam a præjudicio mentem habent, an hæc omnia naturæ ordinem non excedant? Quotus quique eſt expertiſſimus Medieus, qui periodum morbi exacte adeo indicarit; tantumque ſibi de arte ſua polliceatur, ut ad præſcriptum terminum valetudini reſtituendum ægrotum norit? An ille ſcire unquam poterit, ad quem fervoris gradum aſcendere debeant humores, aut ne minimum quidem tranſgredi aubeant, & quo deinde momento deferveſcant?

Bartholinus de morbis Biblic. cap. 13. in ea eſt ſententia, morbum Nabuchodonoſoris tetro melancholiæ humore inductum; quo deinde peccante humore per canales capillorum, pilorum, & ungium corporis excreto, valetudo Principi reſtituta eſt. Eidem etiam diſſipando humori plurimum contuliſſe pluvias & ro-

(1) *Vide Hieron. in Iſai. 14. Lyran in Iſai. 52. Toſtat. in 4. Reg. 25. Hiſtor. Scholaſt. in 5. Dan.* (2) *Vide Pſeudo-Juſtin. quæſt. 44. ad Orthod.* (3) *Dorotheus & Pſeudo-Epiph. de vita & Morte Prophet. Ita & Chron. Alex.* (4) *D. Bernier.*

& rorem, quibus sæpe perfundebatur, arbitratus est, nec modicum etiam contulerit, addo ego, sylvestrium herbarum aptus purgandis humoribus ventrique laxando, accedente maxime frigore rigidioris aeris, cibus: norunt enim Medici purgamina omnia, quæcumque tandem fuerint, præsentissimum esse ad manum pharmacum. Sed his etiam omnibus accedentibus, unus Deus poterat exacte momentum definire, quo post septennium morbus terminaretur; cuique rantum docente poterat hæc omnia Daniel prædixisse. Quare ea saltem ratione prodigium aliquod ea in re agnoviſſe cogimur.

Huic historiæ in dubium revocandæ silentium prophanorum Historicorum adducunt; sed frustra illi, postquam nostra ætate omnia Chaldæorum & historiæ Orientalis vetera monumenta interciderunt. Facautem remanserit quantum satis fuiſſet, ut ejus rei memoria servari posset: si apud illos frustra rem quæras, exacte adeo apud Danielem Authorem coævum & oculatum rei testem descriptam, omnis exinde invidia non in Danielem creandæ esset, sed in alios ejusdem regionis Authores, qui rem ad posteritatis memoriam litteris consignare e re sua esse non duxerint. Porro in rebus historicis ita semper ceteris præferenda sunt, in quibus majores veritatis characteres apparent, minoresque laborant sive corruptionis sive allentationis, sive doli suspicione. Daniel vero eas sibi dotes vindicat, non supra ceteros tantum, quorum fragmenta de historia ejus regionis superſunt, sed in ceteros etiam, qui rem litteris consignare potuiſſent; illustri enim genere natus, amplissimus habebatur in universa regione vir, favore Regum Chaldæorum pollens; pius item, rebus, quæ scribebat, coævus, monumenta proferens authentica, & publica, edictum nempe Principis, quod totam rem eorum eventum describit. Præterea, & quis potest, æqualis meriti, ingenii, & dignitatis Historicum, res Nabuchodonosoris narrantem, qui prodigium illud silentio præterit, de cujus deinde authoritate suspicio in Danielem creabitur.

Verum numquam id commisit altum divinæ providentiæ consilium, ut Sacræ Historiæ ea saltem in re Prophana refragaretur; namque in rarissimis hodie extantibus historiæ Chaldaicæ monumentis, unum servavit fatis aperte hanc historiam insinuans. Alphæus apud Eusebium Præparat. l. 9. cap. ult. Megasthenem vetustum Chaldææ historicum laudat, referentem, Nabuchodonosorem post peractas expeditiones suas ad propria restitutum, divino subito oestro abreptum exclamasse: *Babylonienſes, calamitatem vobis prædico, & qua nec Belus noſtri Pater, nec Regina Baltis nos posserunt prohibere. Mulus Perſa has regiones venturo tempore invadet, & Deorum noſtrorum auxilia innixus, & Medorum viribus auctus, vos omnes in ſervitutem rediget.* Hæc de Cyro e Perſa patre & Meda matre nato interpretanda sunt. Post hæc dicta, ait Historicus, Nabuchodonosor *evanuit*. Porro oestrum illud nihil est aliud, quam primus morbi accessus, quo actus Nabuchodonosor in bovem transiisse fertur, e cœtu hominum toto septennio sese interdixit.

Quo autem nostræ hypotheſi extrema manus imponatur, modo sententiæ omnes illi oppositæ refutandæ sunt, Origenis idea, totam hanc historiam ad allegoriam revocantis, nihil haberet satis novum, quod in viro allegoriarum studiosissimo admiraremur, nisi rei veritatem negasse ille videretur. Nihil plane tam repugnat ideæ figurarum & allegoriæ, quam historia tam exacte a Propheta narrata, semel, iterum, & tertio inculcata, in somnii interpretatione a Propheta anno antea prædicta, ac tandem data cœlitus voce alte Regi denunciata. Profecto si hæc ad allegoriam detorquenda sunt, ubi veritas & historia?

Si quis autem irritam Nabuchodonosori figuram bovis vel alterius belluæ contenderit, immutata etiam in brutum hominis anima, ille certe nulla necessitate coactus prodigia prodigiis cumulabit. Neque enim Prophetæ textus eo nos cogit, ut credamus, quod vix fieri posse concipimus. Porro illud axiomatis loco habendum est, ne adjecta prodigiorum farcina delicatas molleſque incredulorum mentes opprimamus. Major est profecto Dei sapientia, quam ut miracula Omnipotentiæ suæ frustra prodigere credatur. Nonne suo ipse consilio repugnasset, si reo Nabuchodonosori alterum subſtituiſſet, ut ejus loco fatus illius pœnas subiret? Tunc plane ejus sorti impius quicumque invideret, si sceleribus luis expiandis fuerare tandem posset, ut stupiditatem brutæ induceret; ista enim leviſſima tolerata pœna munda sibi esse omnia, in priſtinum tandem statum restitutus, confideret. Ipse tandem Nabuchodonosor hypotheſim illam everti; ait enim, se crimen tandem suum noviſſe, sublatisque in Cœlum oculis, id tandem a Deo impetraſſe, ut in priſtinam conditionem restitueretur (1).

Æquiora multo sensiſſe videntur quicumque nihil immutatum in anima autumantes, totam metamorphoſim in extima corporis superficie agnoscunt; quemadmodum de Actæone iu cervum translato, de Iphigenia in anguem, de Lycaone in lupum memoriæ proditum est. Æquiores, inquam, illi; aptum est enim hominis corpus, ut in varias formas transmutetur. Insignis Physiognomus indicanda sibi in ore eujusque hominis insicepit lineamenta quædam brutorum, e quibus mores quosdam in singulis hominibus designari credit, a bruto, cujus lineamenta præferunt, non abhorrentes. Hic Lupi ferocitate, hic Leonis, hic Ursi, iste callidirate Vulpis, ille voracitate Porci distinguitur; quod scilicet singulorum illorum animalium singuli lineamenta præferant. Huic opinioni favere aliquantulum Sacer Textus videtur; respiciens enim Nabuchodonosor, post impetratam climinum a Deo venium, ait: *Figura mea reverſa eſt ad me.* Verum ut plenus his verbis senſus conſtet, an forte bovis figura Principi inducenda est? Satis est profecto, si errantis phantasiæ judicio ipse sibi boyem induiſſe, cujus etiam indolem adopraverit, visus, errore demum correcto detractam opinione sua hominis formam veluti sibi restituerit, affectatos bovis mores negligens, hominisque cultum, quem antea destituerat, resumens.

Metempſycosis juxta Pythagoreorum opinionem, non nisi post decedum inducebatur. Nec enim anima vivum corpus deserebat, ut alteri locum faceret. Erat quidem Doctoribus Judæis familiaris opinio, animam quandoque in corpus animatum descendere, ut proinde duæ illic manerent animæ contubernales: sed genus est Metempſycosis tori antiquitati ignotum, cujus exemplum in Nabuchodonosore exhibitum non credimus. Nec me latet, Philosophos quosdam in ea fuiſſe sententia, vel saltem aliorum imputatione Tenſiſſe, aut ferio aut saltem errandi prurirtu, accuſati sunt, animas e corporis habitaculo egreſſas, liberas diſeurrere aliquando, vetuſque deinde contubernium repetere. Lepidas sane in ea re narrant historiolas, contigiſſe scilicet, ut animæ prurirtu vagandi longius excurrentes, cum non satis mature ad corpus regredi potuiſſent, post longiorem protractam moram venientes, corpora comperiſſent sive in pyra absumpta, vel in sepulchro condita, vel luti machinas quasdam inertes & vitali quodam motu igneque destituras. Addunt de quibusdam mulierculis veneficis in Dania, quas viri creduli pretio conducebant, ut gesta in regionibus remotiſſimis diſcerent; quorum ille votis auditis statim, ad ea loca animas legabant, brevi redituras vel ex locis 300. leucarum intercapedine diſſitis. Cum, tamen fabellis iſtis nec Philoſophi præſtantiores, nec Theologi satis delectentur, præstat, ut metamorphoſi Nabuchodonosoris expliçandæ alteram plane rationem inea-mus.

Quod tandem ad illorum sententiam spectat, totam illam metamorphoſim conſtituentem in præstigio, quo oculi Regem intuentium tenetentur, adjecta facile in mente Principis impreſſione quadam, illis non diſſimili, quibus ab Ineantatoribus faſcinati in equos se

(1) 1. *Dan.* 4. 31. 32.

se vel asinos translatos, & ad farcinas vehendas coactos, immoti licet, opinantur; quod, inquam, ad hanc sententiam spectat, partem tantum difficultatis, vel, si mavis, nihil ab illa subductum querimur. Si enim bruti speciem induisse Nabuchodonosorem dixerimus; nulla erat fascinationis in oculis intuentium necessitas. Nec tanæ major fuisset, si turbatæ phantasiæ ludibrio novam sibi formam Rex opinione tantum sua induxisset: sive enim recta de illo adstantes opinarentur, sive non, semper tamen ille persuasioni suæ inhæsisset, bovem se esse arbitratus. Tandem si salva fuissent omnia, sive in corpore sive in humoribus ejusdem Principis, fateor ego quidem, potuisse Dæmonem ita fascinare intuentium oculos, ut bovem se cernere arbitrarentur; non tamen satis assequi possum, cur Rex ex aula faceßere, & belluinam vitam toto septennio agere, solis, hyemis, cæterisque aeris vicissitudinibus expositus, maluisset; eodemque deinde termino evoluto, protensis in Cœlum manibus pristinum vitæ habitum resumpsisset, ac Babyloniis sese exhibens Regno restitueretur.

Si quis vero contenderit, mutua fascinatione Regem & populum ita detentos fuisse, ut alter se in taurum transformatum crederet, hi vero paria de ipso sentirent; ægre fateor in animum inducerem, longa adeo fascinatione & populum universum & Regem teneri potuisse. 2. Ne le ve quidem ea de re vestigium in Sacra Scriptura, ubi nulla de malis Spiritibus mentio, totum enim Divinæ potentiæ accepto refertur; potentiæ, inquam, tumidos & fastuosos homines in ordinem redigentis, in impios condigna ultione animadvertentis. Hæc ego omnia sine fascinatione, sine inducta metamorphosi sive metempsycosi, sola vi morbi exponenda suscepi, quod proinde systema tamquam maxime simplex ceteris præferendum visum est.

IN DUODECIM PROPHETAS MINORES PROLEGOMENON.

DE singulis hisce Prophetis acturi, fusiori de omnibus sermoni parcendum esse centuimus. Quare breviori hic utemur. Omnes in unum Librum collecti sunt, quamquam varia ætate & loco vixerint, quod scilicet singuli justo Libro minores essent [1]. Nihil habent in numero mysterii. Minores appellantur, non merito quidem & authoritate, sed scriptorum mole. Nec ætate etiam a Majoribus Prophetis vincuntur; ex illis enim alii litaia vetustiores sunt, plerique vero Jeremiam, Ezechielem & Danielem ætate superant. Plurimi sane eorum scripta ab Ecclesia reputata sunt, non eo tantum nomine, quod pluta lervarint vaticinia de adventu, rebus gerendis, obitu & resurrectione Messiæ, sicut & de vocatione gentium, reprobatione Judæorum, everßione Jerusalem, cæremoniarum Legis abrogatione; sed ideo pariter, quod ab interitu plura historiarum monumenta, ad Regna Juda, Israel, Babyloniæ, Ninive, Idumææ, Ægypti, Moab, & Ammon spectantia, vindicaverint; monumenta eo majori in pretio habenda, quo rariora sunt ea, quæ ceteroqui apud historiam Sacram superßunt, & nulla prorsus quæ apud Prophanam. Eo igitur Liber duodecim Prophetarum habendus est loco, quo supplementum historiarum ejus & ceterarum, quæ deinde secutæ sunt, rerum haberetur.

Frustra e. g. quis desc ripta m exactius legeret historiam excidii Babylonis, Ninive, Tyri, Sidonis, & Damasci, quam apud Jonam, Amos, Sophoniam, Nahum. Quis Prophetarum difertius de rebus Judæorum post solutam captivitatem, quam Zacharias, Aggæus, & Malachias nos instruxit? Nonne apud illos leguntur expeditiones Alexandri Magni, Antiochi Epiphanis persecutio, victoriæ Machabæorum, atque postremum Judæorum bellum per Romanos? Quæ sane omnia eo apertiora sunt apud illos, quo magis ad exitum Veteris Testamenti accedunt; volunt enim Deus majori luce eorum scripta perfundere, quo scilicet Judæorum spes fulciretur, ne forte integris quatuor sæculis prophetia ab Israele faceßere jussa, deficeret.

Horum Prophetarum pars in Regno Israel versata est, quamquam alioqui illud in Religionis exercitio a Regno Juda secessionem fecisset. Plures enim sanctissimos viros Deus in eo Regno suscitavit, qui nullam in schismate Jeroboami, neque in cultu vitulis aurei partem habere sustinuerunt. Oseas & Jonas in Regno Samariæ vaticinabantur. Amos, vix ab inito Prophetæ munere e Regno pulsus, in ditionem Judæ faceßere coactus est. Joel, Michæas, Nahum, Sophonias, Habacuc ad Regnum Judæ spectant. Habacuc, & Abdias excidium Jerusalem oculis spectarunt, vitam etiam ultra eam ætatem prorogantes. Aggæus, qui stans primum Templum viderat, secundo post captivitatem excitando adfuit. Ad eam ætatem spectat Zacharias Propheta, quamquam in ulteriora vaticiniis suis excurreris, cum Aggæi oracula intra Templi ædificandi limites contineantur. Malachias omnium postremus sub Nehemia floruisse videtur; totusque in criminibus Sacerdotum ministerium suum non sancte obeuntium exaggerandis versatur; ac tandem non obscuro oraculo diem quamdam Domini magnam prædicit, qua memorabilis de Urbe & Templo ultio armis Romanorum exigeretur.

Ordo duodecim Prophetarum in exemplaribus Græcis plane differt ab eo, quo in Hebraicis recentiorum [2]; uterque vero discrepat ab ordine chronologico, in quem singulos digessimus, ut in Tabula infra apposita. Apud Græcos quatuor majoribus Prophetis præponuntur; in Hebræo succedunt Isaiæ, Jeremiæ & Ezechieli; Danielem enim subjicunt Libro Job Psalmorum, & Sapientialibus.

Quis, quove tempore Prophetas illos recensuerit, incertum. Communis sententia attribuit Esdræ, sive Magnæ Synagogæ, quæ singulos ordine, quem nunc servant, digesserit. Illorum omnium elogium Jesus filius Sirach Eccli. 49. 12. his verbis complectitur. *Et duodecim Prophetarum ossa pullulent de loco suo; nam corroboraverunt Jacob, & redemerunt se in fide virtutis.* Author 4. Esdræ 1. 39. illorum meminit, nominibus laudatis juxta ordinem Bibliorum Græcorum. Hunc autem alium fuisse a magno Esdra, post Jesu Christi ætatem agentem, alibi observavimus.

XII. MI-

(1) *Hieron. Prolog. 12. Prophet. Theodor. in Proœm. Auguſt. lib. 18. de Civit. cap. 27.*

(2) *Vide Hieron. Præfat. in lib. Reg. & in 12. Prophet. & in Joel.*

XII. MINORES PROPHETÆ JUXTA ORDINEM QUEM TENENT

In Textu Hebræo & Vulgata.	*In Exemplaribus Septuaginta.*
1. Oseæ.	1. Oseæ.
2. Joel.	2. Amos.
3. Amos.	3. Michæas.
4. Abdias.	4. Joel.
5. Jonas.	5. Abdias.
6. Michæas.	6. Jonas.
7. Nahum.	7. Nahum.
8. Habacuc.	8. Habacuc.
9. Sophonias.	9. Sophonias.
10. Aggæus.	10. Aggæus.
11. Zacharias.	11. Zacharias.
12. Malachias.	12. Malachias.

JUXTA ORDINEM CHRONOLOGICUM.

1. Oseæ vaticinatus est sub Ozia Rege Juda, qui Regnum inivit A. M. 3194. & sub Joathan, Achaz, & Ezechia Regibus Juda, rerum potiente in Israel Jeroboamo II. ceterisque post illum usque ad eversionem Samariæ A. M. 3283. Munus Prophetæ egit Oseæ spatio circiter 85. annorum; vitam autem produxit facile ultra 110. vel 120. annos. Hic tamen tamquam certum constituimus, quod ceteroqui dubium est & ambiguum, ut in peculiari ejusdem Prophetæ prolegomeno demonstrabimus; nimirum in primo ejusdem Prophetæ versu totam periodum missionis illius designari.

2. Amos Propheram egit ab A. M. 3219. Oziæ Regis Juda tertio & vigesimo, sexennio circiter ante obitum Jeroboami II. Regis Israel fatis functi, A. 3220.

3. Jonas in Regno Israelis florebat sub Joas, & Jeroboamo II. eodem circiter tempore, quo Oseæ & Amos. Joas diem claudit A. 3179. & Jeroboamus II. A. 3220.

4. Michæas vixit sub Joathan, Achaz, & Ezechia Regibus Juda, quorum primus regnum inivit A. 3245. & Ezechias obiit A. 3306. Ætate Jeremiæ fuppar, quamquam in munere propheteandi tempore inferior.

5. Nahum ad Regnum Ezechiæ post expeditionem Sennacherib, i. e. post A. 3291. pertinet.

6. Joel sub Josia, Jeremiæ coævus, agebat. Confer Jerem. 12. & 14. & 15. cum Joel 2. & 3. Josias rerum potitus est A. 3363.

7. Sophonias vivebat ineunte Josia, & ante annum 18. ejusdem Regis, cum scilicet rebus Religionis in ditione sua reparandis operam daret, nempe A. 3381. & ante captam Ninive A. 3378.

8. Habacuc in Judæa oracula fundebat ineunte Regno Joachim, circa A. 3394. & antequam Nabuchodonosor in regionem veniret A. 3398.

9. Abdias Judæam præsentia sua illustrabat post captam Jerusalem A. 3414. & ante Edolatam Idumæam armis Nabuchodonosoris, quinquennio post captam urbem A. 3410.

10. Aggæus ante captivitatem agebat, captivusque Babylonem deductus, tandem Jerosolymam rediit. Vaticinatus est anno secundo Darii Hystaspis, nempe A. M. 3484.

11. Zacharias eodem tempore, quo Aggæus, Prophetæ munus obibat.

12. Malachias nullam quidem in scriptis suis temporis notam expressit. Si eum Esdra confundendus est, quod non temere prorsus suspicaremur, potuit sub Nehemia, qui Judæam repetiit A. 3550. Prophetam egisse.

DISSERTATIO

De statu Religionis in ditionibus Juda, & Israel post factam utrimque secessionem.

NEmini ignotum esse arbitror, res Judæorum religiosas post obitum Salomonis, factamque per Jeroboamum filium Nabat secessionem, plurimum, si alias unquam, variasse; rari tamen sunt, qui exacte satis norint, quas potissimum vices subierint; quibus Authoribus inducta varietas, quibusque gradibus ad eum tandem impietatis & irreligionis gradum pervenerint, ut Dei vindicta iram ambo hæc Regna in se tandem induxerint. Singula hæc nos in præsentia fusius exponenda de utroque seorsum Regno acturi, suscipimus.

REGNUM JUDA.

QUantum Principis exempla in utramque partem agendis populis valuerint, nullo sane illustriori exemplo quam Salomonis docemur. Vir ille, cujus sapientiam æque ac stultitiam, gloriam simul & exitium ignoraverit nemo, quem Cœlum eo consilio suscitasse videtur, ut specimen exhiberet in quantam fortunam homo Dei gratia aspiranæ erigeretur, simulque Deo manum reducente in quantum miseriarum errorumque abyssum sibi ipsi relictus prorueree, vir ille, inquam, postremos vitæ suæ annos mulierciarum amore ac deinde Idololatria fœdissime deturpavit [1]. Eo etenim Rex sapientissimus devenit, ut non amore tantum mulierciarum captus, connubia a Lege interdicta cum illis miseuerit [2], addictaique prophanorum Numinum cultui uxores adiciverit; sed & Templa singularum Numinibus excitarit [3], quæ ipse pariter cum illis deinde frequentabat. Ex eo tanmuam primo omnium fonte derivata, deinde mala omnia, quæ in torrentis morem universam Juda, & Israelis ditionem inundarunt.

Pronus enim in idololatriam populus uno Principum timore tamquam fræno continebatur; quo semel, sive pravo eorum Principum exemplo, sive indulgentia quadam & dissimulatione laxato, effuso in Idololatriam cursu prorurunt. Suscitavit quidem Deus identidem Reges pios & religiosos, sicut etiam Prophetas, qui minis, adhortationibus, authoritate habenas reducerent; sed illis fata functis, tamquam laxatis iterum habenis, majori studio ad priora studia convolabant; ut sub impio Rege compensatum quod sub pio detractum esset, novisque additis criminibus veluti reparatam præcedentis temporis jacturam diceres.

Roboamus filius Salomonis, veritus, uti facile crediderim, ne, si forte qui in fide manserunt, populos ad avitam religionem cogere voluisset, pravo deeem Tribuum exemplo ad defectionem inclinarent, integrum singulis fecit, ut quamcumque tandem Religionem sequerentur; qua deinde data via, omnis in ditionem Juda, non secus ac Israelem Idololatria perrupit [4]. Tunc confecrata in collibus, & sub fron-

(1) 3. Reg. 11. 4. *Cumque jam esset senex, depravatum est cor ejus per mulieres, ut sequerentur Deos alienos &c.*

(2) *Ibid. vers. 1. Deut. 17. 17. Eccli. 47. 21.* (3) *Ibid. ver. 7. 8*

(4) 3. *Reg.* 14. 22. 23 24.

frondosis quibusque arboribus Altaria; passim luci, & Numinum simulacra, prostitutæ fœminæ virique salacem Idolis cultum pro veteri incolarum Palæstinæ olim depulsorum more præstabant.

Abias Roboamo patri non in Regno tantum, sed etiam in vitiis successit [1]. Venit tertius Asa filius Abiæ, Rex pius & religiosus [2]: Idolorum eluvione repurgata, salaces superstitiones abolitæ; amota særis Priapi, quibus præerat, ipsa Regis mater Maacha. Una tantum in re dignus reprehensione visus est, quod sacrificia & peregrinationes ad juga montium adhuc permisisset. Licet enim cultui veri Dei addicta essent loca; inauspicato tamen Deus abibi colebatur, postquam Jerosolymitanum Templum ad eam rem ipse sibi Deus dedicaverat. Paternum exemplum pius Josaphat sequutus, Idolatriæ reliquias, quibus abolendis frustra pater suus laboraverat, repurgavit; quo tandem factum est, ut Religio floreret [3].

Quæ optime pius Josaphat constituerat, pessime filius Joram subvertit; omniaque in ditione Juda invexit, quæ antea Jezabel in Israelem deduxerat [4]. Nam ducta filia Achabi, simul cum illa Numinibus Phœnicum detestabilis fœdere junctus est. Patris vestigia legit Ochozias [5], qui pariter connubiis cum domo Achab junctis, aliena a se non duxit mala omnia, quæ peculiaria sibi genus Achab habuerat. Ita Ochozias seelere cum eadem domo junctus, eodem pariter cum illa ultionis genere implicitus est, interfectis a Jehu eadem simul die Joram Rege Israel, & Ochozia Rege Juda [6].

Retum potiente Athalia, cultus etiam Baal in Juda regnavit; sed Joas ineunte, Jojada fœdus inter Dominum totumque Regnum innovavit, quo novo religionis studio incensus populus, Fanum Baal ejuldemque simulacra subvertit, Mathan ejus Numinis Sacerdote ante ipsas aras morti devoto [7]. Captum tam prospero omine Regnum Joas tandiu tenuit, quandiu Sacerdos Jojada, qui Principis animo dominabatur, in vivis egit. Quamquam id in eo Sacra Scriptura, quod in cæteris Principibus Juda, reprehendit, nimirum edita loca ad Sacrificium Domini contra Dominii præceptum relervasse [8]. Anno Regni 18. sarcta tecta Templi reparanda, ordinem Ministrorum & sacrificiorum innovandum suscepit; uno verbo, quamquam non sine crimine Joas vitam egerit, maxime vita functo Jojada Sacerdote, res tamen religionis salvæ sub illo, quemadmodum & sub aliis post ipsum, manserunt [9].

In historia Azariæ, alio nomine Oziæ, legimus, Regem illum munera Sacerdotalis attentari reum, quippe qui ingredi in Sanctum thymiamati Domino offerendo autus, lepra percussum, exclusumque ab hominum cœtu solitarium ad obitum usque manssise [10]. Quo tane documento diticimus, de cultu Domini Juda nihil decessisse. Occurrunt nihilominus in sex prioribus litiæ capitibus plura, quæ sub eo Principe in ditionem Judam licentiam invexisse docent. Expressa ibidem legimus injustitiæ, licentiæ, luxus, ambitionis, avaritiæ cæterorumque ex opulentia & prosperitate deductorum vitiorum exempla. Declamat Prophæta in Idololatriam, tamquam in vulgare gentis crimen [11]. Quare fi quid in Scriptura de pictate Oziæ legamus, id plane ad priores Regni annos referendum est, quo tempore consiliis Zachariæ Videntis regebatur [12], antequam superbam cervicem in Dominum erigeret. Exitum Regni habuit neque felicem neque a licentia immunem; quamquam enim Idolatriæ crimen palam non regnaret, leorsum tamen & privatim tolerabatur.

Achaz rerum potitus non ea tantum cautione Idolatriam permisit; sed omnia a deceflortibus suis sancte constituta subvertens, Regnum ad priora studia revocavit [13]. Iterum sub illo cultus Baal & Moloch; quibus filium suum per ignem traductum initiavit. Incæcuminibus montium mactatæ victimæ; luci Idolis consecrati. Cum olim Damaicum venisset, actuus Teglathphalassari gratias, quod ejus armis a terrore exercitus Syriæ & Israel liberatus fuisset; singularis operis Altari conspecto, par sibi Jerosolymis excitari Sacerdotis Uriæ ministerio curavit. Prophanum illud, veteri Holocaustorum amoto, & in septentionali atrii plaga relicto, in Templo Domini constitutum est [14].

Redux deinde Jerosolymam, justit victimas non nisi super novum Altare immolari, plura etiam in Templo innovavit; nihilque de pristina impietate, atque in Deum perfidia decedere sibi unquam passus est. Isaias [15], sub eo Rege in vivis agens, ejus imaginem ita depingit, ut Regem exhibeat pervicacem, perfidum, & justionibus Dei refractarium, nec Deo nec hominibus intolerabili peccandi licentia ferendum. Author quatti Regum cultum ab illo impensum Numinibus Damasci & Syriæ asseverat, quod scilicet reputaret apud se Deos Syriæ cultoribus suis opem impendere. In eas angustias devenit, ut Sacrum omne Æratium, quo avaritiam Regum Assyriæ explerent, illis tradere cogeretur. Occlusis Templi Domini foribus, ne stata Sacrificia offerrentur, neve lampades incenderentur, ac tandem thura in Altari thymiamatis ardcrent prohibuit. Vicissim autem in angulis Jerusalem & in Urbibus totius regionis erecta passim Altaria offendebantur [16]. Is religionis status sub Achaz.

Prosttatas igitur patris scelere Religionis res, Ezechias Imperio potitus erexit. Recluíæ ab illo Templi fores [17]; reflituta Sacrificia, expiatum reparatumque Templum, dejectæ Aræ, & Numinum Simulacra, missique tandem ad reliquias deceni Tribunum in ditione residuas, post deductos fratres illorum in Tranicuphrathæa per Salmanasarem; missi, inquam, qui ad Sacrificia & solemnia Domini invitarent. Eo tandem regnante, regnasse simul visa sunt Religio, Justitia, & Pietas, nihilque in illo vitii reprehendit, quam quod plus nimio sibi complacens, divitias suas omnes coram Legatis Merodach Baladan expandit [18]. Dignus propterea, ut tamquam optimorum Regum Juda exemplar & idea proponatur.

Illud tamen conslat, sub eo Rege ingentium scelerum exempla in Juda non defuisse. Isaias toto capite 28. 7. &c. invehitur contra nimiam crapulandi licentiam, cui Judæi omnes, ne Prophetis & Sacerdotibus exceptis, indulgebant. Minas intentantes Prophetas Optimates de ridiculo agebant, quippe qui dolo atsueverant, & cum morte fœdus junxerant: adeo verum est, sub optimis etiam Principibus suum esse vitio locum, a quo vix ac ne vix quidem pelleretur.

Quod olim & sæpe observatum est, filios nimirum raro patrum moribus assimilari, id Manassis filii Ezechiæ exemplo etiam atque etiam confirmatur, e religiosissimo enim parente filius, si quis alius, sceleftissimus natus est. Nullum ab eo Idololatriæ genus alienum, nulla Templi a parte abolita sub illo jacuerunt; ipse inter cultores Baal & Astrorum; ipse superstitiosorum lucorum conlecrator [19]. Altaria Numinum & simulacra vel ipsum Templi atrium prophanarunt. Filium per ignem lustravit, divinationes omnes, superstitiones, excantarioneique magicas calluit; nihil sibi ad scelera reliquum fecit, ut vel Achaz iterum in vivis egisse diceres, vel Regem ipio demum Achaz iniquiorem.

His omnibus alter malorum cumulus adjectus est, homicidia nempe & scelera, quibus populum suum implicuit. Deus impium Regem Assyrius permisit, a quibus Babylonem captivus deductus, in vinculis detentus est [20]. Quare tandem ad mentem revocatus, pœnitudine criminum concepta, veniam impe-

(1) 3.Reg.15.3. (2) *Ibid. vers.*11. (3) 3.Reg.22.43.44.47. (4) 4.Reg.8.18. (5) 4.Reg.8.27. (6) 4.Reg.9.23.27. (7) 4.Reg.11.17.18. (8) 4.Reg.12.2.3. (9) 4.Reg.14.1.2.3.4. & 15.5. & 16.34. (10) 2.Par.26.21 (11) *Isai.*1.2.3.29. & 2.6. & 3.18. (12) 2.Par.26.5.16. (13) 4.Reg.16. (14) 4.Reg. 16.10.11.12. & 2.Par.28.1.2. & *seq.* (15) *Isai.*7. & 8. & 9. (16) 2.Par.28.23. &c. & 29.7. (17) 4.Reg.18.4.5. & 2. Par.29. & 30. & 31. (18) 2.Par.32.31. & *Isai.*39.1.2. & *seqq.* (19) 4.Reg.21.2.3. & *seq.* (20) 2.Paral. 33.14. 15.

travit; stagimque Regno restitutus, invectum pessimo exemplo scandalum, meliori vita reparandum suscepit. Everso proinde Aris & Idolis, pristinam Domui Dei religionem, iterum inductis super Altare Holocaustorum sacrificiis, restituit. Latis tandem edictis Domini cultum in universa ditione sua asseruit. Unum hic inter tot sanctissime a Rege constitutas defuisse visum est, adhuc nimirum oblata in collibus & in vertice montium sacrificia. Amon ejus filius probis relictis, pessima patris exempla secutus est, nec tamen pœnitentiam ejus proponendam sibi unquam suscepit (1).

Josias solide & sincere Religionis laudem in Scriptura meretur; nec post Davidem alter majori diligenter elogio. Fateamur tamen oportet, plura sub eo Rege licentiæ, quæ olim sub Amone patre ipsius per totam regionem discurrerat, vestigia superfuisse. Sophonias Propheta (2) in ipsius ejus Regis crepundiis & ante captam Ninivem in vivis agens, crimina Juda vehementissimis verbis reprehendit. Exprobrata ab illo Idololatria, Astris super tecta Domorum impensus cultus, sacramenta in verba Melchom concepta, terga Domino versa; uno verbo, Regni corruptissimi ideam exhibet. Vehementior etiam Jeremias picturam exprimit Regni, cui nihil ad scelera reliquum fuerat (3). Ex 2. Par. 35. 3. intelligimus ante annum 18. ejus Regni nondum Arcam Domini in Sanctuario clausam servari consuevisse, sed ferentibus Sacerdotibus per Urbes circumlatam; quod sive lucelli captandi gratia, sive ut eluderentur ausus impiorum id studentium, ut Religio in Juda protius everteretur, factum credi par est.

Itaque non nisi post annum 18. ejus Regis (4) contigit, ut Rex ille audita Legis lectione, discissis vestibus Holdam Prophetidem, Dei voluntatem comperturus, consuleret; fatebatur enim se & Judæos ditionis suæ omnes id commisisse, ut scelerum suorum merito Dei terribilem ultionem in suum caput provocarent. Una post hac Regi cura, ut politiam quam optimam & puram, meramque Religionem constitueret. Innovatum tunc cum Domino fœdus, everso Aræ, dejecta Numinum simulacra, lucisi luci, incendio absumpta Idola, prophanata montium cacumina, quæ ad id usque Sacrificiis Domini offerendis, sed inauspicato, destinata fuerant. Tandem nullo meliori documento intelligimus, quousque malorum Regnum Juda pervenerat, quam ex relatione eorum, quæ sanctæ ac religiosæ Josias constituerat; malorumque quæ pius Princeps reformavit; Altarium tandem Templorum & Idolorum, quæ dejicienda curavit.

Sed ne pium & religiosum Principem diutius Regnum haberet, scelera Juda effecerunt. Namque cum Nechao Rege Ægypti commisso prælio, gravi contracto vulnere occubuit, unaque cum illo eodemque in tumulo Religio sepulta. Nati enim ex illo filii rerum potiti, effuso in Idololatriam cursu proruerunt (5); adjectis etiam ad malorum cumulum impotentissimæ licentiæ criminibus, quibus ut a Deo manibus Regum Chaldæorum permitterentur, veluti exorseruntur. Horrorem ingerunt quæ de malis ejus Regni apud Jeremiam & Ezechielem leguntur. Author 2. Par. 36. 14. &c. omnium illorum veluti summam complexus, narrat, Principes Sacerdotum una cum Populo universo totam Idololatriæ eluvionem in Judam deduxisse; violatam ab illis Templi Domini religionem, ludibrio habitos a Deo missos Prophetas; ac tandem cum ad malorum complementum venissent, hostium manibus a Deo permissi, ipsi in captivitatem, Regio in desolationem, redactæ sunt.

Hæ religionis vices in Juda post initum a Salomone Regnum usque ad everssionem Urbis, & populi captivitatem sub Nabuchodonosore. Cum autem ultra eam ætatem duodecim Prophetæ minores, quibus in hac Dissertatione nostra fervimus, non transcendeant, eos limites excedendos non duximus, toti dissertationi modum hic imponentes. Nonnulla modo de Regno Israel, sive decem Tribuum, proferamus in medium.

REGNUM ISRAEL SIVE DECEM TRIBUUM.

MAjora semper Religionis commoda in Regno Juda, quam in ditione Israel fuisse, neminem ignotum esse arbitror. In Juda Sacra & Templum Domini constituntur; ibi Sacerdotes e genere Aaron spectabantur, viri amplissimi, docendis atque in officio continendis populis non genio tantum & munere, sed etiam proprii compendii gratia studiosissimi. Seriem etiam Regum piissimorum Juda spectavit in Asa, Amasia, Ozia, Joathan, Joas, Ezechia, Josia = Nihil tale in Israel, ubi proinde major licentia longe lateque propagata. Seducendis populis Sacerdotes omnium primi intendebant; Reges impietati indulgentes, eo magis in superstitione confirmabantur, quo commodis suis fervire illam magis credebant. Miremurne igitur, si licentia in Regno corruptissimo adeo invaluerit?

Jeroboam filius Nabat, primus Imperii Author, vir erat, si quis alius, ambitiosus, qui defectionis in suum Regem se Principem constituens, autumavit partum crimine Regnum non nisi crimine servari potuisse. Metuens enim, ne occasione Solemnium Domini Jerosolymam repetens populus, ceremoniis & Religione allectus, adhortationibus & minis Prophetarum perfusus territusque, vel saltem pristino in Reges Juda amore victus, desertis tandem defectionis partibus in pristinam fidem transiret; omne commercium inter duo Regna dirempturus, novo cultu invecto, novam Regno suo religionem constituit, cujus pondere instabilis Israelitarum indoles firmaretur.

Sed vir politicæ scientiæ peritissimus, optimum factu censuit, si inter utrumque extremum medio quodam temperamento utereretur. Norat enim fieri vix posse, ut ex uno in alterum extremum, maxime cum de Religione agitur, transiretur, absque eo quod ingentis discriminis alea subeunda fuisset. Quare integrum reliquit populis ditionis suæ omnibus, ut leges judiciales & ceremoniales plures retinerent. Quin nec Sacrificia, nec religiosa convivia, solemnia Domini, cœtus Religionis aboliti (6); his enim minime arduis religionis exercitiis populi genius indulget. Quicumque ex Sacerdotibus & Levitis avitam Religionem vetereisque ritus detestere maluissent, illi in obsequium vitulorum aureorum retenti sunt (7). Ceteri omnes facessere jussi (8), quamquam nihil gravius statutum est cum Israelitis, qui patriis ritibus inhærentes, novum ritum priori abjecto adoptare recusarunt. Horum pars in ditionem Juda sese recepit (9), pars vero in Israele mansit.

Ita universum decem Tribuum Regnum ex tribus populorum generibus constitisse visum est. Nimirum ex optimis Israelitis, quorum facile Principes habendi sunt Elisæus, Elias, Obee, Abdias, Jonas, Tobias, Abdias Oeconomus Regis Achab, vir mulieris Sunamitidis, aliique nonnulli, qui exemplis & institutionibus Prophetarum in officio & fide continebantur; nihilque habebant commune cum schismate; & si quando permissa ipsis facultas, Jerosolymam adoraturi veniebant; cœtus Prophetarum frequentabant, fidei depositum, sicut & morum sanctimoniam, religiose custodiebant; nihilque sibi a Lege Domini interdictum, ceu permissum indulgebant. Uno verbo, animæ erant a ceteris, tamquam portio electa Domini, segregatæ, *quæ non curvaverunt genua sua ante Baal* (10). Sub Achab, cum scilicet in summum malorum ventum esset, vetitum singulis ne aliam quam Paganorum Religionem profiterentur, violenta adeo persecutione in veri Dei cultores commota, ut Elias unum se ex omnibus superesse, qui furorem Jezabel

(1) 2. Par. 33. 21. 22. & 4. Reg. 21. 21. 22. (2) Sophon. 1. 1. 2. 3. 4. & seq. (3) Jerem. 1. (4) 4. Reg. 22. 3. & seq. (5) 4. Reg. 2. 3. 32. 33. & 24. 9. 19. & 2. Par. 34. 5. 9. 12. (6) Vide Amos 2. 11. 12. & 4. 4. 5. & 5. 21. 23. & 8. 3. 5. 10.

(7) Vide Exech. 44. 10. 11. (8) 3. Reg. 13. 33. Fecit de novissimis populi Sacerdotes excelsorum &c. Vide & 12. 31. & 2. Par. 11. 13. 14. 15. & 13. 9. (9) 2. Par. 2. 16. (10) 3. Reg. 19. 18.

bel evitaſſet, arbitraretur [x]; quamquam adhuc 7000. reliqua erant, eorum qui nulla ſibi cum Idolis partem voluerunt.

Sequuntur poſt illos Iſraelitæ imbecilles, qui cum non latis virium habere ſe noſſent, ut pravis gentilium ſuorum moribus Regiſque juſſionibus & authoritati reſiſterent, pietatis ſcintillam quandam erga Legem, Deique cultum ceteroqui intimæ corde fovences, id ſibi perſimulum eſſe arbitrati ſunt, ut ſimulatione quadam uſi, veri Dei religionem cum ſuperſtitione aurei vituli junctio ſimul fœdere conciliarent; quorum proinde cultus impurus erat, & quadam ſui parte ſuperſtitioſus. Frequentabant illi non ſine oblationibus Urbem Bethel, Prophanis Numinibus ſacram; nec deferebant montium creipdines cultui veri Domini dedicatas. Verum illis jure meritoque ab Elia exprobratum eſt [y]: *Claudicatis in duas partes.* Jurabant in verba *Jehovah* ſimul & Baal ſive Moloch [z]. Ad illos Prophetarum minæ & verborum caſtigationes potiſſimum directæ ſunt; qui inter Domini cultum & Baal medii verſabantur. Habebantur enim tamquam pſlantes oves; quas ſummus paſtor lua cura non indignos cenſebat, & veluti conjux, quæ thori fidem minus ſancte cuſtodiſſet, cui tamen reduxi Sponſus indulgendum ſtatuerat, perpetuo divortio removere non juſſimus [a].

Tertiam tandem Iſraelitarum claſſem conſtituebant authores fautoreſque ſchiſmatis, Pſeudo-Prophetæ, impii Sacerdotes, qui parum ſibi ducentes ſi publicum cultum virulis, & Baal impendiſſent, illud etiam ſibi negotium ſuſcipiebant, ut una ſecum ſimpliciores quoſque in errorem tam pravo exemplo cum moliiori quidam & indigna indulgentia pertraherent. Horum numerus facile ceteris in Iſraele præſtabat, nec ſcelere erant inferiores; quo etiam atque etiam creſcente, id tandem effecerunt, ut Deum ad populum ſuum deſerendum inducerent, veluti indignum ut providentiæ conſiliis regeretur; dignum vero ut ſeveriſſimæ ultionis exemplum tandem exhiberetur [c].

Crimen hujus populi in cultu vitulorum nulla poteſt cauſatione leniri. Non enim alterum populo ſuo Numen Jeroboamus propoſuit, quam quod Aaron in deſerto conſecraverat; utrumque vitulis figuram exhibuiſſe Cherubim Arcæ impoſitorum; ratus proinde, Iſraelitas coram anreis vitulis cultum vero Deo intendiſſe; certumque conſtituit, Cherubim bovis figuram vel ſolam vel ſaltem ceterarum potiſſimam exhibuiſſe. Reum proinde Jeroboamum damnat ſchiſmatis, ab Idololatria vero excuſat. Hæc autem pro illo adducit. Qui fieri potuiſſet, inquit, ut populus avitis moribus pertinaciter inhærens, illis ſubito derelictis, ſtatim ſe a cultu Domini ad Idola converteret? Qui jubenti Regi in re tam ardua promptus adeò paruiſſet? Nonne de Regno ſuo periclitaturus videtur Jeroboam, ſi contra veteres Leges moreſque aliquid ſanciturus a populo crederetur? Non defuerunt in Regno Iſrael nec infrequentes Prophetæ Domini, & viri quique religioſi, quos non niſi temere Idolatriæ, ſicut etiam ſervatæ cum viris impiis & Idolatris pacis & communionis, accuſaremus. Quis unquam Prophetarum ſuorum vitulorum cultum Idolatriæ accuſavit? Cum Elias inſigni illo prodigio collectos, in monte Carmelo populos dicto obedientes habuiſſet, non recuſare cultum vitulorum aureorum coegit; vitio illis vertit tantummodo, quod inter Deum & Baal claudicarent; ſi enim, ait, Deus id ſibi nomen non injuria adſciſcit; cur Baal ſequimini? Si Baal Deus eſt, cur ergo uns cum illo Dominum colitis? Profecto ſi tertium fuiſſet Numen, non ſiluiſſet ea occaſione Propheta; neque ſe continuiſſet quin ejus cultum exprobraret. Hæc potiſſima Authorum momenta.

Grotio alia feder minus etiam probanda opinio [e]: Jeroboamus e Tribu Ephraim originem ducens, gentis ſuæ authorem habebat Joſephum Patriarcham; quare ut gentilibus fratribuſque ſuis eo majorem de tanto vito opinionem ingereret, ſibi vero non temporarium Regnum pararet, proponendum Iſraelitis cultum ſuſcepit, ſub ea plane figura, qua olim Ægyptii colendum Joſephum Patriarcham, acceptorum ab illo beneficiorum merito, ſibi ſtatuerant. Ægyptiis enim effingere viri ſimulacrum ſub aſpectu bovis & Serapidis ſuccurrit. Quare uno eodemque ſimulacro Jeroboam & Patriarcham ſuum commendare, ſimulque veri Numinis memoriam cultumque Iſraelitis exhibendum cenſuit.

Non diſſimili ratione Imperatores Romani omni data occaſione, gloriam Ænææ Trojani promovendam ſibi ducebant, veluti Principis illuſtris divinique generis a Deo Imperium Italiæ, ac Regnum Mundi in perſona poſterorum ſuorum gerendum deſtinati [f].

Naſcetur pulchræ Trojanus origine Cæſar.
Imperium Oceane, famam qui terminet aſtris.

Sed quanta, rogo, falſa, quanta incerta in hoc magni viri ſyſtemate. Res eſt dubia prorſus & incerta, quin etiam & falſa, quod ille certum conſtituit, nimirum Ægyptios ſub Serapidis figura cultum Joſepho impendiſſe. Numen illud inter veteta Ægyptiorum habendum eſſe non ſatis conſtat [g]. Fac autem conſtaret; qua ſatis firma conjectura ad Joſephum pertineré probaretur? Fac etiam probaretur; Serapidis figuram vitulum exhibuiſſe quis docet? Aliud tane ejus Numinis ſimulacrum depingit Macrobius Satur. lib. 1. cap. 20 monſtrum exhibens triceps, cui emicantem leonis rictum hinc inde ad latera ſuſciuit caninum caput ad dexterum, & lupi ad ſiniſtrum; totum vero ſerpentium nexibus ingentibus ſpiris complectitur anguis, cujus caput ad dextrum figuræ latus apparet. Quid ſimile in aureis vitulis Jeroboami?

Moncœus etiam rem maxime ambiguam tamquam certam conſtituit, Cherubim nempe in bovem expreſſos. Nihil, inquam, magis incertum, nihil, ſi mavis, fabuloſius; quam enim figuram potiſſimum Cherubim exhiberent, nemini notum eſſe arbitror; illudque generatim conſtituendum, vagam fuiſſe illorum figuram pro varia diverſorum idea, qui ejus generis ſimulacra excudenda ſuſceperunt. Quando autem dixerit Moncœus, vitulinum aliquod Cherubim exhibuiſſe; quis virum docuit, vitulos aureos Jeroboami Cherubim Templi expreſſiſſe? An nuquam Scriptura hoſce Jeroboami vitulos Cherubim nomine vocavit? Nonantne Rex ejuſque Opifices verum Cherubim Templi figurum, quam nemo ex populo & ex Sacerdotibus viſiſſe unquam poterit?

Quando vero hæc omnia fateremur; an proinde cultus ille a ſuperſtitione immunis haberi potuiſſet? Numquam enim Deus ſupremum cultum Cherubim impendendum conceſſit, quos alioqui generalis de non impendendo figuris & imaginibus cultu cautio non excludebat? At enim cultus ille non intra figuræ limites continebatur, ſed ad verum Deum tranſibat. Hæc dubia ſiloqui, tamquam certa ſemper conſtituuntur; quin & Deus numquam id commiſit, ut ſub ſenſibilium imaginum figura colerentur; quippe qui imagines ſimul omnes & ſimulacra interdixerit. Cum aureum vitulum Aaron conflavit, id tamquam injuriolum Deo ſtque idololstrum Moyſes caſtigavit [g].

Diſſert. Calmet. Tom. I.

(x) 3. *Reg.* 19. 10. 18. 22. (y) 3. *Reg.* 18. 21. (z) *Bochart.* 36. 42. *Reg.* 17. 33. (a) *Oſe.* 2. 5. 6. 14. 15. (b) *Ezechiel.* 36. 42. *Reg.* 17. 33. *Reguieſces indignatio mea in te, & auferetur zelus meus a te, & quieſcam; nec irascar amplius.* (c) *In* 3. *Reg.* 12. *Vide Eſtium. Diſſert. 5. de orig. Arca.* (d) *Exod.* 2. (e) *Vide Tanſt. hiſt. lib.* 4. (f) *Exod.* 32. 4. & 1. *Cor.* 10. 7.

Quod autem Propheræ & religiosi quique in Israele versantes cultum illum probaverint, uno tantum Baal damnato, non nisi per summam impudentiam asseveraverit, neque enim probasse illum, sed quaeumque data occasione damnasse credendi sunt. An Eliam unquam, Eliæum, Osee, Amos thura illis adoleviſſe memoriæ prodium eſt? Quanta verborum contentione Propheta Domini e Jeruſalem in Bethel miſſus ipſa dedicationis eorumdem vitulorum die in impium cultum invectus eſt? Propheta e Bethel, qui alium e Juda venientem ſefellit, numquam eorum vitulis proſtratus legitur [1]; neque enim, ſi forte eamdem religionem probaſſet, cum dedicationis ceremonia ageretur domi ſe continuiſſet. Sed Oſee cap. 8. 4. 5. 13. in eoſdem vitulos invectum audiamus: *Argentum ſuum & aurum ſuum fecerunt ſibi Idola, ut interirent. Projectus eſt vitulus tuus, Samaria, iratus eſt furor meus in eos . . . Hoſtias offerent, immolabunt carnes, & Dominus non ſuſcipiet eas.* Et cap. 10. 5. 8. *Vaccæ Bethaven.* (i. e. domus iniquitatis, quo nomine probri gratia Bethel appellat.) *Advenæ habitatores Samariæ. Luxit ſuper eum populus ejus, & aditui ejus, quia migravit ab eo. Siquidem & ipſe in Aſſur delatus eſt, munus Regi ultori.* Tandem cap. 8. 6. redigendum minatur *in aranearum telas vitulum Samariæ.*

Propheta Amos in Bethel ſe conferens, Dei verbis annunciavit [*] *Demolientur excelſa Idoli, & ſanctificationes Iſrael deſolabuntur, & conſurgam ſuper Domum Jeroboam in gladio.* Non raro Sacra Scriptura vitio vertit Jeroboamo, quod peccatum in Israelem induxerit; non raro exprobrat impiis Principibus, quod impia Jeroboami veſtigia legerint.

Fatcamur ergo oportet, cultum aureorum vitulorum meram putamque Idololatriam reputandum fuiſſe; neque ſchiſmatis tantum ſed etiam Idololatriæ decem Tribus damnandas Regis quidem juſſiones ac pœnæ in tranigreſſores inductæ leniendo illorum crimini aliquid valuiſſent; ſed nulla tanæ cauſſatione vindicamur, cum de parendo divinis juſſionibus agitur.

Idem plane ſpiritus, qui Jeroboamum ad cultum vitulorum aureorum inſtar Apidis Ægyptii perduxit, animavit etiam, ut alterum plane Numen, nempe hircum, confecraret. *Qui conſtituit*, ait Author 2. Paral. 11. 15. *ſibi Sacerdotes exceſſorum & Dæmoniorum* (Hebraice hircorum) *vitulorumque, quos fecerat.* Exſulit ille omnia Numina quæ olim Hebræi nequidquam vetante Moyſe in deſerto conſeveraverant [2]; qua occaſione impias omnes ſalacſque ejus cultus appendices, quas prophani Scriptores [3] Mendeſiis populis Ægypti hircum colentibus exprobrarunt, induxiſſe Regem ne ambigimus quidem.

Verum ad hiſtoriam regrediamur: Jeroboamus ſemel ab avita Religione Iſraelitis abductis, & ad eultum vitulorum traductis, nihil ſibi deinceps curandum eſſe cenſuit, ut magnopere Religionis res curaret; eo ſolo contentus, ſi ab Urbe Metropoli adunda ſe continuiſſent. Cum enim Religionis negotium perinde ac politicam tantumnodo rem haberet, ratuſque eo vinculo nihil ultra præſtari, quam ut populi mutuo adſtringerentur, eo firmius Regnum paratum ſe credidit, quo magis magiſque a Religione Juda Iſraelitas abalienaret; eodemque conatu ambos illos populos inter ſe divelleret, quo magis Iſraelitas ſuperſtitionibus implicaret. Quare e re ſua eſſe duxit, ſi proprio illos relinqueret arbitrio; qua data via univerſa ediſcerum collium, lucorum, Altarium &c. colluvies in totam late ditionem pertupit, levioris ingenii populo ad Religionem arbitrariam ſine delectu & vecordem convolante [4].

Itaque non Bethel tantum & Dan, Urbes vitulorum aureorum religione inſignes, ſed & Galgala, Carmelus, Thabor, Maſphæ in transjordanis, & Sichem frequentari cœpit ſunt. Uno verbo nullus fuit locus claro aliquo Patriarcharum feſto, mora, ſive erecto ab illis Altari inſignis, quem peregrinationibus & religionibus Iſraelitæ non obirent. Exceptos tamen ſemper ab eo numero volumus Prophetas, viroſque religioſos, depoſitum Fidei & Religionis a patribus ſuis acceptum ſanctæ cuſtodientes.

Quod autem a Jeroboamo iſtatum eſt Religioni vulnus, numquam convaluit. Nadab qui proxime ab illo Regnum ſuſcepit; deceſſoris ſui veſtigia religioſiſſime legit, cujus nimiæ fidelitatis merito illud a Deo impetravit, ut ipſe manibus hoſtium permitteretur, univerſaque Jeroboami domus ultima deſolatione exterminaretur [*]. Baſa ſecundus a Jeroboamo, non ſpiria tantum, ſed & iniquitate præſtitit [5], cum ab eo neci traditus Propheta Jehu, ultionem Domini Regi minitatus, legatur [6]. Qui poſt illum regnarunt Principes, omnes æque impii, non Regum potius, quam Tyrannorum ferire gerpetuarunt. Inter nequam tamen Reges æquiſſimus Amri id ſibi elogium vindicavit; *Operatus eſt nequiter, ſuper omnes, qui fuerunt ante eum* [7].

Longe tamen impium parentem poſthabuit impiiſſimus Achab, a quo ducta Jezabel filia Regis Tyri, invectus publicus & ſolemnis Baal Numinis Sidoniorum cultus [8]. Sed eo Rege ſuſcitatur a Domino Elias, inter ſtudioſiſſimos æque ac clariſſimos yeterin Teſtamenti Prophetas recenſendus, qui impiis auſis Achabi, & Jezabelis adverſum Deum oppoſuit, atque inter medias furentis Regis, & Reginæ perſecutiones ac inſidias non ſine Divino prodigio illæſus ſervatus eſt. Ea ætate adeo licentia late pervaſerat, & tam alta Dei oblivio mentes Iſraelitarum cœpiſſe videbatur, ut ne reſiduum quidem Prophetarum aliquem Domini ſupereſſe Elias autumaret [9]. Jezabel pro viribus omnes perdendos execandoque inſeperat [10]; quæque ſuſcepta ſuerant, in cavernis montium delitefcere coacti ſunt. Conſtituti victiſſim a Regina 450. Pſeudo-Prophetæ Baal, & 400. Propheræ lucorum, quos Regio cibo paſcebat, iiidemque adminiſtris cultui publico detinendo utebatur.

Eo pariter Rege, illuſtre illud factum, quo ab Elia aſſerta Religionis ſuæ veritas contra Prophetas & Sacerdotes Baal, exhibitum eſt. Deductus enim e Cœlo ignis Holocauſtum abſumpſit; quod fruſtra tentaverant antea Sacerdotes Baal, imploratoe ejuidem Baal Numine [11]. Hiſtoria Naboth, injuſta ſenrentia, agente Jezabele, damnati, ſatis demonſtrat, quouſque religionis & juſtitiæ oblivio mentes Iſraelitarum teneret. Hæc tandem ad perpetuam rei memoriam de Achabo litteris mandata leguntur 3. Reg. 21. 1. 24. *Non fuit alter talis ſicut Achab, qui venundatus eſt, ut faceret malum in conſpectu Domini: cui etiam nonnulla abominabilia faciens eſt in tantum, ut ſequerentur Idola, quæ fecerunt Amorrhæi, quos conſumpſit Dominus a facie filiorum Iſrael.* Regni & criminum ſucceſſorem Ochoziam reliquit [12]; quo regnante cultus pariter Baal regnavit; colles & edita quæque loca, ſicut & Altaria ſuperſtitioſa in Israele obtinebant.

Joram, qui poſt Ochoziam regnavit, poſtratas Religionis res aliquantum reſtituit; Regnum enim nactus, in quo, contempto ferme Deo, omnia ad arbitrium Principis, non politica tantum ſed & religioſa gerebantur, humanis potius, quam Dei juſſionibus morigeros ſeſe præbentibus Iſraelitis, cultum Baal vel penitus abolevit, vel plurimum repreſſit [13]. Statuas Phœnicii ejus Numinis ſubvertit, ſolo retento aureorum vitulorum cultu, quem Je-

(1) *Ibid. verſ.* 12. (*) *Amoſ.* 7. (2) *Levit.* 17. 7. *Neque amplius ultra immolabunt hoſtias ſuas Dæmoniis* (Hebr. שעירים) *cum quibus fornicati ſunt.* (3) *Herod. lib.* 2. *capite* 46. (4) 3. *Reg.* 13. 32. 33. & 14. 9. *Operatus es malefacta ſuper omnes, qui fuerunt ante te, & feciſti tibi Deos alienos & conflatiles &c.* (*) 3. *Reg.* 15. 29. (5) *Ibidem, verſ.* 34. & 16. 2. (6) *Ibid.* 16. 7. (7) *Ibid.* 16. 25. (8) *Ibid.* 16. 31. 32. 33. (9) 3. *Reg.* 18. 22. & 19. 10. (10) 3. *Reg.* 18. 4. (11) *Ibid. cap.* 18. (12) 3. *Reg.* 22. 54. (13) 4. *Reg.* 3. 2.

roboam filius Nabat invexerat. Ea erat illorum tempore conditio, ut in partem religionis haberetur, ſceleribus ſe totum non addixiſſe, & laudis erat non modicæ pro Rege Iſraelis, ſi repreſſa ab illo aliquantum enormis licentia diceretur.

Religioſi apud Prophetas cœtus ſub Joram frequentati ſunt; quos potiſſimum diebus Sabbati & Neomeniarum adibant; quare mulier Sunamitis volens Prophetam die feſto adire, audivit a viro ſuo (1): *Quam ob cauſam vadis ad eum? hodie non ſunt Calenda neque Sabbatum.* Leguntur etiam Prophetarum claſſes, miniſterium ſuum velut in tranquillo pacis exercentes, & in communi tamquam religioſam vitam profeſſi degentes (2). Joram ſummæ Eliſeum obſervabat, & viciſſim ipſe a Prophetæ, quippe qui ſine controverſia Principes eſſet omnibus, quorquor unquam in Iſraele regnaverant, minus iniquus. Pietate enim & timore Domini inſtructus, cilicio ſuper nudum indebatur, cujus rei in obſidione Samariæ per Syros populus univerſus teſtis fuit (3). Delectabatur etiam audiendis iis quæ Dominus per Eliſeum patraverat (4); quibus tamen omnibus ne quidquam obſtantibus, eodem cum univerſa Domo Achab excidio, juxta Prophetarum vaticinium, impiis citus eſt; neci enim a Jehu traditus, in agrum Nabot, quem olim Achab per ſummam injuriam uſurpaverat, projectus eſt.

Proſeripturn antea per Joram Baalis in tota ditione Iſrael cultum, Jehu penitus deinde ſubvertit (5). Cum enim Joram mali radices evellere nequidquam tentaſſet, quod Jezabele in vivis agente, vivere adhuc impium cultum neceſſe eſſet; Jehu a Deo miſſus exſcindendæ familiæ Achab, poſt truncidatos omnes ejus Regis filios, in unum cœtum Sacerdotes omnes & Prophetas Baal, ſpecie quaſi de augendo Numinis cultu acturus, re tamen in Fano ejuſdem Numinis clauſos enecavit. Tum abolitum Templum, everſa Idola, locuſque Religioni conſecratus in ſentinam translatus eſt (6). Ita cultus Baal in Iſraele ad tempus ceſſavit.

Sed vitulorum aureorum religioni nihil a Jehu detractum (7); quafi religioni ducerer, in veterem regionis cultum ab ipſo Jeroboamo Filio Nabat ingenii auctore conſtitutum manum injecere. Quam Jehu cautionem ceteri, qui poſt ipſum regnarunt, ſervatam ſancte voluerunt. Et ſub Joachaz omnium eorum primum exceſſi Bethel & Dan frequentabantur, lucus etiam Idolis conſecratus Samariæ memoratur (8); qua facile conjectura intelligimus, eulcum Baal & Aſtaroth ab eodem Principe toleratum. Joas filius Joachaz Eliſeum obſervavit, a quo tribus victoriis fractarum ſe Reges Syriæ oraculo intellexit (9). Plus tamen apud illum prava majorum ſuorum exempla valuerunt, ut cultum vitulorum aureorum detineret.

Regnum Jeroboami II. non uno rei geſtæ monumento celebratur. Sub eo Rege Prophetarum nonnulli egerunt, e quorum ſcriptis noſtra ætate exſtantibus intelligimus, feliciſſimum, quantum aliis deceſſorum nullus, Regnum Principem illum habuiſſe. Pluribus victoriis hoſtibus ſuis fractis, fines Imperii ſui longe lateque prorogavit. Verum opulentia, otium & pax corruptionem, quemadmodum frequenter accidiſſe ſpectamus, in Regnum Iſraeliticum induxit. Acceſſit vitæ mollities, luxus, & injuſtitia (10); quamquam poſt ſublatum a Jehu Templum & Sacerdotes Baal, numquam in Iſraelem inductus ejus Numinis cultus legitur. Illud eſiam animadvertiſſe dignum duco, plura ſub eo Rege a Lege Dei præſcripta (11) in Iſraele obſervari; uti inauguprationem Nazaræorum, ſolutionem primitiarum, & decimarum oblationes, varii generis ſacrificia, Cantica Domini, Feſtorum & Sabbati obſervationes. Cæterum effrænis licentia regnabat, ædita loca & peregrinationes ſuperſtitioſæ frequentabantur. Præter Dan & Bethel, (12), celebratur Berſabee (13), quam urbem jure armorum Rex ditioni ſuæ adjunxerat. Nota ſunt etiam exſecta Jeſaiæ (14), quem locum olim Patriarcha erecto Altare conſecraverat, & luco implantaverat (15); peregrinationes etiam obibant in Maſpham urbem transjordanam, in montibus Galaad (16), fœdere inter Jacob & Labanum icto, erectoque a Jacob ea de re monumento (17) nobilem; in Galgal (18), ſedem olim populi ſub Joſue, & deinde vitulorum aureorum Oſee ætate (19), in Thaborem & Carmelum (20); ac tandem in omnes montes Iſrael erectis Aris conſecrarent.

Zacharias poſt illum Rex, & generis Jehu poſtremus, veſtigia Patrum luorum ita tenuit, ut omnia præter cultum Baal permitteret. Sanguis olim a Jehu in valle Jezrahel effuſus, in ipſum totamque Jehu familiam recidit (21). Sellum enim illa exterminio delera rerum potitus eſt; ex quo demum tempore impune licentia in Iſraele diſcurrit, omniaque ad homicidia & inceſtina bella convarti viſa ſunt (22). Neque morum eorruptæ Regionis corruptioni addi quidquam poterat in tantum, ut criminum horrore veluti provocatus Deus (*) populum ſuum dederit in manu Regum Aſſyriæ, qui regionem urbemque Samariæ vaſtantes, populum in Tranſeuphratæam captivum deduxerunt.

Horum malorum, quæ Divinam in caput Iſraelitarum ultionem provocarunt, imaginem ita depingit 4. Reg. 17. 8. &c. *Et ambulabant juxta ritum gentium, quas conſumpſerat Dominus in conſpectu filiorum Iſrael, & Regum Iſrael, quia ſimiliter facerant. Et offenderunt filii Iſrael verbis non rectis Dominum Deum ſuum, & ædificaverunt ſibi excelſa in cunctis Urbibus ſuis a Turre exſtedum uſque ad civitatem munitam. Fecerunteque ſibi ſtatuas, & luces in omni colle ſublimi, & ſubter omne lignum nemoroſum; & adolebant ibi incenſum ſuper aras in morem gentium, quas tranſtulerat Dominus a facie eorum: feceruntque verba peſſima irritantes Dominum, & coluerunt immunditias, de quibus præcepit eis Dominus, ne facerent ſuorum hoc. Et teſtificatus eſt Dominus in Iſrael & in Juda per manum omnium Prophetarum & Vidantium, dicens: Revertimini a viis veſtris peſſimis & cuſtodite præcepta mea, & ceremonias, juxta omnem Legem, quam præcepi patribus veſtris. Et ſicut miſi ad vos in manu ſervorum meorum Prophetarum. Qui non audierunt, ſed induraverunt cervicem ſuam juxta cervicem patrum ſuorum, qui noluerunt obedire Domino Deo ſuo, & abjecerunt legitima ejus, & pactum, quod pepigit cum patribus eorum, & teſtificationes ejus quibus conteſtatus eſt eos, ſecutique ſunt vanitatem, & vane egerunt & ſecuti ſunt gentes, qua erant per circuitum eorum.*

Noviſſima hæc tempora ita deplorant Prophetæ, quaſi Regnum confuſionis, abominationis, injuſtitiæ, violentiæ, Idololatriæ (13); nulla agendi regula, nulla propoſita ut imitarentur exempla, quam Amri & Achabi. Optimi quique inter illos, & peſſimi ita plane diſtinguebantur, quemadmodum rhoncus a ſpina. Dolus omnia tenebat, ut ſinceritas, pietas, æquitas exulare cogerentur; quoſcunque mali nihores eimere debuiſſent, illos tamquam authores duceſque ſequebantur; mutuis inſuper malis alter alterum provocabat, fovebat, tuebatur.

Ezechiel 2. 3. populum illum exhibet veluti in pravo obſirmatum, nullis perſuaſionibus corrigendum, fidei deſertorem & prævaricatorem, qui a Domino deſciſcens, ultionem in ſe divinam jam inde ab initio provocaverat (14); qui Prophetarum & Dei vo-

(1) 4. *Reg.* 4. 22. 23. (2) 4. *Reg.* 4. 38. & 6. 1. (3) 4. *Reg.* 6. 30. (4) 4. *Reg.* 8. 4. 5. (5) 4. *Reg.* 3. 2. (6) 4. *Regum* 10. 19. 20. 21. *&c.* 28. (7) 4. *Reg.* 10. 29. 30. 31. (8) 4. *Reg.* 13. 2. 6. (9) 4. *Reg.* 13. 14. 15. (10) *Amos* 2. 6. 7. *&c.* & 3. 9. 10. 14. 15. & 4. 4. 5. 6. 7. & 8. 4. 5. (11) *Amos* 2. 11. 12. & 4. 4. 5. & 5. 22. 23. & 8. 3. 4. 10. (12) *Amos* 7. 13.

(13) *Amos* 5. & 8. 14. (14) *Amos* 7. 9. (15) *Geneſis* 25. 25. (16) *Oſee* 6. 8. (17) *Gen.* 31. 41. 46. (18) *Oſee* 4. 15. & 9. 15. (19) *Oſee* 12. 11. (20) *Oſee* 5. 1. (21) *Oſee* 1. 4. (22) *Oſee* 4. 1. 2. 3. *&c.* & 13. 1. 2. *&c.* (*) 4. *Reg.* 10. 32. *in diebus illis cœpit Dominus tradere ſuper Iſrael.* (23) *Mich.* 1. 7. & 3. 1. 2. 3. *&c.* & 6. 16. & 7. 1. *&c.* (24) *Ibid.* 3. 7.

cibus furdas aures præbuerant, corde & fronte æ-nea averſis omnibus reſtiterant [1]; quorum regio omnibus Idololatriæ ſordibus ſcatens, paſſim occurrentibus in editis quibuſque locis ac nemoribus, poſitis impietari & ſuperſtitioni mauſoleis [2]. Summam in ea, addit Ezechiel, obtinent authoritatem Pſeudo-Prophetæ, quorum verba auicultantur, cum interim Prophetæ Domini contempti neglectique jaceant, impii aſſentatorum laudibus foveantur [3]; populus eſt tandem, cui nihil antiquius quam ut excuſſo Domini jugo, reſciſſoque ſacro fœdere, arbitrio ſuo & voluptati vivat. Æger eſt deploratus, cui fruſtra pharmaca adhibeas; gens polluta, quam non antea expiaveris, niſi poſtquam inter nationes diſperſam infinitas propemodum pœnas dare coegeris; uxor infidelis, omnibus finitimis populis, quorum illa ſcelera non æquare tantum, ſed & ſuperare ſtuduit, proſtituta [4]; quæ tandem eo ſceleris devenerit, ut infamia ſua ſcelera Gomorrhæ, Sodomæ & Ægypti minueret.

Jeremias 2. 20. &c. ad alias per orbem nationes Judæos remittit, ut diſcant an unquam commiſſum ſit, ut priſtina religione deſerta, ad aliam externam accederent; quod tamen ab Iſraele factum queritur, cum rejecto Domino fonte aquæ viventis, conſtructas ſibi ciſternas continendis aquis ineptas effoderit. Similes fœminæ perfrictæ frontis & proſtitutæ, quæ obvia cuique totam ſe committit; vaccæ indomitæ, quæ conſuetæ jugo petulans jactitat: *Non ſeruiam*; vineæ manu Domini conſitæ, quæ pro uvis labruſcas ingrata produxit; Onagro indomito effrani, & brutali, in voluptates ſuas effuſo; adoleſcenti male morato, qui excuſſo correctionis & obedientiæ jugo audacior in pattem inſurgit.

Ut intimius Prophetarum ſenſus pervadatur, atque oraculorum apud ipſos mens pateat, religionis in utroque Regno ſtatus ſub oculis ponendus eſt. Eo enim vaticinia illorum omnia potiſſime collimant: quod in cauſa ſuit cur nos una veluti ſerie ea componeremus, quæ apud Scripturam apertius & illo argumento traduntur ad ætatem Prophetarum ſpectantia.

DISSERTATIO

De Idololatria Iſraelitarum in deſerto, ac potiſſimum de Deo Rephan ſeu Rempha, ad Amos 5. 26.

NISI aperti ſſimo Scripturarum documento extra controverſiam poſitum eſſet, Hebræos non ſemel tantum & per tranſitum, ſed veluti de induſtria & conſuetudine Idola coluiſſe in deſerto, vix credulam mentem affirmanti addiceremus: adeo res ſupra fidem videretur. Quis enim unquam factum ſibi perſuaderet, ut ſub ipſis Moyſis oculis, in conſpectu Arcæ Fœderis, ſub ipſa nubis noctu diuque protegentis umbra, inter media prodigia, Sacerdotes, Judices Dei Spiritu aſſlatos viroique ſtudio Legis flagrantes, ac tandem inviris legibus, Idololatriam indictis mortis pœna proteruitatibus: quis, inquam, credat Idola ſecum tuliſſe populum, quibus cultum ſuperſtitioſum & facilegum impenderet? Hæc ſane quamquam ſupra fidem videntur, non dubia tamen fide etcedenda ſunt poſt expreſſum Amos 5. 26. & a S. Stephano in Actibus Apoſtolorum 7. 43. confirmatum teſtimonium. Ita vero S. Stephanus illos compellat: *Et ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch, & ſidus Dei veſtri Remphan, figuras, quas feciſti, adorare eas.*

Quam olim contraxerant in Ægypto habitudinem Idola colendi, nec minæ nec prodigia nec legum ſeveritas nec beneficia Domini exſcindere valuerunt [5]. Cum Moyſes ſub ipſum ex Ægypto egreſſum Hebræos alloqueretur, in ipſo ſermonis veſtibulo illos hortatur: *Unuſquiſque offenſiones oculorum ſuorum abjiciat, & in Idolis Ægypti nolite pollui* [6]. Fruſtra tamen ille. Adjecit Deus minas, ultionem ſuam tandem exerciturum edicens; fruſtra etiam Deus. Quare ne obſtinatos ultionis ſeveriſſimæ exemplum ponneret, ſola gloriæ ſuæ & majeſtatis conſideratio prohibuit. Ex Ægypto itaque veluti abſtraxit evulſitque juxta phraſim Ezechielis: *Ejeci eos de terra Ægypti*; deductiſque in deſertum leges ſuas & mandata tradidit. Verum ejus beneficiis pervicacius reſiſtentes, murmure in illum non ſemel ſublato, eo ultionem divinam adegerunt; ut non ſemel & iterum, ſed decies ſub ipſo exterminandi ingratos limine conſtitueretur. Fruſtra nihilominus omnia. *Toſt Idola cor eorum gradiebatur* [7].

Vehementius etiam Idololatriam populo in Ægypto verſanti exprobrat Ezechiel, proſtitutæ fœminæ moribus populi ſui ſcelera comparans [8]; ſemel enim abrupto pudoris freno in Ægypto, totum ſe licentiæ adeo commiſit, ut in ultimos exceſſus deveniret.

Alterum ejus rei teſtem omni exceptione majorem, de adoptato Numinum Ægyptiorum apud Hebræos cultu, excuſſoque in deſerto obedientiæ Domini jugo, Joſue cap. 24. 14. exhibemus. Sed fruſtra argumenta in eam rem congetinus, cum ipſe Moyſes in Libris ſuis aperte loquatur. Quoties ſublato murmure aperta in deſertum defectionem procuſſerunt, querelas ſuas alte in Dominum exulterunt? Sæ Moyſes aliquo temporis ſpatio a caſtris abſtineat, ſtatim aureus vitulus ad cultum præponitur [9]. Propius ad regionem Moab accedentes, ad ſacra Phogor invitati, certatim ruunt: dein luxuriæ crimine implicantur [10]. Fruſtra Moyſes leges & edicta congerit: extento illa collo abjicunt, pravum illum iniquitatis curſum, quem olim ſuſceperant, nulla inerjecta mora profecuti, prava cordis ſui vota vel ipſo invito Deo expleturi. Edicto cavet Moyſes, ut victimæ omnes præ foribus Tabernaculi ſiſtantur [11]; nec alibi quam coram Domino victimæ illæ mactentur, quarum ſanguis in ipſa Ara offeratur; edicit ne ultra *immolentur hoſtiæ Dæmoniis* [Hebr. Pilolis] *cum quibus fornicati ſunt*. Hæc autem omnia capitalia decernit: *Interibit de populo ſuo*. Quid autem populus? *Et porrexiſti*, ait Amos 5. 26. *tabernaculum Moloch veſtro, & imaginem Idolorum veſtrorum, ſidus Dei veſtri*.

Toto quadraginta annorum, quo in deſerto erraverunt; ſpatio arbitrario quodam, vel ſi malueris, irreligioſo politiæ genere uſi ſunt. *Numquid hoſtias & Sacrificium obtuliſti mihi in deſerto quadraginta annis, domus Iſrael?* ait Amos 5. 25. *Non ſum locutus cum Patribus veſtris*, ait Dominus per Jeremiam cap. 7. 22. *Et non præcepi eis, in die qua eduxi eos de terra Ægypti de verbo holocaustomatum & victimarum. Sed hoc verbum præcepi eis dicens: Audite vocem meam, & ero vobis Deus.* Tandem Moyſes ſub ipſum vitæ ſuæ exitum ita affatus eſt Iſraelitas [12]: *Non facietis ibi* (in

(1) *Ezech.6.3.&c.* (2) *Ezech.* 13. 16. & 14. 1. &c. & 20.1.&c. (3) *Ezech.* 21. 32. 33. &c. (4) *Ezech.* 23. (5) *Pſal.* 105. 7. *Patres noſtri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua, non fuerunt memores multitudinis miſericordiæ tuæ.* (6) *Ezech.*20.7.8.9. (7) *Ezech.* 20. 16. (8) *Ezech.* 1. 2. 19. 20. 21. *Vide etiam Ezechiel* 16. 26. (9) *Exod.* 32. 4. (10) *Num.*25.3. (11) *Levit.*17.7. (12) *Deut.*12.8.

(in terra promiſſionis) *quo nos hic facimus hodie ſingulis, quod ſibi rectum videtur*. Exploratum, eſt toto eo tempore ſpatio a Circumciſione & a Paſchate celebrando, jam inde annoris a Sinai caſtris ceſſatum fuiſſe. Sacrificiorum etiam aliarumque ceremoniarum leges, quamquam in deſerto latæ, alterius tamen temporis obſervantiam exigebant; neque in itinere executioni mandari poterant. Sed quæcunque hæc Numina Hebræorum in deſerto ? Ægyptiaca, uti facile credemus, quæ ſane poterant ex ea regione regreſſi & coluiſſe prius, & ſecum ad cultum deveziſſe. Aureus vitulus ad radices montis Sinai confectatus, ipſiſſimus erat Apis celebratiſſimum in univerſa Ægypto Numen, quemadmodum communi ſuffragio recepta opinio tenet. Sed altioris indaginis ſunt ea, quæ ſupra ex Amos retulimus, cujus Textus ita ſonat ad litteram : *Et portaſtis tabernaculum Regis veſtri colis, veſtrarum imaginem, ſidus Dei veſtri, quæ feciſtis vobis* : ſeu potius : *portaſtis Tabernaculum Regis veſtri, Chevan imaginem veſtram, & aſtrum Deum veſtrum, quæ feciſtis vobis*. En Numina ſolemni ritu circumlara & ſub tentoriis repoſita; ſculpta ſimulacra, Aſtra, & Numen regia dignitate inſigne; quod ſane Numen tamquam Regem ſuum cultores ejus agnoſcunt, ſub tentorio regio culeu ornato poſitum; & cum ab exercitu expeditio quædam paratur, ſolemni pompa delatum, eo plane ritu, quo olim Tabernaculum Domini & Area in itinere per deſertum a Saeerdotibus & Levitis geſtabatur.

Ægyptiorum moribus conſtitutum eſt, ut Numine in plures claſſes diſtinguantur. Erant enim apud illos Idola in univerſa æque regione venerationi exhibita; erant peculiare regionis ſive Urbis (1). Inter hæc Numina, alia ſupremum, alia inferiorem ordinem tenebant, recepto Græcorum more, apud quos Dii ſuperiores, & inferiores : *Dii minorum gentium*. Hic ad cultum poſitus Crocodilus, illic hircus, ovis, felis, ibis, corvus, ſuus etiam cultus ignì, terræ, aquæ : occurrebant quandoque mortales in Numen confecrati, Iſis, Oſiris, Ammon.

Taurus, vacca, ſol, luna, Oſiris, Iſis, æque omnibus Ægypris Numina erant communia, quibus parem ferme gradum obtinebant mortales in Deos conſecrati, aſtra, & bruta; quæ facile omnia unum erant; idemque Numen, diverſo tamen nomine ad cultum propoſitum (2). Ita Oſiris primo colebatur tamquam Deus, qui in terra appareuerit; eidemque fatis functo, æque ac Solem, quem ille veluti corpus ad arbitrium agebat, transiato aras confecrarunt. Alius vero fubit in mentem, ut idem Numen taurino corpore adoraretur; quod enim in univerſa regione pulcherrimum eſt, & utiliſſimum animal, illud etiam dignum Deo contubernium arbitrati ſunt (3). Ita unus idemque Deus multiplici Numine colitur : quem ſpectatæ Amos crediture, triplici illo, *Rex, veſtra imago, ſidus veſtrum*, eumdem Oſiridem deſignans, ſeu quod idem eſt, vitulum aureum, Deum Apidem, Solem, Regem Oſiridem.

Principem autem locum in univerſa ditione Numen illud tenebat (4), ut optime Regis titulus apud Propheam quadret : Iſraelitæ aureo vitulo in deſerto conſecrato acclamarint : *Hi ſunt Dii tui, qui te eduxerunt de terra Ægypti* (5). Veterum Patrum plerique caput eanum vituli vel tauri ea occaſione aris impoſitum crediderunt; quod facile deſignaſſe potuit Propheticum illud : *bonus Dei veſtri*, Maluerim ego tamen non tauri caput, ſed integrum ejus ſimulacrum, ſive hominem taurino capite ad cultum Hebræis propoſitum fuiſſe (6). Taurus Apis effigiem. Solis fronti inſcripeam gerebat (7), lunæ decreſcentis ad latera : ſi quis forte taurus hiſce characteribus inſignis apparuiſſet, continuo tamquam Rex Oſiris ea ſpecie aſſumpta iterum ſe ſpectandum præbuiſſet, aris & ſacris colebatur.

Cum Hebræi Numen ſibi conflatum in ædiculis circumgeſtarent, omnibus plane illud characteribus inſignitum voluiſſe credendi ſunt, quibus & cultores conciliaret, & Solis ſpeciem deceptis populis ingereret. Scitum eſt, in Ægypto moribus receptum, ſi alibi unquam, fuiſſe, ut Numina perpetuis emolumentibus, tamquam diverſarum dorum corumdem Numinum notis, inſculperentur; earumque eſt Ægypt um Idolum, quod ſive capiti impoſitum, ſive pedibus inſtratum, ſive manu ſuſtentatum certum quoddam animal non præſeferat. Ex Ægypto petita ſuperſtitio certum quoddam animal ſingulis Numinibus deſtinandi. Sed plus aliquid Ægypti ſibi arrogarunt; non enim ſingulis Numinibus animalia tantum, ſed ipſa in Deos bruta confecrarunt, ea perſuaſione ducti, Deos nimirum olim bruti figura aſſumpta inter homines apparuiſſe. Hæc nobis probabiliſſima viſa ſunt, quæ de Numine a Judæis in itinere ſecum advecto differerentur; ratumque ex his manet, Deum illum ipſiſſimum fuiſſe Apidem, vel Solem in ædicula, vel baſe impoſitum.

Solis figuram ita ab Ægyptiis expreſſam deſcribit Macrobius Saturn. lib. 1. cap 20. 21. Simulacrum erat, impoſitum capiti modium geſtans; ſex media capitis parte abraſum, læva autem comatum; vel eandem animal trireps, in quo medium tenebat leoninum caput; hinc vero catellus mollis & feſtivus, inde lupus ferox & rapax. Sed in ſuperioribus jam animadvertimus, expreſſum ab illis ſolem ſub emblematte tauri, vel ſub Oſiridis figura; quare certo numquam deſſituri poteſt, quam potiſſimum figuram Numen Hebræorum præſeferret, quando certo Solem exhibuiſſe conſtaret. Theologiæ hieroglyphicorum apud Ægyptios ſuæ erant leges, ſive ad arbitrium, ſive certo quodam conſilio poſitæ; ſed omnia ea de re incerta. Itaque & ſi nos in eam ſententiam inclinemus, cultum ſcilicet a Judæis Taurum, & Solem, nihil eamen certi definitum volumus, ſed eam opinionem ſeligimus tamquam omnium optimam, non tamquam certam.

Ex Ægypto etiam defluxit mos circumgeſtandi Deorum ſimulacra in tentoriis ſive in curribus, in lectulorum formam inſtratis. Amos auctor eſt, delatum ab Iſraelitis Regem ſuum ſub tentorio; ex quo Tabernaculum Domini Dei Iſrael originem ſuam retuliſſe Scriptorum nonnulli (8) opinati ſunt; rati Moyſem, ut aliquid genio populi ſui Ægyptiorum moribus aſſueto indulgeret, tentorium illud magnifico ſane opere parafſe, ut ſedem dignam conſtitueret Aræe Domini Iſrael in medio populi ſui regnantis, ſecumque geſtandi in humeros Idola legeſſis ſtatim 46. 7. & Barruch. 6. 3. 25. Plerumque pretioſi operis velis vel umbellis protegebantur.

Meminit Herodotus lib. 4. conſueviſſe die quodam Feſto Iſidis ſimulacrum curru quatuor rotarum, quem Sacerdotes traherent, vel vectum circumduci. In publica quadam ſuppliecatione geminos aureos canes accipitrem, & ibim delatos S. Clemens Alexandrinus Strom. 1. 5. eſt author; & in Protrept. verba Menandri laudat, Deos iſtos ceu erraticos uggillanens, qui neque loco manere, neque Templum ſuum tutari poſſent. In ſolculo, cui viri humeros ſubdebant, circumſtatum Jovem Heliopolitanum in Ægypto, eo plane ritu, quo Romani Deos ſuos in pompa Circi efferebant, & nos Sanctorum ſoculamenta, apud Macrobium Saturn. l. 1. legimus. Agrotem Phœnicum Numen inſigne, in ædicula tecta collocatum, curu a jugalibis circumvectum narrat Philo Biblus (9); & Servius ad Æneid. 6. author eſt, minuculima quædam Numina apud Ægyptios & Carthaginenies velatis curribus deveeta, ex motu vectoribus impreſſo oracula edidiſſe. Nec ab his omnibus Ammonis oraculum abluſſe ferunt (10); namque Sacerdotum humeris deferebatur Numen referens a capite adunque umbilicum ariecem, & ſiccellæ cuidam, unde argenteæ plures pateræ ſive argenteæ lances pendebant, impoſitum pro vario autem motu ſiccellæ impreſſo, de Numinis favore bonum malumque augurium a Sacerdotibus capebatur.

Veteribus Germanis, ait Tacitus de *Mor. Germ.* latens quædam Dea celebatur in ſacro ſibi luco Inſulæ cujuſdam Oceani reſidens, cujus Numini tectus currus, quem propius ſcrutari omnibus præterquam Sacerdoti

(1) *Herod. l. 2. c. 42.* (2) *Vide Diodor. l. c. p. 7.* (3) *Diod. l. c.* (4) *Diod. l. 1. p. 13. ſeu 19. Edit. Vechel. an. 1604.* (5) *Exod. 32. 4.* (6) *Vide dicta in Comment. ad Exod. 32.*

(7) *Herod. l. 3. c. 28.* (8) *Spencer. l. 3. de Legibus Hebr. Ritual. Diſſert. 1.* (9) *Philo Bibl. apud Euſebium Præpar. l. 1. n. 10.* (10) *Curtius lib. 4.*

nefas, dicatus, geminis vaccis trahebatur. Porro Sacerdos tempus observat, quo Deo currum illum geminis trahendum *subit*; tum Numinis religione plenus pompam comitatur. Ubique currus ingentis solemnitatis apparatu, publicæque lætitiæ significationibus excipitur. Postquam vero iter *suum* confecerit, lucum recipit, quasi mortalium commercii pertæsa; statimque currus, & currum protegens velum, quin & Dea ipsa in lacu quodam immergunturi, maneipiorum opera lavanda. Mancipia post confectum opus statim demersa. Ex his omnibus ingens adeo religio gentis illius animos tenet, ut ne videre quidem absque mortis discrimine mysteria illa sibi fas esse autument.

Sulpicius Severus l. 1. de Vit. S. Martini narrat de Gallis quibusdam rusticis, eos *Simulacra Dæmonum candido tectum velamine misera per agros suos circumferre dementia*. Hanc facile similitudinem referebant tentoria illa, tectæ ædiculæ, lecti, sive gestatoria Templa, quæ Israelitis iter habentibus per desertum Amos exprobravit,

Hebræorum nonnulli [*] tuentur, vocem *Sicuth*, quam nos reddimus tentoria, Idolum quoddam designare; nec facile alter est Deus ab illo, quem 2. Reg. 17. 30. *Succoth-Benath* appellat; & nos de Venere interpretamur. Sed opinionis hujus authoritas minor est, quam ut aliam huc usque assertam sententiam rejiciamus.

S. Hieronymus in Amos 5. 26. in ea est sententia, Hebræos toto itineris per desertum tempore, Sacrificia non Domino quidem, sed Moloch, cujus Numen & tentorium una secum ferebant, obtulisse. Addit insuper, Deum illum nomine Astri, *Sidus Dei vestri*, designari; Astrum vero ipsum esse *Lucifernm* sive matutinum stellam; eui Saraceni ad eam usque ætatem profiteri perhibentur. Quæ si vera sint, ex Arabibus deductum esset, Numen, quam regionem tenebant tunc Hebræi, non ex Ægypto, unde jam pedem retulerant,

Septuaginta, Aquila, & Interpretes plerique in nomine *Melchem* sive *Moloch* Deo Ammonitarum & eum S. Hieronymo convenientes, Numen illud ad Saturnum, non ad Stellam matutinam referunt. Horum conjecturæ favet, quod Moloch non secus ac Saturno humanis victimis litaretur. Moloch ab Ammonitis populis Arabiæ, quam tunc regionem tenebant Hebræi, finitimis colebatur. Neque ignotum fuisse Hebræis Numen ex lato Moysis edicto, eavente ne illi Moloch sacris per ignem traducti initiarentur [1], intelligimus. Constat tamen Hebræum legere *Melchechem* Regem vestrum, non *Moloch*: sicut neque Moloch sive Melchom Numen esse Ægyptium, Præstat igitur, priorem sententiam de Osiride tueneamus.

Quod S. Hieronymus reddidit, *imaginem Idolorum vestrorum, Sidus Dei vestri*, in tota Prophetæ sententia operosissimum est. Ea versio exactissima est & ad litteram, sed non omnes eodem sensu dictum interpretantur. Alii suspicantur totum locum *Moloch, imaginem Deorum vestrorum, Sidus Dei vestri*, idem variis sinonymis repetitum exprimere: Ratum memoræ Saturni, insculptam præferentem imaginem astri, eidem Nomini conseerari, ipsique in sedem assignati.

Alii tria Numina iis verbis insinuata malunt: 1. *Moloch* vel Osiridem, 2. *Saturnum*, 3. *Astrum*: qualenam? incertum. Cur autem in expositionem ejusdem loci adeo torqueretur, & variis ambagibus obvolveretur Commentatores, in causa fuerant Septuaginta, vocibus ejusdem Textus immutatis. Namque inversio verborum ordine reddiderunt: *Sidus Dei vestri Regem & imaginem eorum, quæ fecistis vobis*. Porro Deus ille Rephan, sive Remphan, vel Romphan, doctissimos Criticos exercuit; & res est tam multis Scriptoribus exagitata, ambigua nihilominus adhuc & incerta, ut invitus idem argumentum tractandum suscipiam, nihil habens sive certius sive melius profitendum quam quod ab iis, qui eamdem spartam ante nos adornarunt, animadversum jam fuerit.

Grotius perfusum habuit, *Remphan* sive *Rhemvan* ipsum exprimere Numen, quod in 4. Reg. 5. 18. Remnon appellatum est; namque vocali u in v consonum immutata, facile in Hebræo legitur *Remvan*, nomen, ut ipse quidem opinatur, Planetæ Saturni apud Syros, pro *Remon*. Remnon apud Hebræos sonat, elevatio ejus, quod scilicet Saturnus Supremum locum apud Planetas tenent. Alii nomen *Rephan*, derivant ex Hebræo *Raphe*, quod sonat torpentem, solutum, fractum esse; Saturni scilicet cursus gravior est, minusque, quam ceteronum; expeditus. Capellius, Hamoondus in Acta 7. 44. *Revaphan* quemdam Ægypti Regem fuisse, post fata ab incolis confeeratum arbitrantur. Diodorus Sieulus [2] Regem Remphim post Proteum statuit, sed divinis honoribus indignum plane eumdem Principem exhibet, neque enim ullí alteri rei studebat magis, quam ut avaritia & dolo incautos deciperet, nihilque habebat antiquius, quam ut peeuniam cumularet, nec sane in usum proborum hominum five Deorum unquam impendendam.

Ludovicus de Dieu tamquam rarum ingenii sui & felix inventum ex Alphabeto quodam Cophto, Romam ad Scaligerum misso, deprehendisse se jactat, *Rephan* loco Saturni inter septem planetas accenseri; quare Rephan Numen esse Ægyptium autumat, Saturnum referens. Huic conjecturæ vocabulum etiam quadrat; *Reph* enim Arabibus est voracitas; quid autem Saturno voracius? Verum Scripti hujus antiquitas tanta ne est, ut probet, Septuaginta ætate Rephan eumdem fuisse Ægyptiis ac Saturnum? Facilius suspicaremur, Cophtos hanc fingificationem tenuisse e novis quibusdam Scriptoribus, quorum authoritas minor est, quam ut fidem extorqueat. Quod ad voracitatem spectat, Saturnus Ægyptius filios vorasse suos nusquam legitur. Nihil igitur ex ea sententia cesti.

Vossius Rephan, vel Chevan, aut Chion, de Luna interpretatur [3] a de Luna, inquam, sine Sole numquam vel rato ad cultum proposita; sieut & Isidi fere semper sociatur Osiris. Hebræum *Chion* & Græcum *Kion* columnam utrumque sonat; seitum est autem, apud Veteres columnas & hastas diu loco Numinum cultas [4]; & potissimum Arabum. Numen Alilat [5] vel Luna, habebatur; eorumque ferunt, populos illos lapidem coluisse [6], qui non inepte nomine *Chion*, hasta designaretur.

Si manus in Textum inferenda mihi esset, & nomini *Rephan*, five *Chevan*, vel *Kion* litteram substituere liceret, legere maluissem *Chimah*, quod etiam legitur Job 9. 9. & 38. 31. ubi Pleiades subeunte Vere exorientes eo nomine defignantur. Astra illa appellantur in Job *delicia Chimah*, ex amœnitate facile & delieiis ejus temporis. Syntaxis ejusdem Textus non facile Idolum nomine *chion* expressum insinuare videtur; eum parius parvulam quamdam aram vel basim simulacri designet. Nullum apud Prophetam Idoli expressum nomen legitur, nisi forte Moloch; & illud etiam non peculiare est Numinis, sed dignitatis; sonat enim *Regem* & *pertæsis tabernaculum Regi vestro, & basim imaginum vestrarum, sitas Deorum vestrorum*.

Ita vero locum Sapientissimi plerique Interpretes exponunt [7]. Hebræi in deserto Numinum suorum loculamenta sub velo pretiosissimi operis deferebant, quemadmodum nos Sanctorum loculos; horum autem Deorum simulacra basibus impositæ erant, vectabanturque vel humeris hominum, vel curribus, vel in lectis instractis, quemadmodum supra expolimus.

Alii

(*) *Vide Hebr. Vatabl. Munster.* (1) *Levit.* 18. 21. & 20. 2. 3. 4. 5. (2) *Diod. l.* 1. (3) *Vossius de Idolat. lib.* 2. *cap.* 23. (4) *Clemens Alexand. Protrept. p.* 29. 30. *Eusebius l.* 1. (5) *Herodot. l.* 3. *c.* 8. & *lib.* 1. *cap.* 131. (6) *Clemens in Protrep. pag.* 29. (7) *Jun. Tremel. Pisc. Hieron. in Amos* 5. 26. *Agn. & Sym. Ipsum Hebraicum transferentes pofuerunt Chion*; *Theodotio Amanrosin, id est obscuritatem.*

Alii tandem legunt in Hebræo [1] *Chevan* pro *Chion*, contendentes deſignatum eo nomine Saturnum Arabum, & Syrorum; nec ſane negaverim, ipſum eſſe Saturni nomen apud Syros, Arabes, & Perſas [2]. Ex ea conjectura locus alteri datus eſt [3], *Kephan* apud Septuaginta ex mendo Amanuenſium pro *Kephan* poſitum, tranſmutata K in P Græcorum; quod ex ſimilitudine literarum in nominibus maxime barbaris & incognitis acciditſe facile potuit. Septuaginta ſive eorum Amanuenſes ph pro *k* conſona ſubſtituerunt, quemadmodum accidit ræpe ut *Dafne* pro *Dawne*, & *Serſus* pro ſervus ſcriptum legatur. Sunt etiam qui ex altiori fonte, quam e Septuaginta, mendum derivantes ſuſpicantur, Interpretes illos in Hebræis Exemplaribus loco *Chevan* vel *Chion* legiſſe *Rephan*, quod factu poſſibile judicamus.

Nos facile in eam ſententiam concederemus, quæ *Rephan* vetus eſſe mendum ſuſpicatur, ſive ex mendoſa lectione Textus Hebraici, quo Septuaginta uſi ſunt, ſive ex Amanuenſium ineuria derivarum, qui alterum barbarum nomen loco alterius itidem barbari ſubſtituerunt. Nec nobis perſuaderet ſive nominis *Raipha* apud Arabes ſignificatio, ſive Cophtici Operis a Ludovico de Dieu laudati authoritas, quarum prior conjectura omnium leviſſima eſt; altera vero nihil probaretur, quandiu apud veteres Ægyptios Rephan Saturnum deſignaſſe non demonſtraretur. Quandiu enim argumenta ea de re deſiderabuntur, nobis integrum erit ſuſpicari, Cophtos nomen Rephan a Septuaginta deductum, Saturninum reddidiſſe, ex eo perſuaſos, quod Arabes & Syri de Saturno interpretantur Hebræum *Chevan* vel *Chion*, cujus loco Septuaginta *Rephan* ſubſtituerunt.

Altera conjectura, qua nobis ſuſpectum nomen Dei *Rephan* efficitur, ſilentium eſt ea de re Veterum; cum ſub eo nomine nullum apud Ægyptios & Arabes Numen celebretur. Ignotum eſt etiam in univerſa Theologia Græcorum, Syrorum, & Chaldæorum, quamquam alioqui Septuaginta eo tempore florerent, cujus hiſtoria nec prorſus latet, nec Ægyptiorum res Græcis Scriptoribus inexploratæ. Profecto ſi de Moyſis vel Amos ætate ageretur, altioris indaginis res eſſet; ſed *Rephan* multo debuit quam *Chevan* recentius fuiſſe cum² nihilominus lateat adeo nomen, ut nulla ejus memoria ſuperfuerit.

Unum eſt quod a ſententia in ea re proferenda nos remoratur, retinendumque perſuaderet nomen Dei Rephan; authoritas nempe S. Stephani in Actis [4], qui Amos laudans, nomen illud uſurpavit. Neque in animum induceremus, pravam lectionem ſecutum virum ſanctiſſimum, cum maxime Divino Spiritu affiatus verba illa funderet. Sed his gemina opponimus: 1. Virum Sanctum Hebraice id eſt Syriace, uti quidem ſuſpicamur, Judæis in cœtu congregatis locutum, facile *Chevan*, ut eſt in Textu Hebræo, non *Rephan* habuiſſe. 2. S. Lucam, cum literis ejuſdem verba mandaret, Verſionem Septuagintæ in laudandis Sacræ Scripturæ ſententiis facile ſequutum; cum de re ageretur neque ad fidem neque ad mores conducente, & cujus totus error in literulæ tranſmutatione verſaretur, deſignantis Pagani cujuſdam Numinis, ſed obſcuriſſimi nulliuſque ad Religionem momenti nomen.

Ne inficias iverim, eumdem Spiritum, quo olim afflante S. Stephanus loquebatur, ſcribenti S. Lucæ adſtitiſſe, quo docente poterat error Amanuenſium demonſtrari pariter & corrigi. Sed fae S Scriptorem mendum deprehendiſſe; quid rem tam parvi momenti corrigendam perſuadebat? Quoties etiam Deus noſtris ſe præjudiciis accommodat? Nec raro Verſio laudatur imperfecta licet & mendoſa, cui uſus communis authoritatem utcunque conciliavit, maxime cum de re quapiam leviotis momenti agitur. Quibus omnibus in utramque partem recte ponderatis, fateamur oportet, depravatarem Textus Septuaginta aptiſſime ad eam difficultatem expediendam in medium addnci potuiſſe, ubi pro Rephan legendum conſtituatur *Kion* ſive *Chevan*.

Sed quis iſte *Chevan* Syrorum, & Arabum? Si peculiare Dei nomen eſt, & non vox baſim deſignans, ad Saturnum Ægyptium referendum cenſeo. Obtinuit enim ab ea gente in finitimos populos falſæ Religionis ſuperſtitio, ut totius Idololatriæ non Arabiam tantum, Paleſtinam, & Syriam, ſed Græciam etiam aggreſſæ Ægyptus parentis exteterit [5]. Porro Saturnus inter primos Ægypti Deos habetur. Sol omnium primus in ea provincia regnavit; dein Vulcanus; tertius Saturnus, qui ex Rhea ſorore itidemque uxore genuit Oſiridem, & Iſidem, alio nomine Jovem & Junonem Magnis bellis cum Bacco Rege Nyſæ Saturnus iſte implicitus ſiniſtra ſemper fortuna uſus eſt [6].

Saturni Ægyptii figura nos latet; nullum enim veſtigium extat ejus rei ſive in nummis Ægyptiis, ſive apud Authores. Si Græcorum Numen referatur, notior eſt, quam ut hic exhibeatur: ſi Saturnum Phœnicium, ita Numen deſcribit Sanchoniaton apud Eutebium Præp. l. 1. n. 10. Quatuor oculis in capite inſtructus, duobus in anteriorem partem, duobus in poſteriorem obverſis, eo plane ordine, ut cum gemini occluderentur, par alterum invigilaret, & viciſſim. In humeris duo alarum paria, ſingula in ſingulis humeris ſurgebant, alterutris extenſis aliæ demitrebantur. Hæc omnia regiam illius dignitatem doteſque emblemate quodam exprimebant, arteramen nempe ejus vigilantiam, providamque ejus in omnibus curam, ut præſto omnibus nullo ſibi dato quieſcendi ſpatio videretur. Præter hæc, geminæ alæ caput ornabant, altera mentis ejus volatum ſublimem, quo inferiora ſibi omnia ſpectabat, altera ingenium vividum igneumque depingens. Sed Authoris ea ſcribentis fides eſt ſubleſta, cui proinde eo nomine ſuſpicio creatur.

Nec diſſimulemus oportet, Saturni nomen inter veteta Arabum Numina nuſpiam legi [7]. Notè gentium Dii Dionyſius & Venus Cœleſtis 8, primum appellabant *Urotalt* alteram *Alilat*. Nec altera utebantur Religione Alexandri Magni ætate; Rex enim ille ad expeditionem in Arabiam ſuſcipiendam eo conſilio adductus eſt, quod tertium ſe Numen apud gentes illas recipiendum cogitaret. Ex his autem in eam adducimur perſuaſionem, *Chevan*, ſi forte Saturnum ſignificet, & a Judæis, in itinere per deſertum delatus conſtituatur, non quidem Arabum eſſe Saturnum, multoque etiam minus Phœnicum, & Syrorum, ſed Saturnum Ægyptium. Quin potius, ut in ſuperioribus demonſtratum eſt, ea magis ſententia atridet, quæ Apidem vel Oſiridem, & Solem baſi impoſitum & in ædicula collocatum ſimulacrum defendit.

Sermo eſt etiam apud Moyſen de vitulo aureo, cui impenſus ab Hebræis in deſerto cultus, & de *Beel-phegor* Deo Moabitarum, in quem paulo ante ingreſſum in terram promiſſionis Judæi pariter inclinarunt. Tandem narrat veluti per tranſitum, Iſraelitas hircorum Numini Sacrificiis litaſſe. Hæc in examen revocanda ſuperſunt in diſſertatione de Diis exoticis, quibus Hebræi in itinere per deſertum votis & ſacrificiis ſupplicarunt. In Commentario ad Exod. 32. de figura aurei vituli diſſeruimus, an totum exhiberet vituli ſimulacrum, an caput tantummodo, ut pluribus inter Patres viſum eſt; an tandem homo eſſet vitulino capite, ut de Iſidis ſimulacro refere Herodotus l. 2. c. 41. Expreſſum Numen ad effigiem Ægyptiacorum & Patres vulgo tenent, & S. Stephanus in Actis 7. 39. 40. infinuans rediiſſe illos corde in Ægyptum, & aureum vitulum conſecraſſe exaggerans. Ad Beelphegor quod attinet, congeſtis de hoc argumento in Diſſertatione de Chamos five Beelphegor, nihil addendum ſuccurrit.

Hirci ſive *pilofi* ſacrificiis in itinere per deſertum

Diſſert. Calmet. Tom. I.

(1) *Chion. ſive Chevan. Ita Syr.* (2) *Chevan. Vide Abenezra, Kimchi, Ludov. de Dieu, Gret. Caſtel. Lexicon & maxime Pocok. Lexic. fol. nlt.* (3) *Drus. Marcer. Vitring. Liveli.* (4) *Act. 7. 43.* (5) *Diodor. Sicul. l. 1. p. 8. 9.* (6) *Idem l. 3. p. 143.* (7) *Herod. lib. 3. cap. 8.* (8) *Strabo l. 16.*

& religione culti, nemine ambigente, Deum Pan referebant, quem scilicet Ægypti Faunorum & Satyrorum apud Græcos more, hædina facie & hirceinis pedibus repræsentabant [1], quemadmodum nummorum fide certum discimus. Ad hæc omnia hirco etiam prosternebantur, cui potissimum Numini deferebant cives Mendesii, ut in nummis ejus gentis hirci figura eusis apparet. Plura nec sine horrore referenda de cultu illo in historia narrantur, quibus libenter parcimus. Hæc summa Judaicæ Religionis in itinere per desertum.

DISSERTATIO
DE PISCE JONAM VORANTE.

HISTORIAM hic agitandam susceipimus, quam temerario ausu cavillis suis elevandam increduli, quique vacuam habent, ut ipsi quidem jactitant, a præjudiciis mentem aggressi sunt; & quasi de relata victoria sibi ipsis plaudentes, plenis buccis exaggerant absurda omnia, quæ in ejus lectione se deprehendisse glorianter; exploratum tenere se jactitantes, totam hanc de Jona tridui spatio in ventre ceti commorante fabellam meram esse parabolam, ad arbitrium rei alicui infinuandæ proeusam. Quam belle omnia? homo vestibus implicitus, in mare dejectus nec tamen demersus; vix enim aquas attingens, piscem ingentis gulæ hiatu sese excipientem nactus est, in cujus ventrem citra discrimen dilapsus, triduo veluti in custodia servatus est. Quantam hæc fidem reposcunt, hominem in ventre ceti clausum vivere, nutriri, respirare potuisse; quin & preces Deo offerre, veluti in tetro quodam carcere elausum, unde tandem effugium sperabat [2]? Cui autem bono hæc omnia, ut scilicet Propheta rebellis & jussionibus Divinis refractarius servetur, qui constituturum a Deo locum adire recusans, sese ab ejus aspectu fuga subduxit. Ut quid tali viro servando tanta impendantur. Nimirum ut invitus liceat, Ninive adire compellatur; quasi vero ad id ofsicii præstandum nemo aptus in Judæa Propheta superesset. Si nihil unquam in historia fabellam subolet, hoc ceteris præferendum est. Ita olim Pagani; ita hodie quoque veræ Religionis adversarii: *Hoc genus quæstionis multo cachinno a Paganis gravitor irrisum animadvertit*, ait S. Augustinus Epist. 102. in quæst. 6. de Jona num. 30.

Verum jam inde a pluribus sæculis Religio Christiana super omnes impiorum cachinnos sese extulit, infidelium calumnias evertit, exsufflavitque. Profecto, ait S. Augustinus ibid. n. 31. tam arcto fœdere omnia Scripturæ miracula conjuncta sunt, ut *aut omnia credenda non sint, aut hoc cur non credatur causa nulla sit*. Minorem se fidem exigit, Jonam triduo in ventre ceti vitam traniegisse, quam Jesum Christum triduum in sepulchro egisse, a se ipso esse testatum asseruisse; sicut & Lazarum quatriduanum ad vitam ejus virtute revocatum venisse? An minoris operæ prodigium est, Jonam ex augustiis piscis eductum, quam ex ardenti fornace illæsos Hebræos juvenes in Babylonia prodisse?

Si nostræ ætatis sycophantæ omnibus æque Scripturæ prodigiis fidem derraxerint, frustra pro isto laboramus, nec ejus authoritas nisi asserta divinitate Sacrorum Librorum demonstraretur. Si vero Scripturas recipere se, ejusque prodigia, nonnulla saltem, profitentur, cur huic præ aliis fidem denegaverint, ipsis probandum incumbit. Præseribant illi terminos divinæ potentiæ & ad eertum definiant, quid Deus maxime potuerit, quid ejus potentiam refugiat.

Neque in præsentia nos probandam veritatem & authoritatem Scripturarum susceipimus; nimis enim longe evocaremur, & frustra etiam, postquam eamdem Spartam alii ante nos adornarunt. Quare eare tamquam eerta eonstituta, inquam sane omnes conveneriut, quibus nihil ambigitur sive de existentia Dei, sive de summa illius in omnia, quæ sibi plane non repugnaverint, potestate; ea, inquam, re constituta, demonstrandum susceipimus, nihil esse in eo prodigio repugnans, neque divinæ naturæ adversum, quamquam leges Naturæ a Deo præstitutas longe superavit. Quo semel demonstrato, resultabit tandem, nullo jure detrahi historiæ fidei debuisse, quamquam non tamquam commune aliquod & vulgare factum, sed tamquam divinum prodigium & supra naturam rem afferit.

Profecto eum de prodigiis agitur, duo constituenda sunt, repugnantia quidem in speciem, re tamen amica, sine quibus vix ac ne vix quidem miraculum staret. 1. Demonstrandum est, rem illam præstitutas a natura leges ita excedere, ut fieri numquam naturæ viribus potuerit. Illud idem, cui natura est impar, singularibus & supra naturæ ordinem legibus par existisse. Porro vitam aliquo temporis spatio produxisse sub aquis Jonam, nullius prodigii res est; cum exempla in eam rem susperare peritissimorum urinarorum, ad aliquas horas & longius etiam temporis spatium sub aquis vivenrium. Scripturæ quin etiam verbis intelligimus Jon. 2. 1 *Et præparavit Dominus piscem grandem, ut deglutiret Jonam*, statim ac nimirum aquas subiit; quare omne ab illo discrimen demersionis subductum est, altero tamen subeunte, nempe ne voracis monstri ingluvie sive abroderetur, sive suffocaretur, sive tandem in ejus ventre liquefieeret. Quamquam potuit & sine miraculo fieri, ut integer neque dentibus comminutus in monstri ventrem influeret. Solent enim carnivora monstra vivam escam in ventrem transmittere, quemadmodum in *luciis* continuo experimento tenemus, ad quorum stomachum transmissi vivi quidam pisciculi adhue palpitantes exenteratos pisce apparent. Teste etiam Rondeleto, monstra quædam marina piscatu apprehensa sunt inregro homine & loriea armato in ventrem transmisso feeta. Vix etiam ambigitur, pisces esse adeo immanes, integro homini in ventrem transmittendo partes. Totum igitur quod in præsentia operosiorem discussionem exigit, illud est, nimirum Jonam potuisse toto triduo noctibus etiam junctis vitam in ventre ceti egisse.

In ipso tamen limine operæ pretium est quæsivisse, quisnam piscis ille Jona devorato infignis; vatii enim ea de re varia Balænam communi suffragio recepta opinio præfert; id enim vox Evangelii *retinet* [3] plerumque signifieat; quamquam & de monstris quibusque interdum usurpatur. Hebræum *Dag Gadol* immanis piscis idem sonat, ae Græcum Cetos, & Latinum Cetus, quæ vox æque de immanibus quibusque piscibus, & cetaceis usurpatur. Porro Balæna immanissimus est omnium quotquot unquam noverimus, piscis marinus. Ejus gulæ adeo

(1) *Herod. l. 2. c. 46. Diod. l. 1. p. 55.* (2) *Jonas. 2. 3. &c. Oravit Jonas de ventre piscis, & ait: Clamavi de tribulatione mea ad Dominum &c.* (3) *Matt. 12. 40. Sicut fuit Jonas in ventre ceti.*

adeo immanis eſt hiatus, ut plures ſimul homines continere poſſit. Auguſtinus de Balæna quadam, cujus ſcheletum Carthagine ſpectabatur, ait : *Quanto hiatu patebat os illud, quod veluti janua ſpelunca illius* (nempe ventris) *fuit?* Olaus Magnus de piſcibus monſtroſ. l. 21. c. 15. 16. author eſt, Balænas ſeptemtrionalium regionum tam vaſtas eſſe immani corpore moles, ut ſi quando vi tempeſtatis dejectas in ſicco obire, ac deinde putreſcere contigerit, oſſa immanis piſcis, veluti rudera relicta a longe intuentibus tamquam vaſtæ aliquæ naves, vel amplæ quædam domus, pluribus feneſtris, & conclavibus familiæ non infrequenti continendæ inſtructæ, exhibeantur. Tradunt inſuper, Balænas, cum tempeſtas ingruerit, catulos ſuos in gulam tamquam in arcem reducere, ut ab imminente diſcrimine in tutum reponant. Carent autem dentibus, ut nihil ea de re detrimenti Jonæ timendum fuiſſet.

Profecto ſi de amplitudine eſophagi, & ſtomachi argumentum ex oris hiatu capiendum eſt, magnam concipiamus oportet vaſtamque cavernam, quo ampla adeo janua aditum præbeat. In ingenti illo immanique ſacco duas, vel tres herbarum ciſtas non raro contineri narrant. Joannes Cabti Academicus Florentinus Balænam quamdam ad Italiæ litora an. 1624. jactatam deſcribit, adeo valde gulæ hiatu, ut vel equo aſſidentem vitium commode tranſmitteret. Faſtemur quidem, non in omnibus æque locis ſimilis generis monſtra pelagum alere : ſed non ignota ſunt in Mediterraneo, & ad litora Phœniciæ, ubi Jonæ hiſtoria contigit. Eſt igitur, cur Balænæ ſtomachum ſubiiſſe Prophetam ſuſpicemur.

Quadrat etiam in eam ſententiam illud, quod de Balæna narrant, herbis nimirum, ſive maris ſpuma, vel albentibus pubiſdum piſciculis, aut halecibus, vel ejus generis inſectis, quæ appellant pulices marinos, belluam victitare. Tradunt enim numquam in ejus ſtomacho, cum eum piſcem fecari contigerit, reperiri grandiorem aliquem piſcem; ut proinde mirari non ſubeat, ſi Jonas illæſus a calore intimo piſcis ; acidiſque ventriculi humoribus ſervatus eſt; quæ enim ſolvendis tenuioribus cibis aptæ eſſe poterant, hæc incommodi aliquid vitæ afferre non poterant.

Hæc quamvis aliquam veritatis guſtum ſapere videantur, nihil tamen fidei extorquendæ apud noſtros Critcos, & Naturalis Hiſtoriæ Scriptores valuerunt [1]. Cum enim auguſtiori inſtructum eſſe gula monſtrum illud animadvertiſſent, ea ſola ingeſta ratione pleroſque a communi ſententia abduxerunt. Contendunt nimirum illi, nihilo latiorem eſſe monſtri gulam, quam ſemipedis latitudine, minor ſane hiatus, quam ut homini tranſmittendo par ſit. Sanctè teſtatur Bartholinus, Balænas immaniſſimas licet, quarum ſola lingua 18. olei dolia ſufficiat, ægre humanum brachium in guttur admittere.

Verum exploratum eſt, tunicam illam diſtendi plurimum poſſe, & mortui animalis eſophagum auguſtiorem eſſe, quam viventis; cum maxime cibum capere, & ab eo, ſi forte majus aliquid voretur, diſtendi contigerit. Si enim a ſolo aſpectu judicium penderet, halecem piſcem alterum æqualis fere moliis vorare potuiſſe quis crederet; cum tamen quotidiana rei experientia fieri id poſſe demonſtret.

Sed Recentiorum fidem ſequamur. Arbitrantur illi, piſcem Jonæ non balænam fuiſſe, ſed alterum marinum monſtrum, *canem carcariam* appellant, quatuor molarum ordinibus vel quinque in utraque mandibula inſtructum; molaribus ſane acutis in cuſpidem deſinentibus & nonnullis digito oblongis. Eſophago & ſtomacho adeo eſt amplo, ut homines integros aliquando continuiſſe conſtet. Ferunt in ventrem ſimilis monſtri inſiluiſſe Herculem armatum, ac triduo ibidem manſiſſe, nec antea in lucem ſolemque regreſſum, quam poſt exta ejuſdem monſtri dilacerata; nihil autem ſubiiſſe illum incommodi ferunt, niſi quod ejus intimo calore aliquid in coma paſſus fuerit [2]. Quis non agnoſcat, hanc fabellam ex hiſtoria Jonæ derivari? Græci enim hiſtoriam a Phœnicibus facile acceptam fabularum velaminibus occultarunt, miſſum narrantes a Neptuno *canem Tritonem* ſive canem Marinum, ut Herculem devoraret; ſed vir ſtrenuus in fauces piſcis armatus inſiliens, poſt tridui moram piſcem coegit viam pandere, quo innuimus ſtratagemmate.

Hoc ceti genus *lamiam* etiam appellant, de qua hæc ad noſtrum intentum apud Naturales obſerves. Immane adeo eſt monſtrum ut nonnulla 4000. librarum pondus æquent, & vix unum duplici equo vecto curru trahatur. Nonnulla piſcatu apprehenſa ſunt Maſſiliæ, & Nicææ, teſte Rondeleto, in cujus ſtomacho homines non integri tantum, ſed quidam etiam ſuis armis inſtructus invenus eſt [3]. Addit inſuper, alterum vidiſſe ſe in Santonia, nec ex immanioribus ſane, cujus fauces homo ampliori corporatura influxiſſet. Si quis veto, ait, fræno interjecto eaſdem fauces aperiat, commodum ad ſtomachum cani aditum, ut cibo ibidem repoſito palcatur aperiet. Dentibus eſt acutis, aſperis, craſſioribus, triangularibus, in ſicæ modum dentatis, bis triplicato ordine diſpoſitis; quorum primus ordo extra gulam patet. Secundi ordinis recti ſunt; alii vero interius curvati. Piſcis eſt omnium avidiſſimus, minimo temporis ſpatio alimenta deœquens.

Inter duas hafce ſententias, de *balena* nempe & de *lamia*, judicium Lectori relinquimus; perinde eſt enim ad veritatem, ſive ad prodigium, cujuſcumque generis monſtrum Prophetam degluriſſe dicatur. Salva enim manente prodigii veritate, integrum Criticis relinquimus, ut quodcumque demum monſtrum ſub communi ceti nomine in Scriptura expreſſum intelligant. Quo vero inter ſeria aliquid Lectoribus detinendis miſceamus, audiamus quid Rabbini hac de re diſſeruerint. Tradunt illi, piſcem Jonæ alterius plane fuiſſe generis a ceteris piſcibus, quos in mari videmus; jam inde enim ab initio creatum cetum ad eam rem autumantes, toto 3000. annorum, & quod exeurrit, ſpatio expectaſſe Prophetam dicunt. Laudant in eam rem illud Jonæ 2. 1. *Et præparavit Dominus piſcem grandem, ut deglutiret Jonam.* Singulare etiam aliquid tanto Rabbino dignum, ex Textu Hebræo obſervat R. Salomon Jarchi, nimirum piſcem in maſculino deſignari verſ 1. *Erat Jonas in ventre piſcis*; & verſ. 2. in fœminino : *Et vravit Jonas de ventre piſcis.* Unde varietas tanta? nimirum, ait Rabbinus, Jonas primum in ventre maris receptus, commodam ibi habitationem nactus, preces ſuas Deo exhibere ne cogitavit quidem; volens proinde Deus ut erimen ille ſuum agnoſceret, a priori ceto provocato vomito egeſtum fœmellæ vorandum tradidit, cujus ventre conceepto jam fœtu pleno, cum minus commodo habitaculo uteretur, in eas anguſtias redactus Propheta ad preces tandem verſus eſt.

Non hic ego egregii hujus Præceptoris in Iſraele Ignorantiam demonſtrandam ſuſcipio, qui in ſtomacho concipere Balenam; ibique catulos ſuos nutrire autumavit : alia me ejuſdem ſaporis voeant. Certum conſtituit idem Author, piſcem Jona fœtum in Mare rubrum natatu devectum; quo vero ſpem viri aleret, nutantemque jam fidem confirmaret, permiſit Deus, ut in obſcuro ejuſdem piſcis carcere clauſus, ſuperno tamen irradiatus lumine fluctus illos alveumque videret, quem olim partes ſui ſicco pede tranſieraut. Erant autem piſci ſeptem oculi, quibus tamquam feneſtris Propheta mare ipſum, ejuſdemque alvei altitudinem oculis dimetiebatur :

Spectatum admiſſi riſum teneatis, amici [4].

Sed ad ſeria tranſeamus. Ex iis quæ hucuſque animad-

(1) *Vide Rondelet. Aldrov. Scalig. contra Cardan. Buch. de animal. ſacr. part. 2. lib. 5. c. 12. Druſ. in Jon. c. 2. Bartholin. de morbis. Biblic. art.* 14. (2) *Lycophron. ad quem locum lege Tzetzes. Vide & Cyril. bis Oror. Bochart.* (3) *Refert P. Bylli Vide Rondelet. & Turnier.* (4) *Horat. de Arte Poet. init.*

madvertimus, nullo vel ſaltem non ingenti ſane prodigio potuiſſe Jonam in ventre five balenæ, five cauſis marini excipi, Lectores intelligent; modo tamen guttur balenæ tantum extendi potuiſſe credatur, quantum capiendo hominiſufficiat. Reſtat nunc demonſtremus, quinam fieret ut homo, non dico ſine prodigio, ſed ratione ſaltem non repugnante, longiorem moram in ventre ejuſdem ceti protraheret: uno verbo, an valuerit homo Dei ope fultus intimo piſcis calori, & vi humorum concoquentium alimenta reſtitiſſe, reſpirandi interim facultate five non prohibita five prohibita quidem, ſed abſque viri diſpendio. Hic nimirum omnia argumenta in prodigii fidem oppoſita majoris ponderis inſtituet.

Valuiſſe Deum, ea, qua pollet, virtute aeidorum humorum vim ita retundere ac hebetare, vel in ſtomacho maxime cætniforo & calidiſſimo, nullus dubito (1); quemadmodum enim voraci flammarum ardore in fornace Babyloniæ repreſſo tres illos juvenes illæſos ſervavit; quemadmodum e corpore Sancti Petri ſublato pondere, vel aquis ſupergredi virum juſſit, vel liquidum illud elementum ſtabile gradienti obſequium præbere coegit; ita pariter voracem viſcerum calorem in officio continuit. Nihil enim hic ſupra vires Authoris naturæ, a quo omnis corporum actio accepto referenda eſt, cujus juſſu ſuſpenſa omnia manent, mutantur, five in totum five in partem, pro ejus arbitrio, qui omnia movet, & impreſſos clim motus pro libito dirigit. Reputandum ceteroqui non eſt, in ventriculo ceti intolerabilem adeo calorem ferveſcere, ut viventi corpori aliquid incommodi inferri valuerit: quod enim compactos alioqui cibos, & ſolida quæque alimenta diſſolvit, humor eſt ſalſus, mordax, abrodens, intime ſeſe inſinuans; quo partium gluten diſſolvente, deſſuere totum corpus cogitur, tum vi ejuſdem humoris adeo omnia friantur, ut alendo animalis corpori apta ſint. Quod vero mortua alimenta concoquit, cave credas idem & in viventia corpora valere. Jonas in ventre ceti valide vegetoque corpore, non ineris, & veluti inanime quoddam manebat; quare acidi corroſivi depellere a ſe injurias poterat; cum interim nihil ſimile mortuis alimentis contingat.

Tandem ad reſpirationem quod attinet, eſſe quidem ſupra leges conſuetas naturæ fatemur, ut libera illius facultas homini in ventre ceti clauſo permittatur, vel ſaltem ſi quid illi reſpirationis permiſſum ſit, vix credimus aptum vitæ detinendæ & ſanguinis refrigerio, fluiditati & elaterio ad ſervandam corporis œconomiam, aerem trahere; quod tamen naturæ vires ſuperat, Deo pronum fuiſſe ne dubitamus quidem. Potuit ſummus ille rerum Arbiter ita ſanguinem Jonæ quietum retinere ut nulla frequenti reſpiratione opus haberet, uti quotidiano experimento diſcimus, animalia quædam ſub terra eſſe, in imo aquarum gurgite pluribus menſibus manere, omni intermiſſa reſpiratione, & genere quodam lethi ſive ſtupore ita detenta, ut ſanguis fere prorſus ineris & ſine motu manere videatur, abſque eo quod ſive concreverit ſive refrigueriť, ſed priorem recipere ſtatum valeat, cum ſol propius ad nos accedens, terram & animalia calore ſuo foverit. Ita etiam accidiſſe legimus urinatoribus quibuſdam, plurium horarum ſpatio omni reſpirandi facultate interclusa ſub aquis manentibus; ita etiam de infantibus vulgatum eſt, qui in utero matris detenti nulla reſpiratione utuntur.

Veteres Mediei perſuaſum habebant, pueris in eo ſtatu ſanguinem & cor prorſus quieſcere, inertibus etiam manentibus pulmonibus. Sed recentiores Anatomiſtæ quibus conſtitutum eſt, neminem ſine circulatione ſanguinis vivere, pluribus experimentis demonſtrant, in fœtu ovalis cujuſdam foraminis beneficio ſanguinis quamdam communicationem inter venam cavam & venam pulmonis detineri, qua ſanguis ex una in aliam tranſeat, abſque eo quod longiori circulo in ventriculum cordis tranſmittatur. Obſervarunt etiam, maximam ſanguinis partem ex arteria pulmonis in aortam, medio quodam arteriali canali, Botalem vocant, deduci, ut breviori itinere non interrupta circulatio detineatur. Ita plane ſanguinis illa portio longiorem circulum per lobos pulmonis evitat, per lobos, inquam, quos tunc primo ſanguine oppleri interſtamque ſuam executere conſtat, eum trahendi aerem facultas infanti ſuppetit; tunc enim ſanguis e corde in arteriam, cujus eſt orificium in ventriculo cordis, compulſus, recta, quantum fieri poteſt, via in pulmones influit, inde iterum per ductum venæ pulmonariæ in cor; ex quo factum, ut canales ſanguinis communicationi in fœtu ſervientes occludantur & areſcant.

Fieri tamen caſu quodam poterit, ut canales illi intacti ferventur, ex quo totum urinatorum miraculum, longiorem temporis moram omni interclusa reſpirandi facultate trahentium, Phyſici exponunt. Neque nos probandum aſſumimus, Jonam ex illis unum fuiſſe, ſed nihil eſſe in ea re impoſſibile, ſi factum ſpectetur, nihil naturæ legibus repugnans contendimus. Quinquam circumſtantiis omnibus ſpectatis, fateamur oportet, hiſtoriam, de qua modo, conſuetas naturæ leges tranſcendiſſe, ut prodigium Divinum agnoſcere compellamur.

Plus nimio etiam in majus aucta difficultas de tempore, quo Jonas in ventre ceti moratus eſt, facile videretur. Fateor ego quidem, expreſſis Scripturæ verbis totum illud ſpatium ita definiri: *Tribus diebus & tribus noctibus* (2): ſed humquid non idem & de tempore conditi in ſepulchro cadaveris Jeſu Chriſti, Matthæi 12. 40. 41. legimus? *Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus*. Solo autem 34. horarum circiter ſpatio in tumulo Filium Dei manſiſſe, ex eadem Scriptura ſcimus. Quid igitur non poſſe etiam de Jona ſuſpicari liceat? Sed nulla nece ſtare breviare tempus cogimur; ex quo enim dierum ſtrarum eſt, potuiſſe virum integra die illizium detineri, potuit & triduum; utrumque enim æque pronum Deo omnia valenti; magis enim & minus ei, qui omnia poteſt, æque pronum reputandum eſt.

At enim a Sapientiæ Divinæ conſilio alienum videbatur, ut prodigium nulla cogente neceſſitate impenderet. Ello: Deus prodigio electum ſibi populum & in cauſtiis conſtitutum, in ipſis Ægyptiorum faucibus ſervaverit, nulla enim tunc habetis reliqua via ſuppetebat. Nec inviti etiam aſſentimur prodigio educendi aquas e ſilice, potandis ſcilicet in extremis ardentis ſitis anguſtiis Hebræis; quid ni enim Deus virtutis ſuæ beneficium exerat, cum nulla ſuppetunt naturalis opis adjumenta? Quid vero cogebat, ut Jonas immunis & tanto quidem prodigio ſervaretur? Nonne vir ille Deum in ſe, neglecto ejus mandato, commoverat, ut criminis ſui merito fluctibus ſævæ tempeſtatis atque marini monſtri injuriis permitteretur? Nonne commodius fuiſſet, ſeu vim tempeſtatis reprimere, ſeu navim in litora compellere, poſtquam Jonas reſipuiſſet, quam ut tanto prodigio liberaretur? Potuit tandem alter loco illius Propheta in Urbe Ninive ſuſcitari. Sapientiſſimus rerum Proviſor ſimpliciſſimis viis & compendioſiſſimis delectatur, ut timeri jure meritoque poſſit, ne, dum ſummæ virtutis potentia commendanda ſuſcipitur, ejus & ſapientiæ & providentiæ labis aliquid inferatur.

Totam hujus argumenti vim ſentire nos ultro profitemur: ſed aliud plane quam intentum noſtrum convincit; cum illud velut immiſſum ſpiculum in adverſarios ipſos remittere valeamus, hæc oggerentes: Hiſtoria Jonæ, qualem deſcribit Sacra Scriptura, res eſt inconcuſſæ authoritatis certumque prodigium; Deus vero prodigiis temere patrandis non delectatur. Habuit igitur, cur prodigium ea occaſione operaretur. Nec ſane ejus conſilium nos latet, quin

(1) *Theodor. in Jona* 2. (2) *Jon.* 2, 1.

quin plura etiam aſſequamur. Quamquam autem idem conſilium Dei ſcrutari refugimus, ita tamen de univerſa illa hiſtoria cogitandum eſt, quaſi ſcilicet Deus duplici adductus ratione ad prodigium inducereturus. Ut Ninivitas ad pœnitentiam adduceret, futuris ſæculis ſinceræ illos pœnitudinis exemplum poneret. Quid autem hominibus perſuadendis valuiſſet magis, quam ſi vitum ſuadentem audirent, qui poſt exactum in ventre ceti tridui ſpatium, in dias luminis auras Divino prodigio evocante veniſſet.

Alterum, quod Deum impellere ad prodigium poterat, illud eſt, ut nonnum Oraculi genus de articulo noſtræ Fidei longe maximo, nempe de Reſurrectione Jeſu Chriſti exhiberet; neque enim in dictis factiſque Dei per Prophetas præſentis temporis ratio tenenda eſt; nonnumquam illis futura, nempe Jeſus Chriſtus, exprimebantur. Neque Scriptura omnia ſemper exponit, ſive quæ hiſtoriam aliquam ab ea narratam præceſſerunt, ſive quæ deinde conſequuta ſunt. Quando vero nihil aliud Deum ad eam rem impuliſſet, quam quod nos hucuſque adduximus; facis id profecto haberetur, cur maximum Omnipotentiæ ſuæ prodigium in liberatione Prophetæ exereret.

Hæc nos quidem Chriſtianis, Scripturarum authoritati deferentibus, nihilque niſi de ratione patrati miraculi ambigentibus. Quicumque vero eodem ſpiritu, quo Porphyrius, Julianus Apoſtata, & increduli quicumque, divinas hiſtorias deridiculo agentes earum veritatem eavillis impetunt, his plane apud Poetas, Hiſtoricos, & Theologos Paganorum multo hiſce portentoſiora tradi oggerimus [1]. Supra innumus hiſtoriam Herculis in ventrem eamis marini a Neptuno immiſſi inſilientis. Nec præterendas cenſemus Metamorphoſes omnes Jovis in taurum, cycnum, ignem, aurum; dentium anguis a Cadmo diſſeminatorum in homines armatos exiliencium. In rem veniunt fœtum Baceho femur, fœtum Minerva cerebrum Jovis. An hæc omnia minorem fidem quam Jonæ factum, exigunt? Quid porro non portentoſum legas apud Authores Theogoniæ ſive genituræ Deorum, de Saturno, Jove, Baccho, Vulcano, Neptuno, Hercule, Mercurio, ac de ſingulorum metamorphoſibus? Hæc plane & alia ſexcenta naturæ vires ſuperantia pars ſunt Religionis Paganorum.

Sed quæ, rogo, comparatio inter ſanctitatem & gravitatem Religionis, ſicut etiam puritatem in Divinis Scripturis ubique regnantem; ac putida, ſalacia, animalia, puerilia, repugnantia, criminoſa, abominanda, quibus Libri Paganorum infereiuntur? Hæc tamen, quæcumque demum fuerint, populis traduntur credenda, tamquam ab Authoribus Paganis ſcripta; quamquam nullam etiam apud Paganos ſcripta illa ſive ſui, ſive Authorum merito fidem obtinent; licet non niſi ad crimen & licentiam animos diſponant. Porro tota credulitatis Libris illis præſtandæ ratio petitur ex Dei potentia: eſt nihil impoſſibile. Cur igitur quidquid facratiſſimum eſt in noſtra Religione Deo authore conſtitutum, ludibrio habeatur, & mendacio? *Et quum purpibus credant, portentaque Dei univerſa defendant, eamdem virtutem non tribuunt & honeſtis*, ait S. Hieron. in Jon. 2.

Si quæ in Sacris Scripturis traduntur, apud Homerum, Heſiodum, Ovidium, Apollonium Thyaneum, aliumque Paganum Theologum Gentiles leſſiſſent, ſatim illi in argumentum Religionis ſuæ prodigium illud vertentes, magnificis verbis amplificarent. Authorum ſuorum teſtimonio ſubnixi, crederent quidquid in fabulis legitur de Arione Numinum favore pollente, qui nempe in pelagum a nautis pecuniæ illius inhiantibus projectus, ſubeuntis Delphini dorſo exceptus, incolumis ad litus devectus eſt. Nunc vero cum Propheta Hebræus gravis imprimis Scriptor & coævus, quæ ſibi maxime contingerant, polteritati mandet, ejus narratio univerſa in dubium vocatur. Sed; ait, S. Auguſtinus Epiſto. 102. N. 32. *Ita videant Scripturas noſtras, dum per ſingulos dies rariores pauciorſque ſe videant, vel moriendo, vel credendo.*

Veterum nonnulli perſuaſum habuiſſe videntur, Jonam in ventre ceti obiiſſe [2]. Pleudo-Athanaſius in QQ. ad Antiochum ter obiiſſe Prophetam teſtatur. Primo Sareptæ in domo matris ſuæ, quam ipſiſſimam credit viduam, cujus filium, Jonam nempe, Elias ad vitam revocavit [3]. 2. In ventre ceti, ubi quantum ad homines, diem claufit. 3. Cum in extra vitæ curſum abſolvit. S. Hilarius in Pſal. 68. n. 6. ait: *Imitator ille Dominica mortis, & temporis Jonæ, mari merſus cetoque ſuſceptus, non tam in mari ſe, quam in inferno poſitum teſtatur.* Tandem Author QQ. ad Orthodoxos q. 64. ita philoſophatur: Si Jonas vere diem non claufit; quomodo mortis Jeſu Chriſti figuram exhibet? Si autem vera morte oppetiit, quomodo in ventre ceti prodigio ſervatus dicitur?

Sed hiſce ſibi oppoſitis ſolidiſſimum Author reſpondit, dicens, in Scripturis non obitum quidem Jeſu cum Prophetæ obitu comparari; neque hunc alterius eſſe figuram in obitu, ſed non diſſimili illo temporis ſpatio, quo ille in ventre ceti, hic in ſepulchro detentus eſt. Si vero Jonas reipſa mortuus in ventre ceti, deinde ad vitam revocatus fuiſſet; quid inter imaginem & exemplar, inter Dominum & famulum, inter Jeſum & Jonam diſcriminis intercefſiſſet? Opus fuit, Prophetam in ſinu piſcis ſepulturæ Jeſu Chriſti præluſiſſe; ſed ille vivus e tumulo, ubi mortuus jcuerat, propria virtute reſurgere debuit; cum altere ventre ceti non niſi Domino viam aperiente egrederetur, Domino, inquam, qui jam inde ab ea ætate cuncta juxta præſtitutum ab æterno conſilium fuum, & noſtræ fidei magis magiſque ſuleiendæ, diſponebat?

DISSERTATIO

DE NUMINIBUS PHOENICUM SIVE CHANANÆORUM.

EX quo ſemel de veteribus Paganorum Numinibus tractandum ſuſcipitur, plena ambagibus, fabellis, ænigmatibus via decurrenda eſt; nihil enim in eorum Theologia, niſi denſis obſitum tenebris, affectatis myſteriorum &c. verborum ambagibus obſcurum, ut ſacramenta illorum plene revelari vix ac ne vix quidem poſſint. Hæc veterum indoles ut fabellis omnia inferciant, ait Strabo lib. 10. Non Hiſtoria, non Religio, non Philoſophia ab ea labe immunis. Quod malum in cunctis regnans, apud Orientales maxime obtinebat, gentem, ſi quæ alia, fabulorum, allegoriarum, ſimilitudinum fœcundam. Ex quo ſane operoſiſſima efficitur veritatis a fabellis, cum de Religione ſive de eorum Numinibus agendum eſt, diſceretio.

Erant

(1) *Hieron. in hunc locum.* (2) *Author Qu. ad Antioch. inter Opera Athanaſ. qu. 6.* (3) *Reg. 17.*

Erant quidem olim Phœnicibus, quorum nos Theologiam exponendam aggredimur [1], sinceræ historiarum monumenta, unde plurima nostro argumento servienti a derivari potuissent. Sed omnia nostra ætate interciderunt, ita exceptis tantissimis fragmentis, quæ apud Josephum servantur. Thaatus, quem Ægyptii Thoth appellant, ingnis sapientiæ laudem apud Phœnices obtinens, in se olim susceperat, referente Porphyrio, curam, pedestrem genitis suæ Theologiam, quam ad id usque tenuerant rudes vulgaresque homines, apud quos ejus depositum manserat, in lucem solemque transferendi [2]. Post evolutas deinde plures generationes, Deus *Sôrmubelo* una cum *Thoro*, cognomento Chusarth, mulierę, velamina allegoriarum, quibus mysteria occultaverat Thaaut, detrahenda susceperunt. Hæc Porphyrius, cui gemina paulo ante ex Sanchoniathone Eusebius retulerat [3]; ait enim Thaaut, Numina variis indita figuris, quibus variæ ipsorum dotes repræsentarentur, exhibuisse; nempe; uno verbo, Religionem Phœnicium pedestrem olim & simpliciem mysteriorum caligine occultatam, anguistioremque, utpote simplicium aspectu minus perviam, reddidisse.

Septem fratres Gabyri-filii Sedec, adhibito etiam fratre suo Æleulapio, scriptis mandarunt justu Thauti coram hanc veterem Theologiam, quam deinde Filius Tabionis vetustissimus inter omnes Religionis Phœnicium Interpretes, simpliciem metamque, inferctis allegoriis & fabellis ex rerum natura petitis corrupit, deformitamque manibus Prophetarum sacra Bacchi agentium ejusque cæremoniis præsidentium commisit. Illi pro eo, quo tenebantur, desiderio Religionis majestatem etiam atque etiam prorogandi, alias super alias fabellas cumularunt, tantamque deinde fabulam ad posteros transmiserunt, Ita compacta Religio ad Græcos transivit, qui nova veteribus misceentes, denias adeo tenebras Theologiæ universæ obtenderunt, ut tetrum quoddam chaos intuentibus videatur.

Sanchoniathon Berithinus [4], ante belli Trojani tempora rerum Phœniciarum absolutam historiam meditans, singularum Urbium Tabulas undique excussit; consultisque pariter sacris Commentariis in Templis asservatis, omnia collegit, quæ ad propositum servirent. Major tamen illi cura dirigendi quæ Thaautus scriptis mandaverat; periculus viro illi clarissimo primum inventatum literarum redactarumque scriptis historiam honorem tribuendum. Nec modice ad intentum conferre eensuit studium historiæ Judaicæ, quam e monumentis Jerombalis Sacerdotis Dei Jevo repetiit [5]. Opus itlud Sanchoniathonis Græcæ fidei redditum per Philonem Biblium a Porphyrio laudatur, ex quo ingentia quædam fragmenta in suum Opus de Præparatione Evangelica Eusebius transtulit [6]. Totum Phœnicię Theologiæ systema apud Porphyrium in hoc potissimum versatur.

Tetrieus quidam, niger, agitatusque aer flamine quodam intimo commotus, una cum chaos, obscuro, & confuso, rerum omnium principium statuendum est. Cum enim flamen illud amore principiorum suorum incalesceret, illis arcte devinctum, amplexu illo suo coitusque omnia produxit. Omnium primus genitus est *mot* seu limus; ex quo bruta quæcumque animalia; demum ratione utentia, quæ *Zophasemin* sive Cœli contemplatores appellari placuit. Tertii ab his prodierunt Sol, & Luna, & Astra. Animalia ratione prædita subito veluti tonitru quodam excitata sese exigentia, gressus explicare super terram & mare exorsa sunt. Primo ab illis coli cœpere herbæ & plantæ qua precibus qua sacrificiis: neque enim dignius aliquid divinis honoribus angustis illis mentibus occurrebat.

Ventus nomine *Colpias* cum uxore *Baau* sive *Nox*, genuerunt *seculum* & *Primogenitum*, mortales ambos; a quibus deinde effusi *Progenies* & *Generatię* priores Phœniciæ incolæ. In magna aquarum penuria manus suas ad Solem levaverunt, rati illum Cœli moderatorem, appellarunteque proinde *Beelsamen* i. e. Dominum Cœli, eumdem planeæ Jovem Græcorum.

Seculo & Primogenito liberi dati sunt *Lux*, *Ignis*, & *Flamma* homines plane mortales; & illis vicissim frequentes nimoro Gigantes, quorum nomina montibus, quos tenuerunt, indita sunt, uti *Libano*, *Antilibano*, *Casio*, & *Brathie*. Ex Gigantibus parentibus nati sunt *Memumius*, & *Hypsuranius*, e prostitutis quibusdam fœminis eodem patre geniti. Hypsuranius Tyri sedem habuit, qui cum fratre *Usoo* non semel commissus est. Porro Usoi geminis erectis columnis, quarum alteram Ignī, alteram Vento consecraverit, litatisque sacrificiis e sanguine animalium venatione apprehensorum eoluit, infignis est. Omnibus his post fata divini honores a posteris concessi, confectatis eorum memoriæ virgis, columnis, & solemniis.

E genere *Hypsuranii* post plura sæcula effusi sunt *Venator* & *Piscator*, quibus venationis, & piscationis inventio acceptо referenda. Ex his gemini filii inventores, ferri, ejusque in varios usus impendendi authores; horum primus *Chrysos*; idem nempe ac *Vulcanus* dictus etiam *Diamichius*. Ex Vulcano duo item, *Artifex* & *Terrenus*, e terra productus five Indigena incertum tamen qua matre. Ex his patiter gemini alii, *Ager* & *Agricola*, cui posteriori sereatæ imagines, & zediculæ gestatoriæ ab animalibus devectæ; alterum utrinque nomen erat *Tolantus* & *Titanes*. Par alterum ex his posteriorum parentibus *Ulter* & *Magus*, agrestium domorum & gregis utendi inventores. Tandem *Uloris* & *Magi* filii nati sunt *Missor* & *Sydie*, i. e. faeile ferociores, & Justus, salis adhibendi authores.

Ex Misor natus *Thaautus*, quem Ægyptii *Thoth*, Alexandrini *Thoyth*, Græci *Mercurium* appellant. Ex Sidye geniti *Cabyri* five *Coribantes* seu *Dioscuri*, i. e. Castor & Pollux. Quo simul tempore nati *Elion*, nempe Altissimus & uxor illius *Beruth*; ex his vero *Cœlus* & *Terra*, de quorum nomine, ea erant puerorum elegantia, apellata sunt Cœlum, quod oculis intuemur, & Terra quam incolimus. Cum paterni Regni hæreditatem *Cœlus* adivisset, *Terram* sororem suam duxit, quo conjugio quatuor nati liberi, *Ilus* vel Saturnus *Betylus*, *Dagon* five Deus frumenti, & *Atlas*. Hos e Terra conjuge, altos vero genuit ex aliis uxoribus liberos; quam injuriam cum Terra ferre non posset, post omeratum injuriarum plaustris virum, a conjugio discessit.

Adolescens in virtum Saturnus, injuriam matri suæ illatam ultirus, bellum Cœlo patri indixit, adhibito in societatem armorum *Mercurio Trismegisto*, quo a secretis utebatur. Saturnum Parentem agnoverunt *Proserpina* & *Minerva*, quarum prior adhuc puella immaturo fato præcepta est. In bello cum patre Saturnus jure armorum captam unam ex ejus coneubinis Cœlo jam fœcundo, Dagoni fratri suo nuptui traditi. Quare statim a conjugio ex ea parente genitus est Demaroon. Cum vero Saturnus suspitiosum sibi Atlantem fratrem inum haberet, captum alte in terram defodit. Comites habuit Saturnus five *Ilus* virōs nomine *Bleim*, ac si quis diceret *Illenses* vel Saturnianos. Porro Deus ille arma & furorem in familiam suam vertit, ius manu jugulato filio Sadid, & capute filiæ itidem suę pueilo.

Interim Cœlus solum vertere coactus, cum Saturni vultum non sustineret, submissis tribus puellis filiabus suis, *Astarte*, *Rhea*, & *Dione* parricidium molitus est. Verum Saturnus adeo sibi roroes suas devinxit, ut singulas conjugio sibi copularet. Nova injuria offensus Cœlus vi aggredi filium statuens; fœderatos sibi *Fatum* & *Pulchritudinem* in illum immisit. Præclio victor Saturnus utrumque retinuit. Ex Astarte septem filias *Titanides* five *Dianæ* appellatas; & *Cupidinem Amoremque* filios habuit; e Rhea septem liberi nati sunt, quorum posterimus

ab

(1) *Joseph. lib. 1. contra App. pag.* 1042. (2) *Apud Euf. Prep. l. 1. c. ult. pag.* 40. (3) *Prep. l. 1. c. ult. p.* 39. (4) *Id. ibid. c. 9 pag.* 30. *&c.* (5) *Ibid. paulo superius*, (6) *Item Prep. l. 1. c. ult.*

ab ipso statim ortu inter Deos relatus ; nec Dione conjugium sterile habuit.

Silye sive Juſtus una ex Titanidis ducta Ecculapium genuit. Alii etiam fuerunt Saturno liberi, ſcilicet *Saturnus*, *Jupiter*, *Belus*, *Apollo*, & aliquamdiu poſt *Pomus*, *Typho*, & *Nereus*. Ex Ponto natus *Siden* ; ex *Demaroone Melicartus* i. e. *Hercules*. Inſidiis Saturni filii ſui Cœlus captus virilibus amputatus eſt. Eodem tempore, quo Saturnus paternum Regnum tenebat, regnaſſe etiam conſtat Reginam *Aſtartam*, *Jovem*, *Damaronem* & Regem Deorum *Adod*. Aſtarte juxta Phœnices eadem eſt ac Venus, eademque pariter Taurinum caput & cornutam frontem veluti Regium inſigne geſtabat. Hæc Sanchoniatho de origine mundi & Phœnicium Theologia.

Si hujus Authoris fides exploratiſſima eſſet, parum aliquid addendum reſtaret ; ſed ejus authoritas Eruditis noſtræ ætatis ſuſpiciola eo nomine efficitur, quod fraude Porphyrii Chriſtiani nominis adverſarii ſuppoſitum nomen Eruditorum plerique ſuſpicantur ; qui nempe Porphyrius hanc fraudem iniviſſe creditur, ut authoritatem Sacrorum Librorum Judaicorum minueret, ſimul & Religioni Jeſu Chriſti plurimum officeret, ſi demonſtrato Abrahamum cum Saturno confundendum, Patriarcharum pariter & creati mundi hiſtoriam ex Phœnicibus derivari. In eo Syſtemate facile Chaos *Bohu* de quo Geneſis 1. 2. Spiritus aquis innatans . 1), animalia tum bruta cum ratione utentia, *tenitru quodam veluti e lethargo excitata* (2), nempe verbo Creatoris omnia valentis, deprehenduntur.

Ventus Colpias idem facile eſt ac omnia præſtans illud *Fiat*. *Colpiah* Hebraice eſt *verbum orit ſui*, *Trimogenitus* eſt *Adam* e limo terræ eductus, atque inſuſſlantis Dei Spiritu animatus (3). *Cœlus Beſſamin* eſt Dominus totius univerſi author, quem primus homo vix formatus adoravit. Gigantum ne nomen quidem in Sacra Scriptura deſideratur. Poſt diluvium maxime celebrantur. *Memrum* eſt *Nemrod* ; & ejus frater *Hypſuranius*, ſunt in opere Babelicæ turris coadjutores, mutuo ſe excitantes illis verbis Gen. 11. 4. *Faciamus nobis turrim, cujus culmen pertingat ad Cœlum* ; hoc enim ſonare videtur Græcum nomen *Hypſuranium*, ſupra Cœlum elevatum.

Venator & Piſcator facile ſunt conditores Sidonis, quo nomine Phœnicum lingua deſignatur piſcatio & venatio. *Agricola* ipſe eſt Noe 4 , 2 quo ; ima colendorum agiorum ratio cœpit. *Ulter*, *Magus* ipſi ſunt Ammon & Moab ; Amynos enim Græce eſt Ultor ; & Moab Hebraice ſonare poteſt *Magus*. Porro ambo illi populi gregibus alendis fe totos addixerunt (3).

Miſer eodem pene literarum ſono exprimit *Mezer*, patrem *Mizraim* ſive *Ægyptiorum*, *Sidycus* apud Phœnices eſt Juſtitia, Apollodoro authore [6]. Cinyras Rex Aſſyriæ filios habuit *Oxyporum*, & *Adonidem*, tres item puellas *Oxſedicem*, *Laogoram*, *Braſiam*, quibus nominibus veſtigium exhibetur nominis *Sedic*, & *Berbh* ſive *Beruth*, uxoris *Elion*. Porro *Elion* Deus eſt altiſſimus in Scriptura non ignotus, *Berith* ſonat fœdus, ac de Baal Berith ſermo eſt Judic. 9. 4. *Ilus* ipſe eſt Abraham, qui nempe patrem habuit Elion. Ex his plane ſatis intelligitur, e vera populi Dei hiſtoria omnia, quæ Sanchoniatonis nomine ſuppoſuntur, derivari, nec niſi occultandæ veritatis gratia Porphyrium iſta procuduſſe, qua ad Phœnices & Paganos omnia a Judæis & Chriſtianis Patriarchis tributa, referret. Quam vero ſplendido mendacio Dagonis hiſtoriam confinxerit in Diſſertat. de Numinibus Philiſthæorum demonſtravimus. Zedich ſive Zedech e Melchiſedecho transformatum eſt.

Quæ nobis obtrudit de Cœlo Terraque, Deorum æque, & hominum parentibus, ex Authoribus Prophanis, fabuloſis Hiſtoriis, & Theogonia derivatum eſt : *Principes Dei Cœlus*, *& Terra* [7]. Abrahami circumciſio ipſiuique paratum de filio ſacrificium latet ſub fabella diſſecti in virilibus *Ili* vel Saturni, & ſublato ab ipſo infami ſane parricidio Jeud filio ſuo unico ex Anobreth Nympha genito.

Pleudo-Sanchoniaton tradit Saturno inditum a Phœnicibus nomen Iſrael ; ſed ille duos viros Abrahamum & Jacob confundit. Temere vero addit, inditum nomen *Eleim*, viris fœdere conjunctis cum *El* ſive *Ilo* vel Iſrael ; quo ſcilicet nominis conjunctione animorum etiam demonſtraretur ; Hebræi enim eo nomine verum Deum deſignant. Nec raro de Angelis pariter, & Principibus, ſive Magiſtratibus uſurpant. *Bethyles*, Saturni, uti ferunt, inventum, hiſtoriam Jacobi, qui in Meſopotamiam proficiſcens lapidem conſecravit in Bethel, fabularum velaminibus obvolvunt. Tota igitur Porphyrii dolo procuſa Theologia rejecta, Numina Phœnicum apud Scripturam & minime ſuſpectos Authores inveſtigemus.

Primum quod de hiſce Numinibus in Scriptura animadvertendum occurrit, illud eſt, nimirum Numina Phœnicum eadem fuiſſe ac vetera Chananæorum, & Amorrhæorum, quas gentes Dominus coram populo ſuo diſperierat. Cultu etiam ſimili colebantur, qualem nempe Scriptura graviſſimis verbis veteribus Chananæe incolis exprobrat ; 8]. *Et abominabilis factus eſt* (Achab) *in tantum, ut ſequeretur Idola, quæ fecerunt Amorrhei, quos conſumpſit Dominus a facie filiorum Iſrael. Et fecit* (*) Manaſſes . . . *malum coram Domino juxta abominationem gentium, quas ſubvertit Dominus coram filiis Iſrael*. Præcipua illorum Numina *Baal*, *Aſtaroth*, Militia Cœli, Conſtellationes ſive *Mazaloth*, Adonis ſive Thammuz, nulla enim præter hæc in Scriptura, quamvis in hiſtoria addatur Jupiter, Apollo, & potiſſimum Hercules.

DEUS BAAL.

BAAL nomen eſt omnibus Paganorum Numinibus commune, apud eas gentes ſcilicet, apud quas lingua Hebraica, Chaldæa, Syriaca, ſive Phœnicia, variæ illæ quidem, ſed ex una omnes originem derivatæ obtinent. Nota ſunt nomina Baalzephon, Baalberith, Baalgad, Baal Deus Moabitarum 19 , Belus Deus Chaldæorum, Beel-phegor, Beelſebub, & ſic de ſingulis. Verum in Iſraele Baal excellentia quadam appellabatur Princeps & potiſſimum totius Regionis Idolum . Nullo alio nomine innoteſcunt Idola, ſive quod ſub Judiciibus 10 :1, ſive quod ſub Regibus ſuperſtitioſo cultu venerati ſunt. Hinc vero diſtinguendo hæc potiſſimum conferunt . 1. Quod olim a Chananæis Numen illud coleretur . 2. Quod humanis victimis ei litaretur. 3. Quod ejus aræ ſive in tectis domorum ſive in editis locis erigerentur.

Fruſtra argumenta congereremus, demonſtratur Baal vetus fuiſſe Chananæorum Numen, qua de re dubitationes omnes ſpernit Scripturæ teſtimonia ſummovent. Jeremias collatus cum 4. Reg. aliique Scripturæ locis ſatis diſerte oſtendit , illi Numini humanis victimis litatum fuiſſe : *Et ædificaverunt excelſa Baal, quæ ſunt in valle filii Ennon , ut initiarent filios ſuos & filias ſuas Moloch* [11]. Et cap. 19. 5. *Ædificaverunt excelſa Baalim ad comburendas filias ſuas igni in holocauſtum Baalim*. Et 4. Reg. 17. 16. *Adoraverunt filii Iſrael univerſam militiam Cœli, ſerviuntque Baal , & conſecraverunt filios ſuos & filias ſuas per ignem*. Quibus vero ejus, ſicut & Aſtaroth cultores implicarentur licentiæ criminibus , ſexcentis Scripturæ locis intelligimus. Huc ſpectat illud tertio Regum 14. 24. *Effœminati fuerunt in terra* [12]. Tan-

(1) *Gen. ibid.* (2) *C. 1. Sanchon. apud Euſeb. libro 1. Præparat. cap. ult.* (3) *Gen. 2. 7.* (4) *Gen. 9. 10. Capitque Noe vir agricola exercere terram .* (5) 4. *Reg.* 3. 4. (6) *Bibliotb. lib. 2. cap. 13.* (7) *Varro de ling. Latin. Vide Eunium apud Lactan. de falſa Relig. lib. 1. cap.* 13.

(8) 3. *Reg.* 21. 26. (*) 2. *Par.* 33. 2. (9) *Num.* 21. 41. (10) *Judic.* 6. 25. *&c. & 2.* 11. *&* 3. 7. *&* 8. 33. *&* 3. *Reg.* 16. 31. *&* 18. 21. 22. *&* 22. 54. *&* paſſim. (11) *Jerem.* 32. 54. (12) *Vide etiam* 3. *Reg.* 15. 12. *&* 22. 47. *&* 4. *Reg.* 23. 7. *Oſee* 4. 14.

Tandem de excelsis locis in Israele conferratis disserit 3. Reg. 14. 23. *Ædificaverunt sibi aras & statuas & lucos super omnem collem excelsum, & subter omnem arborem frondosam.*

Sophonias dicitur de Aris in tectis domorum conferratis cap. 1. 4. 5. *Disperdam reliquias Baal, & nomina adiquorum cum Sacerdotibus; & eos qui adorant super tecta militiam Cœli.* Jeremias gemina habet capita 19. 13. & Josias aras omnes & statuas Baal totiusque militiæ cœlestis subvertit, in editis locis, & in tectis domorum conseceratas (1). Sed cui potissimum Numini hæc simul omnia quadrent, inquiramus.

Illud animadversione dignum esse censeo sub ipsum dissertationis limen, nimirum veterem Orientalium ac maxime Phœnicum Theologiam fatis a Græca nobis maxime explorata & familiari differre; quare si quis in Phœnicia Athenarum Numina quærere voluerit, ille certe errandi, seque inextricabilibus ambagibus implicandi viam iniret. Hinc enim errores omnes in eo fluditi genere profluxerunt, quod scilicet Græci singulis aliarum gentium Diis nomina, & sua ipsorum Theologia deducta, tribuere affectarunt. Post Alexandri Magni victorias omnibus adprobare Religionem suam conati sunt; vel saltem populos coegerunt, novis nominibus, veteribus coram Diis aptatis, novis illos ritibus colere. Nihil ubique videre sibi visi sunt nisi suum Jovem, Saturnum, Apollinem, Martem, Dianam, Mercurium. Levis quæcumque similitudo five in rebus gestis, five in nominibus, five in figuris & dotibus satis erat, ut Deus aliquis Phœnicum statim transformarctur in Saturnum, Jovem, Apollinem; quasi scilicet nullus esset Deus Græcam originem non referens, vel saltem gentes omnes in unam Religionem conspirassent.

Porro hæc Paganorum Numina homines exhibebant plane inter se diversos. Inter Religiones Persarum, Ægyptiorum, & Phœnicum olim affinitatis erat nihil. Nomina Deorum plerasque ex Ægypto in Græciam derivata Herodotus ex author (2); cum vero de comparandis inter se utriusque gentis Numinibus agitur, ratio non constat (3). Itaque cum nos Baal Phœnicum in examen revocandum suscipimus, nullæ ejus dotes five in Saturno Græcorum, five in Apolline, & Jove investigandæ sunt; tota ejus comparatio inter Numina Orientalium finitimorumque Phœniciæ populorum versabitur, ad usque ea tempora ascendentes, quantum tamen fieri potest, quæ dominationem Græcorum in illis regionibus præcesserunt.

Ea pluribus sententia sedet, Baal Phœnicum cum Moloch Ammonitarum, & Saturno Carthaginiensium confundendum, quod maxime probari autumant ex more victimis humanis litandi singulis hisce Numinibus communi. Hæc veteribus Chananæis, quorum reliquiæ Phœnices supererant, vitio vertit Sacra Scriptura: *Non invenietur in te, qui lustret filium suum aut filiam, ducens per ignem* (4). Achab filium suum per ignem traduxit, *secundum Idola gentium, qua dissipavit Dominus coram filiis Israel* (5). Paria de Manasse leguntur 4. Reg. 21. 6. Huic Numini ejusque cultui addictissimi præ ceteris fuerunt Reges decem Tribuum (6); ac solemne Phœnicibus fuisse tradit Porphyrius; ut liquid grave Reipublicæ ingrueret (7), five bellum, five pestis, vel aquarum penuria, continuo amicorum suorum, cujus nomen sortito obtigisset, sanguine Saturno litarent. Eodem maclandi homines Saturno more Cretenses five Curetes tenebantur (8). Eodem pariter Rhodienses, & Carthaginenses, qui nempe postremi Colonia erant Phœnicum.

Mos olim obtinebat adeo vulgaris, ut nulla fere regio victimis humanis non cruentaretur (9). Diodorus Siculus author est, paulo post Alexandri Magni decessum Carthaginienses ab Agathocle Rege Siciliæ arcta obsidione pressos in eam venisse suspicionem, ne Saturni in se iram concitassent, quod scilicet cessatum esset a more litandi Numini sanguine unius e liberis amplissimorum in urbe virorum; jam enim ab aliquo tempore non nisi e vulgari hominum fœce victima Saturno immolabatur; quare ut averium Numen placarent, simulque errorem repararent, 200. filios ex clarissimis Urbis familiis ad Aras mactarunt, adjectis ad cumulum Religionis 300. aliis, qui voluntarie se expiando crimini veteris Religionis deseræ obtulerant. Efferatam gentis in sanguinem libidinem repressit Agathocles, numquam tamen veterem superstitionem e corde gentis superstitiosæ evellere potuit. Non nisi Tiberii ætate abolitum Carthagine barbarum hunc morem litandi homines Tertullianus Apolog. 2. est author. Hæc pro Baal cum Saturno Phœnicum confundendo afferuntur.

Malunt tamen alii in Baal Herculem Phœnicum agnoscere (10), cujus nomen nuspiam exprimitur in Libris Vetcr. Testam. Hebraice scriptis; primumque in Libris Macchabæorum (11) occurrit, ubi de Jasone fautores suos Judæos quoidam Tyrum cum pecunia offerendis Hercuii sacrificiis mittente. Sed apud Authores Prophanos nihil frequentius, quam de Hercuiio illo Phœnicio. Menander Ephesius apud Joiephum (12) narrat, Hiramum Regem Tyri Salomonis amicum Templa luculosque Herculi & Astarti dedicasse. Utrobique jungit; quemadmodum etiam in Scriptura juncta occurrunt nomina Baal & Astaroth. Cum Alexander Magnus Tyri mœnibus cum exercitu succederet, nulla se majori cura teneri professus est, quam ut Templum Herculis ingredi & Sacrificia offerre permitteretur. Cum vero Urbs obsidione premeretur, Apollo per quietem revelavit, agitasse consilium ingipiendi se ex Urbe, cujus proinde statuam Tyrii apprehensam vinculis aureis basi alligarunt, commendatis iisdem catenis ære Herculis, quo scilicet ille veluti patronus & custos Urbis transfugam retineret (13).

Carthaginienses hunc Herculem Tyrium tamquam potissimum patrum suorum Numen semper habuerunt; missisque Tyrum singulis annis decimis omnium proventuum, veluti soluto tributo Deum perpetuo obiequio colebant. Cum vero olim arcta obsidione premerentur, tati invitos habere se Deos, ditissima munera ad Herculem Tyrium miserunt: ad legationis splendorem mittentes pariter ceteru Numina, ex aureis ædiculis & ex eorum Templis educta (14). Tandem Plinius lib. 36. cap. 5. narrat: *Ad Herculem Pœni omnibus annis humana sacrificaverunt victima.* Templa Herculis Tyrii, & Astartes Sidoniæ tamquam ejus regionis amplissima celebrat Lucianus de Dea Syria: de Herod. Ital. 2. cap. 44. oculatus testis spectavit Templum Herculis Tyrii, quod vetustissimum habebatur, ubi geminas columnas, aureum unam, smaragdinam alteram positas admiratus est; atque ex relatione Saeerdotum ejusdem Numinis stare Templum a 2300. annis didicit. Numinis simulacrum non clava & pelle Leonis, inttar Græci Herculis teste Strabone lib. 15. distinctum, at seniorem nautam capite fere decalvato, & ardore solis ambustum referebat.

Apud D. Vaillant (15) extat versus Nummus Phœnicius, exhibens Herculem turrito capite, & longa quadam veste cingulo adstricta velatum, barbatum, & in sinistra manu tridentem. Numen erat marinum, a quo navigandi ars Phœnicibus tradita; cultum proinde insignibus honoribus in omnibus maritimis Co-

(1) 4. Reg. 23. 4. 5. 12. (2) *Herod. lib. 1. cap. 4. & cap. 50.* (3) *Idem lib. 2. cap. 144. 145. 146.* (4) *Levit.* 20. 2. 3. 4. *Deuter.* 18. 10. (5) 4. Reg. 16. 3. (6) 4. Reg. 17. 17. (7) *Porphyr. apud Euseb. Præparat. lib. 4. cap. 16.* (8) *Ejusdem apud Porphyr. Ibid. apud Euseb.* (9) *Vide Euseb. Præparat. lib. 4. tota capite 16. ubi laudat Porphyrium, & S. Clementem Alexandrinum, Dionysium Halycarnassæum, Diodorum Siculum.* (10) *Vide Keller. Miscellan. cap. 3.* (11) 2. *Macchab.* 4. 19. 20. (12) *Joseph. contra Appion. libro 1. pag. 1043.* (13) *Vide Curt. libro 4. Diodorus Plutarc. in Alexander.* (14) *Died. lib. 20.* (15) *Histor. Reg. Syr. pag. 332.*

Coloniis Phœniciæ originis, uti Carthagine, Gadibus, Tartesso. Hæc Phœnicum in Herculem suum religio, ejusdem cultus vetustas, Templa, & humanæ victimæ in eam persuasionem inducere nos potuissent, ut nomine *Baal* seu Domini in Scriptura designatum credaremus. Quid enim in causa fuisse poterat, ut vetustissimi, simulque celebratissimi in universa regione Numinis mentio numquam fieret? Hercules ceu Tyri Rex habebatur, unde illi nomen *Melicerta*, sive *Melekkirtha*, Rex Urbis; & *Malic*, Rex, quod illi ab incolis Amathuntis in Cypro inditum.

Sed vulgaris, & quantum conjicimus, certior opinio tenet, Phœnices, sive Chananæos nomine *Baal* Solem, *Astaroth* Lunam designare. Quam conjecturam ceteris præferendam hæc potissimum suadent. Orientales omnes insito in cultum astrorum genio ferebantur. Sol & Luna potissima erant ejus gentis Numina, nec alter unquam Deus amplius regnum cultumque obtinuit. *Videntur mihi*, ait Plato in Cratylo, *Græcorum prisci Deos solos putasse eos, quos etiam hi temporibus Barbarorum plurimi arbitrantur, Solem, Lunam, Terram, Stellas, Cœlum.* Cum Scriptura fere semper cultum Baal, Astartes, & Militiæ Cœli jungat, insuper videtur eam Populorum fœneratrix, quæ Solem & Lunam veluti Regem & Reginam Astrorum Cœlestisque militiæ suspicit. Ita Manasses & coluisse Baal fucosque illi implantasse, & obsequium impendisse Militiæ Cœli narratur [1]; & paulo post erecta ab illo in atrio Templi altaria totæ Cœlesti Militiæ legimus.

Josias, alter post Manassem Rex, scandalum patris in Juda abolere aggressus, neci tradidit omnes *Idolorum Sacerdotes, qui adolebant incensum Baal, Soli & Lunæ & duodecim signis*, 4. Reg. 23. 5. cum & jussit *projici e Templo vasa, fine fuerant Baal in luce, & universæ militiæ Cœli*, exterminari equos, *quos dederant Reges Juda Soli, currus autem Solis combussit igni.* Moyses Deuter. 17. 3. ulcimum supplicium decrevit in eos, qui populum adigere tentaverint, *ut serviant Diis alienis, & adorent Solem & Lunam & omnem militiam Cœli.* Hæc aperte satis demonstrant, Baal cum Sole confundendum; quod etiam cultus illius historia luculentiori argumento confirmat.

Solemne erat Paganicæ Religionis dogma, ut in erigendis Aris & statuis in editis quibusque & patentibus locis Soli, cura omnis poneretur. Quare Hebræi in Montium celeberrimorum cacumini bus altaria Baal consecraverant; cum interim singuli privatæ Religionis gratia, privata in domorum tectis erexissent. Cum vero Templum Domini edito colli sub dio positum insideret; ideo Regibus quibusdam impiis succurrit, ut ejus sanctitatem collocato Baal simulacro violarent. Ita potissimum a Manasse factum legimus 4. Reg. 21. 5. & Jerem. 32. 34. Venturos tandem Chaldæos in ditionem Juda minatur Jer. 32. 29. atque domos eversuros, in quorum tectis sacra Baal fumabant. Josias 4. Reg. 23. 12. aras omnes ab Achaz in tectis Regiæ domus excitatas subvertit. Templis & aris Baal plerumque sacri luci adjungebantur. 3. Reg. 14. 23. Lucorum autem Religio plerumque Astarten Deam memorum spectabat, i. e. Lunam, Deam insociabili fœdere Baal junctam; illa vero umbris lucorum in suis mysteriis delectabatur, quem admodum aperta luce Sol gaudebat. Insames erant luci salacissimis voluptatibus, quas non semel vitio vertit Hebræis Sacra Scriptura. Porro illis implantata erat ditio Juda & Israel universa, ut corum frequentiam hæc vel simili phrasi Sacra Scriptura expresserit [2]. *Immolabat victimas & adolebat incensum in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso.* Aliud Baalis indicium sunt victimæ humanæ, quem admodum etiam in superioribus demonstratum est. Hisce vero cruentis Sacrificiis litatum Apollini vel Soli prophanarum historiarum testimonio discimus. Hominem sacrificio immolatum in Heliopoli Ægypti tradit Porphyrius [3]; quem morem deinde Rex Amasis sustulit. Pari honore colebatur Bacchus, cognomento Omadius in Insulis Lesbo, Chio, & Tenedo [4]; est autem Bacchus numen cum Sole confundendum, quemadmodum ex Macrobio Satur. libro 1. cap. 18. discimus. Apollo interdum humanas victimas exegit, ut ex Dionysio Halycarnassæo Eusebius. Romæ Templum erat Apollini tortori sacrum [5]. Mitra, nullo refragante idem ac Sol, humanis victimis colebatur [6]. Arabes paribus sacrificiis Deorum Numen agnoscebant; quinam illi Dii? Sol nempe, & Luna sub nominibus Dionysii, & Allat. Nec abs re conjicecimus, Baal Chananæum, sive Phœnicium alium a Sole non esse, & cum Moloc Deo Ammonitarum, cum Adad Syrorum, cum Osiride Ægyptiorum, cum Dionysio Arabum, cum Belo Chaldæorum confundendum [7]. Videris nostram Dissertationem de Moloch.

Deus Baal in patentibus claustris, Hebræis *Chanamim* [8], quæ Græcis *Pyreja*, sive Pyratheja, colebatur. Loca illa perpetuum incendium ferebant, ambiebat, statuas, arasque claudens, &; qui maxima religione servabatur, ignem æternum. Non idem tamen apud omnes mos, sed variis locis Orientis peculiaris [9]. Nec idem ubique Numinis simulacrum: apud Tyrios erectæ ejus loco hastæ seu virgæ; deinde columnæ; tandem statuæ [10]. Hiramus omnium primus statuas Herculi consecravit [11]. De Ara Baal in monte Carmelo erecta Vespasianæ ætate traditum est [12]: *Nec simulacrum Dei aut Templum (si tradidere Majores) Aræ tantum, & reverentia.* Ægyptii consecrabant Soli obeliscos, & Pyramides radios aëri immitantes; interdum simulacrum erat hominis arietinis cornibus [13].

Hierapoli in Syria simulacrum itidem erat vultu oblongo, & acuta barba, in capite fiscellam gestans. Totum autem protegebat lorica; in manu hasta victoriæ simulacrum lustinens, aleram manum flos occupabat: tandem tentum capite anguino Gorgonidis inficultum humeros protegebat. Apud Veteres nonnullos quadruplici facie instructum erat Baal [14]; nec desunt qui affirment, quadriforme Numen [15] in Templo Domini a Manasse collocatum; ut undique venientes veluti converso vultu excipere videretur. In nummis Regum Syriæ, per totam late Phœniciam obtinentibus, inficultus cernitur Apollo muliebri palla velatus [16]. Non enim abhorrebant ab eo Numine Phœnices, quod unum idemque cum Baal haberetur. Vidimus qua olim superstitione fugam minantem Apollinem carenis vinxerint. Appioni mentio inducitur de statua Apollinis Doræ Urbis Phœniciæ [17].

Nec prætereundum censemus, apud Septuaginta fœminninum articulum nomini Baal apponi; facile quod eo nomine Dea Astarte designaretur, sive quod apud Phœnices Numina sub utroque sexu colerentur.

ASTARTE SIVE ASTAROTH.

DEAM *Astarte* vel *Astaroth* non Phœnicum tantum fuisse, sed etiam Philisthæorum, Scriptura docente intelligimus. Æque vero Authoribus Sacris & Prophanis celebrantur. Arma Saulis in Templo Astaroth a Philisthæis suspensa sunt [18]. Non raro in Scriptura *Dei Sidoniorum* (19), sive *abominationis Sidoniorum* (20) nomine designatur. Sed mas-

(1) 2. *Paral.* 33. 3. 5. (2) 4. *Reg.* 16. 4. & 17. 10. & 2. *Paral.* 28. 4. *Isai.* 57. 5. *Jer.* 3. 6. *Ezec.* 6. 13. &c. (3) *Apud Euseb. lib.* 4. *Præpar. cap.* 16. (4) *Euseb. ibid.* (5) *Suetonius. in Aug. cap.* 70. *Cæsarem esse Apollinem, sed torturem, quo cognomine is Deus quadam in parte urbis colebatur.* (6) *Pallas de Mitra Mysteriis apud Eus. loc. cit.* (7) *Nonnus Dionysiac.* 40. *Vide & Porphyr. apud Euseb. Præp.* 3. *cap.* 11. (8) 2. *Paralipom.* 34. 4. *Isai.* 27. 9. & 17. 8. & (9) *Vide Strab. lib.* 15. (10) *Joseph. contra App. lib.* 1. (11) *Idem Antiq. lib.* 8. *cap.* 2. (12) *Tacit. Histor. lib.* 2. *Vide & Suetonium in Vespas. Apud Judæam Carmeli Dei oraculum consuetum Vespasianum ita confirmavere sortes, ut quidquid cogitaret volveretve animo, quantumlibet magnum id esset, preventurum polliceretur.* (13) *Euseb. Præp. lib.* 3. *cap.* 12. (14) *Euseb. de Engastrimytho.* (15) *Vide Salian. ad A.M.* 3340. (16) *Vaillant. hist. Reg. Syr. pag.* 241. 243. (17) *Joseph. lib.* 2. *contra Appion.* (18) 1. *Reg.* 31. 10. (19) 3. *Reg.* 11. 5. & 23. 33. (20) 4. *Reg.* 23. 13.

ſculinum nomen Deus non ſatis probat ejuſdem Numinis ſexum; earent enim nomine fœminino in Numinibus Hebræi; ſcitumque eſt ceteroqui, Numina apud Phœnices æque ſub utroque ſexu poſitis ſimulacris coli. Aſtaroth plurale nomen eſt, non tamen plures Deos deſignans; quemadmodum ſingulare Nomen eſt *Baalim* vel *Elohim*, quamvis multitudinem exprimat. Plurale enim nomen, honoris, vel alterius ſorte rei gratia, interdum Pagani Numinibus ſuis tribuebant (1); Aſtaroth autem ſonat gregem ovium ſive caprarum (2).

Titulo etiam *Regina Cœli* inſignitur (3), quod ſelicet Luna, Aſtartes nomine deſignata, Regina *militiæ Cœli*, ſeilicet Stellarum & Planetarum, haberetur. In Libris Sacris non raro eſt *Aſtera*, *Aſtarot* vel *Aſerim*, luci, ſive Idolum lucorum; ſolebant enim Orientales lueis pro Templo uti. Apud Septuaginta (4) loco *Aſera*, quod in Hebræo legitur, eſt *Aſtartes*; & indiſcriminatim utrumque numen in Hebræo pariter uiurpari intelligimus; namque poſt deploratum Iſraelitarum crimen, qui a Domino ad *Baalim Aſtaroth* deficiverant (5), capite ſequenti (6) narrat, coluiſſe illos *Baalim* & *Aſtaroth*. S. Hieronymo urrobique poſuit Aſtaroth, perſuaſus ambo hæc nomina perinde uſurpari. Tandem indiſcriminatim ponitur *Baal* & *Aſtaroth*, vel *Baal* & *Aſera*, quorum Numinum priori Achab 450. Prophetas alebat, & Jezabel ejus uxor 400. in obſequium *Aſera* detinebat (7). Manaſſes altaria *Baal* exciravit, conſecravitque *Aſera* (8), ſive lucos Lunæ ſacros. Joſias projici e Templo juſſit (9) quidquid *Baal Aſera*, & *Militiæ Cœli* in uius ſacros ſervierat.

Quemadmodum Baal ſepta erant ſub dio poſita, & Templa in editis locis (10): ita etiam Lunæ vel Aſtaroth ſimulacra poſita erant in *Aſerim*, ſive in lucis denſis foliis umbroſis. Erant autem indiſſociabili fœdere juncta Numina; hærebant enim luci Lunæ dicati Templi Solis; & cum Aſtaria Baal victimis etiam humanis fumabant; interim Aſtarti lætabatur panibus, liquoribus & aromatibus (11); ejuſque poriſſimum Religionem conſtituebat effrænis quædam licentia in tentoriis ad eam rem erectis, ſive in ſpeluncis ibidem excitis: *Filii colligunt ligna*, ait Jerem. 7. 18. *& Patres fuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, ut faciant placentas Reginæ Cœli*: Durum etiam viſeem ſuam dolent Judæi apud eundem Prophetam cap. 44. 17. &c. quam ne tunc ſubire coacti ſunt, ex quo libationes Reginæ Cœli ceſſarunt. Menſæ pariter in tectis domorum inſtruebantur, ante fores, in veſtibulis, in triviis, ubi ſingulis Noemeniis Lunæ dapes apponebantur. Hoc convivii genus Hecatis convivium Græci appellabant (12).

Veniam facile dabunt lectores, ſi licentiam ſuperſtitioſam in lucis Aſtartes deſcribere præterimus. Sanctus Hieronymus reddit quandoque Priapum nomen Hebræum *Aſera* (13); eo nomine impudicas illas ſuperſtitiones ſuggillans. Operæ pretium eſt animadvertiſſe, Baal & Aſtartem ita fœderata fuiſſe Numina, ut nomina ſæpe confuderint. Idolum a Gedeone dejectum, Aiere ſacrum fuiſſe ipſis Textus verbis diſerte exprimitur (14); quoties vero lucus Baal ibidem appellatur. Apud Septuaginta fœminino articulo deſignatur, idem, quod nos hac ætate, infinuans. Interdum Baal ſeu Apollo muliebri palla velatur, interdum Venus ſive Aſtarte armatum barbatumque Numen eſt (15). Simulacrum Templi Heliopolis mulier erat virili amictu (16). Dea Cœleſtis interdum Baltis vocitatur (*), ac ſi dicas, hera, Regina, uxor Baal. Itabal Rex Tyri, pater Jezabelis, a faetis erat Aſtartes juxta Menandrum Ephefinum apud Joſephum contra Appionem. Ejus Numinis cultum per totam ditionem Iſraelis Jezabel mire provexit.

Sunt qui Junonem & Aſtartem unum idemque arbitrentur: *Juno ſine dubitatione a Pœnis Aſtarte vocatur*, ait S. Auguſtinus queſt. 16. in Judic. Plerique tamen uſurpant pro Luna (17), Venere Cœleſti, Dea Cœleſti Pœnorum, quam ipſiſſimam fuiſſe Lunam Herodianus autumavit (18). Numen illud in lueis colebatur, ut præcipuum eſſet Religionis in ipſum indicium, ſi quis impreſſa in carne arboris ſtigmata geſtaret, quemadmodum ſtigma hederæ Bacchi cultores inducebant. His ſtigmatibus inuſti *Dendrophori* (19) nempe arborum portitores appellabantur; quæ ſatis quadrant nomini *Aſera*, arbores ſive lucos deſignanti, Aſtarte in Scriptura tributo.

Theologis Phœnicieiis ea ſtabat ſententia, ut Aſtarte Venus eſſet Syria: *Venus Syriu Tyroque concepta, quæ Aſtarte vocatur, quam Adonidi nuptiſſe tradunt*, ait Cicero de Natura Deorum lib. 3. Nec aliud facile erat Numen a Dea Syria, quam Dea Atergatide, Alilat Arabum, & Iſide Ægyptiorum; quibus variis nominibus Luna exprimebatur: *quam Cœleſtem Aſri, Mitram Perſæ, plerique Venerem colunt, pro diverſitate nominis, non Numinis varietate*, ait S. Ambroſius Ep. 31.

Quærdam modo de figura Aſtartes, quam Porphyrius capite bovino una & cornuto ſuper induram, tamquam Regium inſigne, cornua Lunæ exhibens, deſcribit; quo pariter capiris ornamento decorata Iſis Dea Ægyptia apud Herodotum. Simulacrum Veneris Architidis in Libano cultæ (quam ipſam credimus Venerem Aphec, ſive Aphacitidem apud Eutebium de Vita Conſtant. lib. 3. cap. 55.) deſcribens Macrobius Saturnal. lib. 1. cap. 21. velatam fœminam, vultu ſiniſtræ manui ſub velo inеumbente, ore mœſto triſtique, qualem decebat Deam mœrentes lethali conſoſſum Adonidem ſuum lugentem, exhibet; lacrymas etiam ſtillaſſe pluribus viſum eſt.

Nummi quidam Tyrii (20), in honorem Demetrii II. Regis Syriæ cúſi, Aſtartem ſive Tyriam Venerem præſeferunt, palla velatam, quam veſtem pallium excipit ſuper lævum brachium reductum: manus læva in ſpeciem imperantis protecta; dextro vero bacillum tenet, & diſſertione in crucis figuram. Ultro hic præterimus, quæ in Diſſertatione de Numinibus Phœnicum de *Atergate* ſive Derceto, cum Venere Tyria confundenda, commentati ſumus. De Templo *Atergatis* in urbe Aſtaroth Carnaim 1. Maccab. 12. 26. mentio occurrit. Nec ita reputandum eſt, ut ejus ſimulacrum certum ubique eſſet & uniforme, ſed varium in variis urbibus, & regionibus: alii enim aliam ex ejus dotibus exprimebant. Interdum plura ſimul in unicum ſimulacrum conferebantur.

ADONIS VIR ASTARTES.

ADonis Conjux Aſtartes in Saera Scriptura modo *Idolum Baal* (21), modo *Thammuz*, *Baalphegor*, *Mortuus* appellatur: qua de re videſis noſtram Diſſertationem in Chamos, ſive Beelphegor. Suſpicamur autem, conſecrata Aſtarti *Mibbleroth* de quibus ſæpe in Libris Regum, obſcœnas quaſdam expreſſiſſe figuras, ſimiles Priapeis, & Dionyſiaeis; quas publicis ſuppliеationibus Ægyptiæ fœminæ circumgeſtabant (22). Cum ſuis collecta Ofiri-

(1) *Ovid. Faſtor. lib. 4. Sapa Paleſtinus jurat adeſſe Deos.* (2) *Deuter. 7. 13.* (3) *Jerem. 7. 18. & 44. 17. 18.* (4) *2. Paral. 15. 16. & 17. 6.* (5) *Judic. 2. 13.* (6) *Judic. 3. 7.* (7) *4. Reg. 18. 19.* (8) *4. Reg. 21. 3.* (9) *4. Reg. 23. 4.* (10) *Iſai. 17. 8. & 27. 9. Vide ſupra.* (11) *Vide Iſai. 65. 11. Qui ponitis fortunæ menſam, & libatis ſuper eam. Habr. Qui ponitis Meni menſam.* Meni eſt Luna. (12) De hoc fuſius in commeut. ad Iſaiam & Jeremiam. (13) *3. Reg. 15. 13. No olet Princeps in ſacris Priapi; & 2. Paral. 15. 16. Eo quod feciſſet in lucu Simulacrum Priapi.* Hebræus utrobique habet *Aſera*.

(14) *Judic. 6. 25. Deſtrue aram Baal, quæ eſt Patris tui, & nemus quod circa eam eſt. Habr. & Aſeram, quæ ſuper eam eſt, ſuccide.* (15) *Macrob. Saturn. lib. 3. cap. 8. Signum Veneris eſt Cypri barbatum corpore, ſed veſte muliebri, cum ſcepiro ac ſtatura virili, ac putant eandem marem ac fœminam eſſe.* (16) *Plin. libro 5. capite 23.* (*) *Sanchon. ſeu Porphyr. apud Euſeb. Præparat. lib. 1. cap. ult.* (17) *Lucian. de Dea Syr.* (18) *Lib. 5.* (19) *Vide Thoſaur. Henrici Steph.* (20) *Vaillant. hiſt: Reg. Syr. pag. 270. 273.* (21) *Ezech. 8. 3. 5. Idolum zeli.* (22) *Vide Herod. lib. 2. cap 48. 49.*

dis viri sui membra in Templo sepulturæ mandasset, ex illis nullas portiones majori dignas honore, quam illas, quas pudor occultandas jubebat, censuit. Eas igitur in Templis omnibus collocatas, sacrificiis, simulque institutis solemniis, & ceremoniis coluit (*). Exinde Græcorum mos cœpit, indigna plurima in mysteriis & in festis Bacchi exhibendi.

Bacchus vel Dionysius, Priapus, Osiris, Adonis, vana hæc nomina unum eumdemque Deum reddunt [1]. Simulacra publice per urbes agrosque circumferebantur, & initiationes quædam in solemnibus supplicationibus deferri consueverant [2]. Hæc *Miphlezeth*, quæ fœpius Hebræi in lucis consecrabant, in lucis, inquam, non ferenda licentia infamibus, quod fæpe Hebræis exprobrat Sacra Scriptura.

Sunt qui Hebræum *Miphlezeth* reddant territacula; solebant enim simulacra Priapi in agris hortisque collocari, abigendis fpectri terrore pueris, & avibus [3]. S. Hieronymus ea prefuisse inductus nomine illo exprimi figuras quasdam infames, reddit Priapum; quod noftræ fententiæ quadrat.

Horiorum Deus apud Prophanos Adonis conftitutus eft; & apud Veteres mentio occurrit de vafis floriferis quibufdam falaciffimo Numini a fœminis oblatis, quæ illæ vafa hortos Adonidis appellabant [4]. Scholiaftes Theocriti tradit, conftuevifle in his feftis hordeum, & frumentum in atriis feri; natum inde germen hortos Adonidos appellari. In Sacra Scriptura leguntur quandoque horti Diis conferati, quo nomine fignificari hortos Adonidis ne dubitamus quidem. Iſaiæ 1. 29. *Confundentur ab Idolis, quibus ſacrificaverunt; & erubeſcetis ſuper hortis, quos elegeratis.* Et cap. 65. 3. *Populus ad irritandum provocat me, qui immolant in hortis, & ſacrificant ſuper lateres.* Et cap. 66. 17. *Qui ſanctificabantur, & mundos ſe putabant in hortis poſt januam;* Adonis in hortis colebatur, luna ſuper tecta domorum, Trivia, alterum lunæ nomen, poſt januam, erat enim janua lunæ ſacra. In Iſaiæ textu jam laudato appellatur *Achar* ſive *Hecatheus* & alibi [5] idem Propheta poſt januam poſitum Idolum a Judæis narrat.

Menſas etiam in triviis *Mani* [6] ponebant, adjectis libationibus; qui fane mos apud Græcos obtinebat, quibus non ignotus ritus conſecrandi menſas *Hecati* ſingulis menſibus ineuntibus, ominis captandi gratia [7]. *Portarum aras* evertiſſe Joſiam [8], in Libris Regum legimus; quas aras poſitas in introitu oſtii Joſuæ Principis Civitatis, ibidem exprimitur. Suus etiam cultus Apollini portarum Præſidi. Equos & currus ante fores Templi Domini, Soli conſecratos, (facile munus Regum Joſiæ deceſſorum) quas idem Joſias ſubvertit [9], Apollini portarum præſidi addictos facile credimus.

Tales erant Dii Phœnicum, de quibus in Libris Regum & Prophetarum, iiſque fere ceremoniis delectabantur: quæ in unum collecta locum omnia, & Authorum veterum parallelis illuſtrata non inviti Lectores patientur. Ezechiel [10], & Author Libri Sapientiæ culta [11] partier a Judæis infinuat viliſſima quæque animalia, ut muſcas & piſces, in Hebræo *Beelſebub* & *Dagon*; de quibus fuſius in Diſſertatione de Numinibus Philiſthæorum ad Libros Regum.

HISTORIA

GENTIUM JUDÆIS FINITIMARUM, illuſtrandis Vaticiniis ad eas ſpectantibus.

NON intra limites tantum ditionis Juda & Iſrael Prophetæ Domini ſeſe continent, ſed ad finitimas Judæorum gentes quandoque Vaticiniis ſuis excurrunt; ſive oblique tantum, cum feilicet res Judæorum cum hiſtoria ejuſdem gentis implicarentur; vel directe, ſi forte iſtum cum populo Dei fœdus, vel ſuſcepta in illos expeditio minas ſive inſtructiones a Prophetis expoſcerent.

Sicut igitur in fronte Majorum Prophetarum hiſtoriæ conſpectum dedimus maximorum Orientis Imperiorum, quantum ad res Hebræorum ſpectarent, perfuaſi fruſtra ſenſum Prophetarum explorari, niſi prius idea quædam illorum concipereretur; ita plane novam aliquam hic, neceſſariam tamen ad minorum Prophetarum interpretationem hiſtoriam Philiſthæorum, Phœnicum, Idumæorum, Ammonitarum, Moabitarum, Syrorum, quantum tamen rara monumenta illius hiſtoriæ hodie extantia permittunt, deſcribendam aggredimur.

Totum autem Opus dueemus non ex Authorum tantum Prophanorum teſtimonio, apud quos rara de his gentibus, ſed etiam ex hiſtoria Sacra & Prophetis, apud quos plura. Quod autem hiſtoriæ deerit ſive de rerum varietate ſive exactiore rerum deſcriptione, illud abunde ſupplebitur ex certa rerum, quas trademus, fide, utpote ex certis fontibus derivata.

Spectabunt in ea hiſtoria Lectores magnas rerum vices, quamquam parum exacte in veteri hiſtoria, qualis noſtra ætate ſupereſt, expreſſas; integras gentes edomitas prius, ac deinde cervicem excuſſo jugo erigentes; captivas in regionem extraneam deductas, ac deinde poſt plurium annorum ſervitutem liberas poſtliminii jure propria repetentes; Regna olim florentiſſima poſtea deſerta adeo & deleta, ut ne veſtigium quidem, nec antiquitatis monumentum illorum appareat. Hæc vero omnia pluribus ante ſæculis Prophetarum Domini Oraculo prænunciata, quorum Oraculorum fides (utpote quæ cum vaticiniis Meſſiæ implicita eſſent) rerum futurarum oraculis certam fidem adſtruit, eertumque & inconcuſſum, pro noſtra Religione efficit argumentum.

(*) *Manetho Ægyptius apud Euſebium Præp. lib. 2. cap. 1. Vide & Diod. Sicul.* (1) *Auſon. Oggia me Bacchum canit, Oſirin Ægyptus vocat, Arabica gens Adonem.* (2) *Vide Plutar. l. 2. de cupiditate opum. Theodor. l. 3. &c.* (3) *Columel. l. 10. Arboris antiqua numen venerare Priapi Terribilis membri, medio qui ſemper in horto Inguinibus pueros, prædoni falces minatur.* (4) *Vide Plutar. l. Cur divina vindicta in malos animadvertere differat. Vide, ſi lubet, Scholiaſt. Theocrit. & Theocritum ipſum Idyll. Adonid.* (5) *Iſai. 57. 8. Poſt oſtium vero limen, poſuiſti memoriale tuum.*

(6) *Iſai. 66. 11. Qui ponitis fortunæ menſam, & libatis ſuper eam.* (7) *Fuſius hæc omnia in Comment. ſuper Iſai. profequuti ſumus.* (8) 4. *Reg.* 23. 8. *Et deſtruxit aras portarum in introitu oſtii Joſue Principis Civitatis.* (9) *Ibid. verſ.* 11. *Abſtulit quoque equos, quos dederunt Reges Juda Soli in introitu Templi Domini. Currus autem Solis combuſſit igni.*

(10) *Ezech.* 8. 10. *Et ingreſſus vidi, & ecce omnium ſimilitudo reptilium & animalium abominatio, & univerſa Idola domus Iſrael,* (11) *Sapientia* 12. 8. 23. 27.

In ipſo vero hiſtoriæ noſtræ limine opèræ pretium eſt animadvertere, Reges Ninive & Babylonis, alio nomine Aſſyriæ & Chaldææ, aliud belladi genus, quam quod apud nos, obſervaſſe. Terrorem & deſolationem qua late patebat hoſtium ditio, inferebant; tranſlatoſque devictæ regionis incolas, in alias terras veluti colonias deducebant. Ita factum a Theglathphalaſſare, Salmanaſſare, Nabuchodonoſore cum gentibus, de quibus in præſentia, novimus. Aliam bella gerendi rationem Cyrus ſequutus eſt; moderate enim & benigne devictas gentes habuit, ut in Scriptura Principis modeſti, juſti, æquiſſimi elogium mereatur [*]. Quin & propria repetere fere omnes eas gentes permiſit, quas deceſſores ſui in Tranſeuphratem traduxerant. Regreſſum Hebræorum in proprias regiones diſertiſſime in Sacris Libris legimus; ſed & eodem privilegio alias etiam gentes donatas fuiſſe infra dicemus.

ARTICULUS I.

De Philiſthæis.

PHiliſthæa gens erat aliunde in Chananitidem deducta. Ex Inſula Caphtor accivit Scriptura [1]; quo nomine deſignatam credimus Cretam in Mediterraneo [2]. Ezechiel 25. 16. & Sophonias 2. 4. *Cretim* ſive *Cretenſes* appellat. Inde digreſſi, pulſis Hevæis coactiſque in ulteriora Arabiæ ſeſe recipere, eorum regionem occuparunt [3]. Valida erat fortiſque natio in Paleſtina Abrahami ætate, munitiſſimis Urbibus & Regibus ſuis potens [4,5] unde facilis conjectura, jam inde a multis ſæculis in eamdem regionem tranſmigraſſe.

Inter populos anathemati devotos a Domino, & quorum ipſe regionem Judæis permiſit, Philiſthæorum nomen nuſpiam legimus; erat enim gens a maledicta Chananæitarum progenie aliena. Non ſecus tamen ac gentes aliæ, juſſus a Domino Joſue illos aggreſſus eſt [5], quod ſcilicet conceſſam Hebræis regionem occuparant; criminumque ac ſcelerum meritо eamdem in ſuum caput ultionem provocaverant, quam Amorrhæi & Chananæi (6). Verum non multum illis incommodi arma Joſuæ intuliſſe, vel ſi multum, brevi propria recepiſſe Philiſthæos ex eo intelligimus, quod ſub Judicibus, & Regnum ineunte Davide, Regibus etiam parebat Natio, totamque ditionem in quinque Satrapias veluti totidem provinciæ & modica Regna diſtinguebat.

In Judeiſmus legimus, 600. Philiſthæos (7) Samgar ſtricto vomere occidiſſe. Aliquibus poſt annis Philiſthæi & Ammonitæ junctis ſimul armis Iſraelitas oppreſſerunt (8). Ammonirarum tyrannidi in ordinem redigendæ Jephte a Domino excitatus eſt (9); in Philiſthæos vero Samſon arma tractavit (10). Ab eo viro, dum viveret, in officio detenti, ejus etiam morte iniquiſſima tolerarunt; eodem enim cum illo fato occiſi ſunt viri quicumque ejuſdem gentis ampliſſimi. Nequidquam tamen, nam Heli ſummo Sacerdote, ſub Judice Samuele, & ineunte Saule, plura Judæis mala intulerunt. Sub Heli ingenti victoria fuſis Hebræis, Arca Domini inter captivorum ſpolia potiti ſunt (11). Verum ſub Samuele Iſraelitæ implorata a Deo criminum ſuorum venia, juſſu ejuſdem Prophetæ in Philiſthæos moventes, ejus precibus illuſtrem victoriam reportarunt (12).

Quieta deinde omnia uſque ad Saulem ineuntem. Ille pluribus victoriis fractos Philiſthæos numquam tamen continere adeo valuit, qui identidem regioni Hebræorum ſeſe ſuperfunderent. Inter eas victorias jure meritoque celebratur illa; cum David Gigantem Goliath obtruncavit (13). Ex eo tempore ab armis in Iſraelitas inferendis abſtinuerunt; quamquam non ita manſit quieta gens Judæis infeſtiſſima, ut ab hoſtilibus omnibus ceſſaret. Tandem Saul armorum Philiſthæorum pondere oppreſſus, ipſe cum filio ſuo in prælio ad Gelboe necatus, illuſtriorem illis victoriam effecit (14).

David ſtatim ab inito Regno nec quietam provinciam reddere, nec Philiſthæos ad ſubeundum jugum ſolvendumque tributum (15), niſi poſt plura bella & victorias cogere potuit. Semel igitur ſubjecti, in fide manſerunt ſub Salomone cæteriſque poſt illum Regibus Juda, uſque ad Joram filium Joſaphat. Rex ille (*) capere in Philiſthæos arma, five quod ab ipſo primum five a Joſaphat patre ſuo rebellaſſent, coactus eſt; illud enim conſtat, Philiſthæos auxiliares copias duxiſſe. Ammonitis, Moabitis cæteriſque fœderatis gentibus in prælio adverſus Joſaphat, de quo Pſalmus 82, & 2. Par. 20. 1. 2. 22.

Iretum cervicem erexerunt ſub Ozia Rege Juda, a quo ſub jugum redacti, in fide eo rorum potiente manſerunt (16). Proſtratis rebus Juda ſub Achaz, Philiſthæi ad cumulum malorum acceſſerunt, regionem fœdiſſime exeurrentes (17); ſed Ezechiæ ejus filii armis iterum ad officium redierc (18). Sub Manaſſe, quantum conjicimus, cerviceм denuo erexerunt, atque labentibus Regum Juda annis, Philiſthæos alieno Imperio neglecto, ſuo arbitrio regi volviſſe ſatis intelligimus. Neque Hebræorum jugum detrectaſſe tantum vifi ſunt, ſed etiam Chaldæorum Orientis Imperium tenentium recuſarunt.

Plurima illis mala denunciant Prophetæ Iſaias (19), Amos (20), Sophonias (21), Jeremias (22) & Ezechiel (23), quod ſcilicet iram in ſe Dei provocaſſent, horrenda plurima in populos Juda, dum proſtratæ eſſent illorum res, exereentes. Eam pariter crudelitatis acceſſionem fecerant, ut ductos ex Juda captivos Idumæis infeſtiſſimis populi Dei hoſtibus vendidiſſent.

Sub ea tempora Pſammetichus Rex Ægypti in illos arma movens, Azotum poſt longam 29. annorum obſidionem cepit (24). Nechao, qui poſt illum regnavit, ab expeditione Carchemiſiæ redux, jure armorum ſubegiſſe gentem fertur. Sargon five Aſſaradon Rex Aſſyriæ, iterum armis Thartan Dueis fui (25) Azotum expugnavit. Poſt captam Jeruſalem, Nabuchodonoſor perſeverante Tyri obſidione, quæ tredecim annis duravit, facta copiarum diviſione, Philiſthæos cum aliis finitimis gentibus ditioni ſuæ adjecit. Non obſeure in Scriptura (26) eorum captivitas ſub Chaldæis, reſtitutaque ſub Cyro libertas legitur. Ita eadem fere vices ac Judæi populus ſubivit. Poſt everſum Imperium Chaldæorum Philiſthæi, ſicut & Judæa univerſa, in fide Regum Perſarum, ad quos Imperium Babyloniorum tranſlatum, manſerunt. Alexander Magnus gentem ſubegit, & Urbem Gazam ſolam inter ceteras ejus gentis ſibi reſiſtere auſam everrit (27). Eo defuncto diviſoque ipſius Imperio inter Principes, Paleſtina modo in partem Regum Ægypti, modo Syriæ, pro ſorte belli ceſſit; victoris enim prædam Philiſthæi, ſicut etiam Judæi, ſemper auxerunt. Poſt perſequutionem ab Antiocho Epiphane in Judæos motam, cum Aſmonæi ſive Maccabæi, occaſione diviſionis rerumque Syriæ & Ægypti affectarum captata, arma cœpiſſent, regionem Philiſthæorum aggreſſi ſunt, quorum varias fingillatim Urbes ab illis evulſas ſuę ditioni adjecerunt. Tryphon junioris Antiochi tutor & Regni Syrię adminiſtrator,

(*) *Iſai.* 40. 2. 10. (1) *Gen.* 10. 14. *Jerem.* 47. 4. *Amos* 9. 4. (2) *Vide Noſſ. Diſſer. de Origine Philiſthæorum ad Lib. Regg.* (3) *Deut.* 2. 23. (4) *Gen.* 20. 18. (5) *Joſue* 13. 2. 3. (6) *Sap.* 12. 3. 4. 22. 23. 24. (7) *Judic.* 3. 31. (8) *Judic.* 10. 6. 7. (9) *Judic.* 11. 12. (10) *Judic.* 14. 1. (11) 1. *Reg.* 4. & 5. (12) 1. *Reg.* 7. 3. (13) 1. *Reg.* 17. (14) 1. *Reg.* 28. & 29. & 30. & 31. (15) 2. *Reg.* 5. 7. & 8. 1. &c.

(*) 2. *Par.* 21. 16. & 1. *Par.* 20. 1. 16. (16) 2. *Par.* 26. 6. 7. (17) 2. *Par.* 28. 18. (18) 4. *Reg.* 18. 8. (19) *Iſai.* 14. 28. (20) *Amos.* 1. 6. 7. 8. (21) *Sophon.* 2. 4. 5. (22) *Jerem.* 47. 1. (23) *Ezechiel.* 25. 15. (24) *Herodot. l.* 2. c. 157. (25) *Iſai.* 20. 1. (26) *Iſai.* 12. 14. 15. 16. & 25. 11. &c. & 27. & 50. 16. (27) *Arrian. lib.* 2. *de expedit. Alexan. Strab. Geograph. lib.* 16.

Jonatham Asmonæum præfectura totius oræ mediterraneæ a Tyro adusque Ægyptum, adeoque & totius Phœniciæ ac regionis Philisthæorum donavit [1]. Ab eo tempore maxima Philisthæorum portio Judæorum ditioni adjuncta est, usque ad Jerosolymæ everſionem [2]: ut post restitutum Judæorum Regnum per Machabæos, nusquam de Philisthæis tamquam de gente, quæ sui juris fuerit, legatur; semper enim cum Phœnicibus & Syris tamquam in unum corpus coalescentes conſuſi sunt. Ita fua fides manſit Prophetarum Oraculis, quibus evertendi tandem Philisthæi prænunciabantur.

ARTICULUS II.

De Phœnicibus.

OMnium Chananææ gentium celebratiſſimi Phœnices authorem habuerunt Sidonem, Urbis eognominis conditorem, & inter filios Chanaan natu maximum [3]. Apud Veteres non raro eum Philisthæis confuſi, præſertim quod obtinent intra montem Libanum ad ſeptentrionem, Gazam five lacum Sirbonem, aut montem Caſium ad meridiem. Exactius tamen utriſque populis a ſacris Authoribus diſtinctis, Phœniciæ is tantum regionis tractus aſſignatur, qui ultra Carmelum monrem & torrentem Ciſon ad meridiem non porrigitur; reliquum ab eo monte ad ſeptentrionem, & utique Gazam ad meridiem; ad Philisthæos ſpectabat.

Quamquam inter gentes diris a Domino addictas Phœnices enſerentur; a Joſue tamen bello peritos nuſquam legimus. In ſuæ enim regionis anguſtiſſimis lateribus ſe te continentes, mercaturæ toti vacabant; omnem interim adjacentem poſt terga regionem colendam fruendamque Hebræis relinquentes. Sub Judicibus [4] Iſraelitas oppreſſerunt; & ineunte Samuele [5] fœdus cum Philiſthæis adverſus populum Domini junxerunt; ſed prælio victis Philisthæis, nihil inde per Phœnices novatum eſt. Hiram Rex Tyri amicitiam Davidis [6], & Salomonis [7] coluit, non officio tantum, ſed miſſis etiam ad utrumque Regem ſtruc lignorum & opificibus, ut ædificio Regiarum Ædium & Templi Domini ſerviret.

Nuptiis Salomonis cum filia Regis Ægypti ſibas Tyri cum muneribus adfuiſſe legimus Pial. 44. 13. Summam intereſſiſſe neceſſitudinem inter Hiram Regem Tyri & Salomonem, mutuoque ſe propoſitis enigmatibus pro more eorum temporum amice provoeſſe, ex ipſis Phœnicum Annalibus intelligimus [8]. Ammonitæ, & Moabitæ in Jolaphat Regem Juda deſciſcentes [*], auxiliares Tyriorum copias ſub ſignis habuerunt: ſed eo ſimul tempore Achab Rex Iſrael adeo familiariter Tyriis utebatur, ut Jezabelem filiam Regis Sidonis [9] duxerit, a qua Baal eeterorumque Phœniciorum Numinum cultus in Iſraelem invectus eſt.

Aliud etiam in Annalibus Tyriorum [10] legimus, fruſtra in Scriptura, repetendum. Salmanaſar Rex Aſſyriæ, qui poſtremos Reges decem Tribuum tandiu bello aſſixit, tlonec capta Samaria populoque in Tranſeuphrathæam translato, Regnum everterit; Salmanaſar, inquam, bellum intulit Eluleo five Eliſeo Regi Tyri. Occaſionem nactus eſt, quod Princeps ille comparata claſſe in Gitthæos, qui jugum exculerant, navigaverat [*]; eo enim abſente Aſſyrius Regionem depopulatus eſt; ſed tandem rebus compoſitis, exercitum reduxit.

Poſt aliquod temporis Urbes Sidon & Aee, quæ deinde Ptolemais dicta eſt, ac vetus Tyrus, una cum aliis pluribus Phœniciæ a Tyriis deſciſcentes ad Aſſyrios tranſierunt; quare ſtatim Salmanaſar in Phœniciam ſe conferens, ſubigendis Tyriis Urbibuique in fidem continendis venit. Nec tegnes qui ejus partes lequebantur Phœnicii; namque comparata claſſe 60. navium Salmanaſari acceſſerunt. Tyrii viciſſim pro virili ad pugnam ſeſe comparantes, claſſem in hoſtes 12. tantum navium duxerunt; commiſſoque navali prælio, pauci in multos prævalentes adverſarios fugarunt diſſiparuntque, 500. ex illis captis. Spe ſua fruſtratus Salmanaſar, in Aſſyriam ſe recepit, relicta parte copiarum in litore e regione Inſulæ, cui Tyrus inſidebat; ratus penuria aquarum laborantes eives (aquis enim eaerebat Inſula, niſi e continenti comportarentur) tandem deditionem facturos. Laxior iſta obſidio quinquennio duravit: ferendæque fiti Tyrii coacti ſunt puteos in viva ſilice exicindere.

Quem exitum expeditio habuerit, incertum; felicem Tyriis inde deducimus, quod ineunte Regnum Sedecia Rege Juda, Tyriorum Legati Jeruſalem venerunt, conſulturi cum illo exteriique finitimis Regibus de bello Nabuchodonoſoris, inquitra in illos moliti, ſuſtinendo. Deſciſcentis a Chaldæis Sedeciæ in partem conſilii venerunt [11]: ſed totam belli Chaldaici molem in illum reliquerunt. Quin & inſultaſſe afflictis Judæis poſt captam Jeroſolymam, Prophetæ Joel 3. 4. 5. & Ezechiel 26. 2. iiſdem populis exprobrarunt.

Neque perfidus populus five divinam ultionem ſive furorem Nabuchodonoſoris his attribus effugit. Gnarus enim Nabuchodonoſor qui ſecreto Tyri cum Sedecia conſpiraſſent, poſt confectam Judaicam expeditionem, Tyriam ſuſcepit. Erat Tyrus tunc temporis Urbs totius Orientis inſtructiſſima ſimul & florentiſſima, opibus referta, atque omnium etiam remotiſſimarum Provinciarum Emporium. Omnes populos eo ad nundinas venientes mercesque ſive comportantes ſive ementes Ezechiel ſuſe dinumerat. Ithobal, penes quem ſumma rerum poteſtas (12), Rex erat diriſſimus & omnium facile Principum magnificentiam ſuperans; tamquam Numen in medio Urbis & commercii ſui ſuſpiciebatur. Mercatores vero Tyrios veluti totidem Principes dixiſſes (13).

Nabuchodonoſor itaque exercitu Tyrum adducta Urbem corona cinxit, ubi & 13. annorum patientia ſubſtitit (14); plura enim ineommoda ſubeunda erant; ut ad Urbis in medio maris conſtitutæ mœnia exercitus ſuccederet. S. Hieronymus tradit in Ezechielem; & ipſe tandem Ezechiel cap. 29. 18. inſinuat, Tyrios, cum in poteſtatem Chaldæorum venturos ſe tandem intelligerent, navibus preciuſſimis quibuſque oneratis, alio transfugiſſe. *Ait Dominus ad me: Fili hominis, Nabuchodonoſor rex Babylonis ſervire fecit exercitum ſuum ſervitute magna adverſus Tyrum: omne caput decalvatum, & omnis humerus depilatus eſt, & merces non eſt reddita ei, neque exercitui ejus de Tyro, pro ſervitute, qua ſervivit mihi adverſus eam. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego dabo Nabuchodonoſor Regem Babylonis in terra Ægypti; & accipiet multitudinem ejus, & deprædabitur manubias ejus, & diripiet ſpolia ejus, & erit merces exercitui illius, & operi, quo ſervivit adverſus eam; dedi ei terram Ægypti, pro eo quod laboraverit mihi, ait Dominus Deus.*

Amorum Nabuchodonoſoris in Phœnices movendorum in cauſa fuiſſe defectionem Satrapæ cujuſdam, præſectura ejus Provineiæ a Rege donati, Beroſus eſt author (15). Nec aliam infinuare videtur Jeremias capit. 28, 3. &c. narrans, cum miſſi a Rege Tyri

Ii 2 Lega-

(1) 1. *Macch.* 11. 59. (2) *Vide* 1. *Macch.* 5. 65. 68. & 11. 61. & 13. 43. 44. *Joſeph. Antiq.* l. 13. c. 21. (3) *Gen.* 10. 15. (4) *Judic.* 10. 11. (5) *Eccli.* 46. 21. (6) 2. *Reg.* 5. 11. (7) 3. *Reg.* 5. 1. (8) *Joſeph. contra Appion.* (*) 2. *Par.* 20. 1. 2. 3. (9) 3. *Reg.* 16. 31. (10) *Menander Annal. Tyr. apud Joſeph. Antiq. l.* 9. *c.* 14. (*) Uſſerius autumat Gitthæos ipſos eſſe cives Geth urbis Philisthæorum. Sed quid opus fuiſſet claſſe redigendæ in fidem urbi non maritimæ? Melius Scaliger Cyprios arbitratur. (11) *Jerem.* 25. 22. & 27. 3. (12) *Philoſtrat. apud Joſeph. Antiquit. lib.* 10. *cap.* 11. & *contra Appion. lib.* 1. *pag.* 1046. (13) *Vide Ezech.* 26. & 27. & 28. (14) *Philoſtrat. loc. cit.* (15) *Bereſ. lib.* 3. *Rerum Chald. apud Joſeph. Antiquit. lib.* 10. *cap.* 11.

Legati ad Sedeciam, ineundo cum illo fœderi, venissent, Deum Prophetæ injunxisse, ut singulos Legatos (plures enim a pluribus Principibus missi adessent) singulis jugis donaret, & simul adderet, jugum ferre illos dominationis Chaldæorum: quod si recusent, sciant reducendos in captivitatem & servitutem. Regi vero Tyri & Sidonis [2] propinavit calicem iræ Domini, ex quo ad bibendum usque potare cogebat. Quem igitur Berosus Satrapam appellat, Jeremias, pro solemni Judæorum more, Regem nominat.

Narrat igitur Berosus, Satrapam illum Præfectura Phœniciæ, Ægypti, & Syriæ potientem, eum a fide defeciſſet, exercitum in ſe Chaldæorum a Nabopolaſſare Rege miſſum & a Nabuchodonoſore ejus filio ductum ſuſtinuiſſe. Commiſſo prælio Satrapa in ordinem redactus, Provinciæ a fide abductæ ſub jugum miſſæ. Inter hæc Nabopolaſſar diem claudens, Regnum filio reliquit, qui rebus per Phœniciam & Ægyptum compoſitis, ſtatim ſe Babylonem contulit, amicis mandato oneratis, ut captivos Judæos, Syrios, Phœnices, & Ægyptios in Babyloniam, una cum vidore exercitu reduxerent. Non abſimile vero judicamus, Satrapam illum, ſive Regem adhuc in nova Tyro rerum potitum; niſi ſi forte bellum ab Authore deſcriptum idem fuerit ac illud in Regem Tyri inſertum, de quo Ezechiel.

Extra controverſiam poſitum eſt, Nabuchodonoſorem jam Chaldææ Regno potientem arma & in Sediciam, & in Tyrum movilſe. Vaticinatus Isaias Isaias cap. 23. 15. &c. Tyrum longa obſidione 70. annorum detinendam, mox reſtituendam. Hujus tamen oraculum ita ſemper intelligendum ceneo, ut everſionem veteris Tyri in continenti poſitæ, eregione novæ Tyri in Inſula conſtitutæ deſignet; Tyro enim novæ ſuos Reges etiam poſt expeditionem Nabuchodonoſoris manſiſſe, ex Annalibus Tyriis intelligimus [3].

Tyrus nova ſatis inſtructa erat Urbs, longe tamen minori, quam prius, gloria, cum Eidras & Nehemias Judæam repetierunt [3]. Zacharias tamquam Urbem potentiſſimam & validiorem ditioremque in dies exhiber cap. 9. 2. &c. *Ædificavit Tyrus munitionem ſuam, & congregavit argentum, quaſi humum, & aurum ut lutum platearum*; ſimul vero ultionem in illam Domini denuncians, terrendam, deſolandam, & in cinerem redigendam miniatur. Paria in illam vaticinia veteres Prophetæ ediderant [4]. Utraque Tyrus ſuam ealicis hujus Domini portionem exhauſit; namque alia vaticinia Salmanaſar & Nabuchodonoſor; alia vero Alexander Magnus impleviſt. Juſtinus l. 18, author eſt, Tyrios poſt ſuſtentatum diu bellum a Perſis illatum, viribus & copiis exhauſtos, rebellantium in ſe mancipiorum furorem expertos, a quibus trucidari cives; Strato vir e genere Regio elatus, novus Rex impoſitus fuit, Hujus hiſtoriæ certum tempus latet.

Antiocho Epiphane Judæos opprimente, Tyrios ſociatis eum exercitu hoſtibus Judaici nominis viribus, Iſraelitieam regionem inſeſtaſſe legimus i. Mac. 5. 15. & Joſephus con. Appio. l. 2. generatim obſervat, eas gentes peſſime ſemper in Judæos animatas, odii ſui argumenta plurima pro data occaſione exhibuiſſe. Sub Antiocho Rege Aſiæ, duodeviginti annis ab Alexandri obitu, novam ea Urbs obſidionem 15. menſium ſpatio toleravit [5]. Poſt Antiochum Epiphanem res Tyriorum nullam habuerunt eum Hebræis neceſſitudinem; quare ab illis abſtinemus, rati ſatis eſſe ad illuſtrandos Prophetas eam hiſtoriam huc uſque deduxiſſe.

Sidon urbs Tyro vetuſtior; cujus eſt apud Homerum mentio [6], apud quem nihil de Tyro. Condítorem habuit Sidonem, inter filios Chanaan natu maximum [7]; & Tribui Aſer, aſſignante Joſue cap. 19. 18, quamvis numquam ea potiti fuerint, in partes ceſſit. Tyrus, filia licet vel colonia Sidonis, multo quam illa longo temporis ſpatio glorioſior fuit; quod illa graviter ferre vifa, bellum in æmulam intuliit, Salmanaſare inſuper, cujus ſefe ditioni adjunxerat, in illam provocato. Proſtratam tandem vidit ſub Nabuchodonoſore, qua de re triumphum agenti ſatias exprobrat cap. 23. 4. *Erubeſce Sidon, ait enim mare, fortitudo maris dicens*: (nempe diviſtis). *Non parturivi, & non peperi, & non enutrivi juvenes, nec ad incrementum perduxi virgines*; ac ſi diceret: Populi, quorum nulla eſt cum Urbe neceſſitudo, ejus vices dolent; tu vero Sidon, mater & nutrix filiæ tuæ ærumnas ſicris oculis aſpicis.

Rex Sidonis una cum Tyriis, Ægyptiis, Moabitis, & Ammonitis legatos ſuos ad Sedeciam miſerat, ut ad ineundum ſecum fœdus in Nabuchodonoſorem Regem Chaldææ ſolliciterant [8]. Singulos illos Jeremias [9] jugo & catenæ, tum caſtee ira Domini donavit; quibus futura ſub Chaldæis captivitas illorum deſignaretur [10]. Poſt captam Tyrum, Sidon gravioribus conditionibus aſperum jugum Babylonize Regum ſubivit [11].

Apries, qui poſt Pſammim in Ægypto regnavit, (ipſiſſimus eſt Pharao Vaphræus Jeremiæ [12] referente Herodoto lib. 12. cap. 161. in Phœnices, Tyrios, & Sidonios bellum intulit, an ante obſeſſam a Nabuchodonoſore Tyrum ſubjectamque armis ejuſdem Principis Sidonem, incertum. Victis proſtratisque Judæis inſultaſſe Sidonios, Joel gravioribus verbis exprobrat cap. 3. 4. 5. exprobrat & Ezechiel cap. 28. 24. Nec Deus inſultantibus illis pepercit, jugum enim Chaldæorum prius oppreſſit, dein Perſarum; quamvis facte in illos Prophetarum minæ [13] non niſi poſt plurium ſeculorum ſucceſſionem ad litteram omnes impleverint.

Sub Artaxerxe Ocho Rege Perſarum, impotentem Satraparum Perſarum Præfecturam non ferentes Sidonii, ido clam cum Nectanebo Rege Ægypti fœdere, in apertam defectionem eruperunt [14]. Quare inſtructa ingenti claſſe, apprehenſum Præſidem ad ſupplicium fœde raptarunt; tum cæſis arboribus e Regiis hortis, congeſtum equorum e regionibus paſtum injecta flamma abſumpſerunt. Malo in ipſa ſua origine extinguendo, proximiores Syriæ & Ciliciæ Satrapæ æeurrerunt; ſed præſio victi a Tenne Rege Sidonis terga vertere cogitati ſunt. Tandem Artaxerxes ipſe cum 300000. peditibus & 30000. equitibus, inſtructa inſuper claſſe 300. navium, adjectis 500. onerariis, Sidonem mari terraque aggreſſurus venit.

Neque Sidonii ſive in legendis copiis, ſive ad ſe defendendos ſegniores fuerant; ſed proditione Regis Dueiſque ſui tradita Artaxerxi Urbe, factum eſt, ut Principis elementiam implorare cogerentur. Quare miſſi ad eam rem 500. Legati ſupplici habitu & olearum ramos in manibus tenentes, vix in conſpectum Regis venerant, cum juſſu illius a ſagittariis conſoſſi omnes perierunt.

Antequam Perſarum exercitus veniſſet, Sidonii ultro naves ſuas incenderant, omnem ſibi fugæ ſpem præripere volentes. Quare ad ultimas extremitates adducti, monſtruoſum ab extremæ deſperationis conſilium ecceperunt; namque in ædibus ſuis una cum ſœminis & liberis clauſi injecto volontario igne omnes perierunt. In eo incendio abſumpta ad 40000. hominum, qua ingenuorum, qua mancipiorum, ferunt. Ita ſua fides Prophetarum, vaticiniis ſtetit.

Erexit nihilo ſecius caput, languidum licet; cum enim Alexander Magnus expeditionem Phœniciæ ſuſcepiſſet, adhuc ſubſiſtebat; eitoque le Regi ſubmittentem Rex ipſe humaniter & benigne excepit. Succeſſione tamen plurium ſæculorum tandem factum eſt, ut poſt multas toleratas vices, tandem Tyrus & Sidon ad eum ſtatum, qualem jam inde a pluribus ſæculis ſcimus, redigerentur, nempe ſine nomine, ſine authoritate, virtibuque, propriis ruinis ſepultæ:

Dabo

(1) *Jerem.* 25. 22. (2) *Annal. Tyrior. apud Joſeph. l. 1. contra App.* 1046. (3) 1. *Eſd.* 3. 7. & 2. *Eſd.* 13. 16. (4) *Vide Iſa.* 23. *Jerem.* 27. 47. *Ezech.* 26. & 29. & 28. & 29. (5) *Diodor. Ann.* 2. *Olymp.* 116. (6) *Homer. Iliad.* 6. *ver.* 743. & 1. 23. *ver.* 289. *Odyſſ. l.* 4. *v.* 84. 1. 15. *v.* 114. (7) *Geneſ.* 10. 15. (8) *Jerem.* 27. (9) *Jerem.* 25. 22. (10) *Ezech.* 27. (11) *Ezech.* 28. 21 *Jerem.* 43. 4. (12) *Jerem.* 43. 4. (13) *Zach.* 9. 3. 4. *Ezech.* 26. (14) *Diodor. Sicul. ad ann.* 2. *Olymp.* 177.

Dabo te in lumen gentium: ut sis tu salus mea usque ad extremum terræ. Isai. 49. 6.

Ædificaberis ultra; quia ego loquutus sum, ait Dominus Deus. Ezech. 36. 36.

ARTICULUS III.

De Idumæis.

IDumæos genus ab Esau vel Edom fratre Jacob & filio Isaac ducere, tam notum est, quam quid aliud. Primæ gentis sedes in montibus Sehir, ad meridiem Maris mortui & Jordanis; deinde in subjecta Palæstinæ arva ad meridiem Maris mortui descendentes, locum intra ditionem Juda & Arabiam Petræam occuparunt. Duæ enim Idumæorum regiones distinguere opus est, ut varia Scripturæ loca concilientur (1).

Imperium populi primo Duces, sive Principes, dein Reges habuerunt, quorum longam jam successionem numerabant, ex quo primus Israelitarum Rex Saul post Samuelem constitutus est (2). Quæ olim similitates inter Esau & Jacob reum furto sublatæ benedictionis Isaac parentis, in posteros etiam magis magisque auctæ hæreditatis jure transierunt. Cum Hebræi iter habeant per desertum; ne precarium quidem transitum, pretio etiam pro commeatibus promisso, ab Idumæis impetrare potuerunt (3). Quare circumducere iter per regionem Moab & Madian, ut in Chanaanitidem tandem ingrederentur, coacti sunt (4): armis enim iter per Idumæam perrumpere a Deo prohibebantur.

Excurrentes ditionem Juda Idumæos Saul non oppressit quidem; sed in ordinem tantum redegit (*). David armis, incertum qua de causa, facile tamen quod Ammonitis in Davidem bellantibus faverint, subactos tributarios fecit (5). Ita sua fides varicinio Jacobæ: *Major serviet minori* (6).

Nec diu quieti manere Idumæi, sub exitu Regni Salomonis tes novas moliri aggressi; Adad enim e Regio Idumæorum sanguine, qui, vastata regione a Joab duce exercitus Davidis, in Ægyptum infans translatus fuerat, Adad, inquam, labente Regno Salomonis, in suam provinciam regressus Regem se salutari curavit (7). Quod ego præstitisse credo in Idumæa Orientali ad montes Galaad; ceteri enim Idumæi ad meridiem Palæstinæ in obliquio Regum Juda usque ad Joram filium Josaphat manserunt (8).

Joram armis illos reducere conatus est; frustra tamen. Amasias filius Joas Regis Juda æquiorem in illos fortunam expertus, prælio 10000. illorum cecidit, Petram, quam ille Jectael appellatam voluit, post dejectos ex alta silice 10000. Idumæorum captiva, occupavit; tum & Judæos ejus populi Deus ipse sibi Rex in Numina conseravit (9). Nullus tamen par tot victoriis successus fuit, semper enim Idumæi sui juris manserunt, simultatisque suæ in Judæos exercendæ nullam occasionem ebibi passi sunt.

Sæve & inhumaniter bello captos Israelitas habuisse, tum & Idumæis hostibus vendidisse, Amos 1. 11. Philisthæis exprobrat. Idem etiam Prophetæ gravissimis castigat minis Idumæos suos gladium in Judæos fratres suos stringere. Ozias Rex Judæ urbem Etat ad Mare rubrum ab illis occupatam recepit (10); nec tamen diu tenuit; nam Rasin Rex Syriæ, pulsis Judæis, ditioni suæ illam adjecit (11). Sub Achaz Idumæi regionem Judæ discurrentes, odii sui sævissima monumenta reliquerunt (12). Creduntur Sennacheribo inferenti in Ezechiam bello auxiliares copias duxisse (13): cujus inhumanitatis pœnas dare sub Asaradone, altero post Sennacheribum Rege, ditionem eorum depopulante, coacti sunt (14). Una cum ceteris finitimis Judææ gentibus, gravia in se Holophernis arma senserunt (15).

Regnum ineunte Sedecia, Rex Edom Legatos suos Jerosolymam miserat (16), jugo & catena futuræ, captivitatis sub Nabuchodonosore emblematæ, nisi ejus jugum voluntatie subiissent, a Jeremia donatos. Nequidquam tamen minante Propheta, fœdus cum Sedecia ictum erant (17), quamquam non belli tantum molem Hebræis postea reliquerunt, sed etiam arma cum Nabuchodonosore Judaicam expeditionem suscipiente junxerunt; Regem in Judæos animantes, quo Urbem totam penitus ad fundamenta usque subverteret (18).

Nec perfidiæ suæ pœnas evitarunt Idumæi, qui Nabuchodonosoris jugum una cum aliis Judææ finitimis gentibus quinquennio post captam Jerusalem subire coacti sunt (19).

Quamquam nihil expressum legimus de Idumæis una cum ceteris populis in Transeuphratæam a Nabuchodonosore translatis, quæ tamen a Prophetis de captivitate omnium populorum Judææ finitimorum, eorumque tandem post captivitatem libertate pronuncia ta sunt (*), hæc insinuare videntur, communi ceterorum fato Idumæos implicitos fuisse. Nec tamen ita translatam gentem credimus, ut residuus in provincia nemo supereffet; scimus enim Idumæorum plures e gladio victoris seie subducentes, tenuem in plagam meridionalem Judææ irrepsisse, ut reducesæ captivitate Judæi Idumæos offendentes, totum Meridionalem Judææ tractum occupantes, ab Hebron fecundum Arabiæ latera excurrentem.

Viribus & potentia valebant plurimum, ut Judæis adversariis terrorem inducere possent, cum Malachias ad Dominum 1. 4. diceret: *In qua dilexisti nos? nonne frater erat Esau Jacob?* (id est nunne Edom non secus ac ceteri, regionem suam tenet?) *Et ait Dominus ad eos, regionem suam tenet?*) *Ego Dominus respondit: Dilexi Jacob, Esau autem odio habui, & posui montes ejus in solitudinem, & hæreditatem ejus in dracones deserti. Quod si dixerit Idumæa: Destructi sumus, sed reverentes ædificabimus quæ destructa sunt: Hæc dicit Dominus exercituum: Ipsi ædificabunt, & ego destruam: & vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus est Dominus usque in æternum.* Quamvis enim Antiochus Epiphanes nihil in illos gravius egerit (20), cum interim Judæos invisibus haberet: nunquam tamen id impetrare potuerunt Idumæi, ut priscam libertate recepta, Reges sibi & Principes imponerent. Numquam non Dominos Ægyptios vel Syros passi sunt, ac tandem, quod tantopere horrebant, Hebræorum jugum subierunt, ut sua fides veteribus Oraculis maneret.

Judas Macchabæus bello gentem aggressus, non semel fregit (21); quæ ab illo propere suscepta expeditio, a Joanne Hircano tandem, domitis Idumæis atque ad recipiendam circumcisionem adactis, consecta est. In hæc manserunt usque ad everfionem Urbis gentilique Judaicæ disperfionem. Cum ultima obsidione premeretur Jerusalem, accurrentes Idumæi (22), arma sumpserunt pro conservanda urbis libertate, quam veluti Metropolim totius generis Abrahami suspiciebant. Ita nihil desiderarum vaticiniis Isaæ (23), & Balaam (24), quæ potiorem fortunam Jacob super Esau pollicebantur; sicut etiam Oraculis Prophetarum Isaiæ, Amos, Jeremiæ, Abdiæ, Ezechielis, quæ everterndam penitus regionem; ut nomen ipsum extinguereturpræmunciarunt: omnia sane hæc post plurium seculorum tractum luculentissime documento impleta esse constat.

(1) *Vide Gen.* 32. 3. & 33. 1. & 3. *Reg.* 11. 18. & *facile Isaæ* 11. 14. & 34. 6. & 2. *Par.* 20. 2. 10. 22. 23. *Theren.* 4. 21. *Ezech.* 25. 8. & 35. 2. 3. (2) *Gen.* 36. 31. (3) *Num.* 20. 14. (4) *Num.* 21. 4. *Judic.* 11. 15. (*) 1. *Reg.* 14. 47. (5) 2. *Reg.* 8. 14. & 3. *Reg.* 11. 15. (6) *Gen.* 25. 23. (7) 3. *Reg.* 11. 14. (8) 2. *Par.* 21. 8. 9. (9) 2. *Par.* 25. 14. 19. 20. (10) 4. *Reg.* 14. 22. (11) 4. *Reg.* 14. 6. (12) 2. *Par.* 28. 17. (13) *Herodot. l.* 2. *cap.* 141. (14) *Is.* 21. 11. 12. 13. & 34. 1.

(15) *Judith.* 3. 14. (16) *Jerem.* 28. 3. (17) *Jerem.* 27. 3. (18) *Psal.* 136. 7. *Thren.* 4. 21. 22. *Abd.* v. 11. *Ezech.* 25. 12. *Jerem.* 12. 6. & 49. 7. (19) *Abd.* 1. *Jerem.* 49. 7. 20. 10 & 9. 26. *Ezech.* 25. 14. *Joseph Antiq. l.* 10. *cap.* 11. (*) *Jer.* 12. 14. 15. 16. & 25. 11. &c. & 27. 7. & 30. 16. (20) *Dan.* 11. 44. (21) *Isai.* 63. 1. & 1. *Macc.* 5. 3. 4. & 2. *Macc.* 10. 16. *Joseph. Antiq. l.* 12. *c.* 11. *Idem l.* 13. *c.* 17. *&* 23. (22) *De bello Jud. cap.* 6. (23) *Gen.* 25. 23. (24) *Num.* 24. 18.

ARTICULUS IV.

De Ammonitis & Moabitis.

GEntium semper in S. Scriptura *conjunctarum*, *quibus communia omnia*, origo, regio, bella, vices, ejusdem articuli fœdere historiam jungimus. Ex incesto concubitu Loth cum genitus filiabus deprivatos ambos exploratissimum omnibus esse censeo (1). Sedem habebant ad Orientem Jordanis & Maris mortui, inter Arabes Scenitas ad Orientem, & Tribus Gad, & Ruben ad Occidentem. Olim ante subjectam Israelitis Chananæorum, latis amplam regionis Ammonitarum, & Moabitæ portionem Amorrhæi occupaverant (*). Hanc Hebræi, jure armorum subegerant; ex quo utriusque gentis odium illud, quod jubinde nec modico incendio exarsit in Hebræos.

Altera etiam odii origo derivata ex impio Balaami consilio, quo immisit filiæ Moab in Hebræos, populum ad turpia, & idolatriam pellexerunt (2). Ad hæc, Moab Hebræos transitum deprecantes non inurbane tantum dejecit, sed & panem & aquam pretio sibi petentes, in extrema commeatuum caritate, vacuos remisit: Cujus inhumanitatis merito cavit Deus, ne Ammonitæ, Moabitæ unquam usque ad decimam generationem in cœtum populi recipierentur (3).

Eglon Rex Moab, jandiu cum Ammonitis armis, inter primores post obitum Josuæ Israelitas restitit, quos tamen, occiso Eglone, Aod filius Jera ab oppressione relevavit. Israel sumptis in Moabitas armis, commisso prælio, ad 10000 cæsis, pacem regioni 80. annorum spatio restituit (4). Tum Ammonitæ, receptis animis jugum Tribubus transjordanis imposuerunt; quin & bellum infesti movere spiendidum potam regionem suam, ab Amorrhæis prius, deinde a Moyse occupatam aggressi sunt. Resistendo eorum conatibus; Jephte a populo Dux electus, non ea tantum; quæ Moyses olim jure armorum vindicaverat, rata jussit haberi, sed commisso cum Ammonitis prælio, victos fractosque magna regionis suæ portione spoliavit.

Naas Rex Ammonitarum (5), viribus suis abusus, aliquanto post populos trans Jordanem vestigales habuit. Jugum etiam imponere civibus Jabes Galaad tentavit; tantaque impotentia & crudelitate usus est, ut pacem suppliciter petentes non alio responsio dignaretur, quam dextrum se ea conditione, si eruto dextro oculo, quod & supplicii fuisset intolerabilis & probris numquam delendi, ad hæc ipsa ad hæc dependerunt Galaaditæ: opem a Saule, Regnum tum primo ineunte implorantibus venerunt. Saul afflictis succurrendum ratus, raptim collectis copiis, Ammonitas inlequitus est: eosque incautos allequutus; fregit fugavitque, liberata simul ab ingenti metu Urbe: quare toto ejus Regni tempore quieta omnia ab Ammonitis stupicrum (6).

David quo tempore Saulem habebat infestum, imminenteni capiti suo procellam evitaturus, in Ammonitidem & Moabitidem aufugerat: quos populos æquiores adeo nactus est, ut asylum apud illos familiæ suæ universæ contra Saulis impotentiam obtinuerit 1. Reg. 23. &c. Manse apud illum accepta a Rege Ammonitarum beneficia memoria: illo enim fatis functo, Legatos ad Hanonem Regem Ammonitarum ejus filium misit, tum dolorem de morte patris solaturus, tum de inito ab eo Regno gratulaturus, 2 Reg. 10. 1. &c. Hanon malis consiliis suorum præoccupatus, non Legatos se recipere, sed exploratores ratus, inclementer adeo vitos excepit, ut abscisis vestium ilonibus, utensaque barba, remiserit. Quam acceptam injuriam ulturus David, bello in Ammonites indicto, Rabbath eorum Metropolim expugnavit, ac pluribus afflictos clarioris regione universa spoliavit. Manserunt in obsequio Ammonitæ & Moabitæ usque post obitum Salomonis. Demum rerum potiente Roboamo, & subductis decem Tribubus jugo domus Davidicæ, Ammonitæ & Moabitæ Regibus Israel usque ad obitum Achabi cesserunt (*).

Ochozias post Achabum Rex, redigendis in fidem populis imparem se novit; sed Joram Achab filius, & frater Ochoziæ rerum potitus, jandiu cum Rege Juda & Edom armis, expeditionem in illos suscepit (7). Iter per desertum habent. sed cum tepeem diebus processissent, aquarum penuria laborare exercitus cœpit. Afflictis solandis forte Elisæus affuit, qui Domini verbis fodere canales & fossas in eadem valle jussit, mane aquis implendas. Adjecit insuper, Dominum manibus illorum Moabitas perditurum. Dictis tua fides; mane etenim Moabitæ venientes, aquas; quæ rubræ a longe intuentibus e radiis orientis Solis repercussis videbantur, spectantes, ratique tres Reges simul congestos & in mutuam cædem corruentes aquas sanguine suo cruentasse, nihil ulterius dispicientes, solutis ordinibus velut ad legenda spolia procurrerunt; sed in hostes impunato incidentes, palantes confusique terga insistentibus cædentibusque vertere coacti sunt.

Alterum sub Josaphat Rege Juda in Moabitas bellum lusceptum est, quod jam narrato prælusit (8). Cum Ammonitæ, Moabitæ, & Idumæi in Judæam sese super effundentes, ad Engaddi usque processissent, Josaphat Dei ope usque sectus, instructam aciem in illos duxit. Vix in conspectu hostium venerat, cum illi insopinato terrore perculsi, nullo impellente, terga dederunt adeo effuse, ut incruentam victoriam largamque Judæis prædam reliquerent.

Moabitæ igitur & Ammonitæ, ut in superioribus demonstravimus, in ditionem Regum Israel concedentes, eadem cum illis vices lubierunt. Teglathphalasarem & Salmanasarem iniquissimos experti iuere quæ a Salmanassare inferenda mala spectasse creditur latius, iisdem populis malum post triennium illis subeundum prænuncians (9). Hæc Salmanassaris tempestas, dum in Syriam & in terram Israel deturbaretur, aliquot ante postremam Samariæ obsidionem annis contigit.

Benadad & Hazael Reges Syriæ Urbem Ramoth-Galaad fruitra a Joram Rege Israel & Achabi progenitum subegerant. Ejus belli historia latet; sed Amos. 1. 13. insinuante intelligimus, Ammonitas & Moabitas oblatam eam occasionem nactos, ut jugum Israelis exsuerent, atque priitini in populum Dei odii documenta exhiberent, nihil elogio ad crudelitatem feciste, ut vel ipso fœminarum utero dissecto, fœtum extinguerent. Vitio etiam Moabitis vertit idem Propheta, Regem Idumææ igne crematum in cineres familiaque abiisse; quo spectarum creditur sacrificium a Rege Moab de filio Regis Idumææ, cum armis rerum Regum pressus, in ultimas angustias devenisset. *Vide* 4. Reg. 3. 27.

Bella vero & calamitates, quas Moabitis & Ammonitis inferendas Amos prænunciaverat, ipsimmas credimus, quibus Ozias, & Jotham Reges Juda (10), vel Salmanasar, de quibus supra, vel Iatten quibus Nabuchodonosor quinquennio post captam Jerusalem (11), eos afflixit.

Post transmigrationem Tribuum Ruben, Gad, & dimidiæ Tribus Manasse transjordanicæ, Ammon & Moab veterem dittionem suam ab illis relictam receperunt. Gravioribus verbis illos Jeremias (12) castigat, ultionem Domini, quam facile Holophernes exequutus est, eum ex Judith 5. 2. & 7. 8. intelligamus, Imperatorem illum post aliquod tempus utrumque populum subegisse.

Legati Ammonitarum & Moabitarum, cum ceteris jugo

(1) *Gen.* 19. 37. 38. (*) *Judic.* 11. 13. (2) *Numer.* 22. 5. & 31. 25. (3) *Deut.* 23. 3. (4) *Jud.* 3. 12 & *seq.* *Jud.* 11. 12. & *seq.* (5) 1. *Reg.* 11. 11. (6) 1. *Reg.* 14. 47. (*) *Reg.* 28. 2. *Or.* 4. *Reg.* 1. 1. (7) 4. *Reg.* 3. 4. *Or.* (8) 3. *Par.* 20. 1. 2. *Vf.* 73. 7. (9) *Isaiæ.* (10) 2. *Par.* 26. 7. 8. & 27. 5. (11) *Joseph. Antiq.* 10. 11. (12) *Jerem.* 49. 4.

jugo & catena donati ſunt a Jeremia [1], adjecto ſimul calice iræ Dei [*]: moniti ſunt inſuper, ut quantocius deditionem Nabuchodonoſori faciant; ut pareant, ſerviture & captivitate multandi. Monitis Prophetæ neglectis, fœdus cum Rege Juda, Ægypti, Tyri, Sidonis, & Edom in Chaldæos ſtrinxerunt. Sed cum verſam in Judæos belli omen, ac prope opprimendos vidiſſem, Sociorum mala negligere non tanetim, ſed etiam inſultare afflictis maluerunt [2]. Id ferens Dominus indignius, eumdem Nabuchodonoſorem immiſit, qui verſis in illos armis, captivos in Tranſeuphratæam traduxit. Eam tranſmigrationem ſæpius Prophetarum oraculis [3], ſicut & poſt captivitatem ſolutam in patriam regreſſum, prænunciatam novimus. Sed paulo altius res eſt reperenda [4].

Cum Nabuchodonoſor exercitum in Sedeciam alioſque fœderatos Reges ducere conſtituiſſet, in ipſo itineris ineundi articulo deliberaſſe legimus Ezech. 21. 20. 21. utrum recta Jeroſolymam, ſeu potius Rabbath Metropolim Ammonitarum contenderet. Ut Jeroſolymam præponeret virgarum e pharetra eductarum ſors fluctuantem animum determinavit. Cum obſidione urbs premeretur, plures Judæi in Ammonitidem ſeſe receperunt, tamquam apud fœderatum & amicum populum tutum præſidium habituri. Hujus rei vadem damus Jeremiam cap. 40. 11. & 41. 10. 15. quo authore etiam intelligimus, neceſſitudinem quamdam inter utrumque populum interceſſiſſe. Neque teſtimonio Ezechielis, gaudium de ærumnis Judæorum & everſione Templi Ammonitis exp obrantis, hæc omnia repugnant. Utrumque enim contigiſſe poterat, ut aliis inſultantibus, alii afflictis ſuppetias ferrent.

Credimus non inviti, potiſſimam animandi in Ammonitas cuique opprimendi Nabuchodonoſori cauſam dediſſe perfidiam Regis Ammonitarum in Godoliam, & Chaldæos, quos Nabuchodonoſor in Judæa poſt captam urbem Metropolim reliquerat. Sed ultionem quinquennio a capta Urbe differre coactus eſt, quemadmodum ex Joſepho Antiq. lib. 10. cap. 11. intelligimus.

Perſuaſum habemus, Cyrum libertate utrique genti reſtituta, eodem quo Iſraelitas ceteroſque finitimos populos, beneficio in poſſeſſionem regionis ſuæ immiſiſſe. Scimus enim, poſt ea tempora Moabitas & Ammonitas pomeria ſua in dies dilataſſe, Urbes munitionibus auxiſſe, ea plane acceſſione, qua res Iſraelitarum creviſſe ſpectamus. Tandem Regibus Perſarum ſubjectos, iiſdemque Satrapis, quibus Syria & Paleſtina, commiſſos legimus. Is rerum ſtatus uſque ad Alexandrum Magnum cui ſervierunt, permanſit. Eo fatis functo in Regum Ægypti partes, deinde Regum Syriæ conceſſerunt. Antiochus Magnus Rabbath Urbem illorum Metropolim memibus expioliatam, validio præſidio impoſito, ditioni ſuæ adjecit [5].

In perſecutione Antiochi Epiphanis tuta illis omnia fuerunt [6], ſive quod impius ejus mandatis morem ultro geſſerint, ſive quod diu antea Græcorum religionem adſciverint, ſive tandem illos cogendi Regi opportunitas defuerit. Inter hæc, Ammonitæ in Judæos, montes Galaad tenentes, priſtini odii exercendi occaſionem oblatam excepere [7]. Illis in ordinem redigendis Judas Maccabæus movit, pluribuſque urbibus ſpoliavit, nonnullos perdidit, magnam captivorum Iſraelitarum copiam in libertatem aſſeruit. Quid deinde utrique populo contigerit, hiſtoria ſilente ignoramus; quamquam extra controverſiam poſitum eſt, Aſmonæos Principes, ipſumque tandem Herodem regionem transjordanam uſque ad montes Galaad obſequentem habuiſſe.

ARTICULUS V.

De Syris Damaſcenis.

NAtus e Semo Aram, incolas Syriæ & Meſopotamiæ poſteros habuit (8). Nos hiſtoriam cognimus ad Syros Damaſcenos, t. e. intra veteris Regni Damaſci fines, quod regio eſſet Paleſtinæ propinquior, ejuque gentis res magis ad Judæos ſpectarent, & frequentior de illis apud Prophetas mentio contingat.

Damaſcus, urbs ipſa jam Abrahami ætate amplitudine & gloria celebris. Non defuerunt, qui poſt *Damaſcum* illius authorem, eumdem Patriarcham regnaſſe crediderint (9). Joſephus Antiq. l. 1. cap. 7. conditam urbem ab Hus filio Aram natu majore teſtatur. Nihil de illa, nec de ejus politia in Libris Sacris, niſi utique ad Regnum Davidis. Cum Rex ille expeditionem in Adarezer Regem Syriæ Soba ſuſceſſiſſet, Adad Rex Damaſci fœderatis Syris auxiliares copias duxit, utrosque vero ingenti victoria Judæus fregit (10). Hunc primum Damaſci tinulum Regis aſſumpſiſſe, poſt Nicolaum Damaſcenum gentis ſuæ hiſtoricum & Herodi coævum Joſephus teſtatur (11).

Manſit igitur Damaſcus in obſequio Iſraelitarum ſub Davide & Salomone. Sed facta decem Tribuum a Juda ſeceſſione, cum Urbs eſſet a ditione Roboami remotior, ſimulque turbarum Regni Iſraelitici opportuna ipſi præberetur occaſio, excuſſo dominatuinis Hebrææ jugo, priſtinam libertatem recepit. Legimus 3. Reg 11. 23. &c. labentibus Salomonis annis Deum adverſarium in eum Regem ſuſcitaſſe Razin, filium Eliada, qui adhibita præſidium manu a Damaſcenis exceptus, & in Regem ſalutatus, ditionem Salomonis prius, dein Iſraelitici Regni excurrit.

Aſa Rex Juda, infeſtum ſibi Regnoine Baſam Regem Iſrael depulturus, Benadad filium Tabremon Regis Damaſci, multo auro a fœdere cum Baſa divultum, in ejus ditionem immiſit (12). Diu poſt Benadad valliſſimum ſupervenientem ex ea fœderatorum ſibi Regum copiis in Samariam ejusque Regem Achabum duxit. Achab viribus ad reſiſtendum impar, hoſti imperanti tradere aurum, argentum, uxores, filias, cenſuit parendum. Sed Rex Syriæ his non contentus, annunciandum Iſraelitis præcepit: *Cras hac eadem hora, mittam ſervos meos ad te, & ſcrutabuntur domum tuam, & domum ſervorum tuorum; & omne quod eis placuerit, ponent in manibus ſuis & auferent.*

Achab hoſtis dolum ſentiens, a quo captivitas ſibi imminere; de ſuorum conſilio ſuſtinendam obſidionem bellique eventum opperiendum ſtatuit. Arcta igitur corona Urbe cincta res ad ſummas annonæ anguſtias devenerat. Quare Achab animo deſpondens, cum triſtia ſibi omnia jam deſtinaret, a Propheta quodam ſpe promptæ victoriæ recreatus eſt. Nec vana nunciavit oracula; nam Benadad ejusque exercitus victus fugatusque terga dare coactus eſt. Proximo tamen ſuccedente anno, rerum Benadad ad priora ſtudia (13); ſuſpicatuſque Deum Hebræorum in montibus invaleſcere, in agro confligere ſtatuit. Igitur Rex Iſrael ad Aphec in Syriam ufque progreſſus, conſertis cum Syro manibus, 100000. hoſtium cæſis, Regeque Benadad capto, infignem victoriam reportavit. Intempeſtiva Deoque inviſa in victos clementia Achab uſus eſt; contentus enim exegiſſe ab hoſtibus Urbes Iſraelitieas jam ab ipſis occupatas, ſimulque ut vicos quoſdam Iſraelitis in Urbe Damaſci permitterent, quemadmodum ſuos habebant Syri in Urbe Samariæ, nihil ultra quæſivit. Improbare Regis factum Deus per Prophetam quemdam ſignificavit, ſimul

(1) *Jerem.* 27. 2. 3. 4. (*) *Jerem* 25. 14. (2) *Ezech.* 25. 3. & *Jerem.* 25. 14. *Sophon.* 2. 8. 9. (3) *Jerem.* 9. 26. & 12. 14. 15. 16. & 25. 12. 22. & 48. (4) *Jerem.* 48. 47. & 49. 3. 6. 39. & 50. 16. (5) *Polyb. l.* 5.

(6) *Dan.* 11. 41. (7) 1. *Macc.* 5. 6. . . . 45. *Antiq. l.* 12. c. 12. (8) *Gen.* 10. 22. (9) *Juſtin l.* 36. (10) 2. *Reg.* 8. 4. 5. (11) *Joſeph. Antiq. l.* 7. c. 6. *Nicol. Damaſc. l.* 4. *Hiſtoria apud Joſeph. ibid.* (12) 3. *Reg.* 20. (13) 3. *Reg.* 15. 18.

denuneians, ejus vita rependendam vitam Benadad permiſſam.

Solutus igitur captivitate Benadad, Urbem Ramoth Galaad ceteraſque, quas antea ſe reſtituturum promiſerat, reciuit. Armis recipiendam Achabus, viribus cum Joſaphat Rege Juda conjunctis, ſuſcepit. Mandaverat Syrus, ut in Regem Iſrael tota belli moles verteretur, curareturque ut quacumque demum ratione virus, vel ſaltem mortuus in poteſtatem veniret. Monitus ea de re Achab, immutatis veſtibus ſe ceteris immiſcuit, rogans Joſaphat, ut ipſe ductorem Regiis inſignibus aſſumpti exercitui univerſo præberet. Tota igitur belli vis in Joſaphat, quem Iſraelis Regem credebant, verſa; qui ad ultimas angustias redactus, edito clamore agnitus hoſtes alio avertit. Tum fortuito caſu jacta ſagitta, quem hoſtes fruſtra quærebant, Achab vulneratus eſt, atque ad lectum confoſſus, ejuſdem diei veſpere interiit [1].

Poſt aliquot annos, Benadad expeditionem in Joram filium ac ſucceſſorem Achabi ſuſcepit [2]. Sed Eliſeo conſilia omnia & inſidias hoſtis Regi Joram revelante, Benadad proditum ſe intelligens, Prophetam in ſuam poteſtatem reducere tentavit. Miſſas ad eam rem copias Eliſeus cæcitate primum percuſſit, deinde incautos in mediam Samariam adducens, ſublato ex oculis velo, proprium periculum intueri juſſit: tum paſtos refectoſque liberos abire permiſit.

Succeſſit deinde mœnibus Samariæ cum exercitu Benadad [3]; nec diu poſt ea annonæ caritate urbs laboravit, ut mater quædam fame efferata filium ſuum mactare atque in cibum ſibi parare cogeretur. Rex Iſrael in ultimam deſperationem redactus, ad Prophetam Eliſeum, cauſam omnium malorum, ut ipſe quidem rebatur, in domo ſua occidendum miſit; ſed paulo poſt præcipiti conſilio revocato, ipſe ad inhibendam exequutionem feſtinavit. Gnarus omnium Eliſeus, in domo ſua una cum ſenioribus populi ſeſe continebat; ad quem cum Joram veniſſet, audivit mane ſubſequenti diei in tantam annonæ viliatem Urbem venturam, ut menſura ſarinæ frumenti, & duæ hordei ſicla venderentur; quin & ab hoſtium metu Urbem liberam futuram. Nec vana nunciavit; nam intempeſta nocte Syri inopino terrore occupati, fuga ſeſe præripuerunt, caſtris & præda omni relicta [4].

Cum Eliſeus Damaſcum veniſſet, Regem Benadad morbo laborantem nactus eſt; ad quem ſtatim Hazael unus ex Optimatibus ab ipſo Rege miſſus conſulendum de ejus valetudine venit. Vix in conſpectum Hazael venit, cum obortis prius lacrymis denunciavit, Regem quidem eo morbo non perimendum, quamvis alioqui periturum ſciret. Adjecit vero ejus loco ipſum Hazael regnaturum, a quo plurima inferenda Iſraelitis mala. Hazael valetudinem Regi Prophetæ nomine annunciavit, ſed mane alterius diei ipſe madenti culcitra ori adſtricta ſpiritum decumbentis interclusit. Regnum dein invaſit.

Sed cordi erat Joram expeditio in Ramoth Galaad a Syris jam occupatam. Quare propius ad Urbem exercitu addudo, cum oppugnandam aggrederetur, vulnus lethale contraxit. Igitur Samariam curationis gratia delatus, Optimates ſuos ad proſequendam obſidionem reliquit. Interea Jehu, exercitus loco Joram Imperator, clam in Regem manu Prophetæ ab Eliſeo miſſi inunctus eſt [5]; totumque demum arcanum cum amicis communicans, ſtatim ab illis & cetero demum exercitu in Regem ſalutatur. Novus igitur Rex reductо ab obſidione exercitu in Joram proceſſit, qui una cum Rege Juda & Prophetis Baal nece ſublatus eſt.

Cum Jehu confirmando ſibi Regno curas verteret, Hazael Rex Syriæ variis ſecundis præliis Iſraelitas affligebat [6]. Proceſſerat uſque Gethurbem Philiſthæorum, cum obſidendæ Jeroſolymæ conſilium iniit. Præſentiſſimo periculo declinando Joas Rex Juda quidquid auri argentique in Sacris & Regis ærariis invenit, ad hoſtes miſit [7]. Benadad filius Hazaelis, patris conſilia ſequutus, non infelicibus præliis cum Regibus Juda & Iſrael conſtitit [8]; ſed illum triplici victoria ad reſtituendas Urbes patri ſuo captas Joas filius Joachaz Rex Iſrael adegit. Eadem in Regem Syriæ fortuna Jeroboam II. uſus eſt; namque capta Damaſco & Emath potiſſimis regionis Uribus, Regno Iſraelitico, quales olim ſub Davide obtinebant, limites reſtituit [9].

Poſt obitum Jeroboami II. res Iſraelis prope ad exitium turbatæ ſunt; qua opportuna occaſione captata, Syri Damaſceni exercere cervicem ſuſcepernnt. Razin titulo Regis aſſumpto, initoque cum Phacee Regni Iſrael invaſore fœdere, ditionem Juda ſub Regibus Joathan & Achaz ævisſime excurrit [10]. Impar ad reſiſtendum Achaz, auxiliares copias a Teglathphalaſſare Aſſyriæ Rege poſtulavit [11]; rogavitque ut Damaſcenam ditionem infeſtans, averſionem hoſtium faceret. Rex igitur Aſſyriæ in Razin proſectus, Damaſcum cepit, everſitque, Regem nec tradidit, Syros in Transeuphratæam captivos traduxit. Ita Oraculis Iſaiæ & Amos ſua fides [12].

Erexit iterum cervicem Damaſcus, urbs enim opportuniſſimo loco ſita, nullo habitatore relinqui non poterat. Captam credimus a Sennacheribo, exercitum in Ezechiam ducente, juxta ac Iſaias 9. 9. inſinuat [13]. Holophernes pariter tempore Manaſſis ditioni ſuæ adjecit [14]. Mercatores Damaſci ad Emporium Tyri venientes paulo ante captam eam Urbem a Nabuchodonoſore, Ezechiel 27. 18. commemorat. Damaſcenos armis Nabuchodonoſoris opprimendos Jeremias [15] prædixit; a quo facile jure armorum conſti, ſicut & ceteræ regionis Urbes, jugum ſubiere. Poſt ſolutam captivitatem, novis malis opprimendos Zacharias 9. 1. prænunciavit; quod facile ſpectat futuram ſub Dueibus Alexandri captivitatem [16]. Ex eo tempore res Damaſcenorum a Judæis ſecretæ; quare pos hiſtoriæ hic modum imponimus.

IN OSEE PROLEGOMENON.

OSEE filius Beri, oriundus, uti ferunt [17], e Belemoth in Tribu Iſachar; an forte ex Belma ſive Belmeon ad Efrelon in eadem Tribu [18]? Patrem habuiſſe Beram, de quo 1. Par. 5. 6. Principem Tribus Ruben, Rabbini aſſeruerunt: quare pertinuiſſe debuit ad eamdem Tribum atque originem retuliſſe ex Beel meon in ſorte Ruben in Transjordanis. Sed hæc omnia dubia ſunt, nec ab Authoribus aſſertæ ſatis authoritatis tradituæ.

Vixit in Regno Samariæ, ſicut & vaticiniorum maxima pars Regnum illud ſpectat; quamquam plura etiam

(1) 3. Reg. 22. (2) 4. Reg. 6. 8. 9. (3) 4. Reg. 6. 24. 25. & ſeq. (4) 4. Reg. 7. 6. (5) 4. Reg. 8. 28. 29. & ſeq. & 4. Reg. 9. 1. 2. 3. 4. & ſeq. (6) 4. Reg. 10. 32. (7) 4. Reg. 12. 17. & 2. Par. 24. 23. (8) 4. Reg. 13. 3. 22. 25. (9) 4. Reg. 14. 25. &c. (10) 4. Reg. 37. (11) 4. Reg. 16. 7. (12) Iſai. 7. 4. 8. & 8. 4. & 10. 9. & 17. 1. 2. 3. Amos 1. 3. 4. (13) Vide noſtrum Comm. ad Iſ. 17. 1. (14) Judith. 2. 7. 21. 17. (15) Jer. 25. 9. 10. & 27. 8. & 49. 23. 24. (16) Plut. in Alex. & Q. Curt. l. 3. (17) Pſeudo-Epiph. de vit. Prophet. 11. (18) Ind. 7. 8.

etiam inter illa ad Regnum Juda pertinent. In fronte Operis paruiſſe illum ſub Regibus Juda, Ozia, Joathan, Achaz, & Ezechia, ſicut ſub Jeroboamo II. Rege Iſrael, legimus. Profecto ſi regnantibus illis omnibus munere Prophetæ functus eſt, longe ſane vitam produxit; nam ab ineunte Ozia anno 3194. uſque ad exitum Jeroboami II. anno 3220. ſpatium eſt 26. annorum. Exinde vero uſque ad Ezechiam Regem Juda a. 3306. adhuc 86. anni excurrerunt, ut tota ſumma ad 112. annos aſcendat. Si quid vero ex illis demas, ut 10. annos Ezechiæ & totidem Oziæ, neque enim per totum eorum Regum tempus prophetaſſe Oſeam legimus, ſpatium ſaltem 92. annorum reſtat. Adde pariter, Oſeam minus ſuſcepiſſe, cum provectioris eſſet ætatis; in ipſo enim Prophetiæ exordio fœminam proſtitutam ducere juſſus eſt, e qua prompte ſatis liberos ſuſcepit. Quando igitur tunc temporis vigeſimum five vigeſimum quintum ætatis annum ageret, debuit vitam produxiſſe ad 115. five 117. annorum ſenectutem, quod ſupra eorum temporum experientiam videtur.

Veterum nonnulli dubitarunt (1), num inſcriptiones in fronte minorum Prophetarum eos haberent Authores, & non potius Eſdram vel alium quemcumque, ſcripta illa recenſentes. Ita e. g. quæ in fronte Libri Oſee legitur, ardua habet plurima; neque enim in Operis decurſu quidquam vel minimum legitur, diuturnum adeo Prophetæ munus defignans. Ut quid inſuper nomina Regum Juda ſcripturn illud præferat, cum in Iſraele Prophetæ veriarentur? Propheriam a verſu ſecundo exordium ducere ex illis verbis ſatis infinnatur: *Principium loquendi Domine in Oſee: Et dixit Dominus ad Oſee*. Quidquid præcedit, totum æque Opus ſpectat. Primum autem vaticinium ſpectaſſe videtur exitum Regni Jeroboam II. ait enim Dominus: *Viſitabo ſanguinem Jezrael ſuper domum Jehu* (2). Harum minarum fides non ſub Jeroboamo II. quidem impleta eſt, cujus fuit diuturnum, quietum, & felicifſimum Regnum; ſed ſub Zacharia ejus filio Regni ſucceſſore. Neque res eſt a Libris ſacris abhorrens, ut Librorum cituli aliena manu inſerantur; plures enim hujus generis Pſalmis adjectos, & nonnullos Iſaiæ 11. 13. & 30. 6. animadvertimus.

Primus inter Prophetas creditur, cujus ſcripta ſuperſint (3). Quamvis enim coævos habuerit Amos, & Jonam, utroique ad ætatem Jeroboami II. ſpectantes, ſicut & Michæam, Nahum, & Iſaiam ſub Achaz & Ezechias agentes; inviſſe tamen munus, & vaticinia ſua ſcripta quam ajios citius redegiſſe ſeratur. Oculatus teſtis ſpectavit non primam tantum captivitatem quatuor Tribuum ſub Teglathphalaſſare, ſed etiam alteram decem Tribuum ſub Salmanaſare; cum ſcilicet capta Samaria Regnum Iſrael penitus extinctum eſt. Quin & poſt ea tempora oracula fudiſſe S. Hieronymus (4) autumavit.

Primus verſus cap. 1. obitum Zachariæ Regis Iſrael, & quæ obitum Jeroboami conſequuturæ fuerunt mala uſque ad verſum 6. perſequitur; deinceps uſque ad cap. 3. captivitatem Iſrael prædicit. Perſuaſum habemus, præ oculis habuiſſe aliquando primam captivitatem quatuor Tribuum ſub Salmanaſare; quamvis oracula allius ab aliis ſecundæ captivitatis diſcerni, vix ac ne vix quidem poſſint. Ubique ærumnas & captivitatem Iſraelis tamquam commune malum ingerit, hic totus verſatur, huc illius omnia recidunt (*), quamvis poſt tot mala relevandis animis, futuræ liberationis & ſolvendæ captivitatis ſpem excitet (5).

Perpetuus eſt ſcelerum Iſraelis, & Idololatriæ Ephraim inſectator; a quibus nihil alienum iceleri, & abominationibus factum eſſe dicit. Exprobrat licentiam Gabaitis parem (5). Idola colebantur Dan, Bethel, & Samariæ; ſicut etiam Galgalis (6), in monte Thabor (7), Sichimis (7), in montibus Galaad (8), & Berſabeæ (*). Fruſtra illos conari demonſtrat, ut alienigenarum ope ab ultione ſe Domini ſubducant; cum pro eo quod Ægyptios, & Aſſyrios implorarent, a Deo potius roganda fuiſſet criminum pœnitudine venia (9). Monet inſuper poſt captam regionem ſuam in Ægyptum confugientes non ſalutem ibi, ſed mortem inventuros (10). Dejiciendos aureos vitulos, proſtratoſque in Aſſyriam aſportandos prædicit (11).

Neque in ſcelera Regni Juda mitius invehitur, eos maxime verbis caſtigans, qui Galgalim (12) ad idola colenda frequentarent; ſuperventurum diu eit capit. 8. 14. in regionem Juda Sennacheribum Regem Aſſyriæ; ac tandem, ſeriius quidem quam decem Tribus, capit. 1. 7. futurum ut ipſi quoque pari ſervitutis jugo, pari etiam ſolutæ captivitatis privilegio premerentur donarenturque (13).

Ejus vaticinia multa caligine obvoluta ſunt (14): quod tum ex ipſa rerum natura, utpote qui multum a noſtra cognitione remotas hiſtorias, parumque ex monumentis illorum temporum exploratas innuat; cum etiam ex ipſa ſtyli indole derivatur. Libri Regum multo contractiorem hiſtoriam poſtremorum Regum Iſrael perſequuntur; ac viciſſim ne verbum quidem de illis in Paralipomenis. Ex quo operoſior Minorum Prophetarum interpretatio. Stylo utitur preſſo, & conciſo, deſultorio pariter, ſæpe ex uno in aliud argumentum, ex uno in aliud tempus perſonamque, non per viam, ſed veluti per ſaltum tranſiliens, *Oſee*, ait S. Hieronymus Præfat. in 12. Prophetas, *communicans, & quaſi per ſententias loquens*. Obtruncata ſententia Lectorem ſuſpenſum, ejuſque prudentiæ, quod deeſt, ſupplendum relinquit. Interdum tamen plura miſcet vivida & audaciora, plures etiam ſatis concinnas addit ſimilitudines, quas applicandas Lectori relinquit; vel ſtatim ſignificatas deſerit; unde multum de illarum elegantia atque argumenti connexione Lectores fugit.

(1) *Vide nov. Edit. Hieron. pag. 727. Plerique dicunt, quod ab Eſdra ſcriba in omnibus Prophetiis ſic fuerit titulatum, ut præſcripto cujuſque nomine, prophetia, cujus ſit, ſequens noſcatur &c. Ita utrumque Exemplar. Hebr. veritatis.* (2) *Oſee* 1.4. (3) *Hieron. in Oſee initio, Baſil. in Iſai. Ruffin. Riber. Sanct. alii.* (4) *Hieron. in cap. 1. Oſe. Vide Uſſer. ad A.M. 3197.* (*) *Oſee* 6.8. & 2.2.3.....13. & 3.1.2. & 4.3.4.5. & 5.7.8. &c. & 10.2. & 11.7. & 13.11. (5) *Oſee* 1.10.11. & 2.1.14.....24. & 3.5. & 6.1.2.3. & 11. 10.11. & 13.15. & 14.6. &c. (5) *Oſee* 9.9. & 10.9. *Confer cum Judic.* 19. (6) *Oſee* 4.15. & 9.15. & 12.11. (7) *Oſee* 5. 1. (8) *Idem* 6.9. (*) *Oſee* 6.8. & 5.1. (*) *Amos* 6. (9) *Oſee* 7. 11. & 8. 9. 13. & 9. 3. & 12. 1. & 14. 4. (10) *Oſee* 9.6. (11) *Oſee* 8.5. & 10.5.6. (12) *Oſee* 4.15. (13) *Oſee* 10. 1. 11. (14) *Hieron. Præfat. in Oſee & in fine Comment. in cap.* 14.

IN JOELEM PROLEGOMENON.

JOEL filius Phatuel, è Tribu Ruben [1], uti ferunt, ſeu potius Gad, [2] ex urbe ſive regione Betharam in transjordanis. Appellatur etiam *Bethoramphte*; & ab Herode demum *Livias*, ſeu *Julias* dicta. Vaticinia ſua in Regnum Iſrael ediderit S. Hieronymus [3], aliique plures autumarunt. Sed ejus vaticinii unicus ſcopus, quod alioqui certum exploratumque eſt ſola Libri lectione; Regnum Juda ſtatuendum eſt [4], quemadmodum ſanior Commentatorum pars ultro fatetur [5].

Quo tempore vixerit, & munus inierit, variant Interpretes. Fames atque locuſtarum peſtis, quod tamquam malum præſens deplorat, unica conjectura eſt, unde dicatur de tempore Prophetiæ argumentum. Verum, cum ea de re nihil habeatur in Sacra Scriptura expreſſum, nihilo minori negotio certa ejus rei epocha ſtatueretur. Famem deſcripſit Jeremias 12. 4. 13. & 14. 1. &c. alteram Amos 4. 7. 8. 9. alteram ſub Joram 4. Reg. 8. 1. &c. legitur.

Viri quidam docti [6] opinantur, famem apud Joelem ipſam eſſe, quam Amos deplorat, queſtus nihilo ex ea re ſapientiores factos Iſraelitas. Inde vero deducunt, Joel aliquanto ſeniorem fuiſſe piæ Amos; cum poſtremus hic Prophetæ malum illud tamquam præteritum; Joel vero tamquam præſens commemoret. Sed quid facient, quod Amos, cum ſub Ozia Rege Juda, & Jeroboamo II. filio Joas Regis Iſrael vixerit [7], multo proinde ſenior eſt Joele, qui extincto jam Rege Iſraelis, quantum ex ejus Scriptis colligimus, munus Prophetæ gerebat [8]? Quantum ad famem, ſub Joram ſeptennii flagellum fuit; cum fames ſub Joele uno vel altero anno duraret. Non eſt igitur altera cum altera confundenda.

Fames, de qua Jeremias cap. 8. & 14. & 15. & 16. ſub Joſia facile, ſeu potius Sedecia, expeditione Nabuchodonoſoris in Judæos ineunte, contigit. Cum vero nihil de certo ejus anno in Scripturis deſignetur, nihil exinde pro aſſtruenda Joelis ætate ſapientiores efficimur.

S. Hieronymus [9] & plerique cum Veterum [10] tum Recentiorum, Prophetas Joelem & Oſee coævos ſtatuunt, juxta ſolemne Interpretibus S. Hieronymum ſequutis axioma: *In quibus tempus non Proferunt in titulo, ſub illis eos Regibus prophetaſſe, ſub quibus & hi, qui ante eos habent titulos prophetarunt.* Quæ illorum regula non uſque adeo aſſerta reputanda eſt, quin ſæpius fallatur; uti, ſi alio numquam, certe exemplo Jonæ apertiſſime demonſtratur; vetuſtior eſt enim quam Amos, quamquam in cenſu Prophetarum inferior ordine ſtatuitur [11]. Græci quin etiam alium in recenſendis minoribus Prophetis ordinem ab Hebræo ſequuti, perſuaſum plane non habebant, Biblia Hebraica, quæ nos duces in Vulgata ſequimur, temporum ordinem tenuiſſe; neque enim aliter immutare illum auſi fuiſſent. Tandem ſi axioma illud ſemel ſtatuatur, alias Græci, alias Latini conſequutiones deducent; quorum proinde alterutri errare cogentur. Nutat ergo hujus axiomatis fides.

Judæi [12] perſuaſum habent, Joelem munus ſuum exercuiſſe ſub Manaſſe, poſt diſperſionem decem Tribunm; quorum ſane opinio multum abludit a vero; ſiquidem vera ſint, ut ea quæ de fame apud hunc Prophetam leguntur, cum fame apud Jeremiam conveniret: Deus enim Jeremiæ roganti, ut tandem oppreſſum malis populum relevet, proteſtatur, ſe criminibus a Manaſſe in Urbe commiſſis oſtenſum, diſperſurum tandem illos per gentes & populos [13].

Primum & ſecundum caput Joelis pathetico ſtylo proſequitur famem in Juda ex ariditate Solis, locuſtarum, & bruchorum vaſtatione deductam. Locuſtarum turbam veluti exercitum regiones vaſtantem, obſidentem Urbes, ædeſque ipſas infeſtantem deſcribit. Ventorum e plaga Maris mortui & mediterranea furentium turbinc excuſſum eſt in Judam malum; quod acerbitate ſui ad luctum demiſſionemque animi populum deduxerit, id tandem effecit, ut calamitate depulſa largior benedictionum imber arva perfunderet. Hæc omnia ipſa Joelis ætate eodemque ſpectante contigerunt.

Ad ſublimiora dein argumenta verſus Prophetæ diem Domini prædicit, diem ultionis, a ſummo Judice in valle Joſaphat exigendæ; quibus oraculis ſpectatum credimus exercitum Cambyſis, in valle Jezrael, ſive in magno Campo caſtra habentem; quem exercitum ſubito turbine diſperſum fugatumque Ezechiel expreſſit cap. 38. 22. & Joel 2. 30. 31. tantum infinuavit. Plura idem dein ſubdit, ad litteram non niſi in Jeſu Chriſto & Eccleſia numeris omnibus impleta, uti e. g. cum de doctore juſtitiæ a Deo mittendo agit [14]; de Spiritu Sancto ſuper omnem carnem effundendo [15]; de ſalute omnibus nomen Domini invocantibus concedenda [16]; de Jeruſalem perpetuo habitatore colenda [17]; ac demum de ſalute patriter inde proventura [18].

Stylo tumet magnifico, & figurato: allegoriam locuſtarum ſub exercitus ſpecie egregie proſequitur. Res vividis coloribus ita pingit, ut non deſcripta, ſed ipſis oculis ſubjecta videantur.

IN

(1) *Ita Epiph. de vita Prophetarum, Dorneb. in Synopſ. Ifder. de ortu & obitu Proph. c. 40. Isa & Hebræi.* (2) *Joſu. 13. 27. Num. 32. 36.* (3) *Hieron. ad Paulin. Joel filius Phatuel deſcribis terram 12. Tribunm, cruce, bruchо, locuſta, erugine vaſtante conſumptam &c. Ita Theodoret. præfat. in Joel, & Amos. Remig. Lyr. Malmo, Burg. Rabb. quidam.* (4) *Vide Joel. 1. 9. 13. 14. 16. & 2. 1. 15. 16. 17. & 3. 6. 8. 17. 19. 20. 21.* (5) *Vide Hieronym. in Præfat. ad Joel, & in Amos initio, Sanct. Livet. Druſ. Mercer. aliter paſſim.* (6) *Confer. Dem. & Uſſer. ad A. M. 3197. Videatur P. Petavius in Prophetas*, qui vaticinium Joelis componit cum anno 20. Oziæ, & 36. Jeroboami 2. (7) *Amos 1. 1.* (8) 4. *Reg. 8. 3.* (9) *Hieron. Præfat. in omnes Prophet.* (10) *Theodoret. in Præloquio omni. Prophet. Clemens Alex. l. 1. Strom. Aug. de Civit. l. 18. c. 27. Ruffin. Gron. alii.* (11) Amos vixit ſub Ozia Rege Juda, & poſt obitum Jeroboami II. quo regnante Joas vaticinatus eſt. (12) *Seder Olam, Kimchi, R. Salem.* (13) *Jerem. 15. 4.* (14) *Joel. 2. 23.* (15) *Idem verſ. 28. 29.* (16) *Ibid. verſ. 32.* (17) *Joel. 3. 20.* (18) *Joel. 2. 32.*

IN AMOS PROLEGOMENON.

AMOS, quem alii præpostere [1] eum patre Isaiæ [2] confundunt, oriundus erat, juxta communem sententiam [3] e Vico Thecue in Tribu Juda [4] quatuor leucis a Jerusalem meridiem versus Nos tamen eum locum sedem fuisse Prophetæ, non patrem autumamus. Ortus est enim in ditione Israel, ad quam potissimum Propheta destinatus erat. Amasias Sacerdos Bethel virum sanctum ad Jeroboamum II. Regem Israel accusavit, calumniam struens. *Rebellavit contra te Amos in medio domus Israel* [5]. Dein quasi sententiam Regis ferret, denunciavit: *Qui vides, cavadere, fuge in terram Juda, & comede ibi panem, & prophetabis ibi*. Quam ob injuriam queritur frequenter in suis Scriptis Propheta [6], graviter etiam invehens in scelera Israelitarum, veluti si omnia oculatus testis habuisset explorata. Primis visionibus in Bethel dignatus est [7]; quo non aliunde venisse, sed veluti loci gentilis videtur. Non est igitur a vero abfimile, eamdem regionem patriam habuisse; nec Thecue nisi pollente Amasia venisse. S. Hieronymus in Amos 5. natum quidem in Tribu Juda asserit, nulla tamen allata opinionis suæ conjectura; sed ea tantum ductus perfuasione, quæ Propheram e Thecue arcessit.

Pastoritiam agebat, compungendisque ficubus agrestibus, quo facilius maturescerent, [8] juxta morem regionis, vitam toleravit; quare a munere Prophetæ alienus, nec patrem habuit Propheram, nec Magistrum [9]. Sed cum maxime operi suo intentus vacaret, nihil tale cogitans, repente ad munus Prophetæ cœlitus evocatus est. Nec statim ad loquendum facilis: non nisi Deo jubente atque Spiritu intime impellente compulsus, tandem assensum suum præbuit [10]. Oracula fudit sub Jeroboamo II. Rege Israel, & Ozia Rege Juda, biennio ante quam valida terræ succussione [11] ingenti horrore Jerusalem consternaretur [12]; quod Josephus [13], assentientibus veterum atque recentiorum Interpretum plerisque, in tempus attentati a Rege Ozia muneris Sacerdotalis, oblatione thuris coram Domino, [14] confert. Usserius ad an. 3221. temerarium Oziæ factum rejicit post obitum Jeroboami II. cujus tamen argumenta nobis non perfuadent. Si factum illud Oziæ, & terræmotum, de quo Amos, ad annum 23. ejusdem Regis conferamus, initum ab eodem Propheta munus statuendum ad A. M. 3215. sexennio circiter ante obitum Jeroboami II. Sed hanc epocham incertiorem esse ultro fatemur [15].

Prima Amos vaticinia in cap. 7. leguntur. Objecta per visum Prophetæ species locuttarum arva depopulantium [16]; ignis etiam longe lateque super regionem ardentis, ipsas abyssi aquas exiccantis. Tandem Deus ex alto mœnium fastigio stantem se, atque trullam cementariam tenentem Prophetæ exhibuit [17], everfurum se loca a superstitiosis Israelitis consecrata, domumque Jeroboam gladio exterminaturum minitatus. Visiones suas altre in Bethel edicentem Amasias Sacerdos Fani ejusdem Urbis ad Regem tamquam perdnellionis reum detulit [18]. Namque, ait, seditiosis sermonibus nec ultra ferendis omnia turbat, undique dictitans: Jeroboam gladio peribit, & Israel captivus extra regionem suam adducetur. Impudentissime ille quidem: numquam enim Amos gladio enecandum Jeroboamum edixerat; cum enim ultionem Domum Jeroboami non ipsum Jeroboamum manere vaticinatus erat. Quid Rex decreverit, ignotum; sed Amasias visionarium hominem solum vertere, atque in regionem Juda concedere jussit, monitum ne ultra committeret, ut vaticinari in Bethel auderet, sedem religionis & Regni. Cui Amos protestatus, se neque Prophetam agere professione, neque genere, sed pastorem esse, agreilesque sicus compungentem, qui inopinato Domini afflatu e pastore in Propheram transisset: dein ad Amasiam versus denunciavit futurum, ut ejus uxor in Urbe prostitueretur, ejus filii & filiæ gladio perirent, possessiones funiculo in. alio distraherentur, ipse tandem in terra impura obiret; ac tandem Israel captivitate extra regionem suam premeretur.

Hæc Prophetæ verba acerbe adeo excepisse Amasiam nonnulli ex Veteribus [19] tradunt, ut exturbari loquenti dentes, quo ad silentium adigeretur, præceperit. Plura illata viro supplicia alii retantur [20]; addentes, Oziam filium Amasiæ palo in tempora Prophetæ inclementer adacto, virum pene exanimem straviste, deductumque in Thecue brevi penitus interiisse, ibique avito sepulchro illatum. Verum silentibus SS. Scripturis, harum traditionum fidem suspectam habemus. Opinamur quin etiam, Prophetam relicta Bethel Thecuam se recepisse, ubi relicta sex prioribus Operis capitibus vaticinia fuderit. Octavum & nonum caput ad idem facile tempus pertinere. Emmorialis, natalitia, & functi muneris periodus æque latent. Sunt qui duobus tantum annis Propheram egisse putent, toto nempe biennio, terræmotum in ipso Scripti exordio expressum præcessit [21]. Alii intra annum ejus vaticinia omnia definiunt. Conjecturæ omnes, nihil certi.

Duo priora Scripti capita in Damascenos, Philisthæos, Tyrios, Idumæos, Ammonitas, Moabitas, populos Juda, & Israelitas decem Tribuum imperantur. Illis vero omnibus mala minitatur, quæ inde per Reges Assyriæ, Chaldæos tanta fere omnium illarum Provinciarum clade illata sunt. Dein tota sermonis vis in Israelem coacta, quo maxime Propheræ mens universa collimat; non posteremam tantum illorum captivitatem [22], sed præmuntia etiam hujus calamitatis mala, post Regnum Jeroboami II. inferenda, vaticinatur [23]. Addit Oraculo de obitu Zachariæ [*], adventu Phul & Theglathphalassaris in ditionem Israel. Tandem ad lætiora conversus, solvendam captivitatem decem Tribuum enunciat [24]. Acrius in locupletes & avaros Israelitas invehitur, quibus ædium superbiam, conviviorum apparatum, & in utensilibus domorum nimium luxum [25], tum & vanitatem exprobrat.

Judi-

(1) *Clemens Alexand. l. 1. Strom. Epiphan. de vit. Proph. Cedren. Compend. hist.* (2) *Patri Isaiæ nomen erat Amoz, Prophetæ vero Hamos.* (3) *Hieron. Theodoret. alii passim.* (4) 2. *Par.* 2. 11. 6. *Hieron. Mercer. Grot. alii.* Kimchi constituit in Tribu Aser, & S. Epiphanius in Zabulon. (5) *Amos* 7. 10. 11. (6) *Amos* 2. 12. & 3. 7. 8. (7) *Amos* 7. 10. (8) *Amos* 1. 1. & 7. 14.

(9) *Ibid. ver.* 14. (10) *Amos* 3. 8. & 7. 15. (11) *Zach.* 14. 5. (12) *Joseph. Antiq. lib.* 11. *cap.* 11.

(13) *Joseph. Antiq. lib.* 11. *cap.* 11. (14) 4. *Reg.* 15. 5. & 2. *Par.* 25. 19. (15) *Vide nostr. Commen. in* 4. *Reg.* 15. 5. (16) *Amos* 7. 1. 2. (17) *Ibid. ver.* 8. 9. (18) *Ibid. ver.* 10. (19) *Cyrill. in Præfat. Epiphan. in Amos.* (20) *Vide Pseudo-Epiphan. de vit. Prophet.* c. 12. *Isidor. de vit. & mor. SS.* c. 43. *Dorot. Synops. cap.* 2. *Martyrolog. Rom. Prid. Kal. April. Chron. Paschi. pag.* 147. (21) *Vide Ariam Mont. Sanct. Prolegomen.* 4. (22) *Amos* 4. 3. & 9. 1. 2. & *seq.* (23) *Amos* 2. 13. 14. &c. & 3. 11. &c. (*) *Amos* 7. 9. (24) *Amos* 9. 14. (25) *Amos* 3. 15. & 4. 1. 2.

Judices viros infontes opprimentes, pauperes in servitutem vendentes calliga[t 1]. Populum reum agit incestuum, & in Prophetas pervicaciæ [2]. Uno verbo ex ejus Prophetæ lectione intelligimus, florentissimum alioqui per eam ætatem Regnum Israelis immani criminum contagione elanguisse, longamque prosperitatem augendis sceleribus, criminibusque, ut fere fit cum timor Domini & justitia e corde hominum fecesserit, valuisse.

Idololatriæ malum ejus viri ætate non admodum in Israel invaluerat. Post Regnum Jehu [3], qui dejecto Templo Baalis, illius Sacerdotes exterminaverat, publicus superstitionum cultus ab eo tempore exulavit. Jeroboamus II. non alio nomine in Scriptura accusatur [4], quam quod in errore Jeroboami I. nempe in cultu vitulorum aureorum quem Amos pariter exprobrat Israelitis perseveraverit. Frequentabantur Urbes Dan, Bethel, Galgala, & Berſabee; ibique in illorum Deorum nomina jurabatur. Berſabee locus erat religioſius peregrinantibus, recens, nec ante Regnum Jeroboami II. quamvis eo tempore celebris, frequentatus [5]. Veteris religionis veſtigia plurima in Israele adhuc manebant, quibus cultum ſe Domino impendere perſuaſi, vanitatis a Propheta arguuntur; demonſtrat enim fruſtra eſſe religionem, quam juſtitia & charitas non commendat [6].

Quamquam id potiſſimum ſpectabat Amos, ut vaticiniis ſuis Israelitas juvaret, aliquando tamen in Juda & finitimis Palæſtinæ Regnis verſatur. Primam domui Davidicæ gloriam, ejuſque ſuper Idumæam ceteraſque olim ſubjectas gentes Imperium reſtituendum prædixit [7]. Phraſibus tamen adeo magnificis utitur, ut Meſſiam pariter & ejus Eccleſiæ conſtitutionem præ oculis habuiſſe videatur.

Imperitiori uſum ſermone S. Hieronymus Prolog. Expoſit. fatetur, illud Apoſtoli 2. Cor. 11. de ipſo uſurpans: *Imperitus ſermone, ſed non ſcientia* [8]. In Comm. in Amos 1. 2. obſervat, apto profeſſioni ſuæ eloquio ita univerſos; ita Amos comparationes ex agro, cui maxime adſeverat, ducere affectat. Et quidem totum ejus opus perpetua allegoriæ ſerie ad campeſtria utenſilia, tum & paſtoritiam, agreſtemque vitam alludit. Optime quidem vir ſanctus, eum de ſtylo agitur; eamdemque quam ille obſervavir pedeſtris eloquii ruſticitatem, in eodem Propheta viditſe ſibi plures ex Interpretibus viſi ſunt. Verum S. Auguſtinus, qui eloquentiæ Hieronymianæ nihil concedebat, gnarus profecto quid de ſtylo Amos ſentiretur, ejus exemplum præ ceteris ſelegit, ut ad ſenſum demonſtraret, eloquentia quadam naturali eum inſita quadam prudentia deductos Prophetas, ut verba, rebus aptarent in tantum, ut: *Iſti qui Prophetas noſtros*, ait, *tamquam inermides & elocutionis ignaros voluerunt facili diſſerisque contemnunt, ſi aliquid eis talе vel in talem dicendum fuiſſet, aliter ſe voluiſſent dicere* [9]... *Quid enim eſt quod iſte eloquio aures ſobria plus deſiderent?* Nobilis hujus eloquentiæ exempla profequitur ex cap. 6. ejuſdem Prophetæ. Qua in re ramen non ita conſtituendum eſt, quaſi ſapientia divina eloquentiæ ſervire eredenda ſit: *Non intenta in eloquentiam ſapientia, ſed ſapientia non recedente eloquentia*. Tandem ita concludit: *Quapropter eloquentes quidem non tantum ſapientes ſæpenumo* (Sacros Scriptores) *tali eloquentia, qualis perſonis ejuſmodi congruebat*.

IN ABDIAM

PROLEGOMENON.

De geſtis, obitu, ætate, Patria & miſſione hujus Prophetæ, ſilente prorius Sacra Scriptura, nihil habemus quam quod Authorum Judæorum & incertarum traditionum fide parum quidem aſſerræ memoriæ proditum eſt. Originem retuliſſe creditur e Bethaeamar, ſive Bethaearon, juxta Sichem in Tribu Ephraim [9]: quo etiam patrio ſepulchro illatum ferunt: S. Hieronymus [10], poſt veteres Judæos in eam ſententiam inclinaſſe videtur, quæ Propheram cum viro cognomine Oeconomo domus Achab, abſconſis in ſpeluncis 100. Prophetis a Jezabele ad eædem deſtinatis illuſtri [11], confundit. Proſelytus etiam extiriſſe fertur, & onus idemque eum Centurione tertio loco miſſo ad evocandum Eliam e monte, quem virum Propheta ab igne, quo duo priores Centuriones interierant, immunem voluit [12]. Malunt alii virum dare viduæ Sareptanæ [13], cujus filium Eliſeus e mortuis revocavit [14]. Qua poſteriori ſententia ſemel conſtituta, ſtatuimus etiam Abdiam filium habuiſſe Jonam Propheram, eum Judæis authoribus Jonas e vidua Sareptana matre prodierit.

Salomon docet, Abdiam Proſelytum fuiſſe, Idumæum, favore Principis in aula Achab & Jezabelis porenrem, quod ille tamquam communi ſuffragio apud fratres ſuos receptum tradit. Hanc ſententiam ſulcit Codureus Præfatione ſua in Job: ſed ab aliis Rabbinis vulgo rejicitur. Sunt qui virum agnoſcunt [1], in Abdia illo, qui 2. Par. 17. 7. miſſus dicitur a Joſaphat per Urbes Juda, ut populos edoceret. Abdiam alterum ſuggerit Liveilus ſub Joſia Rege Juda, Levitam, e familia Merari [*]. Nos autem, ne conjecturas conjecturis cumulemus, ignorantiam ea de re faſſi, nullis addicti partibus, in re incerta judicium ſuſpendimus; hujus enim ambiguitatis nullum eſt argumentum certius, quam opinionum varietas.

De tumulo Abdiæ Sebaſte, alio nomine, Samariæ, Palæſtinæ poſito, ſermo eſt apud S. Hieronymum [15], narrantem, a S. Paula una cum ſepulchro Eliſei, & S. Joannis Baptiſtæ cultum, ubi teſtem etiam oculatam prodigiorum ibi gloriam ſpectaſſe idem Sanctus affirmat. Sed huc Abdiæ tumulum a S. Paula vilum, loculum ſuiſſe tantum, ubi ejus olim cineres jacebant, agnoſcamus oportet; rerum enim potiente Juliano Imperatore, omnia Propheratum ſepulchra, incenſis ſacris oſſibus, & cineribus una cum prophanis animalium cineribus admixtis in ventum ſparſis, exſpoliaſſe circa annum 362. conſtat [16].

Qua tenemur incertitudine de obitu rebuſque geſtis ab Abdia, cur certum ejus miſſionis tempus ignoremus, in cauſa eſt. Si Oeconomum domus Achabi geſſit, ſenior 100. annis quam ceteros Prophetas, quorum ſcripta ſuperſunt, conſtitueretur oportet. Qui-

(1) *Amos* 2. 5. (2) *Ibid. ver.* 7. (3) 4. *Reg.* 10. 18. *ſeq.* (4) *Ibid.* 14. 24. (5) *Amos* 5. 5. (6) *Amos* 2. 11. 12. & 4. 4. 5. & 5. 21. 22. 23. & 8. 3. 5. 10. (7) *Amos* 9. 11. 12.

(8) 2. *Cor.* 11. (9) *Pſeudo-Epiph.* & *Pſeudo-Dorotb. Vider. Oſe.* (10) *Hieron. in Abdiam*, & *Epiphan. Vitor. Doroth. Chronic. Alexan. Rupert. Sixt, Senenſ. in Abdiam. Montan. in Præfat. in* 12. *Proph. Genebr. Chronic. ann.* 3272. *Oſe.* (11) 3. *Reg.* 18. 4. (12) 4. *Reg.* 1. 13. (13) *Lyran. in* 4. *Reg. cap.* 4. *init.* (14) 4. *Reg.* 18. 22. (15) *Vide Sanct. Prolog.* 2. *num.* 5. (*) 2. *Par.* 34. 12. (15) *S. Hieron. principi. Comment. in Abdiam*, & *in Epitaph. Paula.* (16) *Vide Julian. Miſopogon.* & *Baillet vit. SS. V. Teſtam.* 14. *Junii*, & 19. *Novembs Gallice.*

Quicumque vero prædicta ab illo mala, ab Idumæis inferente Sennacheribo perlata, contendunt, illi Achaz & Ezechiæ Regibus Juda coævum faciunt. Nos ex ejus scripti deductis confidimus, post eversam Jerusalem eadem, qua Jeremias, ætate vixisse. His autem persuademur.

Abdias ultimum excidium Idumææ minitatur; in eam eruim superventuros subito incursu tamquam fures hostes, prædamque universam deportaturos, abdita quæque Idumææ scrutaturos, ac caudem Idumæos ipsos e regione sua depulsuros prædicit (1). Hæc autem mala, inquit, in eorum caput ab ipsis fœderatis suis, eadem cum ipsis mensa utentibus immincut (2) a quod ipsis merito injustitiæ (sue & crudelitatis in fratres suos Juda exercitæ inferetur (3). Exprobrat enim Propheta cædes & immania quæque scelera, quibus in miseros sæviverunt, cum ab hostibus fuit, dissipatique, atque Urbibus suis spoliati, tum & Jerosolyma inter victores sorte divisa palantes fugeretur; tunc enim Edom mixtus cum populi hostibus in eorum cædem conjurabat. Norint proinde, ait Abdias, Idumæi se in exemplum ultionis venturos (4), eodemque, quo ceteri, fato dispendendos. Tunc malo suo discent, neque de Regno luda desolato plaudere, neque deductis in captivitatem insultare, nec tandem per capræ Jerusalem compita discurrere, nec exitus viarum obsidebunt, ut salutem fuga quærentes (5) interficiant. Hæc plane omnia Judæos mala jam premebant, cum Abdias in Idumæos vaticinaretur; quare Jerusalem jam capta, Judas captivus detinebatur.

Post prænunciata deinde Idumæis mala a Chaldæis inferenda, alia deinde a Juda eis imminentia perfequitur; prædicit enim futurum tandem, ut Jerusalem restituatur, vetus sanctitas & religio montis Sion redeat, totaque late ditio olim a Jacob possessa veteres Dominos agnoscat; atque ita restituti Israelitæ, veluti advecto in Idumæam igne, eorum regionem in paleæ modum accendant, jugumque Idumæis injiciant (6). Tandem non obscure prædicit futuram Judæorum & Israelitarum liberam in Patriam restitutionem. Ex his omnibus aperto satis argumento demonstratur, Abdiam Propheram egisse in Tribu Juda post captam Jerusalem, eo temporis intervallo, quod inter captam Urbem usque ad desolatam Idumæam armis Nabuchodonosoris, anno 23. ejusdem Principis & 5. post eversam Jerusalem & Templum (7), interceffit. Nec est quod miremur, si Propheta post eversam Jerusalem in Juda oracula fundebat. Jeremias a captivitate immunis fuit. Propheta Habacuc, de quo Dan. 14. 32 &c. in eadem regione vivebat, cum populus in captivitate detineretur.

Verficulus quartus Abdiæ, ex Oraculo Balaam de Cinæis (8) descriptus videtur. Verficulus 8. & septimus cap. 49. Jeremiæ rotidem fere literis consonat, quemadmodum & verficuli 9. & 10. ejusdem Propheræ cum 5. & 6. Abdiæ; pariterque verficulus 12. Jeremiæ cum 16. Abdiæ. Tandem verficuli 2. 3. 4. Abdiæ respondent verficulis 14. 15. 16. Jeremiæ. Uter eorum ex altero transcripserit, facile definitur, cum Jeremias Oracula in Idumæam funderet rerum potiente Joachim, vel ut serius, Sedecia (9). Solemne est autem Prophetis, alterum alterius verba de eodem argumento usurpare (10).

I N J O N A M

P R O L E G O M E N O N.

In universa duodecim Prophetarum historia nihil Lectorum admirationem occupat magis, quam de rebus a Iona gestis narratio. Eo consilio a Deo vir excitatus videtur, ut luculentum de maximo & abstrusissimo nostræ religionis dogmate, nempe Resurrectione Jesu Christi, luculentum, inquam, in se præberet documentum. Voluit Deus in eo viro non simplici tantum sermone comprehensam figuram exhibere, sed ipsarntem quamdam imaginem rerum futurarum exprimere, cum scilicet post tridui moram e ventre ceti incolumen illaturus eduxit (11). Quod vero ejus memoriam inter Prophetas veteris Testamenti egregie commendet, illud est, nimirum unicum fuisse ad gentes missum Propheram. Ninivitarum conversio veluti pignus habenda erat certum affertumque futuræ Infidelium ad fidem traductionis, atque Ecclesiæ Jesu Christi super everſæ Synagogæ ruinas erectionis.

Galilæus erat genere, oriundus e *Get-Ophra* (12), quam Urbem cum Iotapata, in bello deinde Judæorum cum Romanis, obsidione a Josepho tanta rei militaris peritia simul & virtute tolerata, celebri (13) confundunt. Sita erat in Tribu Zabulon (14), ubi parvula regio Epher vel Opher, in qua Get, urbs Propheræ patria. Hanc S. Hieronymus Præfat. in Ion. gemino a Sephori lapide Tiberiadem versus constituit. Quæ omnia apertissime erroris convincunt opinionem Judæorum, Jesu Christi ætate autumantium, neminem Propheratum e Galilæa proditurum (15). *Scrutate Scripturas, & vide quia a Galilæa Propheta non surgit.* In Galilæa pariter Nahum ortus est, quamquam e Tribu Simeon originem referret. Sunt tandem, qui Malachiam e Tribu Zabulon, & urbe Supha accersunt (16). Variant Rabbini de Propheræ Ionæ origine; alii eum Vidux Sareptanæ filium, quem Elias suscitavit, constituunt (17). Ducuntur autem in eam opinionem a verbis ejusdem Vidux ad Propheram post filium vitæ restitutum: *Nunc in isto cognovi, quoniam verbum Domini in ore tuo verum est:* ex quo indirum eidem puero nomen fili *Amathi*, quod in Hebræo sonat veritas. Bella conjectura! quæ sola evertendæ Judæorum opinioni potius quam confirmandæ sufficeret, nisi a Scriptura duplici apertissimo argumento falsitatis arguerctur. Primo enim Jonas oriundus a *Get-Opher*, loco plane a Sarepta remoto, dicitur. 2. Sub Ioas & Jeroboamo Regibus Israel agebat, quorum posteremus Regnum inivit post 60. annos a fublato in Cœlum Elia. Autumarunt ergo illi Jonam parentem habuisse mulierem Sunamitidem (18), cujus filium Propheta Eliæus & nasci & triennio post extincto vitam precario a Domino impetravit (19). Verum altera plane erat Sunam a Get-Opher, ejusdem viri patria (20); illa est enim Urbs Tribus Issachar; hæc Tribus Zabulonis. Non defuerunt, qui audiviſſe credant Propheram illum ad Ramoth Galaad mis-

(1) *Abdias ver. 5. 6. 7. 8. 9.* (2) *Ver. 7.* (3) *Ver. 10. 11.* (4) *Abdias ver. 15.* (5) *Ver. 12. 13. 14.* (6) *Ver. 17. 18. 21.* (7) *Joseph. Antiq. l. 10. c. 11.* 8) *Num. 24. 21.* (9) *Vide not. Comment. in Jerem. 49. 2.* (10) *Confer Mich. 4. 1. & Isai. 2. 2.* (11) *Augustin. l. 18. de Civit. cap. 30. Jonas Propheta non tam sermone Christum, quam sua quadam passione prophetavit; profecto apertius, quam suijus mortem & resurrectionem voce clamavit.*

(12) 4. *Reg.* 14. 25. (13) *Joseph. lib. 3. cap. 11. 12.* (14) *Jesus* 19. 13. (15) *Jo.* 7. 52. (16) *Pseudo-Epiph. & Pseudo-Dorotheus.* (17) 3. *Reg.* 17. 17. & *seq. Vide Hieron. Prefat. in Ion. Pseudo-Epiph. Pseudo-Dorotheus. Quæstion. ad Antioch. in append. oper. S. Athanas. quæst.* 65. (18) *Ita ex Patribus nonnulli.* (19) 4. *Reg.* 4. 16, 17. 36. 37. (20) 4. *Reg.* 16. 17. 26. 27.

missum, ut Iehu in Regem Iſrael conſeceraret (1). Fiez omnia eadem fide traduntur, ac fabella de ortu ipſius in *Cariathiam ad Aſoch* ad Mediterraneum [2], atque oraculum eidem viro imputatum in hanc ſententiam : *Cum gentes plurimas Jeroſolymis conſpexeritis, ab occiduis nationibus fundibus urbem delendam neuorinis*. Sicut & alterum de evertenda Urbe Jeruſalem : *Cum lapis miſero plorare conſpicietur* ; quibus verbis Jeſus Chriſtus lapis angularis deſignatur, ſuper præviſa mala urbis Jeruſalem lacrymas fundens, Luc. 19. 42. Sed apage apocrypha.

Certus annus miſſionis Jonæ in urbem Ninive ignoratur. Alii munus ſuſcepiſſe ætate adhuc immatura tradunt [3], alii primum ejus vaticinium illud datuunt, quo prædixit Jeroboamum filium Joas Regis Iſrael veteres Regni fines ab introitu Emath aduſque Mare mortuum [4], reſtituturum. An vero oraculum illud ipſi Jeroboamo ſive Joas patri ejuſdem Regis, proſtratis Regni Iſrael rebus [5] commiſerit, incertum. Quidquid ſit, illud eſt in compertæ, viziſſe ſub Joa & Jeroboamo II. Regibus Iſrael, eozvoſque proinde habuiſſe Oſeam pariter & Amos. Dens illum mandatis oneraverat, itet Ninivem, palamque ediceret, urbem poſt 40. dies ſubvertendam. Tergiverſari ille ad hæc, & tamquam Sancti Spiritus impellentis vim declinaturus, e regione ſua dilabi, conſcenſaque in Joppe navi Tharſin Cilicie ſolvit. Vix iter inierat, cum ſubita quædam tempeſtas oborta, navigium corripiens, nautis ſuſpicionem induxit, extraordinario aliquo caſu hanc ſibi calamitatem accidiſſe. Jactis igitur ſordibus, eo indicio Jonas deprehenſus eſt, qui fugæ ſuæ cauſa expoſita ſuaſit, ut ſe in mari dejecto & mari & nautis quierem procurarent. Vix undas ruens attigerat, cum marinum quoddam monſtrum ſubito acceurrens, virum deglutiit, abditaſque in immanis ventris claufiro, tribus diebus & tribus noctibus illæſus ſervatus eſt: Poſt tridui carcerem, in littore expoſitus, ſalvus incolumique ire iterum Ninive Deo juſſus, paruit. Urbem igitur ingreſſus, alte edixit futurum, intra quadraginta dies Urbem ſubvertendam. Ejus verbis territi Cives omnes, ne Regé quidem excepto, ad pœnitentiæ ſtudium converſi, Deum placare, ſimulque imminens jam flagellum evitare nec fruſtra conati ſunt. Jonas maiime impletam Oraculi ſui fidem intelligens; alto dolore ſaucialur, querelas ea de re ſuas ad Dominum tulit, verſabatur autem in patva eaſa extra Urbem, quam virens quædam planta in Hebræo *Kikaion*, in latino *Palma Chriſti*, tegebat. Acceidit ut vermis quidam radicibus ejus plantæ vitiatis, & demitti primum paſſique foliis laſſeſcere, ac demum areſcere cougerit. Ea doloris acceſſione altius ejulans Propheta, quippe quem intolerabiles ſolis ardores urebant, cum Deo quebus eſt, rogavitque, ut ſe tandem e vivis ſubduceret. Cui Deus : Tu ergo tanto doloris ſenſu tangeris, cum amica tibi umbra ſua planta exaruerit, planta, inquam, quam nec coluiſti, ſed ſponte unicæ noctis opiſicio terra emiſit; & quereris me toc populorum Ninive agentium miſeratione tangi, quorum tanta pars ſive nullo impio geſtu me provocavit, ſive ratiocinandi facultate caret; ubi tot bruta, opificium meum, genus animalium errandi incapax, in eadem cum ceteris vitæ, non ſceleris commiunione verſantur?

Quid inde poſt functum Ninive munus ſuum Jonæ acciderit, incertum. Ejus ſepulchrum Moſul; quam veterem Ninivem credunt, Orientales oſtendunt, vitam egiſſe, ac tandem facto ibi functum perfuaſi. Locus eſt magnifica erecta Moſchæa etiam Turcis religioſus. Paleſtini in patriam rediiſſe contendunt, ubi etiam Sancti Hieronymi ætate viri ſancti monumentum viſebatur. Noſtra etiam ætate Turcæ vicum *Get-Ophor* tenentes, mauſoleum Jonæ cum ædicula ſubterranea intra Moſchæam tanta religione venerantur, ut ne ingredi quidem calceatis pedibus permittant.

Pſeudo-Epiphanius, & Pſeudo-Dorotheus narrant, Jonam in Judæam regreſſum, cum objectam a gentilibus ſuis oraculorum in Ninivem fallaciam reprobrantium dedecus ferre non poſſet, relicta patria, Sur facile Tyrum Phœniciæ, una cum matre ſua confugiſſe; ubi vitæ curſu peracto, in tumulum Judicis Cenezei illatus jacuerit. Ille Cenezeus Judex facile Othonielem Judicem Iſraelis, Cenezzum origine, deſignat [6]; qui tamen e Tribu Juda, natus facile ſepulturæ in regione ſua mandatus eſt; quare communem cum Jona ſepulchrum obtinere potuiſſe vix credimus. De reliquis & cultu Jonæ conſulas Vitas Sanctorum V. T. D. Bailler ad 21. Septembris.

IN MICHÆAM PROLEGOMENON.

MICHÆAS e Tribu Juda, e Morathi modico vico ad Eleuteropolim in plaga meridionali Jeruſalem oriundus, munus exercuit ſub Regibus Juda Jonathan, Achaz, & Ezechia, 50. circiter annorum ſpatio. Hunc aliqui præpoſtere confundunt [7] cum Michæa filio Jemla, Propheta ſub Achab Rege Iſrael [8], cujus nulla ſcripta ſuppetunt. Pſeudo-Epiphanius, cæterique ejus fidem ſequuti, e Tribu Ephraim, & vico *Marathi* aceerſunt: ſed quis locus Marathi in Tribu Ephraim? Legimus quidem Joſue 15. 59. *Mareth*, ſed in Tribu Juda; & *Mareſa*, *Mareſſa*, *Mareſſha* ad eamdem Tribum ſpectabant. Quare Auctores illos confudiſſe Mareſam cum Maratha facile credimus. Neque inviti ſuſpiceremur, Moraſthi, Mareſſam, Mariſſam, Mareſam unum eumdemque vicum ad Eleuteropolim deſignaſſe [9]. Chaldæus habet *Mareſam* pro *Moraſthi* [10]; quæ duo nomina ex eadem radice deducta unum ideuque ſignificant [11]. Pſeudo-Dorotheus teſtatur, Prophetam ſepultusæ datum in Polyandro Enakim, nempe in Cœmeterio *Enacim*: quod in eam nos ſententiam adducit, ut Marathi in Tribu Juda ad Eleuteropolim, non ſecus ac Mareſam & Moraſthi, conſtituamus. Numquam enim Enacim in Tribu Ephraim ſedem habuerunt, ſed in montibus Juda, in urbe Ebron iociſque ſubjectis.

Oracula dedit Michæas æque in duo Regna Samariæ & Juda. Suppar fuit Iſaiæ, quamvis in Prophetiæ munere tempore inferior. Legimus apud illum ingens fragmentum ex Iſaia [12] deductum. Primo autem grumnis Samariæ a Salmanaſare captæ, atque in aceervum lapidum redactæ occupatur [13]. Deinde obverſis in Judam oculis, adventum Sennacheribi, inferendæque ab ipſo in Iudæam ma-

(1) 4. Reg. 9. 1. 2. & ſeq. (2) *Pſeudo-Epiph. Pſeudo-Doroth. & Chronic. Paſc.* (3) *Pſeudo-Epiph. &c.* (4) 4. Reg. 14. 25. (5) 4. Reg. 14. 26. (6) *Judic.* 3. 9. 10. (7) *Athan. in Synopſ. Pſeudo-Epiph. Pſeudo-Doroth. Euſeb. Chron. Alexandr. Severian. l. 3. c. 19.*

(8) 3. Reg. 22. 8. &c. (9) *Ita ſentiunt Vatablus, Montanus, Iſidorus, Maſius in Joſue* 15. (10) *Chald. in Mich.* 1. 1. (11) *Vide Mich.* 1. 14. 15. (12) Conſer *Mich.* 4. 1. *Iſa.* 2. & *Iſ.* 41. 15. *cum Mich.* 4. 13. (13) *Mich.* 1. 6. 7.

la non obscure minitatur [1]. Dein iterum ad Regnum Israel, cujus regnantem passim licentiam corripit, adjectis de imminenti captivitate minis: ac inde orationem cogit post factas de solvenda demum captivitate promissiones [2].

Novum sermonem cap. 3. ineunte exorsus, Iudicibus & Pseudo-Prophetis Iacob eruditatem & avaritiam exprobrat: paribus etiam in Principes Israel invectus, id tandem commententibus dicit, ut Sion quasi ager exaretur, & Ierusalem in acervum lapidum, ac tandem mons Templi in excelsa sylvarum redigatur.

Oraculum illud rerum potiente Ezechia a Propheta editum, Ieremia 26. 18. docente intelligimus. Ipse enim Ieremias eo vaticinio opportune usus est; ostendens enim, paria ac Michæas in Ierusalem ic pronunciasse, ab imminenti sub Ioachimo letho sese liberavit [3].

Post tristia in Iudæam oracula, ad lætiora conversus Propheta, felicem adeo statum prædicit, ut facile legentibus innotescat alio spectare virum, quam tempora post captivitatem Babylonicam. Erat illi præ oculis Messiæ Regnum & Ecclesiæ constitutio [4]. Cum tamen tot felicitatum cursus brevi quadam calamitate intercipiendus esset, ita rem totam exponit, ut brevius complexus videatur; quæ de bello Gog in Sanctos fusius Ezechiel prosequitur. Vide Exech. c. 38. & 39. Psalmus deinde studia resumens, oriturum dicit in Bethlem Principem Iuper omnem late Israelem regnaturum [5], cujus futura esset corona æternitati generatio. Ejus politiam omnem & Regnum inter ultrasque mundi extremitates definitum prosequitur. Subeantados a Deo pandit septem Pastores vel octo Principes, qui regionem Assur & terram Nemrod jure armorum sibi vindicabunt: quod nos de Dario Hystaspis ac septem conjuratis, Magorum occisione Imperium Persarum post extinctam Cyri familiam invadentibus dictum intelligimus. Tum ad Hebræos conversus Propheta, florentem eorum statum post Regnum Darii & post Macchabæos describit; plura identidem adjungens ad Ecclesiam Christi unice pertinentia.

Capita 6. & 7. tertiam & postremam orationem; seu potius prolixam contra iniquitates Samariæ querelam continent [6]. Excurrit deinde ad eversionem & mala Babylonia [7], restitutionem Urbium Israel, Regni illius amplitudinem; incolarum felicitatem, uti & obtinenda a Deo beneficia; eo artificio singula prosequutus, ut futurum simul Israelis, simul Ecclesiæ felicitatem defignet, hanc re & cumulatam, illa vero specie tantum & imperfectam.

Tempus & genus mortis æque latent. Pseudo-Epiphanius, & aliqui ex Græcis fidei nihilo certioris, dejectum narrant, mandante loram filio Achabi, ejus in dicendo carpendoque Regis scelera liberrate offenso. Addunt illi, sepulturæ mandatum in cœmeterio, sive juxta cœmeterium *Morathi* patriæ suæ. S. Hieronymus Epist. 27. seu Epitaph. Paulæ, sepulchrum ejus Morathi spectari testatur; & Sozomenus lib. 7. cap. 29. tradit, viri Sancti corpus divinitus revelatum fuisse Zebenno Episcopo Eleutheropolitano sub Theodosio Magno, eoque indicio inventum in loco, cui nomen *Beresaare*, quod facile corruptione quadam ex *Morasthi* formatum est. Porro locum illum 10. stadiis ab Eleuteropoli situm dicit. S. Hieronymo urbs *Morasa* gemino ab eadem urbe lapide distat, quod ferme in idem recidit.

Stylo utitur brevi, conciso, præcipiti, obscuro, Oseæ stylo simillimo; quod autem vivido quodam igne inardeleat, & ex uno in aliud subito transvolet, ideo durus est, minusque legentibus pronus.

(1) *Mich.* 1. 2. 13. 14. 15. (2) *Mich. cap.* 2. *per totum.* (3) *Jerem. Ibid. ver.* 6. *&c.* (4) *Cap.* 4. *usque ad ver.* 11. (5) *Mich.* 5. 2. *&c.* (6) *Cap.* 6. *totum & cap.* 7. 1. . . . 7. (6) *Cap.* 7. 8. 10. (7) *Nahum* 1. 1. (8) *Quidam apud Hieron. Pseudo-Epiphan.* (9) *Vide Quarest.* 1. 1. p. 308. (10) *Vide Hieron. in loc. Pseudo-Ibid. Vit. Proph.* appellat Bethafarim, seu Bethabarim; & & Chronicon Paschale Bethabaram. (11) *Antiq. l.* 9. c. 11. (12) *Seder Olam & Graec. hic. Vat. Mont. Sixtus Sen. Genebr.* (13) *cap.* 3. 8.

IN NAHUM
PROLEGOMENON.

QUÆ ad vitam reíque a Nahum gestas pertinent, æque omnia latent. Unum hoc tradit Scriptura [7], nimirum ex Elcesai originem duxisse; quamquam de nomine quidem, de re non etiam constet. Sunt enim, qui ortum in Begabor & patrem habuisse *Elkesai* [8] contendant. Verum S. Hieronymus & Interpretum plerique natum in Elcesai vico Galilææ, cujus vestigia ætate viri sancti superesant, maluerunt. Hujus loci nomen, cum nulpiam alibi in Sacra Scriptura, nec apud Iosephum legatur, non habet incertum: nec magis constat de Begabor. Alii [9] constituunt ad Emmaus, duabus vel tribus leucis a Ierusalem, ubi olim sepulchrum Nahum in vico Betogabræ, hodie Giblin, juxta Emmaus monstrabatur. Verum Pseudo-Epiphanius in Vitis Prophetarum, Begabaram in Transiordana rejicit: ex quo facilis conjectura, indicasse illum *Bethabaram*, in eadem regione satis proxime ad annem Sicam [10]. Sæpius litera *beth* pronunciatur, ut Gi ita e Bethabara factum *Betzabara*. Sed negotium facit idem Author, e Tribu Simeon viram accersens; Bethabara enim nimis longe a regione ejusdem Tribus distabat; nec Elcesai minus aberat. Verum qui natum in Elcesai Prophetam constituunt, nihil de Tribu defignant. Chaldæus pro Elcesai habet *Bethoff*, & Targum *Beth-loff*. Nihilo tamen ex re doctiores efficimur; cum æque omnia loca ista lateant. Ferunt in pace diem clausisse, atque in Begabara patria sua sepulturæ mandatum.

Totum hujus Prophetæ opus, in tria capita distributum, perpetuam orationis seriem de eversione Ninive continet. Ita vero loquitur, quasi si data opera Ninivem ad oraculum suum alte edicendum sese contulisset. Stylo utitur vivo, sublimi, animato, pathetico, ut res spectaculo futuras Lectori videri depingat; variato non semel vividis identidem igniculis argumento. Vix credo similes ingenii ignículos apud prophanos, neque majorem in deseriptionibus five magnificentiam five pompam occurrere. Quo tempore Prophetam egerit, non satis inter Scriptores convenit. Captivitatem Ninive ante centum quindecim ab eventu annos prædixisse illum, Iosephus Historicus [11] testatur; quo ad Regnum Achaz Regis Iuda deducimur: quamquam ipse vetustiorem etiam, nempe sub Iothan constituit. Iudal [12] sub Manasse malunt. S. Clemens Alexandrinus Strom. lib. 1. inter Danielem & Ezechielem, premente seilicet captivitate; nos cum S. Hieronymo everfionem Ninive sub Ezechia, post expeditionem Sennachetib in Ægyptum & Iudæam, vaticinatum constituimus: Non obscure captam *No-Ammon* [13], Urbem Ægypti exprimit, quam a Sennacheribo ante bellum in Ezechiam domitam scimus: Minas pa-

pariter audaciores Rabſaces [4], & violentum Sennacherib conſilium, atque ſumptam de illo ultionem [5] veluti res jam præteritas commemorat. Innuit etiam diſperſionem & captivitatem Iſraelitarum [6]. De Iuda ſic agit, quaſi in regione ſua versans, ſtata per annum ſolemnia celebraret [7]. His omnibus inducimur ad conſtituendum Vitum ante annum 15. Exechiæ. Ninive captivitatem ab eo prædictam alteram plane fuiſſe oportet a prima quæ ſub Sardanapalo [8] dicta ante Senacherib. Alſub Surdanapalo [9] dicta ante Senacherib. Alſub Surdanapalo [9] dicta ante Senacherib. Alſub Surdanapalo [9

produxisse potuit : namque ab anno primo Joachim, quocum initium ejus Prophetiæ componimus, ad captivitatem usque solutam 70. annorum est intervallum. Vide tabulam Chronologicam Danielis.

Ejus sepulchrum non uno olim in loco monstrabatur [1]; in *Ceila*, *Echela*, *Gabata*, in loco 12. ab Eleuteropoli lapide, ad viam Liddæ & *Bezechar*. Sed Cela, vel *Ceila*, aut Echela una est, uti facile credimus, eademque urbs; constat etiam Gabaat & Beth-secar proximas esse Ceilæ & Eleuteropoli : quare sepulchrum Habacuc in his locis constitutum ideo affirmari potest, quod in vicinitis situm esset. Ejus corpus ibidem inventum regnante Theodosio Seniore Sozomenus hist. Eccl. l. 7. c. 29. testatur.

IN SOPHONIAM

PROLEGOMENON.

SOPHONIAS, filius Chusi, nepos Godoliæ, abnepos Amariæ filii Ezechiæ e Tribu Simeon, si fides habeatur Pseudo-Epiphanio cetersique ejus furoribus, & oriundus e monte *Sarabatha*. Quis iste locus, silente Scriptura incertum : facile *Sarao* juxta Esthaol, in Tribu Simeon, cui nomini adjectum est *Beth*, sive *Batho*, Domum vel moram sonans, ut *Sarabatha*, sit mora Sarae. Sed hæ meræ conjecturæ, quamadmodum nihil certius afferri potest de illo oraculo Sophoniæ adscripto, quo opportunius fuisse dicitur, si Jerusalem in longum & latum porrecta conderetur. Solemne etiam Ludæorum axioma refert S. Hieronymus; nimirum numquam in Scriptura patres vel avos Prophetarum exprimi, nisi forte eodem Prophetiæ dono infigniti fuerint [2]; quod proinde in causa fuit, cur Chusi, Amarias, Godolias, & Ezechias avi Sophoniæ in censu Prophetarum haberentur. Hæc tamen nihilo meliora sunt, quam quæ ab aliis de eodem Prophetia ex illustri genere nato traduntur. His enim fucum fecit Ezechiæ nomen inter avos ejusdem viri, male eum Rege cognomine confusum.

Paruit idem Propheta sub Josia; munusque ante duodevigesimum ejusdem Regis annum, quo ille repurgandam ditionem suam invento legis Libro suscepit [3], iniisse, ex eo potissimum deducimus, quod scelera & licentiam in Magistratibus Juda simul & Idololatriam undique regnantem acrioribus verbis reprehendit. Aliud etiam ejusdem rei documentum præbet Oraculo de futura Ninive captivitate, & imperii Assyrii eversione [4]; utrumque enim non citius quam ad 16. Josiæ affignandum, si Nabopolassari in Chaldæos regnanti annos 21. cum Berosо tribuamus [5]. Componendus est igitur Sophoniæ cum inito a Josia Regno, quo Idololatria commune malum tolerabatur.

In primo Operis capite omnes æque populos ultioni cædique a Domino destinatos minis verbisque exagitat; invectus potissimum in Judam, & Philistæos, quos designat amaro illo dicterio : *Qui ingredimtur super limen*. Alterum caput in Philistæos, impenditur, quibus Urbes evertendas & in potestatem hostium tradendas, quin & omnes a Judæis jure proprio occupandas pronunciat. Eadem pariter minatur Moabitis, Ammonitis, Æthiopibusque, alio nomine Chusim, nempe Arabibus, plagam orientalem versus extremam oram Maris rubri tenentibus. Tandem succedunt oracula de eversione Assyriorum, & Ninive. Tertium caput in duas partes distribuitur, quarum prima invectivas & minas complectitur; in secunda vero ad contraria studia versus Propheta, facta melioris status & solvendæ captivitatis promissione, Judæos solatur; plura tamen identidem admiscet, non nisi de Ecclesia Jesu Christi & futuro Christianorum statu ad litteram intelligenda.

IN AGGÆUM

PROLEGOMENON.

DE Patria, natalibus, & familia Aggæi nihil affertum. Sunt qui natum credant in captivitate Babylonica; rediisse vero cum Zorobabele atilique in 1. Esdræ 2. 1. &c. recensitis. Reduces illi e captivitate nihil habuerunt antiquius, quam ut Templum repararent, brevique redactum est opus, ut stata sacrificia resumerentur [6]. Sed adversariorum invidia malisque eorum apud Aulicos officiis factum est, ut Cyrus concessam ante facultatem ædificandi Templi revocaret [7]; quod Cambyses post ejus obitum ratum esse justit; ut proinde opus spatio eirciter 14. annorum intermitteretur. Verum fadis functo Cambyse Dario Hystaspis rerum potito, suscitatur a Deo Aggæus [8], adjecto Zorobabele Prineipe Iuda, & Jesu filio Josedech Summo Sacerdote, quo collata simul opera intermisso diu ædificio suprema manus imponeretur. Exprobrat Aggeus Judæorum incuriam, qui studiis omnibus versis, ut amplas sibi & commodas ædes instruerent, domum illam interim Dei delertam propriisque ruderibus sepultam derelinquerent [9]. Ob oculos revocat flagella sterilitatis & siccitatis, quibus elapsis proxime annis segniores ad opus Deus revocaverat [10]; fecerat enim hæc omnia negligentiæ suæ merito in caput sum provocasse.

His Propheræ verbis inducti Zorobabel Princeps Juda, & Jesus Filius Josedech Summus Sacerdos, una cum optimatibus populi uno consilio operi necessaria instruenda susceperunt [11]. Vix resumpto opere, Deus ire Propheram justit, ne renunciare populo, ut si quis eorum gloriam veteris Templi a Salomone excitati antea vidisset [12], cui impar secundum

(1) *Vide Euseb. & Hieron. in locis in Ceila, Gabaa, Echila.* (2) *Hieron. Comment. in Sophon. initio. Tradunt Hebræi, cujuscumque Prophetæ pater aut avus ponatur in titulo, ipsos quoque Prophetas fuisse.* (3) 4. *Reg.* 22. 3. 10. 12. *&c.* (4) *Soph.* 2. 13. (5) *Apud Josephh. lib.* 10. *Antiq. cap.* 2. *num.* 13. (6) 1. *Esdr.* 3. 3. *&c.*

(7) *Esdr.* 4. 5. (8) 1. *Esdr.* 5. 1. (9) *Aggæus* 1. 4. (10) *Ibid.* 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. (11) *Agg.* 1. 14. *&c.* 2. 1. (12) *Agg.* 2. 2. 3. 4. 5. ... 10.

dum hoc Templum videretur, ille animis non desponderet; decreverisse enim Deum hujus secundi Templi gloriam præ illo augere, non auri quidem argentique fulgore, *sed præsentia Desiderati cunctis gentibus*, & pace ac prosperitate ex illo diffundenda.

Geminas *deinde* quæstiones Sacerdotibus proponit [1]. 1. An totum quod a carne sanctificata contingitur, Sanctitatem contrahat. Negarunt Sacerdotes. 2. An omne quod ab homine impuro contingitur, impurum item censendum esset. Affirmantibus illis, Prophetæ ex ea confessione argumentum deducit, omnia a populo neglectæ ædificationis Templi reo oblata Sacrificia oculis Domini minus grata fuisse & acceptæ; sicut vicissim Sacerdotes perversa eordis habitudine impuros macula sua hostias etiam quodammodo vitiasse. Variis illos flagellis exercuisse Dominum, quo tandem a socordia excitarentur: cum autem vocem Domini sensissent, meliora sperare illos, ac potissimum terræ fertilitatem jubet[2]. Tandem meritis laudibus virtutem Zorobabelis efferens, electum illum a Domino dicit, quem velut annulum in manu sua pretiosum teneret, ex quo terribilem Judææ adversarium, nempe Cambysem, prostravit [3]. De tempore quo Aggæus obierit, nihil memoriæ proditum est. Sepulturæ mandatum Jerosolymis inter Sacerdotes Pseudo-Epiphanius asserit, unde facilis conjectura de Sacerdotali viri dignitate capertur, si Authoris testimonium majoris esset ad fidem momenti.

IN ZACHARIAM

PROLEGOMENON.

ZACHARIAS, filius Baraehiæ & nepos Addo permisu a Cyro Judæis omnibus patriam repetendi facultate sub Zorobabele usus est. Prophetam egit Jerosolymis anno secundo Darii filii Hystaspis, a mense octavo anni Sancti, duobus mensibus post susceptum ab Aggæo munus, cui ramen in hortando ad Templi ædificationem aliquibus annis ante intermissam [4], comitem se præbuit. De ejus natalibus, obitu, rebusque gestis nihil in Scriptura, nihil apud Scriptores fatis exploratæ authoritatis.

Sunt qui natum asserant in Judæa ante traductum in captivitatem a Nabuchodonosore populum; sunt etiam qui Babylone e genere Sacerdotali assimant. Sozomenus lib. 9. cap. 17. & Nicephorus lib. 14. cap. 8. narrant, ejus cadaver in tumulo inventum veste alba, quales Sacerdotes adhibent, eadem, qua sepulturæ mandatum fuerat, indutum. Sed illi cum Zacharia filio Jojadæ Sumui Sacerdotis Prophetam cognominem confundunt. Namque Prophetæ filius Addo dicitur 1. Esdræ, 5. 1. quod pluribus persuasit Zachariam genuinum habuisse parentem Addo, Barachiæ vero non nisi adoptione filium habitum fuisse; nisi potius, quæ nobis sedet opinio, maluerimus patris nomine apud Esdram avum designari; solemne est enim Scripturæ, ut avi parentum nomine appellentur. Qui Judæorum axioma sequuntur, de cooptandis nimirum inter Prophetas parentibus aliisque Propheturum necessariis, quorum nomina in capite Operis exprimuntur, illi Vatis privilegium tribuunt Barachiæ, & Addo; quin & eumdem Addo Zachariæ patrem vel avum ipsissimum credunt eum Propheta ad Jeroboamum misso, ut sacrilegium illius in consecratione aureorum vitulorum verbis castigaret [5]. Alii vero nostrum hunc Zachariam a Jesu Christo Matt. 23. 35. designatum credunt, cum Zachariam quemdam inter Templum & Altare occisum commemorat. Sed falluntur & utrique vetustior est enim Jeroboamus, quam ut posset ejus crimen ab avo Zacharia castigari; quis autem Zacharias iste a Christo designatus fuerit, Commentatores & Critieos inter se committit. Alii tandem Zachariam nostrum confundunt cum altero Zacharia filio Barachiæ ad Isaiæ ætatem pertinente [6]; sunt tandem qui cum Zacharia patre Sancti Joannis Baptistæ; quæ ambo opiniones ipsa sui expositione refutantur.

Quo mortis genere obierit, incertum. Profecto si neci traditum inter Templum & Altare constaret, suum ipsi locum inter Martyres V. T. daremus; sed in re adeo incerta & ardua nihil possumus certi constituere. Pseudo-Dorotheus sepultum Bethariæ, 150. stadiis a Jerusalem, tradit. Extat adhuc monumentum ad radices montis Oliveti, quod Zachariæ Prophetæ asserunt, aliud plane ab eo, de quo Sozomenus, posito *Caphar* sive Caphar-Zachariæ, in finibus regionis Eleueteropolitanæ, sieut & alterum a sepulchro Bethariæ, 150. stadiis sive 5. leucis a Jerusalem, de quo Dorotheus. Apertissimum plane doeumentum de ineonstantia hujus traditionis.

Eidem Prophetæ tribuit Pseudo-Epiphanius oraculum quædam ab ipso prolata, eum Babylone in Judæam veniret. Edixisse fertur, oriturum Jesum filium Josedechi, & Zorobabelem filium Salathiel; sieut & victoriam Cyri de Crœso & Astyage; ac tandem restituendum ab eo Principe, una cum urbe Jerusalem, pristinum religionis & ceremoniarum cultum. Sed hæc, silente Scriptura, fidei sunt subjectæ; totoque proinde nos intentos occupat genuinum ejusdem Prophetæ scripsum, cum fehema subjeimus.

In ipso Operis exordio Zacharias Judæos hortatur, ut tandem in obsequium Domini redeant, neque ulterius committant, ut perviceaeiam Patrum suorum, quos Dominus dure vexaverat, perennare velint [7]. Post tres menses Angelum adequitantem per myrtheta ad stumen implanteta per visum spectavit [8]. Aeeedebat in obsequium Angeli aliorum Angeloium satellitium omnem regionem compositi pace quieseere atque incolarum numero florere referentium. Ejus nuneii occasione [9] Angelus Dominum rogavit, ut tandem Urbium Juda miseratione tactus, jaeentes erigi simulque restitui permitteret. Roganti facilem se præbuit Dominus, facultatem benigne permittens.

Oblatæ deinde Prophetæ quatuor cornuum [10], simul & totidem hominum malleis in eadem cotana armatorum speeies. His cornibus hostes designari populi dispersores audivit; futurum euim, ut tandem omnes dejeeerentur eontereenturque. Observabatur etiam oenlis Prophetæ vir funiculo Jerusalem dimetiens; adjectumque oraculum, adesse jam tempus, quo Jerusalem ineolarum multitudine adeo eoleretur, ut intra mœnium ambitum contineri omnes non posset; ac tandem Deum post exactam de Babylone ultionem, iterum in Jerusalem sedem constituturum, quam largo benedictionum imbre perfunderet.

Secundum hæc, oblatus per visum Summus Saeerdos Jesus filius Josedec [11], qui coram Angelo Domini stans, Satanæ accusationes sustinebat. Immunis a crimine Judieis sententia pronunciatus summo

(1) *Agg.* 2. 12. 13 14. 15. (2) *Agg.* 2. 16. ... 20. (3) *Ibid.* 20. 24. (4) 1. *Esd.* 5. 1. (5) 3 *Reg.* 13. 1. 2. 3. & 2. *Par.* 12. 15. (6) *Isai.* 8. 2. (7) *Zach.* 1. 1. 6. (8) *Zach.* 1. 7. 11. (9) *Ver.* 12. & *seq.* (10) *Zach* 1. 19. 20. 21. (11) *Zach.* 3. 1. 8.

mo est honore affectus. Tum Deus fide sua obstricta promisit, suscitaturum *Orientem*, sive germen ternum suum [1]; illum vero ut gemmam habendum, super quam, ait, *Septem oculi sunt*. Spectavit etiam per vium candelabrum septiceps [2], cujus utrimque latera geminæ olivæ tenebant, oleo in lampadas candelabri stillantes. Eo emblemate Jesus Summus Sacerdos & Zorobabel designabantur. Liber volitans [3], in quo Judeium universæ terræ scriptum continebatur; vas fœmina repletum; massa plumbi in orificium ejusdem vasis decidens, geminæ alatæ mulieres, figuræ sunt, quorum interpretatio ex Commentario reperenda. Quatuor currus e montibus æneis egredientes [4], symbolum referebant Imperii Chaldæorum, Persarum, Græcorum, Ægyptiorum & Syrorum, quorum singula suo quæque tempore in ultionem regionis Septentrionalis & meridianæ a Domino immisit.

Recepto ab Holdai, Tobia, & Idaia auro, Zacharias geminas coronas conflavit [5]; quarum alteram Jesu Pontifici dextinavit, altera reservata *Orienti* sive *germini*, quo nomine Zorobabel, Jesu Christi typum exhibens, designabatur. Ambo vero hæc pietatis & liberalitatis trium illorum virorum monumenta in Templo dein posita sunt.

Anno quarto Darii die quarta noni mensis, consultus a Saraſar, & Rogommelech aliisque nonnullis an quinti mensis jejunium, quod ad eam usque diem post Templi & Urbis eversionem servarum fuerat, ratum integrumque maneret [6]. Jussus a Domino respondit: 1. Jejunium illud hominum opera, nihil Deo agente sive jubente, institutum [7]: 2. Exercenda illis justitia, charitas, & scelera evitanda, quorum merito tot in capur suum calamitates patres ipsorum provocaverant. Scirent tamen, Deum totum ad pietatem & misericordiam in populum suum versum, restituere Urbes Juda atque fertilitatem effœtæ jam ac randin sterili regioni reddere apud se constituisse. 3. [8] Quod tandem ad jejunia quarti, quinti, septimi, & decimi mensis spectat, tristes illos dies in lætos domui Juda transmutandos denunciat.

Nonum caput in referendis Oraculis adversus regionem Adrac, Syriam & Philisthæos impenditur, quos postremos populus tandem in obsequium Hebræorum redigendos, atque in unum cum illis corpus coalituros edicit [9]. Versus dein sermo, nec obscurus oppido, adducit Jesum Christum servaturem, renuioris fortunæ virum, asinæ & pullo ipsius insidentem [10]. Nec prætermissum Regnum Messiæ & ultio Domini de Antiocho Epiphane malique Israelis Pastoribus repetenda, [11]. Succedit deinde bellum Judæorum cum Romanis, scisſumque Dei cum populo suo fœdus. Adjectum pretium tringinta argenteorum in pretium Summi Pastoris destinatum; ænigma de tribus pastoribus unius mensis spatio necci tradiris; ac tandem de Pastore insensato, cui gregis sui curam Dominus dereliquit [12].

Recentiores quidam Critici [13] suspicati sunt, capita 9. 10. 11. genuinum esse Jeremiæ; suppositium vero Zachariæ opus; S. Matthæus 27. 9. 10. laudat Jeremiæ nomine versum 12. capitis 11. Zachariæ: præcedentia autem capita 9. & 10. una contextus serie cum cap. 11. continuantur; ex quo illud consequitur, ut tria simul capita uni eidemque Scriptori tribuenda sint, Malumus tamen in Textu Evangelii mendum errore Amanuensium, supposito Jeremiæ nomine, agnoscere, quam tria capita a Zacharia abjudicare. Quæ vero Authores isti deprehendisse sibi visi sunt in cap. 9. & 10. tamquam ab ætate Zachariæ aliena, atque tempus ante caprivitatem indicantia, hæc satis apte de tempore post captivitatem juxta nostram hypothesim usurpantur.

Caput duodecimum bellum Antiochi Epiphanis in Judæos, victorias Maechabæorum & luctum in funere Judæ Macchabæi perſequitur. In ipso capitis limine ab 1. ad 7. florentes Judæorum res post Antiochi persecurionem ad usque obitum Messiæ describuntur. Succedit v. 7. Messiæ obitus, accedunt duobus subsequentibus verſibus mala post ejus necem a Judæis subeunda, quæ deinde Propheta etiam in capite sequenti deplorat. Nec prætermissa obsidio Jerusalem a Romanis, suum adjecit Ecclesiæ Christianæ felicitas, Gentilium ad illam reductio, persequutiones in Fideles excitatæ, & ultio in persequutores.

Fuſior est, & stylo utitur, magis etiam quam ceteri omnes Prophetæ minores, obscuro [14], intricato, præcipiti & desultorio. Hoc autem illi præ omnibus commodi accedit, quod quanto illis Messiæ propinquior est tempore, ita in Oraculis de illo exactior, & magis expressus. Non enim apud Zachariam desideres oraculæ de adventu, de obitu, de ingressu in Urbem; de pretio 30. argenteorum, quibus venit, de postrema Urbis obsidione, de persequutionibus in Ecclesiam Christianam susciratis; oracula, inquam, plus quam ceterorum Prophetarum loeulenta.

IN MALACHIAM PROLEGOMENON.

EORUM, quæ ad Malachiam spectant, in ambiguo adeo versamur, ut viri nonnc satis quidem constet, quam enim obtinet denominatio, hæc munus potius designare viderur, sonat enim missus, Angelus, seu Propheta Domini, quod communem fuisse ea ætate Propheratum omnium appellationem ex Aggæo [15] intelligimus. Septuaginta Hebræum *Malachim* rediderunt *Angelus ejus*, eodemque Angeli nomine nostrum Prophetam laudant Parrum Græcorum & Latinorum nonnulli [16]. Utroque & Malachiæ & Angeli Domini utitur Scriptor 4. Esdr. 1. 41. utrumque etiam jungit Tertullianus; singulare vero Malachiæ adhibet S. Justinus Martyr, & S. Irenæus. Origenes terio aurumavit, non virum esse, sed Angelum exuviis mortalibus indutum [17]. Veteres Hebræi [18], Paraphrastes Chaldæus, S. Hieronymus [19], Rupertus Abbas suspicati sunt Malachiæ nomine Esdram designari. Hæc omnia nihilo certiori fide afferuntur, quam quæ narrat Pseudo-Epi-

(1) *Ibid.* 8. 9. 10. (2) *Zach.* 4. 1. 14. (3) *Zach.* 5. 1. 11. (4) *Zach.* 6. 1. 9. (5) *Zach.* 6. 10. 15. (6) *Ibid. vers.* 4. 14. (7) *Zach.* 8. 1. 18. (8) *Ibid.* 18. 27. (9) *Cap.* 9. 1. 8. (10) *Ibid.* 9. 10. 11. (11) *Ibid.* 22. 17. & 10. 1. 12. (12) *Zach.* 11. *per totum.* (13) *Medus lib.* 4. *Epiſ.* 31. *Hamm. in Matth.* 27. 10. (14) *Hieron. Præfat. in lib* 1. *Obſcuriſſimus Liber Zacharia Prophetæ, & inter duodecim longiſſimus.* Vide etiam Præfat. in secundum Librum Commentar. in eumdem. (15) *Agg.* 1. 13. *Dixit Aggæus nuntius Domini de nuntiis Domini. Vide etiam Malachiam* 3. 1. *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam &c.* (16) *Clemens Alexand. l.* 1. *Strom. Tert. contra Jud. c.* 5. *Malachiam Angelum unum ex* 12. *Prophetis.* (17) *Origen. tom.* 2. *in Jean. Vide Hieron. in Agg.* 1. *Præfat. in Malach. Epiſt. ad Evagrium.* (18) *Apud Hieron. in Præfat. Malach.* (19) *Idem ibid.*

Epiphanius, Dorotheusque, & Chronicon Alexandrinum de Sapha urbe in Tribu Zabulon viri patria, cui ex docilitate morum, & ex præsentia Angeli ejusdem Prophetæ verba visibili ad Populum aspectu confirmantis Angeli nomen inditum. Immatura morte obiisse & tumulo parentum suorum illatum ferunt.

Quod in ea re certum videtur, illud est, nimirum Malachiam sub Nehemia, & post Aggæum & Zachariam munus iniisse quo tempore Templum jam restitutum stabat [1]. Inter Sacerdotes & populum Juda licentia, quam acrioribus verbis Propheta reprehendit, nimio obtinebat. Fœdus a Nehemia inter medios Sacerdotes & Optimates gentis suæ cum Domino innovatum spectasse videtur cap. 2. 4. &c. sicut & de fame sub Nehemia grassante [2] apte intelligenda sunt verba capitis 3. 10. &c. Invehitur non raro in Sacerdotes [3], qui sceleribus suis Dei nomini invidiam ereant fœdusque eum illo initum violant. Plures irrepentes in Ministris Domini abusus reprehendit [4]. Ductas inauspicato uxores alienigenas Judæis exprobrat [5], in fratres inelementiam [6], in divortia facilitatem [7], in solvendis decimis & primiriis sacordiam [8], pronam in murmur adversus Deum indolem [9], Hæc omnia satis quadrant cum sceleribus in populo sub Nehemia glisceatibus [10], ut & de ætate ejusdem Prophetæ documentum sint apertissimum.

Omnium V. T. Prophetarum, quorum scripta superiunt, novissimus Malachias 400. circiter annis Jesum Christum præcessit, neque obscure prædixit oraculo divini Præcursoris adventum, [11], tum & duplicem alterum Jesu Christi [12]. Horrorem postremi judicii sub idea postremæ Romanorum in Judæos expeditionis exhibet, simul edicens Eliæ adventum, quo nomine simul & S. Joannem Baptistam & Eliam Prophetam designavit, quorum primus priorem Messiæ adventum, alter alterum sub exitum Mundi præcederet. Post Malachiam nemo alius, quem noverimus, Propheta fidei satis assertæ usque ad S. Joannem Baptistam in Israele surrexit.

Finis Primi Tomi.

(1) *Theodoreth. in Malach. Usser. ad An.* 3583. (2) 2. *Esdr.* 5. 2. & 13. 10. (3) *Malach.* 1. 6. &c. & 2. 1. 2. &c. (4) 2. *Esdr.* 5. 12. & 13. 4. 5. (5) *Malach.* 2. 11. (6) *Ibid. vers* 10. & *cap.* 3. 7.

(7) *Ibid. Ver.* 13. (8) *Malach.* 3. 10. (9) *Malach.* 2. 17. & 3. 14. 15. (10) *Vide* 2. *Esdr.* 5. 1. & *seq.* & 9. 1. 2. & 13. 17. 19. 23. & 12. 43. 44. & 13. 10. (11) *Malach.* 3. 1. (12) *Ibid.* 1. 2. 3. 4. 5.

VA1 1526867